DITTON PARK.

EX SCIENTIA SPES.
JULIUS S. HELD

Z 4

0

Graesse
Vol. 3, p. 46

~~XX~~ – ~~1~~.

~~5~~ – ~~3~~.

~~12~~ ~~2~~ ~~2~~

~~2~~ – ~~4~~

3 – 4.

From Mary P. Asquith
to Micky
Jan 2nd 1919.

AULI GELLII
NOCTIUM ATTICARUM
Liber XX. prout Supersunt
cum Notis Utriusq. GRONOVII.
LUGD. BATAVOR. Apud CORN. BOUTESTEYN et JOH. du VIVIE 1706.

AULI GELLII
NOCTIUM ATTICARUM
LIBRI XX

PROUT SUPERSUNT

Quos

AD LIBROS MSS^TOS

Novo & multo labore exegerunt,

Perpetuis notis & emendationibus illustraverunt

JOHANNES FREDERICUS

ET

JACOBUS GRONOVII.

ACCEDUNT

GASP. SCIOPPII integra MSStorum duorum codicum Collatio,
PETRI LAMBECII Lucubrationes GELLIANÆ, & ex LUD.
CARRIONIS Castigationibus utilia Excerpta, ut &
selecta variaque Commentaria ab ANT. THYSIO
& JAC. OISELIO congesta.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud { CORNELIUM BOUTESTEYN, & JOHANNEM DU VIVIÉ, } A°. 1706.

REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO

ABBATI
D. DOMINICO PASSIONEO

VIRO ERUDITISSIMO ET HUMANISSIMO

P. S. D.

JACOBUS GRONOVIUS

SIT ergo, quem ipsa fata elegerunt, Gellius hic sequester simul tuæ magnanimitatis ac benevolentiæ, & erga utramque meæ observantiæ. Satis idoneum & locupletem fore quid dubitem, quum eum in id elegerit vir divinus ad omnia & meorum semper ventorum sapientissimus moderator ANTONIUS MAGLIABEQUIUS? Hunc ut jam per tot annos ubique adhibere & sequi solum spretis quibuslibet aliis soleo & lætor, ita nunc ab ejus tam laudabili sententia discedere religioni mihi fuit. Ille simul certior

fuit factus propositi mei, ut est loci sedisque medius, ita medius notitiæ nostræ esse voluit. Te maxime respexit, qui maxime esse poteras, futurum salutarem hujus Gellii genium, ut qui quum vivas intus & extra circumdatus omni genere adjumentorum, quibus illa tam placens & festiva indagatio vetustæ sapientiæ provolvi aut pasci amat, etiam hoc quidquid Gellius illuc confert, posses promovere & incendere. Ille ad te statim hæc contulit, ut quum hoc disciplinæ genus, in quo est unica via ad ingenii perspicaciam acuendam, tibi in tanta vitæ dignitate præcipue tamen placeret, atque inde notus illi foret animus tuus, qui hinc secunda omnia spondebat, imaginari debeam te unicum fuisse illi visum, cujus voluntas esset prompta ad hoc adjuvandum. Neque tu conjectationem auguris plane optimi & auspicatissimi fefellisti; neque indicium Viri Amicissimi & ipsa quoque mentis integritate Spectatissimi tibi spernere placuit. Etenim quæ ista promptitudo mentem tuam movit non ad applaudendum, quod satis fuisset, verum ad circumspiciendas subsidii & favoris oportunitates? & quum consideratis multis variisque obortum fuisset illud quo nihil poterat mihi evenire jucundius, quam facile libenterque acquievisti? adeo ut è vestigio in chartam conjiceres verba & cedro digna & publico lumine, ut se ad ea exigant alii, quorum iste in alto locus est, & certe hoc felicitatis nostræ specimen pateat. Nondum enim insinuaveram tibi vel dicto vel facto, nec ullo inserviendi aut etiam palpandi

di obsequio in familiaritatem tuam adscitus eram. At quid familiarius fingi vel excogitari potest, quam tua ista verba? „ Significavit mihi per epistolas Vir fama & doctri-
„ na Clarissimus Antonius Magliabechus novam istinc Gel-
„ lii editionem adornari, & nobile hoc onus à te susceptum
„ fuisse alacri studio, quo summopere præstas, & politis-
„ sima eruditione, qua emines. Quam mihi jucundum
„ fuerit hoc nuncium (quo certe nihil optatius accidere
„ poterat) tu velim ita tibi persuadeas; lectis enim Ma-
„ gliabechi litteris, statutum est à me toto animo de hujus
„ editionis ornamento cogitare, & illico mihi occasionem
„ tui demerendi oblatam esse arbitratus sum. Nec iste verborum honor fuit, ut intra eum staret comitas tua: rebus affirmanda sine morâ censuisti. Et cur non sis ipse præco viri doctissimi, qui ante centum annos meruerat in hoc stadio coronam, nisi læva fors obliteravisset hunc præclarum ejus in affectandâ ex egregio labore palmâ istâ impetum? & forsan penitus aboleviset, nisi in tuarum manuum fidem cecidisset. Quidni publice ipse pronuncies, quod publico imputare potes? subnectis enim: „ Scias
„ igitur servari in mea Bibliotheca, quæ modo optimis
„ cujuscunque generis voluminibus à me instruitur, nulla
„ sumtuum ratione habita, Gellium ipsa Scioppii manu
„ adnotatum, & variantibus lectionibus non uno in loco
„ illustratum. Si ad rem tuam facere putares hoc Sciop-
„ pii exemplar, ex eo describendas hujusmodi lectiones &
„ ad-

„ adnotationes curarem, vel librum ipſum ultro ad te mit-
„ terem. Quam vero ſumma voluntate hoc præſtiturus
„ eſſem, vix tibi explicare valeo; ex eo enim, quod Gel-
„ lianæ editioni prodeſſem, me ad amicitiam tuam jam diu
„ in votis habitam totum conferrem. Satis jam, ſatis pro-
fecto amœniſſimæ oblationis, quam ipſas oportet tibi inſpi-
raviſſe Muſas, ut ipſarum cultus cauſa conſtitueres carere
tam exquiſita munditiæ tuæ & ſupellectilis librariæ portio-
ne, modo ſcires eam inſtar donarii illis ſuſpendi. Patet hinc,
quem præconcipiebat catus noſter ANTONIUS, inſitus tibi
& adfixus favor Gellianus, cujus tamen partem magnam in
me derivari ſentiebam: & mihi, cui jam idem perſuaſerat
te ex animo agere, abunde ſatisfactum erat, niſi quod in
loco hoc deſtinato beatitudinem ætatis noſtræ libet ſpecta-
re amplius, & exemplo patefacere, quam ſuavis ac lepida
res ſit auctoritas ad commune bonum exſerta. Nam quum
ſic excitatus, ſic capite & mente ad te & prorſus inuſitatam
bonitatem tuam converſus ſuſtinuiſſem mox tecum agere
de eo, quod unum eſt in Gellio maculoſiſſimum & ſoler-
tiam virorum eruditiſſimorum ante nos omnium eluſit, ex
lib. 1. cap. 13 *ad magiſtrum architectonem mole* vel *molis* vel
more Athenienſium, in quibus vocibus mihi videbar non
fruſtra fuiſſe, inſtigaviſti te ipſe ad omnia bibliothecarum
velut ſacra peragenda, ut aliquid Gellio & mihi offerretur
lucri. Quippe non ita jejune ac tenuiter ſpectari & æſti-
mari merucrunt hæc tuæ benignitatis in utrumque pigno-

ra,

ra, ut innotuerint mihi; prosint & aliis, quoniam sicut mihi prodesse voluisti, ita libenter κοινὸν Ἑρμῆν cum publico in hac parte venerabor. Placuit certe tibi in hæc verba respondere. „Observas diligenter pro more vocem *Molea-* „ *tensium* in editionibus Gellianis corruptam esse, autores- „ que non in una manere sententia, sed varie hunc locum „ agitare. Edunt enim nonnulli ex Salmasio *Elatensium*, „ & Lipsium ex quatuor codicibus Vaticanis exhibuisse „ constat *Moleatensium.* Quæris an hoc ita prostet in his „ codicibus. Ego ut tibi morem gererem, rogavi V. C. „ Laurentium Zaccagnium Bibliothecæ Vaticanæ Præ- „ fectum, ut omnes, qui inibi servantur Gellii codices, lu- „ straret, & mecum variantes lectiones communicaret; „ quæ sunt hujusmodi. In Codice qui omnibus Gelliis „ antiquitate præstat, signatus num. 3452 legitur *scripsit* „ *ad Magistrum G Mole attenisium*, quam lectionem Sciop- „ pius quoque suo Gellio apposuit; in duobus codicibus „ recentioribus num. 1534 *ad magistrum G more Athenii-* „ *ensium*, in duobus aliis ejusdem notæ numero 1533 & „ 1536 *ad magistrum ..... more Athenienſium*, in co- „ dice recenti num. 1532 *ad magistrum Graecum more* „ *Athenienſium*, in alio consimili num. 1535 *ad magistrum* „ *Graecum more Athenienſium*, in alio ejusdem notæ 1537 „ *ad magistrum mole Athenienſium.* Verum ut veritatis cer- „ tior fieres, placuit etiam ex Bibliot. Ottoboniana annu- „ ente docto ejus Præfecto Francisco Blanchinio has lectio-

„ nes excerpere : in codice ſcripto anno 1354, notato V.
„ 11. 3 *ad magiſtrum G. more Athenienſium*, in alio codi-
„ ce, qui olim erat Laelii de Valle, ſcripto an. 1463 not.
„ V. 1. 36 *ad mgr̄um more Athenienſium.* In alio codice
„ Altaempſiano V. 1. 34 *ad mag. gc̄um*, *more Athenien-*
„ *ſium*, in alio codice Altaempſiano V. 1. 32 ſcripto Neapo-
„ li an. 1466 *ad magiſtrum Graecum more Athenienſium* &c.
Sic patefeciſti, Vir Singularis, quam in omnes partes promta ſit hæc tua in literas propenſio, ut undecunque deſideres occurrere, ubi animadvertis tutelam tuam requiri ; præfertim luculente declarans verbis & opera, quàm Gellio factum volueris. Hic enim eſt, in quo jactamur; hic, qui nos conjunxit, & circa quem ſolum cura noſtra omnis & anxietas vertitur. Cujus locum tam denſa citatione inſtruens, quid aliud quam certiſſime confirmas veternum præcedentis ætatis in hallucinationem lapſæ, ut quod nomen notiſſimum habebat, ſed inconveniens, per viciniam quandam literarum ſupponeret in locum ejus, quod Gelliana manus ſcripſerat, ab Gifanio amovente *magiſtrum Græcorum molis*, *more* acceptum, ut videtur in Mureti epiſtolis 1, 76? Et quis non dicat Gellio datum, quod illi dari poterat? quin & mihi? Sed porro excedit ſpatium & modus tuæ prolixitatis. Immo licet nihil poſſit videri ultra ſupereſſe, nequidem ad quod vel voto pervenirem, non tamen citra hunc limitem ſtat tibi comitatis demonſtrandæ impetus. Audimus iſtud, ſi egreditur menſuram, impro-

probum & insanum solere pro irrito repelli & pessum ire. Quod adeo in me timeri nequibat, quia præterquam quod semper mea intra modum contraxi, nunc ne sciebam quidem id extendi magis & proferri posse. At tu sic quoque accumulas hunc beneficentiæ tuæ acervum, & mihi eum concilias, qui vel cognitus magno gaudio foret. Quin & ille, ut pateret ejusdem sanguinis necessitas, festinus accelerat ad Gellio nostro & mihi beneficium præstandum, & viam munit Scioppiani exemplaris secure trajiciendi, Reverendissimus & Illustrissimus Abbas D. GUIDO PASSIONEUS, Patruus Tuus. Non tamen illi hoc curæ fuit, ut nude pollicitationem tuam impleret, sed officium tam grande prosequitur & exornat epistolæ comitate tanta, ut vel erubescere vel fatiscere ad usum experientiamque ita multæ benignitatis cogar. Unde quid aliud quàm ista nomina in Vaticanum collem divinitus recepta mihi imaginer ad elegantiæ temporis nostri incrementum, & ob id studiis quoque gratuler? Quas enim laudes grateſque meruit vel sola ista tam amœna in publicum sparsio munusculi vere inæstimabilis? Quod si possessores priores potuissent secum ratiocinari æquum justumque esse, ut sine impensæ fœnore saltem publicaretur, non Gellius erravisset tamdiu vanis obductus ludibriis; nec quod ante centum annos tractari commode & cognosci profuisset, ejus nunc demum respublica literaria facta fuisset compos. Neque jam supereſt, nisi ut dicam fore, ut in locum, quem adeo fausta studiis ingenia

illuſtrant, non mei, ſed omnium, qui ad legendos flores hunc Gellium volvent, oculi convertantur, quò fortunam ejus devenerentur; mihi autem quinque hæc nomina tantopere Gellium demerita in ore & pectore futura per ſingulas hujus vitæ horas teſter. Habes, Vir Illuſtriſſime, Dedicationis exemplum novum, tuis ſcilicet verbis conſtans & ornatum, non meis, quod fieri debuerat; ſed tua mihi aurum ſunt, atque etiam felicius demonſtrant, quàm tantis tuis beneficiis devotum habeas animum meum, & quantum amoris præſtiteris & præſtiturus ſis Gellio, cujus fortunam ſicut in hac juventute jam voluiſti exornare, ita porro tibi commendo. Vale & vive undecunque felix. Lugduni ad Rhenum a. d. XIV Cal. Octob. CIↃ IↃ CCV.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

NON memini ab ullo induſtriæ meæ ſpecimine me diſceſſiſſe lætiorem ad verba tecum de eo facienda, quam cummaxime ab pervigilio, quod his Noctibus iterum impendiſſe me vides, quo tu, mi Lector, lepidius & venuſtius eaſdem deinde vigilare poſſes. Erat quidem id jamdiu neceſſarium; ſed ab eo averſum me & abhorrentem magis ſenſi, quam ut vel ab librariorum petitione, vel ex cauſa mearum, quas ſæpe, immo aſſidue verſando alleveram, liturarum converti illuc potuerim. Querebantur quidem illi ab ſe requiri quotidie Gellios, & nullos exponi venum poſſe. Nec minus hæ urgebant, ut diu ſuppreſſæ tandem venirent in uſum & notitiam, aut ſpem implerent Gellii adjuvandi. Juſta in utroque genere non diffitebar, ſed ad tædium ibam recordatione caſus, quem Patri accidiſſe nunquam dememinero, ut quem hic labor velut ferale quid apportans obſopivit, & Gellianæ operæ iſta merces fuit, ut opprimeret iſtam manum, priusquam ad calcem veniret; illud videlicet ipſum, quod tot aliis eandem ad provinciam comparatis evenit; & licebat utique metuere exempla. Sed quid multa? Quum ſic diu affectus eſſem, nunc tempus ipſum hanc rem egit. Etſi enim mea ratio mutata non eſſet, tamen quanta pertinacia quantoque animi ſtudio antehac me immunem hujus laboris optavi curavique, tanto impetu nunc expertus fui me impelli ad eum ſubeundum, ut patientia vix libera ſupereſſet. Huic tempori debebatur tanto majore jure talis labor, quoniam præcedenti ſæculo tam frequens & lætus ſcriptionum proventus exſtitit, in quarum nulla non videas Gellium ad partes vocari, ut citetur, mutetur, explicetur, judicium in eo exerceatur etiam ab illis, qui ut conditionem Gellii noſcerent, pedem unquam non moverunt nec ullis inſiſtere videas auxiliis. Idcirco iſta, quæ vides, adhiberi tandem & colligi ad pretium ſtatuendum & Gellio conſulendum referre videbatur. Urebat me ipſe cupiditatis paternæ ardor in harum Noctium ſplendore augendo & inſtaurando. Hanc ipſe mihi privatim, per literas amicis ſæpe teſtatus

* * *

erat,

erat, & referebat cogitatio; etiam lineamenta principii nuper editi oculos identidem ferientia huc me vocare videbantur. Sic tormento velut adactus sum, ut ne diutius tot literulas vel ab ipso vel à me confectas & ad harum Noctium ingenia illustranda atque ad originis suæ venustatem, unde per nefas fuerunt nimium abductæ, reducenda, ut forsan non per omnia, sic multum certe efficaces ac validas paterer segnes & inutiles jacere. Non jam ultra deterrebar omine, quod scirem tractari à me scriptorem tam violentæ & perniciabili exsecrationi obnoxium & quasi devotum, ut ejus accuratior emendatio nulli eorum, quos bene politos & huic negotio pares legimus adeo multos auxiliari & opem ferre ista ratione voluisse filumque hoc exorsos fuisse, fauste & pro voto cesserit: adeo ut quum partim memorentur multiplices curæ in ejus bonum exhaustæ, partim quoque exstare jam cœperint primordia scriptionum satis fervida, universa tamen ab invidia quadam velut Saturni falce fuerint præcisa & interrupta. Non est credo liber, circa quem magis acres & urgentes & bene multa pollicentes exstiterunt conatus hominum doctorum prope finem sæculi quintidecimi & initia sequentis ad eum illuminatione ingenti poliendum, quam hic ipse Gellius. Non aliter ac si hunc esse statuissent, qui vel maxime posset explorare illorum studia ista & rerum varietate & styli proprietate ac plenissimum illis conciliare decus. Sed quasi tactio ejus foret equi Sejani possessio, universa interciderunt. Nomina recensere non est jam necesse, quum ipsæ post hanc præfationem, quam onerare nolo, paginæ sint quasi per fletum lessumque exclamaturæ, quot fateantur operosos se & pervigiles fuisse adjutores ad abigenda ab his Noctibus tam Attice, tam urbane modulateque traductis omnia nubila aliunde contracta, sed ita ut & æmulos quamplures ejusdem voti laudent indicentque. Verum victrix triumphavit fortunæ publicæ calamitas, & vastitas quædam Gellio sic fuit addita, ut integro meditationis contextu & quasi cohærente corpore exornari eum contigerit ab nullo istorum, quos præsumere licet ad tanti operis molitionem congessisse materiam æquam & robur huic fiduciæ conveniens. Nemo istorum, qui id egisse se ostenderunt, ut varia priscarum rerum seu Romæ seu per Græciam lectione imbuti nanciscerentur libros ante sæcula scriptos, eosque studiosa attentione inspicerent, potuit hoc obtinere, ut essent perficiendo Gellio. Decolavit labor & spes omnium, & cujus generis cunque promissa forsan eventui jam proxima in nihilum abierunt. Quando ecce amputata omni exspectatione nec ulterius residua ulla pollicitationis tam densæ parte, Patri meo in mentem venit circa annum 1650 partem otii sui in Gellium conferre, ea fortuna,

ut

ut editionem daret congruentiorem voluntati & ſcopo auctoris, quam ullus ante dederat. Itaque hactenus feliciter ea res ceſſit, nec ultra licuit prodeſſe. Sed quum volventibus annis de multis peculiariter in conſilium ire, modum reponendi veri ab ipſo excogitatum proponere & commendare, quidquid ruptum fractumve eſſe animadvertebat ſanare inſtitit, afflatus hinc abiit. Non fui immemor tam diri faſcini, & debui cavere; unde dum hac re occupor, tanquam nullus forem, de medio ſubduxi me & latendo celare anniſus nihilque niſi Gellium verſans, nequaquam ſategi, quid hîc illic ſcriberetur atque exiret, & ſic effugiſſe me lætor. Nihilominus Pater efferendus in hoc luctificum ſpecimen horas ſuas Gellio acrius & preſſius exigendo tradidit, non tam novum opus inchoans, quam curam priorem renovans, prout magis colligo ex ipſo conſpectu exemplaris, quod in Gallia ab eo adhibitum ſcio, quum chirographum eſſet juvenilius & minus conſtans, quam ex certa ſcripti notitia.

Ita vides mihi oboriri oportunitatem enarrandi ſubſidia, quæ paulatim multiplicata huc detulerunt Patrem, ut de edendo Gellio cogitaret, eumque cuperet in beneficiis ſuis deferre. Unde etiam mihi neceſſitas poſita fuit altius penetrandi ad recognoſcenda chirographa ſive paterna ſive aliorum, quæ mihi relicta & ad manum ſunt, quam potui facere intervallo toto, quo à nobis diſceſſit Pater; ut agnoſcas aliam cauſam lætitiæ ex opera Gellio data. Reliquit enim Gryphianam editionem anni 1539, *quam variis lectionibus oneravit à libro nono ad finem, quarum ipſum chirographum oſtendit juventutis lætitiam (perinde ut in aliis illis, quæ per Gallicam peregrinationem collegit) majorem quam quum multis annis poſt excerperet eaſdem ex codicibus Voſſianis. Hic inter prima ſcribitur* Initium libri Mem. *etiam in fine* Huc uſque Mem. *unde cenſui indicari codicem Memmii, quod nomen ut & Menardi habuit in ea regione pergratum, etſi poſtea plerumque notaretur* Me, *& inſuper paſſim* Ch. *quaſi Chifletii aliquid innueret. Cum horum priore plerumque conſpirat altera collatio inſtituta antea ab viro docto ſine anni* 1594 *ad editionem Gryphii anno* 1534. *quæ & ipſa ab Patre mihi relicta eſt, cujus paginæ ubique ſignantur literâ P, notavitque in fronte manus ejus, qui contulit, fuiſſe Pauli Petavii Senatoris. Hac prima occaſione conciliatus Gellio & ex Salmaſii ſcriptis lectionibuſque in Regio Galliæ codice ſparſim productis adeptus conſpectum Gellii longe alium, quam habuerant priores, quem tamen & editor Lugdunenſis anni* 1644 *habere poterat & debuerat, ut præfatione ex monito & indicio Salmaſii præponenda conſpicuam faceret rationem ſcriptionis Gellianæ, acceſſit denique ad exemplar editioni parandum, quam procuravit Ludovicus Elzevi-*

rius, certe castigatiorem prioribus omnibus, ut merito dixit in indice.

Id vero ita administravit, ut lateret, malletque tacitum fovere, quod intus cogitabat multi posthac & alterius laboris, quam in publicum efferre & ad pollicita efflanda projectum se ostentare, quæ an esset præstiturus, necdum etiam in sua habebat potestate. Itaque quum fidem suam non interposuisset, tamen ipse seu sponte sua aliquid ulterius hoc principio agitavit, sive incensus & adactus stimulis aliorum nequivit abstinere, quin omni horâ, quâ poterat, huc se referret. Tempus hoc quum inciderit in illam pueritiæ meæ partem, qua in epistolis ad Janum Vlitium me vocat contubernalem suum, & qui centum Latina vocabula tenerem anno 1650 *Cal. Mart. nihil de eo possum edere peculiare, ut qui ignorem universum, & ideo sufficiet profiteri quid postea repererim hujus generis ac deprehenderim, ut inde colligatur. Incidit enim in oculos epistola Caroli Annibalis Fabrotti* 8 *Kal. Mart.* 1652 *scripta, unde istud quod sequitur specimen excerpsi.* In Auli Gellii Noctes nihil moliris? emendatissimam editionem nullisne notis illustrem reddes? — Multa in Gellium dudum observavi spectatæ fidei libris usus. Sed his nondum manus accessit ultima, & mallem spicilegium tantum à te mihi relictum, quam uberes commentarios scribendi occasionem. *Similia venisse animadverto ab aliis; sed non est mihi tempus evolvendi omnium & exscribendi, quibus obruor. Propterea semper admonitus nullam omisit occasionem multiplicandi instrumenti, quo ornatus fateri posset, quod diu coxerat. Hinc nescio quomodo aut quando compos factus collationis duorum Regiæ bibliothecæ codicum, quos instar omnium esse noverat, vel quam Salmasius instituerat, vel quam Lambecius, & sic velut fine votorum jam fruens ne sic quidem justa supellectile succinctum se statuens, opperiri etiam tunc voluit alia tempora. Interim accessit beneficiis Cl. Schefferus, cujus citationem quum frequenter offensurus sis, occasionem ejus codicis huc quoque advocati discas licet. Ita enim illi scripsit Pater prid. Id. Februar.* CIↃ IↃC LXVII. Video in Militia Navali tua te mentionem facere MS. Gellii tui. Huic ego scriptori jamdudum est cum impertivi aliquid operæ, & plus debeo. Contuli enim cum codicibus bonæ notæ, & silvam paravi observatorum non spernendam, quam nuper à Livio vacuus digerere cœpi, nec nunc aliud agerem, nisi me ad Tacitum avocasset Elzevirius. Itaque diffindere illi diem compellor: non abjeci tamen, sed identidem resumo, & si Deus Opt. Max. vitam & vires dabit, multis partibus eum tibi nitidiorem sistam. Hic tu vide

an

an tuum illud vetus exemplar ſymbolam mihi conferre velis : ſive ipſum mittas (quod quidem optimum erit : ſed vereor, ne ſit improbum deſiderium : itaque ſi gravabere, non iraſcar tibi) ſive varietates excerpas, aut ab homine induſtrio excerpi cures. Sed ante omnia videndum, an ſit tanti. Itaque ſcire geſtio, in membrana ſcriptus ſit, an in charta? quam opineris ætatem? Græca habeat expreſſa, an diſſimulet? integer ſit, an ut plerique à nono aut decimo libro initium faciat? & ſi integer eſt, an præfationem, quæ in vulgatis ad finem adhæſit, ſuo loco habeat? item ut concipiat principium lib. 1 cap. 1. *Plutarchus in libro, quem ſcribit* ὁπόση ψυχῶν καὶ σωμάτων περὶ εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορά &c. *longitudiniſque Herculis præſtantia.* Longe aliter enim optimi quique. Hæc igitur oro te, doceas quam primum. *Ad quæ hoc ſenſu reſpondit Schefferus* 15 *Martii* 1667. In Gellio reformando te occupatum eſſe lubentiſſime audio. Scilicet aut tu eum reſtitues nobis, aut nemo. Itaque ad hoc tam egregium diuque exoptatum munus, quo beabis orbem eruditum, vires valetudinemque tibi à divina gratia ex corde precor. De meo codice ſic habe breviter: Scriptum eſſe in membrana, literis non inelegantibus, viderique trecentorum circiter annorum ætatem referre. In pagella prima membranacea hæc habentur ſcripta : *Nicolaus Beraldus attulit è Maſſilia An.* 1533. Subditur, ſed alia manu : *Exemplar infidum.* Inverſa facie legitur rubrica notatum : *Don. Joannis Lunæ & amicorum ſuorum.* Quali rubrica, non ex minio vel cinnabari, ſed ligno Braſilienſi excocta cum & Græca ſcripta ſint in libro ipſo, quæcunque ibi exſtant, de illorum ætate licebit forſan aliquid colligere. In eadem legitur : *Emptus à me* XXIV *ſolidis Turonenſibus Pariſiis à typographo Vaſceno An.* 1588. Additur ſed ab alio. *Manus O. Georgii Obrechti.* Liber hic ad me pervenit ex bibliotheca Berneggeriana munere hæredum. Et in fronte manu Berneggeri habet adſcripta iſta : *Georgius Obrechtus Juris ſtudioſus Argentoratenſis Codicem hunc MS. ex bibliotheca magni ſui patrui Georgii Obrechti (qui eum Pariſiis olim emit) acceptum exemplari Taciti recens editi mecum permutavit menſe Julio An.* 1638. *Matthias Berneggerus.* Græca in multis locis non habet adſcripta, ſed eorum loco relinquuntur fere lacunæ. Quæ adſcripta ſunt, ea palam à manu diverſa eſſe deprehenduntur, & ut ſuſpicor, illius, cujuſcunque tandem Joannis Lunæ, propter cauſas ante memoratas. Initium abſque nomine auctoris ac argumentis libri primi habet : Quali proportione quibuſque collectionibus &c. His ſubjungitur textus, atque ſic in libris

cæteris. Libri octavi nulla extant argumenta. Nec ullius libri vel inscriptio aliqua vel numerus. Desinit in lib. XVI, capite quod incipit: *Cincius in libro tertio*, quod est ipsum sextum. Adde his & specimen lectionum variarum. Tu hinc videris an prodesse tibi queat. Si existimas, operam dabo, ut per fidum aliquem, quam primum potero, ipsum codicem tibi mittam. Utinam aperuisses prius mentem tuam, potuissem jam per Nob. D. Heinsium misisse, qui hoc oneris in se tua caussa sine dubio recepisset libentissime. Fac tamen ut in tempore cognoscam voluntatem tuam. *Quam eximie benevolam prolixitatem quum rebus approbatam experiretur Pater, his verbis eam est prosequutus pridie Cal. Mart.* CIↃ IↃC LXXI, *unde de ipso codice instrueris.* Magnopere demeruisti me, S. P. cum Gellium in membranis mecum communicasti, nihil tot terrarum tantique maris periculis deterritus. Non ea quidem ætas voluminis, non fides, ut multis ad pristinam faciem restituendis auctoritatem idoneam præstet: habet tamen aliquid suæ Veneris, & post asellum quoque juvant hæc diaria. Scis ut in Livio, Seneca, Plinio, archetyporum lectissimorum scitamentis inescatus vulgaria non contempserim. Si nihil aliud, ostendunt, ut ab uno & optimo varie sit discessum, & error paulatim creverit. Jam cœpi per subseciva temporum conferre & intra mensem sic eo usurum spero, ut cur eum morer, causæ nihil habeam. Tum scilicet vel tu monstraveris mihi, vel ego invenero, qui salvum reportet tibi, quando merito carum tibi esse significas. *Habes, nisi fallor, quidquid potest ad notitiam codicis Schefferiani pertinere.*

Sed neque desidere potuit pro ardore suo perpetuo Vir Excellens Bern. Rottendorfius, quin postquam indicaverat per literas 22 May 1651 scriptas, se in catalogo Nundinarum Francofurtensium vidisse Patrem recensuisse hoc anno Aulum Gellium, testaretur, si maturius hoc scivisset, procuraturum fuisse antiquissimas membranas, & omnium primam editionem Romanam de anno 1472 in fol. Unde quum pergeret mox 3 Junii scribere se vidisse Aulum Gellium præcedenti anno ad Rhenum, addit: verum illo potiri nequeo, nisi fuero præsens; *atque ita quum variis circa Westphaliam Principibus esset à medicina, affirmabat jucunde blandeque se venatum iturum; donec quacunque ratione sive illum sive alium Gellii codicem quoque ad manum Pater opera ejus habuit, etsi nondum assequi possim, quo tempore acceptum. Habeo literas manu filii Bernardi Eustathii Rottendorfii exaratas, quibus mitti ad eum testatur ab se jussu patris Gellium Monasterio 5 Junii, cui non addita est notatio anni. Etiam in Calendario anni 1652 video*

ab

ab Patre annotatum 5 Novembr. [*Redii & inveni à Rottendorfio literas cum MSS. Statio & vetere Gellio*] *quod forsan huc pertinet. Sicut eodem anno ibidem scripsit Gellium ab se missum esse ad Salmasium, qui maximus vir tunc inter homines esse desiit. Quid quod & ab Luca Langermanno scriptum video Roma ipsis feriis Paschalibus Anni* 1652? Jam ad Gellium progrediar. Incidi enim in exemplum aliquod credo cum diversis codicibus collatum. *Denique ad eum venit editio continens Ascensiana scholia cum Ægidii Maserii Parisiensis & Petri Mosellani Protogensis annotatis ex officina Vascosani* M DXXXV, *de qua habeo hanc chartulam ab Patre conscriptam.* Eo exemplari usus aliquando fuit Henr. Stephanus, & id passim conscribillaverat. Sub finem adjectum erat minuta litera. *Contuli J. Bourdelotius Agellium cum duobus cod. Bibl. Reg. & cum MS. Frederici Morelli, in quo non extabant Græca.* Eadem manu passim sunt adscripta, quæ in Carrionis Stephanica differunt à superioribus. Videtur id exemplar possediisse & Scriverius, quia in eo jacebat manu ejus schedula continens Telorum & jaculorum vocabula apud Gellium lib. x cap. xxv. Habuit & Thysius pag. 51. pag. 191.

Adeo multa adminicula quum augerentur duobus exemplaribus ex Is. Vossii copia, in quorum unoquoque habebatur posterior Gellii pars post librum octavum, ejus notæ ac sortis, ut eorum alterum contineret etiam Græca pleraque, quam proxime accederet ad consensum codicis Regii, atque hinc præberet indicia optimæ venæ, tunc certe videbatur subsidiis quæ huc requiruntur, vel fortunatissime affluere. Neque ita tamen ad contexendam expolitæ meditationis seriem progredi severe voluit, prout sciebat multa infeliciter hic illic latere, nisi etiamnum aliquid aperuisset; cui rei me destinavit, sic ex Anglia etiam & rursum ex Gallia impetrato adhuc aliquorum mediæ ætatis codicum conspectu. Hinc igitur non collatio tantum instituta exemplaris, quod pro benignitate sua indulgebant collegio Lincolniensi apud Oxonium Præfecti, quum id præferrem, etsi forent in aliis Collegiis alia. Hinc, quod oportuit fieri ante omnia, primarii illius utriusque Regii Parisiis renovata collatio, unde allata aut ipsius clariore notitia, aut varietatum accuratiore & magis vestigata spectatione, sic denique judicavit se esse posse certum & de vetustissimi & de citerioris temporis discrepantia in exhibendis Gellii locis, quæ nec ipsi scribæ intellexerant, & editores pro arbitrio suo diversimode & prout captus cuique fuit, concinnaverant. Hos quippe Regios codices, & præcipue illum, qui exhiberet primos septem libros & his præpositam præfationem, cui solus

facem

facem præbuerat Salmaſio, in oculis fuiſſe, ut ex ſolo rectiſſima amuſſis haberetur, docet tam curioſa indagatio & larga deſiderii ſui ſignificatio, quam mihi poſuit, cum Pariſiis eſſem, a. d. XIV. *Cal. Jun.* CIↃ IↃC LXXI, *ſic concepta.* Tres habeo collationes Gellii Regii doctorum hominum manibus factas. hi omnes ſatis me docent præfationem in eo exemplari eſſe, quod olim poſtremi libri ultimum caput ponebatur: & huic præfationi ſubjici lemmata capitum per omnes XX libros. Sed quid ſequatur ea lemmata, & unde incipiat contextus auctoris, quaſi de compacto ſilent. Suſpicor autem prima duo capita libri primi in eo volumine deeſſe; quando nihil à quoquam ibi varietatis notatum video, quum tamen habeant dignos vindice nodos. Codex à lib. I ad VI uſque pertinet; ſed tam, ut dixi, à principio, quam in fine aliquid deſiderari cenſeo. quod accurate cognoſcas velim, & à quo capite, quibus capitis ejus verbis & literis incipiat, quove capite libri VI quibuſve verbis & literis ejus capitis finiatur, mihi perſcribas. *Ad quæ omnia quum attendiſſem, & Gellium iſto pacto collatum conſcriptumque miſiſſem, ita conditionem ejus libri concepit ſignavitque in fronte exemplaris, quo uti ſolebat.* Regius liber primum habet Julii Cæſaris bellum Gallicum. Deinde incipit Liber A Gellii noctium Atticarum. Hinc quæ in editis erat pars ultimi capitis libri poſtremi. Mox lemmata capitum libri primi uſque ad IΘ de Sibyllinis. Græcis enim literis numerus ad ſingula lemmata notatur. Poſt illud IΘ apparet DEEST, & ſpatium columnæ (nam in eas diviſæ paginæ) dimidiatæ vacuum. In ſummo ſequentis columnæ prima ſunt: ΔΕΙΚνΕΕΠωC (quod eſt in ſecundo editorum capite) uſque ad ΜΕΤΑΠΕΛΑΨΗΤΑΙ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥΜΕΝΙΝ. Quibus hæret continenter: *Hic autem Chilo præſtabilis homo.* Deſiderantur igitur totum caput primum: & ſecundum uſque ad τὰ Δείκνυε πῶς εἰώθας in verbis Arriani: quæque horum ſequuntur poſt μελαπέμψηται κατηγορούμενον: & capitis tertii principium, quod Guil. Cantero debemus. De Canteriano tamen habet *Hic autem*, quod in vulgatis antea deerat. Quintum librum excipit ſeptimus: poſt hunc lemmata ſexti, deque ipſo capita tria integra, quartum uſque ad τὰ *adverſus ictus ſolis.* in quibus finitur pag. 203 (quæ in iſta editione incidebat in caput quartum libri ſexti) collationis, quam mihi miſit filius. *Hinc ergo progredienti inter varia faſtidia in adhibendo quibuſcunque varietatibus judicio, vitæ ſimul & hujus operæ filum ei ruptum eſt, poſtquam in mundum redegiſſet hæc, quæ & ante annos octodecim publicavi & nunc iterum vides. Quum interim inter litura-*

turarios laterent adhuc quædam ſemiperfecta, alia tantum quod inchoata & primas cogitationis ad emendandum progreſſæ lineas habentia, quæ tunc fefellerunt, & poſtea demum, quum denſiorem paulatim placeret Gellio curam impartiri, in manus & conſpectum venerunt, quæ nunc univerſa conjunximus & bona fide proximas morti paternæ horas in Gellio uſque ad libri noni caput quintum decimum efferimus. Si recognoſcere hæc ipſa ſcripta, ſi examine altero collationem percenſere Patri licuiſſet, non poteſt eſſe dubium, quin & hæc ipſa pinguiora elaborationaque fuiſſes ab eo habiturus, & magis uberes etiam in Gellio emendationes. Sed iſta in vanum.

Harum igitur omnium tot notationum, tot linearum ſucceſſione mihi fratrique tanquam hercto non cito data, fieri nequivit, ut non frequenter mentem oculosque retulerim ad eum, cujus in loquendo ſimplicitas leporque & vocum quæſita proprietas, in colligendo varietas, in ſtudendo ſpeculum & exemplum ab ineunte ætate mihi perquam dulcia & habilia apparuerant; imprimis quum Lutetiæ ita proceſſiſſet iſta collatio, ut vetus ſcriptura multifariam mihi blandiretur, longe eo quod editum & impreſſum erat, ſuavior, mollior, & tum ad aures lenior, tum ad ſententiam enucleatior & copioſior. Sed quum nuper ederem Paterna, nihil appendendum exiſtimabam, ſententiæ meæ aut meditationis, quoniam ſola illa progredi deſiderabam, id curaſſe pro tempore amans, ſi ab vermibus & ſitu iſta domeſtica liberarem; vel quia quidquid id meum eſſet, non ſatis multos annos mitigatum, renovatum, verſatumque videbatur; quod mihi præcipue in hac ſcribendi ratione placet requiri, quippe experto jampridem hunc unicum eſſe modum, quo ſolide venerabilia iſta antiquitatis ingenia noſci & perſpici poſſunt; & præſertim editio aliqua decenter profligari: prout viſum fuit etiam illis, qui gloriam ſtudiorum in has terras invexerunt, etſi hodie cum miſeria publica ſoleat aliter fieri, & conſcribitur, dum imprimitur, ut ipſi huic Gellio patet contigiſſe & ab Thyſio & ab Oiſelio, utque animadvertis prodiſſe hodie iſtas editiones Græcorum auctorum, nequaquam eo ſtudio, ut in illis aliquid egregium & antehac latens & multo labore ex fundo aliquo receptum exhiberetur ab ingenio & doctrina editoris.

Multa poſthac ad id faciendum oborta eſt ex inopinato oportunitas, quotidie, ut ex vita mea facile conſtare poteſt, offerentibus ſe cauſis: verum & non ſemel voluptas per omnem deinceps Gellium eundi, quæ augeri tum maxime ſolet, quo magis intelligentia inſtruitur. Sed ſemper interpellatus hinc id ipſum nunc ſtrenue iteravi, ut & nihil non eorum quæ

memoravi adhibuerim, & ſi quid ex codice non valde antiquo S. Marci apud Florentiam obiter inſpecto frater, ſi quid ipſe in Thuaneo, quem Pariſiis itidem inſpexi, deprehendi ab aliqua Gellianæ illuſtrationis parte non alienum, ſtudioſe prodere in animo habuerim, ut ita certe, quo ſolo modo fieri poteſt, ſi non pleniſſima, certe plenior, quam antehac, Gellii exſtaret notitia.

Id autem inſtiteram exſequi adrepens normæ, quam antea duxerat Pater quaſi ad exemplum, ut ſic perhiberetur telæ opus per nos duos eadem Minerva exactum. Sed arcuit hanc uniformem actionem & invitum me ad plura circumegit ſola librariorum voluntas, qui pariter ejus, quam dixi, Thyſii & Oiſelii editionis rationem habere urſerunt, quum prout receptum eſt ab eorum corpore, ipſi emiſſent quaſi propriam, ut penes ipſos jus foret ejus typis ſubjiciendæ. Cui ſententiæ quum reſiſterem perinde, ac illam male-factam maleque utilem editionem & celerrima imprudentia collectarum notarum acervum ſpernerem, non quivi tamen conſilio vincere, & acerrimam pertinaciam expugnare, quam tuebantur argumentis non ex ſtudiorum commodo petitis, ſed talibus, quæ quilibet haud rudis adſequitur facillime. Ubi quum ſic eſſem inferior, cavendum hactenus putavi, ne ad puerilia prorſus relaberemur, & paſſim legerentur ea, quæ vel nullus ignorat vel ad tædium ſunt ſcribendo repetita, certe omnia melius alibi exſtarent, unde erant per tagacem calamum arrepta aut in brevius prave contracta. Id enim plane exiſtimo non eſſe hujus temporis, nec Gellii, quippe ad quem legendum qui venit, prima illa utique & continuata per longi temporis catenam hiſtoriarum lectione initiatus ſit oportet, ut non imperitus & hinc tanquam per infantiam attonitus ad quædam fruſta hîc repoſita accedat. Recidi igitur permagnam partem, in ejusque vicem ſubjeci partim indicia locorum, unde erant maligne petita, partim Lambeciana repetitu digna, quæ non ſatis crebro occurrunt, ut merito huc adderentur, aut ſi quid probabile aut ſuum protulit Philippus Carolus, quod admodum raro videas ab eo fieri, dum plerumque volens incidit in ῥᾶσιν *ſæpe ab aliis laboratam, aut profert, quo carere poſſumus. Nec plura merentur ſcribi de iſto perinfauſto & amariſſimo lolio, ut ego cenſeo, ridens illorum hominum ineptias, qui dum neſciunt quid ſit ſtudere, etiam de ſtudiis judicant, & tota vita nihil ſentiunt commodi vel ex ſe conferre in alios queunt. Et tamen vel iſtam editionem Batavam vel Thyſium nominare ad inſultandum ſuſtinuit editor Gellii in uſum Ser. Delphini; unde quum utique illi nihil noxæ ſit illatum, perferet interdum inſpici & iſtam Pariſinam, quæ in notis oſtentat nihil præter Lambecium & ætates nobilium*

bilium ſcriptis aut alia dote virorum, quæ ubique demonſtrantur; ſed ſicubi incidit in eos, quorum annos alii non dixerunt, quia ſunt obſcuriores, etiam ipſe hos tangere nequaquam per aſtutiam trahens caudam ſub alvum audet, ut videbis, atque inde concipe omnino nihil adportari boni, nihil editione dignum, nec vel editionem nominari debere, niſi ex illo genere tralaticio, quo chartæ & typi debent exerceri vel perdi: neque etiam poteſt uſum præbuiſſe, in cujus uſum jactatur comparata, neque credibile eſt ſub auſpiciis Huetii nunc ſcribi poſſe Alliam eſſe fluvium Umbriæ in Sabinis. Sed vel præcipue dixeris eam minime in ſumma laudandam, quod codicem bibliothecæ Regiæ non modo ſequi, ſed ne quidem inſpicere juſtinuerit, unde præfationem maluit referre ſordidam ex nugis illis conſuetis aliorum, quam vere Gellianam. Noluit accipere ab Regio Gellio indicium, quo poſteris tradidit à quibuſdam ſcriptos libros appellatos fuiſſe Ανθηρὰ, Ευρήματα, Λύχνες, Στρωματεῖς, Ελικῶνα, Προβλήματα *& ſimilis elegantiæ titulos alios, quorum auctores Gellio priores aliquando colligere voluit Pater, prout quoque Scioppius nonnulla auctorum nomina adſcripſit: quæ quoniam Gellio nunc non proderant, neglexi. Noluit ea quæ Gellius vocavit capita rerum, ac præfationi ſtatim ſubnecti voluit, obedienter ſervare, ſed ad finem libri & locum indicibus deſtinatum retulit neſcio quo aut levi aut inepto prætextu; neque enim nugatoria indicum multitudo debuit depravare Gellii propoſitum. Etiam quum Gellius Regius plene exprimat* Nonodecimo commentario hæc inſunt, *ille ex Stephano maluit adoptare* Undeviceſimo, *prout jam præmiſerat* Duodeviceſimo. *Equidem in codice quem Pater indicat literis* Me, *legit* Undeviceſimo commentario *in eo quem nos habemus* XVII. *Sed pro eodem illic quoque Lugdunenſis major* Nonodecimo, *& ubi eſt noſter* XVI^us^, *plane habet* Octavo decimo comm. *ſicut etiam Regius. Profecto horum duorum codicum auctoritatem nec prægravare Stephanus poteſt, nec æquare. Hæc, inquam, pigratus fuit agnoſcere, quum ineptias quasdam adoptet, neſcio an nefarius calumniis Raph. Fabretti aurem hac in parte præbens, quibus Salmaſii fidem, quam & ante Salmaſium Bourdelotius, & poſt eum Lambecius confirmaverant, deludere homo ſenex & morti proximus voluit, quaſi ex incerto quodam optimo libro Utopianæ ut puto bibliothecæ (hæc ſunt Fabretti verba) novaverit, unde etiam retinet Prouſteus* II, 22 unum meridionalem ventum. *Quid ſtatuemus? Certe quum is ipſe & præfationem agnoſcat Gellianam, & in ea citet auctoritatem manuſcripti codicis ex bibliotheca Regia longe optimæ notæ; etiam citet probetque aliquoties Lambecium, qui nihil niſi ex iſto codice protulit meliores quasdam lectio-*

nes ; dicas nequiviſſe illum cenſeri tamen aſſeclam voluiſſe eſſe calumniæ Fabrettinæ. Quid ergo? Non aliud mihi imaginor, quam ſolummodo in lectore admirationem concitare voluiſſe: cur enim non ubique ipſe illum codicem & inſpexit & ut unice admirabilem ſectatus fuit? Prorſus enim ille codex eſt, cui nulla poteſt moveri lis vel ſuſpicio; cui nulla alterius exemplaris quod publice etiamnum innotuit, vetuſtas poteſt æquiparari; cujus iſta fides & tutela in Græcis Latiniſque, prout ab Gellio venerunt, cuſtodiendis venerationem meretur palmariam. Sed & hoc patienter ferendum in iſto.

De meis non eſt quod dicam, quum ipſa ſe ſint oblatura cujuſque arbitrio. In quibus animadvertes codices ab Patre editos Voſſianos, quorum alter etiam ab Thyſio olim inſpectus fuit, ut nihil boni inde proferret, à me etiam ut oportuit, non ita, ſed Lugdunenſes appellari, quoniam prius nomen eâ tutelâ & gloriâ ſe exuit, & venditione in Academiam hanc tranſcripſit. Quæ qualiacunque videbuntur, declarabunt utique voluntatem meam erga Gellium & induſtriam variis annis illi impenſam, cujus nunc difficillima quædam loca & ab aliis deſperata, unde tamen vel maxime incommodabatur, non deterruerunt me, quin conarer prout ipſe ſpeculari, ſic tibi conſpiciendam dare manum Gellii. Falleris enim vehementer, niſi ita ſtatuas & animum inducas nihil poſſe eum tibi prodeſſe, immo vel maxime obeſſe, ſi aliorum infeſtiviter illudentium ſpuria & ſpurca pro hominis Romani, qui & Græca didicerat, & in Latina penitiſſime intraverat, expolito ſermone te impleant. Res ipſa monſtrabit id abunde. Mihi interim propter hos ipſos labores blandiri & cœpi & auſus fui, ſimul per eos reſcivi fore, ut ſic non amplius opprimerentur ea, quæ etiam Caſp. Scioppius non detrectaverat clam ſedulo annotare ad emendationem & intelligentiam auctoris, quem palam ita vili pendere ſolitus fuit, ut etiam vocaverit putidiuſculum ſcilicet homuncionem & ſæpe ſubineptum, quicquid Criticis iſtis videatur; & quum nactus fuiſſem atque animadvertiſſem diligentiam, tum ob ipſa exultaviſſe me fateor, tum ob poſſeſſoris amicitiam prorſus inæſtimabili felicitate acquiſitam, cujus te conſcium fecit dedicatio, quum aliter ſolvere grates debitas nequirem. Sed etiam libens fateor me obſtrictum Viris Eruditiſſimis & Amiciſſimis Petro Burmanno & Theodoro Johanni Schalbruchio, dum hic editionis Antonii Gryphii anni 1566 exemplar ab Johanne Iſaacio Pontano uſurpatum & hîc illic conſcriptum, ille editionem Brixienſem ſponte mihi obtulerunt; quibus publice gratias ago, quia videbis utrumque alicubi citari.

Sic quum poſt omnia typis abſoluta præfatus viderer tibi rationem meæ operæ, quam huc uſque impendere volui, reddidiſſe, ut jam liceret aulæa

tollere

tollere, ſubito admoneor inopinatæ moleſtiæ. Quippe etiam nunc quomodo inſcribi deberet hoc opus, deliberare debui. Nam quum caute plurimi titulum fecerint A. Gellii Noctes Atticæ, *tum Badiana maluit* Auli Gellii Noctium Atticarum lib. XIX. *additur rubricâ* (Nam octavus præter capita deſideratur) pluribus locis quam antehac integriores. *Vetuſtæ editiones nulla habita cura octavi libri in nono decimo finiunt. Aldus autem anno* 1515. *inſcripſerat* Auli Gellii Noctium Atticarum libri undeviginti, *quum & agnoſcat capita libri octavi, & in proceſſu operis habeat librum* XX *ultimum. Quum interim omnes ita agant, quaſi neſciviſſent in principio libri* VI. *acceptam jacturam. Sed etiam modò exhibetur mihi Bibliotheca Latina ſeu Notitia Auctorum Veterum Latinorum, in qua pag.* 12 *ſcribitur :* Exſtant Noctium Atticarum ad liberos ſuos libri XX. *Si exſtant, certe ab aliquo inſpectæ ſunt & uſurpatæ ; quod ſi ita eſt, obſtrinxerit certe nos plurimum, ſi communes voluerit eſſe. Sed video mox illic addi libri octavi ſola argumenta ad nos perveniſſe, ut verear tam fruſtra illud prius expectari, quam temere aut ſic ſcriptum eſt exſtare, aut commendatur editio Thyſii & Oiſelii, iniquiſſimâ profecto ſententiâ, ut quæ habeat ſelecta ex variis doctiſſimorum hominum ſcriptis commentaria & ſubjectum accuratum indicem ſcriptorum à Gellio allegatorum. Compulſus ergo fui & hanc cauſam noſcere, non ſolitus indices curare ; & reperi, quum jam pridem inprimendum dederam mutatis, quæ per occaſiones corrigenda mihi obvenerant & notaveram, ſane leviter ſe auferendum præbuiſſe virum illum variæ oppido notitiæ. Neque enim index iſte eſt accuratior præcedentibus editionibus, utpote viliter ex illis tranſcriptus, tantummodo ut quædam, ſed pauca nomina emendatiora per viros doctos in alia loca tranſtulerit, ut* L. Accius *ex* Attius, *quum alioquin tam fuerint abſurdi, ut & ſuo ordine ponant* Ælius Gallus 16, 5, *& retineant mox* Cæcilius Gallus libro ſecundo de verborum ſignificatione, quæ ad jus pertinent 16,5. *Ita vides illos ſibi non conſtare. Sed perinde ut ab prioribus, editur* M. Attius Plautus in comœdia 1, 7, *quod eſt nihili, perinde* Ariſtoteles *non tantum in libro* 22,3 *citatur, ſed etiam* in problematibus Acroaticis 20. *perinde ſcribunt* Bacchilides, *perinde* Cares, *perinde* Ennius in Iphigenia 19. 1. 10. *perinde* Euripides 23, 7, *perinde* Heraclitus Epheſius 20, 10, *aliique errores in numeris ſervati, perinde* Laberius in Fullonica, *perinde* Cornelius Nepos de viris illuſtribus 1, 18, *pro* 11, 8 *perinde* Lælius Felix, 15, 7. *quin immo perinde* Maſſurius Sabinus libris juris civilis, *non expreſſo libri & capitis numero, perinde P. Nigidius Figulus. . .* 18, 4. 14, 1. *ut ſic librum quartum decimum ordinent poſt octa-*

vum decimum, perinde Porcius Cato contra Furium & pro Ptolemæo, *&* ſi ſe Cœlius T. R. P. J. appellaſſet, *& alia ejuſmodi, quæ ſunt propagata jam, quod vix credas, ex editione Stephani, & ut nunc non appareant, curatum per me eſt, alioquin minime in hac parte ſollicitum. Imo præclare illic agnoſcas has pravitates auctas, vel dum edunt* C. Attejus Capito 12, 2. 2, 24. *quum antea ederetur* 12, 2, 24. *ubi numerus primus omiſſus in principio; vel dum edunt* M. Terentius Varro uno & viceſimo rerum humanarum 11, 11. 3, 12, 13. *Hoc enim proprie ipſorum eſt, nec ita exhibetur in prioribus. Itaque inquire iſta. Perinde digerunt* Verrius *poſt* Virgilius, Epictetus *poſt* Epicurus. *Si placet tamen ſcire, in quo fecerint indicem accuratiorem, eſt quod addiderunt* Juventius 18, 12, *ignoratus Stephano, & poſterioribus etſi per Rutgerſium indicatus, etiam in contextum adoptatus, non tamen pro certo & ſtabili in indice agnitus, ab illis inſertus eſt, qui ſuſque deque faciunt, quid fiat. Hinc & ipſe eum expuli, quia certe anceps locus eſt. Hoc ſcire te volui. Quod ſi ex indicibus placet aliquid novi accipere, & videas qui poſſint augeri ſcripta veterum, Prouſteus ex Gellio prodit.* M. Valerius Meſſala Augur Juriſconſultus de auſpiciis libro primo XIII, 15. idem libro de minoribus magiſtratibus: *videlicet quia ibi ſcribitur* idem Meſſala in eodem libro de minoribus magiſtratibus ſcribit; *quum antecedat mentio libri primi de auſpiciis, & in eo aliquid obiter ſcripſerit de minoribus magiſtratibus, nunquam vero de his librum fecerit. Quin & agnoſcitur ab eo* M. Terentius Varro in primore libro de ratione vocabulorum 1, 18. *quum ibi pateat Varronem in quarto decimo humanarum libro aliquid ſcripſiſſe, & quidem in primore libro, quod Gellius judicat ſcriptum ſcitiſſime de ratione vocabulorum, peritiſſime de uſu utriuſque linguæ, clementiſſime de ipſo Ælio; non autem novum & ſingularem libri titulum proferat.*

An vero ſelecta ex variis doctiſſimorum hominum ſcriptis commentaria dici mereantur, res ipſa doceat. An ſelectum id dicam, ſi ubi Gellius ſcribit de virgine Veſtali, ibi integra pagina conſumatur in colligendo & contrahendo, quicquid Lipſius notavit de Veſta? aut ſi quando vox aliqua in Gellio occurrat, ut verbi gratia augur, *afferantur omnia de vocabulis, quibus diſtinxerunt aves? ubi Fabius Pictor citatur, deſcribere Voſſii hiſtoricos Latinos? ubi Gellius deſcripſit ex Homero Therſiten, quod ſatis erat ad rem præſentem, illic chartæ perdendæ gratia univerſum Homeri locum ſubnectere non Græce tantum, ſed & Latine? Sic infinita, ex quibus nec Gellius adjuvatur, nec lectori quidquam obtingit,*

tingit, quod non ut millies scriptum in aliis libris viderat, ut sint mera studiorum detrimenta & tum chartæ, tum temporis deploranda παραναλώματα. *Porro nisi Stephanus & Pater meus utplurimum fide codicis Regii expulissent editionum vulgatarum ineptias, & hinc ab iis discessissent, quoniam probanda erat fides codicis illius unici, quanta notarum turba exemta fuisset Thysio, in cujus notis fere utramque paginam faciunt differentiæ editionis hujus vel illius ab Stephaniana aut Paterna? quæ sunt omnia nullius momenti. Accedit, ut non assequar, cur in ista Bibliotheca Latina scribatur*, Primus Gellium edidit Aldus Manutius Venetiis 1477. Inde sæpius in Italia, Galliis, Germania vulgatus est. *Unde enim potuit id habere is, qui Petri Lambecii prodromum lucubrationum in Gellio pag 23 legit, ubi citat Aldinam editionem, quæ Romæ prodiit anno* CIↃCCCCLXIX *& Jensonianam impressam Venetiis* CIↃCCCCLXXII? *ex qua negligentia judicavi impositum & injunctum mihi esse, ut quæ de Gellio collegi, ordine post ea quæ præmitti adsolent, exponam. Nescio autem an non sit deceptus per Thysianam eruditionem, quam tantopere laudat, quamque Thysius profert lib.* IX *cap.* II *pag.* 483. Ita Vet. Ed. Ven. anni CIↃCCCCLXXVII, quæ vice Ms. esse potest. *Sed bonus ille vir ne hoc quidem dicit ex se, verum ista editione utens ex publica Academiæ hujus Bibliotheca, quam illi donaverat Putschius, vidit verba Putschii in paginis primis exposita, & statim credidit. Chirographum Putschii quod hodieque inspici ab unoquoque potest, hoc est.* Usui crescentis indies Bibliothecæ Illustrissimæ atque per omnes oras famosissimæ Academiæ Lugd. Batavæ L. M. Q. reliquit Helias Putschius Germanicarum rerum Scriptores à Frehero editos, A Gelli Noctes Atticas impressas a°. CIↃCCCCLXXVII. Flori Rerum à Romanis gestarum libr. IIII Principem editionem. Hæc MS. vicem præstare possunt.

Certe præ universa illa recensione rerum ad Gellium spectantium maluissem ex viro laboris sedulo intellexisse, quid pag. 53 sensus esset in his Marini verbis: Ηγίας ὁ νέος δείγματα φέρων καὶ ἐκ μειρακίου ἐναργῆ πασῶν προγονικῶν ἀρετῶν, καὶ τῆς ἀπολωλότος χρυσῆς ὄντως τοῦ γένους σειρᾶς. *Intelligo* σειραὶ, *sed non intelligo simul omnia, nec constructionem posteriorum vocum, nedum ut inde exsculpi possit ista versio* sane unus ex genere aureæ illius catenæ, quæ jam pridem oculis hominum se subduxit, *per quam vox* ἀπολωλότος *confertur cum* σειρᾶς, *& recte, non cum* γένους, *à quo est abcisa. Sive ita Holstenius sive Gudius scripserint, scripserunt aliquid vitiosum, sicut vitiosum nunc expressum typis, neque illis credo ita in exemplari Msto exstare, neque sive hoc exstet editum, sive ignoratum, quidquam interest, quia est nihili.*

De

De nomine id possum testari, esse in Bibliotheca publica vetustissimas membranas Virgilii cum commentariis Servii, in quibus circa finem libri quinti diserte scribitur prout etiam excusum est Aulus Gellius, *sed ibidem in vacuo, quod patet inter duas columnas, adscripsit recentior* agellius, *unde liquet manuum ludus & progressus erroris, quum perinde sic exstet ibidem Lucanus omnino vetustissimus, cui praescriptum est* Mannejus; *& jam in ipso Gellio sic produximus* Cælius Gallus *ex libro Regio, ut is sit protritus mos in MSStis, quod etiam suboluit Mureto lib.* 11. *epist.* 6. *ad Gifanium ex Pandectis: atque idcirco illa quæ ab viris doctis sunt elaborata de auctoris nomine, nunc addi nequaquam fuit necesse, sicut ob molem hujus editionis etiam omitto addere Dissertationem Paternam de Populis Fundis, quam antea constitueram adnectere. Et hæc quidem omnia ex solo amore Gellii, quo eum prosequor, qui multa me docuit, multas suaves horas praestitit, crebramque materiam mentis in utili cogitatione exercendæ; utque agnoscas qua ratione ad Gellium legendum pervenire queas, quem profecto istæ priores editiones legendum non præbent, sed variorum ingeniorum sub tanti viri umbra jocantium asperitatem: quam detergere ipsas decuerat, nisi quod ad frivola nec ignota & Gellio non utilia operam non necessariam atque illaudabilem pertinere maluerunt. Atque ita Vale.*

Con-

Conſpectus operæ poſt renatas literas & typographiam repertam Aulo Gellio impenſæ, cum nominibus virorum doctorum, quos illi aliquid auxilii tuliſſe ad meam notitiam venit, uſque ad annum MDC, *quia ſæculo iſto labente vix prodierunt dignæ aliquo pretio, præter inſtructam ſcriptis Salmaſianis Paternam, quam ſequutæ aliæ, & Lambeciana.*

AULI GELLII Noctes ſeu Vigiliæ Atticæ Romæ 1469, prout citantur in Catalogo Heinſiano pag. 6. in literatoribus. Hæc prima Gellii editio, quam & poſſedit Grævius. Sed & habet Bibliotheca Regia. Ut mirari oporteat auctorem Bibliothecæ Latinæ nuper editæ in Anglia ſcribere ſuſtinuiſſe: *Primus Gellium edidit Aldus Manutius Venetiis* 1477. Satis ſcio eſſe Lambecium, quem auctorem ſequatur; quippe qui in diſſertatione de vita & nomine A. Gellii ſic quoque ſcribit: *Abſit enim ut Aldum Romanum, qui primus hunc auctorem dedit, & Theodorum Gazam quo adminiculatore Aldus ſe uſum eſſe fatetur, tantæ condemnemus perfidiæ, ut contra codicum veritatem veterum Aulum Gellium nobis pro Agellio obtruſerint.* Sed omnia temere.

In ædibus Petri de Maximis editus eſt Gellius a. M CCCC LXXII, qui eſt in Bibliotheca Voſſiana collatus ab Junio. Meminit Thyſius ad libri VI caput II, vocatque principem Venetam. Sed ad librum IX cap. 4. optimam Venetam And. Catharenſis, & ad caput XI. laudat quaſi vice MS. eſſe poſſit. Sed & Romana editio exſtare dicitur Conradi Sweinheim & Arnoldi Panartz in domo Petri de Maximis M CCCC LXXII. die ſexta Auguſti, ut alibi notatum vidi, & hæc fuerit illa, quam Rottendorffius dicit omnium primam editionem Romanam de anno 1472. Sed etiam alius alicubi notavit: Lambecius narrat e Mazariniana ſe habuiſſe Romæ impreſſum ab Aldo Manutio a. 1469. & a Nic. Jenſon Venetiis 1472. Inquire, de utrovis enim dubito. Sed maxime de priore: & primum editum puto a Sueinheim & Arnoldo Panartz Romæ factam a. 1472.

Auli Gellii Noctium Atticarum commentarii finis. Impreſſi Venetiis per Andream Jacobi Catharenſem M CCCC LXXVII. Andrea Vendameno duce Venetiarum inclyto.

Impreſſum Brixiæ per Boninum de Boninis de Raguſia anno domini M CCCC LXXXV. Die tercio Martii, Correctore Marco Scaramucino de Palatiolo: additurque carmen.

Si quem Cecropia clarum Latiaque Camœna
Eſſe juvat, Gelli ſcripta probanda legat.
Attica nox luci nunquam ceſſura diurnæ
Ad varias artes quam bene monſtrat iter?
En tibi docta cohors, Marcus correxit ad unguem,
Quem tulit Adriaco Brixia Marte potens.
Si quid erit falſi, veniam dabis: inſcia turba
Forſitan huic nocuit, dum celerabat opus.

Ἐρρῶσο ἀναγνώστης. **** ** Auli

EDITIONES GELLII.

Auli Gellii Noctes Atticæ Venet. 1486. fol. Catalogus Wittii.

Contuli Oxonii ad editionem Venetam an. 1491.

Veneta Philippi Picii Mantuani anno Domini MCCCCC die XV menſis Julii Auguſtino Barbadico Sereniſſimo Venetiarum Duce.

Auli Gellii Noctes Atticæ Baſil. 1506. in Catalog. Oxon.

„ Accipite ſtudioſi omnes Auli Gellii Noctes micantiſſimas, in quibus vigilias & „ ſomnum pacatiſſime reponatis. Nihil enim in Latinis obſtrepet inconcinnum, in „ Græcis minus. Quippe quæ nunquam antehac fuerunt accuratius emendata. Hinc „ rerum & dictionum ſpecioſarum indicem locupletiſſimum habetote. Et libri VIII „ quem deſideramus capita quæ antehac nunquam in lucem prodierunt. Hinc igitur & Jo. Petrus Feretrius Ravennas ad lectorem epigramma appendit. Item Caroli Caſtelli P. V. Franciſci equitis, & Victor Falchorius Græcum aliquid effudit. Sequitur Philippi Beroaldi præfatio ad Sigiſmundum Hoenloum Scholaſticum Germanum, & Nicolai Feretti Ravennatis ad ſplendidiſſimum Equitem D. Georgium Cornelium allocutio ſcripta Idibus Octobris MDVIII, in qua eum laudans, quod Georgium Trapezuntium, Gregorium Tiphernum, Franciſcum Philelphum, Pomponium Lætum, Georgium Merulam, Matthæum Siculum & Paulum Marſum, & Bartholomæum Merulam dignatus hoſpites & contubernales habere inque amicorum numero adſcribere, rogat ita: ne me infimum aſperneris, effecit Joannes Tridinus ut auderem nomini tuo in præſentia dedicare tot variarum rerum exempla, quas Noctes Atticas inſcripſit operi ſuo Aulus Gellius. Hinc in ipſo contextu ſcribitur: A. Gellii Noctium Atticarum liber octavus hac ætate non reperitur. Sed ex vetuſtiſſimo exemplari hæc capita excerpta ſunt. In fine: Impreſſum Venetiis per Joannem de Tridino, alias Tacuinum, Anno Domini MDIX die XX Aprilis. fol. Hæc editio non diu poſt renovata fuit in minore forma, ut patet ex verbis, quæ illam coronant. Jo. Connellus lectoribus. Accipite Romanæ militiæ ſtudioſi adoleſcentes quam diligentiſſimi Auli Gellii noctes micantiſſimas. In quibus vigilias ſomnumque veſtrum reponatis pacatiſſime. Sint vobis manuale enchiridionque. Nihil enim Gellio duce in Latialis eloquii floribus occurret expetendum. Impreſſas rurſum ad exemplar Beroaldinæ recognitionis in ædibus quidem Aſcenſianis, impenſis autem Joannis Parvi Bibliopolæ nobiliſſimi. Anno ſalutis noſtræ MDXI ad Idus Novemb. Quin & poſtea anno 1517. repetitam Argentorati lego.

Auli Gellii Noctes redditæ nuper omni diſcuſſa caligine micantiſſimæ, ſcriptum literis aureis. In fine Impreſſæ ſunt Florentiæ A. Gellii Noctes iſtæ lucubratiſſimæ ſuprema arte curaque & ſumptibus Philippi de Giunta Florentini Anno 1513. Menſe Januario. Leone Pont. Max. Chriſtianam R. P. moderante, quæ dedicata Laurentio Mediceo ab Carolo Aldobrando præfert jactationem collatorum variorum exemplarium, & ode adeſt Aleſſii Lapacini ad Carolum Aldobrandum.

Auli Gellii Noctium Atticarum libri undeviginti. Supponitur ancora cum voce ALDVS. In fine: Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ ſoceri menſe Septembri MDXV, in cujus editione Joannes Baptiſta Egnatius Venetus ſcribit Antonio Marſilio Veneto, ſe illi dicare *has Noctes, quas ego exactiore cura recognitas, quantum eſt datum otii per alias occupationes meas, in Aldina olim officina imprimendas curavi, ut quæ caſtigatiſſimæ induſtria noſtra reddita erant, &c.*

Etiam

Etiam Lugdunenſis minore forma exſtat Anni MDXV.

Auli Gellii Noctes Atticæ cum dictatis MSS. Franciſci Silvii in Gellium. Pariſ. 1515. in IVto. Catalogus Wittii.

A. Gellii editio procurata in 8vo Argentorati anno 1521 citatur in Grævianis, unde opinari cogor hanc eſſe quam poſſedit Vir CL. Adrianus Beeckers van Thienen, ut docet catalogus pag. 26.

Auli Gellii Luculentiſſimi Scriptoris Noctes Atticæ Caſtigatæ ſunt emaculatæque diverſorum codicum collatione, nec id tamen ſine doctioris cujuſdam judicio: à quo & Græca quæ paſſim depravatiſſima erant, ſunt recognita, & quantum licuit, genuinæ puritati reſtituta. Eucharius Cervicornus excudebat Anno MDXXVI, ſumptu & ære M. Godefridi Hittorpii civis Colonien. nonis Martiis. Qui quidem Godefridus Hittorpius, laudans Arnoldum Veſalienſem, etiam memorat Andreæ Cratandri chalcographi non indiligentis editionem.

Auli Gellii Luculentiſſimi ſcriptoris Noctes Atticæ apud Seb. Gryphium Lugduni 1534 in 8.

Auli Gellii Noctium Atticarum lib. XIX. (Nam octavus præter capita deſideratur) pluribus locis quam antehac integriores. Cum Aſcenſianis ſcholiis collectis fere ex annotatis ſane doctorum hominum Ægidii Maſerii Pariſienſis & Petri Moſellani Protogenſis. in officina Michaelis Vaſcoſani, Menſe Septembri MDXXXVI. Hæc frons. In fine: Excudebat Johannes Lodoicus Tiletanus MDXXXVI menſe Septemb. Eodem volumine Annotationes Petri Moſellani Protogenſis in clariſſimas A. G. Noctes Atticas. Vænundantur Jodoco Badio Aſcenſio cum ipſo Gellio etiam aliis elucidationibus illuſtrato. Rurſus Anno MDXXXIIII. Sed in catalogo Græviano exſtat Gellius cum notis Petri Moſellani a. 1541. Certe Martin. Gymnicus Coloniæ anno MDXLIX edidit Auli Gellii Noctes Atticas cum Moſellani Adnotationibus, etiam ſelectis ex optimis auctoribus in loca quædam obſcuriora.

Auli Gellii Luculentiſſimi ſcriptoris Noctes Atticæ Lugduni apud Seb. Gryphium 1539.

Etiam Venetam 1544 citari video in catalogo Anonymi, quem inſpexi.

Gifanius agnoſcit Gryphianam editionem anni MDXLVI. Muretus Epiſt. p. 481. Nec addit, quæ ſit forma. Cæterum Lugdunenſis minore forma anni MDXLVI exſtat in Catalogo Graswinkelii: quæ ſi fuit octavæ plicæ, forſan erit eadem, qua fuit uſus Lambecius.

Leo Allatius de patria Homeri capite 6.

Jacobus Crucius Bononienſis annotationibus in Gellium.

Editio Gelliana Sebaſtiani Gryphii anni 1550 & anni 1555 in 8. In Heinſii Catalogo pag. 59 citatur Gryphiana Lugduni editio anni 1559 in XII.

Circa hoc tempus meditatur Julius Cæſar Scaliger problemata Gelliana CXI, quæ edidit centum fere annis poſt Amſtelodami Jodocus Janſſonius 1650.

Gellii editio Pariſina anni 1564 in XII° citatur in Heinſianis p. 59.

Joſephus Scaliger anno CIↃ IↃ LXIIII ad Varronem de re ruſtica p. 206 ſcribit: Quod & in lege XII. Tabularum apud Gellium commiſſum eſt. Nam cum ita concepta primum eſſet lex, *Poſt meridiem præſente ambobus litem addicito*: qui ὀχλαϊσμὸν, *præſente ambobus*, interpretari voluit, adjecit, ſi ambo præſentes. Sed

totam legem explicabimus in Gellianis animadverſionibus. Hoc Scaligeri exemplar venit in manus G. J. Voſſii, à quo petiit Elmenhorſtius, ut patet ex Voſſii Epiſtolis num. xxx, ubi etiam num. xcvi Jo. Beverwyckius ſcribit: Utinam & Agellium haberemus a te perpolitum! Promiſerat quid Gifanius & alii; nemo vero quod ſciam ſalutares ei perſanando manus attulit, cum tamen varia ejus loca non ſolum à Criticis, ſed & Medicis & Juriſconſultis paſſim correcta & explicata animadverterim.

SCALIGERANA.

Carrio cepit ex Gellio folium in quo correxeram verſus Menandri; ego volui illum occidere, mihi reddidit valde timens. Habebat divitem diſcipulum; cum quo deprehenſus eſt, niſi fugiſſet, male habuiſſet.

Item Carrion m'a eſcrit une lettre, par laquelle il me confeſſe le larcin qu'il avoit fait en deſchirant quelques catuers du Gellius de mon Pere. Lipſius l'apelle Stellio.

Apud Nicol. Heinſ. p. 59. citatur Pariſina 1564.

Auli Gellii Luculentiſſimi ſcriptoris Noctes Atticæ Lugduni apud Antonium Gryphium an. 1566.

M. Ant. Muretus ſcribit Hub. Gifanio xvii. Cal. Jan. M. D. LXIX.

Impetravi tandem librum a Fulvio, qui ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν minime reſpondit expectationi meæ. Nam neque totus eſt ille Noctium Atticarum ſcriptor, neque quod eſt, valde diligenter ſcriptum eſt. Contuli quicquid erat accuratiſſime ipſemet cum meo Gryphiano anni MDXLVI. Quod aliter quam vulgo repperi, id omne tibi hic cum fide repræſentabo. Primum igitur moneo, librum Fulvii σύμμικτα quædam eſſe ex Gellio ſive Agellio & ex Valerio Maximo, ita ut alternis ſingulis Agellii capitibus ſingula Valerii ſubjecta ſint. Idque nullo certo ordine. Græca nuſquam comparent, niſi paucis admodum locis: Idque ubi una tantum aut altera vox Græce ſcripta erat. Jam tu facile potes conjicere librum non valde magni pretii fuiſſe. Antiquus tamen videtur.

Hub. Giphanius ſcribit Mureto v. Kal. Febr. MDLXX.

De Agellio quæ adferam, te rogo, ut accurate perpendas: quæ ſi tibi probabuntur, fac ut ratione aliqua adfirmes. Contuli igitur manuſcriptos ſeptem: Lovanii Buſlidianum antiquum ſatis, ſed minime integrum; alterum Cuiacii, in quo decem libri poſteriores, item bonum: tertium Mæmianum, clariſſimi ſenatoris Henrici Mæmii, ejuſdem bonitatis ac magnitudinis; duo præterea erant Pinellini; quos tamen, quia minime eſſent vetuſti non libuit totos conferre, ut neque Rhedingeri unum, juvenis nobiliſſimi Germani. Septimus quem Lutetiæ diligentiſſime contuli, Danielis, amici cujuſdam mei, advocati Pariſienſis erat, omnium longe pulcherrimus & antiquiſſimus; accedat huic, bonitate, ni fallor, proximus Fulvianus.

Henr. Valeſius fuit uſus editione Lugdun. apud Barthol. Vincentium MDLXXI.

Auli Gellii Luculentiſſimi Scriptoris Noctes Atticæ cum indice locupletiſſimo. Pariſiis apud Hieronymum de Marnef, & Viduam Guillielmi Cavellat, ſub Pelicano monte D. Hilarii 1584.

Auli Gellii Noctes Atticæ, ſeu Vigiliæ Atticæ, quas nunc primum a magno mendorum numero magnus veterum exemplarium numerus repurgavit. Henrici Stephani

phani Noctes aliquot Pariſinæ Atticis A. Gellii Noctibus ſeu Vigiliis invigilatæ.

Ejuſdem H. Stephani Annotationes in alios Gellii locos prodibunt cum Notis Lud. Carrionis (qui vet. exemplaria contulit) prelo jam traditis. Pariſiis MDLXXXV. Hanc editionem renovatam audio Francofurti 1624. & meminit Lambecius in præfatione.

J. LIPSIVS Lugduni 1585. ſcribit ad Victorem Giſelinum.

Gifanii Agellium excudi audimus. Ego ſcriptorem ante quatuor menſes ad Plantinum miſeram, ſevere & anxie correctum, curque omiſerit aut admiſerit, ne nunc quidem ſcio. Nam ſi mens aut otium mihi, ſatis multa in aliis ſcriptoribus quæ agamus: ne eripiam hanc patri prolem, jam certe nubilem & plus quam quindecennem. Centur. 1. Select ep. 70.

Ad JANUM LERNUTIUM.

Sed illa aſpis etiamne Audomari? Æternum velim necubi propinquior halitu ſuo vos afflet. Agellius autem ejus tam ambitioſe promiſſus ubi eſt? Stephanicum enim videmus, & in eo ſcommata ac tela non obſcure in iſtum. O improbum pariter & infelicem! Ubique vapulat, & corpus ejus tot cicatricibus infamiæ occalluit, ut plagæ novæ non ſit locus. Et tu tamen hoc cadaver petis me invito: qui mucronem hunc acutiſſimi ingenii ſervari & dirigi velim in dignum hoſtem. Hic quidem calcandus, non feriendus eſt, & demittat atque abjiciat ſe neceſſum eſt, quiſquis eum tangat. Centur. 1. Sel. ep. 86.

Jo. WOUWERIVS ſcribit anno 1595. ad Jan. Gruterum.

Accingam me editioni Gellianæ, in quo ſi quid me juvare potes, quæſo ne recuſes. Gifanius vero quid molitur? Jam olim fuiſſe nuntiatur ejus Agellius. Jam ſeculum exſpectamus. Et vero Schegkius gloriatur in Præmeſſis de MS. Gellio, qui utinam extrahi poſſet aut ſaltem ut transſcriberet lectiones variantes! Centur. 1. Epiſt. 14.

Idem Hamburgo 1604. ad Pet. Scriverium.

Nos, quantum per negotia licet, paramus editionem Apuleji & Agellii. Cent. 1. epiſt. 49.

Idem ad Lindenbrogium Lugduno cum Petronium edidiſſet.

Scio te frequentem in Gellii lectione. Itaque ſi quid illic dignum nota natum tibi, quæſo amice communices. Centur. 2. epiſt. 18.

Iſaacus Caſaubonus anno cIↃ IↃ xcv. ſcribit ad Suetonium in Julio capite ſeptimo. Nam quod in nuperis A. Gellii editionibus mutatum id eſt, contra veterum librorum auctoritatem factum, quos nos vidimus antiquiſſimos. Hos videtur terminare in notis ad Othonis caput 1, ubi ſcribit: *Sic enim in vetuſtis duobus codd. legi.*

J. Lipſius ad Cornelium van Dalen, Lovan. xv. Kal. Febr. 1603.

Scribis te cogitare aliquid in Agellium, & ſubſidium poſtulas. Illud laudo, & ſcriptorem ego habeo puriſſimæ Latinitatis, & plane ad comœdiam antiquam. Iſtud non abnuo, ſed nunc differo, a valetudine & otio negatum. 4. Centur. Miſcell. ep. 67.

Idem Wouwerius ad Scalig. Hamburg. 1604.

In Gellio fere omnia occupata ab aliis vere dixeras. nam poſtquam excuſſi libros

meos, non pauca quidem reſidua offendi, ſed ea tamen novam editionem vix mereri viſa. Immenſum tamen tibi debeo, quod vel gratia mea in hoc argumento verſari tibi imperaris. Cent. 2 epiſt. 69.

Circa quod tempus quanto fervidius privatim viri docti incubuerunt Gellio emendando, eo frigidius in publico actum, ut raro aut vix primis ſæculi XVI^mi temporibus typos Gellius fatigaverit, niſi tantum obiter in variis alienæ materiæ ſcriptis.

Interim & Barthius venditat Gloſſarium Gellianum libro VIII Adverſar. cap. XVI, quod & citare dignatus fuit Thyſius, & Pricæus ſcribit in fine notarum ad Apuleji Metamorph. pag. 706 *Quæque in Gellium ultra menſuram commentarii iſtius collecta*, & in Notis ad Apologiam citat Colonienſem codicem. Ipſe hic Pricæus eſt, qui quum anno CIↃIↃCXXXV Pariſiis ediderit Apuleji Apologiam cum notis ſuis, tamen præſtantiam Salmaſianæ induſtriæ in transferenda præfatione noluit revereri, adeo ut pag. 15 citaret ſcriberetque [Corrige in hac loquutione Saluſtium . . . item Gellium l. 20. cap. XI ubi vulg. *cœptus noſter*] Denique ex his omnibus nihil video, quid moverit Lambecium, ut Aldo Manutio, Joſ. Scaligero, Iſ. Caſaubono, Adr. Turnebo, J. Lipſio, Lud. Carrioni & H. Stephano, ut qui purgandis his Atticis Noctibus ſe exercuerint, præponat Eraſmum Roterodamum, cujus ullam partem nec commemorari ſcio nec exſtare.

Nuper hæc legimus in editione Epiſtolarum G. I. Voſſii, ad quem ſcribit Erycius Puteanus Lovanio III Kal. Septemb. CIↃIↃCXLII. Sed quid audio? In Aulo Gellio te eſſe? Laudo conſilium. Hic ille ſcriptor eſt, qui magnam Antiquitatis partem noctibus ſuis illuſtrat, varius, Latinus, accuratus. Quantum, o Muſæ! damnum, librum VIII intercidiſſe! Quantum bonum, ſuppleri poſſe! Vide etiam an caput ultimum libri XX, præfatio operis totius fuerit potius quam concluſio, ut nunc habetur. Pluſcula obſervabam nuper, cum ſelecta totius voluminis hujus capita publice explicarem: ſi intempeſtivum ſit, mittere velim, & meam quoque ſymbolam, ut ita dicam, conferre.

Denique Thyſius ad librum X cap. 16 potuit citare Pontanum in Animadverſionibus ad Gellium.

LUX NOVA

REDDITA NOCTIBUS ATTICIS

AULI GELLII

Studio & vigiliis

Viri Clarissimi & Doctissimi

JACOBI GRONOVII, J. F^R.F.

Eloquentiæ, Græcarum Literarum, Historiarum Professoris & Geographi Academiæ.

Labante sæclo per varium nefas,
Romana pubes deses in otio
Cultus avitos pristinumque
Perdidit eloquii nitorem.
Sic magna prisci gloria temporis
Turpi perisset condita inertiâ,
Si non sagaces excitasset
Cura vigil proprios in usus.
Hac arte noctes Gellius Atticas
Musis sacravit, queis studio novo
Vetusta Doctorum tenebris
Eripuit monumenta priscis.
Quot non lepores, delicias, jocos
Rituſque cultuſque explicuit liber
Auctore, doctrina, styloque
Luce dieque nitente dignus?
Sed & nepotum barbaries rudis
Oblivioſis abdita nubibus
Hos noctis insomnis labores
Perpetuâ quasi nocte pressit.
Sic illa cedro digna volumina
Turpi nitorem perdiderant situ,
Rursumque cæcis involuta
Noctibus & senio jacebant,

Donec

Donec reductum per varias vices
Scientiarum non rude ſæculum,
Novoque tranſmiſit theatro
Helladis huc Latiique cultus.
Non defuerunt tum tenebris Viri,
Quotquot labore aut Pallade nobiles,
Quin hæc latebris Gelliana
Eruerent monumenta pigris.
Sed preſſit omnes vis truculentior
Fati: nec illis abſtinuit Parens
Linguæque doctrinæque verum
Gronovius columen Latinæ,
Maleominato conſilio ſtudens
Noctes opacas in mediam diem
Referre, acerba nocte raptus
Vix medio jacet umbra cæpto.
Nunc clara magno par ſoboles Patri,
At non paterno territus omine
Gelli miſertus obſoletas
Gronovius maculas reterget.
Nunc ire certo per medias pede
Noctes licebit; fax nebulis nova
Lampaſque prælucet benigno
Lumine diſcutiens tenebras.
Jam luce grata fulget amabilis
Gelli venuſtas; dum medicas manus
Parti laboranti, diemque
Reddit Apollineus ſacerdos.
O digne ſummæ laudis honoribus
Vates! vetuſtis ſordibus eruti
Gaudere manes Gelliani
Dote nova & titulis videntur.
Atque ut lituras tetricaque omina
Curis abacta & judicio tuo
Miratur hæc ætas ſtupente
Invidia tacito dolore:
Sic fama docti præmia nominis
Intaminatis reddet honoribus
Servanda Muſis per nepotum
Progeniem veniens in ævum.

HENR. SNAAKENBURG.

A. GEL-

A. GELLII IN NOCTES ATTICAS

PRÆFATIO.

IUCUNDIORA [1] alia reperiri queunt. *ipse autem* ad hoc *scripsi*, ut [2] liberis quoque meis paratæ istiusmodi remissiones essent: quando animus eorum [3] interstitione aliqua negotiorum data, laxari [4] indulgerique potuisset. Usi autem sumus ordine rerum fortuito, quem antea in excerpendo feceramus. Nam perinde ut librum quemque in manus ceperam seu

1 *Jucundiora*] Frustra hanc præfationem in editionibus, quæ vulgatæ sunt, quis quærat. Sciatur itaque oportet, nullam hodie extare eo loco, quem debuit occupare ex nominis ac rei merito, sed pessimo facinore in posticum libri rejectam esse ad finem ultimi capitis, cum quo indivulsa serie cohæret. Capitis illius ultimi titulus est, *Quid sit Sculnæ verbum positum apud M. Varronem.* Quod ad rem quæ illo capite tractatur, attinet, finem accipit in illo versu, qui & finis idem capitis:

Per Deos immortales nolite vos sequestro ponere.

Post hunc versum sequitur satis longa dissertatio, quæ nihil habet cum illo capite commune aut conjunctum, quam nos præfationem esse volumus. Et sane ita est. Ut convenire posset ac cohærere cum illo postremo capite, cui eam uno tenore subjunxerunt, sic ejus initium interpolarunt correctores: *Atqui jucundiora alia reperiri queunt. Ipse autem ad hoc scripsi, ut liberis quoque meis paratæ istiusmodi remissiones essent.* Transferendam esse omnino constat totam hanc dissertationem in eum locum, qui præfationi debetur, ac legendum ejus exordium ex vetusto codice ad hunc modum: *Jucundiora alia reperiri queunt. Ipse ad hoc scripsi, ut liberis quoque meis paratæ istiusmodi remissiones essent.* Prologum esse auctoris noctibus præfixum, præter antiqui codicis auctoritatem, omnia quæ ibi narrantur, clare indicant. Institutum suum ac propositum scriptionis explanat. Quid scripserit, quo consilio & in quem finem scripserit. De inscriptione etiam operis tractat, & rationem reddit, cur *Noctes Atticas* titulum commentationibus istis fecerit: occasione data ibidem carpit usitatas plerisque auctorum qua Græcis qua Latinis titulorum festivitates exemplis etiam allatis. *Salmasius.* In optimæ notæ MS. R. erat hoc caput in initio totius operis positum: incipiebat autem hoc modo: *Jucundiora alia reperiri queunt* &c. Neutra lectio placet mihi, tam manuscripta, quam excusa. Nam velim vocem *atqui* nec plane deesse, nec superesse. Meâ quidem sententiâ vetus lectio est: *Alii jucundiora alia reperire queunt: Ipse autem* &c. ut scilicet in mente habuerit Gellius Atticorum illud proverbium, ἄλλαι δ' ἄλλων ἐπιτεχνήσεις, quo nihil aptius ad hanc sententiam. Ita Plinius lib. 9 epistolam ad Paulinum inchoat: *Alius alium, ego beatissimum existimo, qui* &c. Et Julianus Imperator epistolam ad Serapionem: ἄλλοι μὲν ἄλλοις τὰς παιηγορίας νομίζουσι· ἐγὼ δὲ &c. Et Theon Arati interpres: ἄλλοις μὲν μελέτω γραφὰς ἀλλοίας ποιεῖν, ἡμεῖς δὲ &c. Hac ratione etiam Gellium nostrum præfationem suam inchoasse credo. Quod sequitur: *Ipse autem ad hoc scripsi*, id est, in hunc finem, à Græcis desumtum est, qui dicunt πρὸς τοῦτο & ἐπὶ τούτῳ. Ita Phædrus fabulator:

Cum destinassem terminum operis habere,
In hoc, ut aliis esset materiæ satis.

Lambec. Hæc & quæ sequuntur, usque ad summas capitum uniuscujusque libri, antehac in fine totius operis adhæserant. At eam præfationem esse demonstrat & locus, quem obtinet in scripto Regio, & res ipsa clamat, ut docuit Salmasius in Prolegomenis ad Solinum. Animadvertit hoc quoque nescio an non prior Erycius Puteanus Apparatus Epistolarum centuria 2 epist. 45. Subscribunt membranæ Rottendorfiæ, idem principium Noctium Atticarum facientes. Uterque autem codex: *Jucundiora alia reperiri queunt. ad hoc ut liberis quoque meis paratæ* (Reg. *partæ*) *istiusmodi remissiones*

 essent.

seu Græcum seu Latinum, vel quid memoratu dignum audieram, ita, quæ libitum erat, cujus generis cumque erant, [5] indistinctè atque promiscè annotabam: eaque mihi ad subsidium memoriæ, quasi quoddam literarum penus, recondebam; ut, quando usus venisset aut rei aut verbi, cujus me [6] repens fortè oblivio tenuisset, & libri, ex quibus ea sum-

essent. Salmasius ubi tradit, quemadmodum ex vetusto codice legendum sit, de posterioribus solum *autem* expunxit; credo, quod τὸ *ipse scripsi*, quæ tamen etiam, ut dixi, in ambabus membranis desiderantur, ad sensum implendum necessaria judicaret. Ego vero & in Chartaceo veteri, qui cum vulgatis hæc ad calcem rejecisset, inveni: *Atqui jucundiora alia reperiri queunt. ad hoc ut liberis*. Et sane τὸ *Atqui* ἐκὼν ἀέκοντι θυμῷ omisi, quippe quod interdum & exordium sermonis ornet. Sic Appulejus incipit Milesias: *At ego tibi sermone isto Milesio varias fabulas conseram*. Ubi male mutarunt. Virgilius secundo Æneid. *At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis*. Ovidius tertio Fastorum: *At quam sunt similes, at quam formosus uterque!* Et in Epistola Medeæ: *At tibi Colchorum, memini, regina vacavi*. Ubi & ὁ πάνυ Nic. Heinsius particulæ istius vim animadvertit. Tale principium Hippodromi est Sophistæ, quod & Megistias audiens & narrans Philostratus admirati sunt: Αλλ' ἐμαυτὸν γε δναμαι. Hæc autem etiam quasi indignatio lectoris est: cui potuit respondisse auctor pari brevitate: *Atqui jucundiora alia reperiri queunt. At hæc, ut liberis quoque meis*. Juxta enim commode intelligas in his, *à me reperta sunt*, atque à principio, *Exspecto ut lector dicat*. Plautus Cistellar. *At pol ille à quadam muliere, si eam monstret, gratiam ineat*. LA. *At sibi ille quidam volt dari mercedem*. Mercatore: *At ego, si velim, jam dantur septem & viginti minæ*. De. *At ego*. Gronovius. Nemo ambigat vel intelligi satis commode omnia posse, vel in alium quendam modum refingi aut aliquid tolerari. Sed quum codex Regius adeo præclare hæc omnia solus digesta habeat, solus salebras universas adæquaverit; etiam sanctior haberi à nobis debet, quam ut uspiam in tota utique hac parte secus de eo sentiamus, nec velimus pro unica Cynosura habere. Apparet Lambecio idem accidisse, quod pater scribit de Salmasio, ut ista *Ipse autem scripsi* pro interpolatis nequiverit agnoscere, Unde *ad hoc* debuit explicare, quum nullus inde veniat fructus, immo periculosissimum sit tueri illud *atqui*, nedum in aliam vocabuli speciem convertere. Apparet cuicunque acutiori ex fide optima Regii codicis ab Gellio nihil scriptum esse præterquam *Jucundiora alia reperiri queunt. At hoc, ut liberis quoque* &c. sive intelligas scriptum reperi vel confeci aut à me repertum est, revocando ex sequentibus *literarum penus*. Ideo singularem *hoc* posuit, non pluralem: neque singularis ille decenter potest mutari. Mireris autem licet, cur Lambecius in hoc loco & mox in dicto Heraclitι sic agat, quasi Salmasii Prolegomena in Solinum non vidisset, repetens pro suo, quod Salmasius egregie jam patefecerat, unde istæ duæ notæ indignæ erant, quæ huc referrentur, nisi ipse voluisset eas publicari nonnisi ad ludibrium tantæ ejus ineptiæ. Quanto magis ridere oportet notas Gellio allitas in usum Ser. Delphini, ubi Lambecius venditatur annotavisse hanc autoritatem Manuscripti ex bibliotheca Regia longe optimæ notæ. Non decet hoc. An quod Parisiis impressum est anno 1629, inhonoratum est præ eo quod anno 1647. Valeant. Interim tria ista verba charactere diverso curavi excudi. *Jac. Gronovius*.

2 *Liberis*] Ita Cicero libros aureos de officiis filio, & Asconius Pædianus commentarios, quos in Ciceronis Orationes scripserat, liberis inscripsit. *Thys*.

3 *Interstitione*] Glossæ, *interstitio*, διαφορον. Ita & *constitio* dicitur, à *consisto*, ubi consistitur. Vide auctorem nostrum lib. 16 cap. 5. *Idem*.

4 *Indulgerique*] Passive. Ita & active Ter. in Eunucho, *nimis me indulgebo*. Lucilius, *iram indulges nimis*. Idem.

5 *Indistinctè atque promiscè*] Sic Rot. & in sequentibus libris *promisca, promiscam, promisce*, tanto consensu membranæ, ut dissidere nequeas. Nimirum pronuntiatio contraxit duas syllabas, primum ut quasi *promisquus* dicerent, quemadmodum *arquatus* pro *arcuatus*: postea & *promiscus*, ut *cocus, præcocis, cotidie*. Sic Lucretius *vacefit*, pro *vaquefit*, ex *vacuefit*. Nam *miscus* ab initio dixisse non magis credo quam *mutus* pro *mutuus* à *muto*, *continus* pro *continuus* à *contineo*: etsi serior ætas audacius *continari* pro *continuari* fecerit, ut & *vacum* pro *vacuo*: sed *miscuus, miscquus, miscus, miscellus, miscellus*. Gronovius. Sane & in unico Taciti codice legitur 4 ann. 37 *promiscis adulationibus*, ubi edunt *promiscuis*. Et tamen *promiscue* nunc est in Regio secus ac in argumento cap. 3. lib. 3.

6 *Repens forte*] Hæc series vocum est in MS. Regio, quæ longe manifestius exponit mentem Gellii, ut ne minima quidem causa sit invertendi; sicut & mox Αμαλθείας κέρας, non vice versa, ut exhibetur in editionibus.

7 *Dispa-*

ſumſeram, non adeſſent, facile inde nobis inventu atque depromtu foret. Facta igitur eſt in his quoque commentariis eadem rerum [7] diſparilitas, quæ fuit in illis annotationibus priſtinis: quas breviter & indigeſtè & inconditè [8 9] eruditionibus, tractationibus, lectionibuſque variis feceramus. Sed quoniam longinquis, per hiemem, noctibus in agro, ſicuti dixi, terræ Atticæ commentationes haſce ludere ac facere exorſi ſumus: idcirco [10] eas inſcripſimus, *Noctium Atticarum*, nihil imitati [11] feſtivitates inſcriptionum, quas plerique alii [12] utriuſque linguæ ſcriptores in id genus libris fecerunt. Nam quia variam & miſcellam & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiverant; eo

7 *Diſparilitas*] Varietas. Hoc vocabulo utitur quoque Macrobius lib. 1 Sat. cap. 1. Varro & Cicero *diſparilem* quoque dixere. *Thyſ.*

8 *Eruditionib.*] Multum moleſtiæ hic locus doctis viris præbuit, quibus repetitio iſthæc dativi *annotationibus* ſuſpecta erat, nec immerito. Abſit tamen, ut perſuaderi nobis patiamur, Gellium jam antè alias annotationes edidiſſe, quàm Noctium Atticarum commentarios aggrederetur. Nodum hunc ſolvo ex MS. R. in quo ſcriptum inveni: *quas breviter & indigeſte & incondite eruditionibus, lectionibuſque variis feceramus.* Optime. Quicquid enim in Noctibus Atticis tractatur, in duo hæc aut eruditionum, aut lectionum genera cadit, ut nimirum ea vel ex aliis audierit, vel ipſe legerit. Paulò inferius in ſimili ſenſu vocem *eruditionis* repetit. *Lambec.*

9 *Annotationibus, tractationibus lectionibuſque variis*] Satis hoc abſonum atque abhorrens: *annotationes facere annotationibus.* Itaque H. Stephanus *obſervationibus* ſubjicit. Duo optimi Regius & Rottendorfius, *incondite eruditionibus lectionibuſque variis.* ſine τῷ *tractationibus.* Atque etſi inſolentior videatur vox *eruditiones*, exſtat tamen & apud Vitruvium lib. 1 cap. 1. *Architectura eſt ſcientia pluribus diſciplinis & variis eruditionibus ornata.* Et ibidem: *Diſciplina condecorata & abundans eruditionibus variis ac pluribus.* Item: *qui à teneris ætatibus eruditionibus variis inſtruuntur.* Sed nondum ſalva res eſt. Quam enim belle cadit *annotationes facere eruditionibus lectionibuſque?* Si nihil aliud, præpoſitio deſideratur. Denique ſcripſiſſe auctorem cenſeo: *quæ fuit in illis annotationibus priſtinis, quas breviter & indigeſte & incondite ex auditionibus lectionibuſque variis feceramus.* Meminerat enim ſe ſupra dixiſſe; *proinde ut librum quemque in manus ceperam ſeu Græcum ſeu Latinum, vel quid memoratu dignum audieram.* Ideo nunc repetit *auditiones* & *lectiones.* Lib. 9, 4. *in iſtiuſmodi rerum auditiones.* Lib. 20, 4. ἐξωτερικὰς *auditiones* Lib. 14, 1. Et per omne opus ſatis eſt utraſque agnoſcere. *Gronovius.*

10 *Eas inſcripſimus Noctium Atticarum*] Atqui MS. Regius & nonnulli inſuper alii *Noctium eſſe Atticarum*, quod ignorari non debet: qui codex mox quoque retinet *conquiſiverant.* Jac. Gronov.

11 *Feſtivitates inſcriptionum*] Si conferas hæc cum editis, quid additum ſit à nobis, quid detractum, quid emendatum tibi conſtabit. Colorem hunc è Plinio mutuatus eſt Agellius, qui in præfatione ſua ad Veſpaſianum Græcos eo nomine obſtrigillat, quod in titulis conquirendis feſtivioribus nimiam curam ponerent. Agellius Græcas pariter Latinaſque inſcriptiones miſcuit. Plinius eas diſcrevit, & Latinos Græcis hac in re modeſtiores ac ſimpliciores exemplis utrimque allatis confirmavit. *Inſcriptionum*, inquit, *apud Græcos mira felicitas.* Κηρίον *inſcripſere quod volebant intelligi favum*, *Alii* Κέρας Ἀμαλθείας, *quod copiæ cornu*, *ut vel lactis gallinacei expectare poſſis in volumine hauſtum.* *Jam* Μάσται, Παυδίκται, Ἐγχειριδία, Λειμῶν, Πίναξ, Σχεδίον, *inſcriptiones propter quas vadimonium deſeri poſſit.* *At cum intraveris, Dii Deæque quam nihil in medio invenies!* Omnes ſupraſcriptæ inſcriptiones Græcanicæ & arceſſiti affectatique ac fucati decoris. Latinos ut ſeveriores & ſimpliciores, ab iſta affectatione & ambitione titulorum ſubmovet. *Salm.*

12 *Utriuſque linguæ ſcriptores*] Agellius nullo judicio Latinos una cum Græcis in eadem culpa involvit, quaſi hoc vitio pariter laborarint, nec tamen omnia quæ ibi ex Latinis refert titulorum nomina redolent concinnitatem, aut argutam ineptiam. *Antiquarum lectionum* libri, aut *Epiſtolarum Moralium*, aut *Epiſtolicarum quæſtionum*, aut *Naturalis Hiſtoriæ*, quid habent quæſo te in titulo quod jure poſſis ſuggillare tanquam operoſius exquiſitum, vel facetis nugis comparandum, quas Græci in faciendis indicibus conſectabantur. Ne ipſe quidem ille titulus, quem Agellius probavit, ut ſimpliciſſimum, videri poteſt illis quos percen-

eò titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt. Namque alii [13] *Musarum* inscripserunt ; alii *Silvarum ;* ille [14] Πέπλον [a], hic [15] Ἀμαλ-

a *Peplum.*

suimus simplicior. *Noctes Atticas* inscripsit. Non tam rectus est quam *Epistolicarum quæstionum*, ubi quæstiones per Epistolas explicantur, nec quam *Moralium Epistolarum*, ubi de moribus Epistolæ tractant : nec denique quam *Antiquarum lectionum*, quando hoc ipsum agitur, ut lectiones antiquæ recenseantur atque explanentur. Immo quod ego maximè miror inter inscriptionum festivitates retulit *Historiæ Naturalis*, qui titulus est Plinianî operis, quo nihil simplicius & inaffectatius fingi potuit, & ab illo autore inditus est, à quo præcipue damnatas legerat atque derisas hujusmodi omnes titulorum ambitiosas facetias. Idem dicendum de *Memorialibus & Conjectaneis*. Quid enim in his inepte morosum, aut putidum ? *Memoriales libri* sunt Græcorum Ἀπομνημονεύματα. Massurium Sabinum sæpe citat Agellius in *Memorialibus*. *Conjectanea* quoque minime fucato titulo, sed aperto ac simplici propositum auctoris declarant, qui conjecturas suas divulgare voluerit. Sed & inter Græcas inscriptiones quædam ab eo notantur, quæ nihil habent, quare merito suo reprehendi eo nomine, quo voluit, possint. Ut περὶ παντοδαπῆς ἱστορίας. Hic titulus non alienior ab argumenti sui professione quam Βιβλιοθήκης, immo etiam minus. Ex quo tamen Diodorum inter Græcos desisse nugari Plinius judicat. Si nimis accuratus & lepidus Agellio titulus visus est Παντοδαπῆς ἱστορίας, nihil non erit in hanc classem redigendum. Quod *Pratum* inter Latinas refert inscriptiones vitiosas, puto esse interpretationem Græcæ λειμῶν. *Idem.* Dubito an Vir Magnus jure ac merito sic increpet in auctorem nostrum ; qui dum scribit *festivitates* & *concinnitates*, nequaquam intelligit quascunque illas, ut explicare oporteat aut argutam ineptiam titulorum aut facetas nugas aut ambitiosas facetias ; sed quæ per satis perspicuum translationis ænigma exprimerent & promitterent id quod in quoque libro promebatur, nempe variam istam & miscellam & confusaneam doctrinam. Hanc festive arcessito indice demonstrabant *Musæ*, *Silvæ*, Κάμιρα, Κέρας Ἀμαλθείας & reliqua. Sic namque non obscure pollicendo in titulo libri ostentabatur simul doctrina, simul varietas quædam ejus. Similiter & *Epistolicæ quæstiones*, & *Morales Epistolæ*, & *Antiquæ Lectiones*, & *Historia Naturalis*, & *Memoriales*, & *Conjectanea*, præferebant festive venditationem doctrinæ & ejus variæ, atque etiam hinc laboris conatusque in doctrina, ut quilibet audiens feriretur non tantum illecebra cognoscendi, sed ad benigne de eo opere cogitandum auferretur. Id non faciunt Noctes Atticæ, quæ nihil doctrinæ promittunt, tempus solummodo indicantes, aut aliquid quod eo tempore solet fieri, non modum laboris, non copiam doctrinæ & varietatis spem afferentes, atque ita nihil ad commendationem ; nisi quod legerit aut excerpserit ad lucernam, unde lucubratiunculas demum postea vocat. *Jac. Gronov.*

13 *Musarum*] Ita Historiam suam inscripsit Aurelius Opilius apud Latinos, ut Gellius & Suetonius de claris Grammaticis testantur, de quo ita Suetonius : *Quia scriptores ac poëtas sub clientela Musarum judicaret, non absurde scripsisse & fecisse ait ex numero divarum significationem*, sæpe quoque Charisio & Festo citatur. Ita inscripsit Herodotus opus suum novem Musarum nominibus. Nempe quâ ratione tres Æschinis orationes ob numerum, simulque gratiam sermonis, *Gratias :* & novem ejus epistolas, *Musas* vocarunt à Musarum numero ; teste Photio tmem. LXI. Atque ita novimus etiam, Cephalæonem epitomen historicam, quam dialecto Ionicâ venustissime scripserat, nomen Musarum nominibus appellâsse ; teste eodem Photio cod. seu tmem. LXVIII. Etiam Bion ὁ ῥητορικὸς novem libris suis Musarum nomen imposuit : ut apud Laërtium legimus in Bione. Lucianus verò libro de scribendâ historiâ ita loquitur, quasi libri illi Herodoti non ab auctore, sed ab aliis, hoc nominis acceperint, quod summopere eos admirarentur. Verba ejus sunt : Ὁ Θουκυδίδης ὁρῶν μάλιστα θαυμαζόμενον τὸν Ἡρόδοτον, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι αὐτοῦ τὰ βιβλία. *Thucydides, cum videret, Herodotum in summa admiratione esse, adeo ut Musæ vocarentur illius libri.* Vide Voss. de Hist. Gr.

14 Πέπλον] *Peplum proprie est palla fœminea picta Minervæ consecrata. hodie multi abutuntur hoc nomine*, ut Servius in lib. 1. Æneid. testatur. Sed etiam pro quocunque matronali pallio sumitur. Athenis vero καλ' ἐξοχὴν hoc nomine, teste Suida, vocabatur, *velum Panathenaicæ navis*, quam Athenienses Minervæ apparabant festo Quinquatrium, sive Panathenæorum majorum. Lutatius Placidus, in lib. 10. Theb. *Peplum est vestis candida, aureis clavis picta, sine manicis, quod simulachris fiebat. Sed hoc Peplum primum est ab Athenienfibus institutum, quod matronæ suis manibus faciebant & inter triennium* (leg. *quadriennium*) *numinibus offerebant.* Satis liquet sermonem esse de *peplo Minervæ:* intextum erat, ut Pallas Enceladum, aliosque gigan-

[15] Ἀμαλθείας Κέρας[b]; alius Κήεια[c], partim Λειμῶνας[d], quidam *Lectionis ſuæ;* alius *Antiquarum lectionum;* [16] atque alius Ἀνθηρῶν[e]; & item alius Εὑρημάτων.[f] Sunt etiam, qui Λύχνους[g], inſcripſerunt: ſunt item, qui [17] Στρωματεῖς[h]: ſunt adeò, qui Πανδέκτας[i] & Ἑλικῶνα[k] & Προβλήματα[l] & [18] Ἐγχειρίδια & Παραξίφιδας.[m] Eſt qui [19] *Memoriales* titulum fecerit. [20] eſt

b *Cornucopiæ.* c *Favos.* d *Prata.* e *Floridorum.* f *Inventorum.* g *Lucernas*, vel *Faces.* h *Involucra ſtraguli inſtar.* i *Pandectas, omne complexos.* k *Heliconem.* l *Problemata, projecta ad materiam.* m *Pugiones, gladiolos.*

---

gantas interemerit: ut Virgilius teſtatur in Ciri. Nec ſola tantum gigantomachia ei intexta erat: ſed etiam geſta ducum Athenienſium, qui ſtrenue rem geſſiſſent. Hoc vult Suidas, cum de *peplo* agens extremo addit, Καὶ ἐνέγραψεν τὰς ἀρίστας ἐν αὐτῷ. Eſtque hæc ratio, cur Ariſtoteles quoque *Peplum* vocarit poëma, quo Heroum tumulos celebravit. Ejus poematis & Euſtathius meminit: non tamen Stagiritæ fuit, ſed alterius Ariſtotelis: ut indicat Tzetzes in Heſiodi ἔργα. *Voſſ. P.* Legendum ex regio, ut præcepit Salmaſius: *ille* Πεπλον, *hic* Ἀμαλθειας Κρας, *alius* Κηΐα, *partim* Λειμωνας. Habes eoſdem indices in præfatione hiſtoriæ naturalis apud Plinium. Nam *partim* eſt quidam, ut paſſim noſtro. Sic. 2, 22. 5, 6. 7, 3. Plinius: *Inſcriptionis apud Græcos mira felicitas.* Κηΐον *inſcripſere, quod volebant intelligi ſavum. alii* Κέρας Ἀμαλθείας, *quod Copiæ cornu, ut vel lactis gallinacei exſpectare poſſis in volumine hauſtum. Jam Muſæ*, Παιδικτας, Ἐγχειριδια, Λειμωνες, Πίναξ, Σχιδιο, *inſcriptiones, propter quas vadimonium.* Quibus ad Solinum acquievit Salmaſius, ſed ad Simplicium mavult Καΐρια, quia MS. Καΰβια. *Gronovius.* Quum ὁ πάνυ adeo potuerit mutaviſſe ſententiam, ipſa ejus verba optime declaratura cenſui idcirco exſcribenda & huc apponenda ex notis in Simplicium pag. 4. [Maxime ad rem facientia & opportuna ea καιριωτατα ſunt, quæ rei definiendæ ac decidendæ prorſus apta. . . Quidam & inſcripſere libros ſuos olim τὰ καίρια, quod maxime ad rem quam tractabant pertinentia eo opere perſequebantur. Agellius in præfatione Noctium Atticarum: *Namque alii Muſarum inſcripſerunt, alii Silvarum, ille* πέπλον, *hic* Ἀμαλθείας κέρας, *alius* καίρια, *partim* λειμωνας, & reliqua. Ita enim ex veteri codice ibi ſcribendum eſt, non ut vulgo editur, κήϊον.]

15 Κέρας Ἀμαλθείας] Capræ lacte Jupiter per nympham quandam nutritus fingitur, ei ſcilicet & nutrici ut gratiam jam adultus Jupiter referret, ipſam capram inter ſidera retulit, & nutrici alterum capræ cornu dedit, ea imbutum virtute, ut quod vellet nutrix inde depromeret. Varie narratur hæc fabula. Hinc inſcriptio quaſi proverbialis facta eſt, eorum librorum, ſcilicet in quibus generis omnis tractatus complecterentur. Sotion libro ſuo talem titulum dedit. Gell. lib. 1 c. 8. *Eraſm.*

16 *Atque alius* Πινακίδιον, *& item alius* Ἐγχειρίδιον, &c. *de natura humana*] Pro his omnibus regius: *Atque alius* Ἀνθηρῶν, *Et item alius* Εὑρημάτων. *Sunt etiam qui* Λύχνους *inſcripſerunt. Sunt item qui* Στρωματεῖς. *Sunt adeo qui* Πανδέκτας, *&* Ἑλικῶνα, *&* Προβλήματα, *&* Ἐγχειρίδια, *&* Παραξιφίδας. *Gronov.*

17 Στρωματεῖς] Libros varii argumenti: proprie Stragula variegata. Ita Clemens Alexandrinus propter argumenti varietatem libros ſuos στρωματεῖς ſe vocaſſe fatetur. Reſpexiſſe videtur ad Plutarchi στρωματεῖς, quos citat Euſebius lib. 1 de Præparat. Euang. *Thyſ.*

18 Ἐγχειρίδια] Manuale notat. vocatur quoque *pugio*, quod ob brevitatem aptius manu geſtetur, quam gladius. Et fortaſſe hæc ſignificatio hic primaria eſt. Sane Simplicius ſcribit, Epicteti libellum inſcribi ἐγχειρίδιον, διὰ τὸ πρόχειρον ἀεὶ αὐτὸ δεῖν ᾗ ἕτοιμον εἶναι τοῖς βουλομένοις εὖ ζῆν. ᾗ γὰρ τὸ στρατιωτικὸν ἐγχειρίδιον ξίφος ἐστὶ πρόχειρον ἀεὶ τοῖς χρωμένοις ὀφεῖλον εἶναι. Quod ut pugio militibus, ſic libellus, iis qui recte ſtudent vivere in promptu paratuſque ſemper eſſe debeat. Eraſmus quoque libellum inſcripſit, *Enchiridium militis Chriſtiani*, ſanè appoſitè, utramcunque reſpicias ſignificationem. *Voſſ. P.*

19 Qui *memoriales titulos*] Suſpecta mihi ſunt ſunt & iſta verba, quæ nonnulli ita intelligunt, ut is cujus mentionem facit, dicatur ſuum librum inſcripſiſſe *Memoriales Tituli.* Atqui, ſi ita intelligamus, quid verbo *fecerit* faciemus? niſi aut cum illo nomen Titulum vel deeſſe vel ſubaudiri putemus, aut certè pro *inſcripſerit* accipi poſſe exiſtimemus. Atqui hoc abſurdum eſſe aio. Si qui autem Titulum vel deeſſe vel ſubaudiri dicant, & horum alterum credendum ſit, potius deeſſe crediderim. Sed cur non hæc mea conjectura, *eſt qui Memoralia titulum fecerit*, potius admittatur? H. S. *Memoriales titulos*] Libri vocabantur memoriales, atque illis tales titulos fecerant. Ita Maſſurium Sabinum ſæpe citat Gellius. *Thyſ.* Merito his ofenſus

[20] est qui Πραγματικὰ [n] & Πάρεργα [o] & Διδασκαλικὰ [p]. Est item qui *historiæ naturalis*. [21] est Παντοδαπῆς ἱστορίας [q]; [22] est præterea qui *Pratum*; [23] est itidem qui Πάγκαρπον [r]; est qui Τόπων [s] scripsit. Sunt item multi qui *Conjectanea*; [24] neque item non sunt, qui [25] indices libris suis fecerunt aut *epistolarum moralium* [26] aut *epistolicarum quæstionum* aut *confusarum*; & quædam alia inscripta nimis lepida, [27] multasque prorsum con-

n *Negotialia*, *politica*. o *Parerga*. p *Didascalica*, vel *Doctrinas*. q *Omnimodæ historiæ*. r *Pancarpum* vel *frugiferum*. s *Locorum*.

---

fensus Stephanus correxit, *Memorialia titulum*. Sed sufficiebat posterius, & id Regius confirmat. Cogitabat autem *Memorialia* Massurii Sabini, quæ & in Digestis juris civilis & apud nostrum appellantur. Sed Gellio Macrobioque constanter ea *Memorabilium* inscribi, & quod in nuperis A. Gellii editionibus id mutatum est, contra scriptorum, quos viderit antiquissimos, auctoritatem factum contendit Casaubonus ad Suetonii Julium. Haud dubiè manum adierunt summo viro, quos putavit antiquissimos. Nam & Regius Rottendorfiusque lib. 4, 20 *in septimo memoriali*, & lib. 5, 6 *in undecimo librorum memorialium*: & ne nuper demum *Memorabilium* in editis mutatum putes, prima omnium editio 1474 Romæ Sueinhemo & Panartio auctoribus lib. 4, 20 *in septimo memorali*: lib. 5, 6 *in XI librorum memoralium*; lib. 6, 7 *in primo memoralium*, exhibent. *Memoriales* autem dixit, ut *Annales*: & plenius *Memoriales libri*, quemadmodum Atejum Capitonem *in libris conjectaneis* advocat Nonius, quæ nostro & aliis *Conjectanea*. Gronovius.

20 *Est qui Studiosorum & De ridiculis & περὶ ποικίλης ἱστορίας*] Ne hæc quidem ἀμώμων ille Regius, sed loco illorum: *Est qui* Πραγματικὰ, & Παρεργα, & Διδασκαλικὰ. *Gronov.*

21 *Est qui* Βιβλιοθήκη] Reg. *est* Παντοδαπῆς ἱστορίας. Interponendum τὸ *qui*, ut fecit Salmasius. *Idem.*

22 *Est præterea qui Pratum*] Quod *Pratum* inter Latinas refert inscriptiones, puto esse interpretationem Græcæ Λειμὼν, inquit Salmasius. *Idem.*

23 *Est item qui* Ἐποπτίδων *est qui scripsit* Συγγραφήν] Mirifice sudat in his optimus Stephanus, sed frustra. non sunt enim Gellii; sed ex Plinio transcripta, ut apparet è Regio, qui vicem eorum: *Est itidem, qui* Πάγκαρπον, *est qui* τὸ Παν *scripsit*. Unde Salmasius, *qui* Τόπων. Ad τὸ *scripsit* intellige ex superioribus *titulum*. Sic minuitur quæstio, an *scripsit* pro *inscripsit* dicere potuerit auctor. *Gronov.* Id verò τὸ Παν non videtur mutandum ullo genere. Etsi enim videam ab patre in deleticiis, incipiente annotare, quos scriptores aut habeamus aut noverimus illis titulis usos, annotatum esse Ηθικῶν τοπων περὶ τῶν κοινῶν λόγων & Λογικῶν τόπων Chrysippi libros, & Stratonis Τόπων προοιμια apud Diogenem Laertium exstare; tamen ut inde colligitur libros ea inscriptione fuisse, ita etiam hoc titulo Τὸ Παν non defuisse crediderim vel ab exemplo Hebræi scriptoris, quem dedisse librum ornatum hac inscriptione τὸ πᾶν ὡς αὐτῷ notavit Is. Casaubonus de Satira pag. 323. *Jac. Gron.*

24 *Neque item desunt*] Uterque cum Chartaceo: *Neque item non sunt*. Gron.

25 *Indices*] Titulos: proprie tamen index series materiarum per ordinem digesta, titulus ἐπιγραφὴ. Thysius. Stupendum est tempore tam claro ab Thysio potuisse tam insipida in editione ejus allini. Hoc tamen ille descripsit ex Salmasii præfatione in Solinum, ubi videbis eadem verba & valide inculcata. An propriè igitur non loquuntur auctores, dum de libris agentes passim ea voce sic utuntur? Quo igitur figuræ aut improprietatis genere dixisse credendus Cicero in verbis jam ab Salmasio allegatis, *in philosophos vestros si quando incidi deceptus indicibus librorum, quod sunt fere inscripti de rebus notis & illustribus!* id quod imitantur omnes fere alii. Opinor illud *proprie* ex hodierno usu venit, quæ egregia est Latinæ Linguæ illustratio. Sane tam index erit, si uno verbo concipiatur, quam si pluribus. Et dum libros indices dicit Varro, ostendit illi voci *index* aliquid addi debere, ut notet seriem materiarum per ordinem digestam; quum vero sola ponitur, de quocunque intelligi posse, ubi aliquid monstratur & indicatur quod præsertim facit titulus & inscriptio libri, unde is quoque index. *Jac. Gronov.*

26 *Aut Epistolicarum quæstionum*] Lipsius, *epistolarum quæstiorum*, 2. Elect. 4. sed qui uteretur exemplari, in quo superius habebatur: *de natura humana & epistolicarum quæstionum*. Quæ verba cum jam virtute vett. libb. sublata sint, nihil impedit, quo minus maneat, quod illi hic sanciunt, *Epistolicarum Quæstionum*. Gronov.

27 *Multasque prorsus concinnitates*] Uterque *prorsum*. Idem.

concinnitates redolentia. Nos vero, ut captus noster est, [28] incuriosè & immeditate ac propè etiam subrusticè ex ipso loco ac tempore hibernarum vigiliarum, *Atticas Noctes*, inscripsimus; tantum cæteris omnibus in ipsius quoque inscriptionis laude cedentes, quantum cessimus in cura & elegantia scriptionis. Sed ne consilium quidem in excerpendis notandisque rebus idem mihi, quod plerisque istis, fuit. namque illi omnes, & eorum maximè Græci, multa & varia lectitantes, in quas res cumque [29] inciderant, [30] alba, ut dicitur, linea sine cura discriminis, solam copiam sectati converrebant: quibus in legendis antè animus senio aut tædio languebit; quàm unum alterumve repererit, quod sit aut voluptati legere, aut cultui legisse, aut usui meminisse. Ego vero, quum [31] illud Heracliti Ephesii viri summè nobilis verbum cordi haberem, quod profecto ita est [32] Πολυμαθίη νόον ȣ̓ δεδάσκει,

28 *Incuriose & immediate*] In Regio erat *immedietate*, litera secunda e subnotata puncto, quo delendam significavit librarius aut doctus possessor ac lector ejus exemplaris. Ita mox legebatur ibidem *defessusque stum*, itidem litera *t* subsignata. Quid igitur certius, quam exhiberi debuisse, ut exhibui.

29 *Inciderant*] Ita habet codex Regius, non *inciderent*. Recte: agit enim de præterito. Etiam mox non *repereris*, sed in tertia. *Idem.*

30 *Alba linea*] *Linea*, architectitonica vox, quæ à lino deducitur, est regula, funiculus, quem rubrica aut alio colore oblinunt. *Linea alba*, λευκὴ σταθμὴ, dicitur de eo, qui omnia sine discrimine probat. Nam alba linea in albo nil discernit. Ideo fabri ferè utuntur rubrica aut minio, aut eo deficiente, carbone. Linea pro funiculo passim utitur Vitruvius, sicuti & Plinius, Columella, Palladius. *Thys.*

31 *Illud Heracliti Ephesii viri summe nobilis*] In Regio non apparet nomen Philosophi. Et poterat profecto abesse. Sed Rottend. plane: *illud eracliti*. Gron.

32 Πολυμαθίη] Correctores substituerunt præclaram sententiam, *Introite, nam & heic Dii sunt*. Unde expiscati sint, nescio, ad rem non facere scio. Præterea Græce conceptum oportuit Heracliti dictum. Et sane Græca verba præfert vetus liber, sed corrupta ad hoc instar, πολυμαθίη νόον ΥΛΙΑΣΚΕΙ. Ex his vestigiis & mente auctoris facile est divinare, πολυμαθίη νόον ȣ̓ διδάσκει. *Mentem bonam non docet varia & omnigena eruditio.* Græcos plerosque in libris conscribendis solam copiam sectari dicit Agellius, & πολυκναγνωσίας gloriam affectare. Se vero memorem sententiæ Heracliteæ, qui dixit ad bonam mentem non facere multarum rerum scientiam, ex multis quæ legerit modica accepisse fatetur, eaque tantum quæ vitæ potius prodessent, quam delectarent. Ita Seneca alicubi scripsit, non referre quam multi, sed quam boni legantur libri. Lectionem certam prodesse, variam delectare. *Salmas.* Sensus Græci proverbii est, confusam & prolatam doctrinæ varietatem mentem potius obtundere, quam ad sapientiam promovere. Vere autem hoc Heracliti Ephesii dictum esse, nec ut pristinum illud, falsum & supposititium liquet ex Diogene Laertio, cujus in ipsius vita hæc verba sunt: Μεγαλόφρων δὲ γέγονε παρ' ὀντιναοῦν καὶ ὑπερόπτης, ὡς καὶ ἐκ τοῦ συγγράμματος αὐτοῦ δῆλον, ἐν ᾧ φησὶ, Πολυμαθίη νόον ȣ̓ διδάσκει. id est, *Fuit autem præ cæteris sublimi animo præditus, & aliorum contemptor, ut ex ipsius opere perspicuum, ubi dicit, multarum rerum peritia mentem non docet.* Itidem fit ejus mentio apud Athenæum lib. 13. ubi, cum Myrtilus multa quidem & immodica, sed parum utilia de philologicis doctrinis edisseruisset, tum addit Cynulcus, consimili prorsus ratione qua hîc Gellius: Πολυμαθημοσύνης τὸ ȣ̓ κενεώτερον ȣ̓δὲν, Ἱππὼν ἔφη ὁ ἄθεος; ἀλλὰ καὶ Ἡράκλειτος ὁ θεῖος φησὶ, Πολυμαθίη νόον ȣ̓ διδάσκει. Τί γὰρ ὄφελος τοῦ τοσούτων ὀνομάτων, ὦ γραμματικὲ, πάντας ἐπιτρίψαι μᾶλλον ἢ σωφρονῆσαι δυναμένων τοὺς ἀκούοντας. Accipe & illud quo minus de veritate hujus lectionis dubites. In duabus antiquissimis Gellii editionibus, Græcis hisce verbis vacuus relictus locus est: utrum vero id casu factum sit, quod Græca hæc in manuscriptis, ad quorum fidem editionibus istæ impressæ sunt, defuerint: an consulto, quod solitum circa prima typographicæ artis incrementa, neutrum temere affirmarim. Id certe verum est, lacunam istam supposititio huic proverbio; *Introite, nam & hîc Dii sunt*, locum dedisse. Puto autem id à semidocto quodam conflatum esse ex male lectis & intellectis hisce

δάσκει [t], ipse quidem volvendis [33] transeundisque multis admodum voluminibus, per omnia semper negotiorum intervalla, in quibus furari otium potui, exercitus defessusque sum: sed modica ex iis, eaque sola accepi, quæ aut ingenia prompta expeditaque ad honestæ eruditionis cupidinem utiliumque artium contemplationem celeri facilique compendio ducerent, aut homines aliis jam vitæ negotiis occupatos à turpi certe agrestique rerum atque verborum imperitia vindicarent. [34] Quæ erunt autem in his commentariis pauca quædam scrupulosa & anxia, vel ex grammatica, vel ex dialectica, vel etiam ex geometria, quæque erunt item paucula remotiora [35] super augurio jure & pontificio; non oportet ea defugere quasi aut cognitu non utilia, aut perceptu difficilia, non enim fecimus altos nimis & obscuros in his rebus quæ-

t *Varia eruditio mentem non docet.*

hisce Plinii verbis, quibus in Historiæ naturalis præfatione eodem modo, ut hoc loco Gellius, titulorum festivitates insectatur: *Inscriptiones*, inquit, *propter quas vadimonium deseri possit, ac cum intraverit, Dii Deæque, quam nihil in medio invenies.* Lamb. *Introite, nam & hic Dii sunt*] Sic supplevit ætate avorum nostrorum aut proavorum ex Aristotelis lib. 1. cap. 5. de partibus animalium. nam prima editio pro his verbis habet spatium vacuum; chartaceus nil nisi *G* ut solet, Græca desiderari significans. Laus hujus loci restituti Salmasio debetur, neque ab eo averti potest. Is primus è Regio codice produxit: Πολυμαθίη νόον ἐ διδάσκει· & quidem loco tam illustri, ut mirum sit inventos, qui laureolam in hoc mustaceo. Nisi quod addiderunt apud Julianum τὸ παραξάτην, Diogenem Laertium, Athenæum, Clementem Alexandrinum id Heracliti dictum quoque exstare. Sed, inquit Crojus 4. Observ. mens Agellii postulat, ut ex Heracliti verbis tollatur negatio, atque ut ita legantur: Πολυμαθίη νόον διδάσκει. Ita ut quod negavit Heraclitus, affirmet Agellius: alioqui quomodo quave ratione testaretur, se in variorum librorum lectione plurimum temporis impendisse? Credo, si stitisset ibi auctor, nec statim subjecisset: *sed modica ex iis eaque sola accepi*, & quæ sequuntur proprie illi dicto respondentia & exponentia id, quod in se agnoscit Heracliti sententiæ simile. Memor illius, multa scire non facere meliores, legi quidem multos, sed non multa ex illis ad me pertinere putavi, dignaque habui, quæ memoria tenere ac scire me postularem. Præterea Heracliti dictum tot auctoribus est ἀρνητικὸν· quod si invertere & contrarium illi pronuntiare voluisset auctor, non dixisset *cum illud dictum cordi haberem*, sed potius, *cum sentirem secum atque Heraclitus: cum mihi videretur* Πολυμαθίη νόον διδάσκειν *contra atque Heraclitus sensit.* Nam dicere se cordi habere alicujus monitum, & ei contrarium monito facere ipsum mentiri est. *Gronov.* Certe enim iniquior genius viros egregios occupavit vel Rigaltium in notis repetitæ lectionis ad Tertullianum subjunctis Cypriano pag. 198, ubi ignorans Salmasium, scribit in exemplaribus antiquis dictum Heracliti legi, sed aliud; quum ne nunc quidem constet in ullo nisi in solo Regio exemplari sententiam hanc Heracliti servatam esse. Sed sequutus fuit ultor Menagius, qui loca Juliani & Democratis ab Rigaltio illic citata etiam producit in Animadversionibus istis longis sane ac tædiosis ad Diogenem Laertium non agnito Rigaltio. Et tamen Prousteus hîc denuo agnoscit suum Lambecium, quem amet sane. *Jac. Gronov.*

33 *Transeundis*] Cursim legendis. *Cursim transire* dixit autor noster lib. 9. cap. 4. Græci dicunt τὰ βιβλία διεξιέναι καὶ διεξερχεσθαι. *Salmas.*

34 *Quæ erunt autem . . . Quæque erunt.*] Sic edunt viri docti. Ego tamen utroque loco vidi in Regio scriptam notam q̃, quæ involvit *quod.* Tum *Geometrica*, non *Geometria.* Jac. Gronov.

35 *Super augurio jure & pontificio*] Sic MSS. & recte Stephanus edidit, cum legeretur, *super augurio & jure pontificio.* Quis igitur locus conjecturis, *super augurum jure*, & *auguruli jure?* Lib. VI, 6. *cum de jure augurio quæreretur.* Apud Ciceronem quoque de Senectute cap. 4. *quæ præcepta? quanta notitia antiquitatis? scientia juris augurii?* libri veteres, ubi vulgo fecerant *augurandi.* Sed Car. Langius distinguit: *scientia juris? augurii?* Adversus quem disputat Gifanius Ind. Luc. in *Clarere.* Lib. 3. famil. 9. *ipsam cognitionem juris augurii consequi cupio.* Sic ediderunt Victorius & ex illo Gruterus: sic ego quoque in optimæ notæ codicibus legi notavi: etsi dissimulet Manutius. *Gronov.*

quæstionum sinus: sed [36] primitias quasdam & quasi [37] libamenta ingenuarum artium dedimus: quæ virum [38] civiliter eruditum neque audisse umquam neque attigisse, si non inutile, at quidem certè indecorum est. Ab his igitur, si cui fortè nonnumquam tempus voluptasque erit lucubratiunculas istas cognoscere, petitum impetratumque volumus; ut in legendo, quæ pridem scierint, non aspernentur quasi nota invulgataque. Nam & quid tam remotum in litteris est, quin id tamen complusculi sciant? & satis hoc blandum est, non esse hæc neque in scholis decantata neque in commentariis protrita. Quæ porrò nova sibi ignotaque offenderint; æquum esse puto ut sine vano obtrectatu considerent, an [39] minutæ istæ admonitiones pauxillulæ nequaquam tamen sint [40] vel ad alendum studium inhonestæ, vel [41] ad oblectandum [42] frigidæ fovendumque animum: sed ejus seminis generisque sint, ex quo facilè adolescant aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria [43] adminiculatior aut [44] oratio sollertior, aut sermo incorruptior, [45] aut delectan-

36 *Primitias*] Prima artium capita; desumptum à sacris. Erant enim primitiæ frugum, vel sacrorum, quas diis suis offerebant gentiles. Frugum primitiæ etiam *præmetiva* appellantur. Glossæ: *præmetivum* ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημητρος θυσία. dicebatur & *præmetium*. Festus: *præmetium, quod prælibationis causa ante præmetitur.* ἱερὰ ἀπάγματα vocat Callimachus præmetiva illa frugum, *primitias frugum* appellat Plinius. Nihil aliud sunt *sacrorum primitiæ*, quam θυμάτων ἀπαρχαὶ, proficiæ scilicet ex immolata hostia, extorumque partes. Vide *Salmasium* ad *Solinum*.

37 *Libamenta*] Primum veluti gustum. à sacris quoque desumptum. Post immolationem victimæ vinum aspergebat sacerdos, sed priusquam id effunderet, simpulo aut simpluvio ligneo vel fictili admodum parvo & ipse leviter delibabat, & adstantibus gustandum deferebat, ut pariter delibarent. Vocabatur hic ritus libatio. Hinc libare passim apud probatos auctores degustare. Virgil. *Purpureosque metunt flores & flumina libant.* Græci λιβεῖν dixerunt, vel λίζειν, quod idem significat. Hesychius, λίζει, σπένδει.

38 *Civiliter*] Ut civem Romanum decet, mediocriter.

39 *Minutæ istæ admonitiones pauxillulæ*] Et Regia & Rottendorfia membranæ, *admonitiones epauxillulæ*. Nemo non viderit legendum, *& pauxillulæ*. Gronovius.

40 *Vel ad alendum studium inhonestæ*] Sic à Carrione opinor Stephanus, qui & alios legere notat *ineptæ*. Prima editio & aliæ superiores *honestæ*. Reg. *vesce*, Rot. plane *vescae*. quæ vera omnino & docta scriptura est. Nam *vescum* aridum, tenue, exsuccum, macilentum, eoque ad alendum minimè idoneum. Sic Virgilius 3 Georg. *vescas salicum frondes*, Servio *teneras & exiles. nam vescum apud antiquos significabat macrum*, & *quod quasi escam non reciperet.* Sequitur ut nec præbere multum possit. Festus: *Vesculi, male curati & graciles homines.* Idem.

41 *Ad oblectandum frigidæ fovendumque animum*] Tres codices: *ad oblectandum fovendumque animum frigidæ.* Idem.

42 *Frigidæ*] Lege post vocabulum, *animum.*

43 *Adminiculatior*] Magis in promptu. *Adminiculum* proprie pedamentum, quo aliquid sustinemus, & quasi minamus, id est, ducimus. Hinc per metaphoram pro auxilio ponitur. Simplex est *miniculum*. In glossis Isidori, *miniculo auxilio.* Alii ducunt ab *ad* & *manus* quasi sit baculum, quo ad manus utimur, vel quod ad manus præsto sit. Ita Christ. Becm. *Adminiculatior*] Glossarium Gellii juxta Barthium, id est, *adjutorio expeditior.*

44 *Oratio*] Ipsa ratio legendum monet: *aut ratio solertior, aut sermo incorruptior.* Eodem modo corrige Macrobium, qui, uti integram fere Saturnaliorum præfationem ex hac Gelliana concinnavit, ita vitio quoque cum ipsâ communi laborat. *Lamb.*

45 *Aut delectantior motio aut in ludo*] Sic edebatur, cum Stephanus fecit, quod & prima habet editio, *delectatior motio*: fatetur tamen neutram sibi vocem satisfacere, seque malle, *delicatior notio.* Philippus Rubenius 2 Elect. 22. *delectantior in otio*; quod ipsum & ab sese & ex cod. Vat. laudat

lectantior in otio, aut in ludo liberalior. Quæ autem parum plana videbuntur, aut minus plena instructaque; petimus, inquam, ut ea non docendi magis, quàm admonendi gratia scripta existiment: & quasi demonstratione vestigiorum contenti persequantur ea post, si libebit, vel libris repertis vel magistris. Quæ verò putaverint reprehendenda; his, si audebunt, succenseant, unde ea nos accepimus. sed enim, quæ aliter apud alium scripta legerint, ne jam statim tempore obstrepant: [46] [47] sed tractationes rerum & auctoritates hominum pensitent quos illi quosque nos sequuti sumus. Erit autem id longè optimum, ut, qui in lectitando, scribendo, commentando, numquam voluptates, numquam labores ceperunt, nullas hoc genus vigilias vigilarunt, neque ullis inter ejusdem Musæ æmulos certationibus [48] [49] disceptationibusque percunctando, scribendo, elimati sunt, sed intemperiarum negotiorumque pleni sunt: abeant à Noctibus his procul; atque alia sibi oblectamenta quærant. Vetus adagium est, [50] Nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaracino sui. Atque etiam, quò sit quorumdam malè doctorum hominum [51] scævitas & invidentia irritatior, [52] [53] mutuabor ex Aristophanæ

Rutgersius 4 Var. 11. Joh. Isac. Pontanus ad Macrobium, *delectatior in otio*. Chartaceus, *delectatior motio*: Reg. & Rottend. *delectatior in otio atque in*. Scribe: *aut sermo incorruptior, aut delectatio in otio atque in ludo liberalior*. Lib. 3, 15. *in osculis atque in manibus filiorum*. Gronovius.

46 *Tractationes*] In antiquissima Veneta editione, *tractiones*. Forsan *rationes*. Thys.

47 *Sed tractationes rerum*] Chartaceus & prima editio *tractiones*. Reg. & Rot. *sed & rationes rerum & auctoritates hominum*. Præclare. Idque conjecerat Antonius Thysius. *Gronovius*.

48 *Percunctando*] Hæc verba hoc loco reponenda. Vulgo ponuntur post voculam, *abeant*.

49 *Disceptationibusque percunctando scribendo, elimati sunt*] Hoc à Carrione. Scripti, ut prima & aliæ editiones: *disceptationibusque elimati sunt, sed intemperiarum negotiorumque pleni sunt, abeant percontando scribendo à noctibus his procul*. Prius *sunt* videtur exterendum. De reliquo possis suspicari alterum verbum excidisse supra, & cum ad marginem relatum esset una cum sequenti proximo verbo, utrumque à succedente librario in locum non suum fuisse additum. Foret enim non male: *qui in lectitando, percontando, scribendo, commentando, nunquam voluptates, nunquam labores ceperunt*. Gron.

50 *Nihil cum fidibus graculo, &c.*] Proverbialis locutio. Imperito homini nihil cum Musis commercii est, sicut graculi loquacissimæ aves fidibus, id est, Musicæ obstrepunt: infestumque suibus amaracinum unguentum. De Amaraco succurrunt verba Servii non aliena huic loco: *Amaracus puer regius unguentarius fuit, qui casu lapsus dum ferret unguentum, majorem ex confusione odorem creavit. Unde optima unguenta amaracina dicuntur. Hic postea in herbam sampsucum dicitur versus, quam nunc amaracum dixit*. Videndus Artemidorus Oneirocr. lib. 1 cap. 79. & Dioscor. lib. 1 cap. 9. Amaracinum unguentum suibus contrarium, hinc Proverbium natum. Lucret. lib. 6.

Denique Amaracinum fugitat sus, & timet omne
Unguentum. nam setigeris subus acre venenum est.
Th.

51 *Scævitas*] Ita loquitur alibi Gellius. scævitas sinistra voluntas. σκαιὸς, scævus. Vulgo *sævitas*. Ita sævire in aliquem maledictis dicitur.

52 *Aristophanis choro*] Extant hi versus apud Aristophanem ἐν Βατράχοις. Actu 1. Scena 7. in Epirrhemate. Epirrhemata autem dicebantur versus, qui post parabasin à choro dicebantur. Hesychius: Ἐπιῤῥήματα ὅτω προσαγορεύεται, τὰ μετὰ τὴν παράβασιν τασσόμενα τετράμετρα ὑπὸ τὲ χορὲ λεγόμενα. Vide & scholiastem Aristophanis. *Th*.

53 *Mutuabor ex Aristophanis choro anapæsta pauca*] Egregie sic restituit P. Victorius 17 Var. Lect. 4. cum legeretur *coronopesta*. Et eo ducunt Reg. qui *choronapesta*, & Rot. qui *choroapesta*. Sed ambo cum Chartaceo habent *Aristophane*. Scribe: *ex Aristo-*

næ choro anapæſta pauca, & quam ille, homo feſtiviſſimus, fabulæ ſuæ ſpectandæ legem dedit, eamdem ego commentariis his legendis dabo; ut ea ne attingat neve adeat profeſtum & profanum vulgus, à ludo Muſico diverſum. Verſus legis datæ hi ſunt:

Εὐφημεῖν χρὴ καἰξίσασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν,
Ὅστις ἄπειρος τῶνδε λόγων, [54] ἢ γνώμῃ μὴ καθαρθύοι
Ἢ γενναίων [55] ὄργια μουσῶν, μήτ' ἴδε πω, μήτ' ἐχόρθυσε.
Τύτοις αὐδῶ, κ' αὖθις ἀπαυδῶ, κ' αὖθις τὸ τρίτον μαλ' ἀπαυδῶ,
Ἐξίσασθαι τοῖσι χοροῖς, ὑμεῖς δ' ἀνεγείρετε μολπήν
Καὶ παννυχίδας τὰς ἡμετέρας, αἳ τῇδε πρέπουσιν ἑορτῇ. [a]

[56] Volumina commentariorum ad hunc diem viginti jam facta ſunt. Quantum autem vitæ mihi deinceps deûm voluntate erit, [57] quantumque à tuenda re familiari procurandoque cultu liberorum meorum dabitur otium: ea omnia [58] [59] ſubſiciva & ſubſecundaria tempora ad colligendas

a *Favere lingua oportet noſtrìſque choris decedere,*
Quisquis harum imperitus litterarum, & mente impura agat,
Aut nobilium orgia muſarum neque vidit unquam neque celebravit.
His clamo & rurſus inclamo, & rurſus tertia vice valde acclamo,
Excedere his choris: vos autem excitate cantum,
Et noſtra hæc pervigilia, quæ hoc feſtum decent.

ſtophani choro. Sic amat noſter *Sophocli*, *Euripidi*, *Empedocli*, *Socrati*, patrio caſu. Niſi malumus *Ariſtophanæ*, ut 14, 1 *Socratæ & Antiſthenæ.* & ibid. c. 6 *Hippocratæ*, licet alio iſta caſu. *Gronov.*

54 Ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύοι] Tres hos verſus de conjectura interpoſuit Victorius; utrum plures apponi debeant, an tribus his contentus fuerit auctor, adfirmare non auſus. Docte ſimul & modeſte. Regius & hos ipſos habet verſus, & præterea tres alios juxta opportunos: ſed & in utriſque aliquid à vulgatis diverſum, quod non temere incidiſſe videtur. Eſt enim illic, ὃν καθαρεύει, (ſcriptum eſt καθερουει) ut & apud Plutarchum Πότερον Ἀθηναῖοι, & μήτ' εἶδεν μήτ' ἐχόρευσε, ubi Plutarchus μήτ' ἦσε μήτ' ἐχόρευσε. Subjiciuntur:

Τύτοις αὐδῶ, κ'αὖθις ἀπαυδῶ, κ'αὖθις τὸ τρίτον μαλ' ἀπαυδῶ
Ἐξίσασθαι τοῖσι χοροῖς, ὑμεῖς δ' ἀνεγείρετε μολπήν
Καὶ παννυχίδας τὰς ἡμετέρας, αἳ τῇδε πρέπουσιν ἑορτῇ.

Primus verſus hic integrior quam apud auctorem ſuum: deſunt enim illic τὸ τρίτον, eoque labant pedes. Sed in ſecundo verſu rectius μούσαισι χορεῖς & ob elegantiam ſermonis & propter metrum. *Gronovius.* Nihil potuit igitur morari, quin tres poſtremos verſus nunc quoque reliquis Gellio auctore apponerem, plane prout in bibliotheca Regia deſcripſi. Sed & ſcire oportet iſtic legi τοίωνδε, non τώνδε, ut vulgo reſtituentem Victorium ſequuntur, etſi illæ egregiæ Variæ lectiones Thyſio ignotæ fuerint, unde nec annotare potuit, quomodo huc venerint iſti verſus. *Jac. Gronovius.*

55 Ὄργια] Sacra Muſarum. Ita Syneſius dixit ὄργια φιλοσοφίας, *arcana ſacra Philoſophiæ.*

56 *Volumina comment. facta ſunt*] Hinc colligi nequit non eſſe hanc Præfationem operi præfigendam. Abſolutis quippe demum commentariis eam, ut moris eſt, auſpicatus eſt autor. Nec aliter etiam nunc ſolent, qui libros condunt. Quod primum locum habere debet, ultimo peragitur. *Salmaſ.*

57 *Quantumque à cura publica & à re familiari*] Scripti *curæ* iſti *publicæ* gratiam faciunt. Chartaceus, *quantumque acuens à re familiari.* Rotten. *quantumque ad venda re familiari.* Regius, *quantumque à tuenda re familiari*, ut beneficio Carrionis edidit Stephanus. *Gronovius.*

58 *Subſiciva*] *Subſicivum*, an *ſucciſivum* ſcribi debeat, quæritur. Vulgò *ſucciſivum* placet, atque ajunt, id eſſe à *ſuccido.* Sed potius ſcribendum *ſubſecivum*, ſive *ſubſicivum*, prout legere eſt in antiquâ inſcriptione Domitiani, quæ eſt pag. 1081. num. 2. editione Grut. Ita vox ea fuerit à *ſubſecando*, ſive *ſubſicando*, unde & in vett. libb. in ſecunda ſyllaba nunc per ſecundam, nunc per tertiam

das hujuſcemodi [61] memoriarum diſceptatiunculas conferam. Progredietur igitur numerus librorum, diis benè juvantibus, cum ipſius vitæ, quantuli quique fuerint, progreſſibus, [62] neque longiora mihi dari ſpatia vivendi volo, quàm dum ero ad hanc quoque facultatem ſcribendi commentandique idoneus. [63] [64] Capita rerum, quæ cuique commentario

tiam effertur vocalem. Rectius tamen per I proferatur quam per E, cum in vett. libb. itidem legatur *reſicare*, *proſicare*, *diſſicare* ſeu *diſſicere*; quo de ſcribendi modo, Aldus in Orthographiâ, & Colvius in 8. Met. Apul. vide & quæ ſuſe hac de voce ſcribit, & ab Angelo Colotio ſe accepiſſe tradit Hieronymus Ferrarius emendat. in Phillipp. II. Ciceronis. *Voſſ.*

59 *Subſecundaria*] *Secundarium*, tanquam ſecundarii ordinis: ſubſecundarium diminutionem adhuc denotat. Eſt enim vocula *ſub*, ut ait Donatus, *temperamentum plenæ pronunciationis.*

60 *Subſeciva & ſubſecundaria tempora*] Suſpicari poſſis poſterius *ſub* imprudentia librarii repetitum, cum ſcripſiſſet auctor: *ſubſeciva & ſecundaria tempora.* Gronovius.

61 *Memoriarum diſceptatiunculas*] Reg. & Rot. *delectatiunculas.* Mox Reg. & Rot. *Progredietur ergo.* Idem.

62 *Neque longiora mihi dari ſpatia vivendi volo*] Rot. neſcit τὰ *mihi dari.* Idem.

63 *Capita rerum*] Hinc eſt quod octavi libri indicem habemus, libri vero jacturam paſſi ſumus. Adſcriptionem hanc titulorum ac lemmatum ad ſingulos tractatus parum frequentatam fuiſſe veteribus comperi. Agellius ipſe cui propoſitum fuit, variis de rebus commentationes diſtinctis ac ſeparatis tractatibus expedire, non ſicut Plinius fecit, qui naturam rerum more hiſtoricorum continenti ſcripturâ explicavit, eandem tamen legem in commentariis ſuis quantum res paſſa eſt, cum Plinio tenuit, quoad capitum diſpoſitionem ac materiarum ſeriem uno ſyllabo comprehenſam. Nam ſtatim poſt præfationem expoſuit capita rerum univerſa quæ cuique commentario ineſſent, eodem conſilio quo Plinius & fini, ut ſtatim declaretur, quid quo in libro quæri invenirique poſſet. Atque hoc ipſe profeſſus eſt. Super ipſis autem capitibus nullas Epigraphas impoſitas videre eſt in optimo ac diligentiſſime ſcripto codice, qui non alio diſcrimine ea notata habet quam novo lineæ initio cum litera majuſcula, adpoſitis ad marginem è regione elementis Græcis quæ numerum deſignant. Nam primum caput littera A notatur, ſecundum B, tertium Γ, quartum Δ, atque ita deinceps, qualis in ſummaria illa & univerſali ἐκθέσει deſcriptus eſt. Eodem prorſus modo antiquiſſima Novi Teſtamenti exemplaria in anteriore libri parte ſingulorum Evangeliorum præſcriptam exhibent omnium capitulorum expoſitionem numerali ſerie diſpoſitam, quæ ἔκθεσις τῶν κεφαλαίων vocatur. In ipſo verò contextu nihil unicuique capitulo inſcriptum legitur, ſed adſcripti tantum numeri, qui ordinem prodant, quod & in aliis pleriſque libris veteribus ſervatum invenimus. *Salm.*

64 *Capita rerum - - expoſuimus hîc univerſa*] Quæ quoniam adeo aſpere excipiuntur ab Henr. Stephano, & deinde à nullo quidquam allatum fuit, unde pateret vere Gelliana eſſe; etiam Salmaſius quædam modo aperire inceperit; recte me feciſſe videor, quum conditionem Regii exemplaris, prout ea ab patre meo haud dubie prolaturo ad Gellii commodum, eſt collecta ex collatione quam Pariſiis confectam illi miſeram, in præcedentis editionis præfatione evulgaverim. Quippe hoc loco evulgem quod hîc audimus lemmatibus præfixas habere literas Græcas, id credibile non eſt contigiſſe per alium, quam ipſum Gellium, moleſto charactere Græco etiam in præſtantiſſimis Latinis codicibus, ut omnino id ſit propagatum ex ipſo Gellii archetypo, ſed quod librarius ille idcirco continuare noluit. Tum patet illas Epigraphas non junctis ex quibuſdam manuſcriptis libris, ut ait Stephanus, ſed ſolis præſtantiſſimis. Voluiſſe vero aliquem tegere ſe ita componendo, ut in quibuſdam de ſe loquatur Gellius, conjectura aut nulla eſt aut vana, & quæ validius negari poteſt quam confirmari. Itaque & irritum eſt illud Thyſii de Aviensi conjectantis, quia in MS. quodam habetur eum recenſuiſſe; quia nec illa recenſentis opera eſt, nec vel fabulis ipſius Græcos numeros appoſitos intelligimus. Deinde ſperamus favente Stephano nobis licere pro Gelliano agnoſcere, quidquid in iſto exemplari tale venditatur à fine ad calcem, in quarum medio ponuntur iſta lemmata pura puta Gelliana, ut reliqua omnia. Unde etiam merito leviſſimas ejus collectiones appellat Philippus Carolus, & quibus ſe ridendum doctis propinaverit. Salmaſius in collatione ſua progreditur ultra ΙΘ, & novit ΚΑ, ΚΒ, ΚΓ. Ego non adſcripſi, & ut forſan dememini, ita opinor haud ultra progredi. *Jac. Gronovius.*

65 *Quod*

rio insunt, exposuimus hîc universa: ut jam statim declaretur, [65] quid quove in libro quæri invenirique possit.

65 *Quod quove in libro quæri invenirique possit*] Alii, *quid quoque*. Magis antiqui moris, in quod consentiunt MSS. & prima editio: *quid quo in libro*. Atque his verbis subnexuisse auctorem in fronte operis summas capitum quis non intelligit? Crojus tamen hunc indicem non in principio librorum, ut Plinius ac Solinus, sed ad eorum finem adscripsisse eum, quicquid alii sentiant, pluribus se probare argumentis ex verbis ipsis Agellii collectis posse gloriatur. Nempe qualibus probavit ex Heracliti verbis inficiationem tollendam. Potissimum ex iis fuit opinor, quod paullo superius legitur, *volumina commentariorum ad hunc diem viginti jam* sibi *facta*. Sed huic jam occurrit Salmasius, absolutis demum commentariis, ut moris est, præfationem scriptam. Demus igitur manum rebus ipsis & optimorum codicum auctoritati. *Gronovius.*

INDEX CAPITUM.

Commentario primo hæc insunt.

CAP. I. QVALI proportione quibusque collectionibus Plutarchus ratiocinatum esse Pythagoram philosophum dixerit de comprehendenda corporis proceritate, qua fuit Hercules, quum vitam inter homines viveret.

2. Ab Herode Attico C. V. tempestive deprompta in quemdam jactabundum & glorioſum adolescentem, specie tantum philosophiæ sectatorem, verba Epicteti Stoici, quibus festiviter à vero Stoico sejunxit vulgus loquacium nebulonum, qui se Stoicos nuncuparent.

3. Quod Chilo Lacedæmonius consilium anceps pro salute amici cepit; quodque est circumspecte & anxie considerandum, an pro utilitatibus amicorum delinquendum aliquando sit: notataque inibi & relata quæ & Theophrastus & M. Cicero super ea re scripserunt.

4. Quam tenuiter curioseque exploraverit Antonius Julianus in oratione M. Tullii verbi ab eo mutati argutiam.

5. Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atque vestitu probris obnoxio infamique mundicia fuit; quodque item Hortensius orator ob ejusmodi mundicias gestumque in agendo histrionicum Dionysiæ saltatriculæ cognomento compellatus est.

6. Verba ex oratione Metelli Numidici, quam dixit in censura ad populum, quum eum ad uxores ducendas adhortaretur; eaque oratio quam ob causam reprehensa, & quem contra in modum defensa sit.

7. In hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem, *Hanc sibi rem præsidio sperant futurum*, neque mendam esse neque vitium; errareque istos, qui bonos violant libros, & *futuram* scribunt: atque inibi de quodam alio Ciceronis verbo dictum, quod probe scriptum perperam mutatur: & adspersa pauca de modulis numerisque orationis, quos Cicero avide sectatus est.

8. Historia in libris Sotionis philosophi reperta super Laide meretrice & Demosthene rhetore.

9. Qui modus fuerit, quis ordo disciplinæ Pythagoricæ; quantumque temporis imperatum observatumque sit dicendi simul ac tacendi.

10. Quibus verbis compellaverit Favorinus philosophus adolescentem casce nimis & prisce loquentem.

11. Quod Thucydides historiæ scriptor inclutus Lacedæmonios in acie non tuba, sed tibiis esse usos dicit; verbaque ejus super ea re posita: quodque Herodotus Halyatten regem fidicinas in procinctu habuisse tradit: atque inibi quædam notata de Gracchi fistula concionatoria.

12. Virgo Vestæ quid ætatis, & ex quali familia, & quo ritu quibusque cærimoniis & religionibus, ac quo nomine à pontifice maximo capiatur, & quo statim jure esse incipiat simulatque capta est: quodque, ut Labeo dicit, nec illa intestato cuiquam nec ei intestatæ quisquam jure hæres est.

13. Quæsitum in philosophia, quidnam foret in recepto mandato rectius, idne omnino facere quod mandatum est; an nonnumquam etiam contra, si id speres ei qui mandavit utilius fore: superque ea quæstione expositæ diversæ sententiæ.

14. Quid dixerit feceritque C. Fabricius, magna vir gloria magnisque rebus gestis, sed familiæ pecuniæque inops, quum ei Samnites tamquam indigenti grave aurum donarent.

15. Quam importunum vitium sit, plenumque odii futilis inanisque loquacitas, & quam multis in locis à principibus utriusque linguæ viris detestatione justa culpata sit.

16. Quod verba isthæc Quadrigarii ex annali tertio, *ibi mille hominum occiditur*, non licentia neque de poëtarum figura, sed ratione certa & proba grammaticæ disciplinæ dicta sunt.

17. Quanta cum animi æquitate toleraverit Socrates uxoris ingenium intractabile: atque inibi, quid M. Varro in quadam satura de officio mariti scripserit.

18. Quod M. Varro in quartodecimo Humanarum L. Ælium magistrum suum περὶ ἐ-

τυμο-

τυμολόγιας differentem falsa reprehenderit, quodque idem Varro in eodem libro furis ἔτυμον dicit falsum.

19. Historia super libris Sibyllinis ac de Tarquinio Superbo rege.

20. Quid geometræ dicant schemata, quibusque omnia ista Latinis vocabulis appellentur.

21. Quod Julius Higinus affirmatissime contenderit legisse se librum P. Virgilii domesticum, in quo scriptum esset, *& ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror*, non, quod vulgus legeret, *sensu torquebit amaro.*

22. An, qui causas defendit, recte Latineque dicat *supereſſe se ei quod defendit*, &, *supereſſe*, proprie quid sit.

23. Quis fuerit Papirius Prætextatus, quæve istius causa cognomenti sit: historiaque ista omnis super eodem Papirio cognitu jucunda.

24. Tria epigrammata trium veterum poëtarum, Nævii, Plauti, Pacuvii; quæ facta ab ipsis, sepulcris ipsorum incisa sunt.

25. Quibus verbis M. Varro *inducias* definierit: quæsitumque inibi curiosius, quænam ratio sit vocabuli *induciarum.*

26. Quem in modum mihi Taurus philosophus responderit percunctanti, an sapiens irasceretur.

Commentario secundo hæc insunt.

1. Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patientiam corporis: deque ejusdem viri patientia.

2. Quæ ratio observatioque officiorum esse debeat inter patres filiosque in discumbendo sedendoque, atque in id genus rebus domi foriſque, si filii magistratus sunt & patres privati: superque ea re Tauri philosophi dissertatio, & exemplum ex historia Romana petitum.

3. Qua ratione verbis quibusdam vocabulisque veteres immiserint, *h*, litteræ spiritum.

4. Quam ob causam Gabius Bassus genus quoddam judicii divinationem appellari scripserit, & quam alii causam esse ejusdem vocabuli dixerint.

5. Quam lepide designateque dixerit Favorinus philosophus, quid interſit inter Platonis & Lysiæ orationem.

6. Quibus verbis ignaviter & abjecte Virgilius usus esse dicatur, & quid his qui id improbe dicunt respondeatur.

7. De officio erga patres liberorum: deque ea re ex philosophiæ libris, in quibus scriptum quæsitumque est, an semper omnibus patris jussis obsequendum sit.

8. Quod parum æqua reprehensio Epicuri à Plutarcho peracta sit in syllogismi disciplina.

9. Quod idem Plutarchus evidenti calumnia verbum ab Epicuro dictum insectatus sit.

10. Quid sint *faviſſæ Capitolinæ*, & quid super eo verbo M. Varro Servio Sulpicio quærenti rescripserit.

11. De Siccio Dentato, egregio bellatore, multa memoratu digna.

12. Considerata perpensaque lex quædam Solonis, speciem habens primorem iniquæ injustæque legis, sed ad usum emolumentumque salubritatis penitus reperta.

13. *Liberos* in multitudinis numero etiam unum filium filiamve veteres dixisse.

14. Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est contra Tiberium exsulem, *stitisses vadimonium*, per *i* litteram dicit, non *ſtetiſſes*: ejusque verbi ratio reddita.

15. Quod antiquitus ætati senectæ potissimum habiti sunt ampli honores: & cur postea ad maritos & ad patres iidem isti honores delati sint. atque ibi quædam de capite legis Juliæ septimo.

16. Quod Cæsellius Vindex à Sulpicio Apollinari reprehensus est in sensus Virgiliani enarratione.

17. Cujusmodi naturam esse quarumdam præpositionum M. Cicero animadverterit: disceptatumque ibi super eo ipso quod Cicero observaverat.

18. Quod Phædon Socraticus servus fuit; quodque item alii philosophi compluſculi servitutem servierunt.

19. *Reſcire* verbum quid sit, & quam habeat veram atque propriam significationem.

20. Quæ vulgo dicuntur *vivaria*, id vocabulum veteres non dixisse, & quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid postea M. Varro in libris de re rustica dixerit usurpatum.

21. Super eo sidere, quod Græci ἅμαξαν, nos septemtriones vocamus: ac de utriusque vocabuli ratione & origine.

22. De

22. De vento Iapyge, deque aliorum ventorum vocabulis regionibusque accepta ex Favorini sermonibus.

23. Consultatio dijudicatioque locorum facta ex comœdia Menandri & Cæcilii, quæ *Plocium* inscripta est.

24. De vetere parsimonia, deque antiquis legibus sumtuariis.

25. Quid Græci ἀναλογίαν, quid contra ἀνωμαλίαν vocent.

26. Sermones M. Frontonis & Favorini philosophi de generibus colorum vocabulisque eorum Græcis & Latinis: atque inibi color spadix cujusmodi sit.

27. Quid T. Castricius existimarit super Sallustii verbis & Demosthenis, quibus alter Philippum descripsit, alter Sertorium.

28. Non esse compertum, cui deo rem divinam fieri oporteat, quum terra movet.

29. Apologus Æsopi Phrygis memoratu non inutilis.

30. Quid observatum sit in undarum motibus, quæ in mari alio atque alio modo fiunt austris flantibus aquilonibusque.

Commentario tertio hæc insunt.

1. Quæsitum atque tractatum, quam ob causam Sallustius avaritiam dixerit non animum modo virilem, sed corpus quoque ipsum effeminare.

2. Quemnam esse natalem diem M. Varro dicat eorum qui ante noctis horam sextam postve eam nati sunt: atque inibi de temporibus terminisque dierum, qui civiles nominantur & usquequaque gentium varie observantur: & præterea quid Q. Mucius scripserit super ea muliere, quam maritus non jure usurpavisset, quod rationem civilis anni non habuerit.

3. De noscendis explorandisque Plauti comœdiis, quoniam promisce veræ atque falsæ nomine ejus inscriptæ feruntur: atque inibi, quod Plautus in pistrino, & Nævius in carcere, fabulas scriptitarint.

4. Quod P. Africano & aliis tunc viris nobilibus ante ætatem senectam barbam & genas radere mos patrius fuit.

5. Deliciarum vitium & mollities oculorum & corporis ab Arcesilao philosopho cuidam opprobrata acerbe simul & festiviter.

6. De vi atque natura palmæ arboris, quod lignum ex ea ponderibus impositis renitatur.

7. Historia ex annalibus sumta de Q. Cædicio tribuno militum, verbaque ex Originibus M. Catonis apposita, quibus Cædicii virtutem cum Spartano Leonida æquiparat.

8. Litteræ eximiæ consulum C. Fabricii & Q. Æmilii ad regem Pyrrhum à Q. Claudio scriptore historiarum in memoriam datæ.

9. Quis & cujusmodi fuerit, qui in proverbio fertur *equus Sejanus*: & qualis color equorum sit qui *spadices* vocantur; deque istius vocabuli ratione.

10. Quod est quædam septenarii numeri vis & facultas in multis naturæ rebus animadversa, de qua M. Varro in Hebdomadibus differit copiose.

11. Quibus & quam frivolis argumentis Accius in Didascalicis utatur, quibus docere nititur Hesiodum esse quam Homerum natu antiquiorem.

12. Largum atque avidum bibendi, à P. Nigidio doctissimo viro, nova & propemodum absurda vocabuli figura *bibosum* dictum.

13. Quod Demosthenes, etiam tum adolescens, quum Platonis philosophi discipulus foret, audito forte Callistrato rhetore in concione populi, destitit à Platone, & sectatus Callistratum est.

14. *Dimidium librum legi*, aut, *dimidiam fabulam audivi*, aliaque ejuscemodi qui dicat, vitiose dicere: ejusque vitii causas reddere M. Varronem; nec quemquam veterum hisce verbis ita usum esse.

15. Exstare in litteris, perque hominum memorias traditum, quod repente multis mortem attulit gaudium ingens insperatum; intercluſa anima & vim magni novique metus non sustinente.

16. Temporis varietas in puerperiis mulierum quænam sit à medicis & à philosophis tradita atque inibi poetarum quoque veterum super eadem re opiniones, multaque alia auditu atque memoratu digna: verbaque ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumta, qui inscriptus est περὶ τροφῆς.

17. Id quoque esse à gravissimis viris memoriæ mandatum, quod tres libros Plato Philolai Pythagorici & Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sunt pretiis fidem non capientibus.

18. Quid

18. Quid ſint *pedarii ſenatores*, & quam ob cauſam ita appellati: quamque habeant originem verba hæc ex edicto tralaticio conſulum, SENATORES. QUIBUS. QUE. IN. SENATU. SENTENTIAM. DICERE. LICET.

19. Qua ratione Gabius Baſſus ſcripſerit *parcum hominem* appellatum: & quam eſſe ejus vocabuli cauſam putârit; & contra, quem in modum quibuſque verbis Favorinus hanc traditionem ejus eluſerit.

Commentario quarto hæc inſunt.

1. Sermo quidam Favorini philoſophi cum grammatico jactantiore factus in Socraticum modum: atque inibi in ſermone dictum, quibus verbis *penus* à Q. Scævola definita ſit, quodque eadem definitio culpata reprehenſaque eſt.

2. Quid differant *morbus* & *vitium*; & quam vim habeant vocabula iſta in edicto ædilium: & an eunuchus & ſteriles mulieres redhiberi poſſint, diverſæque ſuper ea re ſententiæ.

3. Quod nullæ fuerunt rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante Carvilianum divortium: atque inibi quid ſit proprie *pellex*, quæque ejus vocabuli ratio ſit.

4. Quid Servius Sulpicius, in libro, qui eſt de dotibus, ſcripſerit de jure atque more veterum ſponſaliorum.

5. Hiſtoria narrata de perfidia haruſpicum Etruſcorum, quodque ob eam rem verſus hic à pueris Romæ urbe tota cantatus eſt: *Malum conſilium conſultori peſſimum eſt.*

6. Verba veteris ſenatuſconſulti, in quo decretum eſt hoſtiis majoribus expiandum, quod in ſacrario haſtæ Martiæ moviſſent: atque inibi enarratum quid ſint *hoſtiæ ſuccidaneæ*, quid item *tempora præcidanea*; & quod Capito Atejus *ferias* quaſdam *præcidaneas* appellavit.

7. De epiſtola Valerii Probi grammatici ad Marcellum ſcripta, ſuper accentu nominum quorundam Pœnicorum.

8. Quid C. Fabricius de Cornelio Rufino homine avaro dixerit; quem, quum odiſſet, inimicuſque eſſet, deſignandum tamen conſulem curavit.

9. Quid ſignificet proprie *religioſus*, & in quæ diverticula ſignificatio vocabuli iſtius flexa ſit, & verba Nigidii Figuli ex commentariis ejus ſuper eâ re ſumta.

10. Quid obſervatum de ordine rogandarum in ſenatu ſententiarum, jurgiorumque in ſenatu C. Cæſaris conſulis & M. Catonis diem dicendo eximentis.

11. Quæ qualiaque ſint quæ Ariſtoxenus quaſi magis comperta de Pythagora memoriæ mandavit: & quæ item Plutarchus eumdem in modum de eodem Pythagora ſcripſerit.

12. Notæ & animadverſiones cenſoriæ in veteribus monumentis repertæ memoria dignæ.

13. Quod incentiones quædam tibiarum certo modo factæ iſchiacis mederi poſſint.

14. Narratur hiſtoria de Hoſtilio Mancino ædili & Mamilia meretrice: verbaque decreti tribunorum, ad quos à Mamilia provocatum eſt.

15. Defenſa à culpâ ſententia ex hiſtoriâ Salluſtii, quam inimici ejus cum inſectatione maligne reprehenderint.

16. De vocabulis quibuſdam à Varrone & Nigidio, contra quotidiani ſermonis conſuetudinem declinatis: atque inibi id genus quædam cum exemplis veterum relata.

17. De natura quarumdam particularum, quæ præpoſitæ verbis intendi atque produci barbare & inſcite videntur, exemplis rationibuſque pluſculis diſceptatum.

18. De P. Africano ſuperiore ſumta quædam ex annalibus memoratu digniſſima.

19. Quid M. Varro in Logiſtorico ſcripſerit de moderando victu puerorum impubium.

20. Notati à cenſoribus, qui audientibus iis dixerant joca quædam intempeſtiviter: ac de ejus quoque nota deliberatum, qui ſteterat forte apud eos oſcitabundus.

Commentario quinto hæc inſunt.

1. Quod Muſonius philoſophus reprehendit improbavitque laudari philoſophum differentem à vociferantibus & in laudando geſtientibus.

2. Super equo Alexandri regis, qui *Bucephalas* appellatus eſt.

3. Quæ cauſa, quodque initium fuiſſe dicatur Protagoræ ad philoſophiæ litteras adeundi.

4. De verbo *duodevicesimo*, quod vulgo incognitum, à viris doctis multifariam in libris ſcriptum eſt.

5. Cujuſcemodi joco cavillatus ſit Antiochum regem Pœnus Hannibal.

6. De coronis militaribus, quæ ſit earum *triumphalis*, quæ *obſidionalis*, quæ *civica*, quæ *muralis*, quæ *caſtrenſis*, quæ *navalis*, quæ *ovalis*, quæ *oleaginea*.

7. *Perſonæ* vocabulum quam lepide interpretatus ſit, quamque eſſe vocis ejus originem dixerit Gabius Baſſus.

8. Defenſus error à Virgilii verſibus, quos arguerat Julius Higinus grammaticus, & ibidem quid ſit *lituus*; deque etymologia vocis ejus.

9. Hiſtoria de Crœſi filio ſumta ex Herodoti libris.

10. De argumentis quæ Græce ἀντιστρέφοντα appellantur, à nobis reciproca dici poſſunt.

11. Biantis de re uxoria ſyllogiſmum non videri poſſe ἀντιστρέφοντα.

12. De nominibus deorum populi Romani *Dijovis* & *Vejovis*.

13. De officiorum gradu atque ordine moribus populi Romani obſervato.

14. Quod Appion doctus homo, qui Pliſtonices appellatus eſt, vidiſſe ſe Romæ ſcripſit recognitionem inter ſe mutuam ex vetere notitia hominis & leonis.

15. Corpuſne ſit vox, an ἀσώματον, varias eſſe philoſophorum ſententias.

16. De vi oculorum atque videndi rationibus.

17. Quam ob cauſam dies primi poſt kalendas, nonas, idus, atri habeantur: & cur diem quoque quartum ante kalendas, vel nonas, vel idus quaſi religioſum plerique vitant.

18. In quid & quantum differat hiſtoria ab annalibus: ſuperque ea re verba poſita ex libro rerum geſtarum Sempronii Aſellionis primo.

19. Quid ſit *adoptatio*, quid item ſit *arrogatio*, quamtumque hæc inter ſe differant; verbaque ejus quæ qualiaque ſint, qui in liberis arrogandis ſuper ea re populum rogat.

20. Quod vocabulum Latinum *Solœciſmo* fuerit Capitoni Sinnio; quid autem id ipſum appellaverint veteres Latini; quibuſque verbis Solœciſmum definierit idem Capito Sinnius.

21. *Pluria* qui dicat & *compluria* & *complures* non barbare dicere, ſed Latine.

Commentario ſexto hæc inſunt.

1. Quem in modum reſponderit Chryſippus adverſus eos qui providentiam conſiſtere negaverunt.

2. Quo itidem modo & vim neceſſitatemque fati conſtituerit, & eſſe tamen in nobis conſilii judiciique noſtri arbitrium confirmaverit.

3. Hiſtoria ſumpta ex libris Tuberonis de ſerpente inviſitatæ longitudinis.

4. Quid idem Tubero novæ hiſtoriæ de Attilio Regulo à Karthaginienſibus capto litteris mandaverit: quid etiam Tuditanus ſuper eodem Regulo ſcripſerit.

5. Quòd Alfenus Jureconſultus in verbis veteribus interpretandis erraverit.

6. Temere inepteque reprehenſum eſſe à Julio Higino Virgilium, quod *præpetes* Dædali pennas dixit: atque ibi quid ſint aves *præpetes*, & quid illæ ſint aves, quas Nigidius *inferas* appellavit.

7. De Acca Larentia & Caja Tarratia; deque origine ſacerdotii *fratrum arvalium*.

8. Notata quædam de rege Alexandro & de P. Scipione memoratu digna.

9. Locus exemtus ex annalibus L. Piſonis hiſtoriæ & orationis lepidiſſimæ.

10. Hiſtoria ſuper Euclide Socratico, cujus exemplo Taurus philoſophus hortari adoleſcentes ſuos ſolitus eſt ad philoſophiam gnaviter ſectandam.

11. Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, quæ libuit meminiſſe ad officium gravitatis dignitatiſque vitæ ducentia.

12. Quod neque *teſtamentum*, ſicuti Servius Sulpicius exiſtimavit, neque *ſacellum*, ſicuti C. Trebatius, duplicia verba ſunt, ſed à teſtatione productum, alterum à ſacro imminutum.

13. De quæſtiunculis apud Taurum philoſophum in convivio agitatis, quæ ſympoſiacæ vocantur.

14. Pœniendis peccatis tres eſſe rationes à philoſophis attributas, & quamobrem Plato tantum duarum ex his meminerit.

15. De verbo *quieſco*. an *e* littera corripi an produci debeat.

16. Notatum verbum, *deprecor*, à poëta Catullo inuſitate quidem, ſed apte poſitum & proprie: deque ratione ejus verbi exemplique veterum ſcriptorum.

17. Quis

17. Quis omnium primus libros publice præbuerit legendos, quantuſque numerus fuerit Athenis ante clades Perſicas librorum in bibliothecis publicorum.

Commentario ſeptimo hæc inſunt.

1. Admiranda quædam ex annalibus ſumta de P. Africano ſuperiore.

2. De Cæſellii Vindicis pudendo errore, quem offendimus in libris ejus, quos inſcripſit lectionum antiquarum.

3. Quid Tiro Tullius Ciceronis libertus reprehenderit in M. Catonis oratione, quam pro Rhodienſibus in ſenatu dixit; & quid ad ea quæ reprehenderat reſponderimus.

4. Cujuſmodi ſervos, & quam ob cauſam Cælius Sabinus, juris civilis auctor, pileatos venundari ſolitos ſcripſerit, & quæ mancipia ſub corona more majorum venierint: atque idipſum *ſub corona*, quid ſit.

5. Hiſtoria de Polo hiſtrione memoratu digna.

6. Quid de quorundam ſenſuum naturali defectione Ariſtoteles ſcripſerit.

7. An *affatim* quaſi *admodum* prima acuta pronunciandum ſit, & quædam itidem non incurioſe tractata ſuper aliarum vocum accentibus.

8. Res ultra fidem tradita ſuper amatore delfino & puero amato.

9. *Pepoſci* & *memordi*, *pepigi*, *ſpepondi* & *occecurri* pleroſque veterum dixiſſe, non, uti poſtea receptum eſt dicere, per *o* aut per *u* litteram in prima ſyllaba poſitam, ſed per *e*: atque id Græcæ rationis exemplo dixiſſe. præterea notatum, quòd viri non indocti neque ignobiles à verbo *deſcendo* non *deſcendi*, ſed *deſcendidi* dixerunt.

10. *Uſuſcapio* ut copulate & recto vocabuli caſu dicitur, ita *pigneriſcapio* conjuncte & eadem vocabuli forma dictum eſſe.

11. Neque *levitatem* neque *nequitiam* ea ſignificatione eſſe, qua in vulgi ſermonibus dicuntur.

12. De tunicis chiridotis, quod earum uſum P. Africanus Sulpicio Gallo objecit.

13. Quem *claſſicum* dicat M. Cato, quem *infra claſſem*.

14. De tribus dicendi generibus, ac de tribus philoſophis, qui ab Athenienſibus ad ſenatum Romanum legati ſunt.

15. Quam ſevere moribus majorum in fures vindicatum ſit, & quid ſcripſerit Mucius Scævola ſuper eo, quod ſervandum datum commendatumve eſſet.

16. Locus exſcriptus è ſatura M. Varronis, quæ περὶ ἐδεσμάτων inſcripta eſt, de peregrinis ciborum generibus: & appoſiti verſus Euripidi, quibus delicatorum hominum luxuriantem gulam confutavit.

17. Sermo habitus cum grammatico inſolentiarum & imperitiarum pleno de ſignificatione vocabuli, quod eſt, *obnoxius*: deque ejus vocis origine.

18. De obſervata cuſtoditaque apud Romanos jurisjurandi ſanctimonia: atque inibi de decem captivis, quos Hannibal Romam dejurio ab iis accepto legavit.

19. Hiſtoria ex annalibus ſumta de Tiberio Sempronio Graccho, patre Gracchorum tribuno plebei: atque inibi tribunicia plebis decreta cum ipſis verbis relata.

20. Quod Virgilius ob aquam à Nolanis ſibi non permiſſam ſuſtulit è verſu ſuo, *Nola*, & poſuit, *Ora*: atque ibi quædam alia de conſonantia litterarum jucunda.

21. *Quoad vivet*, &, *quoad morietur*, cur id ipſum temporis ſignificent, quum ex duobus ſint facta contrariis.

22. Quod cenſores equum adimere ſoliti ſint equitibus corpulentis & præpinguibus: quæſitumque, utrum ea res cum ignominia an incolumi dignitate equitum facta ſit.

Commentario octavo hæc inſunt.

1. *Heſterna noctu* rectene an cum vitio dicatur: & quænam ſuper iſtis verbis grammatica traditio ſit: item quod Decemviri in XII tabulis *nox* pro *noctu* dixerunt.

2. Quæ mihi decem verba ediderit Favorinus, quæ uſurpentur quidem à Græcis, ſed ſint adulterina & barbara; quæ item à me totidem acceperit, quæ ex medio communique uſu Latine loquentium minime Latina ſint, neque in veterum libris reperiantur.

3. Quem in modum & quam ſevere increpuerit audientibus nobis Peregrinus philoſophus adoleſcentem Romanum, ex equeſtri familia, ſtantem ſegnem apud ſe & aſſidue oſcitantem.

4. Quod Herodotus ſcriptor hiſtoriæ memoratiſſimus parum vere dixerit, unam ſolam

lamque pinum arborum omnium cæsam numquam denuo ex iisdem radicibus pullulare, & quod item de aqua pluviali & nive rem non satis exploratam pro comperta posuerit.

5. Quid illud sit quod Virgilius *cœlum stare pulvere*, & quod Lucilius *pectus sentibus stare* dixit.

6. Quum post offensiunculas in gratiam redeatur, expostulationes fieri mutuas minime utile esse: superque ea re & sermo Tauri expositus & verba ex Theophrasti libro sumta, & quid M. quoque Cicero de amore amicitiæ senserit, cum ipsius verbis additum.

7. Ex Aristotelis libro, qui περὶ τ̃ μνήμης inscriptus est, cognita acceptaque de natura & habitu memoriæ: atque inibi alia quædam de exuberantia aut interitu ejus lecta auditaque.

8. Quid mihi usu venerit interpretari & quasi effingere volenti locos quosdam Platonicos Latina oratione.

9. Quod Theophrastus philosophus, omnium suæ ætatis facundissimus, verba pauca ad populum Athenienscm facturus, deturbatus verecundia obticuerit, quodque idem hoc Demostheni apud Philippum regem verba facienti evenerit.

10. Qualis mihi fuerit in oppido Eleusine disceptatio cum grammatico quodam præstigioso, tempora verborum & meditamenta puerilia ignorante, remotarum autem quæstionum nebulas & formidines capiendis imperitorum animis ostentante.

11. Quam festive responderit Xanthippæ uxori Socrates petenti, ut per Dionysia largiore sumtu cœnitarent.

12. Quid significet in veterum libris scriptum, *plerique omnes*: & quod ea verba accepta à Græcis videntur.

13. *Quopsones*, quod homines Afri dicunt, non esse verbum Pœnicum, sed Græcum.

14. Lepidissima altercatio Favorini philosophi adversus quemdam intempestivum de ambiguitate verborum differentem: atque inibi verba quædam ex Nævio poëta & Cn. Gellio non usitate collocata, atque ibidem à P. Nigidio origines vocabulorum exploratæ.

15. Quibus modis ignominiatus tractatusque sit à C. Cæsare Laberius poëta: atque inibi appositi versus super eadem re ejusdem Laberii.

Commentario nono hæc insunt.

1. Quamobrem Q. Claudius Quadrigarius in undevicesimo annali scripserit rectiores certioresque ictus fieri, si sursum quid mittas, quam si deorsum.

2. Quibus verbis notarit Herodes Atticus falso quempiam cultu amictuque nomen habitumque philosophi ementientem.

3. Epistola Philippi regis ad Aristotelem philosophum super Alexandro recens nato.

4. De barbararum gentium prodigiosis miraculis, deque diris & exitiosis fascinationibus: atque inibi de feminis repente versis in mares.

5. Diversæ nobilium philosophorum sententiæ de genere ac natura voluptatis: verbaque Hieroclis philosophi, quibus decreta Epicuri insectatus est.

6. Verbum, quod est ab *ago* frequentativum, in prima syllaba quonam sit modulo pronunciandum.

7. De conversione foliorum in arbore olea, brumali & solstitiali die; deque fidibus id temporis ictu alieno sonantibus.

8. Necessum esse, qui multa habeat, multis indigere: deque ea re Favorini philosophi cum brevitate eleganti sententia.

9. Quis modus sit verba vertendi in Græcas sententias, deque iis Homeri versibus, quos Virgilius vertisse aut bene apteque aut improspere existimatus est.

10. Quod Annæus Cornutus versus Virgilii, quibus Veneris & Vulcani concubitum pudice operteque dixit, reprehensione spurca & odiosa inquinavit.

11. De Valerio Corvino: & unde Corvinus.

12. De verbis, quæ in utramque partem significatione reciproca & adversa dicuntur.

13. Verba ex historia Claudii Quadrigarii, quibus Manlii Torquati nobilis adolescentis & hostis Galli provocatoris pugnam depinxit.

14. Quod idem Quadrigarius, *hujus facies*, patrio casu probe & Latine dixit; & quædam alia appositа de similium vocabulorum declinationibus.

15. De genere controversiæ, quod Græce ἄπορον appellatur.

16. Quod Plinium Secundum, hominem non in-

indoctum fugerit latueritque vitium argumenti, quod ἀντίφρασιν Græci dicunt.

Commentario decimo hæc insunt.

1. *Tertiumne consul*, an *tertio*, dici oporteat; & quonam modo Cn. Pompejus, quum in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos inscriberet, quæstionem ancipitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.

2. Quid Aristoteles de numero puerperii memoriæ mandaverit.

3. Locorum quorumdam illustrium collatio contentioque facta ex orationibus C. Gracchi & M. Ciceronis & M. Catonis.

4. Quod P. Nigidius argutissime docuit nomina non positiva esse, sed naturalia.

5. *Avarus* simplexne vocabulum sit, an compositum & duplex, sicut P. Nigidio videtur.

6. Multam dictam esse ab ædilibus plebei Appii Cæci filiæ, mulieri nobili, quod loquuta esset petulantius.

7. Fluminum, quæ ultra imperium Romanum fluunt, prima magnitudine esse Nilum; secunda Histrum, proxima Rhodanum, sicuti M. Varronem memini scribere.

8. Inter ignominias militares, quibus milites coercebantur, fuisse sanguinis dimissionem; & quænam esse videatur causa hujuscemodi castigationis.

9. Quibus modis, quoque habitu acies Romana instrui solita sit, quæque earum instructionum sint vocabula.

10. Quæ ejus rei causa sit, quod & Græci veteres & Romani annulum in eo digito gestaverunt, qui est in manu sinistra minimo proximus.

11. Verbum, *mature*, quid significet: quæque vocis ejus ratio sit: & quod eo verbo vulgus hominum improprie utitur: atque inibi, quod *præcox* declinatum *præcocis* facit, non *præcoquis*.

12. De portentis fabularum, quæ Plinius Secundus indignissime in Democritum Philosophum confert: ibidem de simulacro volucri columbæ.

13. *Cum partim hominum*, qua ratione veteres dixerint.

14. *Injuria mihi factum itur*, quali verborum ordine Cato dixerit.

15. De flaminis Dialis, deque flaminicæ cærimoniis; verbaque ex edicto prætoris apposita, quibus dicit non coacturum se adjurandum neque virgines Vestæ neque Dialem.

16. Quos errores Julius Higinus in sexto Virgilii animadverterit in historia Romana erratos.

17. Quam ob causam & quali modo Democritus philosophus luminibus oculorum sese privaverit: & super ea re versus Laberii pure admodum & venuste facti.

18. Historia de Artemisia, deque eo certamine, quod apud Mausoli sepulcrum à scriptoribus inclutis decertatum est.

19. Non purgari neque levari peccatum, dum prætenditur peccatorum, quæ alii quoque peccaverunt, similitudo: atque inibi verba ex oratione super ea re Demosthenis.

20. Quid sit *rogatio*, quid *lex*, quid *plebiscitum*, quid *privilegium*, & quantum ista omnia differant.

21. Quam ob causam M. Cicero his omnino verbis *novissime* & *novissimus* uti observantissime vitarit.

22. Locus exemtus ex Platonis libro, qui inscribitur Gorgias, de falsæ philosophiæ probris, quibus philosophos temere incessunt, qui emolumenta veræ philosophiæ ignorant.

23. Verba ex oratione M. Catonis de mulierum veterum victu & moribus: atque inibi, quod fuerit jus marito in adulterio uxorem deprehensam necare.

24. *Die pristini*, *die crastini*, & *die quarti*, & *die quinti*, qui elegantius loquuti sunt, dixisse, non ut ea vulgo dicuntur nunc.

25. Telorum & jaculorum gladiorumque, atque inibi navium quoque vocabula, quæ scripta in veterum libris reperiuntur.

26. Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Sallustium, quod *transfretationem transgressum* dixerit; *& transgressos qui transfretassent.*

27. Historia de populo Romano deque populo Pœnico, quod pari propemodum vigore fuerint æmuli.

28. De ætatum finibus *pueritiæ*, *juventæ*, *senectæ* ex Tuberonis historia sumtum.

29. Quod particula, *atque*, non complexiva tantum sit, sed vim habeat plusculam variamque.

Commentario undecimo hæc insunt.

1. De origine vocabuli terræ Italiæ, deque ea multa, quæ *suprema* appellatur, deque ejus nominis ratione: ac de lege Ateria, & quibus verbis antiquitus multa minima dici solita sit.

2. Quod *eligantia* apud antiquiores non de amœniore ingenio, sed de nitidiore cultu atque victu dicebatur, eaque in vitio ponebatur.

3. Qualis quantaque sit *pro* particulæ varietas; deque exemplis ejus varietatis.

4. Quem in modum Q. Ennius versus Euripidi æmulatus sit.

5. De Pyrrhoniis philosophis quædam, deque Academicis strictim notata, deque inter eos differentia.

6. Quod mulieres Romæ per Herculem non juraverunt, neque viri per Castorem.

7. Verbis antiquissimis relictisque jam & desitis minime utendum.

8. Quid senserit dixeritque M. Cato de Albino, qui homo Romanus Græca oratione res Romanas, venia sibi ante ejus imperitiæ petita, composuit.

9. Historia de legatis Mileti & Demosthene rhetore in libris Critolai reperta.

10. Quod C. Gracchus in oratione sua historiam suprascriptam Demadi rhetori, non Demostheni, attribuit: verbaque ipsius C. Gracchi relata.

11. Verba P. Nigidii, quibus differre dicit *mentiri* & *mendacium dicere*.

12. Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit, Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

13. Quid T. Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existimaverit; quodque esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

14. Sobria & pulcherrima Romuli Regis responsio circa vini usum.

15. De *ludibundo* & *errabundo*, atque id genus verborum productionibus; & quod Laberius sic *amorabundam* dixit, ut dicitur *ludibunda* & *errabunda*: atque inibi quod Sisenna per hujuscemodi verbum nova figura usus est.

16. Quod Græcorum quorundam verborum difficillima est in Latinam linguam mutatio: velut quod Græce dicitur, πολυπραγμοσύνη.

17. Quid significet in veteribus prætorum edictis, *qui flumina retunda publice redemta habent*.

18. Qua pœna Draco Athenienſis in legibus, quas populo Athenienſi scripsit, fures affecerit, & qua postea Solon, & qua item Decemviri nostri, qui XII tabulas scripserunt: atque inibi adscriptum, quod apud Ægyptios furta licita & permissa sunt, apud Lacedæmonios autem cum studio quoque affectata & pro exercitio utili celebrata, ac præterea M. Catonis de pœniendis furtis digna memoriâ sententia.

Commentario duodecimo hæc insunt.

1. Dissertatio Favorini philosophi, qua suasit nobili fœminæ, uti liberos, quos peperisset, non nutricum adhibitarum, sed suo sibi lacte aleret.

2. Quod Annæus Seneca judicans de Q. Ennio deque M. Tullio, levi futilique judicio fuit.

3. *Lictoris* vocabulum qua ratione conceptum ortumque sit; & super eo diversæ sententiæ Valgii Rufi & Tullii Ciceronis.

4. Versus accepti ex Q. Ennii septimo annalium, quibus depingitur finiturque ingenium comitasque hominis minoris erga amicum superiorem.

5. Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris secundum Stoïcorum decreta.

6. De ænigmate.

7. Quam ob caussam Cn. Dolabella proconsul ream mulierem veneficii, confitentemque, ad Areopagitas rejecit.

8. Reditiones in gratiam nobilium virorum memoratu dignæ.

9. Quæ dicantur vocabula ancipitia: & quod *honoris* quoque vocabulum ancipiti sententia fuerit.

10. Quod *æditumus* verbum Latinum sit.

11. Errare istos, qui spe & fiducia latendi peccent; quum latebra peccati perpetua nulla sit: & super ea re Peregrini philosophi sermo ex Sophocli poetæ sententia.

12. Faceta responsio M. Ciceronis amolientis à se crimen manifesti mendacii.

13. *Intra kalendas* quum dicitur, quid ſignificet, utrum *ante kalendas*, an *kalendis*, an utrumque: atque inibi quid ſit in oratione M. Tullii, *intra Oceanum*, & *intra montem Taurum*, & in quadam epiſtola, *intra modum*.

14. *Saltem* particula quam vim habeat & quam originem.

15. Quod Siſenna in libris hiſtoriarum adverbiis huiuſcemodi ſæpenumero uſus eſt, *celatim*, *vellicatim*, *ſaltuatim*.

Commentario tertiodecimo hæc inſunt.

1. Inquiſitio verborum iſtorum M. Tullii curioſior, quæ fuit in primo Antonianarum libro: *Multa autem impendere videntur præter naturam etiam, præterque fatum:* tractatumque an idem duo iſta ſignificent, *fatum* atque *natura*, an diverſum.

2. Super poëtarum Pacuvii & Accii colloquio familiari in oppido Tarentino.

3. An vocabula hæc, *neceſſitudo* & *neceſſitas*, differenti ſignificatione ſint.

4. Olympiadis Alexandri matris comis ac prudens ad filium reſcriptio.

5. De Ariſtotele, Theophraſto, & Menedemo, philoſophis: deque eleganti verecundia Ariſtotelis ſucceſſorem diatribæ ſuæ eligentis.

6. Quid veteres Latini dixerunt, quas Græci προσῳδίας appellant; item quod vocabulum *barbariſmi* non uſurpaverint neque Romani antiquiores, neque Attici.

7. Diverſum de natura leonum dixiſſe Homerum in carminibus, & Herodotum in hiſtoriis.

8. Quod Afranius poëta prudenter & lepide Sapientiam filiam eſſe Uſus & Memoriæ dixit.

9. Quid Tullius Tiro in commentariis ſcripſerit de *ſuculis* & *hyadibus*, quæ ſunt ſtellarum vocabula.

10. Quod *ſororis* etymon eſſe dixerit Labeo Antiſtius, & quod *fratris* Nigidius.

11. Quem M. Varro aptum juſtumque eſſe numerum convivarum exiſtimarit: ac de menſis ſecundis & de bellariis.

12. Tribunos plebis prenſionem habere, vocationem non habere.

13. Quod in libris Humanarum M. Varronis ſcriptum eſt, *ædiles & quæſtores populi Romani in jus à privato ad prætorem vocari poſſe*.

14. Quid ſit pomœrium.

15. Verba ex libro Meſſalæ auguris, quibus docet, qui ſint *minores magiſtratus*; & *conſulem prætoremque collegas eſſe*: & quædam alia de auſpiciis: item verba ejuſdem Meſſalæ, differentis, aliud eſſe *ad populum loqui*, aliud *cum populo agere*: & qui magiſtratus à quibus avocent comitiatum.

16. *Humanitatem* non id ſignificare quod vulgus putat; ſed eo vocabulo, qui ſinceriter loquuti ſunt, magis proprie eſſe uſos.

17. Quid apud M. Catonem ſignificent verba hæc, *inter os atque offam*.

18. Platonem tribuere Euripidi Sophocli verſum; & inveniri verſus verbis iiſdem, aut paucis ſyllabis immutatis, apud diverſos poëtas temporibus variis natos.

19. De genere atque nominibus familiæ Porciæ.

20. Quod à ſcriptoribus elegantiſſimis major ratio habita ſit ſonitus vocum atque verborum jucundioris (quæ Græcis εὐφωνία dicitur) quam regulæ diſciplinæque quæ à Grammaticis reperta eſt.

21. Verba T. Caſtricii rhetoris ad diſcipulos adoleſcentes de veſtitu atque calceatu non decoro.

22. Comprecationes quæ ritu Romano fiunt diis, expoſitæ in libris ſacerdotum; inter quas Marti *Nerienem* tribuunt, & quid *Neriene* ſeu *Nerio* nomen importet.

23. M. Catonis conſularis & cenſorii pulcherrima exprobratio contra philoſophantes nomine & non re.

24. Quæſitum tractatumque quid ſint *manubiæ*: atque inibi dicta quædam de ratione utendi verbis pluribus idem ſignificantibus.

25. Verba P. Nigidii, quibus dicit in nomine *Valerî* in caſu vocandi primam ſyllabam acuendam eſſe: & item alia ex ejuſdem verbis ad rectam ſcripturam pertinentia.

26. De verſibus, quos Virgilius ſectatus videtur, Homeri ac Parthenii.

27. De ſententia Panætii philoſophi, quam ſcripſit in libro de officiis ſecundo; qua hortatur, ut homines ad cavendas injurias in omni loco intenti paratique ſint.

28. Quod Quadrigarius *cum multis mortalibus* dixit, an quid & quantum differret, ſi dixiſſet, *cum multis hominibus*.

29. Non

29. Non hactenus esse *faciem*, qua vulgo dicitur.

30. Quid sit in satura M. Varronis, *caninum prandium*.

Commentario quartodecimo hæc insunt.

1. Dissertatio Favorini philosophi adversus eos, qui Chaldæi appellantur, & ex cœtu motibusque siderum & stellarum fata se hominum dicturos pollicentur.

2. Quem in modum disseruerit Favorinus consultus à me super officio judicis.

3. An æmuli offensique inter sese fuerint Xenophon & Plato.

4. Quod apte Chrysippus & graphice imaginem Justitiæ modulis coloribusque verborum depinxit.

5. Lis atque contentio grammaticorum Romæ illustrium enarrata super casu vocativo vocabuli, quod est, *egregius*.

6. Cuimodi sint, quæ speciem doctrinarum habeant: sed neque delectent neque utilia sint; atque inibi de vocabulis singularum urbium regionumque immutatis.

7. Quod M. Varro Cn. Pompejo consuli primum designato commentarium dedit, quem appellavit Isagogicum, de officio senatus habendi.

8. Quæsitum esse dissensumque, an præfectus Latinarum causa creatus jus senatus convocandi consulendique habeat.

Commentario quintodecimo hæc insunt.

1. Quod in Q. Claudii annalibus scriptum est, lignum alumine oblitum non ardere.

2. Quod Plato in libris, quos de legibus composuit, largiores lætioresque in conviviis invitatiunculas vini non inutiles esse existimaverit.

3. Quid M. Cicero de particula ista senserit scripseritque, quæ præposita est verbis *aufugio* & *ausero*: & an in verbo *autumo* eadem ista hæc præpositio esse videri debeat.

4. Historia de Ventidio Basso ignobili homine; quem primum de Parthis triumphasse memoriæ traditum est.

5. Verbum *profligo* à plerisque dici improprie insciteque.

6. In libro M. Ciceronis de gloria secundo manifestum esse erratum, in ea parte, in qua scriptum est super Hectore & Ajace.

7. Observatum esse in senibus, quod annum fere ætatis tertium & sexagesimum agant aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitum: atque inibi super eadem observatione exemplum appositum epistolæ divi Augusti ad Cajum filium.

8. Locus ex oratione Favorini veteris oratoris de cœnarum atque luxuriæ opprobratione, qua usus est, quum legem Liciniam de sumtu minuendo suasit.

9. Quod Cæcilius poëta *frontem* genere virili non poëtice, sed cum probatione & cum analogia appellavit.

10. De voluntario & admirando interitu virginum Milesiarum.

11. Verba Senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis: item verba edicti censorum, quo improbati & coërciti sunt, qui disciplinam rhetoricam instituere & exercere Romæ cœperant.

12. Locus ex oratione Gracchi de parsimonia ac de pudicitia sua memoratissimus.

13. De verbis inopinatis, quæ utroqueversum dicuntur, & a grammaticis *communia* vocantur.

14. Quod Metellus Numidicus figuram orationis novam ex orationibus Græcis mutuatus est.

15. *Passis velis* & *passis manibus* dixisse veteres, non à verbo suo, quod est, *patior*, sed ab alieno, quod est, *pando*.

16. De novo genere interitus Crotoniensis Milonis.

17. Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium tibiis canere desierint, quum patrium istum morem canendi haberent.

18. Quod pugna belli civilis victoriaque C. Cæsaris, quam vicit in Pharsalicis campis, nunciata prædictaque est per cujusdam remigis vaticinium eodem ipso die in Italia Patavii.

19. Verba M. Varronis memoriâ digna, ex satura, quæ inscribitur περὶ ἰδισμάτων.

20. Notata quædam de Euripidi poëtæ genere, vita, moribus, deque ejusdem fine vitæ.

21. Quod à poëtis Jovis filii prudentissimi humanissimique, Neptuni autem ferocissimi & inhumanissimi traduntur.

22. Historia de Sertorio duce, deque æstu ejus

ejus commenticiisque simulamentis, quibus ad barbaros milites continendos conciliandosque sibi utebatur.

23. De ætatibus historicorum nobilium, Hellanici, Herodoti, Thucydidis.

24. Quid Vulcatius Sedigitus, in libro quem de poëtis scripsit, de comicis Latinis judicarit.

25. De verbis quibusdam novis, quæ in Cn. Matii mimiambis offenderamus.

26. Quibus verbis Aristoteles philosophus definierit syllogismum; ejusque definitionis interpretamentum verbis Latinis factum.

27. Quid sint *comitia calata*, quid *curiata*, quid *centuriata*, quid *tributa*, quid *concilium*, atque inibi quædam ejusmodi.

28. Quod erravit Cornelius Nepos, quum scripsit Ciceronem tres & viginti annos natum causam pro Sex. Roscio dixisse.

29. Quali figura orationis & quam nova L. Piso annalium scriptor usus sit.

30. Vehiculum, quod *petorritum* appellatur, cujatis linguæ vocabulum sit, Græcæ an Gallicæ.

31 Quæ verba legaverint Rhodii ad hostium ducem Demetrium, quum ab eo obsiderentur, super illa incluta Ialysi imagine.

Commentario sextodecimo hæc insunt.

1. Verba Musonii philosophi Græca, digna atque utilia audiri observarique, ejusdemque utilitatis sententia à M. Catone multis ante annis Numantiæ ad equites dicta.

2. Cuimodi sit lex apud dialecticos percunctandi differendique, & quæ sit ejus legis reprehensio.

3. Quanam ratione effici dixerit Erasistratus medicus, si cibus forte deerit, ut tolerari aliquantisper inedia possit, & tolerari fames: verbaque ipsa Erasistrati super ea re scripta.

4. Quo ritu quibusque verbis fecialis populi Romani bellum indicere solitus sit his, quibus populus Romanus bellum fieri jusserat. Et item in quæ verba conceptum fuerit jusjurandum de furtis militaribus sanciendis, & uti milites scripti intra prædictum diem in loco certo frequentarent, causis quibusdam exceptis, propter quas id jusjurandum remitti æquum esset.

5. *Vestibulum* quid significet; deque ejus vocabuli rationibus.

6. Hostiæ, quæ dicuntur *bidentes*, quid sunt, & quam ob causam ita appellatæ sunt: superque ea re P. Nigidii & Julii Higini sententiæ.

7. Quod Laberius verba pleraque licentius petulantiusque finxit: & quod multis item verbis utitur, de quibus, an sint Latina, quæri solet.

8. Quid significet & quid à nostris appellatum sit, quod ἀξίωμα dialectici dicunt, & quædam alia quæ prima in disciplina dialectica traduntur.

9. Quid significet verbum in libris veterum creberrime positum, *susque deque*.

10. Quid sint *proletarii*, quid *capitecensi*, quid item sit in duodecim tabulis *assiduus*, & quæ ejus vocabuli ratio sit.

11. Historia ex Herodoti libris sumta de Psyllorum interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant.

12. De his vocabulis, quæ Cloatius Verus aut satis commode aut nimis absurde & illepide ad origines linguæ Græcæ redegit.

13. Quid sit *municipium*, & quid à *colonia* differat, & quid sint *municipes*; quæque sit ejus vocabuli ratio ac proprietas: atque inibi quod divus Hadrianus in senatu de jure atque vocabulo *municipum* verba fecit.

14. Quod M. Cato differre dixit *properare* & *festinare*, & quam incommode Verrius Flaccus vim verbi, quod est *festinat*, interpretatus sit.

15. Quid Theophrastus mirum de perdicibus scriptum reliquerit, & quid Theopompus de leporibus.

16. *Agrippas* à partus ægri & improsperi vitio appellatos; deque his deabus, quæ vocantur *Prosa* & *Postverta*.

17. Quæ ratio vocabuli sit *agri Vaticani*.

18. Lepida quædam memoratu & cognitu de parte geometriæ, quæ ἁπτικὴ appellatur, & item alia καταυτικὴ, & tertia itidem quæ dicitur μεσρικὴ.

19. Sumta historia ex Herodoti libro super fidicine Arione.

Commentario ſeptimodecimo hæc inſunt.

1. Quod Gallius Aſinius & Largius Licinius ſententiam M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quam dixit pro M. Cælio; & quid adverſus homines ſtolidiſſimos pro eadem ſententia vere digneque dici poſſit.

2. Verba quædam ex Q. Claudii annalium primo curſim in legendo notata.

3. Verba M. Varronis ex libro quinto & viceſimo Humanarum, quibus contra opinionem vulgariam interpretatus eſt Homeri verſum.

4. Quid Menander poëta Philemoni poëtæ dixerit, à quo ſæpe indigne in certaminibus comœdiarum ſuperatus eſt: & quod ſæpiſſime Euripides in tragœdia ab ignobilibus poëtis victus eſt.

5. Nequaquam eſſe verum, quod minutis quibuſdam rhetoricæ artificibus videatur, M. Ciceronem, in libro quem de amicitia ſcripſit, vitioſo argumento uſum, ἀμφισβητέμενον ἀντὶ ὁμολογεμένε poſuiſſe: totumque id conſideratius tractatum exploratumque.

6. Falſum eſſe, quod Verrius Flaccus in ſecundo librorum, quos de obſcuris M. Catonis compoſuit, de *ſervo recepticio* ſcriptum reliquit.

7. Verba hæc ex Atinia lege, QUOD. SUBREPTUM. ERIT. EJUS. REI. ÆTERNA. AUCTORITAS. ESTO. P. Nigidio & Q. Scævolæ viſa eſſe non minus de præterito furto, quam de futuro caviſſe.

8. In ſermonibus apud menſam Tauri Philoſophi quæri agitarique hujuſmodi ſolita, cur oleum ſæpe & facile, vina rarius congelaſcant, acetum haud fere umquam, & quod aquæ fluviorum fontiumque durentur, mare gelu non duretur.

9. De notis litterarum, quæ in C. Cæſaris epiſtolis reperiuntur, deque aliis clandeſtinis litteris ex vetere hiſtoria petitis: & quid *ſcytale* ſit *Laconica*.

10. Quid de verſibus Virgilii Favorinus exiſtimarit, quibus in deſcribenda flagrantia montis Ætnæ Pindarum poëtam ſequutus eſt: collataque ab eo ſuper eadem re utriuſque carmina & dijudicata.

11. Quod Plutarchus in libris Sympoſiacis opinionem Platonis de habitu atque natura ſtomachi fiſtulæque ejus quæ τραχεῖα dicitur, adverſum Eraſiſtratum medicum tutatus eſt auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

12. De materiis infamibus, quas Græci ἀδόξους appellant, à Favorino exercendi gratia diſputatis.

13. *Quin*, particula quot qualeſque varietates ſignificationis habeat, & quam ſæpe in veterum ſcriptis obſcura ſit.

14. Sententiæ ex Publii mimis ſelectæ lepidiores.

15. Quod Carneades Academicus elleboro ſtomachum purgavit ſcripturus adverſus Zenonis Stoici decreta: deque natura medelaque ellebori candidi & nigri.

16. Anates Ponticas vim habere venenis detergendis potentem: atque inibi de Mithridati regis in id genus medicamentis ſollertia.

17. Mithridatem Ponti regem quinque & viginti gentium linguis loquutum, Quintumque Ennium tria corda habere ſe dixiſſe, quod tres linguas percalluiſſet, Græcam, Oſcam, Latinam.

18. Quod M. Varro C. Salluſtium hiſtoriæ ſcriptorem deprehenſum ab Annio Milone in adulterio ſcribit, & loris cæſum, pecuniaque data dimiſſum.

19. Quid Epictetus philoſophus dicere ſolitus ſit hominibus nequam & impuris diſciplinas philoſophiæ ſtudioſe tractantibus: & quæ duo verba obſervanda præceperit omnium rerum longe ſalubria.

20. Verba ſumta ex Sympoſio Platonis numeris coagmentiſque verborum ſcite, modulate, apteque exercendi gratia in Latinam orationem verſa.

21. Quibus temporibus poſt Romam conditam Græci Romanique illuſtres viri floruerint ante ſecundum bellum Karthaginienſium.

Com-

Commentario octavodecimo hæc insunt.

1. Disputationes à philosopho Stoïco, & contra à Peripatetico, arbitro Favorino, factæ: quæsitumque inter eos; quantum in perficienda vita beata virtus valeret; quantumque esset in iis quæ dicuntur extranea.

2. Cujusmodi quæstionum certationibus Saturnalicia ludicra Athenis agitare soliti sumus: atque inibi insperſa quædam sophismata & ænigmata oblectatoria.

3. Quid Æschines rhetor in oratione, qua Timarchum de impudicitia accusavit, Lacedæmonios statuisse dixerit super sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixisset.

4. Quod Sulpicius Apollinaris prædicantem quemdam à sese uno Sallustii historias intelligi illusit, quæstione proposita, quid verba ista apud Sallustium significarent; *incertum stolidior an vanior.*

5. Quod Q. Ennius in septimo annali *quadrupes eques*, ac non *quadrupes equus*, ut legunt multi, scriptum reliquit.

6. Quod Ælius Melissus, in libro cui titulum fecit *de loquendi proprietate*, quem quum ederet *cornum* esse *copiæ* dicebat, rem scripsit neque dictu neque auditu dignam; quum differre *matronam* & *matrem familias* existimavit differentia longe vanissima.

7. Quem in modum Favorinus tractaverit intempestivum quemdam de verborum ambiguitatibus quærentem: atque ibi quot significationes capiat *concio.*

8. Ὁμοιοτέλευτα καὶ ὁμοιόπτωτα, atque alia id genus, quæ ornamenta orationis putantur, inepta esse & puerilia, Lucilii quoque versibus declarari.

9. Quid significet apud M. Catonem verbum *insecendo*, quodque *insecendo* potius legendum sit, quàm quod plerique existimant, *insequendo.*

10. Errare istos, qui in exploranda febri pulsus venarum pertentari putant, non arteriarum.

11. Verba ex carminibus Furii Antiatis inscitè à Cæsellio Vindice reprehensa, versusque ipsi, in quibus ea verba sunt, subscripti.

12. Morem istum veteribus nostris fuisse, verba *patiendi* mutare ac vertere in *agendi* modum.

13. Quali talione Diogenes philosophus usus sit pertentatus à dialectico quodam sophismatio impudenti.

14. Quid sit numerus *hemiolios*, quid *epitritos*, & quod vocabula ista non facilè nostri ausi sunt vertere in linguam Latinam.

15. Quòd M. Varro in heroïs versibus observaverit rem nimis anxiæ & curiosæ observationis.

Commentario Nonodecimo hæc insunt.

1. Responsio cujusdam philosophi interrogati, quam ob causam maris tempestate palluerat.

2. Ex quinque corporis sensibus duos esse cum belluis maximè communes.

3. Quòd turpius est frigidè laudari, quàm acerbius vituperari.

4. Quamobrem venter repentino timore effluat; quare etiam ignis urinam laceſſat.

5. Ex Aristotelis libris sumtum, quòd nivis aqua potui pessima sit, & quòd ex nive crystallus concreatur.

6. Quòd pudor sanguinem ad extera diffundit, timor verò contrahit.

7. Quid sit *obesum*; nonnullaque alia prisca vocabula.

8. Quæstio an *harena*, *cœlum*, *triticum*, pluralia inveniantur: atque inibi de *quadrigis*, *inimicitiis*, nonnullis præterea vocabulis, an singulari numero comperiantur.

9. Antonii Juliani in convivio ad quosdam Græcos lepidissima responsio.

10. Verba hæc, *præter propter*, in usu vulgi prodita, etiam Ennii fuisse.

11. Ponit versus Platonis amatorios, quos admodum juvenis lusit, dum tragœdiis contendit.

12. Dissertatio Herodis Attici super vi & natura doloris, suæque opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores præcidit.

13. Quos *pumiliones* dicimus, *Græcè* νάνους appellari.

14. Contemporaneos fuisse Cæsari & Ciceroni M. Varronem & P. Nigidium ætatis suæ doctissimos Romanos: & quod Nigidii commentationes propter earum obscuritatem subtilitatemque in vulgus non exeunt.

Commentario Vigesimo hæc insunt.

1. Disceptatio Sex. Cæcilii jureconsulti & Favorini philosophi de legibus duodecim tabularum.

2. Vocabulum *sticinum* in M. Catonis oratione quid significet.

3. Quam ob causam L. Accius poëta in pragmaticis *scinnistas nebuloso nomine* esse dixerit.

4. Artificum scenicorum studium amoremque inhonestum probrosumque esse: & super ea re verba Aristotelis philosophi adscripta.

5. Exempla epistolarum Alexandri regis & Aristotelis philosophi ita uti sunt edita: eaque in linguam Latinam versa.

6. Quæsitum atque tractatum, utrum sit rectius dicere, *habeo curam vestri*, an *vestrum*.

7. Quam diversæ Græcorum sententiæ super numero Niobæ filiorum.

8. De iis, quæ habere συμπάθειαν videntur cum luna augescente.

9. Qualibus verbis delectari solitus sit Antonius Julianus positis in mimiambis, quos Cn. Matius scripsit.

10. Quid vocabulum *ex jure manum consertum* significet.

11. Quid sit *sculnæ* verbum positum apud M. Varronem.

A. GEL-

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

[1] *Quali proportione, quibusque collectionibus Plutarchus ratiocinatum esse Pythagoram philosophum dixerit, de comprehendenda corporis proceritate, qua fuit Hercules, quum vitam inter homines viveret.*

PLUTARCHUS[2] in [3] libro, quem de Herculis quali inter homines fuerit animi corporisque ingenio & virtutibus conscripsit, scite subtili-

1 *Quali proportione*] Quum Gellius in hac primi capitis sylloge noluerit pedis Herculani mentionem facere, & de industria suppresserit, mirifice sibi placuit Henr. Stephanus, quum finxit tria alia sylloges talis exempla, quæ Gellio impingeret, ubi ejus mentio interponeretur. Gellius noluit hanc syllogen adeo plenam esse, ut omnia quæ in ipso capite dicuntur, ibidem efferrentur. Nam quum dicit Gellius *quali proportione*, id non dicitur, pro quo proportionis genere, ut solent proportiones varie considerari & in diversa genera distingui; sed quo proportionis ab ipso animadversæ auxilio & quidem satis sapienter captato. Certe autem & Gellius novit ex ratiocinatione fieri collectiones, aut ratiocinando nos colligere, quum utique in fine capitis post præmissas ratiocinationes colligere Pythagoram dicat. Sed non id agit nunc Gellius, & collectiones vocat sedes, loca, graduſque & transitus argumentationum, quarum una alteram sequens facit, ut ex istis collectionibus pariat commoditatem alicujus cum ratione affirmandi. Sed interim idem Stephanus aliam apposuit, ubi mentio illius pedis non fieret, verum in qua nimium amavit uti vocibus Gellii, quas hic in ipso capite, non in sylloge exstare voluit, ut sit nullius pretii. An Hercules eadem in cœlo quoque proceritate fuerit, qua erat quum vitam inter homines viveret, debuit Stephanus ex Atlante scisciari, qui tunc sensit pondus. *Jac. Gronov.*

2 *Plutarchus*] Multa scripta Plutarchi perierunt, quod partim ex ipso scimus, qui deperdita è suis citat: partim ex veteri opusculorum catalogo; quem in suis se manuscriptis reperisse testatur Henr. Stephanus: partim ex Gellio nostro, Philopono, aliis qui Plutarchum laudant in libris variis, quos nos non habemus. Quemadmodum verò non pauca ejus perierunt; ita & aliqua genuinis permiscentur, quæ alium habent auctorem. Forte Πλούταρχον τὸν νεώτερον, ut eum vocat Io. Tzetzes Chil. 1. hist. XIV. Et hujus credo junioris Plutarchi fuerint quoque libri 5. περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις, item liber περὶ ποταμῶν: quem Plutarchi ejus, cujus de amatoriis affectionibus librum habemus, esse credebat Janus Cornarius; ut ex præfatione eâ constat, quam Marcello Empirico præmisit. Imò & alii fuere scriptores Plutarchi nomine. Ut Nicandri interpres, teste Stephano in Κορώπη. Poterat verò & de istis, quibus caremus, & aliis quibusdam, quæ sub ejus nomine leguntur, certius judicium ferri; si nobis visus foret ὁ πίναξ sive καταγραφή; quam, ut ait Suidas, de Plutarchi scriptis fecerat Lamprias filius; quamque in Italia editam esse, refert Joannes Rualdus libro de vita Plutarchi cap. 6. Opinor, non aliam esse ab ea, cujus antea ex H. Stephano meminimus. *Vide Voss. de Histor. Græcis.*

3 *Quem scribit, ὁπόση ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυίαν καὶ ἀρετὴν διαφορὰ*] Carrio quæ in Buslid. loco Græcorum hîc mere Latina, & quidem longe alio sensu, reperit, expositit timide 3. Aut.

tiliterque [4] ratiocinatum [5] Pythagoram philosophum dicit, in reperienda [6] modulandaque [7] status longitudinisque ejus præstantia. Nam quum fere constaret, [8] curriculum stadii, quod est [9] Pisæ ad Jovis [10] Olympii, [11] Herculem

L. 17. Ad Sallustii fragmenta, quum notasset eadem in Parisiensi, confidentior vetuit homines ineptissimos veterem scripturam à se primo assertam irridere. Ut vero in rem præsentem venit, ipsumque auctorem recensuit, non potuit quin labesceret, & licet quatuor scriptis codicibus in summa re consentientibus, ob leviculam varietatem, non auctoris, sed nescio cujus ea vetusti literatoris esse decerneret. Ego quatuor istis addo quatuor, in quorum uno est, *Plutarchus in libro, quem de Herculis, quantum inter homines fuit, animi corporisque ingenio atque virtutibus conscripsit:* in altero, *Plutarchus in libro, quem scribit de Herculis genealogia, quantum inter homines fuit, animi corporisque ingenio:* in tertio, *Plut. in lib. quem de Hercule scribit, quantum inter homines animi corporisque ingenio atque virtutibus interfit conscripsit*, rite: in quarto, *quem scribit G. quantum inter homines*, &c. Non temere est conspirare tot codices, & in his valde bonos. Et quæ varietas est, ea mihi confirmat ab auctore hæc verba; ut sana sunt, profecta esse, & captum librariorum literatorumque ante quadringentos annos excessisse. Sunt autem vel, ut primo loco ex Rottendorfiano ea posui, vel ut in binis apud Carrionem est, *de Herculis quali inter homines fuerit animi corporisque ingenio.* Sermo uterque non publici saporis, & prorsus decens nostrum, tum ista, tum qua parte *animi corporisque ingenio* legis. Alterum est veteris Poëtæ apud Ciceronem 1. de Inventione: *Nam si vereatur, quid eum accuses, qui est probus? Sin inverecundum animi ingenium possidet, Quid eum accusas qui id parvi auditu æstimet?* Alterum habet Sallustius in oratione Cottæ: *Atque ego, cujus ætati mors propior est, non deprecor, si quid ea vobis incommodi demitur; neque mox ingenio corporis honestius quam pro vestra salute finem vitæ fecerim.* Quæ Sallustii videtur etiam ob oculos habuisse Appulejus, cum scriberet de dogmate Platonis: *Adhæc ei* (mundo) *attributa est perpetua juventus & inviolata valetudo: eoque nihil præterea extrinsecus est relictum, quod corrumpere posset ejus ingenium.* Ipse hoc libro cap. 9. *conjectatione quadam de oris & vultus ingenio.* Super omnia notandum, ubi vulgo legebatur, *longitudinisque Herculis præstantia*, omnes omnino scriptos, etiam Carrione teste, & primam editionem pro *Herculis* præferre *ejus*; in quo ille multa & inania verba profundit: sed id argumentum certum est in superioribus verbis hujus ipsius capitis, non lemmatis tantum, factam mentionem Herculis. *Gronov. Mentis* quidem *ingenium* sic in libro de Deo Socratis observavit Vulcanius ad libellum de mundo pag. 6. *Jac. Gronov.*

4 *Ratiocinatum*] Id est, acri meditatione posuisse rationem, vel supputationem & calculum, procurrendo à pari numero pedum & impari mensura stadiorum, ad imparitatem pedum Herculis & aliorum. *B.*

5 *Pythagoram*] Qui sectæ Italicæ autor, Pherecydæ Syri, vel potius Scyrii discipulus, ab eo Theologiam & Philosophiam mysticam hausit, multum idem numeris & proportionibus tribuit. vide *Meursium de Denario Pythagorico.*

6 *Modulandaque*] Verbum derivari à *modulus* judicat Vossius, non ἀπὸ τῆς μελέτης, ut putabat Nunnesius, notatque mensurare & cum mensura vel numerorum ratione componere apud Rob. Stephanum, ut ab nonnullis *culina* dicebatur *modulus vitæ.* Jac. Gron.

7 *Status*] Columella lib. 7. *Statum longiorem & productiorem* dixit.

8 *Curriculum stadii*] Stadium pro mensura geometrica sumitur vel pro ipso loco, in quo se exercebant cursores & athletæ, aliquando pro ipsa structura, ex qua spectabantur certamina, de cujus forma vide Mercurialem lib. 4. de Arte Gymnastica cap. 10. & Hermolaum Barbarum in Vitruvium. *Stadii*] Mire torquent se hoc loco eruditi homines, dum stadii appellationem, ad Geometricam mensuram CXXV. passium, hoc est, DCXXV. pedum applicare conantur, cum tamen hic Gellius stadium accipiat sexcentos pedes tantum. Sic opinor Suidas innuit esse duplicem stadii rationem sive appellationem; alteram qua intelligitur spatium, quod homo unico spiritu, cursu suo transmittere queat, quod procurrentis robore, aut fragilitate nunc brevius, nunc longius redditur, quam stadii appellationem hic Gellius videtur amplecti: alteram, quæ sit Geometrica, de qua Plinius lib. 11. c. XXIII. continens, ut diximus, pro certo sexcentos & XXV. pedes, qua utuntur cosmographi, quæ & à longissimo cursus humani stadio desumpta videtur. *M Stadii*] Tria faciunt stadiorum genera; Italicum, Olympicum, & Pythicum, unumquodque dispari mensura. Nam Italicum facit pedes sexcentos viginti quinque, uti etiam Plin. lib. 2. c. 24. Columell. lib. 5. de re rust. cap. 1. Isidor. lib. 15. Orig. c. 16. Olympicum pedes sexcentos. quot etiam Herod. lib. 11. p. 167. Suid. in στάδιον, item μίλιον, & πλέθρον. Pythicum pedes mille.

culem [12] pedibus suis metatum, idque fecisse longum pedes sexcentos; cætera quoque stadia [13] in terra Græcia, ab aliis postea instituta, pedum quidem esse numero sexcentûm, sed tamen aliquantulum breviora: facile intellexit, modum spatiumque plantæ Herculis ratione [14] proportionis habita, tanto fuisse quàm aliorum procerius, quanto Olympicum stadium longius esset quàm cætera. Comprehensâ autem mensurâ Herculani pedis, [15] quanta longinquitas corporis ei mensuræ conveniret, secundum naturalem membrorum omnium inter se [16] competentiam, modificatus est: atque ita id colligit, quod erat consequens, tanto fuisse Herculem corpore excelsiorem quàm alios, quanto Olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret.

mille. Sed inter Italicum & Olympicum stadium nullam esse differentiam, acutissime animadvertit Lucas Pætus lib. 1. de mensur. & ponderib. pag. 3. & Robert. Huet. tractat. de glob. part. 3. c. 2. Nam pes Græcus excedit pedem Romanum semuncia. Sexcentæ autem semunciæ constituunt pedes illos viginti quinque, quibus pes Græcus Rom. pede longior est.

9 *Pisæ*] Vulgo, *Pisis*. *Pisæ* legendum est singulariter, neque enim quod sciam, Pisa hæc Græciæ civitas, quæ postea Olympia dicta est, apud ullum scriptorem pluraliter dicitur. Nam quod Virg. Pisas in plurali extulit, intelligit Pisas Italiæ urbem, à Græca sic transnominatam; certe Plin. in Græcia Pisam una cum Stephano, in Italia Pisas collocat.

10 *Olympii*] Scilicet fanum. Jupiter Olympius cognominatus est, quod apud Pisam, sive Olympiam, magnificis certaminibus colerètur. Unde Olympiades dictæ, quæ quinto anno celebrabantur. Nam Ovidius fallitur, qui cum lustro confundit. De earundem origine vide Scal. ad Euseb. Extant Pindari vatis Olympica cantica. *Olympii*] Hic fanum illud Jovis orbi notum, & Gymnica certamina, quæ Hercules instituit, Iphitus restauravit. Strab. l. 8. ex auro solido simulacrum fabrefactum ait: Plin. l. 34. ex ebore, singulari Phidiæ artificio. Potuit utrunque verum esse, si diversa simulachra intelligantur. Nam præter fanum Olympii Jovis, fuit ejusdem quoque delubrum sive sacellum, in quo σύμβωμος Neptuno visebatur, & quidem longe antiquior illo Phidiaco. Sex enim illic erant delubra totidemque aræ, quibus insistebant Θεοὶ σύμβωμοι. *Salmas.*

11 *Herculem*] Pausanias scribit Herculem fuisse quatuor cubitis & pede longum. Hunc tanquam Deum Ἀπόμυιον coluisse Romanos Clemens in Protreptico testatur. In Elide Jovem Ἀπόμυιον fuisse supra dixi.

12 *Pedibus suis metatum*] Si ultro Pythagoras venerit ad hanc curam, recte est. Sed probabiliter magnus Erasmus hunc locum & hanc inventionem confert in proverbium *Ex ungue leonem cognoscere*, quod potuit excitavisse Pythagoram, ubi citat quoque Vitruvium lib. 3. cap. 1, ubi tradit humani corporis membra suos habere commensus proportionis, sed quod notari debuit etiam ab ipso Pythagora, nonnisi in homine bene figurato. Quod vero addi debet, est, quod Phlegon narrat humano dente ob mirandam magnitudinem allato Romam ab Tiberio geometram Pulchrum nomine jussum fuisse πρόσωπον πλάσαι πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ ὀδόντος, quod & fecisse illic narratur. *Jac. Gronovius.*

13 *In terra Græcia*] Ita Plautus in Trinummo, *terra Arabia*. Cato, *Italia*.

14 *Proportionis*] *Proportio* apud Mathematicos est, cum numeri duo aut plures, cum item magnitudines inter se comparantur, ad similitudinem secundæ comparationis, juxta æqualitatem, aut inæqualitatem. Sic proportionem facis si dicas, ut se habent quatuor ad duo, sic octo ad quatuor, & quanto est longior pes Herculanus alterius alicujus pede, tanto item stadium Herculanum pede sexcenties commensum, longius est eo stadio quod alterius pede toties transmissum est.

15 *Quanta longinquitas corporis, &c.*] Hæc verba à veteribus editionibus absunt, & hic ex libro Buslidiano reposuit Carrio, quæ nisi interjiciantur, sententiam orationis suspensam relinquunt, neque eam absolvunt.

16 *Competentiam*] Symmetriam: quam ex hoc ipso Pythagoræ facto extollit Gauricus de Sculptura cap. 2.

CAP. II.

Ab Herode Attico Cl. V. tempestive deprompta in quendam [1] jactabundum & glorioſum adoleſcentem, ſpecie tantum philoſophiæ ſectatorem, verba Epicteti Stoici, quibus feſtiviter à vero Stoico ſejunxit vulgus loquacium nebulonum, qui ſe Stoicos nuncuparent.

[2] Herodes Atticus, vir & Græca facundia & conſulari honore præditus, arceſſebat ſæpe nos, quum apud magiſtros Athenis eſſemus, in villas ei urbi proximas, me & Cl. V. Servilianum, complureſque alios noſtrates, qui Roma in Græciam ad capiendum ingenii cultum conceſſerant. Atque ibi tunc, quum eſſemus apud eum in villa, cui nomen eſt [3] Cephiſia, & æſtu anni & ſidere autumni flagrantiſſimo; propulſabamus caloris incommoda [4] lucorum umbra ingentium, [5] longis ambulacris & [6] mollibus [7] ædium poſticum refrigerantibus, [8] lavacris nitidis & [9] abundis & collucentibus, totiuſque villæ venuſtate [10] [11] aquis undique canoris atque avibus perſonante. Erat ibidem

1 *Jactabundum & glorioſum*] Ita quis & unde correxerit, ſicut neſcio, ita nec improbo. Sed ſcias oportet in MS. Regio exſtare *jactatum*, quod vide, quo tendat. An forſan jubemur credere ab Gellio eſſe *jactatulum*? Jac. Gronov.

2 *Herodes Atticus*] Suidas bis conſulatu functum refert. Sub Hadriano & M. Antonino Imperatoribus eruditus à Favorino, & Polemone. Ejus viram deſcribit Philoſtratus. Vide Salmaſiana ad Simplicium pag. 2.

3 *Cephiſia*] Cephiſiam urbem cum undecim aliis, quarum nomina à Strabone libr. IX. recenſentur, in unam Athienſem civitatem contraxiſſe Theſeus dicitur. Sed potius forſan à Cephiſo fluvio hæc villa nomen accepit, qui circa Athenas in mare immittitur. *Cephiſia*] Fortaſſe appellatione ſumpta à Cephiſio amœniſſimo fonte, quem in agro Attico ſcaturire tradit Plin. lib. IV cap. 1. Erat enim receptum apud veteres, quod ex Catone colligi poteſt, villas in propinquo fontem aliquem habere.

4 *Lucorum*] Lucus proprie ſylva ſacra, quod luminibus religionis cauſa luceret. Iſidor. lib. XIV. ſicut Græcorum ἄλσος, quod aquis irriguum erat, ut Homeri interpres teſtatur.

5 *Longis ambulacris & mollibus*] Sic Plinio lib. 2. epiſt. 3. *illa mollis & tamen ſolida geſtatio.* Gronov.

6 *Mollibus*] Jucundis, placidis, amœnis. Græci dicunt μαλακοὺς. poteſt hic comma poni.

7 *Ædium poſticum refrigerantibus*] Utrum *ambulacris* an *lavacris*? dein quare *poſticam* potius, quam alias partes? Ocius ſcribe ex Fulviano & Rot. *ædium poſitu refrigeranti.* Ovidius 4. Faſtor. *Trinacris à poſitu nomen adepta loci.* Tacitus 4. ann. *Dalmatiam, quæ poſitu regionis à tergo illis.* Et alludunt huc Carrionis codicum ludibria, *poſiticum refrigerantis & poſticum refrigeranti & poſt refrigerandi.* Lincolnienſis quoque ac Schefferi, *refigeranti.* Gronov.

8 *Lavacris*] Balneis. De quibus late F. Urſinus in appendice de Triclinio.

9 *Abundis*] Vide cap. 2. notata à Jano Mellero Palmerio in *ſpicilegiis.*

10 *Aquis undique*] Unde Virgil.

Nec percuſſa juvant fluctu tam littora, nec quæ
Saxoſas inter decurrunt flumina valles.

Et Ovid.

Aſpice labentes jucundo murmure rivos.

Nimis tamen poëtice aquæ dicerentur canoræ, unde mallem diſtinguere, ut ſit *canoris atque avibus* vel *canoriſque. B.*

11 *Aquis undique canoris atque avibus*] Lipſius diſtinguit, *aquis undique, canoris atque avibus:* & cum ſic priſcos eam quoque copulam locare ſolitos monuiſſet, Notet, inquit, & imitetur juventus 2. Elect. 19. Caveat potius. Omnia enim, quibus id probare ſe poſtulat, fucata ſunt. Lib. 19, 1 & 9 nullus ita, ut ille voluit, noſtrorum codicum. In lege Mamilia: *municipibus. iis. in. quorum. agro id. factum erit.* Florus quoque 2, 6 ex melioribus libris

dem nobiſcum ſimul adoleſcens philoſophiæ ſectator, diſciplinæ, ut ipſe dicebat, Stoicæ, ſed loquacior [12] impendio & promptior. Is plerumque in convivio, ſermonibus, qui poſt epulas haberi ſolent, multa atque immodica de philoſophiæ doctrinis intempeſtive atque [13] inſubide diſſerebat, præque ſe uno cæteros omnes [14] linguæ Atticæ principes [15] gentemque omnem togatam, totumque [16] nomen Latinum, rudes eſſe & agreſtes prædicabat: atque interea vocabulis [17] haud facile cognitis, ſyllogiſmorum [18] captionumque dialecticarum laqueis ſtrepebat, [19] [20] κυριεύοντας, ἡσυχάζοντας καὶ σωρείτας[a], alioſque id genus [21] gri-

a *Dominantes, Quieſcentes & Acervos.*

bris reſtitutus: *quod in bullis ſinguliſque annulis.* Quare autem, *aquis undique canoris atque avibus*, non queat intelligi, ut ſit, & aquis & avibus canoris? an unda labunda ſonans non poteſt dici *canora?* Ego tamen, quia ſatis prædicavit lavacra, malim: *auris undique canoris atque avibus perſonante.* Gronov.

12 *Impendio*] Plus quam ſatis, ſupra modum.

13 *Inſubide*] Præcipitanter, προπετῶς, inſulſe. Ita & ſubidus dicitur lib. XIX cap. XII. utitur & Macrobius lib. VII. Sat. legitur etiam *inſolite.*

14 *Atticæ linguæ*] Linguam Atticam dicit pro Græcorum eloquentia, quæ ſit omnium longe mundiſſima gratiſſimaque. Siquidem è quinque linguæ Græcæ differentiis, Attica proprietas omnium ſemper fuit laudatiſſima, de qua multa vide apud Fab. lib. XI. Item Cicer. in Perfecto Oratore.

15 *Gentemque omnem togatam*] Romanam. toga enim Romanorum propria, pallium Græcorum. Hinc togatæ fabulæ, & palliatæ, quod Latini, Græcique argumenti eſſent. Vide Aldum Manutium de toga lib. I. de quæſit. per Epiſtol.

16 *Nomen Latinum*] De Latio vide Cluverum in deſcriptione Italiæ.

17 *Haud facile cognitis*] Quorum autor Zeno: Cicero III. de Finib. *Zeno quoque eorum Princeps, non tam rerum inventor fuit quam verborum novorum.*

18 *Captionum*] *Subtile vel ſpinoſum dicendi genus* appellat Cicero. Sed his omnibus ad oſtentationem hic juvenis abutebatur.

19 Κυριεύοντας] Inter eas ſophiſmatum argutias, quibus præclaram diſſerendi diſciplinam Stoici inquinarunt, numeratur à veteribus ὁ κυριεύων λόγος, &, quem Acervum Latini, Græci Σωρείτην vocant; & is, quem, quod ad ſingulas Soritis interrogationes aſſenſum ſuſtineret, ac quieſceret, dixerunt ἡσυχάζοντα. Vulgò, κυρτῶν τὰς σκαζούσας θεωρίας. Ita enim is locus vulgò ridicule legitur. In libro Vaticano, cujus excerpta à Wouwerio humaniſſime nobiſcum communicavit V. C. quem honoris cauſſa nomino, Geberartus Elmanhorſtius, ita legitur, κυρτώντας εἰζυγάσοντας ἐβωρίτας. Non dubitabis puto, quin verè à nobis emendatum ſit, κυριεύοντας, ἡζυχάζοντας, καὶ σωρείτας. *Rutgerſ.* Κυριεύοντας, &c.] Dominantes, Quieſcentes & Acervos. Sunt ſophiſmatum dialecticorum vocabula. Sic autem reſtituit hunc locum Janus Rutgerſius, eo verius, quod horum ipſorum cum deriſu meminit hoc libro capiteque eodem & præcedenti Arrianus.

20 Κυριεύοντας, ἡσυχάζοντας, σωρείτας] Felix auxilium, quod noſtro tulit Rutgerſius 4. Var. 11 Arrianus 2, 18. Κομψὸν σοφισμάτιον ἔλυσας πολλῷ κομψότερον τοῦ κυριεύοντος. Et mox: τοῦτο μὲν ἤδη τὸ σόφισμα ὑπὲρ τὸν ψευδόμενον, ὑπὲρ τὸν ἡσυχάζοντα. Et ſequenti: Ἀντίπατρος οὐ μόνον ἐν τοῖς περὶ δυνατῶν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἰδίαν ἐν τοῖς περὶ κυριεύοντος. Apud Lucianum βίων πράσει ait Chryſippea Vita: θάῤῥει, καὶ ἄλλα γάρ σε διδάξομαι θαυμασιώτερα. Ἀγορ. τὰ ποῖα; Χρυσ. τὸν θερίζοντα, καὶ τὸν κυριεύοντα, καὶ τὸν ἐγκεκαλυμμένον. Ἡσυχάζοντες λόγοι, inventum Chryſippi, quibus acervum ſoriticum circumſcribere & inhibere tentavit: duoſque de illis libros eum ſcripſiſſe teſtis Diogenes Laertius. Cicero 4. Acad. *Placet enim Chryſippo, cum gradatim interrogetur, verbi cauſa, tria pauca ſint anne multa, aliquanto prius quam ad multa perveniat, quieſcere. id eſt, quod ab illis dicitur* ἡσυχάζειν. Gronovius. Hæc tamen acri faſtidio repellit hinc Prouſteus, negatque eſſe, quoniam vulgata iſta κυρτῶν τὰς σκαζούσας θεωρίας interpretari novit *laqueorum flexuoſas commentationes* (dubites ab eo Græca intelligi) cur hic locus videatur corruptus Batavis, qui rejecta veterum codicum lectione cum Johanne Rutgerſio ſic corrigunt. At obloquitur ſibi ipſe. Nam Batavi & Rutgerſius non fuere laſcivi in loco habendo corrupto, ſed id indicavit eis codex Vaticanus; nec habet Prouſteus, quem inſpexit aut proferat codicem magis veterem.

[21] griphos neminem posse dicens nisi se dissolvere : rem vero ethicam, naturamque humani ingenii, [22] virtutumque origines [23] officiaque earum & confinia aut contraria, morborum [24] vitiorumque fraudes, animorumque labes ac pestilentias, asseverabat [25] nulli esse magis ea omnia explorata, comperta, meditataque quam sibi. [26] Cruciatibus autem doloribus-

Sed quid miramur in hoc, quum illo longe doctior Lud. Crefollius in Theatro Sophistarum 11, 5 scribat Agellium item lib. 1 inter laqueos Dialecticorum ponere σκαζουσας θεωρίας *claudicantes*. At hæc ipsorum claudicatio satis manifeste dictat Gellium non loqui de claudicantibus theoriis, nec σκαζουσας notare flexuosas, nisi forsan apud Gallos & in sodalitio societatis impolitæ. *Jac. Gronovius.*

21 *Griphos*] Γρίφος est nassa piscatoria, id est, vas vimineum multis nodis, multis laqueis textum & flexum, ad pisces capiendos, claudendos. Hinc perplexa & flexuosa dicta, ænigmata γρίφοι vocata antiquis: similitudine inflexæ illius & implexæ viminum texturæ. Suidas: Γρίφος τὸ δικτυον. λεγεται δὲ καὶ ὁ δύσκολος, καὶ ὁ συμπεπλεγμένος λόγος, ὁ ἔχων πάθος ἐν ἑαυτῷ μὴ φαινόμενον. Lucianus: τὰ αἰνίγματα καὶ τὰς γρίφους ἀκούσας. Parasitus in lapide antiquo: *Viatores optimi, his nugis, griphis, ambagibusque meis condonate poscimus.* Hi Griphi sæpius etiam versibus constabant, ut indicat libr. x. Athenæus. Unde poëmati Ausoniano index, *griphus.* Colv. in Apul.

22 *Virtutum origines*] Quarum quatuor M. Cicer. ex Stoicorum sententia lib. Offic. statim in princip. ostendit.

23 *Officiaque earum confinitima aut contraria*] Sic Carrio ex uno Busslid. Sed neque *officium confinitimum* neque ipsa vox placere potest. Edebatur antea : *officiaque earum confinia aut contra.* Membrana Rottendorfia & Schefferi addunt conjunctionem, *earum & confinia.* Scribe igitur, *officiaque earum & confinia, ut & contra, morbos vitiorumque fraudes.* Sed G. Ranchinus 1 Var. L. 3 trajicit, *vitiorumque labes ac p. animorumque fraudes:* quia sit locutio inaudita *fraudes morborum ac vitiorum.* Imo non est inaudita, si cogites sæpe veteribus *fraudem* idem omnino esse quod malum vel incommodum: ut in illo, *ne cui fraudi sit*, & *incidere in fraudem* & *sine fraude esto*, & similibus. *Gronov.*

24 *Vitiorum fraudes*] Non otiosum est quod vitiorum fraudes dicit, quod vitia sese virtutis specie hominibus insinuent, unde Horat.

In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte. Vitiorum fraudes] Incommoda, fallaciam. Sunt tamen qui repositerunt, *sordes.*

25 *Nulli esse magis ea omnia explorata*] MSS. & vett. edit. *nulli esse ulli magis ea omnia.* Schef. *nulli esse quam illi.* Omissa vox in Stephanica invito Carrione, qui de loquendi ratione se alibi dixisse ait. Censeo Gellium scripsisse: *nulli esse uni magis ea omnia explorata.* Ut *nemo unus* & alii & noster 18, 5. *nemo unus veterum literarum diligens.* Gronovius.

26 *Cruciatibus*] Ita quidem Stoici, non tamen cruciatus, mortem aliaque mala contemnebant, sed virtutem omnibus malis superiorem statuebant. Audi Senecam Epistol. LXVI. *Estne aliquod contra Naturam igitur bonum? minime. Sed illud aliquando contra naturam est, in quo bonum illud exstitit. Vulnerari enim, & subjecto igne tabescere, contra naturam est: sed inter ista servare animum infatigabilem, secundum naturam est. Et ut, quod volo, breviter exprimam, materia boni aliquando contra naturam est, Bonum numquam: quoniam Bonum sine Ratione nullum est, sequitur autem Ratio naturam.* Verissime. Imo adeo Bona hæc sunt, ut etiam aliquando optanda. Quo modo? isto. ut *non incommoda optabilia sint, sed Virtus qua perferuntur incommoda*, ut idem Seneca Epist. LXVII. Ecce in exemplo : *tormenta abesse à me velim : sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter, animose, honeste geram, optabo.* Miles pugnam aut vulnera non optat, ob ipsa: sed gloriæ aut victoriæ mixta, optat. Itaque *non ultro præbebit se periculis fortis: neque etiam timebit illa, sed vitabit. Cautio illum decet, timor non decet.* Idem Epist. LXXXV. *Scit omnia hæc externa, quæ mala appellantur, non, nisi timidis timenda esse. Sentit tamen, atque etiam dolet. Sensum enim hominis nulla exuit virtus : sed non timet, & invictus ex alto dolores suos spectat.* Vides cujusmodi Bona sint; sed Bona, imo & illis quæ lætam faciem habent paria. Supra tetigi, sed iterandum est ex Seneca Epist. LXXI. *Quid ergo? jacere in convivio, & torqueri, paria sunt? Hoc mirum videtur tibi? illud licet magis admireris. jacere in convivio, Malum est : torqueri in eculeo, Bonum est : si illud turpiter, hoc honeste fit. Bona ista aut Mala non efficit materia, sed virtus. Hæc ubicumque apparuit, omnia ejusdem mensuræ ac pretii sunt.* Et quid mirum Stoicos dicere, quibus nullum extra animum Malum est? ecce Epicurus ille voluptatis magister, doloris hostis, quas voces teste Cicerone emittit? *Si uratur sapiens, si crucietur, in*

Pha-

ribuſque corporis & periculis mortem minitantibus habitum ſtatumque vitæ beatæ, quem ſe eſſe adeptum putabat, neque lædi, neque imminui exiſtimabat; ac ne oris quoque & vultus ſerenitatem Stoici hominis unquam ulla poſſe ægritudine [27] obnubilari. Has ille inaneis quum [28] flaret glorias, jamque omnes finem cuperent, verbiſque ejus [29] defatigati [30] pertæduiſſent: tum Herodes Græca, [31] ut hujus plurimus mos fuit, oratione utens, Permitte, inquit, philoſophorum ampliſſime, quoniam reſpondere nos tibi non quimus, quos [32] idiotas & rudes vocas, recitari ex libro, quid de hujuſcemodi magniloquentia veſtra ſenſerit dixeritque [33] Epictetus, Stoicorum vel maximus; juſſitque proferri [34] diſſertationum Epicteti digeſtarum ab Arriano ſecundum librum: in quo ille venerandus ſenex juvenes, qui ſe Stoicos appellabant, neque

Phalaridis tauro ſi erit, dicet, quam ſuave eſt hoc! quam hoc non curo! Lipſ.

27 *Obnubilari*] Quod Seneca epiſt. 59 dixerat: *Talem eſſe bonam conſcientiam, qualis eſt ſtatus cœli ſupra lunam, perpetuam ibi ſerenitatem.* Phil. Car.

28 *Flaret glorias*] Tumidas efflaret jactationes. Ut Fab. lib. XI. inquit, *Omnis jactatio eſt odioſa, ſui vero eſt odioſiſſima.*

29 *Defatigati*] Optimæ membranæ *defetigati*. Perpetua ea eſt Latini ſermonis conſuetudo, ut a in compoſitione nominum mutent in e. *paciſcor*, *depeciſcor*, & alia hujuſcemodi. *Carrio.* Etiam Stephanus edidit *defetigati*, ſed Rottendorf. & Scheff. exhibent vulgatum.

30 *Pertæduiſſent*] Inuſitate utitur hoc verbo perſonaliter. Sed & rara eſt ea vox: impersonale *pertæſum* eſt frequens, ut Æneid. IV.

Si non pertæſum thalami tædæque fuiſſet. B.

31 *Ut hujus plurimus mos fuit*] Sic Carrio è Buſlid. Vulgo, *cujus plurimus ei mos fuit*, quod è Pal. refert Gebhardus I Antiq. 2. Rot. *ut plurimus ei mos fuit.* Forte: *ut plurimus ei mos fuit.* Gronov.

32 *Idiotas*] Cicero & in Piſonem & in Verrem & pro Seſtio & alias eadem illa voce ut probe Latina eſt uſus. ἰδιώτης, inquiunt Gloſſæ B. Germani, ὁ ξυὴ νομικῶν, ruſticus, rudis. *Carrio.* Imperitos. proprie hæc vox privatum denotat, cui opponitur ὁ ἄρχων apud Demoſthenem, quia vulgus ſolet eſſe imperitum. Cœlius Aurelianus inertes vocavit.

33. *Epictetus*] Clarum hîc ſidus ſe oſtendit, Epictetus ævo, non merito Seneca poſterior. Et ſcriptorum pondere, ſi non numero, comparandus, vita præponendus. Ille vir totus à ſe & à Deo, nihil à Fortuna fuit. Origine vilis & inter ſervos; corpore claudus ac debilis; mente nobiliſſimus, & inter omnis ævi lumina refulſit. Ipſe de ſe Epigrammation hoc ſcripſit:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς
Καὶ πενίην ἶρος καὶ φίλος ἀθανάτοις.
Servus Epictetus ſum natus, corpore claudus,
Irus pauperie, deliciæ ſuperûm.

Ipſe, inquam, ſive de ipſo alius (nonnulli Leonidæ adſcribunt, ſed incerti potius autoris:) ſed confeſſionem ingenuam vides, & generoſam in fine vides, de amicitia divina. Natum Hierapoli, Phrygiæ oppido, tradunt: & Epaphrodito ſerviſſe (ſed fortaſſe poſt Neronem) ipſe etiam indicat, & jocoſe ejus meminit I. Diſſertationum, quas Arrianus digeſſit, cap. XIX. *Lipſ.* Neronis ævo ſervitutem ſerviit Epaphrodito, uni de cuſtodia Cæſarei corporis. Philoſophiam profeſſus Zenonis, propter quam à Domitiano in exilium miſſus eſt. Enchiridion & diſſertationes ab Arriano digeſtæ, quas hîc laudat A. Gellius, & Viri quique prudentiſſimi admirantur. *Philip. Car.* Suidas illum perveniſſe ad Marci Antonini tempora teſtatur. Quod tamen verum non eſſe poſt Lipſium multis oſtendit Salmaſius in Anim. in Epictetum & Simplicium.

34 *Diſſertationum*] Ἀρριανοῦ Ἐπίκτητος vulgo inſcribitur volumen, quo continentur variæ ejus diſſertationes ab Arriano digeſtæ. Διατριβὰς vocat Simplicius cum ſcribit quæ in Enchiridio habentur, eadem ferme & iiſdem verbis reperiri ſparſim ἐν τοῖς Ἀρριανοῦ περὶ τοῦ Ἐπικτήτου Διατριβῶν. Autor noſter lib. XIX. cap. I. citat quintum Διαλέξεων Epicteti librum, quas ab Arriano digeſtas congruere ſcriptis Zenonis & Chryſippi non eſſe dubium ait. Λόγους Ἐπικτήτου ipſe Arrianus vocat in præfatione eorum quæ vulgata ſunt. *Diſſertationes* Latine appellat Agellius ut nunc, ita lib. XVII. cap. XIX. *Salmaſ.*

que frugis neque operæ probæ, [36] [37] se in theorematis tantum nugalibus & puerilium [38] isagogarum commentationibus oblectantes, objurgatione justa incessivit. Lecta igitur sunt ex libro, qui prolatus est, ea quæ addidit. Quibus verbis Epictetus severe simul ac festiviter sejunxit atque divisit à vero atque sincero Stoico, qui esset procul dubio [40] ἀκώλυτος, [41] ἀνεκβίαστος, [42] ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύθερος, εὔπορος, εὐδαίμων [a], vulgus aliud nebulonum hominum, qui se [43] Stoicos nuncuparent; atraque verborum & argutiarum [44] fuligine ob oculos audientium jacta sanctissimæ disciplinæ [45] nomen ementirentur. Εἰπέ μοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Ἄκουε.

Ἰλιόθεν μὲ φέρων ἄνεμος [46] Κικόνεσσι πέλασσεν.

Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τὰ δ' ἀδιάφορα. Ἀγαθὰ μὲν οὖν αἱ ἀρεταὶ καὶ τὰ μετέχοντα αὐτῶν. Κακὰ δὲ, κακίαι, καὶ τὰ μετέχοντα κακίας. Ἀδιά-

a *Solutus, inviolatus, minime implicitus, liber, dives, felix.*

b *De bonis cedo & malis. Audi.*

Ad Ciconas Troja referens me ventus adegit.

Rerum quædam bona, quædam mala, quædam indifferentia sunt. Bona sane, virtutes: & quæ participant earum. Mala autem, vitia & quæ vitii participant, Indifferentia vero illa; quæ horum intermedia sunt, opes, sanitas, vita, mors,

36 *Se in theorematibus &c. oblectantes*] Sic Carrio ex uno Busl. nisi quod Antiq. 3, 17. *seque in theor.* in Notis *sed se in theor.* Olim erat: *sed theorematibus* &c. *dilatrantes.* Gebhardus *delatrantes.* Fulv. *deblaterantes.* Rottend. *sed theorematis tantum nugalibus* &c. *deblaterantes.* Buslidianus quoque *theorematis*, ut in Antiquis notavit Carrio. Scribe igitur: *neque operæ probæ, de theorematis tantum nugalibus & puerilium isagogarum commentationibus deblaterantes.* Verbum *Deblaterare* exstat 9, 15. Prisicianus auctor est Ciceronem quoque *toreumatis*, *peripetasmatis*, *emblematis* in plurativo dixisse. Et noster *poëmatis* 9, 9 & 12. *Gronov.*

37 *Theorematis*] Speculationibus.

38 *Isagogarum*] Introductionum.

40 Ἀκώλυτος] Ἀκώλυτον eum hominem dicimus, qui nullis terriculis à proposito dimoveri queat, quem Horatius hisce versibus eleganter depinxit:

Justum & tenacem propositi virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni,
Mente quatit solida, neque auster
Dux inquietus turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

41 Ἀνεκβίαστος] Fulvianus: ἀναναγκαστος. Quo verbo & Arrianus utitur 1, 17. προαίρεσιν ἔχεις ἀκώλυτον φύσει καὶ ἀναναγκαστον. Et mox: τὸ προαιρετικὸν ἔχεις ἀκώλυτον, ἀναναγκαστον, ἀπαραπόδιστον, 2, 19. ἀποτελέσαι ὑμᾶς ἀκωλύτους, ἀναναγκάστους, ἀπαραποδίστους, ἐλευθέρους, εὐροῦντας, εὐδαιμονοῦντας. Lib. 3, 3. καὶ ἔδωκεν, οἷον εἶχεν αὐτὸς, ἀκώλυτον, ἀναναγκαστον, ἀπαραπόδιστον. Gronovius.

42 Ἀπαρεμπόδιστος] Qui nullis rebus ad se non pertinentibus movetur, nulloque obstaculo à virtutibus abstrahi possit. Siquidem ἐμποδίζω Græcis significat *impedio. M.*

43 *Stoicos*] Ratos hos homines Stoicos, & fortasse nimium rigidos virtutibus, Horat. in Epist. lib. 1. epist. 1. subridens complectitur his versibus:

Ad summum sapiens uno minor est Jove, dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique Regum,
Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

Apud Laërtium lege vitam Zenonis, & apud Ciceronem de Finibus. *M.*

44 *Fulig.*] Obfuscatione, qualem vim habet fuligo ex fumario derasa, qui sicut fumus oculos acrimonia sua mordet. *B.*

45 *Nomen ementirentur*] Ostendit hunc locum & purgavit primus Bongarsius ad Justinum XII, 4. *Jac. Gronov.*

46 Κικόνεσσι] Proverbialis locutio de iis, qui à malo ad pejus deflectunt. Cicones autem populi in Thracia ferocissimi. *B.*

47 Ελ-

διάφορα δὲ, τὰ μεταξὺ τούτων, πλοῦτος, ὑγίεια, ζωὴ, θάνατος, ἡδονὴ, πόνος. Πόθεν οἶδας; ὅτως [47] Ἑλλάνικος λέγει ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς. Τί γὰρ διαφέρει τοῦτο εἰπεῖν, ἢ ὅτι [48] Διόγενης ἐν τῇ ἠθικῇ, ἢ [49] Χρύσιππος, ἢ [50] Κλεάνθης; βεβασάνικας οὖν αὐτὸ καὶ δόγμα σεαυτῷ πεποίησας· δείκνυε πῶς εἰώθας ἐν πλοίῳ χειμάζεσθαι· μέμνησαι ταύτης τῆς διαιρέσεως, ὅταν φοβήσῃ τὸ ἱστίον. Καὶ ἀνακραυγάσαντί σοι ἐάν τις [51] κακόχολος ὠθρασὰς εἴπῃ, [52] λέγε μοι σὺ τοῖς θεοῖς, ἃ φρόνιμα ἔλεγες, μὴ κακία ἐστὶ τὸ ναυαγῆσαι· μή τι κακίας μετέχον; οὐκ ἄρα ξύλον ἐνσείσεις αὐτῷ; τί ἡμῖν καὶ σοὶ, ἄνθρωπε; ἀπολλύμεθα, καὶ σὺ θέλων παίζεις. Ἂν δέ σε ὁ Καῖσαρ μεταπέμψηται κατηγορήσοντα, μέμνησαι τῆς διαιρέσεως. Ἂν τις σοὶ εἰσιόντι καὶ ὠχριῶντι ἅμα καὶ τρέμοντι προσελθὼν εἴπῃ, τί τρέμεις ἄνθρωπε; τοῦ τίνων σοὶ ἐστὶν ὁ λόγος; μήτι ἔσω ὁ Καῖσαρ ζητεῖ καὶ κακίαν τοῖς εἰσερχομένοις δίδωσι; τί μοι ἐμπαίζεις καὶ σὺ τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; ὅμως φιλόσοφε εἰπέ μοι, τί τρέμεις; ἦκι θάνατος ἐπὶ τὸ κινδυνευόμενον, ἢ δεσμωτήριον, ἢ πόνος τοῦ σώματος, ἢ φυγὴ, ἢ ἀδοξία; τί γὰρ ἄλλο; μήτι κακία; μήτι μετέχον κακίας; σὺ οὖν τίνα τοῖς ζοῦτα ἔλεγες; τί ἐμοὶ καὶ σοὶ ἄνθρωπε; ἔρχεῖ ἐμοὶ τὰ ἐμὰ κακά. Καὶ καλῶς λέγεις· ἔρχεῖ γάρ σοι τὰ σὰ κακὰ, ἡ ἀγεννεία, ἡ δειλία, ἡ ἀλαζονεία, ἵν' ἀλαζονεύσῃ ἐν τῇ σχολῇ καθήμενος. Τί τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπαλλωπίζῃ; τί Στωϊκὸν ἔλεγες σεαυτόν; τηρεῖτε ὅτως ἑαυτοὺς ἐν οἷς πράσσετε, καὶ θήσετε τὸν ἐπ' αἱρέσεως. Τοὺς πλείστους ὑμῶν Ἐπικουρείους θήσετε, ὀλίγους δὲ Περιπατητικούς, καὶ τούτους ἐκλελυμένους[b].

[35] His

voluptas, labor: unde noſti? inquit. Sic Hellanicus in Ægyptiacis tradit. Quid enim refert, ita dicam, An Diogenes in moralibus, Chryſippuſve aut Cleanthes? Hoc itaque exquiſiviſti decretumque feciſti tuum. Expone quonam modo tempeſtatem in navi feras: numquid ejus diſtinctionis memineris, ubi inſtrepit ac ſtridet velum: & exclamantem te ſi quis male feriatus adſtans ita alloquatur, repete age tu ea, quæ modo ajebas, num ſit malum naufragium facere? num particeps vitii ſit? an non iſti fuſtem impingas? heus homo, quid mecum tibi? nos perimus; & ipſe accedens ludis.

Si reus ad Cæſarem citeris, memento diviſionis hujus. Si quis ingreſſu tibi ac pallenti dixerit: quid tremis homo? quæ tua res agitur? numquid intus Cæſar virtutem & vitium ingredientibus largitur? Quid & tu meis malis inſultas? Tamen, philoſophe, dic mihi, quid tremis? nonne mortis aut carceris periculum eſt? aut doloris corporis, aut exilii, aut ignominiæ? Quid vero aliud? numquid in iſtis vitium eſt, aut aliqua vitii pars? Quid his de rebus ipſe diſſeruiſti? Quid mihi rei tecum eſt homo? Mala mihi mea ſufficiunt. Recte dicis. Sufficiunt enim tibi tua mala, degener animus, timiditas, arrogantia, quam in ſchola ſedens præ te fers. Quid alieno ſplendore gloriaberis? Cur te Stoïcum profitebaris? Id vobis uſurpate nomen, quod actiones veſtræ demonſtrant. Ita invenietis, cujus ſectæ ſitis. Invenietis autem pleroſque veſtrum Epicureos eſſe, paucos Peripateticos, eoſque effæminatos.

---

47 Ἑλλάνικος] Mytilenæus, qui annis duodecim major Herodoto, ut oſtendit Voſſius de Hiſtor. Græc. lib. I. cap. I. alter fuit Mileſius, minor, qui etiam Hiſtoriam conſcripſit. Hellanici Ægyptiaca citat quoque Athenæus lib. XI.

48 Διογενης ἐν τῇ ἠθικῇ] Diogenes Laërtius citat ἐν τεχνῃ ἠθικῇ. Antiſthenis fuit diſcipulus, qui ſectam Cynicam inſtituit. Multa Cynici cum Stoicis communia habuerunt, unde Juvenalis Satira XIII.

Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit,
A Cynicis tunica diſtantia.

49 Χρύσιππος] Chryſippus Zenonis diſcipulus. Horat. *Melius Chryſippo & Crantore dicit.*

50 Κλεάνθης] Zenonis diſcipulus, magiſter Chryſippi, qui tamen hic priore loco ponitur. Illius hæc fuit ſententia in eo felicitatem hominis eſſe, ut convenienter juxta naturam communem vivat. Zeno, ut apud Stobæum liquet, ὁμολογίαν, ſive convenientiam vitæ ſtatuebat. Hinc Seneca Epiſt. LXXIV. *Virtus convenientia conſtat, omnia opera ejus cum ipſa concordant, congruunt.* Chryſippus communem & particularem humanam ſtatuebat. Per communem naturam Deum intelligebat, teſte Clemente Alexand. II. στρωμ. Perſpicue Epictetus, *Finem eſſe ſequi Deum.*

53 His ille auditis insolentissimus adolescens obticuit, tamquam si ea omnia non ab Epicteto in quosdam alios, sed ab Herode in eum dicta essent.

51 Κακόζηλος] Cujus vocis hanc usurpationem ab Arriano factam non recordabatur Th. Reinesius lib. 1. Var. Lect. cap. 4, ubi ex Isidori Peluſiotæ auctoritate eam usurpat, quasi Græcia eam non nisi tam sero tempore admisisset, videlicet quia Henr. Stephanus nulla citatione eam probavit. *Jac. Gron.*

52 Λέγε μοι σὺ τὰς θεὰς ἃ πρώην] Sic quidem & apud Arrianum. Sed Regius monstrat aliquid vitii subesse: λέγε μοι τὰς τεὰς σοὶ ἀπρωην. Scribe: λέγε, μὰ τὰς θεὰς, μοὶ, ἃ πρώην ἔλεγες. Eodem spectat, quod ex suo notavit Carrio: λέγε μοὶ τὰς θεὰς σια πρώην. Gronovius.

53 *His ille*] Hujus periodi nec in veteribus nec in recentioribus publicationibus ullum est vestigium. Nos primi è libro Buslidiano ante annos multos in Antiquis nostris eruimus, & necessario desiderabantur. *Carrio.*

CAP. III.

Quod Chilo Lacedæmonius consilium anceps pro salute amici cepit, quodque est circumspectè & anxiè considerandum, an pro utilitatibus amicorum delinquendum aliquando sit: notataque inibi & relata quæ Theophrastus & M. Cicero super ea re scripserunt.

1 Lacedæmonium 2 Chilonem, unum ex illo inclito numero 3 sapientium, scriptum est in libris eorum qui vitas resque gestas clarorum hominum memoriæ mandaverunt, quum die vitæ suæ postremo eum inibi mors occuparet, ad circumstantes amicos sic loquutum: Dicta mea, inquit, factaque in ætate longa pleraque omnia fuisse non pœnitenda, forsitan vos etiam sciatis. Ego certe in hoc quidem tempore non fallo me, nihil esse quicquam commissum à me, cujus memoria rei aliquid pariat ægritudinis: nisi profecto illud unum sit, quod rectene an perperam fecerim, nondum mihi plane liquet. Super amici capite judex cum duobus aliis fui. Lex ita fuit, uti eum hominem condemnari necesse esset. Aut amicus igitur 4 5 capitali perdendus, aut adhi-

1 *Lacedæmonium*] Hæc ex Buslidiano Codice (vulgo enim in antiquis editionibus absunt) restituit Gul. Canterus Novar. Lect. 2. c. 6.

2 *Chilonem*] Nomen accepisse videtur ἀπὸ τῶ χειλιων, ut *Labeones* & *Labieni* apud Romanos à *Labris*, & *Labiis*. Lucretius nominat *labrosos*. Ita de Chilone, Festus, Charisius, & Velius Longus.

3 *Sapientium*] Quos Dicæarchus *quatuor*, consensu omnium tradit, Thaletem, Biantem, Pittacum & Solonem; alii *septem & decem* esse volunt; alii *duodecim*, quos inter *Orpheum*, *Linum*, *Epicharmum* & *Pythagoram* excluso isto Chilone Agelliano, collocant. Septenarium tamen numerum usus & longa seculorum præscriptio jam confirmavit, & Plutarchi stabilit auctoritas. *Phil. Car.* De nominibus & numero non conveniebant inter se antiqui, ut testatur Diogenes Laërtius in vita Thaletis. *Thys.*

4 *Capitali*] Scil. judicio, vel sententia, vel pœna. *Capitalis* legit G. Canterus. Mendosum hunc locum esse, jam pridem notaverunt docti viri, qui pro *capiti perdendus* rescribendum censuere *capitali perdendus*; sed quo sensu quave ratione, mihi hactenus non liquet. Legendum existimo *aut amicus igitur capite pœniendus*. Ita ipse Gellius lib. 20 cap. 1. *Nisi duram esse legem putas, quæ judicem arbitrumve jure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse convictus est, capite pœnit.* Et ibidem paulo post: *quod ita de injuria pœnienda scriptum est.* Lambecius.

5 *Capitali perdendus*] Sic Carrio, cum in libro uni-

hibenda fraus legi fuit. Multa cum animo meo ad casum tam ancipitem medendum consultanti visum est id quod feci, præ hoc quod erant alia, toleratu facilius. Tacitus ad condemnandum sententiam tuli: his, qui simul judicabant, ut absolverent, persuasi. Sic mihi & judicis & amici officium in re tanta salvum [6] fuit. Sed hanc capio ex eo facto molestiam, quod metuo ne à perfidia & culpa non abhorreat, in eadem re eodemque tempore, inque communi negotio, quod mihi [7] optimum factu duxerim, diversum ejus aliis suasisse. [8] Hic autem Chilo [9] præstabilis homo sapientia, quonam usque debuerit contra legem contraque jus pro amico progredi, dubitavit; eaque res in fine quoque vitæ ipso animum ejus anxit. & alii deinceps multi philosophiæ sectatores, ut in libris eorum scriptum est, satis [10] anquisite satisque sollicite quæsierunt, ut verbis quæ scripta sunt, ipsis utar, εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ πρὸς τὸ δίκαιον, καὶ μέχει πόσου, καὶ ποῖα[a]. Ea verba significant, quæsisse eos, an nonnunquam contra jus contrave morem faciendum pro amico sit, [11] & in qualibus, & in quibus causis, & quemnam adusque modum. Super hac quæstione cum ab aliis, sicuti dixi, multis, tum vel diligentissime à [12] Theophrasto disputatur, viro in philosophia Peripatetica modestissimo doctissimoque. Eaque disputatio scripta est, si recte meminimus, in libro ejus de amicitia primo. Eum librum M. Cicero videtur legisse, quum ipse quoque librum de amicitia componeret. Et cete-

a *Numquid oporteat præter justitiam amico subvenire? & quousque & in cujusmodi?*

unico, unde Canterus hanc partem sectionis hujus vulgavit, esset *capitalis*; miratus tamen & ipse genus loquendi, suspicatusque excidisse vocem *sententia*. Alii advocant ut priscam scripturam, *capili perdendus*: quod si est, quid propius promptiusve, quam *capitis perdendus*, Plautino sermone? Asinar. 1, 2. *Capitis te perdam ego & filiam.* Bacchid. 3, 3. *Egone illam mulierem capitis non perdam?* Milite, 2, 4. *quem pol ego capitis perdam.* Gronovius.

6 *Fuit*] Forte, *fuisset*. Thys. Sed nugatur: nam Canterus edidit *fuisset*: at in margine ponit, Forte *fuit. sed hanc.*

7 *Optimum factu*] Forsan *optimum factum*. Fuit veteribus formula loquendi BONUM FACTUM. Præter autores probatos etiam ita loquitur Modestinus JC. in l. 9. D. de susp. tut. *Thys.* Sed in longe diverso usu.

8. *Hic autem Chilo*] Hic lib. Vett. caput auspicantur.

9 *Præstabilis homo sapientia*] Sic ex duobus Carrio: etsi fateatur non suppetere sibi exempla hujus locutionis, *præstabilis aliqua re*; sed & *præstabilior* & *præstabilius* frequenter dixisse veteres, *præstabilis* vix unquam. Quod ne quem sollicitum habeat, Cicero lib. 2 de Oratore: *Sumendæ autem res erunt aut magnitudine præstabiles aut novitate prima aut genere ipso singulares.* Gronovius.

10 *Anquisite*] Vulgo *inquisite*. Anquirere Festo, *circum quærere*: in Cicerone aliisque autoribus hæc vox sæpe corrupta. Vide Langium ad officia Ciceronis.

11 *Et in qualibus & in quibus causis & quemquam adusque modum*] Fulv. Reg. Rott. *& in qualibus causis & quemnam usque ad modum.* Ut & nonnulli apud Carrionem. *Gronovius.*

12 *Theophrasto*] Quem cum antea Tyrtamus vocaretur, propter divinam dicendi suavitatem, eo nomine Aristoteles non benignus alioquin aliorum judex primus indigetavit. Aristoteli in schola successit. Libri ejus, quos hic citat autor noster, perierunt, sicut complures alii. Vide Diogenem Laërtium. Et forsan & aliena irrepserunt, quæ non sunt Theophrasti nostri, sed alterius. Sicuti de characteribus Ethicis dubitatur. Vide tamen Casaubonum in Notis ad characteres.

cetera quidem, quæ sumenda à Theophrasto existimavit, ut ingenium facundiaque ejus fuit, sumsit & transposuit commodissime aptissimeque: hunc autem locum, de quo satis quæsitum esse dixi, omnium rerum aliarum difficillimum [13] strictim atque cursim transgressus est: neque ea, quæ à Theophrasto [14] [15] pensim atque enucleate scripta sunt, exsecutus est; sed, anxietate illa & quasi morositate disputationis prætermissa, genus ipsum rei tantum paucis verbis notavit. Ea verba [16] Ciceronis, si recensere quis vellet, apposui. *His igitur finibus utendum esse arbitror, ut, quum emendati mores amicorum sunt, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum, sine ulla exceptione communitas: ut etiam si qua fortuna acciderit, ut minus justæ voluntates amicorum adjuvandæ sint, in quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum de via sit, modo ne summa turpitudo sequatur: est enim quatenus amicitiæ venia dari possit. Quum agetur*, inquit, *aut caput amici, aut fama, declinandum est de via*, ut etiam iniquam voluntatem illius [17] adjutemus. Sed cujusmodi declinatio esse ista debeat, qualisque ad juvandum digressio, & in quanta voluntatis amici iniquitate, non dicit. Quid autem refert scire me in ejusmodi periculis amicorum, si non magna me turpitudo insequutura est, de via recta esse declinandum, nisi id quoque me docuerit, quam putet magnam turpitudinem, & quum decessero de via, quousque degredi debeam? *Est enim*, inquit, *quatenus dari amicitiæ venia possit.* Hoc immo ipsum est, quod maxime discendum est, quodque ab his, qui docent, minime dicitur, [18] quatenus quaque fini dari amicitiæ venia debeat. Chilo ille sapiens, de quo paulo ante dixi, conservandi amici causa de via declinavit; sed vi-

13 *Strictim*] Pomponius Mela in præfat. *Dicam autem alias plura & exactius; nunc ut quæque clarissima & strictim. Stringere*, juxta Nonium præter alia etiam denotat *radere*, *decerpere*.

14 *Pensim atque enucleate*] Et hoc ex uno Buslid. Alii & olim vulgati, quibuscum nostri, *pensiculate atque enucleate*: Et possis putare hæc ὁμοιοπτωτα composuisse, ut paullo ante *strictim atque cursim*. Gronovius.

15 *Pensiculate atque enucl.*] *Pensiculare* Gellio & *pensitare* eadem sunt. *Verborum*, inquit, *pensitatores subtilissimi* lib. XVII cap. 1. Et, *pensicula utrumque moderate*. Hinc fortasse *pensiculate* dixit. Membranæ tamen Buslidianæ habent *pensim*. Quod etsi certa nulla certi auctoris auctoritate possum confirmare; nescio tamen quomodo eam in opinionem adducor, ut verum illud & germanum Gellii verbum credam esse. *Carrio*.

16 *Ciceronis*] In Lælio, sive de Amicitia hæc verba extant. ubi & præclare agit, in quantum amico tribuendum: atque Biantis illud reprehendit, *ita amandum, ut aliquando sis osurus*. Vide Aristotelem Rhetoric. 3. & Val. Max. lib. 7. c. 3.

17 *Adjutemus*] Ita codex Regius, quod non apparet in omnibus editis. Sed in eodem mox legitur *qualisque ad juvandum*, non *ad adjuvandum*. Omnino accurate & distincte ex Gellii genio. Etiam ne dubites, mox revocavi *in ejusmodi periculis* & *insecutura*, quum hodierni legant *hujusmodi* & *secutura*, quod jam Carrio nominavit vitium typographicum. Nam quod Phil. Carolus putat legendum *in cuimodi periculis*, vellem & ego: sed libri veteres intercedunt, quorum valida est in his auctoritas. *Jac. Gron.*

18 *Quatenus quoque fine*] Error operarum Stephanicæ, ut obtestatur Carrio: nam præter unum, quem tamen ille sequendum non putarat, omnes, ut & vulgati, *quaque fini*. Gronovius.

19 *The-*

video quousque progressus est; falsum enim pro amici salute consilium dedit. Id ipsum tamen in fine quoque vitæ, an jure posset reprehendi culparique, dubitavit. *Contra patriam*, inquit Cicero, *arma pro amico sumenda non sunt.* Hoc profecto nemo ignoravit, etiam priusquam [19] Theognis, ut [20] Lucilius ait, nasceretur. Sed id quæro, id desidero: quum pro amico contra jus & contra quam licet, salva tamen libertate atque pace, faciendum est; & quum de via, sicut ipse ait, declinandum est: quid & quantum, & in quali causa, & quonam usque id fieri debeat. [21] Pericles ille Athenienſis, egregius vir ingenio, bonisque omnibus disciplinis ornatus, in una quidem specie, sed planius tamen, quid existimaret professus est. Nam quum amicus eum rogaret, ut pro re causaque ejus falsum [22] dejeraret, his ad eum verbis usus est: [23] Δεῖ με συμπεράτειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχει [24] θεῶν a. [25] Theophrastus autem in eo quo dixi libro anquisitius quidem super hac re ipsa & exactius pressiusque quam Cicero differit; sed is quoque in docendo non de unoquoque facto singillatim existimat, neque certis exemplorum documentis, sed generibus rerum summatim universimque utitur, ad hunc ferme modum: Parva, inquit, & tenuis vel turpitudo, vel infamia subeunda est, si eâ re magna utilitas amico quæri potest. Rependitur quippe & com-

a i.d. *Opus est me amicis opitulari, sed usque ad deos.*

19 *Theognis*] Non admodum mihi placet, quod quidam hoc Lucilii dictum ad Theognidis Megarensis Elegiaci poëtæ ætatem referunt, ut sit sensus hoc nulli fuisse ignotum unquam etiam ante tempora Theognidis antiquissimi poëtæ. Nam Plutarchus semel atque iterum proverbium hoc sic usurpat, quasi de frivola & vulgatissima re dici conveniat. Sumptum itaque à Theognide quodam, ut Suidas indicat, ineptarum & frivolarum rerum tragico scriptore; quomodo hic sensus erit, à nullo ignoratum fuisse, etiam antequam autor ille ineptus hæc scripserit. Sentit nobiscum Erasmus.

20 *Lucilius*] Acer & violentus Poëta, quem lutulentum vocat Horatius. Fragmenta collegit Janus Dousa, notasque addidit.

21 *Pericles*] De quo Cicero affirmat veteres comicos dixisse, in ejus labris leporem habitasse. Aristophanes Poëta eum fulgurare, tonare & permiscere Græciam dixit. Eadem tempestate, qua Thucydides & Alcibiades vixit, teste Cicerone. Idemque lib. 2. de Orator. scribit Thucydidem, uti & Periclem & Alcibiadem esse *subtilem, acutum, brevem, sententiis magis quam verbis abundantem.* Hic fuit Anaxarchi discipulus. Vide plura de eo apud Plutarchum.

22 *Dejeraret*] Reg. *dejuraret*, quo & ipso utuntur, ut probat Carrio testificans in plerisque libris optimis idem exstare. *Jac. Gronov.*

23 Δεῖ με συμπεράτειν] Carrio notat alios dare μέχρι βωμῶν. Fulv. & Regius justum faciunt trochaicum: Δεῖ μὲν συμπεράτειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι τ' θεῶν. Gronovius.

24 Θεῶν] Quod codices vulgati habent, legendum opinor βωμῶν, id est, *aras*, tum ex veteri Theodori Gazæ translatione, quæ habet *usque ad aras*, tum quod Plut. in lib. de inepta verecundia, in hunc modum proverbium effert, *usque ad aram sum amicus.* Tametsi sensus in idem recidit cum priore lectione. Siquidem veteres in jurando aras manibus contingebant. Certe Erasmus proverbium citra mendæ suspicionem in Proverbiis ita ex hoc loco citat *Mosell.*

25 *Theophrastus autem quo dixi libro*] Sic Carrio ex Buslid., cum esset vulgo, *in eo quem dixi libro.* Rotend. *in eo quo dixi.* Suspicor, *Theophrastus in quo dixi libro.* Vide obser. in Ecclesiast. cap. 17 extremo. *Gronovius.*

compensatur leve damnum [26] delibatæ honestatis majore alia graviore-que in adjuvando amico honestate: minimaque illa labes & quasi [27 28] lacuna famæ munimentis partarum amico utilitatum [29] solidatur. Neque nominibus, inquit, moveri nos oportet, quod paria genere ipso non sunt honestas meæ famæ & rei amici utilitas. Ponderibus hæc enim potestatibusque præsentibus, non vocabulorum appellationibus neque dignitatibus generum dijudicanda sunt. Nam quum in rebus aut paribus, aut non longè secus, utilitas amici [30] aut honestas nostra consistit, honestas proculdubio præponderat. Quum verò amici utilitas nimio est amplior; honestatis autem nostræ in re non gravi levis jactura est: tunc, quod utile amico est, [31] id præ illo, quod honestum nobis est, fit plenius.

26 *Delibatæ honestatis*] Judicat Phil. Carolus suaviter dici, & adspergit similia. Quæ cui non collecta? Verum Regius codex habet *delinatæ*, & superscripta est litera c, quasi indicaret per errorem ita scripsisse, quum vellet ac deberet *declinatæ*, quod ex Busiidiano profert Carrio. Igitur hoc considera; sicut sane Carrio id defendit quoque; & cui non annotatum id verbum? Attamen licet etiam referre, an non fuerit placeatque *delimatæ*. In eo enim est damnum, dum delimat aliquid. *Jac. Gronov.*

27 *Lacuna*] Quidam *lacinia* legunt, inepte Ed. Ven. *lascivia*. Lacuna, id est, ruptura, hiatus, proprie vorago sordium capax. Lacuna in pavimento pro loco fidente dicitur à Vitruvio lib. 7. cap. 1. Metaphora hæc ex Architectonica desumpta, addit enim auctor noster, *solidatur*, quod illius artis proprium vocabulum. Sicut igitur lacunæ tectoriorum solidantur, firmantur, ita hic comparate lacuna famæ solidari dicitur.

28 *Lacuna famæ imminentis partarum amico utilitatum ratione*] Quid sibi voluerit Lipsius, cum *laciniam* maluit, quasi duriter dicatur *lacuna solidari*, non *lacinia*, 2 Elect. 3, haud exputo. Quin *laciniam solidari* quid sit, Romanum hominem scisse arbitror neminem: at *lacunam solidare*, quis dubitet esse quod Ciceroni & Varroni *lacunam explere*, Palladio *lacunam farcire*? Plinius lib. 11. cap. 27. *Perfracta* (ossa capitis) *non queunt solidari*. Lib. 24, 16. *boum nervos abscissos vomere solidari ea rursusque jungi*. Ut & lib. 30, 13. loquitur. Lib. 35, 6. *spumam maris esse dicunt solidatam cum limo*. Ennodius in vita S. Antonii: *planari ardua, solidari scissa, pendentia non timeri. Minuentis* habet aliquam speciem, & Carrioni etiam in mentem venit. Sed Fulv. Regius, Rottendorf. Lincoln. *lacuna famæ munimentis partarum amico utilitatum solidatur*: nec aliter quintus apud me, nisi quod *lascivia*: omnes sine τῷ *ratione*, quod & Carrio suis in nonnullis quæri annotat. Eam scripturam jam produxit è regio ad Solinum Salmasius. Quid autem τὸ *munimentis*? In hujus vocabuli significatione aliquid novasse noster, aut secutus auctores, qui non exstant, videtur. Satis notum est *munire viam*. Appius apud Ciceronem pro Cœlio: *Ideo viam munivi, ut tu eam alienis viris comitata celebrares*? Suetonius Julio: *viam munire à mari supero per Appenninum dorsum ad Tiberim usque*. Sic Livius *munire rupem* pro perviam facere. Hinc *munimenta* dixit pro impensis, quarum, ut canit Statius, *injectu solidantur* & muniuntur viæ. De quibus idem: *& alto Egestu penitus cavare terras, Mox hausias aliter replere fossas, Et summo gremium parare dorso*. Inde transtulit noster. *Gronovius*. Sed etiam MS. Reg. *utilitacium*.

29 *Solidatur*] Quod hodie dicimus *solidare* de his quæ invicem conglutinantur & ferruminantur, id verbi etiam olim hoc sensu usurpatum fuisse hîc apparet. Ita *Solidati parietes tectorio* passim leguntur apud Vitruvium. Quod est munire, loricare, tegere. Nam inde *tectores* dicti quod parietes tegerent ac solidarent. Apud eundem Vitruvium lib. 7. cap. 1. *Loricæ ex calce & arena*. Hinc etiam *solidare* pro farcire lacunas tectoriorum, & similium rerum. Quod & *malthare* dixerunt. In genere *solidare*, idem est atque *indurare*. unde & Ovidio *solidæ aquæ* glacie concretæ dicuntur. *Salm.* Hac autem loquendi formula utitur quoque Symmachus in Epistolis.

30 *Aut honestas*] Sic Reg. ut opinor, necessarie, ubi edunt *& honestas*. Jac. Gronov.

31 *Id primum illo, quod honestum nobis est*] Quam commodum hic τὸ *primum*? Cogitabam aliquando: *id primum, illoque quod honestum*. At Reg. & Rott. *Id præ illo*. Recte, nam ea particula interdum & comparationis est. Ut cum Plautus in Curcul. *omnium unguentum odor præ tuo nautea est*. Menæch. *Solem*

nius. [32] Sicuti magnum pondus æris [33] parva lamina auri fit precioſius. Verba adeo ipſa Theophraſti ſuper ea re adſcripſi: [34] ἀκ οἶδ' εἴπε τούτῳ τῷ γένῃ πιμώτερον ἤδη, καὶ, ὁπῶν ἂν ἢ μέρ@, τοῦτο, πρὸς τὸ τηλίκον θατέρε συγκειμένῳμον, αἱρετὸν ἔτ@. λέγω δ' οἷον, ὃ καὶ χρυσίον πιμώτερον χαλκῆ, καὶ τηλίκον ἓν χρυσίε πρὸς τὸ τηλίκον χαλκῆ μέγεθ@ ἀνπαραβαλλόμῳμον, πλέον δόξῃ, ἀλλὰ ποιήσῃ πνὰ ῥοπὴν καὶ τὸ πλῆθ@ καὶ τὸ μέγεθ@ [a]. [35] Favorinus quoque philoſophus hujuſcemodi indulgentiam gratiæ [36] tempeſtivius, laxato paulum remiſſoque ſubtili juſtitiæ examine, his verbis definivit, ἡ καλυμμένη χάρις [37] παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῦτό ἐστιν ὕφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι [b]. Poſt deinde idem Theophraſtus ad hanc ferme ſententiam diſſeruit: Has tamen, inquit, & parvitates rerum & magnitudines, atque has omnes [38] officiorum æſtimationes alia nonnunquam momenta extrinſecus [39] atque

a *Haud ſatis novi quid in hoc genere præſtet: & an quæcumque pars ad quantamcumque alterius partem comparata, eligenda magis ſit. Verbi gratia, hoc modo, ut & nobilius ære aurum ſit, & auri pars quælibet, portionis cujuslibet æris comparatione ſit pluris: verum nonnihil diſcriminis cum numerus, tum verò magnitudo efficiet.*

b *Quæ gratia apud homines vocatur, hac quidem eſt juris rigoris loco & tempore imminutio.*

Solem vides: Satin ut occæcatus præ hujus corporis candoribus. Gronovius.

32 *Sicuti magnum pondus*] MS. Reg. *ſicutieſt magnum*, prout in veteribus editionibus & membranis exſtare ait Carrio. Lege *ſicuti & magnum*. Carrio monet in aliis correctum *ſicut eſt & magnum*. Jac. Gron.

33 *Parva lamina auri*] Reg. & Rot. *lamna*. Ut ſemper optimi libri hiſtoriæ naturalis Plinii. *Gron.*

34 Οὐκ οἶδ' εἴπε τούτῳ τῷ γένει] Fulv. Reg. Scheſferi: τοῦτο. Forte, εἰ πᾶ τι τῷ γένει. niſi malis, εἴτε τῷ τῷ γένει τιμιώτερ. Neque intelligitur ſatis vulgo. Haud ſatis novi, inquit, numquid ejus quod in genere ac totum majoris pretii eſt, ſi pars definita cum alterius certa parte conferatur, tamen etiam præoptanda ſit. Non enim (verbi gratia) ut aurum ære præſtat, ita tantillum quoque auri magno æris ponderi compoſitum plus valebit: ſed aliquid momenti ea in æſtimatione facient copia & modus. *Idem.*

35 *Favorinus*] Philoſophus Arelatenſis ex Gallia, in multitudine ſcribendi Plutarchi æmulator, plurima Hiſtorica & Philoſophica ſcripſit, ut ex Stobæo liquet. Aliquot libri à Galeno quoque citantur, qui contra illum & Academicos in libello de optimo genere interpretandi ſcripſit. Præter Stephanum Laërtius quoque complures libros citat. De vita ejus vide Philoſtratum lib. 1. de vitis Sophiſtarum. Meminit & Spartianus in Hadriano.

36 *Tempeſtivius, laxato paullum permiſſoque*] Carrionis quidam, *tempeſtive laſſato*. Fulv. Reg. Rot. *tempeſtive laxato*. Scribe: *hujuſmodi indulgentiam gratiæ tempeſtivæ*. Statius 2 Thebaid. *& oſcula mœſtis Tempeſtiva genis poſuit*. Statim legendum, *laxato paullum remiſſoque*, utcumque libri *permiſſoque*: nam quod repugnat Carrio, & vocis notionem notare jubet, eſt in eo errore, quo imbuit complures Cujacius. Vide 4 Obſerv. 2. *Gronovius.*

37 Παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῦτό ἐστιν] Regius; τοῦτο ἐστὶν. Fulvianus, τελέστιν. Parum intereſt. Sic autem diſtingue: ἡ καλυμμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, τοῦτο ἐστιν, ὕφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι. Gronovius.

38 *Officiorum exiſtimationes*] Lætatur hoc Carrio. Ego quoque alibi hoc vocabulum defendi: ſed hîc malo cum editis & ſcriptis noſtris *æſtimationes*. Equidem *exiſtimatio* interdum eſt ſenſus, ſententia, judicium, & facultas illa mentis, per quam de re opinamur vel judicamus, & eam vel magni vel parvi facimus: ſed pro taxatione, indicatione pretii, compoſitione rerum, ut intelligatur quid anteferendum, quid poſthabendum ſit, non puto *exiſtimationem* dixiſſe veteres. Sic apud Juſtinum lib. 12, 6. *in iræ locum ſucceſſit exiſtimatio*, rectè ſe habet: & ne fero quidem *æſtimatio*, quod de Bongarſii conſilio ſubjecerunt. At ubi Cicero ait *æſtimationem cenſus*, aut *prædia in æſtimationem accepit*, aut *æſtimationem litium*, inſanum puto de *exiſtimatione* ibi ſurroganda cogitare. *Idem.*

39 *Atque aliæ quaſi appendices*] Sic edunt hodie, quum & MS. Reg. & quædam priores editt. *alia*, quod egregium cenſeo, ſi diſtinguas, ut feci nunc in ipſo contextu. Neque enim vox iſta pertinet ad *appendices*, ſed *alia atque alia momenta*, ut jam olim monuit quoque Carrio. *Jac. Gronov.*

que alia, quasi appendices personarum & causarum & temporum, & circumstantiæ ipsius necessitates, quas includere in præcepta difficile est, moderantur & regunt & quasi gubernant, & nunc ratas efficiunt, nunc irritas. Hæc taliaque Theophrastus satis caute & sollicite & religiose, [40] cum discernendi magis disputandique diligentia, quam cum decernendi sententia atque fiducia, differuit. quoniam profecto [41] causas scientiæ, corporum varietates, disceptationumque differentiam ignorantes, [42] directum atque perpetuum distinctumque in rebus singulis præceptum, quod ego nos in prima tractatus istius parte desiderare dixeram, non capiunt. Ejus autem Chilonis, à quo disputatiunculæ hujus initium fecimus, quum alia quædam sunt monita utilia atque prudentia, tum id maxime exploratæ utilitatis est, quod duas ferocissimas affectiones amoris atque odii [43] intra modum [44] tantum coërcuit. [45] [46] *Hac*, inquit, *fini ames, tamquam forte fortuna osurus: hac itidem tenus oderis, tamquam fortasse post amaturus.* Super hoc eodem Chilone Plu-

40 *Causa differendi magis disputandique*] Fulv. Reg. Rot. Scheff. *cum discernendi magis disputandique diligentia quam cum decernendi sententia atque fiducia.* Nec τὸ *differendi* patitur, quod mox sequitur *differuit*: etsi pro eo Reg. & Rot. *fervitute*: quod monstri instar: sed tamen majorem partem ejus verbi & in corrupto agnoscimus. *Discernendi*, inquit, id est, separandi & distinguendi, quæ misceri non debent, & vulgo ab indoctis miscentur, ac pro iisdem putantur. Vide 3 Observ. 13. *Gronov.* Sane in Regio etiam est *disceptandique.*

41 *Causas scientiæ, corporum varietates, disceptationumque differentiam ignorantes*] Nihil meo judicio vexatius: & tamen omnes sine offensione transeunt: nisi quod illud pro *dissertationumque ac differentiarum*, cum in scriptis haberet *differentius*, fecit Carrio. Ego vero nec *causæ scientiæ*, nec *corporum varietates* quid hic faciant, hilum video. Unum video *ignorantes* illos auctorem non inculcasse. nam quum de his dici putes aliquid eos *non capere*, hoc *non capere* ille nequaquam de personis, sed de rebus pronuntiavit. Quid enim censes non capi? *præceptum, quod in prima parte tractatus istius desideraverat.* At id præceptum omnino dari non potest: adeo non verendum est, ne, si detur, desit, qui capiat. Est aliquid sensum deprehendisse: verba si tractavero violentius, at occasionem mollius ea tractandi acutioribus præministrabo. Reg. & Rot. habent *varietates discriminumque ac differentiarum.* Hoc voluit dicere: *quoniam profecto causarum, personarum, temporum varietates discriminaque ac differentiæ directum atque perpetuum distinctumque in rebus singulis præceptum, quod ego nos in prima tractatus istius parte desiderare dixeram, non capiunt.* Gronovius.

42 *Directum*] Omni modo absolutum, simplex, & verum.

43 *Intra modum tantum coërcuit*] Carrio non male, ut & Schefferi membrana: *intra modum tamen.* Reg. & Rot. *intra modum cautum coërcuit.* Gronov. Hinc apparet vocem debere esse Gellianæ terminationis, nempe *cautim*, etsi *caute* præcesserit. *Jac. Gron.*

44 *Tantum*] In margine Codicis Vossiani, *cautum.* Forsan *caute.*

45 *Hac fini*] Ita præter alios in ablativo utitur Papinianus *lib.* 1. *de Pign.* id est, in hunc modum. Vide Duaren. *lib.* 1. *Disp. anniv. cap.* 12. Thys. Hanc autem sententiam Cicero in Lælio non Chiloni, sed Bianti tribuit; cui & Diogenes videtur assentiri. Scribit enim Biantem monuisse φιλεῖν ὡς μαμήσοντας. Carrio.

46 *Hac, inquit, fini ames, tanquam forte fortuna osurus*] Hoc est, eousque ames, ita te des dedasque amico & in potestatem ejus venias, ut latere tecto inde discedere salvusque & honestus esse possis, si quando te ille amare desinat: sic persequare inimicitias, ut non reddas inexpiabiles, & tuto possis cum adversario in gratiam redire. Exemplum insigne præbet hic locus, ut superioribus seculis, homines, ut tempora ferebant, doctos in emendandis, quæ librarii rudiores in scriptis antiquorum peccassent, conatus destituerit: utque libri veteres ab ipsis, qui eos juvare volebant, mangonizati sint. Puteani codex apud Carrionem: *Hac, inquit, finiam ex tanquam f. f. o.* Proximè hunc Rottendorfianus: *Hac inquit finiam & tanquam f. f. o.*

Vides

Plutarchus philosophus in libro [47] περὶ ψυχῆς a primo ita scripsit: Χείλων ὁ παλαιὸς, ἀκούσας τινὸς λέγοντος, μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν, ἠρώτησεν εἰ καὶ μηδένα φίλον ἔχοι. Νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἑπακολουθεῖν [48] [49] καὶ συνεπάγεσθαι φιλίας καὶ ἀπεχθείας b.

a *De anima.*

b i.e. *Chilo senior, quum quempiam dicentem audisset, nullum se inimicum habere, an nullum etiam amicum haberet, interrogavit: amicitias inimicitiasque invicem consequi conjungique necesse esse arbitratus.*

Vides per indoctos, sed fidos & quod invenerant sine dolo imitatos, scriptores τὰ *fini ames* male divisa esse, corrupta etiam una litera, sic ut ex illis fieret *finiam ex* vel *finiam &*: in quibus etiam vides, quam leve censorium opus foret pudentem censorem gesturo. At ecce sarcinatorem probum & suendi centonis gnarum, qui & mutare, & quasi aliquid deëesset, supplere hæc ausus est in Buslid. hoc modo: *Hunc, inquit, amorem ita finiam, tanquam forte fortuna positurus.* Teneo falsum manifestarium. Qui miraretur, quid sibi vellet, *Hac, inquit, finiam*, neque aut sciret *hac fini* elegantius esse, aut suspicaretur τὸ *am* esse partem τοῦ *ames*, interposuit (ut fere tum solebant addendo & infulciendo curare) *amorem ita*: quorum alterum vocabulum materia, alterum τὸ *tanquam* videbatur petere: priori aptandum fuit *Hunc* pro *Hac*. Idem mango ex *Hac itidem tenus oderis* (quod perpauxillum modo excedit quotidianas loquendi formas, & ideo displicuit) fecit *Hoc odium ita ut te nunc oderim*, satis affinibus & propinquis literis, ut liquido appareat, qui hæc concepit, ab illis ductibus quantum posset minimum recedere voluisse. Carrionem, qui primum hæc quasi apertius elegantiusque dicta laudaverat, derisus æmuli tamen saniora sentire compulit. At quam fistula pastoritia dignus, qui mangonium improbum novo mangonio interpolavit expatravitque? *Hunc amorem ita ineam, tanquam forte fortuna ositurus: hoc odium ita, ut te nunc oderim fortassis post amaturus.* Et tamen inventus est clitellarius, qui carduis hisce vesci gauderet. *Gronovius.*

47 Περὶ ψυχῆς] Præter libros de Animâ, quorum hic meminit autor noster, ejusdem commentarios in Aristotelem de Anima crebro citat Philoponus. Sed interciderunt temporum injuria.

48 Καὶ συνεπάγεσθαι φιλίας καὶ ἀπεχθείας] In Fulv. & Regio & Schefferi non est posterior copula. Fulv. φιλίᾳ. Forte: νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἑπακολουθεῖν καὶ συνεπάγεσθαι φιλίαις ἀπεχθείας. Gronovius.

49 Συνεπάγεσθαι] Salmasiana collatio regii codicis CYNEΠACKEcTAI, mea CYNENΠAEKEcTAI. Inde lego συνεμπλέκεσθαι. Jac. Gronov.

CAP. IV.

Quam [1] *tenuiter curioseque exploraverit Antonius Julianus in oratione M. Tullii verbi ab eo mutati argutiam.*

[2] Antonius Julianus rhetor perquam fuit honesti atque amœni ingenii; doctrina quoque ista utiliore ac delectabili; veterumque elegantiarum cura & memoria multa fuit: ad hoc, scripta pleraque omnia antiquiora tam [3] curiosè spectabat, & aut virtutes pensitabat, aut vitia rima-

1 *Tenuiter*] Id est, *subtiliter.*

2 *Antonius Julianus*] Julianorum nomen sub Hadriano notum atque inter illos Salvii Juliani, qui edictum perpetuum composuit. An hic idem sit, cujus tanquam Historici meminit Minutius Felix in Octavio, dubium est. Ita autem Minutius loquitur: *Scripta Judæorum relege, vel si Romanis magis gaudes, ut transeamus veteres, Flavii Josephi; vel Antonii Juliani, de Judæis require. Jam scies nequitia sua hanc eos meruisse fortunam: nec quicquam accidisse quod non sit his, si in contumacia perseverarent, ante prædictum.* Quisquis sit, vixisse sub Hadriano videtur, & ex occasione tumultuum Judaicorum hanc historiam scripsisse. Vide Spartianum in vita Hadriani, Eusebium & Hieronymum.

3 *Curiose spectabat, aut virtutes*] Hiat indecore oratio. Quare scribe cum Reg. & Kott. *spectabat, & aut virtutes.* Gronovius.

rimabatur, ut [4] [5] judicium factum esse examussim diceres. Is Julianus super eo enthymemate, quod est in oratione M. Tullii, [6] qua pro Cn. Plancio dixit, ita existimavit. Sed verba prius, de quibus ab eo judicium factum est, ipsa ponam. [7] *Quamquam dissimilis est* [8] *pecuniæ debitio & gratiæ: nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet id, quod reddidit: qui autem debet,* [9] *æs retinet alienum: gratiam autem & qui refert, habet; & qui habet, in eo ipso quod habet, refert. Neque ego nunc Plancio desinam debere, si hoc solvero: nec minus ei redderem voluntate ipsa, si hoc molestiæ non accidisset,* [10] Crispum sanè, inquit, [11] agmen orationis [12] rotundumque, ac modulo ipso [13] numerorum venustum, sed quod

4 *Examussim*] Festus: *Amussim, regulariter, tractum à regula, ad quam aliquid exæquatur, quæ amussis dicitur.* Nonius Marcellus: *Est amussis regula fabrorum, quam architecti, cum opus probant, rubricâ illinunt.* Ibidem citat hæc verba Varronis ex ejus secundo, sive, ut in veteri Venetâ legitur, ex tertio Quæstionum Plautinarum: *Amussis est æquamentum lævigatum; & est apud fabros tabula quædam, quâ utuntur ad saxa coæquanda.* Etiam ex Sisenna hæc adducit Charisius, cap. de Adverbiis: *Examussim, pro, examinato. Amussis enim est tabula rubricata, quæ demittitur, examinandi operis gratiâ, an opus surgat.* Inque Glossis Isidori est: *Amussis, regula, fabrica, quâ tabulæ diriguntur.* Ab *amussis* est *adamussim*, & *examussim*. Posterius hoc crebrum est Plauto. Ac Carrio lib. 1. Antiquarum Lect. cap. 19. eandem vocem Gellio ait restitui debere, ubi in vulgatis legi solet, *admussim*. In quo Carrioni assentio, quia ita in MSS. invenit. Ceteroquin *adamussim* furcillari non oporteat. Nam ita loquutus Varro, περὶ παιδοποιίας, ut idem Nonius testatur. Item lib. 1. de re rust. cap. 1. & Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 4. *Voss. P.*

5 *Judicium factum examussim*] Quis non delectaretur vocabulo, si certa ratio id auctori assereret? Scripti & editi omnes, *ad amussim*: quod ex mera Carrionis conjectura mutari anceps & incivile est. Varro lib. 2 de re rust. 1. *Si, inquam, numerus non est ut sit ad amussim, ut non est, cum dicimus mille naves iisse ad Trojam, centumvirale esse judicium.* Noster 20, 1. *talionem in eo vel ad amussim æquiperarent.* Gronovius.

6 *Qua*] In antiq. Edit. *quam*, & *Planco*.

7 *Quamquam dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ*] Eadem sententia est in oratione Ciceronis Post reditum ad Quirites: *Atqui in officio persolvendo dissimilis ratio pecuniæ debitæ est, propterea quod pecuniam qui retinet, non dissolvit: qui reddidit, non habet. Gratiam & qui retulit habet & qui habet dissolvit.* Hoc ab alio antè dictum fuisse, idem Cicero significat in lib. de officiis 2. *Commode*, inquit, *quicunque dixit, pecuniam qui habeat, non reddidisse, & qui reddiderit, non habere: gratiam autem & qui reddiderit habere, & qui habeat retulisse.*

8 *Pecuniæ debitio & gratiæ*] Ut debere pecuniam, ita debere gratiam, sæpe invenies à Cicerone dici. Ut in Philippica secunda: *Quo etiam majorem Resp. gratiam debet, qui libertatem populi Rom. unius amicitiæ præposuit.* Et pro L. Cornelio Balbo: *Justam & debitam gratiam refero.* Debere quoque beneficium, apud eundem dicitur.

9 *Æs retinet*] Vulgo apud Ciceronem, *is retinet*. Sed ex Gellio emendandus. Neque aliter Ursini vetus liber. male Lambinus, *is retinet alienam*. Thys. Codex tamen Regius nunc quoque *is*.

10 *Crispum*] Intortum. Ita Cicero *crispioris elegantiæ materiem* dixit 4. Tusculan.

11 *Agmen*] Ductus orationis. Ita & veteres locuti. Virgil. *leni fluit agmine Tibris*. Vide Macrob. lib. 6. Saturn. c. 4. Hæc autem verborum structura circumacta & in orbem comprehensa non ab Aristotele modo, sed etiam Cicerone, Quintiliano, Demetrio, Hermogene Periodus vocatur.

12 *Rotundum*] Volubile, & concinnum.

13 *Numerorum*] Harmonia enim & pedum mensura non tantum poëtica, verum etiam oratoria aures demulcet. De pedibus in oratione observandis agunt Aristoteles, Dionysius Halicarnasseus, Cicero, Quintilianus. Alii enim suaviores, atque horridiores: & pro rei natura differunt. Græci ῥυθμὸν dixere. quem ita differre ab harmonia Plato voluit, ut rythmus sit ἐκ τοῦ ταχέως καὶ βραδέως, harmonia ἐκ τοῦ ταχέως καὶ ὀξέως. Sed hæc nomina confunduntur. Distinguunt quoque inter numerum, sive Rythmum & μέτρον, numeri constant temporum spatio, metra etiam ordine. Fabius lib. 9. c. 4. Cicero de oratore: *Quicquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest à versu (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur, qui Græcis ῥυθμὸς dicitur.* Atque in eo est ἄνε-

σις,

quod cum venia legendum sit verbi paulùm ideo immutati, ut sententiæ fides salva esset. Namque debitio gratiæ & pecuniæ collata verbum utrobique servare posset. Ita enim rectè opposita inter sese gratiæ pecuniæque debitio videbitur, si & pecunia quidem deberi dicatur & gratia: sed quid eveniat in pecunia debita solutave, quid contrà in gratia debita redditave, debitionis verbo utrimque servato, differatur. Cicero autem, inquit, quum gratiæ pecuniæque debitionem dissimilem esse dixisset, ejusque sententiæ rationem redderet, verbum *debet* in pecunia ponit; in gratia [14] *habet* subjicit pro *debet:* ita enim dicit, *Gratiam autem & qui refert, habet; & qui habet, in eo ipso quod habet, refert.* Sed id verbum cum proposita comparatione non satis convenit. Debitio etiam gratiæ, non habitio, cum pecunia confertur. Atque ideò consequens quidem fuerat sic dicere: *& qui debet, in eo ipso quod debet, refert.* quod absurdum & nimis coactum foret, si nondum redditam gratiam eo ipso redditam diceret, quia debetur. Immutavit ergo, inquit, & subdidit verbum ei verbo, quod omiserat, finitimum; ut videretur & sensum debitionis collatæ non reliquisse, & concinnitatem [15] sententiæ retinuisse. Ad hunc modum Julianus enodabat dijudicabatque veterum scriptorum sententias, quas apud eum adolescentes lectitabant.

σις, ἢ θέσις, id est, sublatio & depositio, unde & Medici in pulsu ῥυθμῶν ponere.

14 *Habet* subjicit pro *debet*] Inique eo sibi placet, ut ratione & industria ab eo factum scias, petitumque ex alio. Sic enim scribit 11 Offic. 20. *Commode autem, quicunque dixit, pecuniam qui habeat, non reddidisse; qui reddiderit, non habere: gratiam autem & qui retulerit habere; & qui habeat, retulisse.* Interim vidi, qui ita de Juliani hac enodatione censeret: [Fallitur Julianus. Induxit Cicero debitionem utriusque. postea ostendit in hoc dissimilia esse non quod qui debet non solvit, qui solvit non debet, ut sumit Iulianus: sed quod qui reddidit pecuniam, non habeat; qui retulit gratiam, habeat. Rursus qui habet pecuniam, non reddidit; qui habet gratiam, hoc ipso quod habet jam retulit. Et hoc Cicero ibi, *statim non habet id.*] Ut vero edidi, is est verborum ordo in MS. Regio. *Jac. Gronov.*

15 *Sententiæ*] Delet hoc vocabulum in margine Vossianus codex.

CAP. V.

Quod [1] *Demosthenes rhetor cultu corporis atque vestitu probris obnoxio, infamique munditia fuit: quodque item Hortensius orator ob ejusmodi munditias* [2] *gestumque in agendo histrionicum, Dionysiæ saltatriculæ cognomento compellatus est.*

1 *Demosthenes Rhetor*] More Græco ita oratorem vocat, vel δημαγωγόν. Ita etiam vocatur cap. 8. lib. 1. Alibi tamen lib. 17. cap. 21. oratorem more Latino appellavit. Sugillavit hoc H. Stephanus, ut Epigraphas non esse Gellii ostendat. & cap. 8. ex Epigraphe in textum irrepsisse arbitratur.

2 *Gestumque in agendo histrionicum*] Tres, *histrionum.* Forte, *histrionium.* Gronovius.

3 De-

[3] [4] Demosthenem tradunt & vestitu sincero & cultu corporis nitido venustoque [5] & nimis accurato fuisse. [6] Hinc etiam κομψὴ illa [7] χλανὶς καὶ μαλακοὶ [8] χιτωνίσκοι [a] ab æmulis adversariisque probro data. Hinc etiam [9] turpibus indigniſque in eum verbis non temperatum, quin [10] parum vir, & ore quoque polluto diceretur. Ad eundem modum [11] Hortensius omnibus fermè oratoribus ætatis suæ, nisi M. Tullio, clarior, quod multa munditia & circumspectè compositeque indutus & amictus esset, manusque ejus inter agendum forent [12] argutæ admodum & ge-

a *Elegans vestis, & molles tunicula.*

3 *Demosthenem*] Qui & βάταλος appellatus, ut Æschines contra Timarchum loquitur, ἐξ ἀνανδρίας τινὸς καὶ κιναιδείας ἐνεγκάμενος τὄνομα. quibus verbis illum cinædum & pathicum esse voluit. Ejus autem gravissimi inimici Æschines, Dinarchus, Demades, Midias, Nicostratus, Aphobus, Theramenes, aliique complures. Ipse in exilio Calauriæ, cum illi insidias strueret Antipater, veneno sibi mortem consciviit. Accepisse autem ab Harpalo pecuniam, falsum esse commemorat Pausanias in Corinthiacis, ejusque monimentum τῇ περιβόλῳ ἐντὸς, juxta fanum Neptuni fuisse testatur. Ita misere perierunt duo Principes eloquentiæ, Demosthenes Atticæ, Cicero Latinæ. De quibus vide declamantem Juvenalem Satira 10.

4 *Demosthenem tradunt vestitu sincero*] Reg. Lincol. Rot. *traditum*. quasi vellent *traditur*. Dein lectum ante Carrionem, *& vestitu cæteroque cultu corporis*. Quod ex Pal refert Gebhardus, 1 Ant. Lect. 2, & rogat: Quid est *vestitus sincerus*? Nempe pluribus id adjunxerunt veteres, quam nunc vulgo solemus. *Sincerum purum*, ut Donatus ad Terentium interpretatur, sine labe, sine macula. Sic *porci sinceri* Plauto, qui probatæ possint fieri hostiæ: eidem *corium opere faciundo optimum & sincerissimum*: Ovidio *corpus sincerum* sine vulnere: Lucretio *sincera membra* illæsa. Quærit etiam an non satis sit *nitidum*? Id vero ad vestitum non pertinet, sed ad alium cultum corporis: quod intelligere potuit ex eo ipso, quem apponit, Ciceronis loco: *pexo capillo nitidos & imberbes aut bene barbatos*. Sic Plauto *nitidiusculum caput*. Gronovius.

5 *Et nimis accurato*] In Regio *nimisque accurato*. Jac. Gronov.

6 *Hinc etiam κομψὴ illa χλανὶς*] Rot. *hinc cita*. Reg. *Incerta κομψὰ*. Lege *Hinc certe κομψὴ illa*. Gronovius.

7 Χλανὶς] Χλαῖνα μαλακωτέρα, læna mollior & tenuior, quæ tunicæ superinducbatur. Unde & fœminis quoque tribuitur apud Athenæum lib. 13. à χλαί᾽α lana, quamvis Festus Tuscum vocabulum juxta quosdam esse dicat. Strabo lib. 4. Gallicum. Sed Græcæ originis arbitror.

8 Χιτωνίσκοι] Parvæ tunicæ. χιτῶνες autem de intima tunica & exteriori dicuntur. De veterum tunica vide Bayfium de Re vestiaria, & Aldum Manutium de quæsitis per Epistolam. Per χιτωνίσκον muliebris vestis magis intelligi videtur, ut ex Suida apparet, qui veste muliebri adolescentem sæpe usum testatur. χλανίσκια κομψὰ καὶ χιτωνίσκους in opprobrium Demosthenis Æschines in Timarchum proposuit.

9 *Turpibus verbis*] Opinor turpia hæc & indigna verba esse, quæ in Demosthenis vita recenset Plutarchus. Scribit enim eum vulgo βάταλον & ἀργᾶν cognominatum; quorum prius præterquam quod fracti cujusdam & effæminati tibicinis nomen fuerit, significat etiam pudendam hominis partem, & podicem juxta Harpocrationem. Posterius scurrilem quandam mordacitatem in eo notavit. Est enim ἀργὰς ut idem autor ait, mordacissimi serpentis genus, tametsi mihi vero propius videtur, hoc cognomentum à desidia muliebri inditum. Siquidem ἀεργὸς Græcis pigrum & desidiosum notat. *Mos.* vide Hesychium & Suidam.

10 *Parum vir, ore quoque*] Et hic copulativa excidit. Reg. & Rottend. *parum vir & ore quoque polluto*. Gronovius.

11 *Hortensius*] Vide Macrobium III. Satur. qui dicit habitu plus decoro mollem fuisse. Eum magnis laudibus extollit Cic. lib. de clar. Orat. *Erat*, inquit, *in verborum splendore elegans, compositione aptus, facultate copiosus. Eaque erat cum summo ingenio, tum exercitationibus maximis consecutus. Rem complectebatur memoriter, dividebat acute; nec prætermittebat fere quicquam quod esset in causa aut ad confirmandum, aut ad refellendum. vox canora & suavis, motus & gestus etiam plus artis habebat, quam erat oratori satis.*

12 *Argutæ*] Elegantes in actione exprimenda. Eo modo, quo Virgilius *argutam ferram*, *Tum ferri rigor atque argutæ lamina ferræ*, quanquam aliò nonnihil torsit. Quemadmodum enim *argutari pedibus* est apud Titinium Fullonibus; sic Gellius *argutari manibus* & inde *argutas manus* potuit dicere. *Corr.*

13 *Com-*

& geſtuoſæ, maledictis [13] compellationibuſque [14] probroſis [15] jactatus eſt, multaque in eum, quaſi in [16] hiſtrionem, in ipſis cauſis atque judiciis dicta ſunt. Sed quum [17] L. Torquatus, ſubagreſti homo ingenio & infeſtivo, gravius acerbiuſque apud [18] conſilium judicum, quum de cauſa Sullæ quæreretur, non jam hiſtrionem eum eſſe diceret, ſed geſticulariam Dionyſiamque eum notiſſimæ [19] ſaltatriculæ nomine appellaret: tum voce molli atque demiſſa Hortenſius, *Dionyſia*, inquit, *Dionyſia malo equidem eſſe, quàm quod tu, Torquate,* [20] [21] ἄμουσος, ἀναφρόδιτος, ἀπροσδιόνυσος [a].

a *inelegans, invenuſtus, illiberalis.*

13 *Compellationibuſque probroſis*] Sic & ex antiquis editis & ex omnibus membranis ſe reſtituiſſe ait Carrio, cum legeretur, *appellationibus propoſitis*. Alterum fert Lipſius: de altero, Subſtituunt, inquit, *probroſis*; ego ex ſcripturæ tramite, *prope Oſcis*, 2 Elect. 3. Nimirum leporem veteris conjecturæ tacitus perdere non potuit: nam, ut Carrio dixerat, noſtri quoque, ut & Romana editio, aut prima aut in primis, plane ac ſine dubio, *compellationibuſque probroſis*. Gronovius.

14 *Probroſis*] Lipſius in Electis legit *prope Oſcis*, quoniam in Hortenſium, ut mollem & parum externis indiciis virum, cavilli quidam & joci obſcœni jacerentur & in modum Oſcum. Sed ſerva antiquam lectionem.

15 *Jactatus*] Cicero, *plurimis jactatus injuriis*.

16 *Hiſtrionem*] *Hiſtrio* in vett. Gloſſ. exponitur παντόμιμος, Παντομίμοι autem iidem qui ὀρχησταί, ſive *ſaltatores*: ut Lucianus περὶ ὀρχήσεως tradit. Sed priuſquam ὁ χηραὶ ſe à dramatis ſeparârunt, quod Auguſti ætate cœpit à Pylade & Bathyllo, *hiſtriones* non ſolum ſaltabant, ſed etiam diverbia pronunciabant. *Hiſtrio* autem dictus à quodam, cui nomen *Hiſtro*: ut quidem Plutarchus ſcribit, probl. 106. Feſtus aliter: *Hiſtriones*, inquit, *quod primum ex Hiſtriâ venerint*. Idem legas apud Iſidorum, lib. 18. cap. 48. Sed addit alterum etymon oppido quam ineptum. Nam *hiſtriones* dici quaſi *hiſtoriones, quia perplexas hiſtoriis fabulas exprimerent*. Non dubium autem quin *hiſtrio* ſit à voce *hiſter*. Thuſcis ſignificat ὀρχηστήν, ſive *ſaltatorem*, qui & *ludio* vocatur. A Thuſcis autem & vocem & rem accepere Romani: uti docet Livius pene initio lib. 7. Vide Voſſium in Etymol.

17 *Torquatus*] Cicero tamen de claris Orator. *L. Torquatum* dicit fuiſſe *elegantem in dicendo, in exiſtimando admodum prudentem, toto genere perurbanum*. Idem eodem libro vitæ dignitatem, integritatem, & in dicendo gravitatem laudat. *Thyſ.* Si modo iſte eſt, quem nunc Gellius tangit, & quem certe Cicero in ipſa Sullæ defenſione oſtendit prorſus talem eſſe, ut immoderatione verborum elatus ipſum quoque Ciceronem ſtolide fuerit aggreſſus vaniſſimis calumniæ imitamentis: & utique nunc Gellius quoque ſe retulit ad Hortenſii reſponſum.

18 *Conſilium judicum*] Publicam cauſam fuiſſe Sullæ, de qua quæſtio movebatur, haud dubitandum. Judices autem alii in cauſis publicis, & privatis. Prætores cum quæſitore & judicibus ex ordine equeſtri & ſenatorio ſelectis de cauſis criminalibus cognoſcebant, de quibus non videbatur extra ordinem quærendum eſſe, ut de repetundis, ambitu, majeſtate, peculatu. Nam propterea quæſtiones perpetuæ dicebantur, tum quod lege erat præſcripta quædam forma perpetua judicii de his rebus exercendi, ut nova ſemper lege opus non eſſet; tum quod annuam provinciam de his quæſtionibus exercendis illi prætores peragerent, non quemadmodum olim fieri ſolebat, cum ita caſus tuliſſet, ut quærendum videretur, tum crearetur à Populo vel Senatu, ut tradit Liv. lib. 39. qui quæreret, ſtatimque hoc abſoluto poteſtatem de eadem re quærendi non haberet.

19 *Saltatriculæ*] Oratoris geſtus non debet ita mollis eſſe, ut effœminatas & turpes ſaltationes imitetur. Alioqui verendum plane, ne idem nobis uſu veniat, quod equis Sybaritarum. Nam, ut mollis erat populus iſte, equos etiam ſuos ſaltare ad modulos docebat. Sed ea res peſſime ceſſit. Nam cum Marte eſſet decertandum adverſus Crotoniatas, equi laſcivis motibus ſe atque univerſum exercitum perdiderunt. Philiſci quoque exemplum ab hoc more nos revocare debet. Nam quia voce & geſtu μαλθακώτερος erat: ideo in tantum diſplicuit imperatori Antonino, ut neutiquam concedere illi vellet immunitatem, qua Rhetorum alii gauderent. Etiam ad ignominiam Sexti Titii pertinet, quod tam ſolutus ac mollis fuerit in agendo, ut ſaltationis genus ab eo Titii nomen invenerit. vide *Voſſ. in Rhet.*

20 Ἀναφρόδιτος] Vulgo ἀγροδαίτος, ἄπροσιτος. In MS. Regio erat, ἄμουσος, ἀναφρόδιτος, ἀπροσδιόνυσος, quæ lectio ita defendi poteſt, ut videatur

Hortensius Torquatum ἀπροσδιόνυσον vocare lepide simul atque severe & ad Dionysiæ nomen alludens & ipsum inculpans, quod intempestive extra causam, quæ agebatur, in alienam vitam moresque inquireret; ἀναφρόδιτον autem, quasi hominem rudi & infestivo ingenio, ut infra lib. 19 cap. 9. Sed ne nos, id est, nomen Latinum tanquam profestos quosdam & insubidos ἀναφροδισίας condemnetis, &c. Cum tamen suus utrique lectioni sensus constet, utrumque ego in medium relinquo. *Lambecius.*

21 Ἄμυσος, ἀγροδίαιτος, ἀπρόσιτος] Ita est, codex Regius: ἄμυσος, ἀναφρόδιτος, ἀπροσδιόνυσος. Medium firmat Vaticanus, nec tertio indubito. Neque tamen præcise ἀπροσδιόνυσον accipio, qui aliena rei ac tempori & non τὰ καίρια loqueretur, quique extra causam, quæ agebatur in alienam vitam moresque inquireret. Id enim sic faciebant causarum patroni omnes, ut quæ in adversarios, & qui illis aderant, invidiam conflare possent, arriperent. Tria hæc unum significant rusticum, inficetum, inelegantem, inhumanum. Nam doctum quis negabit Torquatum fuisse? Ἄμυσος tamen, hoc est, remotus ab ea suavitate morum, quam efficit *didicisse fideliter artes*; quam Justinus ait Alexandro ingeneratam *Græcorum literis*; qua præditi sunt οἱ τὰς χάριτας ταῖς Μούσαις ἀναμιγνύντες. Eam hic & Μοῦσαι & Αφροδίτη & Διόνυσος significant. Sic transfert τὸ ἄμυσον pro inepto vel ingrato Plutarchus 4 συμποσ. quum suem dicit κροκοδείλου καὶ αἰλούρου τὴν ὄψιν οὐκ ἀποπώτερον, ἢ τὴν φύσιν ἀμουσότερον. Αναφρόδιτος quoque, non quia viri munia non fungeretur, sed quia nihil habebat de illis, quas Lesbia Catulli

Omnibus una omnes surripuit Veneres:

quia illi deerat ea comitas & facilitas, quam præcipiunt Artis amatoriæ duo libri, & non magis amatorem hominem quam petitorem & ambitiosum, & quem nunc vocant Politicum, formant: ut Horatio *Fabula nullius Veneris.* Item ἀπροσδιόνυσος, qui nihil ad Liberum: Liberum proprie ipsum, quem Semeles filium fecerunt, intelligo. Sic Plutarch. 4 συμποσ. Οἷ μαι δὲ καὶ τὴν τῶν σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι. Quem vero Bacchum? nempe Apollinis prope σύνναον & contubernalem in Parnasso, quem Poëtæ invocant ἀοιδῆς ὑποφήτορα, & in cujus tutela sunt οἱ Διονύσου τεχνῖται κόλακέστε, qui & Μουσοκόλακες. Sic ἄμυσον & ἀπροσδιόνυσον conjunxit & Plutarchus 1 συμποσ. πέμψω δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ταχέως, ἂν ταῦτα δόξῃ μὴ παντελῶς ἄμουσα μηδὲ ἀπροδιόνυσα εἶναι. Gronovius.

CAP. VI.

Verba ex oratione Metelli Numidici, quam in censura dixit ad populum, quum eum ad uxores ducendas adhortaretur: eaque oratio quam ob causam reprehensa, & quem contra in modum defensa sit.]

Multis & eruditis viris audientibus legebatur oratio [1] Metelli Numidici, gravis ac diserti viri, quam [2] [3] in censura dixit ad populum de

1 *Metelli*] De eo Cicero de claris Oratoribus ita loquitur: *Q. Metellus Numidicus, & ejus collega M. Silanus dicebant de Republ. quod esset illis viris & consulari dignitati satis.* Numidicus appellatus quod in Numidia contra Jugurtham feliciter bellum gessit. Cujus in liberis tanta felicitas fuit, ut vivens treis liberos Coss. videret, unum quoque triumphantem, quartum prætorem, eosque salvos reliquit. vide Cicer. lib. 5. de Fin. Tanta constantia ut maluerit in exilium proficisci, quam in leges Saturnini jurare, ut testatur Val. Max. cap. de constantia.

2 *Censura*] Censores cum Nomophylacibus Græcorum comparavit Cicero. Eorum hoc officium juxta eundem fuit: *Censores populi, ævitates, soboles, familias, pecuniasque censento; urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento; populique parteis in tribus distribuunto: exin pecunias, ævitates, ordines partiunto: Equitum peditumque prolem describunto: cœlibes esse prohibento: mores populi regunto: probrum in Senatu ne relinquunto: boni sunto: Magistratum quinquennium habento: reliqui magistratus annui sunto, eaque potestas semper esto.* Vide Turnebi commentarium in lib. 3. de legib. & Sigonium lib. 1. de Antiq. Jur. Civ. Rom. cap. 4. aliosque antiquitatis Romanæ scriptores.

3 *In censura dixit ad populum*] Hunc ordinem quum Gellius verbis suis præbuerit in ipso libro & commentario, an credibile est in capitis expositione & argumento voluisse eum uti alio? Id faciunt tamen editiones, & quidem contra quam notavi ex libro Regio; quem nunc denique fideliter exhibui. In eo erat etiam scriptum, *& quod contra modum defensa sit.* Jac. Gronov.

4 *Mo-*

de ducendis uxoribus, quum eum ad [4] [5] matrimonia capeſſenda adhortaretur. In ea oratione ita ſcriptum fuit. *Si ſine uxore, Quirites, poſſemus eſſe, omnes ea moleſtia careremus: ſed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis ſatis commodè, nec ſine illis ullo modo vivi poſſit; ſaluti perpetuæ potius, quam brevi voluptati conſulendum.* Videbatur quibuſdam, Metellum cenſorem, cui conſilium eſſet ad uxores ducendas populum hortari, [6] non oportuiſſe neque de [7] moleſtia incommodiſque perpetuis rei uxoriæ confiteri; neque adhortari magis eſſe, quàm diſſuadere, abſterrereque: ſed contra [8] in illud potius orationem debuiſſe ſumi dicebant, ut & nullas plerumque eſſe in matrimoniis moleſtias aſſeveraret, &, ſi quæ tamen accidere nonnunquam viderentur, parvas & leves facileſque eſſe toleratu diceret; majoribuſque eas emolumentis & voluptatibus oblitterari: eaſdemque ipſas neque omnibus, neque naturæ vitio, ſed quorundam maritorum culpa & injuſtitia evenire. Titus autem [9] Caſtricius rectè atque condignè Metellum eſſe loquutum exiſtimabat. Aliter, inquit, cenſor loqui debet, aliter rhetor. [10] Rhetori con-

4 *Matrimonia*] Quæ merito ſulcra Reip. cenſebantur. Nullæ tamen hactenus leges. Cenſores quidem eos, qui ad ſenectutem cœlibes pervenerant, æra pœnæ nomine in ærarium deferre juſſerunt. quod æs uxorium Feſtus appellavit. Apud Athenienſes fuit ἀγαμίε δίκη. Apud Spartanos etiam ὀψιγαμίε ἢ κακογαμίε, ut Pollux teſtatur. Julius Cæſar poſt bellum Africanum exhauſta urbe præmia propoſuit multitudini liberorum. Auguſtus primus Legem Juliam de maritandis ordinibus tulit, quæ poſtmodum in Legem Papiam Poppæam inſerta & mixta. Ideoque hæ leges in Jure civili nonnunquam confunduntur. Vide *Lipſium* in Excurſu ad lib. 3. Annal. Taciti.

5 *Ad matrimonia adhortaretur*] Et noſtræ, ut Carrionis membranæ, *hortaretur*. Gronovius.

6 *Non oportuiſſe neque de moleſtia*] Turbat orationem τὸ *Neque*: quod ſi retinemus, τὸ *oportuiſſe* etiam ad ſequens membrum ejus pertinet, quo tamen niſi inepte non poteſt referri: ſive malis, ut edebatur, *neque adhortari magis quam diſſuadere abſterrereque*; ſive ut reddidit Carrio, *neque adhortari id magis eſſe quam diſſuadere abſterrereque*. Priori modo foret, non oportuiſſe Metellum neque confiteri neque adhortari magis quam diſſuadere: cum res exigeret, non oportuiſſe neque confiteri neque diſſuadere magis quam adhortari. Poſteriori modo acciperes, non oportuiſſe neque confiteri neque oportuiſſe id magis eſſe adhortari; quod rurſus ineptum & intolerabile. Ergo fidenter inducimus eam particulam, & quidem Rott. quoque & Lincoln. ac Regio jubentibus. Qui etiam, *adhortari magis eſſe*, eo ipſo alludentes ad τὸ *magis id eſſe*, quod fuit in duobus apud Carrionem. *Idem*.

7 *Moleſtia incommodiſque perpetuis*] Sed MS. Regius habet *incommodeque*. Quod jam Salmaſius adſpexit pro *incommodoque*. An Gellius vetabitur duobus ſubſtantivis in ſingulari conceptis apponere adjectivum in numero plurali? Cur igitur mutarunt? *Jac. Gronov.*

8 *In id potius*] Ita eſt in Regio, quo quoque melius eſt Vulgatum *illud*? Idem.

9 *Caſtricius*] Ejus meminit quoque auctor noſter lib. 11. cap. 13. Non puto eundem eſſe qui κηπευτικὰ ſcripſit, ex quo in lib. 19. Hiſtor. Natural. multa tranſtulit Plinius. Nomen familiæ à Caſtris originem accepit. Hinc & Caſtriciani milites appellantur in Cod. Theodoſ. l. ult. de Re Mil. Caſtrianos appellavit Vopiſcus in Aureliano. Meminit & Caſtricii cujuſdam Suetonius in Auguſto c. 57.

10 *Rhetori*] Oratori, cauſidico. Proprie alioquin Rhetor Latinis qui artem Rhetoricam docet, vel juventutem exercet. *Rhetori*] Quod hic de Rhetore diſſerit Caſtricius, fortaſſe locum habet in eo oratore, qui Gorgiæ, Protagoræ ac ſimilium exemplo proficeantur ſeſe ex mala cauſa bonam facturos, & ex bona malam, dicendi fraudulento artificio. Sed hoc ſtudium mentiendi parum convenit ei, quem bonum virum ſtatuunt eloquentiſſimi oratores, Cicero & Quintilianus, item Ariſt. in Rhet. Atque hinc eſt quod præpoſteram illam Rhetoricen, Baſilius mentiendi artem definit, imitatus,

conceſſum eſt ſententiis uti [11] falſis, audacibus, ſubdolis, captioſis, [12] ſi modo veriſimiles ſunt & poſſunt ad movendos hominum animos qualicumque aſtu irrepere. Præterea turpe eſſe ait rhetori, ſi quid in mala cauſa [13] deſtitutum atque [14] impugnatum relinquat. Sed enim Metellum, inquit, ſanctum virum, illa gravitate & fide præditum, cum [15] tanta honorum atque vitæ dignitate, apud populum Romanum loquentem, nihil decuit aliud dicere, quàm quod verum eſſe ſibi atque omnibus videbatur: præſertim quum ſuper ea re diceret, quæ quotidiana intelligentia & communi pervulgatoque vitæ uſu comprehenderetur. De moleſtia igitur cunctis hominibus notiſſima confeſſus, eaque confeſſione fidem [16] ſedulitatis veritatiſque commeritus; tum denique facilè & [17] procliviter, quod fuit rerum omnium validiſſimum atque veriſſimum, perſuaſit, civitatem ſalvam eſſe ſine matrimoniorum [18] frequentatione non poſſe. Hoc quoque aliud ex eadem oratione Metelli dignum eſſe exiſtimavimus aſſidua lectione, non hercle minus, quam quæ à graviſſimis philoſophis ſcripta. Verba Metelli hæc ſunt: *Dî immortales plurimum poſſunt; ſed non plus velle nobis debent, quam parentes. At parentes [19] ſi pergunt liberi errare, bonis exheredant. Quid ergo nos à Dîs immortalibus [20] divinitus exſpectemus, [21] niſi malis rationibus finem*

opinor, Platonem in Gorgia. Quanquam & Fab. permittit bono viro, hoc eſt, oratori, ſententiis uti falſis, ad perſuadendum ea quæ vera ſunt, & vel audientibus, vel Reip. utilia. Et Ariſt. in ſuis Rhetoric. permittit aliqua inique fieri, ut per hoc æquitas obtineatur. *Moſell.*

11 *Falſis, &c. captioſis*] Tale genus hominum vivis coloribus depingit Ammianus Marcellinus lib. 30. Epicurus κακοτεχνίαν appellavit. Videndus quoque Sextus Empiricus lib. 2. adverſus Mathem. Maximus Tyrius in Orat. 12. Unde etiam Rhetores aliquando Roma pulſi teſte Sueton. In laudem proborum advocatorum egregia lex 14. C. de Adv. div. jud.

12 *Si modo veriſimiles ſunt*] Reg. & Rot. *ſi veri modo ſimiles ſunt.* Gronovius.

13 *Deſtitutum atque impugnatum relinquat*] Quid eſt *impugnatum?* an haud oppugnatum? At non ea vis verbi. Præterea in mala cauſa magis præcavere tempus quam ulciſci. Lege ex Regio: *deſtitutum atque inpurgatum.* Cujus verbi ſi nobis exemplum deeſt, at non defuiſſe Gellio certum habeo: adeo non inſolens ad aures accidit. *Impurgabile* dicit Ammianus lib. 22. *impurgabile crimen excuſari poſſe exiſtimans.* Idem.

14 *Impugnatum*] Non defenſum, ſine pugna vel certamine relictum, vel quod non eſt ratione tractatum, & argumentis quaſi munitum, & circumſeptum.

15 *Tanta honorum*] Magiſtratus honores vocat. Ita jus Prætorium ab iis qui honores & magiſtratus gerunt, honorarium in Jure Civili appellatur.

16 *Sedulitatis*] Aſſiduæ & fidelis diligentiæ, quam ſine dolo in uſum Reip. præſtabat.

17 *Procliviter*] In margine mei codicis à viro erudito ſcriptum, *perpolite.* Thyſ.

18 *Frequentatione*] Alii, *frequentia*, ſed male juxta Carrionem. *Thyſ.* Ita tamen MS. Regius.

19 *Si pergimus errare, ſuis bonis nos*] Plenius hoc quidem uno in Buſlidiano, ſed antiquius mihi & magis cenſorium videtur, quod noſtri & omnes ante Carrionem: *At parentes ſi pergunt liberi errare, bonis exhæredant.* Quod etiam ex Pal. laudat Gebhardus 2 Antiq. l. 20. *Gronovius.*

20 *Divinitus*] Antiq. Ed. *diutius.* Thyſ. Sed & liber Regius.

21 *Niſi errationibus finem faciamus*] Ne hoc quidem ex uno codice inductum placet præ altero: *niſi malis rationibus finem faciamus.* Nam & *ratio*, pro eo, quod agitur vel inſtituitur, & *mala ratio* pro peccato exquiſite dicuntur, & non poſſunt à quoquam ſubjecta videri. Sic Terentianus Demea: *Voſtram nequeo mirari ſatis rationem*: Et reſpondet Syrus:

finem faciamus? [22] [23] *His demum Deos propitios esse æquum est, qui sibi adversarii non sunt. Dî immortales virtutem approbare, non adhibere debent.*

Syrus: *Est hercle inepta.* Idem Demea: *ne nimium modo Bonæ tuæ isti nos rationes, Micio, Et tuus iste animus æquus subvortat.* Et quemadmodum *optimæ & honestæ* sunt *rationes*, quæ appellantur apud Ciceronem, sic etiam sunt *malæ.* Actione prima in Verrem: *quoniam pugnare contra me instituisti ex istius tempore & causa malitiose, necesse est istiusmodi rationi me aliquo consilio obsistere. Tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias; mea, ut ante primos ludos comperendinem. Ita fiet, ut tua ista ratio existimetur acuta, meum hoc consilium necessarium.* Cum dicit, *Tua ratio est*, significat, *tu hoc agis*: similiter cum, *Mea ratio est*, vult, *ego autem in hoc sum*: tum, *tua ista ratio, id quod tu agis, moliris.* Et sic apud Tullium centies, quod tamen perpauci observant, vix quisquam scit imitari. Sic quamvis in alia re, l. 40. pr. D. de Statuliberis: *quam ea, quæ mala ratione reliquatus est, quæ furatus est, reposuerit.* Horat. 2 Sat. 6. *feci ratione mala rem.* Contra Seneca de benef. 4, 17. *Dic enim cuilibet ex istis, qui rapto vivunt, an ad illa, quæ latrociniis & furtis consequuntur, malint ratione bona pervenire?* Asconius Pedianus in Divin. *Quasi ex nulla parte bonam rationem defendendi habeat Hortensius.* Et in lib. 1. *Destitisse cum cæperis, mala ratio: est enim inconstantia & mutatio quædam in deterius.* Gronovius.

22 *His demum*] Antiq. Ed. *iisdem.*

23 *Isdem deos propitios esse*] Fulv. *His demum.*

CAP. VII.

In hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem, hanc sibi rem [1] præsidio sperant futurum, *neque mendam esse nec vitium: errareque istos, qui bonos violant libros, &*, futuram, *scribunt: atque inibi de quodam alio Ciceronis verbo dictum, quod probe scriptum perperam mutatur: & adsperſa pauca de modulis numerisque orationis, quos Cicero avide sectatus est.*

In oratione Ciceronis quinta in Verrem, in libro spectatæ fidei [2] [3] Tironiana cura atque disciplina facto, ita scriptum fuit. *Homines tenues obscuro loco nati navigant: adeunt ad ea loca, quæ numquam ante adierant;* [4] *neque noti esse iis, quo venerunt, neque semper cum* [5] *cognitoribus esse possunt. Hæc una tamen fiducia civitatis, non modo apud nostros*

1 *Præsidio sperant futurum*] Ita citavit ex Cicerone auctor. Nec dubitandum igitur, quin idem vocum ordo placuerit eidem in capitis expositione, prout ex membrana regia mutavi, quum edant *sperant præsidio futurum.* Itidem legitur in eo MS. *mendum.* Jac. Gronov.

2 *Tironiana*] Tiro hic homo doctus & recti judicii liberaliter adeo M. Tullio servivit, ut domini beneficio ex servo libertus fieret, id quod colligimus ex epistol. Q. Ciceronis fratris, hujus manumissionis gratulationem complectente. Utebatur hoc homine familiariter adeo, ut omnium lucubrationum suarum eum quasi censorem faceret, eique facultatem concederet, sua vel publicandi, vel supprimendi, id quod ex aliis Ciceronis Epistolis colligitur. *Mosell.*

3 *Tironiana*] Ejus scripta citantur à Plutarcho. Notas ejus, quibus litera verbum facit, edidit Gruterus.

4 *Ubi neque noti essent quo venerunt*] Rot. & Regius, *noti essetis quo* Scribe, *neque noti esse iis quo venerunt*: ut legitur apud ipsum Ciceronem 5 in Verrem 65. To *ubi* nostri, perinde ut Carrionis, veteres libri ignorant. *Gronovius.*

5 *Cognitoribus*] Cognitores dicuntur, qui causam præsentis defendunt teste Asconio Pediano. Vel qui noscerent alios.

ſtros magiſtratus, qui & legum & exiſtimationis periculo continentur, neque apud civeis ſolum Romanos, qui & ſermonis & juris & multarum rerum ſocietate juncti ſunt, fore ſe tutos arbitrantur, ſed quocumque venerint hanc ſibi rem præſidio [6] *ſperant futurum.* [7] Videbatur compluribus in extremo verbo menda eſſe. [8] Debuiſſe enim ſcribi non [9] *futurum*, ſed *futuram:* neque dubitabant quin liber [10] emendandus eſſet, ne, ut in Plauti [11] comœdia mœchus, (ſic enim [12] mendæ ſuæ illudiabant) ita in Ciceronis oratione [13] ſolœciſmus eſſet manifeſtarius. Aderat forte ibi amicus noſter, homo lectione multa exercitus; cui pleraque omnia veterum litterarum quæſita, [14] meditata, evigilataque erant. Is libro inſpecto ait [15] nullum eſſe in eo verbo neque mendum neque vitium: Ciceronem probe ac venuſte loquutum. Nam *futurum*, inquit,

6 *Sperant futurum*] Eſt hæc Syllepſis generis, cum aliud proferimus, aliud mente concipimus. Ita Plautus, *Juſtam rem eſſe oratum à vobis volo*, & hæc Syllepſis generis cum Syllepſi numeri ſæpe concurrit, ut in illo, *credo ego inimicos meos hoc dicturum*, ſimile illud Virgilii, *pacem Trojano ab rege petendum*. In quibus locutionibus juxta Gellium indefinite verba hæc *futurum*, *oratum*, *dicturum*, *petendum*, & abſolute ponuntur ſine reſpectu ad genus vel numerum, neque declinantur: poteſt tamen aliud quoque ſubintelligi vocabulum, ut pluribus oſtendit Scioppius, qui & nulla eſſe ſupina cenſet, ſecus atque veteres Grammatici ſtatuunt.

7 *Videbatur compluribus*] Ita MSS. & recte ſic editum invito licet Carrione. Mancinellus olim adverſus Vallam diſputavit *quam plures* Latine dici, uſus verbis Ciceronis 5 Tuſc. 21, & auctoris ad Herennium 2, 1. & Senecæ epiſt. 78. quibus omnibus locis nunc è melioribus exemplaribus *complures* habetur. Idem puta factum illis, quæ ex Plauto, Cicerone, Cæſare, Plinio minatur Carrio. Gebhardus quoque 1 Ant. Lec. 6 reducit *quam pluribus*, idque confirmat Salluſtiano: *ut illi quam plurimi deberent*. Si Vallam inſpexiſſet, ſciret, quid inter iſta ſit diſcriminis. *Gronovius.*

8 *Debuiſſe enim ſcribi non futurum*] Omnes etiam noſtri, non modo Carrionis: *ſcribi putabant*. Sustulit ille hoc verbum auctoritate veteriſtiſſimæ editionis. Poteſt fieri, ut & alias videretur pulcrius, quod ipſi: Romana tamen, ut ſcripti. Qui ſi ſancirent illam non inſuavem ſermonis brevitatem, primus aſſentirer: nunc editi unius auctoritas tanta mihi non eſt, ut innovare quicquam velim. *Idem.*

9 *Futurum*] Suſpicio vitii hinc eſt apud Latinos, quod infinitivum hoc futuri temporis, in eandem vocem recidat cum participio activo neutro futuri temporis, quod & numeros, & genera admittit, & pro horum divetſitate, diverſis quoque adjungitur. Sed in Græca oratione futurum indefinitum, imitans præſentis ſui terminationem nullam habet ſimilitudinem cum participio. *Moſell.*

10 *Emendandus*] Antiqui libri *emendatus*; pro quo nonnulli reponunt, *inemendatus*.

11 *Comœdia*] Amphitruone vel Caſina.

12 *Mendæ ſuæ illudebant*] Vidit Carrio membranas, in quibus erat, *illudiabant*. Qui de mera conjectura Plautinum *examuſſim* inculcare auſus eſt, eum nunc certe tempus erat imitatorem Plauti agnoſcere. Pœnulo 5, 4. *At tu hercle alludiato*. Sticho 2, 3. *Quando adhibero, alludiabo*. Hic friget homo bonus, cauſatus, plures in iſtis membranis fuiſſe mendas, & præcipiens cum magna cautione ſcriptis utendum. At tu ſcito in duobus emendatiſſimis, Regio & Rott. *inludiabant* legi, idque auctoris noſtri eſſe, ut quod optima lege. Lincolnienſis quoque *illudiabant*. Gronovius.

13 *Solœciſmus*] Dictus ab oppido Solis in Cilicia, cujus incolæ Athenienſibus dicebantur σολοικίζειν. vide Diogenem Laërtium in vita Solonis. Gellius noſter *Stribligenem* alibi dixit. Pro quocunque errore quoque ponitur. in hoc autem notatur Gellius à Quintiliano, quod qui neget ſolœciſmum Latine dici, eo hîc utatur.

14 *Meditata*] Paſſive. Ita Cicero, Terentius, aliique probati auctores loquuntur.

15 *Nullum eſſe in eo verbo neque mendum*] Fortaſſis in hoc conjuraverint Carrionii libri: at noſtri *mendum:* neque aliter procedit oratio. Statim Rot. Lincoln. & quintus apud me, *probe ac vetuſte*. nec ſpreverim. *Gronovius.* Sic certe duo prædicat huc optime congrua, præſertim quum jam eò reſpexiſſe videatur celebrando veteres literas in hoc amico. *Jac. Gronov.*

quit, non refertur ad *rem*, ſicut legentibus temere & incurioſe videtur; neque pro participio poſitum eſt: ſed verbum eſt indefinitum, quod Græci appellant ἀπαρέμφατον [a], neque numeris neque generibus præſerviens, ſed liberum undique & [17] impromiſcuum eſt. Quali [18] C. Gracchus verbo uſus eſt in oratione cujus titulus eſt, *De Quinto Popilio circum* [19] *conciliabula*, in qua ita ſcriptum eſt, *Credo ego inimicos meos hoc facturum.* [20] *Inimicos*, inquit, *facturum*, & non, *facturos*. Videturne ea ratione poſitum eſſe apud Gracchum, *facturum*, qua eſt apud Ciceronem, *futurum?* ſicut in Græca oratione, ſine ulla vitii ſuſpicione, omnibus numeris generibuſque ſine diſcrimine attribuuntur hujuſcemodi [21] [22] verba Ποιήσειν, ἔσεσθαι, λέξειν [b], & ſimilia. [23] [24] [25] [26] In CL. quoque Quadrigarii tertio annali libro verba hæc eſſe dixit,

a *Infinitum*, ſeu *indefinitum*.
b *Facturum*, *futurum*, *dicturum*.

17 *Impromiſcuum eſt*] *Impromiſcum* ex optimis optimorum librorum exemplaribus feciſſe ait Carrio, in quo noſtri optimi ei non ſubſcribunt. At quo illi noſtri juvant hunc ſermonem, mutus Carrio. Ambo enim ablegant τὸ *eſt*. Et ſufficit ſane: *ſed verbum eſt indefinitum, quod Græci appellant ἀπαρέμφατον, neque numeris neque generibus præſerviens, ſed liberum undique & impromiſcuum.* Gronovius.

18 *C. Gracchus*] Cicero de claris Orator. præſtantiſſimo hunc ingenio & flagranti ſtudio fuiſſe, eloquentia nulli cedere, grandem verbis, ſapientem ſententiis, genere toto gravem fuiſſe affirmat. Præter hujus Orationes, etiam aliorum Gracchorum à Servio & Chariſio citantur.

19 *Conciliabula*] Conciliabula ſunt ea loca juxta Feſtum, ubi in concilium convenitur. In iis quoque jus dicebatur, hinc eo frequens populi confluxus, ſed foris inferiora erant. Quomodo coloniæ, municipia, præfecturæ, fora, conciliabula diſtinguantur, vide Turneb. Adverſ. l. 1. cap. 11. Per conciliabula Livius intellexit extra urbem majora & minora oppida, & loca in quibus jus dicebatur. Frontinus etiam in municipiorum jus aſcendiſſe commemorat. Sed pro quocunque conventu etiam conciliabula appellantur. Onomaſticum, conciliabulum, συνέδριον, & gloſſæ Cyrilli, ὄψις τῆς πόλεως *conciliabulum*. Vide Etymol. magnum.

20 *Inimicos inquit facturum*] MS. Regius, *inimicos facturum, inquit*, quæ ſeries magis videtur ferire aures attendentis. *Jac. Gronovius.*

21 Ποιήσειν] In antiquiſſ. Ed. Venet. quæ prodiit anno 1477. ita legitur ποιήσειν ἔσεσθαι, id eſt, *futurum* (potius *facturum*) λέξειν ἔσεσθαι, *dicturum*. Aldus recte edidit, ita ut hic legitur.

22 *Verba peni ποήσειν*] Ita eſt in MS. Regio. Quod quia non aſſequor, propino aliis, niſi velit περιποιήσειν. *Jac. Gronov.*

23 *In Q. quoque Quadrigarii*] Inepte in Edit. ſua H. Stephanus legit, *in centeſimo quoque Quadrigarii libro*. Error ortus eſt ex Cl. nota prænominis Claudii, quod male à correctoribus in *centeſimum quinquageſimum* mutatum eſt, omnes excuſæ antea *Q. Quadrigarii*. vocabatur Q. CL. Quadrigarius. Vide Gellium lib. 9 cap. 1. & alibi. *Lambec.*

24 *Q. Quoque Quadrigarii*] Quæ *Q. Claudius Quadrigarius* ſcripſit, trifariam video à veteribus appellari. Nunc enim Annales, nunc Hiſtoriæ, nunc Romanarum rerum libri vocantur. Multa ex iis adducit Livius, longe plura Gellius, nec pauca Macrobius, Servius, Nonius, Priſcianus. Illuſtre quoque ex duodevigeſimo Annalium eſt apud Senecam fragmentum lib 3. de beneficiis c. 23. Nonius in *Horrea* citat Claudii Orationem in Quintum Gallum. Meminit & hujus hiſtorici Joannes Sarisberienſis lib. 5 cap. 7. Ambigo autem, hic ne, an alius ſit Claudius ille, qui Annales C. Acilii Plutarcho. etiam memoratos in Romulo, latine tranſtulit. Livius lib. 25. *Ad triginta ſeptem millia hoſtium cæſa, auctor eſt Claudius, qui Annales Acilianos ex Græco in Latinum ſermonem vertit.* Apud Appianum etiam lib. de bellis Gallicis mentio Claudii Pauli Annalium, in quibus proditum dicitur, quomodo bello Cimbrico à Tigurinis cæſus ſit Piſonis exercitus, & Claudii ſub jugum miſſus. Addit ὡς ἐν χρονικαῖς συντάξεσι δοκεῖ Παύλῳ τῷ Κλαυδίῳ. *Ut in Annalibus ſuis videtur Paulo Claudio.* Non puto in gente Claudia fuiſſe Paulos, ſed in Æmiliis, Juliis, Sergiis. Quare locum cenſeo corruptum. Nec video quem ſignet Appianus, niſi Claudium Quadrigarium, vel

dixit, *Dum ii conciderentur, hostium copias ibi occupatas futurum.* In duodevicesimo annali ejusdem Quadrigarii principium libri sic scriptum: *Si pro tua bonitate & nostra voluntate tibi valetudo suppetit; est quod speremus deos bonis bene facturum.* Item [27] Valerii Antiatis [28] quarto & vicesimo simili modo [29] scriptum: *Si hæ res divinæ factæ* [30] *riteque* [31] *perlitatæ essent,* [32] *haruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse.* [33] Plautus etiam in Casina, quum de puella loqueretur, *occisurum* dixit, non *occisuram*, his verbis:

Etiamne habet Casina gladium? Habet, sed duos,
Quibus, altero te occisurum ait, altero villicum.

Item [34] Laberius in Gemellis:

Non

vel Acilianorum Annalium interpretem. Vide *Vossium* de Hist. Lat.

25 *In Centesimo quinquagesimo quoque Quadrigarii*] Lectio inepta; error ortus est ex CL. nota nominis Claudii, quod male à correctoribus in centesimum quinquagesimum mutatum est. Quare indubitanter scribendum ex fide MS. R. *In Cl. quoque Quadrigarii tertio annali verba hæc esse dicit.* Et ita legunt omnes antea excusæ editiones, nisi quod pro CL., Q. substituant, vitio levissimo, vel si id mavis, nullo. Utrumque enim & Quinti & Claudii nomen Quadrigario fuisse infra lib. 9 cap. 1. & alias passim videre est. *Lambecius.*

26 *In centesimo quinquagesimo quoque Quadrigarii annali libro*] Hoc ex Buslid. irrepere passus est Carrio, cum legeretur: *In Q. quoque Quadrigarii tertio annali verba.* Sed in Notis monuit Gellium lib. 3. cap. 3, commemorare, eam fortitudinem tribuni Q. Claudio Quadrigario descriptam annali tertio: nec se comperisse tot annales libros eum composuisse: eoque numerum Buslidiani corruptum jure suspicari, & vulgatum suo loco manere jubere. Regius & Rottendorfianus: *In Cl. quoque Quadrigarii tertio annali libro verba hæc esse dixit.* Gronovius.

27 *Valerii Antiatis*] Q. VALERIUS ANTIAS Annales reliquit, grande opus. Nam librum eorum LXXIV citat Priscianus in IX. LXXV autem Gellius lib. 7 cap. 9. Iis quoque exposuisse quæ reges gesserunt, satis ostendunt, quæ ex Antiate hoc de Romulo narrat auctor de Origine Gentis Romanæ: de Numa etiam Arnobius lib. 5. deque Servio Tullio Plinius lib. 13 cap. 11. ac Plutarchus de Fortuna Romanorum. Præter istos multa ex eo refert Livius. Inter alia extremo lib. 38. habes: *Eas naves Valerius, prædam Etruscam Ligurumque montanorum captivos Carthaginem portantes, captas tradit.* Qui locus addendus Fragmentis à Riccobono collectis. Nec parum debet ei Plinius, ut cognoscimus ex indice lib. 2. lib. 3. cap. 5. lib. 34. cap. 8. Præterea meminere Pedianus, Censorinus, Gellius, Charisius, Macrobius, Priscianus. Facileque eis subscribo, qui apud Arnobium lib. 6. legunt, *Quid si planum fieri testimoniis postulatis auctorum; Sammonicus, Granius, Valerius Antias, vobis, & Fabius, indicabunt, cujus Tolus fuerit filius,* &c. Vulgo *Valerianus*, pro *Valerius Antias*, legitur. *Voss.*

28 *Quarto & vicesimo*] Regius clare, *quarto vicesimo.* Jac. Gron.

29 *Scriptum*] Additur ex MS. *esse*, ut referatur, ad *dixit.*

30 *Riteque*] Vulgo, *recteque.*

31 *Perlitatæ*] Litare est Sacrificio facto numen placare. Græci dicunt καλλιερεῖν.

32 *Haruspices*] Qui exta hostiarum inspiciebant. Ab harviga nomen accepere, quæ erat proprie hostia, quâ aries mactabatur. Ἄρνιξα enim arietem appellarunt Græci, juxta Hesychium, unde & aries nomen accepit. Ab harviga vel haruga haruspices. Illi autem, ut meminit Vitruvius, immolatis pecoribus inspiciebant exta, qualia sunt jecur, pulmo, lien, cor, præcordia, renes, an integra essent, necne, vel nulla contaminata tabe. Hæc vana disciplina Hetruscos habet autores. Vide Peucerum de Divinat. & Camerarium.

33 *Plautus in Casina*] Actu III. Scena V. ubi ita versus leguntur,

--- Sed etiam ne habet & nunc Casina Gladium. PA. *habet sed duos.* ST. *quid duos?* PA. *altero te occisurum ait, altero villicum.*

34 *Laberius*] Decimus Laberius Eques Romanus, qui apud Julium Cæsarem in summo honore fuit. Vide Macrob. lib. 2. Saturn. & Suetonium. Horatius, *Et Laberi mimos & pulchra pœmata miror.*

Non putavi, inquit, *hoc eam facturum.* Non ergo isti omnes solœcismus quid esset [35] ignoraverunt. Sed & Gracchus, *dicturum*, & Quadrigarius, *futurum* [36] & *benefacturum*, & Plautus, *occisurum*, & Antias, *processurum*, & Laberius, *facturum*, indefinito modo dixerunt. Qui modus neque in numeros, neque in personas, [37] neque in genera, [38] neque in [39] tempora distrahitur, sed omnia isthæc una eademque declinatione complectitur. Sicuti M. Cicero dixit, *futurum*, non virili genere neque neutro (solœcismus enim plane foret,) sed verbo usus est ab omni necessitate generum absoluto. Idem autem ille amicus noster [40] in ejusdem M. Tullii Ciceronis oratione, quæ est [41] de imperio Cn. Pompeji, ita scriptum esse à Cicerone dicebat, atque ipse ita lectitabat: *Quum vestros portus, atque eos portus, quibus vitam ac spiritum ducitis, in prædonum fuisse* [42] *potestatem sciatis.* Neque solœcismum esse ajebat [43] *in potestatem fuisse*, ut vulgus semidoctum putat, sed ratione dictum certa & proba contendebat, qua & Græci ita uterentur: & [44] Plautus

ror. Citatur etiam à Charisio, Nonio. Mimi excusi sunt ab H. Stephano, cum veterum Latinorum fragmentis.

35 *Ignoraverunt*] MS. Reg. *ignorarunt*, ex quo etiam inox editum *plane foret*, quum editi invertant *foret plane*, nescio cur. Immo in eodem legebatur *& Antias processurum*, *& Plautus occisurum.* Jac. Gronovius.

36 *Et benefacturum*] Notat Carrio in altero Puteani τὸ *bene*, in altero hoc totum deesse. In nostris quoque non comparet τὸ *bene*: & merito: non enim *benefacturum* una composita voce, sed binis simplicibus *benefacturum* dixisse Quadrigarium accepit Gellius: itaque, ut cæterorum exemplorum singula tantum verba, ita hic quoque unum *facturum* repetit. *Gronovius.*

37 *Neque in tempora*] Dubium mihi non est, quin indocti alicujus calamo hæc clausula, *Neque in tempora*, in contextum Gellii irrepserit, sed hoc mirum, tot castigatores hujus scriptoris viros insignes ingentem adeo maculam non vidisse: apertissimum enim est vel pueris, infinitivum alium esse præsentis temporis, alium præteriti, alium futuri. *Mosell.*

38 *Neque in tempora distrahitur*] Hoc ab Aldo, cum Rot. & Venetiis omisissent tres voces priores, pro quarta dedissent *distribuitur*. Regius confirmat Aldinum. Rot. & Scheff. *neque in personas neque in tempora neque in genera distrahitur*, Verum tamen est modi hujus tempora distingui & ea, de quibus hic agitur, unam tantum habere τὸ μελλοντος significationem: quo argumento delenda esse τὰ *neque in tempora* colligit Phil. Rubenius Elect. 2, 17. Immo diu ante illum Petrus Mosellanus. *Gron.*

39 *Tempora*] Abest hæc vox in antiquiss. Edit. Ven. anni 1477. Et in Veneta anni 1509. Primus Aldus in sua Editione, ut arbitror, ita expressit. Supra quoque *tempora* omisit autor noster, cum dicit, *neque numeris, neque generibus præserviens.*

40 *In ejusdem M. Tullii Ciceronis oratione*] Reg. Rott. Lincolniensis, Schefferi consipirant in abolendo cognomine Tullii: neque amplius habent, quam, *in ejusdem M. Tullii oratione.* Gronovius.

41 *De Imperio Cn. Pompeji*] Intelligit Orationem pro lege Manilia, seu de Imperatore Pompejo deligendo, ad Populum.

42 *Potestatem*] Græci ἐν cum dandi casu, εἰς cum accusativo construunt. igitur græcismus.

43 *In potestatem*] Ita etiam JC. loquuntur. Sueton. in Augusto, *in volucrum potestatem fore.* Cicero pro Quint. *Ex eo tempore res esse in vadimonium cœpit.* P. Arbiter, *neque enim res quæ viderentur in controversiam esse.* Ter. in Eunucho *esse in tantum honorem.* Ita & Græci præpositione εἰς utentes, καθιζομενει εἰς τὸ ὠρεον, Thucyd. lib. 1 Matth. 2. v. 23. κατῳκισεν εἰς πόλιν, pro ἐν πόλει. Vide Vechneri Hellenolexiam cap. 10. & Carolum Stephanum de Latinæ linguæ cum Græca collatione.

44 *Plautus verborum Latinorum elegantissimus*] Merito rejiciunt Carrio & Stephanus illum, qui, quasi aliquid deesset, inseruit *conservator*: sed non debebat Stephanus & istis offendi atque conjicere *diligentissimus* aut *eligentissimus.* Nam τὰ *verborum Latinorum* accipienda sunt, ut Cicero Terentius-

tus verborum Latinorum [45] elegantissimus in Amphitryone dixit, *Numero mihi* [46] *in mentem fuit*. Non, ut dici solitum est, *in mente*. Sed enim præter Plautum, [47] cujus ille [48] in præsens exemplo usus est, multam nos quoque apud veteres scriptores loquutionum talium copiam offendimus; atque his vulgo annotamentis insperſimus. Ut rationem istam missam faciamus & autoritates: sonus tamen & positura ipsa verborum satis declarant, id potius ἐπιμελείᾳ τῶν λέξεων [a] modulamentisque orationis M. Tullii conveniſſe, ut, quoniam utrumvis dici Latine posset, *potestatem* dicere mallet, non *potestate*. Illud enim sic compositum jucundius ad aurem [49] completiusque, insuavius hoc [50] imperfectiusque est; si modo ita explorata aure homo sit, non surda nec [51] jacenti: sicuti est hercle, quod, *explicavit*, dicere maluit, quam *explicuit*, quod esse jam usitatius cœperat. Verba sunt hæc ipsius ex oratione, quam de imperio Cn. Pompeji habuit: *Testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis non terrore belli, sed consilii celeritate explicavit.* At si, *explicuit*, diceret, imperfecto & debili [52] numero verborum [53] sonus [54] clauderet.

CAP.

a *Vocabulorum delectui diligenti.*

---

que solent dicere *cæterarum rerum*, pro eo, quod est, quod ad cæteras res attinet, quemadmodum Hotomannus & alii observarunt. Lib. 7, 17. *Plautus homo linguæ atque elegantiæ in verbis Latinæ princeps.* Gronovius.

45 *Elegantissimus*] Non est necesse cum H. Stephano mutare in *diligentissimus*, vel *eligentissimus*. In Badiana editione *conservator elegantissimus*. Quod ex margine alicujus MS. libri irrepsisse in illam editionem perspicuum.

46 *In mentem fuit*] Vulgo, *non vero mihi in mentem fuit*. Sed ita, ut nunc editum, legitur in MS. Collegii trilinguis Lovaniensis, & in Codicibus Plautinis ita exprimitur, ut apud Agellium est rescribendum. Fruter. Veris. lib. 1. cap. 19.

47 *Cujus ille in præsenti exemplo usus est*] *In præsens* voluit Carrio, idque orationem minus præstat ambiguam. Quemadmodum etiam: *Ut rationem autem istam missam facias & auctoritates.* Denique, ἐπιμελείᾳ τῶν λέξεων *modulamentisque orationis.* Hæc omnia ille sic edi se voluisse scribit in Notis, & omnibus adstipulantur nostri: quæ jam toties ex Stephanica corrupta referunt. Quin & Stephanus in suis Noctibus confectat *& modulamentis*, quasi non diserte alterum in MSS. esse Carrio monuisset. Forte autem & melius sit *ἐμμελείᾳ τῶν λέξεων* Gronovius.

48 *In præsenti*] Emenda *in præsens* ex libro Busidiano. neque dubium est, quin Gellius cum de ea loquendi ratione disseret, statim etiam eadem sit usus. quod sæpius apud illum est observare, quanquam etiam ita sæpius veteres loquuti sunt, Sic Livius libro x. *Satis prospera in præsens oppugnatione.* Et alibi: *Id modo esse salutare etiam in præsens credebat, cedere inde quantum posset.* Et ipse Gellius x, 3, & XII. 12. *Carrio.*

49 *Conspectiusque insuavius hoc imperfectiusque est*] Sic Carrio ex editione vetusta, cum vulgares haberent *imperspectiusque*, in Put. autem libro esset *inspectiusque*. Regius & Rottend. *imperpetiusque.* Sed prima vox, de qua nihil Carrio, in utroque codice sic editur. *complectiusque:* quo videtur significari, quod exstat in Fulviano, *completiusque.* Gronovius.

50 *Imperfectiusque*] Ita antiquiss. Ven. male Bad. Edit. *imperspectiusque.* forte, *perplexiusque.*

51 *Jacenti*] Non arrecta vel alacri, sed stupida.

52 *Numero verborum sonus clauderetur*] Quasi de conjectura Lipsius 1 Elect. 7 *clauderet:* hoc opinor nobilius ratus: sed credibile est ex MS. habuisse, unde & Fruterius Carrioque, quibus Regius Rottendorfianusque faciunt secundas: haud dubie & alii, si libuisset excerptoribus annotare. *Claudeo* & *claudo* vetustis idem quod *claudico.* Vide Addenda ad Livii lib. 22. Ubi ad ea, quæ alii observarunt de hoc verbo, primi addidimus Plinii locum:

nunc

nunc addemus & Appuleji alterum, qui priores, quod sciam, effugit. De Deo Socratis: *sicubi tamen interfectis sapientiæ officiis, non consilio, sed præsagio indigebat, ut ubi dubitatione clauderet, ibi divinatione consisteret.* Sic Florentinus, ubi vulgo *claudicaret:* ut notavit optimus Elmenhorstius; hoc tantum, neque enim aut probavit; aut cum altero Appuleji loco comparavit. Novi apud eundem *interfectam virginitatem:* hic tamen malim, *defectis sapientiæ officiis.* Gronovius.

53 *Sonus*] In duabus antiquis Ven. Edit. *sonus, qui* Εὐφωνία, id est, *voculatio*, sed interpretatio Græcarum vocum non est à Gellio. Badius tamen Εὐφωνίαν retinet, quæ Quintiliano vocatur vocalitas. verum hoc vocabulum in textum irrepsit.

54 *Clauderet*] Ita legit Lips. lib. 1. Elect. cap. 7. quæ lectio reprobatur à Josepho Castalione Decad. 1. Obs. cap. 2. vide & Fruter. Veris. 1. cap. 19. Vulgo, *clauderetur*, rectius *clauderet*, ut in MS. Codice repperit Fruterius.

CAP. VIII.

Historia in libris Sotionis philosophi reperta super Laïde meretrice & Demosthene rhetore.

[1] SOTION ex Peripatetica disciplina haud sanè ignobilis vir fuit. Is librum multæ variæque historiæ refertum composuit, eumque inscripsit, Κέρας Ἀμαλθείας.[a] Ea vox hoc fermè valet, tamquam si dicas, *Cornucopiæ.* In eo libro super Demosthene rhetore & Laïde meretrice historia hæc scripta est: [2] Laïs, inquit, Corinthia ob elegantiam venustatemque formæ grandem pecuniam demerebat, conventusque ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant: neque admittebatur, nisi qui dabat, quod poposcerat. [3] Poscebat autem illa [4] nimium quantum. Hinc ait natum esse illud frequens apud Græcos adagium,

a *Cornu Amaltheæ.*

1 *Sotion*] Vulgo, *Phocion*, qui etiam Platonis fuit discipulus, & inde in Xenocratis disciplinam abiit. Cujus Orationes admodum laudat Plutarchus. Sed legendum *Sotion*, qui à Diogene Laërtio & Eunapio quoque citatur *de Successione Philosophorum.* Alius à Sotione præceptore Senecæ, qui fuit Pythagoricus. vide Sen. Ep. 29. & 188.

Sotion] Laërtius: Ἐχρῆτο καὶ Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ, καθὰ φησὶ Σωτίων ἐν δευτέρᾳ τῶν διαδοχῶν· πρὸς ἣν τοὺς μεμφομένους ἔφη, ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. Meminit ejusdem Cicero ad Papirium Pætum scribens lib. 9. Epist. ult. Meminit etiam Athenæus lib. 12. Dipnosophist. Exprobatur Gentilibus à Theodoreto lib. 2. de Activa vita. Numeratur inter cætera vitia à Tatiano. Cæterum de Laïdis amatoribus lege eundem Athenæum lib. 13. ubi etiam de morte & patria, item Pausaniam in Corinth. Paulo aliter hæc commemorat Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 2. *Demosthenes*, inquit, *excitatus ad Laïdis famam, cujus formam tunc Græcia mirabatur, accessit, ut & ipse famoso amore potiretur, qui, ubi dimidium talentum unius precium noctis audivit, discessit hoc dicto,* οὐκ ἀγοράζω τοσούτου μετανοῆσαι.

2 *Laïs Corinthia*] Revera fuit Sicula nativitate. Nicias enim Atheniensium Imperator in Siciliam missus, postquam Catinenses se sponte dediderant; Laïdem tunc parvulam cum aliis captivis in Peloponnesum devexit, ut scribit Plutarchus in Nicia. Corinthia itaque fuit habitatione, nativitate Sicula. De illa Propertius,

Non ita complebant Ephyræ Laïdos ædes,
Ad cujus jacuit Græcia tota fores.

3 *Poscebat illa nimium quantum*] Rectè sic Carrio ἀντὶ τῶν *nimiam quantitatem.* Et tamen tricatur Stephanus, malletque *mirum quantum*, ut magis responderet τῷ θαυμαστὸν ὅσον. Sed hoc est nodum in scirpo. *Nimium quantum* libri veteres, & sic Cicero, Quintilianus, Symmachus, Ammianus loquuntur. *Gronovius.*

4 *Nimium quantum*] Vulgo, *Nimiam quantitatem.* In Buslidiano Codice, *poscebat autem illa nimium quantum vix dari poterat.* Quæ posteriora verba,

gium, [5] ὃ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς[a]· quòd fruſtra iret Corinthum ad Laïdem, qui non quiret dare, quod poſceretur. Ad hanc ille Demoſthenes clanculum adit; &, ut ſibi ſui copiam faceret, petit: at Laïs [6] [7] μυρίας δραχμὰς [8] ἢ τάλαντον[b] popoſcit. Hoc facit numi noſtratis [9] denariûm decem millia. Tali petulantia mulieris atque pecuniæ magnitudine [10] [11] ictus expaviduſque Demoſthenes [12] avertitur; & diſ-

a *Non viri cujuſque eſt Corinthum navigare.*
b *Decem drachmarum millia, vel talentum.*

verba, quod priora non intelligerentur, ex gloſſemate ſunt. Simile quid accidit Ciceroni lib. 4. de Finibus, qui ita loquitur: *Quid Zeno? portenta hæc eſſe dicit, nec ea ratione ullo modo poſſe vivi, ſed differre inter honeſtum & turpe nimium quantum, neſcio quid immenſum*, ubi procul dubio, verba poſteriora, *neſcio quid immenſum*, ab imperito primum librario margini adſcripta ad explicandum novum & inſolens loquendi genus, *nimium quantum*. Idem in oratore ad Marcum Brutum: *huic generi orationis aſpergentur etiam ſales, qui in dicendo mirum quantum valent.* Nam & ibi *nimium quantum* veteres libros repræſentare Lambinus teſtatur, & vero in optimo Gymnaſii Lovanienſis Codice reperiri Carrio monuit, quanquam prior illa loquendi ratio non eſt ignota Græciæ. Græci enim dicunt, θαυμαστὸν ὅσον. Carrio Antiq. Lect. lib. 2. c. 12. & 13. Fruſtra autem *nimiam quantitatem* defendit ex medii ævi ſcriptoribus, quibus quantitas copiam denotat, Barthius. lib. 1. Adv. c. 14.

5 Οὐ παντὸς ἀνδρὸς] *Non cuivis homini contingit adire Corinthum.* quod Proverbium, contra atque Gellius voluit, inde natum, quod teſte Suida difficilis eſſet in portum Corinthium appulſus. Atque ideo Eraſmus præfert dici de rebus arduis periculoſiſque, & quas non ſit cujusvis hominis ſperare aut affectare. Vide tamen Strabonem alioſque autores de avaritia, & mollitie Corinthiarum mulierum. *Bad.* Sed MS. Reg. *apud Græcos adagium proverbium.*

6 Μυρίας δραχμὰς] Drachma eſt idem Græcis quod denarius Romanis, hoc eſt, ſeſtertii quatuor. Quod ad pondus, ſeptem drachmæ incurrunt unciam; unde conſequitur, cum libra ſit XII. unciarum, LXXXIV. drachmas fore in libra. Hinc Scribonius Largus Epiſtola ad Calliſtum: *Erit autem nota denarii unius pro Græcâ drachmâ. Æque enim in librâ octoginta quatuor apud nos, quot drachmæ apud Græcos incurrunt.* Dicitur *drachma* à δράττεσθαι, id eſt, *continere*, quia comprehendit tantum κερμάτου ſive κερματίου (ſic Græci vocabant exiguos numinulos æreos, quos cum Seneca minutias æris dicere poſſumus) quantum manu quis in punctum contracta capere ac continere poſſit. Cum antiquam ὀβολὸν, tum hanc *drachmæ* originationem diſcimus, partim ex veteribus Grammaticis, partim illo Plutarchi loco in Lyſandro: Κινδυνέυει δὲ καὶ τὸ πάμπαν ἀρχαῖον ἅτως ἔχειν, ὀβελίσκοις χρωμένων νομίσμασι σιδηροῖς, ἐνίων δὲ χαλκοῖς, ἀφ' ὧν παραμένει πλῆθος ἔτι καὶ νῦν τῶν κερμάτων ὀβολὸς καλεῖσθαι· δραχμὴν δὲ τὰς ἓξ ὀβολὸς· τοσοῦτος ἦν ἡ χεὶρ περιεδράττετο. *Videtur autem omnino vetus moneta ſic ſe habere, quia obeliſcis utebantur, ferreis nummis; quidam etiam æreis. Unde permanet, ut hodieque multitudo minutiarum æris oboli vocentur: drachma autem ſex oboli, quia tantum manus περιεδράττετο ſeu complectebatur.* Mihi dubium non eſt, quin ſit ab Hebræo דרכמן quod idem ſignificat. Invenias Ezr. II. 65. & Nehem. 7. 78. vid. *Voſſ. in Etym.*

7 Μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον] Hinc myriadem drachmarum ſeu talentum, ut ait nummi Romani, denarium dena millia facere nimis ſupine collegit Chokierius. Aliquid ſuboluit Carrioni, qui neſcire ſeſe ait, τὰ ἢ ταλαντον ſintne ipſius Gellii, an recentioris alicujus interpretis. Sane talentum Æginæum decem millium drachmarum Atticarum eſt. Sed quoties talentum ſine alia deſcriptione nominant, fere ſex millium & ipſum Atticum intelligunt. Et video in Vaticano Regioque; qui omnia Græca diligenter & egregie exhibent, tantummodo legi: *At Laïs μυρίας δραχμὰς popoſcit.* Nec ſecus in Schefferi codice, cui pleraque Græcorum rubrica notavit. *Gronovius.*

8 Ἢ τάλαντον] Abeſt hoc vocabulum ab antiquiſſima Veneta Editione. Et forſan gloſſema eſt.

Ἢ τάλαντον] Atque talentum Atticum continebat drachmas ἑξακισχιλίας, juxta Pollucem. Sed idem aliud fuiſſe Babylonium, aliud Syrium, aliud Æginæum oſtendit. Æginæum continebat decem mille drachmas, atque, ut arbitror, etiam Corinthiacum.

9 *Denarium*] Confundit itaque denarium cum drachma. quanquam nonnulli drachmam & denarium ſeſquiſeptima differre voluerunt. Videndus Hotomannus de Re nummaria, alique.

10 *Expavid ſque*] Colvius in Apuleium *expavitus* legit. *Pavire* antiquis verberare, ferire, tundere,

& discedens, Ego, inquit, pœnitere tanti non emo. Sed Græca ipsa, quæ fertur dixisse, lepidiora sunt, οὐκ ὠνοῦμαι, inquit, μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν[a].

a *Non emo millibus x drachmarum pœnitentiam.*

dere, *depavire* apud Lucilium. Hinc putat expavitum dici consternatum, attonitum. Sed mihi durius hoc & quæsitum videtur.

11 *Ictus expaviduſque Demoſthenes avertit*] Colvius ad septimum Appuleji *expavitusque*, à verbo *pavire*: unde *terram pavire* pro ferire apud Ciceronem, & *Depavire* Lucilio Festoque verberare. Accipio *expavitus* sed τῇ παραληγούσῃ in pronuntiando correpta, ut sit idem quod pavefactus, ab *expavesco, expavi*: unde & *pavito pavitansque*. Et *expavitus, expavefactus*, ut *expergitus, expergefactus*. Omnes autem scripti *avertitur*: unde certatim Fruterius, Gifanius, Carrio, *avertit*. Lib. 4, 18. *Id quum dixisset, avertit & ire in Capitolium cœpit.* Gron.

12 *Avertit*] Vulgo, *avertit iter*. Sed ita bis idem inculcabitur. Quid enim aliud est *avertere iter*, quam *discedere*. Sed *averti*, ut in MS. codice habetur, vel *avertere* longe aliud vult. Idque plerunque expavidis & attonitis accidit, præsertim vero risu excipientibus dictum alicujus ridiculum, ut sese avertant, & secum mirentur, & rideant soli. *Fruter. verisim. lib.* 1. *c.* 19.

CAP. IX.

Qui modus fuerit, quis ordo disciplinæ Pythagoricæ; quantumque temporis imperatum observatumque sit dicendi simul ac tacendi.

ORDO atque ratio [1]Pythagoræ, ac deinceps familiæ successionis ejus, recipiendi instituendique discipulos hujuscemodi fuisse traditur. Jam à principio adolescentes, qui sese ad discendum obtulerant,

1 *Pythagoræ*] Pherecydæ hic discipulus. Diogenes Laërtius tradit, Pythagoram ἀκμάσαι κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Ab eodem traditur Pherecydem Syrium γεγονέναι κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα. unius tantum lustri Olympiaci differentia est. Non video, quî verisimile sit quod dicitur Pherecydem istum præcepisse Pythagoræ, cum eodem ambo tempore floruerint, nec longe alter ab altero decesserit. Forsan dicendum duos fuisse Pherecydas, ut Salmasius censet in Solinum. Hic in Magna Græcia docuit, cum Sami, ubi natus Pythagoras, tyrannidem occupasset Polycrates. atque hinc sectæ Italicæ autor. Philosophiam symbolicam & perplexam docuit, quam ab Ægyptiis hausit, ut Jamblichus lib. 1. de vita ejus c. 5. testatur. Numeris, id est, harmonia consistere hoc universum docuit & cum Aristarcho Samio terram moveri. Etiam Metempsychosis Ægyptiorum commentum fuit, teste Herodoto in Euterpe. Arabas, Hebræos & Chaldæos quoque accessisse Porphyrius testatur, multaque Judæorum dogmata amplexum Clemens Alexandrinus lib. 1. affirmat. Et quod Judæi sanguine abstinerent, hinc forsan omnibus animantibus abstinuit. Libros quosdam citat Laërtius, quamvis nonnulli existiment nihil scripsisse. Utique aurea Pythagoræ carmina, Lysidis Pythagoræ discipuli vel alterius Pythagorici sunt. Etiam chymiæ peritum fuisse, qua metalla mutantur, nonnulli voluerunt, atque hos fuisse ἱερεῖς λόγους fabulantur. Namque & Chymiam ἱερὰν τέχνην illius patroni Græculi appellant, ut ex veteri Lexico Græco apparet. Inedia ac mœrore vitam finiit, cum enim Pythagoras in Delo Pherecydem sepelivisset, Cyloniana factione omnes discipuli ejus combusti sunt, ut testatur Jamblichus de vita Pythagoræ.

Pythagoræ] *Pythagoram* discendi cupiditate ultimas terras peragrasse, Ægyptum lustrasse, & Persarum Magos adisse referunt Isocrates in Laudat. Busiridis, Cicero de finibus lib. 5. Tusculan. Quæst. 4. Lucianus in Dialogo inscripto βίων πράσεις. Plinius lib. 25. cap. 2. & libr. 30. cap. 9. Strabo lib. 14. Theodoretus de Curat. Græcarum affect. sermon. 2. Jamblichus, Porphyrius, & Laërtius in ejus vita. Clemens præterea Alexandrinus Strom. libr. 1. nominat etiam sacerdotem, sub quo profecerat Pythagoras. ἱστορεῖται δὲ Πυθαγόραν μὲν Σώγχει τῷ Αἰγυπτίῳ ἀρχιπρεσβύτῃ μαθητεῦσαι. Πλάτωνα δὲ Σεγχνσίδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ. Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος Κνεφίδι τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ. Difficilem tamen accessum apud sacerdotes Ægyptios habuisse testatur

rant, [2] ἐφυσιογνωμόνει [a]. Id verbum significat, mores naturasque hominum conjectatione quadam de oris & vultus ingenio deque totius corporis [3] filo atque habitu sciscitari. Tum, qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim [4] jubebat, & tempus certum tacere; [5] non omnes idem, sed alios aliud tempus pro æstimato captu sollertiæ. Is autem qui tacebat, quæ dicebantur ab aliis, audiebat; neque percunctari, si parum intellexerat, neque [6] commentari, quæ audierat, fas erat. Sed non minus quisquam tacuit, quàm biennium. Hi prorsus appellabantur intra tempus tacendi audiendique ἀκουστικοί [b]. ast ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque, atque esse jam cœperant silentio eruditi, cui erat nomen [7] ἐχεμυθία [c]; tum verba facere & quærere, quæque audissent scribere, & quæ ipsi opinarentur expromere potestas erat. Hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοὶ [d]; ab his, scilicet, artibus, quas jam dis-

a *Naturam ex indiciis scrutabatur.*
b *Auscultabundi.*
c *Continentia sermonis.*
d *Doctrinales, discendo pares.*

---

ex Antiphonte Porphyrius, qui sua per invidiam aliis occultabant.

2 Εφυσιογνωμόνει] Φυσιογνωμονία in pretio fuit apud veteres. Cicero de Fato: *Socratem nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus* φυσιογνώμων, *qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? stupidum esse Socratem dixit & bardum, quod jugula concava non haberet, obstructas eas partes & obturatas esse dicebat, addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse.* Videndus quoque idem lib. Tusc. 4. & Alexander Aphrodisiensis. φυσιογνώμονες ex aspectu totius corporis, μετωπόσκοποι ex sola facie vel potius fronte judicabant. Scripsit φυσιογνωμονικὰ Arist. & Adamantius duos libros, in quibus Polemonem, qui de eadem materia scripsit, presse secutus est. Ægyptiis quoque hæc scientia in usu. Hinc Adamantius, Αἰγυπτίοις μὲν γὰρ τοῖς πᾶσιν ἔπεστι κοινὰ σημεῖα ἐξ ὧν τὸ γένος ἅπαν φυσιογνωμονεῖται. Theophrastum quoque hujus artis peritum fuisse ex Characteribus Ethicis apparet.

3 *Filo*] Lineamento. Ita loquitur autor lib. 14. cap. 4. Plautus: *scitum filum mulieris.*

4 *Jubebat. quin & certum tempus statuebat, ut tacerent, non in omnes idem*] Quam ineptissimam omnium vulgatorum & plurimarum membranarum scripturam vocat Carrio, retinent mei: & est in ea forsan aliquid vitii: sed lacunam tantam esse, & sic solidandam è Bussidiano, parum consuadet. *Tum* habent nostri pro *Eum.* præterea *omnes idem* sine media præpositione & *alius aliud* pro *aliud aliis*, unde faciendum *alios aliud.* Sic enim scripsit Gellius: *Tum qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim jubebat & certum tempus tacere, non omnes idem, sed alios aliud pro æstimato captu solertiæ.* Melius *Tum* quam *Eum.* nam oratio hæc, *qui exploratus ab eo idoneusque fuerat*, habet figuram, per quam ex uno plures intelligi ait Fabius, & perinde se habet, ac si dixisset, *qui explorati.* Sic iisdem verbis respondent, *non omnes idem, sed alios aliud*, ad intellectum magis quam ad voces relata. *Existimato* Carrionis in eodem errato est, quo supra *existimationes officiorum.* Vellet etiam Stephanus *idoneusque inventus* vel *compertus fuerat.* Videtur id satis intelligi. Alioqui possemus scribere: *qui exploratus habitusque idoneus fuerat.* Gronovius.

5 *Non omnes idem*] Quinquennale ut plurimum erat silentium, sed aliquando pro auditorum ratione minori spatio circumscribebatur, ut præter Gellium etiam Apuleius in Floridis testatur. vide *Voss. de Philos. antiq.*

6 *Commentari*] Scribendo meditari, sicut ipse autor postmodum exponit; namque licebat post ἐχεμυθίαν, *verba facere, & quærere, quæque audissent scribere, & quæ ipsi opinarentur, expromere.*

7 Εχεμυθία] Εχεμυθος, quasi ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν μύθον σιωπῇ. vid. Hesychium & Suidam. Hoc silentium tempore definitum erat, cæterum in genere ante omnia docuit Pythagoras tacere. Apuleius in Floridis: *tot ille doctoribus eruditus tot tamque multi jugis fontibus disciplinarum toto orbe haustis, vir præsertim ingenio ingenti, ac profecto supra captum hominis animi augustior, nihil prius discipulos suos docuit,*

diſcere atque meditari inceptaverant; quoniam Geometriam & [8] Gnomonicam, Muſicam, ceteraſque item diſciplinas altiores μαθήματα [a] veteres Græci appellabant: vulgus autem, quos [9] gentilicio vocabulo Chaldæos dicere oportet, [10] mathematicos dicit. Exinde his ſcientiæ ſtudiis ornati ad perſpicienda mundi opera & principia naturæ procedebant: ac tunc denique nominabantur φυσικοὶ [b]. Hæc eadem ſuper Pythagora noſter [11] Taurus quum dixiſſet; Nunc autem, inquit, iſti qui repentè [12] pedibus illotis ad philoſophos devertunt, non eſt hoc ſatis, quod ſunt omnino ἀθεώρητοι, ἄμυσοι, ἀγεωμέτρητοι [c]; ſed legem etiam dant, qua philoſophari diſcant. Alius ait; hoc me primùm doce. Item alius; hoc volo, inquit, diſcere, iſtud nolo. Hic à [13] ſympoſio Platonis incipere geſtit [14] [15] [16] propter Alcibiadis comiſſationem; ille à [17] Phæ-

a *Doctrinas.*
b *Naturæ ſtudioſi.*
c *A contemplatione, à Muſis, à geometria penitus alieni.*

---

docuit, quam tacere; primaque apud eum meditatio ſapienti futuro, linguam omnem coërcere; verbaque, quæ volantia Poëtæ appellant, ea detractis pinnis intra murum candentium dentium premere. vide & Iſocratem in Buſiride. Cum extraneis quoque de iis, quæ didiciſſent, loqui illicitum. Cic. lib. 1. de Natur. Deor. *Nec tum celas, ut Pythagoras ſolebat, alienos.* Hinc apud Ægyptios, à quibus hæc accepit Pythagoras, Harpocrates ſilentii deus. Et apud Romanos Angerona ore obſignato pingebatur, quæ inter tutelares Romæ Deas cenſebatur. Vide Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 9. Gloſſæ, *Angerona*, ἡ θεὸς τῆς βουλῆς, καὶ καιρῶν. Numam Pompilium ſilentii Deam quoque coluiſſe Plutarchus in ejus vita teſtatur.

8 *Gnomonicam*] Nihil aliud eſt, quam grumatica ſive gromatica. Recte enim explicat Gloſſarium; γνώμων *gruma*, & *gruma* βασιλικὴ γνώμη. Item *grumat* μετρεῖ, ἐξιστοῖ. Exſtant veterum de arte gromatica ſcriptorum libri, quali nos Langobardicis literis exarato Duaci a quodam I. Arcerio uſi ſumus. *Carrio.*

Gnomonicam] Gnomonici ex umbrarum momentis, indicio gnomonis non ſolum horas, verum etiam climatum diverſitates & poli elationes deprehenderunt. Ars hæc γνωμονικὴ appellabatur. In Geometricis quoque gnomon dicitur, quo ablato aut addito figura quadrata non mutatur, ut Euclides oſtendit l. 2. Elem. Etiam in Architectonica teſte Vitruvio, & Hygeno de Limit. conſtituendis. Sed Gnomon proprie indicat ſtilum, qui in medio amuſio collocatur ad umbras indagandas, qui Græcis σκιαθήρας appellatur. De horologiis ſciotericis & quando inventa, vide Salm. ad Solin. p. 632. & ſeqq.

Gnomonicam] Quam invenit Anaximander, vel juxta alios Anaximenes Mileſius.

9 *Gentilicio*] Chaldæi enim & Babylonii vanis illis prædictionibus addicti. Etiam inter Arabes, quorum præcipuus Aly.

10 *Mathematicos*] Qui ex natalibus futura prædicebant. Ab illis ut *maleficis &* impoſtoribus abhorruit antiquitas. Vide tit. Cod. de Malef. & Mathemat. Cæterum in Græcia ante omnes ſcientias in matheſi Arithmeticam potiſſimum & Geometriam pueri addiſcere ſoliti. & Pythagoras inprimis ſuos exercebat in Arithmeticis, Geometricis, & Muſicis. Adeo quidem ut omnia numeris, figuris, & harmonia conſiſtere affirmaret. vide Athenæum lib. 17. Deipnoſ. & Platonem in Timæo, & Proclum ejus interpretem egregium.

11 *Taurus*] Philoſophus Platonicus, qui ſub Antonino Pio vixit, & de differentiis dogmatum Platonis & Ariſtotelis ſcripſit, teſte Suida. In Platonis Gorgiam quoque commentaria ſcripſiſſe teſtatur autor noſter lib. 6. cap. 14.

12 *Pedibus illotis*] Tractum proverbium à ſacrorum cæremoniis, ad quas accedere illotos non decebat.

13 *Sympoſio Platonis*] Sive περὶ Ἔρωτος, ſive *Amore.* Eſt autem allegorica diſputatio.

14 *Alcibiadis*] Qui in eodem dialogo loquens introducitur, quemque cum luxu diffluerет, ad bonam frugem deduxit Socrates. De quo, poſtmodum imperatore maximo, vide Plutarchum in Alcibiade.

15 *Propter Alcibiadis*] Corriges *propter Alcibiadæ comiſſ.* quod in veteribus eſt editionibus & membranis. Gellius veteres ſecutus libentius hæc per

[17] Phædro propter [18] Lysiæ orationem. Est etiam, inquit, pro Jupiter! qui Platonem legere postulet, non vitæ ornandæ, sed [19] linguæ orationisque comendæ gratia, nec ut modestior fiat, sed ut lepidior. Hæc Taurus dicere solitus novitios philosophorum sectatores cum veteribus Pythagoricis pensitans. Sed id quoque non prætereundum est, [20] quòd omnes simul, qui à Pythagora in [21] cohortem illam [22] disciplinarum recepti erant, quod quisque [23] familiæ pecuniæque habebat, in medium dabant; & [24] coibatur societas inseparabilis, tamquam illud fuerit antiquum consortium, [25 26] quod re atque verbo appellabatur [27] hercto non cito.

CAP.

per primam, quam per tertiam enunciat. cujus exempla inferius habebimus frequentia. Itaque etiam *Demosthenen*, *Æschinen* apud eum in antiquissimis membranis semper invenias: *Demosthenem*, *Æschinem* vix unquam. *Carrio.*

16 *Propter Alcibiadis comissationem*] Quod Carrio ex vett. & editis & membranis omnibus notat *Alcibiadæ*, Reg. Rott. Schefferi confirmant. Sic *Parmenidæ* apud Appulejum de dogmate Platonis. *Gronovius.*

17 *Phædro*] Sive περὶ καλοῦ, *de Pulchro.* Quod itidem mysticum est colloquium.

18 *Lysiæ orationem*] Quam Phædrus Socrati in eodem dialogo prælegit.

19 *Linguæ comendæ*] Id est, ornandæ. Ejus dictio ita elegans & diserta, ut veteres dixerint Jovem Platonis lingua usurum, si Græce loqui vellet. Hinc Platonem θεῖον appellarunt. Dictio tamen ejus poëtica, & metaphoris audax, ut Aristoteles, & Dionysius Halicarnassæus censent. vide & Ciceronem in Bruto.

20 *Quod omnes simul, qui a Pyth.*] Nescio quî legentibus non fuerit offensioni illud *simul*, quod nulli bono est, & si quam vim habet, ea necessario atque etiam facile intelligi potest. Ex codice Regio notavit Salmasius, Lambecius, ego, frater *atqui*, certissimo indicio Gellium scripsisse *quod omnes, simulatque a Pyth.* Jac. Gronov.

21 *Cohortem*] Rusticum hoc vocabulum, quo denotatur quod in villa clausum septumque. Hinc militare *cohortis* vocabulum originem sumpsit. χόρτον Græci appellarunt, atque hinc Latini hortum, quod sepimento cingeretur. Pro quacunque hominum congregatione apud probatos etiam autores invenitur. Itaque pro *disciplinarum*, hic legendum, *discipulorum.*

22 *Disciplinarum*] Potius legendum *discipulorum.* Ita lib. 2. cap. 17. *Phædon Elidensis ex Socratica cohorte fuit.*

23 *Familiæ*] Festus: *familia antea in ingenuis hominibus dicebatur, quorum dux & princeps generis vocabatur Pater & Mater familiæ, postea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt.* Familia tamen proprie à famulitio nomen accepit. Senec. l. 6. Ep. 67. *ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint; dominum Patrem familias, servos familiares appellarunt.* Cæterum postmodum & liberi & uxor, & omnes qui sub unius potestate in eadem domo, familiæ nomine comprehendi cœperunt. Tandem translatum est ad totam cognationem sanguinis, imo etiam res hæreditarias.

24 *Coibatur*] Id est, contrahebatur.

25 *Quod re*] Antiquæ editiones, *quod in re atque verbo Romano appellatur* κοινόβιον, id est, contubernium. κοινόβιον ex margine glossatoris irrepsit, & monachale vocabulum. Vir celeberrimus G. Hornius putabat legendum *convivium.* quod vocabulum etiam vitæ conjunctionem continebat, ut loquitur Cicero de Senectute. Atque ita hoc Pythagoreorum convivium ex collatis familiis & pecuniis alebatur. utique κοινόβιον delendo, ad *consortium* trahi ultima verba possunt, si pro *in*, *ita* legas.

26 *Quod re atque verbo Romano appellabatur* κοινόβιον] Sic Carrio, cum inveniret, *quod in re atque verbo.* Fatetur autem de hoc loco, quid statui debeat, non sese habere quod dicat, quum neque verbum Romanum sit κοινόβιον, neque juri Romano locus hic ullus. Catanæus delebat τὸ *Romano*, ut refert Flavius Conject. cap. 81. qui tamen excusat vulgatum, ut *cœnobium* sit vox Latina, qualis *rhetor*, *helleborum*, *sycophanta*, *philosophus*, & similia, quæ Latinus usus mollivit, ut jam peregrina non videantur. Rottendorf. *quod jure atque verborum ano appellabatur ertonocito.* Vides quam prope accedat ad id, quod ex Regio codice divine prorsus eruit Salmasius: *quod jure atque verbo Romano appellabatur Hercto non cito.* Servius ad lib. 8. Æneidos ver. 642. *Donatus hoc loco contra metrum sentit dicens, Citæ, divisa, ut est in jure, Ercto non cito,*

cito, id est, patrimonio vel hæreditate non divisa. Gronovius.

27 Κοινόβιον] In libro MS. *Herćto non cito.* Eam quam posuimus scripturam liber vetus expressam plane repræsentat, hoc tantum differens quod legit, *Erto non cito.* Societas illa *Herćto non cito* inter cohæredes proprie fuit, qui à communione discedere nolebant. Et sane *consortes* dicebantur quamdiu hæreditas divisa non erat. Glossæ: *consortes*, κοινόβιοι, σύγκληροι. Inde & *consortium* hæc societas & communio cohæredum. Contra *dissortes* postquam diviserant. Glossæ; *dissortes*, διακληρωθέντες. Ex eo *dissortiones* apud Paulum Festi Epitomatorem, *divisiones patrimoniorum inter consortes.* At *exsortes* ἄκληροι quasi exhæredes. Hinc *exsortium* Apuleio de Deo Socratis, ἡ ἀκληρία. *incerta vacatione seu quodam exortio punitur.* Ita sane ibi legendum ex veteri codice, non uno, qui habent, *exordio.* In illa igitur antiqua juris formula ac verbo, *Herćto non cito*, quum *citum* significet divisum, *Herćtum*, hæreditatem, patrimonium, & bona significare utique debet. Inde *Forćtum* & *Fortum*, quod insequenti ætate *Ferćtum* & *Herćtum* appellatum pro bonis & hæreditate, ut illa formula *Herćto non cito*, de cohæredibus qui Hertum inter se non ciebant, hoc est, hæreditatem & bona defuncti non dividebant. *Herćti citi*, aut *non citi* nulla hodie mentio in Jurisconsultorum libris, quos nobis solos esse voluit notos Tribonianus, in cujus Digestis titulus est *Familiæ Erciscundæ.* Sed Servius scribit ad Virgilii versum *Citæ Metium in diversa quadrigæ*, *Donatus hoc loco contra metrum sentit, dicens citæ divisæ, ut est in jure Herćto non cito, id est patrimonio vel hæreditate non divisa. nam Citus, cum divisus significat, Ci longa est.* Salmasius ad Solinum pag. 1262.

CAP. X.

Quibus verbis compellaverit Favorinus philosophus adolescentem cascè nimis & vetuste loquentem.

FAVORINUS philosophus adolescenti veterum verborum cupidissimo, & pleraſque voces nimis priscas & ignotissimas in quotidianis communibusque sermonibus expromenti, [1] Curius, inquit, & [2] Fabricius, & [3] Coruncanius [4] antiquissimi viri nostri, & [5] his antiquiores

1 *Curius*] M'. Curius Imperator, qui nec acie vinci, nec pecunia corrumpi potuit, & cum Fabricio Pyrrhum regem Epirotarum exegit Italia, Samnitesque sæpius devicit. De cujus frugalitate vide Plutarchum & Valer. Max. lib. 4. cap. 3. Floruit circa An. V. CDLXIII.

2 *Fabricius*] C. Fabricius Luscinus, quem Cicero confert cum Aristide Athenienſi. vide Ciceronem lib. 1. & 3. offic. Gellium nostrum l. 3. c. 8.

3 *Coruncanus*] Scribe *Coruncanius* ex optimis libris, inscriptionibus, Pandectis Pisanis in l. 2 de origine juris. Sic & apud Senecam reponendum est, a quo Gellius hæc quodammodo sumsisse videri potest, nisi quod a proposito exemplari nonnihil deflexerit. *Consuetudo*, inquit, *civitatis*, regulam orationis, *quæ nunquam in eodem stetit, versat. multi ex alieno sæculo petunt verba. Duodecim tabulas loquuntur. Gracchus illis & Crassus & Curio nimis culti & recentes sunt. ad Appium usque & Coruncanium redeunt.* Hæc Seneca epistola CXV. Rectè sane Appium conjungit cum Coruncanio. Fuit enim Appius Decemvir in XII tabulis conscribendis, nec longe ab eo Coruncanius orator, teste Cicerone in Bruto, & pontifex, ut ait idem libro tertio de oratore, ideoque supra dixit, *duodecim tabulas loquuntur.* Peccant, qui in Seneca emendant *Curius* pro *Curio.* ille a severitate famam habet, ab eloquentia non item. at in hujus domo tres serie continua fuerunt oratores, quod in admirandis habitum Plinius, Solinus, alii prodiderunt. Aptius hæc omnino Seneca quam Gellius, quem tamen iste vult videri insubidum. *Carrio.*

4 *Antiquissimi viri nostri*] Carrio jubet deleri τὸ *viri* de membranarum sententia: & sic Schefferi codex. In Fulviano, Reg. Rottend. deest τὸ *nostri.* Sed hoc eodem pertinet, nam τὸ *viri* ἐκ τοῦ *nostri* contracto est. Sic infra cap. 22. *sic nostros quoque veteres superesse alias dixisse.* 2, 3. *inferebant eam veteres nostri plerisque vocibus.* Et 21. *nostri quoque veteres à bubus junctis septentriones appellarunt.* Lib. 19, 9. *discite nostros quoque antiquiores amasios ac Venerios fuisse.* Gronovius.

5 *His antiquiores*] Fuit enim pugna illa trigeminorum anno V. C. XXCVII. at Decemviri creati sunt

res Horatii illi trigemini, planè ac dilucidè cum ſuis fabulati ſunt: neque [6] Auruncorum, aut [7] Sicanorum, aut [8] Pelaſgorum, qui [9] [10] primi incoluiſſe Italiam dicuntur, ſed ætatis ſuæ verbis locuti ſunt. Tu autem, [11] proinde quaſi cum [12] matre Evandri nunc loquare, ſermone abhinc multis annis jam deſito uteris, quod ſcire atque intelligere neminem vis, quæ dicas. [13] Nonne, homo inepte, ut quod vis abundè conſe-

anno demum P. R. C. ccc. Itaque ad illos Horatios referendum eſt, ne hiſtoria confundatur. Nam & ſtatim ante Decemviros creatos unus Horatius Tergeminus conſul fuit, & in ipſis Decemviris eſt Tergeminus. *Carrio.*

6 *Auruncorum*] Qui inter Campanos & Volſcos, juxta mare ſiti. Idem Joannes Tzetza affirmat. Horum Auruncorum etiam meminit lib. 6. Halicarnaſſeus, & Virgilius Æneid. lib. 7. *Auruncos ita ferre ſenes*, quos Græcis *Auſones* vocari addit in eum Servius. Auſonum tamen generalius vocabulum fuiſſe oſtendit Cluverius in deſcriptione Italiæ lib. 3. cap. 8.

7 *Sicanorum*] Italiæ populi in prima regione, apud Plinium. Docet hoc Virg. 10. Æneid. Alias alio nomine *Siculi*, qui fugati à Liguribus, in Siciliam trajecere, ut tradit Halicarnaſſ. primo. Sed autorem ipſum audiamus, qui ita loquitur: Τὰ ἡγεμόνα γῆς, &c. Hoc eſt: *Urbem, terræ mariſque totius principem, quam nunc Romani habitant, primi in omni memoriâ tenuiſſe feruntur barbari Siculi, gens indigena. Superiore autem tempore alioſne colonos habuerit, an inculta fuerit, nemo poteſt certò dicere. Poſteà verò, pulſis longo bello priſcis cultoribus, Aborigines eam occuparunt. qui primum in montibus paſſim ſine mœnibus vicatim habitaverunt. Sed poſtquam Pelaſgi & cæterorum Græcorum nonnulli, ipſis admiſti, opem in debellandis finitimis attulerunt; exacta inde Siculorum gente, oppida crebra communiverunt; ſubegeruntque ſibi totum id terrarum ſpatium, quod amnes duo Liris atque Tiberis terminant. Eas ſedes deinde perpetuo tenuit idem genus hominum, mutatis tantum appellationibus; vetus Aboriginum nomen ſervantes ad Trojani uſque belli tempora; quando à Latino rege denominati ſunt Latini.* Ergo primi mortalium, quorum memoria exſtet, hanc regionem incoluere *Siculi*. Hinc Varro etiam de Linguâ Latinâ lib. 4. *Lepus*, inquit, *quod è Siculis Græci quidam dicunt λίπορν. à Româ quòd orti Siculi, ut annales noſtri veteres dicant, fortaſſe hinc illud tulerunt; & heic reliquerunt hoc nomen.* Plinius lib. 3. cap. 5. de Latio agens, *Tam tenues*, inquit, *primordio imperii fuere radices. colonis ſæpe mutatis, tenuêre alii aliis temporibus, Aborigines, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli.* Quum ab Aborigimibus aliiſque populis Italiâ pulſi Siculi *Sicaniam* inſulam occupaſſent; quæ tum de eorum nomine dici cœpit *Sicilia;* nonnulli antiquorum ſcriptorum eos à ſede ſua adpellaverunt *Sicanos*; quamquàm priſcorum *Sicanorum* gente in occidentali inſulæ parte etiamnum relictâ. Id Virgilius poſteà etiam in Italia hic uſurpavit; & Virgilium, ut mea fert opinio, imitati deinde alii. *Vide Cluv. Ital.*

Sicanorumque] Rectius dixiſſet *Siculorumque*. Siculi enim non Sicani olim Italiam incoluere, iique à Pelaſgis expulſi in Trinacriam inſulam quam tunc Sicani tenebant, trajecere, ut tradit Dionyſius Halic. in lib. 1. Hellanicus in lib. 2. de ſacerdotibus Junonis Argivæ, & Menippus ac Thucydides initio lib. 6. Conſtantinus in lib. 1. περὶ θεμάτων.

8 *Pelaſgorum*] Gens antiqua, per univerſam Græciam quondam diffuſa. de qua vide Herodotum 1. Apud eundem l. 3. lego eos in Aſia circa Æolidem commoratos. Et Idam montem, teſte Herodoto 7. ubi *Pelaſgidem* eorum regionem nominat. Latium aliquando habitaſſe, teſtes ſunt Halicarnaſſeus 1. Plinius 3. cap. 5. vide *Ortelii Onom. Geogr.*

9 *Incoluiſſe Italiam*] Emenda *coluiſſe Italiam*. Sic enim vetuſtiſſimæ editiones & membranæ. In Macrobio eſt *coluiſſe in Italia. Colere urbem, agrum, domum*, pro *inhabitare* veteribus uſitatum eſt: uti & *incolere*. at *colere in loco* an Latinum ſit neſcio: & mihi quidem ἀμφάτυρον eſt. *Carrio.* Quid ergo illud Livii XXXVIII, 19. *Qua Cilices maritimi colunt.* Aut unde alii dixerunt *qui trans Rhenum incolunt*, ut Julius ipſe ac Suetonius? *Jac. Gronov.*

10 *Primi incoluiſſe Italiam*] Reg. Rot. Schefferi, *coluiſſe*, ut omnes apud Carrionem. *Gronovius.*

11 *Proinde*] Aliter, *perinde.*

12 *Matre Evandri*] Nicoſtrata mater Evandri, vel ut nonnulli Themis, quæ quia fatidica Carmenta appellata; carmen enim & carmentum dixere veteres, ut momen, momentum. vide Plutarchum ἐν Αἰτίοις & Dionyſ. lib. 1. Ovid. lib. 1. Faſtor. Hinc vetus nummus ab una parte inſcriptionem habet Q. Fabii Maximi, à dorſo mater Evandri inciſa cum cithara. Quo vatem fuiſſe denotatur.

13 *Nonne, h. i. ut quod vis abunde conſequaris, taceres*] Notavit Salmaſius & ipſe vidi in Regio libro eſſe *taces*. Id prorſus eſt Petronianum: *Non taces*,

sequaris, taceres? Sed antiquitatem tibi placere ais, quòd honesta & bona & sobria & modesta sit: vive ergo moribus præteritis; loquere verbis præsentibus; atque id, quod à [14] C. Cæsare excellentis ingenii ac prudentiæ viro, in primo de Analogia libro, scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, ut [15] tamquam scopulum, sic fugias insolens verbum.

taces, gladiator obscæne, quem de ruina arena dimisit? Non taces, nocturne percussor &c.

14 *C. Cæsare*] Libros hos Cæsaris prædicat Cicecero in Bruto, & quod in primo libro dixerit *verborum delectum esse originem Eloquentiæ.* Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 5. Gellium secutus eadem fere verba recitat.

15 *Tanquam scopulum*] Schefferi membrana: *tanquam navis scopulum.* Gronovius.

CAP. XI.

Quod Thucydides historiæ scriptor inclitus Lacedæmonios in acie non tuba, sed tibiis esse usos dicit: verbaque ejus super ea re posita: quodque Herodotus Haliatten regem fidicinas in procinctu habuisse tradit: atque inibi quædam notata [1] *de Gracchi fistula concionatoria.*

AUCTOR historiæ Græcæ gravissimus Thucydides Lacedæmonios summos bellatores non [2] cornuum [3] tubarumve signis, sed [4] tibiarum

1 *De Gracchi fistula concionatoria*] Et hic Regius Schefferique, *concionaria*, & postea Regius cum Rottendorfiano: *Ecce autem per tibicinia* (de hoc jam monuit Lambecius, ubi vulgo *pro tibicina*) *Laconica tibiæ quoque illius concionariæ in mentem venit* Quin & prima editio, Veneta Pincii & Aldina in lemmate *contionaria* vel *concionaria.* Et hoc vocabulum cur alteri cederet, causa non erat. *Concionarius* à *concione*, ut ab *legione legionarius.* Sed & quemadmodum *stationarius* & *stationalis* à *statione*, sic à *concione concionalis* & *concionarius.* Gronovius.

2 *Cornuum*] Varro lib. 4. *Cornua, quod ea quæ nunc sunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu.* Cornua igitur inflexa, tubæ rectum tubum, unde & nomen accepere, sive canalem habebant. Ovid.

Non tuba directi, non æris cornua flexi.

Qui illa inflabant, cornicines, vel tubicines vel æneatores appellati. Tubis autem non tantum in convocando Populo in militia, verum etiam in sacris utebantur; hinc tubilustrium, ut Varro testatur lib. 5. de ling. Lat.

3 *Tubarum*] *Tuba* ejus formæ erat, cujus apud Europæos fere hodie vides: ære directo ducta, canali ad exitum latiore; quæ erat militaris. Nam & alia sacrorum est, dispari usu, & fortasse forma. *Tuba* dicta à tubo sive canali, quem referebat. Tuba etiam digniores usi, & illa canebant, imo summates viri exercuerunt. Tuba priscis Græcis ignota. Homerus novit, sed nusquam Heroibus tribuit, quia nondum in usu Græcorum. Ejus sex genera facit Eustathius. 1. Quam Minerva invenit, & ab Argivis hoc cognomento colitur Σάλπιγξ Ἀθηνᾶ. 2. Apud Ægyptios, quam Osiris reperit, quæ χυτὴ ipsis dicitur, & ad sacrificia utuntur. 3. Gallica, conflatilis, non nimis magna, quæ os habet deformatum in bestias, & canalem plumbeum, in quem inspirant tibicines, atque est acuti soni: vocatur ab ipsis Gallis *Carnyx.* 4. Paphlagonica, cujus os effigie bovis, gravi mugitu, sursum inflanda. 5. Medica, è calamo tubam habens, gravi sono. 6. Tyrrhenica, similis tibiæ Phrygiæ, habens orificium scissum aut fractum: ea valde acuta. Et istam volunt esse hanc nostram & Romanam, atque à Tyrrhenis traductam.

4 *Tibiarum modulis*] Idem refert Martianus Capella lib. 9. & Plutarchus in lib. de *Cohibenda iracundia.* Idemque lib. de Musica, Terpandrum seditionem, quæ Lacedæmonios vexabat, sustulisse Musica testatur. Tibiæ primo ex arundine vel ex ligno conflatæ, inprimis ex loto arbore. Unde λωΐνοι αὐλοὶ Athenæo lib. 5. quas scribit ab Alexandrinis

rum modulis in præliis uſos eſſe refert : non prorſus ex aliquo ritu religionum , [5] neque rei divinæ gratia , [6] neque etiam ut excitarentur atque [7] evibrarentur animi , quod cornua & [8] litui moliuntur: ſed contrà , ut moderatiores modulatioreſque fierent ; [9] quod tibicinis numeris temperatur. Nihil adeò in congrediendis hoſtibus atque in principiis præliorum ad ſalutem virtutemque aptius rati , quàm [10] ſi permulcti ſonis mitioribus non immodicè ferocirent. Quam [11] procinctæ igitur claſſes erant , [12] & inſtructæ acies , cœptumque

drinis φώτιγξες appellari. Tibia autem uti recta, ita quibuſdam codon oblique è cornu adnexum teſte Athenæo lib. 15. Erat itaque tibia dextra , quæ recta , ſiniſtra , quæ obliqua , & Phrygia. Qui talem tibiam inflabat , ἐγκεφάυλης appellabatur. Heſychius: Ἐγκεφάυλης ὁ τοῖς Φρυγίοις αὐλῶν. ἔχει γὰρ ἡ ἀριστερὸς κέρας. Cornu illud inflexum erat in extremitate , reliquum buxeum vel oſſeum erat teſte Polluce. Tibiæ autem artificio quodam vel molliorem vel horridiorem ſonum edebant. De molliori hic loquitur Gellius , qua animi ſedabantur. Artem inflandi expreſſit Cyprianus in Libello de Spectaculis : *Alter* , inquit , *cum choris & cum hominis canora voce contendens , ſpiritu ſuo , quem de viſceribus ſuis ſuperioribus nitens hauſerat , tibiarum foramina modulans , nunc effuſo , nunc intus recluſo , nunc certis foraminibus emiſſo , atque in aërem profuſo , item in articulos ſonum frangens , loqui digitis elaborat , ingratus artifici , qui linguam dedit.* Sed ad rem. Tibiis itaque in militia Lacedæmonii utebantur. Et nuper admodum Belgæ. Sicut adhuc in armiluſtrio civium fieri conſuevit.

5 *Neque rei divinæ gratia*] Non tantum apud Græcos , verum etiam apud Latinos Tibicines ſacris præerant , qui & ſpondaulæ appellabantur. Hinc Victorinus de ſpondeo : *Dictus à tractu cantus , qui per longas tibias in templis à ſupplicantibus editur : unde ſpondaulæ appellantur , qui hujuſmodi tibias inflare conſueverunt.* & qui religionis cauſa funeribus adhibebantur , τυμβαύλαι appellabantur , ſicut liquet ex Dione Chryſoſtomo Orat. XL. X. quos Apulejus primo Floridorum *monumentarios ceraulas* appellavit.

6 *Neque etiam ut excitarentur*] Rott. Regius , Schefferi cum prima Veneraque editionibus : *neque autem ut.* In Aldina jam mutatum eſt. Male ; ſic enim Plautus Aulular. prologo : *Illa illum neſcit , neque compreſſam autem pater.* Lucretius lib 6. *Nec ſunt multa parum tactu fugienda , neque autem Aſpectu fugienda.* Appulejus in Floridis : *nec revocare illud , nec autem mutare nec emendare mihi inde quicquam licet.* Noſter 2. 7. *neque autem illa , quam primo in loco diximus , vera & proba videri poteſt. Exercitarentur* ſane ſcripti : ſed rectè primi editores inde fecerunt *excitarentur.* nam *exſertarentur* Gebhardi 1 Antiq. Lect. 15. tam hic ineptum , quam quod apud Quintilianum ſibi gaudet inventum in corrupto exemplari ; *motus corporis exſertat oratorem.* Gronovius.

7 *Evibrarentur*] In furorem bellicum commoverentur. Vibrari idem proprie denotat quod motu tremulo agitari. Ita fulmina vibrare dicuntur. Sed ad qualemcunque commotionem quoque illud vocabulum transfertur. Vibriſſare quoque apud Lucretium invenies. Et Vibriſſa Motacilla dicitur à vibranda cauda. Evibrare tamen raro apud probatos autores invenies.

8 *Litui*] Diſtincti à cornu , à tuba : nam Seneca facit adunca eſſe forma ; quæ non in tuba. Dixeris à ſimilitudine auguralis litui appellatos , qui in extremo incurvus. Qui in eo cecinit , Liticen dictus. Dabat acutum & ſtridulum ſonum : unde colligendum , grandem aut patulum canalem hunc non fuiſſe. Fuit igitur *Lituus* medium quoddam inter tubam & cornu ; non rectum prorſus , ut illa , nec totum incurvum , ut iſtud. Quin tamen confundant ſcriptores , haud abnuo. *Lipſ. de Mil. Rom.*

9 *Quod tibicinis numeris temperatur*] Sic omnes ſane libri. Scribendum tamen cenſeo , *tibicinii numeris comparatur.* id eſt , efficitur. Cicero pro Quinctio : *Itaque majores noſtri raro id accidere voluerunt ; prætores , ut conſiderate fieret comparaverunt.* Gronovius.

10 *Si permulcti*] Nonnulli libri *permulſi.* Utrumque dici notat Priſcianus libro nono , eamque in rem illud Salluſtii ex hiſtoria quarta affert : *Dein lenita jam ira poſtero die liberalibus verbis permulcti ſunt.* Et Ciceronis in concione Metelli , *permulſa atque recreata eſt.* Carrio.

11 *Procinctæ claſſes*] Ad pugnandum paratæ , & expeditæ. Notandum autem claſſes non tantum navales intelligi , ſed etiam terreſtrem exercitum. Ita Agellius lib. 10. c. 15. *Claſſes clypeatas antiqui dixerunt , quos nunc exercitus vocamus.* Et paulo poſt ,

que in hoſtem progredi: tibicines inter exercitum poſiti canere incœptabant. Ea ibi præcentione tranquilla & [13] delectabili atque adeò venerabili, ad quandam quaſi militaris muſicæ diſciplinam vis & impetus militum, ne ſparſi [14] [15] diſpalatique proruerent, cohibebatur. Sed ipſius illius egregii ſcriptoris uti verbis libet, quæ & dignitate & fide graviora ſunt. Καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξυνόδος ἦν. Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντόνως [16] καὶ ὀργῇ χωροῦντες; Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν, νόμῳ ἐγκαθεστώτων. Οὐ τοῦ θείου χάριν, ἀλλ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν, καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις· ὅπερ φιλεῖ τὰ μεγάλα στρατόπεδα ποιεῖν ἐν ταῖς προσόδοις [a]. [17] [18] Cretenſes quoque prœlia ingredi ſolitos memoriæ datum eſt præcinente ac præmoderante [19] cithara greſſibus. [20] Halyattes autem rex terræ Lydiæ, more atque luxu barbarico præditus, quum bellum Mileſiis faceret, ut Herodotus in hiſtoriis tradit, [21] concinentes fiſtulatores & fidicines, atque feminas etiam tibicinas, in exercitu atque in pro-

a *Et poſt hæc congreſſum eſt. Argivi quidem ſociique acriter, ac cum ira adorientes: Lacedæmonii autem ſegniter & ſub tibiarum multarum præcentu, tibicinibus lege interpoſitis, non adeo divinæ rei gratia, verum uti junctim ad numerum incedentes in hoſtem tenderent, neque ordines illis diſſiparentur: quod in magnis exercitibus, ubi congrediendum eſt, fieri ſolet.*

---

poſt, *claſſem procinctam, exercitum armatum.* Ita in Lege Numæ: QUOJUS. AUSPICIO. CLASSE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIUNTUR. JOVI. FERETRIO. BOVEM. CÆDITO. Cæterum claſſis proprie dicitur multitudo, quæ calatur, ſive convocatur.

12 *Et inſtructæ acies*] *Inſtructa acies*, ut libri veteres. nam in altero numero pro exercitu dici niſi apud poetas vix exiſtimo. Sunt autem hæc omnia illius *procinctæ claſſes* interpretatio. Primum enim *acies* dicitur *inſtructus exercitus* auctore Vegetio lib. 3. cap. 14. Deinde quid eſt aliud *procincta claſſis*, quam exercitus ad prælium inſtructus? interpretante Feſto. *procinctum* inquiunt cotidiana gloſſaria, ὅταν εἰς πόλεμον συγκαλεσωνται. Et Ulpianus lib. XLIII ad Edictum dixit *in procinctu milites verſari.* l. unica de bonor. poſſ. ex teſt. milit. Quod ſi ita eſt, ut *claſſis procincta* ſit inſtructa acies; quid fuit neceſſe utrumque poni? Certe pro eo & putarem *id eſt* legendum; eamque interpretationem alicujus eſſe ſcholiaſtæ, niſi meminiſſem infra libro decimo cap. XV idem contigiſſe. Sic enim ibi legitur: *Claſſem procinctam extra pomœrium, id eſt, exercitum armatum videre.* Carrio.

13 *Delectabili atque adeo*] Has tres voces addi à melioribus membranis, quarum auctoritatem ille flocci facere noluerit, ſcribit Carrio. Sed nemo eas agnoſcit noſtrorum, quorum tamen quoſdam auſim in melioribus ponere. *Gronovius.*

14 *Diſpalatique*] Nonius: *diſpalare eſt ſeparare. Siſenna Hiſtor. lib. 3. Diſpalati à ſignis digreſſi ac diſſipati.* Ita & Corn. Nepos non uno in loco loquitur.

15 *Diſpalatique proruerent*] Aut *ruerent* ſcripſit Gellius aut *ſe proruerent.* nam τὸ *proruere* attente locutis ἐνεργητικὸν eſt, ut ad Livium & Tacitum monuimus. *Gronovius.*

16 Καὶ ὀργῇ χωροῦντες] Regius & Schefferi ὁρμῇ, cui patrocinatur Carrio: & quod idem in illo, καὶ ὑπὸ αὐλητῶν, ſecutum ſeſe ait, quod apud Thucydidem legitur, non quod in noſtris exemplaribus, ſciendum in Regio quoque ſic legi; non ὑπὸ αὐλοῖς. Idem.

17 *Cretenſes*] Qui diſciplinam militarem à Lacedæmoniis accepere, teſte Xenoph. de Rep. Laced. Præter hanc Muſicam Cretes quoque armatam ſaltationem habuere, quam Pyrricham appellabant. Vide Dionyſ. Halicar. lib. 7. & Diod. Siculum lib. 4. & 6. Hæc erat quædam exercitatio militaris.

18 *Cretenſes quoque in prælia*] Præpoſitio nusquam in noſtris. *Gronovius.*

19 *Cithara*] Lyram appellavit Athenæus lib. 14. quæ ſæpe cum cithara confunditur.

20 *Halyattes*] Pater Crœſi, unde ab Horatio Halyatticus appellatur. Herodot. lib. 1. ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων, καὶ αὐλοῦ γυναικείου τε καὶ ἀνδρείου.

21 *Concinentes*] Vulgo additur, *habuit.*

procinctu habuit, lascivientium delicias conviviorum. Sed enim Achæos Homerus pugnam [22] indipisci ait non fidicularum tibiarumque [23] concentu, sed mentium animorumque conspiratu tacito nitibundos.

Οἶδ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοὶ,
[24] Ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν a.

[25] Quid ille vult ardentissimus [26] clamor militum Romanorum, quem in congressibus prœliorum fieri solitum scriptores annalium memoravere? [27] Contrane institutum fiebat antiquæ disciplinæ tam probabile? an tum etiam

a *Ast ibant taciti spirantes robur Achivi,*
Inque vicem auxilium cupida sibi mente ferebant.

---

22 *Indipisci*] Sæpe Gellius dixit, sed plerumque in ejus verbi notione variavit. Hìc enim aliud est *pugnam indipisci*, quam libro XII cap. I. *copias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quidem indipisci potuerit.* quomodo Plautus plerumque usurpat in Aulularia, Asinaria, Trinummo alibi. Aliud libro XVII cap. II *Memoriæ vegetandæ gratia indipisci animo ac recensere.* Nonius *petere & usurpare*, Festus *assequi & adipisci* interpretantur. *Carrio.*

23 *Concentu verum conspiratu*] Hæc lectio a conjectaneis est. *Concentu* deest nonnullis libris: & utræque Puteani membranæ *tibiarumque concentu conspiratum tacito nitibundos.* Quod locum illum male habere magno indicio est. Optime liber Buslidianus *tibiarumque sed mentium animorumque concentu conspiratuque tacito nitibundos.* Idem.

24 Ἐν θυμῷ] Non, sicut quidam volunt, ἐν θυμῷ, cum μένεα πνείοντες sed cum μεμαῶτες jungendum. Neque vero Gellium his verbis *Conspiratu tacito nitibundos* interpretari voluisse existimo verba illa, σιγῇ μένεα πνείοντες, sed ista ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισι. Quomodo enim ignorasse Gellium credibile sit σιγῇ ad verbum ἴσαν pertinere? Sed enim quia notissimum est illam vocem *tacito* convenire cum ista σιγῇ, non mirum est illa Gellii verba pro interpretatione prioris versus quosdam habuisse: quibus haud itidem notum fuit, hæc quoque verba ἐν θυμῷ interdum idem valere, quod adverbium σιγῇ. ut certe hic à Gellio accipi, & quidem rectè accipiente, dico. Nam & quod ab eodem poëta dicitur ἐν θυμῷ χαίρειν. Tibullus dixit, *in tacito sinu gaudere*, item, *in tacito sinu clausa gaudia cohibere*: quum alioqui proverbium illud & breviore & usitatiore loquendi forma efferendo, diceretur, *in sinu gaudere.* Schegk.

Extant hi versus apud Homerum Ιλ. γ. in pr. ad utrumque autem versum respexit Gellius. De silentio autem militum, vide Plutarchum in vita Agesilai, ubi de Lacedæmoniis & Thebanis ad Coroniæ campum agit.

25 *Quid ille vult ardentissimus*] Verbum *vult* insiticium censeo. Videtur enim hactenus orationem suspendisse auctor, hoc modo: *Quid ille clamor? contrane institutum fiebat?* Sic autem nostri, non *contra institutum*, ut Carrionii. Neque vero mutandum *tam probabile*: multo minus, *An tum etiam gradu clementi.* Quare enim non appellet illud antiquæ disciplinæ institutum *tam probabile*, quod ipse ratione atque exemplis illustribus approbavit? Quod autem, ubi ad hanc quæstionem respondet, & tum illi veteris disciplinæ instituto, tum mori Romanorum constare rationem, pergit interrogare, quid facit aliud quam Aristoteles in Problematis & Plutarchus in Quæstionibus Romanis? qui solutiones omnium fere quæstionum per modestiam sic quasi deliberando potius quam decernendo expediunt. Memineris autem in illo, *An tum etiam*, tertiam particulam accipi eo sensu, quo vulgo dicunt *adhuc*, vel *etiamnum*: ut sæpe apud Plautum. *Gronovius.* Legitime quidem omnia. Sed istud *vult* vix potest deleri invitis omnibus libris, qui evincunt in eo aliquid a Gellio venisse, quod videtur fuisse *ille vel ardentissimus.* Jac. Gronov.

26 *Clamor*] Quem *baritum* nonnulli scriptores vocant, quæ vox barbaris originem debet juxta Ammianum. Germani clamorem edere hodieque *baeren* appellant, sicut à sonitu fluctus marinos. Qualis fuerit hic concentus, idem Ammianus lib. 16. testatur: *qui clamor ipso fervore certaminum à tenui susurro exoriens, paulatimque adolescens ritu attollitur fluctuum cautibus allisorum.* Clamorem autem universi tollebant, ut hostes terrerent, & suos incitarent. Vide Frontinum lib. 3. Strateg. cap. 9. & Leonem de bellico apparatu cap. 12. Græcorum quoque clamores Homerus passim celebrat.

27 *Contra institutum fiebat antiquæ disciplinæ tam probabile?*] Ita hunc locum edidit H. ST. cum in ante excusis legeretur: *Contrane institutum* &c. Sed non minus a veteri scriptura, quam a sensu longius aber-

etiam gradu [28] clementi & ſilentio eſt opus, quum ad hoſtem itur in conſpectu longinquo procul diſtantem? quum verò propè ad manus ventum eſt, tum jam è propinquo hoſtis & impetu propulſandus & clamore terrendus eſt? Ecce autem, [29] per tibicinia Laconica, tibiæ quoque illius concionatoriæ in mentem venit, quam [30] [31] C. Graccho cum populo agenti [32] [33] præiſſe ac præmonſtraſſe modulos ferunt. Sed nequaquam ſic eſt, ut à vulgo dicitur, canere tibia ſolitum, qui [34] ponè eum loquentem ſtaret; variiſque modis tum demulcere animum actionemque ejus, tum intendere. Quid enim foret iſta re ineptius, ſi, ut [35] planipedi ſaltanti, ita Graccho concionanti numeros & modos & [36] frequentamenta quædam varia tibicen incineret? Sed qui hoc compertius memoriæ tradiderunt, [37] ſtetiſſe in circumſtantibus dicunt occultius, qui [38] fiſtula brevi ſenſim graviuſculum ſonum inſpiraret [39] ad deprimen-

aberravit. In MS.R. ſcriptum erat: *Contrane inſtitutum fiebat antiquæ diſciplinæ, tumque probabile.* Quare legerim: *Contrane inſtitutum fiebat antiquæ diſciplinæ? utrumque probabile.* ut ſenſus ſit: utrumque in congreſſibus præliorum probari poteſt, & Græcorum militum ſilentium & Romanorum clamor. Quæ ſequuntur indubitanter ita ſcripſerat Gellius: *Nam* tum *&* gradu clementi & ſilentio eſt opus c.a.h. 1. 1. c.l. diſtantem: cum vero &c. Male omnes hactenus excuſæ legunt: *An* tum *etiam* gradu &c. & poſt *diſtantem* addunt ſignum interrogandi. *Lambecius.*

28 *Clementi*] Leni, quieto. Ita Terentius *clementem vitam* dixit.

29 *Pro tibicina Laconica*] Lege: *per tibicinia Laconica.* Anſam mendi dederunt abbreviationes vocum *per* & *pro.* Mirum quam frequens hoc in bonis auctoribus occurrat. *Lambecius.*

30 *C. Graccho*] De quo ſupra diximus.

31 *Graccho cum populo agenti præiſſe*] Ita meliores membranæ. in aliis tamen & antiquiſſimis excuſis eſt *agente*, ἀρχαϊκῶς. *Te agente præmonſtro modulos. Te ſtudente deſino iraſci.* In iis enim alius dandi caſus *tibi* ſubintelligendus, & hæc hunc in modum reſolvenda ſunt, *dum tu agis, præmonſtro tibi modulos: dum tu ſtudes, deſino tibi iraſci*, quod & veteres Grammatici diligenter monuerunt. Sic & vetus poëta:

Eſuriente leone ex ore exſculpere prædam.

in quo ſimile quid ſubintelligendum venit. Neque enim iis aſſentiri poſſum, qui *leone* pro *leoni* mutua illa literarum *i* & *e* transmigratione dictum exiſtimant. *Carrio.*

32 *Præiſſe*] Ita ut modulos Gracchus ſequeretur in pronunciando.

33 *Præiſſe ac præmonſtraſſe*] Fulvianus, Reg. Rottendor. *præminiſtraſſe*, ut non male quoſdam ſuos habere ait Carrio. Lib. 10, 3. *magiſtratibus in provincias euntibus parere ac præminiſtrare.* Gronovius.

34 *Pone eum*] Retro, poſt ipſum occulte.

35 *Planipedi*] De quo ſic Diomedes libro tertio: *Quarta eſt ſpecies Planipedis, qui Græce dicitur μῖμος. Ideo autem Latine planipes dictus, quod actores planis pedibus, id eſt, nudis in proſcenium introirent, non, ut tragici actores cum cothurnis, neque ut comici cum ſoccis; ſive quod olim non in ſuggeſtu Scenæ, ſed in plano orcheſtræ poſitis inſtrumentis mimicis actitabant. Cujus planipedis Atta togatarum ſcriptor ita in Ædilicia fabula meminit. Daturin' eſtis aurum? exſultat planipes.* Carrio.

36 *Frequentamenta*] Iteratos numeros, & pro re nata varios: vox hæc infrequens, & Gelliana: quippe Gellio eadem in re uſitata infra libro v cap. 1. *Si clamitant*, inquit, *ſi vocum ejus feſtivitatibus, ſi modulis verborum, ſi quibuſdam quaſi frequentamentis orationis moventur, exagitantur & geſtiunt: tum ſcias & qui dicit & qui audivit fruſtra eſſe, neque illic philoſophum loqui, ſed tibicinem canere.* Carrio.

37 *Stetiſſe*] In margine Codicis, quem Bourdelotius cum MS. Reg. & Morelli contulerat, *feciſſe.*

38 *Fiſtula*] Quæ ex calamo vel compactis calamis proprie conſtabat. Erat enim σύριγξ μονοκάλαμος & πολυκάλαμος. Atque cerâ illa ultima fulciebatur. Tibullus,

Fiſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo:
Cum calamus cera jungitur uſque minor.

Septem calamis compacta erat, atque illis vocum diſcrimina, quas non tantum inflabant, ſed labris quoque percurrebant. Lucret. lib. v.

Et

mendum ſedandumque impetum vocis ejus. Efferveſcente namque impulſu & inſtinctu extraneo naturalis illa Gracchi vehementia indiguiſſe, non, opinor, exiſtimanda eſt. Marcus tamen Cicero fiſtulatorem iſtum utrique rei adhibitum eſſe à Graccho putat; ut [40] ſonis tum placidis tum citatis aut demiſſam jacentemque orationem ejus erigeret, aut ferocientem ſævientemque cohiberet. Verba ipſius [41] Ciceronis appoſui: *Itaque idem Gracchus, quod potes audire, Catule, ex Licinio cliente tuo litterato homine, quem ſervum ſibi habuit ille ad manum, cum eburnea* [42] *ſolitus eſt habere fiſtula, qui ſtaret poſt ipſum occultè quum concionaretur, peritum hominem; qui inflaret celeriter eum ſonum, qui illum aut remiſſum excitaret, aut à contentione revocaret.* Morem autem illum [43 44] ingrediendi ad tibicinum modulos prælii, inſtitutum eſſe à Lacedæmoniis [45 46] Ariſtoteles in libris problematum ſcripſit; quo manifeſtior fieret exploratiorque militum ſecuritas & alacritas. Nam diffidentiæ, inquit, & timori cum ingreſſione hujuſcemodi minimè convenit: & mœſti atque formidantes ab hac tam intrepida ac tam decora incedendi modulatione alieni ſunt. Verba pauca Ariſtotelis ſuper ea re appoſui. [47] Διὰ τί ἐπειδὰν πολεμεῖν μέλλωσι, πρὸς αὐλὸν ἐμβαίνουσιν; ἵνα τοὺς δειλοὺς ἀσχημονοῦντας γινώσκωσιν [a].

CAP.

a *Quamobrem ubi commiſſuri prælium ſint, ad tibiæ modulos ingrediuntur? ut timidos minus decorè agentes dignoſcant.*

Et ſupra calamos unco percurrerè labro. Cæterum hic fiſtula pro tibia vel alio vocali inſtrumento ponitur, ut ex Plutarcho in vita Gracchorum liquet. Uti autem tibias inflando dulcem ſonum ederent, frangere ſpiritum ſoliti capiſtro, quo ora obligabantur, ut teſtatur Ariſtophanis interpres, niſi hoc factum ne bucca nimium intumeſceret. De forma illius lori vide Salm. in Solin. pag. 833.

39 *Ad deprimendum ſedandumque impetum*] Et Reg. & Rottend. *reprimendum*. Gronovius. Sed præterea Reg. & Scheff. *ſedandumque impetus*. quod etiam notum fuit Carrioni ſic notanti [Lege ex antiquitus excuſis & membranis, *impetus ejus*. ἀρχαϊσμὸς. *Sedandum impetus*, ut *Pacem Trojano ab rege petendum*. quo genere uti amat Gellius, ut poſterius indicabitur.]

40 *Sonis tum placidis tum citatis*] At horum quidem in iſto negotio nullum diſcrimen: unde in verbis Ciceronis dicitur mox *inflaret celeriter eum ſonum qui* &c. Citate igitur fiebat iſta inflatio, quæ poterat in duplicem modum temperari aut diverſæ vocis tuendæ Graccho indicium dare, Sed & Regius codex habet *creatis*. An non exigit *ſcreatis*? Jac. Gron.

41 *Ciceronis*] Lib. 3. de oratore. Licinii quoque meminit Plutarchus in Gracch.

42 *Solitus eſt hærere*] Omni ſententia deficitur oratio. Quo enim illud? *Gracchus ſolitus eſt cum eburnea hærere fiſtula, peritum hominem.* Latina hæc eſt loquendi ratio, an verborum ſordes? Scribe, *cum eburnea ſolitus eſt habere fiſtula.* Res clara nec obſcura oratio. Ait C. Gracchum ſolitum habere peritum hominem cum eburnea fiſtula, qui ſtaret poſt ipſum. *hre* compendio literarum ſcriptum erat: uti etiamnum in membranis Puteani eſt: quod ſignificabat *habere*. Fungi illi *hærere* inde exſculpſerunt. adeo compendia illa noſtris in libris ſunt ſcriptoribus perniciosa. *Carrio.*

43 *Ingrediendi*] Ineundi.

44 *Ingrediendi ad tibicinum modulos prælii*] Lincolnienſis, *ad tibicinum prælii*, ſine τῷ *modulos*. ut ſuſpicari liceat & hic ſcripſiſſe auctorem, *ingrediendi ad tibicinium prælii*. Gronovius.

45 *In libris problematum*] Diu quæſivi hunc locum in Ariſtotele, ſed non invenio. Vide tamen Sect. 19.

46 *Ariſtoteles in libris problematum*]* Reg. & Rot.

Rot. quod mirere, *problemato*. Ergo voluere *problematon*. nisi tamen *problematorum*. nam & hoc audebant interdum. *Gronovius*.

47 Επειδὰν πολεμεῖν μελλωσι] Regius, ἐπειδὰν κινδυνεύειν μέλλωσι· cujus illud interpretatio est. Demosthenes: μὰ τὸς σὺ Μαραθῶνι κινδυνεύσαντας. Xenophon de arte equestri: ἢν μέλλοντα ἐφ' ἵππε κινδυνεύειν. Schefferi MS. alludit exhibendo κοινωνεῖν, Gronovius.

CAP. XII.

Virgo Vestæ quid ætatis, & ex quali familia, & quo ritu, quibusque cærimoniis ac religionibus, ac quo nomine à Pontifice Maximo capiatur: & quo statim jure esse incipiat, simulatque capta est: quodque, ut Labeo dicit, [1] nec illa intestato cuiquam, nec ei intestatæ quisquam jure hæres est.

QUI de [2] [3] Vestali virgine capienda scripserunt, quorum diligentissimè scripsit [4] Labeo Antistius, minorem quàm annos VI, majorem quàm annos X natam, negaverunt [5] capi fas esse. Item quæ non sit [6] patrima & matrima. Item quæ [7] lingua debili sensuve aurium dimi-

1 *Nec illa intestato*] Hoc pronomen in Regio libro non exstat, neque desideres; ad omnia enim sufficere potest *Virgo Vestæ*, quæ antecessit. Sed & in prioribus editis non apparet. Porro etiam tum in illo MS. tum in editis legitur *nec ejus intestatæ*, quasi Gellius captavisset varietatem non illicitam & notabilem, & a qua non abhorrere auctorem docent conspicua similia exempla. Ex eodem similiter MS. ante addidi conjunctionem, alteramque mutavi. *Jac. Gronov.*

2 *Vestali Virgine*] Quæ Vestæ sacra. Sed non quia Gellius de Vestali Virgine loquitur, idcirco illa quæ notata sunt de Vesta, hîc erant subjicienda; quæ melius collecta cernes apud Lipsium in scripto his rebus destinato.

3 *De Vestali virgine*] *Vestali* abest a membranis Puteani & antiquissimis editionibus. Fortassis ex ipso capitis lemmate, de qua virgine loqueretur, volue runt intelligi. *Carrio.* Certe & ab MS. Regio abest.

4 *Labeo Antistius*] Scripserat hic inter alia, commentaria juris Pontificii, quæ Festus quoque Pompejus citat. Fuit veterum Jurisconsultorum Princeps, ut apparet ex Pomponio in l. 2. ff. de orig. juris. Petronius: *Atque esto quicquid Servius & Labeo.* Sicut pater ejus bello Philippensi pro libertate fortiter occubuit teste Appiano lib. 4. ita ipse nimia libertate invisus Augusto. Vide Sueton. in Augusto cap. 54. Et Tacitum lib. 2. Annal. Prætoria dignitate, nunquam consulari ideo functus. Suffectum consulatum, ab Augusto oblatum, repudiasse Pomponius testatur. Sed hoc apud alios autores non invenies. Proconsulem fuisse Narbonensis Provinciæ Plinius testatur lib. 3. Nat. Hist. cap. 4. & nuper extinctum in longa senectute suo tempore affirmat. Complures ejus libri in jure civili citantur, libri nimirum Πιθανῶν, *Posteriorum*, qui post mortem Labeonis editi teste Gellio nostro lib. 13. c. 10. *Ad Edictum*, libri *Epistolarum*, & *responsorum*. Proculus quoque & Aristo notas ad Labeonem ediderunt. Edidit quoque lib. ad Leges 12. tabularum teste Gellio. librum *juris Pontificii*, & *Augurii*. Augustinus lib. 4. & 8. de Civitat. Dei. lib. de *Diis Animalibus*. vide Servium in Æneid. lib. 15. *de disciplinis Etruscis* citat Fulgentius. Librum *de Diis Penatibus*, *de Oraculo Apollinis Clarii*, *Fastorum* lib. Macrobius lib. 1. Saturnal. vide Labitti indicem antiquorum in jure interpretum, uti etiam Antonii Augustini.

5 *Capi*] Signata & quasi consecrata erant verba *capio te Amata*, ut mox docet auctor.

6 *Patrima & Matrima*] Quæ utrunque parentem viventem haberet. nam patrimi dicebantur, qui patrem, matrimi qui matrem superstitem habebant; qui utrunque, junctim patrimi matrimi dicebantur. Festus: *patrimi & matrimi pueri prætextati tres nubentem deducunt, unus qui facem præfert ex spina alba, quia noctu nubebant, duo qui tenent nubentem.* Græcis ἀμφιθαλεῖς dicuntur, quasi utrinque florentes.

7 *Lingua debili*] Hoc in aliis sacris quoque obtinuit; namque non tantum sanas & integri corporis

diminuta, aliave qua corporis labe insignita sit. item quæ ipsa aut cujus pater [8] emancipatus sit, etiam si vivo patre in avi potestate sit. item cujus parentes alter ambove [9] servitutem servierunt; aut in [10] negotiis sordidis [11] diversantur. sed eam, cujus soror ad id sacerdotium [12] lecta est, excusationem mereri ajunt. item cujus pater [13] flamen [14] aut

ris hostias Diis offerendas, sed etiam sacerdotes sanos, non mutilos, minimeque deformes esse, antiqui voluerunt. Nam, Seneca *lib.* 4. *Decl.* lege fuisse cautum demonstrat, ut sacerdos corpore vitiato nec integro, à sacris removeretur; quod tamquam res mali ominis homo ejusmodi esset devitandus. Plutarchus *Problemate* 72. testatur, *Augures si ulcus habuissent, augurandi causa severe prohibitos.* Cujus rei causam ille ita explicat, *An & hoc signum est non oportere, qui morbum aliquem aut ulcus, aut perturbationem in animo haberent, res divinas tractare, sed tum Deorum mentem hominibus prodere, cum & liquido, & integro animo essent? An illud rationem habet, si neque victimam sanandi vulneris causa quisquam adhiberet, nec avibus ulceratis ad auspicandum uteretur, eo multo magis in se ipsis servanda existimasse, ut ad ea, quæ à Diis significarentur, puri, & integri accederent? Ulcus enim diminutio quædam, & corporis pollutio videtur.* Hæc ille. vid. Magium tom. 2. fac. crit. p. 1405. Neque mutili admittebantur, unde Antigonus Hyrcanum captum utrisque auribus truncavit, ne ad Pontificiam dignitatem aspirare posset.

8 *Emancipatus*] Patria potestate solutus. Manceps antiquis pro domino sumitur. Emancipatio autem est abalienatio. Quia autem ex lege Romuli Patres in liberos jus vitæ & necis habebant, & δεσποτικὴν potestatem, ita ut ter vendere licitum esset filium, semel filiam & cæteros liberos antequam emanciparentur, ad hanc formam potestate illa severa sublata, patres simulatò liberos vendebant, & receptis uno aut duobus nummis à patre fiduciario, qui emptor fuerat, & caverat de remancipando, emancipabant, sive sui juris faciebant. vide Dionys. Halicarn. lib. 2. & Boëthium in Topica Ciceronis. Abdicatio sive ἀποκήρυξις Græcorum, quando filius juxta leges propter gravem causam domo expellebatur. vide Lucianum in ἀποκηρυττόμενος. Hæc abdicatio ignota Romanis. quare autem emancipata non posset esse Vestalis, ratio hæc fuisse videtur, quia emancipatio speciem servilis conditionis præ se ferebat, unde etiam in jure civili aliquando cum manumissione confunditur.

9 *Servitutem servierunt*] Male in quibusdam membranis *servitute servierunt.* Sic dixit in lemmate capitis primi *cum vitam inter homines viveret.* Carrio. Nescio an hunc locum innuat Salmasius in Plinianis pag. 879, quum docet *pugnare pugnam* dici, ut *servitutem servire & vitam vivere.* Sed ille connivit ac neglexit annotare in membranis Regiis plane legi etiam *servitute servierunt*, quod notavi quoque in Lincolniensi. Nec video quid obstet, quo minus id dici potuerit, ut *occidione occidere.* Jac. Gronov.

10 *Negotiis sordidis*] Qualia hæc sint, vide Ciceronem lib. 1. offic.

11 *Diversantur*] Membranæ & antiquitus excusi, *deversantur*, perpetua illis scribendi ratione. Buslidianus non minus bene *in negotiis sordidis deservierunt.* Carrio.

12 *Lecta est*] Ita manifesto exstat in codice Regio, ut ignorem, cur vulgo habeant *sit.*

13 *Flamen*] *Flamen*, à *filo* quasi *filamen* dici ait Festus in *Flamen*; & Priscianus, lib. 4. Integrum *flamen* in antiqua legitur inscriptione, pag. 237. n. 6. DIVÆ AUGUSTÆ ALBINUS ALB. F. FILAMEN DIVÆ AUG. PROVINCIÆ LUSITA. Ratio nominis est, sive quod *filum* esset *annexum pileo* sacerdotali, sive quod *solo filo*, urgente æstu, *caput cingerent.* Hinc Varro lib. 1. de L. L. *Flamines, quod in Latio capite velato erant semper, ac caput velatum erat filo.* Quem locum ita emendat Scaliger: *Flamines, quod licio in apice velati erant semper*, &c. *Licium* isthoc fuisse *filum lanæ* indicat cum Festus, tum imprimis hic Livii locus, lib. 1. *Legatus, ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen erat.) Audi Jupiter, inquit, audite fines*, &c. Vide *Voss.* in Etym. Flamines velatos incedere oportebat, pone autem regerebant apicem, ne gravis esset summis æstatis caloribus. Amentis enim, quæ offendices dicebantur, sub mentum adductis religabant, ut cum vellent, regererent, & pone pendere permitterent. Nam duarum rerum necessitate semper obstrictus erat flamen, numquam nudo capite in publicum prodeundi, ac numquam apicem dimittendi. Hoc enim est caput ex lege Flaminica: SINE. APICE SUB. DEIVO. ESSE. NEC. FAS. ESTO. IN TECTO. UTEI. LUBET. LICETO. Flamines autem à flameis duci possunt. Nam certum est eos velamenta gestare solitos, quæ flamea vocabantur. Dionysius: οὓς (Flamines) ἀπὸ τῆς φορήσεως πίλων τε καὶ στεμμάτων ἃ νῦν ἔτι φοροῦσι, φλάμεα καλοῦντες, ὅτω προσαγορεύουσι. Vide Scalig. in Festum.

14 *Aut*

[14] aut augur, [15] [16] [17] aut quindecimvirûm ſacris faciundis, aut qui ſeptemvirûm epulonum, aut [18] Salius eſt. Sponſæ quoque pontificis & [19] tibicinis ſacrorum filiæ vacatio à ſacerdotio iſto tribui ſolet. Præterea [20] Capito Atejus ſcriptum reliquit, neque ejus legendam filiam, qui domicilium in Italia non haberet, & excuſandam ejus qui [21] liberos

14 *Aut Augur*] Augures proprie avium garritum obſervabant, auſpices volatum: ſed crebro confunduntur, atque ad alia ſigna, quæ quid portendunt, extenduntur. In avibus autem garritus, volatus & paſtus obſervabatur.

16 *XV-Vir*] Fuere primo Duum-viri, dein Decemviri, Syllæ tempore Quindecimviri ſacris faciundis, quibus jus erat inſpiciendi libros Sibyllinos. Lactantius lib. 1. de falſa Rel. cap. 6. *Harum omnium Sibyllarum carmina & feruntur, & habentur, præterquam Cumææ, cujus libri occultantur, nec eos ab ullo niſi à Quindecemviris inſpici fas habent.* Quia ſacra quoque procurabant, videntur à Fl. Vopiſco Pontifices appellari. Sed videndus Salmaſius in Vopiſcum p. 362. *XV-Vir* autem hîc legendum, non ut Badius edidit *decemvir*, cujus quidem munus idem fuerat, ſed à Syllano tempore numerus auctus.

17 *VII-Vir Epulonum*] Feſtus: *Epolonos dicebant antiqui, quos nunc Epulones dicimus, datum autem eſt his nomen, quod epulas indicendi Jovi cæteriſque diis poteſtatem haberent.* Primum Pontifices procurare ſoliti epulare hoc ludorum ſacrificium, poſtea Tresviri epulones ab iis creati, poſtmodum Septemviri, etiam Decemviri à Julio Cæſare. teſt. Dion. lib. 43.

15 *Aut XV vir S. F. aut qui VII vir epulorum*] Reg. Rott. Lincoln. Schefferi: *aut quindecemvirûm ſacris faciundis aut qui Septemvirûm Epulonum aut Salius eſt.* Utrumque in aliquot ſuis repperit Carrio. Et ſic haud dubie noſter. *Cujus pater eſt Septemvirûm* aut *Quindecimvirûm* exquiſite dicitur pro eo, qui eſt e Septemviris Quindecimviriſve, vel qui eſt Septemvir aut Quindecimvir. Intelligitur enim τὸ τις, ut in illo, ἢ σὺ εἶ ἕκεινον. Lib. 1[3], 12. Feſtus in Præfectura: *Alterum, in quas ſolebant ire præfecti vigintiſexvirum* pro *populi ſuffragio creati*: Sic legendum. nam male Scaliger. Cato apud Feſtum in Spatiatorum: *In coloniam me hercules ſcribere nolim, ſi triumvirum ſim, ſpatiatorem atque feſcenninum.* Gronovius. Eſt imitatio mere Græca. Unde in nummo apud Parutam: Καῖσαρ Αὐτοκράτωρ Τριῶν ἀνδρῶν. Hinc & lex Athenis, Μὴ ἐξεῖναι αὐτῷ τῶν ὄντων ἀρχόντων γενέσθαι.

18 *Salius*] *Salii* ſacerdotes Martis à Numa Pompilio inſtituti, *teſtibus Livio, Dionyſio, & Plutarcho*, ex patricio ordine numero duodecim, ut ſcilicet ejus ſacra in Palatio curarent, unde *Palatini* ſunt appellati, non ab Arcade Salio, quem Æneas à Mantinea deduxerit in Italiam, appellationem habent, etſi Polemoni id viſum fuerit, ſic referente Feſto, verum à *ſaliendo* ſive *ſaltando*, quod quotannis cogerentur ſaltare in Comitiis tunicis verſicoloribus amicti, & æneis baltheis ſuccincti. Inde Ovidius *Faſtor.* 3. *Jam dederat Saliis à ſaltu nomina dicta, Armaque & ad certos verba canenda modos.* Saltatores quoque eos & laudatores Deorum belli præſidum appellat Dionyſius. Qui quomodo multiplicati & veſtiti fuerint, & quid porro egerint, non eſt hujus loci.

19 *Tibicinis ſacrorum*] Uterque Puteani *tubicinis*. Illud malo. *Tibicinis ſacrorum* frequens in Inſcriptionibus mentio. Cenſorinus de die natali. *Non tibicen omnibus ſupplicationibus in ſacris adhiberetur; non cum tibicine triumphus ageretur; non Apollini cithara, non Muſis tibiæ cæteraque id genus eſſent attributa; non tibicinibus per quos numina placantur, eſſet permiſſum aut ludos publice facere, ac veſci in Capitolio, aut quinquatrubus minuſculis urbem veſtitu, quo vellent, perſonatis temulentiſque pervagari.* Sic enim locus ille corrigendus eſt, qui etiam in noſtra editione gloſſematum paucorum interjectione laborat. Sed de tibicinibus ſacrorum in commentario Cenſoriniano plura. *Carrio.* Tamen & membranæ Reg. *Tubicinis.*

20 *Capito Atejus*] Vixit tempore Auguſti, de quo ita C. Tacitus lib. 2. Annal. *Et Capito Atejus, de quo memoravi, principem in civitate locum ſtudiis adſecutus civilibus, ſed avo centurione Sullano, patre prætorio: conſulatum ei acceleraverat Auguſtus, ut Labeonem Antiſtium iiſdem artibus præcellentem dignatione ejus Magiſtratus anteiret.* Inviſum enim Labeonem Auguſto fuiſſe propter nimiam libertatem ſupra eſtendi. quam vecordiam alibi Gellius appellat, Suetonius contumaciam, Horatius Sat. 3. inſaniam. Vide Gellium noſtrum lib. 13. cap. 12.

21 *Liberos tris*] In antiqua Veneta & Aldina *liberos tres non haberet.* male. Carrio recte ita emendavit ex Buſlidiano libro, aliiſque veteribus nonnullis. Jus hoc ex Lege Papia Poppæa profluxit. Qui enim tres liberos habebat in urbe, in Italia quatuor, in Provinciis quinque, à cura, tutela, cæteriſque muneribus perſonalibus immunis erat

ros tris haberet. Virgo autem Vestalis [22] simul est capta atque in atrium Vestæ deducta & pontificibus tradita; eo statim tempore sine [23] emancipatione ac sine [24] capitis minutione è patris potestate exit, & jus testamenti faciundi adipiscitur. De more autem rituque capiundæ virginis litteræ quidem antiquiores non exstant, nisi, quæ capta prima est, à Numa rege esse captam. [25] Sed Papiam legem invenimus; qua cavetur, ut Pontificis maximi arbitratu virgines è populo viginti legantur: sortitioque in concione ex eo numero fiat; [26] &, cujus virginis ducta erit, ut eam Pontifex maximus capiat, eaque Vestæ fiat. Sed ea sortitio ex lege Papia non necessaria nunc videri solet. Nam, si quis honesto loco natus adeat Pontificem maximum, [27] atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cujus dumtaxat salvis religionum observationibus ratio haberi possit, gratia Papiæ legis [28] per senatum fit. Capi autem virgo propterea dici videtur, quia pontificis maximi manu prehensa ab eo parente, in cujus potestate est, veluti bello capta abducitur. In libro primo

l. 11. De Excusat. & l. 2. C. Qui num. lib. à patrimonialibus non excusatur lib. 2. §. 4. l. 10. & seq. de Vac. mun.

22 *Simul atque capta*] Veteres emendationes & membranæ *simul est capta*. antiqua loquendi consuetudine. *Simul est*, pro, *simul atque est*. Sic Horatium, Ciceronem, vetustiores omnes locutos ad loca quædam Tertulliani in postrema eaque omnium optima publicatione a me emendata nuper monui. In membranis tamen *est* temere repetitur. Carrio. Sic enim legitur in Regio: *simul est capta atque in atrium Vestæ deducta & pontificibus tradita est.*

23 *Emancipatione*] Ergo alius est hic modus a Jureconsultis præteritus, quo patria potestas solvitur sine capitis minutione. Exit aliquis patriam potestatem nec capite minuitur morte parentis l. 3. §. ult. ad SC. Macedon. Alias tamen esse causas, quibus quis patria absolvitur potestate, nec capite tamen minuitur, satis indicat Ulpianus ad Edictum libro XXIX, dum ait: Filiofamilias facto crediderim sive capite diminutus sit, sive morte patris vel alias sui juris sine capitis deminutione fuerit effectus, &c. *Alias.* hoc, ut dixi, exeundi patria potestate modos sine capitis minutione fuisse arguit. *Carrio.*

24 *Capitis minutione*] Minima, qua status familiæ mutatur; caput enim statum denotat. Putat autem Hotomannus ad personam translatum esse, quod de ipso ordine dici debeat; nam cum quis emancipatur, ordo agnatorum uno capite minuitur. Ita etiam in civitatis, vel libertatis jure dici potest.

25 *Sed Papiam*] Papiam Poppæam intelligit. In Buslidiano legitur, *Popiliam.* Ita Hotomannus quoque eam, quæ de Vestalibus, ex Gellio appellat. Pro *Poppæus* etiam legitur apud Dionem *Popillus.* In antiqua Veneta, postmodum quoque legitur, *Legis Popiliæ.*

26 *Et cujus virginis*] Ita ex Buslidiano Codice verba hæc addidit Carrio, & ante eum Rævardus Varior. lib. 2. cap. 17.

27 *Atque offerat ad sacerdotium*] Utrumque Augusti tempore etiamnum in usu fuisse, ut & invitorum parentium filiæ ducerentur sorte, & a volentibus parentibus ad sacerdotium offerrentur, testis est Suetonius, qui in Octavio ita scribit: *Sacerdotum & numerum & dignitatem, sed & commoda auxit, præcipue Vestalium Virginum; cumque in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentque multi, ne filias in sortem darent, adjuravit, si cujusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum se fuisse eam.* Vide Vestales *capi*, *sorte duci*, & *offerri* eodem in loco. *Carrio.*

28 *Per senatum fit*] Libri primitus publicati *per se ratum fit.* Inde adeo mendæ illius indoles in omnes omnino libros, quos quidem viderim hactenus editos, inolevit: neque quicquam à quoquam mutatum est. In quibusdam membranis Puteani est *perseveratum fit.* in aliis, uti & in Buslidianis, *per senatum fit*, quod aperte verum est. Si quis, inquit, adeat Pontificem & filiam offerat, cujus ratio haberi possit salvis religionum observationibus; senatus solvit eam necessitate legis Papiæ, &, ut nunc loquimur, dispensat. *Gratiam facere decreti* dixe-

primo [29] Fabii Pictoris, quæ verba pontificem maximum dicere oporteat, quum virginem capit, ſcriptum eſt. Ea verba hæc ſunt: SACERDOTEM. VESTALEM. QUAE. SACRA. FACIAT. QUAE. [30] IOUS. SIET. SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. [31 32] POPOLO. ROMANO. QUIRITIUM. [33] UTEI. QUAE. OPTUMA. LEGE. [34] FOUIT. ITA. TE. AMATA. CAPIO.

Plerique autem capi virginem ſolam debere dici putant. Sed [35] flamimines quoque Diales, item pontifices & augures capi dicebantur. [36] L. Sulla

dixerunt in epiſtola Divi Fratres ad Voconium Saxam l. 1. de quæſtionibus: *edicti* Suetonius in Domitiano: *Edicti de excidendis vineis propoſiti gratiam facere non alia magis re compulſus creditur.* Nihil enim eſt in his *gratiam facere*, quam *neceſſitatem remittere.* At in aliis ſimpliciter *remittere.* Sic Plautus Pſeudulo, *gratiam facere argenti*, & ſcitiſſime Annæus Senec. epiſtola x ad Lucilium *dis votorum gratiam facere* dixerunt. Quid quod & *criminum gratiam facere* idem dixit Suetonius Caligula. Et Livius libro tertio: *Omnium tibi, Appi Claudi, quæ impie nefarieque per biennium alia ſuper alia es auſus, gratiam tibi facio.* Poſtremo *jurisjurandi gratiam facere* nullus non veterum dixit. Plautus Rudente: *jurisjurandi volo gratiam facias.* Suetonius Tiberio. Quo utroque loco eſt *abſolvere jurejurando quod jam juratum eſt.* Nam & Labrax apud Plautum ſe juratum fatetur. Sic & Papirius Juſtus libro ſecundo de conſtitutionibus l. ult. ad Municip. At alibi ſignificat, cum jurandum eſſet, illam tibi neceſſitatem remittere, ut paſſim toto titulo de jurejurando. Sic quod propius ad rem facit, ætatis gratiam facere dixit Capitolinus in M. Antonino. Hæc paulo prolixius dicenda fuerunt, ut vitium turpiſſimum per tot milia librorum propagatum & ex locutionis hujus ignorantia natum ab ſtirpe tolleretur. *Carrio.*

29 *Fabii Pictoris*] De quo videri poteſt opus G. J. Voſſii de Hiſtoricis Latinis.

30 IOUS] Jouris, ἀρχαϊκῶς.

31 *Populo Romano*] Cujacianus liber, *populo Romano Quiritium.* Omnes alii tam manuſcripti quam typis excuſi *populo Romano Quiritibus.* quod aſpernandum non eſt. Sic enim conjunctim dicebant *populus Romanus Quirites.* Solus Buſſidianus *populo Romano Quiritibuſque.* Et placet. Feſtus: *Dici mos erat Romanis in omnibus ſacrificiis precibuſque POPOLO ROMANO QVIRITIBOVSQVE, quod eſt Curenſibus, quæ civitas Sabinorum potentiſſima fuit.* Scripſi *popolo* pro *populo*, quod ita in veteribus fœderibus & legibus ſcribi conſueviſſe teſtentur Scaurus & Victorinus. item *Quiritibous* pro *Quiritibus.* Nam & in reliquiis legum ita eſt, & præcipue in columna Roſtrata Duillii; quæ annis ſuperioribus Romæ e ruderibus eruta toties jam pro nova publicata fuit, ut in frequenti transſcriptione pæne a ſe ipſa prorſus degenerarit. *Carrio.*

32 *Populo Romano Quiritibuſque*] Et noſtri quemadmodum omnes apud Carrionem præter Buſſid. *populo Romano quiritibus uti.* Sed ut Cujacianus apud eum, Urſinianus quoque, *populo Romano Quiritium.* Nec ſecus ergo lib. 10, 24 ſcribendum cenſeo, ubi item libri, *populo Romano Quiritibus:* & apud Feſtum in *Dici mos erat: populo Romano Quiritium, id eſt, Curenſium.* Gronovius. Quæ non ſatis placebunt Harduino in Notis ad Plinii librum XVI cap. 32, ubi profert *populi Romani Quirites* ſane etiam ex MSS.

33 VTEI QVAE OPTVMA] Editiones omnes, *uti quod optima lege fiat.* Pleræque membranæ *utique quod optima lege fuit.* Aliæ *utique optima lege fiat.* Buſſidianus *uti quæ optima lege fuit*, niſi quod *que* ſcriptum eſſet pro *quæ.* Eam ſcripturam ſervo. Feſtus, VT QVI OPTVMA LEGE FVERINT. *adjici ſolet cum quidam magiſtratus creantur.* Sic optime Fulvii editio. Auguſtini male *optima lege.* Neque illorum opinio eſt recipienda, qui *optima lege luant* in Feſto volunt corrigi. Auguſtinus denique dum ea verba cum opimis ſpoliis conjungit, magno verſatur in errore. Aliarum enim interpretationum eſſe illa initium e ſchedis Fulvianis diſci poteſt. Quare dum Feſtus in teſtimonium vocatur, a literarum aut ſyllabarum ſerie argumentum duci idonee non poteſt, quod tamen doctos etiam viros hodie facere video. *Fouerit*, pro, *fuit*, ita eſt ut ſupra *Quiritibous*, *Navibous*, & his ſimilia. *Carrio.*

34 FOUIT] Scal. *fuat.*

35 *Flamines quoque Diales*] Qui Jovis miniſterio aſſignati à Numa Pompilio, ut Livius lib. 1. teſtatur.

36 *L. Sylla*] *L. Cornelius Sulla* reliquit libros rerum geſtarum: quorum ex ſecundo quædam ad-

la rerum gestarum libro 11. ita scripsit: *P. Cornelius, cui primùm cognomen Sullæ impositum est, flamen Dialis captus.* [37] M. Cato de Lusitanis, quum Ser. Galbam accusavit: [38] [39] *Tamen dicunt deficere voluisse. Ego me nunc volo jus pontificium optimè scire. jamne ea causa pontifex capiar?* [40] *Si volo augurium optimè tenere, ecquis me ob eam rem augurem capiat?* Præterea [41] in commentariis Labeonis, quæ ad duodecim tabulas composuit, ita scriptum est: *Virgo Vestalis neque hæres est cuiquam intestato, neque intestatæ quisquam: sed bona ejus in publicum redigi ajunt. Id quo jure fiat, quæritur.* Amata inter capiendum à Pontifice max. appellatur, quoniam, [42] quæ prima capta est, hoc fuisse nomine traditum est.

fert Gellius hic & lib. 20. cap. 6. ex vigesimo primo autem Priscianus lib. 9. Is in libris de rebus suis egit; Plutarcho teste in vita Sullæ.

37 *M. Cato*] Intelligit M. Porcium Catonem Censorium, qui teste Cicerone orationes amplius centum quinquaginta edidit, quas summopere laudat idem Eloquentiæ Princeps. Scripsit etiam originum sive historiarum libros, quibus, inserta hæc, cujus hic meminit autor noster, oratio, ut testatur Livius lib. 49.

38 *Tamen dicunt*] Vulgo in antiq. edit. *eum dicit jus Pontificum discere noluisse.* Locus corruptissimus, ex quo nihil sani elicies. In MS. R. scriptum erat: *M. Cato de Lusitanis, cum Ser. Galbam accusavit, tamen dicunt deficere voluisse.* Quare facta interpunctione post vocem *accusavit*, reliqua ita legerim: *Lusitanos dicunt deficere voluisse.* Sunt scilicèt hæc verba, & quæ sequuntur, fragmentum ex Oratione Catonis, quam habuit prodireptis Lusitanis contra Ser. Sulpicium Galbam. Sed quo manifestior sit emendationis nostræ veritas, addidi ex Liviana epitome libri quadragesimi noni, quæ ad rem pertinere visa sunt: *Cum L. Scribonius tribunus pl. rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui ex fœdere Po. Ro. dediti à Ser. Sulpicio Galba in Gallia vænissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrimè suasit: extat oratio in annalibus ejus inclusa. Q. Fulvius Nobilior sæpè ab eo in senatu laceratus respondit pro Galba. ipse quoque Galba cùm se damnari videret, amplexus duos filios prætextatos, & filium C. Sulpicii, cujus tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. Extant tres orationes ejus, duæ adversus L. Scribonium trib. pl. rogationesque ejus habitas de Lusitanis, una contra L. Cornelium Cethegum, in qua Lusitanos prope se castra habentes cæsos fatetur, quod compertum habuerit, equo atque homine suo ritu immolatis, per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse.* Habes in posterioribus hisce verbis excusationem Galbæ, quæ nititur justa reprehensione voluntatum in rebus illicitis. Dicit enim Lusitanos per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse, & nisi occupasset repentina eorum incursione oppressum fuisse. Huic argumento respondet nunc Cato: *Lusitanos*, inquit, *dicunt deficere voluisse. Ego me nunc volo, &c.* Simili ἐπαγωγῇ usus est idem Cato in Oratione pro Rhodiensibus, ex qua hæc citantur apud Gellium lib. 7. cap. 3. *Qui acerrimè*, inquit, *adversus eos dicit, ita dicit, hostes voluisse fieri. Et quis est tandem nostrorum, qui quod ad se attineat, æquum censeat, quenquam pœnas dare ob eam rem quod arguatur malè facere voluisse? &c.* Plura autem de hac actione in Ser. Sulp. Galbam, vide apud Ciceronem, Valer. Maximum, Suetonium, & Ascon. Pædianum Comment. in Divinationem. *Lambec.*

39 *Eum dicit jus pontificium discere noluisse*] Mirifice perturbarunt locum. Quatuor MSS. apud me: *eum dicunt deficere voluisse:* ut & uterque Put. apud Carrionem. Duo optimi: *Tamen dicunt deficere voluisse.* Rectissime: neque apex ullus in his mutandus. Nam de Lusitanis agi quis ignorat? *Tamen* est particula contradictionem proponendi. Quasi diceret: Utcumque hæc ita sese habeant, quemadmodum disputavimus, *tamen*, qui favent Galbæ, putant se rem factam habere, ac devolvere omnem culpam in Lusitanos, cum *dicunt* eos ab societate Romana *deficere voluisse*, eoque præveniendos fuisse. *Gronovius.*

40 *Si volo augurium optime tenere*] Sic quidem editi omnes & scripti. Valde tamen probabilis conjectura Ausonii Popmæ in fragmentis historiarum: *Jus volo augurium optime tenere.* Vide ad Præfationem. *Idem.*

41 *Commentariis Labeonis*] Vide supra de Labeone. Festus Labeonis commentaria juris Pontificii citat, quæ fortasse eadem.

42 *Quæ prima capta est, hoc fuisse nomine*] Rot. & Reg. *nomen*. Lege: *quoniam, quæ prima capta, ei hoc fuisse nomen traditum est.* Gronovius.

CAP.

CAP. XIII.

[1] Quæsitum esse in philosophia, quidnam foret in recepto mandato rectius, idne omnino facere quod mandatum est, an nonnunquam etiam contra, si id speres ei, qui mandavit, utilius fore, superque ea quæstione expositæ diversæ sententiæ.

IN officiis capiendis, censendis judicandisque, quæ [2] [3] Græcè καθήκοντα[a] philosophi appellant, quæri solet, an negotio tibi dato & quid omnino faceres definito, contrà quid facere debeas, si eo facto videri possit res eventura prosperiùs, exque utilitate ejus, qui id tibi negotium mandavit. Anceps quæstio & in utramque partem à prudentibus viris [4] arbitrata est. Sunt enim non pauci, qui sententiam suam una in parte [5] defixerint, & re semel statuta deliberataque ab eo, cujus [6] negotium id pontificiumque esset, nequaquam putaverint contra dictum ejus esse faciendum, etiam si [7] repentinus aliquis casus rem commodiùs agi

a *Officia, quæ conveniunt, quæ decent.*

1 *Quæsitum in philosophia*] Editiones ante Carrionem: *in philosophia est.* Regius: *Quæsitum esse in philosophia.* Gronovius. Quam Gellii manum esse probat summa capitis 7. similiter in infinitivo concepta. *Gronovius.*

2 *Græce καθήκοντα philosophi*] Quædam membranæ, *quae Graeci καθήκοντα appellant.* Alioqui vocem illam *Graece* nec antiquissimæ editiones nec aliæ membranæ norunt. Et sane a librariis adjectam fuisse credo, ut verbum Græcum deesse significarent. Id enim non semel in posterioris ætatis membranis accidisse monui. Ideo deleatur. *Carrio.*

3 *Quæ Græce καθήκοντα philosophi appellant*] Voculam *Græce* nec antiquissimas editiones nec membranas ullas (præter unas, in quibus *Græci*) agnoscere testis Carrio. Idem adfirmare possum de Regio. Intelligo etiam quemadmodum ea vox irrepserit. nam in Rot. video, *quæ gr. philosophi appellant.* Sic autem semper ille codex, ubi Graja vox occurrit: & *τὸ gr.* ponitur loco *τῶ καθήκοντα*, quod transmissum est; non pro vocabulo, quo Gellius usus esset. *Gronovius.*

4 *Arbitrata est*] Libenter Gellius verba, quæ actionis tantum significationem creduntur habere, ponit *παθητικῶς.* Sic hîc *arbitrata est*, pro, arbitrium de ea latum est. quod & Jureconsultis nostris non est infrequens. *Sumptus*, inquit Ulpianus ad edictum, *arbitrantur pro facultatibus & dignitate defuncti.* l. siquis §. sumptus de religios. & sumpt. fun. Et alibi: *Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quo minus arbitretur, pœna committetur* &c. *Pœnam autem is qui defuit committit, quia per eum factum est, quo minus arbitretur.* l. diem proferre §. si quis litigatorum de recept. arbit. *Carrio.*

5 *Defixerint*] Antiquissimæ editiones *defixerunt*, & postea *putaverunt*, pro, *defixerint* & *putaverint.*

6 *Negotium id potissimum esset*] Antiquiores omnes editiones, ut & membranæ *negotium id pontificiumque esset.* Quomodo viri docti scribendum esse jampridem viderunt. Quid sit *pontificium*, docuit primum Alciatus, deinde alii: postremo vero eruditissimus Juretus suis ad epistolas Symmachi notis multa eam in rem congessit exempla. Arnobius libro adversus gentes secundo, *vt*, inquit, *di certi certas habent apud vos tutelas, licentias, potestates, neque eorum ab aliquo quod ejus non sit potestatis ac licentiæ postulatis; ita unius pontificium Christi est dare animis salutem & spiritum perpetuitatis apponere.* Carrio.

7 *Repentinus aliquis*] Meliores membranæ *aliqui.* Vetuste *quis* & *qui* & *ques* & *qui*, *quibus* & *quis*, *ques* & *quos.* Falluntur enim vehementer, qui scribi *quis* pro *quibus* figurate existimant: magis etiam illi, qui *queis* scribunt, nisi forte antiquissimam illam scribendi rationem *aniicis*, *focieis*, *magistreis*, quæ passim in veteribus est inscriptionibus, sequi vo-

agi posse polliceretur; ne, si spes fefellisset, [8] culpa imparentiæ & pœna indeprecabilis subeunda esset. Si res fortè melius vertisset; diis quidem gratia habenda, sed exemplum tamen intromissum videretur, quo bene consulta consilia religione mandati soluta corrumperentur. Alii existimaverunt incommoda priùs, quæ metuenda essent, si res gesta aliter foret quàm imperatum est, [9] cum emolumento spei pensitanda esse: &, si ea leviora minoraque, utilitas autem contrà gravior & amplior spe quantum potest firma ostenderetur, tum posse adversum mandata fieri censuerunt; ne oblata divinitus rei bene gerendæ occasio amitteretur. [10] Neque timendum exemplum non parendi crediderunt, si rationes dumtaxat hujuscemodi non adessent. Cumprimis autem respiciendum putaverunt ingenium naturamque illius, [11] cuja res præceptumque esset; ne ferox, durus, indomitus, inexorabilisque sit; qualia fue-

volunt. Nam a *qui* est *quis*, ut a *ques quibus*, a *quique* in dativo *quisque*, ut a *quesque quibusque*. Sic apud Sallustium *omnibus sibi quisque imperium petentibus*. Carrio. Sane *aliqui* jam edidit Stephanus, & in conferendo codice Regio Salmasius ac frater editione ista usi fuerunt; ut quum nihil diversum annotaverint, ita videatur exstare in eodem exemplari.

8 *Culpa impatientiæ*] Ita omnes omnino membranæ, quas viderim, eamque scripturam vetustiores etiam interpretes volunt tueri. Badius omnium primus *imparentiæ* scribendum censuit, quod sane ab hoc loco non esset alienum. G. Fornerius vir nunquam sine honore nominandus ostendit veterem editionem, in qua disertim erat *imparientiæ*; quod verbum cum a Jurisconsulto quodam magno in observationibus apud Justinianum in codice sit repositum, non veritus sum huc quoque admittere, antiqua, ut dixi, favente editione. Quanquam verum ut fatear, *imparentia* magis quam *imparientia* verbi sui formam videtur sequi. *Carrio.* Idemque Carrio mox illas voces *exemplum non parendi* observat ad hanc *imparentiam* vel *imparientiam* Gellio adfigendam. Postea sic de hoc loco notavit Thysius. [Quamvis *imparco* pro *non pareo* vix inveniatur, Festus tamen *imparentem non obedientem* esse dixit. Atque hinc *imparentia*. Lipsius *imparientiæ* legit & probam vocem *parientiam* ex Cassiodoro lib. 7. Var. putat, atque ita emendat l. 1. C. qui pro sua jurisd. Cujacius lib. 1. obs. c. 6. ex veteribus libris. Forsan juxta Badium legi posset *impotentiæ*, nisi vox *impatientiæ* ita quoque hic sumatur, quod animi impotens & impatiens fuerit, sequi mandatum, quod mandanti inutile esse crederet. Vocabulum *impatientiæ* ad mandantem contorte admodum refert Maserius, propter culpam mandatarii, & jam pœnam indeprecabilem & nullis precibus averruncandam.] Equidem membranæ Regiæ habent *impacientiæ*, quod quidem videtur elegantissimum, nedum ut mutari debeat. Id enim dicit Gellius, ei impactum iri culpam crimenque, quod pati & durare nequierit in obsequio & exsequutione severa mandati, quoniam aliquid commodius & opportunius menti ejus videbatur occurrere, quod admittere non debuerat, quantumcunque etiam blandiretur & titillaret, quasi ita magis posset mandanti prodesse. Sic plane *impatientiâ caritatis incauta verba* videtur dicere Tacitus XIII annal. 21. *Jac. Gronov.*

9 *Cum emolumento spei pensitanda esse*] Sic supra dixit cap. 9. *novicios philosophorum sectatores cum veteribus Pythagoricis pensitans.* Carrio.

10 *Neque timendum exemplum non parendi crediderunt, si rationes hujuscemodi duntaxat non adessent*] Carrionis membranæ meliores *non deëssent*, quod fortasse rectum ille autumat; si enim hujusmodi rationes adsint, tum non esse culpam imparentiæ timendam: tamen se hoc in medium ponere. At ego, si cætera, ut nunc sunt, maneant, necessario sic legendum esse ajo. Quando enim inexcusabilius, periculosius, formidolosius est solvi vim imperii & jure imperanti non obtemperari, quam quoties id temere ac sine gravissima ratione fit? Sed quum in nostris constanter servetur *non adessent*, suspicari possis ἀντὶ τοῦ *Neque* auctorem dedisse, *Namque*. Etenim, inquit, censuerunt, non fieri, quod jussum est, nihil habere aut trahere mali, si quid eo fiat melius. *Gronovius.*

11 *Cujus ea res præceptumque*] Uterque Puteani & ve-

fuerunt [12] [13] Postumiana imperia [14] & Manliana. Nam si tali [15] præceptori ratio reddenda sit, nihil faciendum esse monuerunt aliter, quàm præceptum est. Instructius deliberatiusque fore arbitramur theorematium hoc de mandatis hujuscemodi obsequendis, si exemplum quoque [16] P. Crassi Muciani [17] clari ac inlustris viri apposuerimus. Is Crassus à [18] Sempronio Asellione & plerisque aliis historiæ Romanæ scriptoribus traditur habuisse quinque rerum bonarum maxima & præcipua; quòd esset ditissimus, quòd nobilissimus, quòd eloquentissimus, [19] quòd jurisconsultissimus, quòd pontifex maximus. Is, quum in consulatu obtineret Asiam provinciam, & circumsidere oppugnareque [20] Leucas oppidum

& veteres editiones *cui ea res*. Busslid. *cui a rep. præc.* Dubium non est, quin scripserit *cuia ea res*, de quo infra dicemus. *Carrio.*

12 *Postumiana imperia*] Postumium Tubertum dictatorem intelligit, qui bello Fidenati anno urbis conditæ CCCXII A. Postumium filium, quod non suo jussu sed sponte præsidio progressus hostes fuderat, victorem securi feriri jussit, ut Valerius Maximus loquitur lib. 2. c. 7. Ab hac tamen opinione dissentit Livius, qui Manlio solum Torquato hoc severitatis exemplum tribuit, quod Manliana imperia dicantur; non Postumiana, cum tamen Postumius tempore prior fuerit. Hic tamen conjunxit autor noster Postumiana & Manliana imperia. Livius tamen non diffitetur ita etiam alios historicos retulisse, ideoque noluisse tacitum præterire Postumium.

13 *Postumiana imperia*] Omnes membranæ *Postumia imperia*. De Manlio Torquato Imperioso constans est apud omnes historia. de Postumio non item. Nam præter alios Livius libro IV ab ea severitate illum videtur vindicare. *Carrio.* Etiam Regiæ membranæ in his sunt quæ plane vindicant *Postumia*, unde id restituendum censui. Licet enim ubique id abolere potuerint, & supponere *Postumiana*, non licuit tamen illis ampliare *Postumiæ magistræ* in Catulli carmine veritatem.

14 *Et Manliana*] Qui Latino bello, vel ut Livius, Æquorum Volscorumque, filium suum, quod provocatus à Geminio Metio duce Tusculanorum ad dimicandum se ignaro descendisset, quanquam gloriosam victoriam & speciosa spolia retulisset, abripi à lictore, & in modum hostiæ mactari jussit, ut Valerius Maximus loquitur, *satius esse credens patrem forti filio, quam patriam militari disciplina carere.* Quod tamen indignissime tulit juventus militaris, neque execrationibus in Imperatorem pepercit. Post victoriam illi in urbem redeunti, nemo ex junioribus occurrere voluit, quod indigne ferrent tantæ indolis filium tam crudeliter fuisse à patre necatum. Vide Liv. lib. 8. Val. Max. lib. 2. cap. 7. & lib. 9. cap. 3. & Gellium nostrum lib. 9. cap. 13.

15 *Præceptori*] Qui aliquid præcipit, injungit.

16 *P. Crassi Muciani*] De hoc Crasso ita loquitur Cicero de clar. orat. *P. Crassum valde probatum oratorem iisdem fere temporibus accepimus, qui & ingenio valuit, & studio, & habuit quasdam etiam domesticas disciplinas. Nam & cum summo illo oratore, Ser. Galba, cujus C. filio filiam suam collocaverat, affinitate se devinxerat, & cum esset P. Mucii filius. fratremque haberet P. Scævolam, domi jus civile cognoverat.* De variis Crassis, inprimis L. Crasso, qui eloquentium jurisperitissimus vocabatur, ejusdemque cum Q. Scævola comparatione, vide eundem Ciceronem.

17 *Clari ac incluti*] Quædam membranæ *ac illustris*. Carrio. At Reg. & Rottend. firmant *incliti*.

18 *Sempronio Asellione*] Qui bellum Numantinum scripsit, cui ipse interfuerat. Vide Gellium nostrum lib. 2. cap. 13. Quod bellum confectum, excisaque Numantia anno urbis DCXXI P. Mucio Scævola & L. Calpurnio Pisone Frugi Coss. Complures Historiarum libros scripsit, nam quartum decimum alibi citat autor. Meminit ejus quoque Cicero lib. 1. de Leg. & Dionysius inter Historicorum Romanorum disertissimos illum recenset.

19 *Quod jurisconsultissimus*] Schefferinus, *quod jureconsultissimus*. Gronovius.

20 *Leucas oppidum*] *Leucas* deest unis membranis Puteani: *oppidum* aliis, quod abesse potest. *Carrio.* Nec sane hoc posterius est vel in Regia vel Rottendorf. & satis est infra sic appellasse. Scylax autem sic cum vicinis urbibus Leucas enumerat *Ægæ*, *Leucæ*, *Temnus*, *Smyrna*, ut illic emendavimus; adducto etiam Plinio, qui Leucen ponit in promontorio. *Jac. Gronov.*

pidum pararet, opusque esset firma atque procera trabe, quî [21] arietem faceret, quo muros ejus oppidi quateret: scripsit [22] ad magistrum architectonem [23] Elatensium sociorum amicorumque populi Romani, ut ex

21 *Arietem*] Aries machinamentum fuit, quo muros urbium frequenti ictu feriebant, evertebantque, & ita descripsit Flavius Josephus tertio Excidii: *Est*, inquit, *Aries trabs prægrandis, quæ malum navis assimulat. Is solidatur in capite gravi ferro, in arietis formam, unde & nomen assumpsit: dependet medius, funibus suspensus ex alia trabe, velut trutina; quæ trabs tigni s utrimque firmis munita est & fulta. Repulsus porro magna virorum manu retrorsum, iisdemque antrorsum statim & cum impetu reflectentibus, quatit muros prominulo ferro. Neque est ulla turris tam valida, aut mœnia tam lata, quæ ut primas maxime plagas tulerint, sustinere & subsistere assiduas possint.* Ex his Poliorceticôn autores, & qui omnium circumspectissime & cum cura id argumenti tractavit Clarissimus Lipsius, triplicem aut duplicem arietem facit: rudem, & à prima inventione, quem manibus lacertisque validi homines sustinentes egerint; alterum compositum, qui ex trabe altera ex transverso erecta dependerit, quo vi majore, conatu leviore librarietur; tertius fuit testudo arietaria. Quæ sane distributio licet haud improbanda, tamen quod ad compositum attinet, non satis rem exprimit, nam præter rudem, & præter dependentem, exque alia trabe, velut jugo aut trutina, ut habent verba Josephi, funibus suspensum, etiam aries proprie compositus fuit ex pluribus trabibus inter se connexis, & laminis ac vinculis ferreis arctissime circumligatus & compaginatus. Cujus effigies Campis Transisulaniæ oppido nuper videbatur. Hinc jam intelliguntur Lucani & Ammiani Marcellini loca, quæ de ariete hunc in modum composito habentur, hactenus aliorsum, & ad priorem compositionem, minus, ut existimo, recte traducta. Lucani verba ita se habent:

--- nunc conjunctas adstringere nodis,
Instabat ferroque trabes, quo frangeret altos
Portarum postes, quateretque morantia claustra.

Ammiani hæc sunt lib. 20. ubi ait, *Arietem vetustum dissolutum fuisse, ut facilius veheretur, iterumque instructum.* Ubi primum in verbis Lucani conjunctas trabes, quæ nodis & ferro erant adstringendæ, de ariete ejusmodi, qui ex duobus aut tribus malis compositus constabat, omnino acceperim. Nam & Ammianus cum inquit, Arietem, uti facilius veheretur, dissolutum iterumque instructum, quis non de trabe similiter solutili, aut potius de trabibus eum, ut indicavimus, in modum in se compositis atque aptatis id quoque ipsum intellexerit? *Job. Isac. Pontanus.*

22 *Ad magistrum ἀρχιτέκτονα molis Athenienſium*] Locus conclamatus. Gifanius, ad Muretum scribit in veteri quodam se codice vidisse, *ad magistratum Græcum more Athenienſium*: unde legendum putabat *ad ἀρχιτέκτονα Athenienſium*. Lipsius venditat è quatuor Vatic. *Moleatenſium*: quia penes Stephanum Μῶλυς Λίγυσσα πολις· τὸ ἐθνικὸν Μωλυάτης. Carrio fatetur in Busiid. quoque esse, *magistrum architectona moleatenſium*: sed miratus merito rem gerenti in Asia procerioris arboris habendæ causa mittendum in Africam fuisse. Quæ & Gifanii conjecturæ obstat ratio. Salmasius primum *ad magistrum architectonem Eleatenſium*, sive *Elaitenſium*, sive *Elatenſium*. ab *Elæa*, Ελαία, cujus ἐθνικὸν Ελαίτης. Deinde quia in scripto Regio invenit, *ad mag. G. more athenienſium*, ut & postea, *tum mag. G. comperto*, decernit scribendum, *ad magistratum Elæatenſium*, &, *tum magistratus comperto*. Sed τὰς Ελαίτας, Latine dici *Eleatenſes*, *Elæatenſes*, *Elaitenſes*, *Elatenſes*, cui probabo? Φωκαΐα certe Φωκαΐτης, Φωκαιεύς, Latine redduntur *Phocæa*, *Phocæenſis*, *Phocaicus*; à Περαία, Περαίτης Josepho Latinus est *Peræates*: non *Phocaïtenſis* aut *Peraitenſis*. Hoc igitur oppidum (& loco, ubi res gerebatur, propinquum erat) si accipimus, legendum, *ad magistratum Elæenſium*. Nam & Rott. Schefferi & Lincoln. *ad mag. G. mole* (aut *more*) *athenienſium*: tum, *ma. g. G. comperto*. Quæ nota his membranis perpetua est, quoties Græcam vocem, quam formare non poterat, omisit, & ex alio codice supplendam significavit fidus librarius: ut minus mirer id etiam alicubi factum in Regio, & factum alicubi, ubi fieri non debebat. Excerpta è Fulvii Ursini codice, *mole atheniſium*. Sed post omnia diligenter considerata incertior sum quam dudum. Nec desunt conjecturæ, sed nulla est, cui confidere possim. *Gronovius.* Oportet tamen ubi & multi codices adsunt, iique præclari & fere concordes, fateri vestigia veræ lectionis ante oculos nostros esse; & nisi tantis auxiliis instructi enitamur per ardua viarum, deserimus temere nos ipsos & antiquitati, quæ tantum nos adjuvit, vicem immerito negamus. Jam vero apud Carrionem uterque Puteani, & apud eundem alii in vetere codice, item liber Regius cum Schefferino facile prægravant alios, quoscunque nominari audimus. Ad horum scripturam *more Athenienſium* proxime accedit (& id debet esse) nihilque accedit propius quam *Marathesienſium*. Ab urbe Μαραθήσιον quidem Stephanus derivat Μαραθήσιος gentile, ut Βυζάντιον Βυζάντιος, quod & concedi potest; sed neque negari eidem debet Μαραθήτιος, quum Ephesii

ex malis duobus, quos apud eos vidisset, uter major esset eum mittendum curaret. Tum magister architecton, comperto quamobrem malum desideraret, non, uti jussus erat, majorem, sed, quem esse magis idoneum aptioremque faciendo arieti, facilioremque portatu existimabat, minorem misit. Crassus eum vocari jussit; & quum interrogasset, cur non, quem jusserat, misisset, causis rationibusque quas dictitabat spretis, vestimenta detrahi imperavit; virgisque multum cæcidit, corrumpi atque dissolvi officium omne imperantis ratus, si quis ad id, quod facere jussus est, non obsequio debito, sed consilio non desiderato respondeat.

sii in hac sua urbe nequiverint aliter agere, quam in aliis Ioniæ oppidis Νότιον Νοτιεὺς, Πτέλεον Πτελεὺς quoque, Χῖον Χῖος, ubi Stephanus addit exempla alia. Non dubito igitur quenquam negaturum in literis *mole*, quod proprie fuit in Rottendorfii membrana, vel *more athenienſium* prorsus latere *Marathesienſium*. Hæc urbs Καρίας, ἔστι δὲ πόλις Ἐφεσίων, atque adeo in ditione administrantis Asiam. Est vero & mirum & notabile, cur Gellius vocem ἀρχιτέκτονα maluerit Græce proferre, quam certe ejus manum ostentant tot præstantissima librorum veterum documenta, aliquid Græcum interpositum testantia, (quantumcunque Salmasius suum *nec dubium* urgeat) quum & ex Plauto aliisque notus sit Latinus architecton, & fragmentum Varronis referat Nonius Marcellus, *Harum ædium ſumma atria confutabant architectones*. Jac. Gronovius.

23 *Elatenſium*] Alii *Molatenſium* ediderunt juxta scripturam veterum codicum: nam in anterioribus legebatur excusis, *ad magiſtrum ἀρχιτέκτονα molis Athenienſium*. nondum tamen locus rectè habet. qui enim illi *Moleatæ* in Asia? Μωλυάτης Libyci nihil, opinor, huc faciunt. Scribendum aio: *ad magiſtrum architectonem Eleatenſium*. Ἐλαία urbs Asiæ Æolica: τὸ ἐθνικὸν Ἐλαίτης. unde Ἐλαϊτικὸς κόλπος. Legendum ergo esset: *Elaïtenſium*. non dubium est quin de his intelligat. Scribebam etiam aliquando, *Elatenſium*, ex Ἐλατῶν. Ἐλατεῖς ab Elatea, quæ urbs maxima Phocidis: sed prius verissimum. Nec dubium quin scripserit *magiſtrum architectonem*. Cur enim Græca voce uteretur ubi Latina in usu, *architecton* & *architectus*? ideo legendum etiam paulo post: *tum Magiſter architecton comperto quamobrem malum deſideraret*. Male est: *Magiſter ἀρχιτέκτων*. *Salm.*

CAP. XIV.

Quid dixerit feceritque C. Fabricius magna vir gloria magnisque rebus gestis, sed familiæ pecuniæque inops; quum ei Samnites tamquam indigenti grave aurum donarent.

[1] JULIUS Hyginus, in libro de vita rebusque illustrium virorum sexto,

1 *Julius Hyginus*] De nomine scriptoris hujus vehementer ambigo. Nam a plerisque *Higinus* vocatur; ab aliis *Higenus*. At ab optimis libris calamo exaratis *Higinius*. An vero idem sit cum illo Augusti liberto, item cum eo qui de limitibus agrorum scripsit, non minus incertum est. *Carrio*. Hic est ille, de quo Suetonius de Illustribus Grammaticis: *C. Julius Hyginus, Auguſti libertus, natione Hiſpanus, etſi nonnulli Alexandrinum putant, & à Cæſare Romam advectum, Alexandria capta. Studioſe & avide imitatus eſt Cornelium Alexandrum Grammaticum græcum, quem propter antiquitatis notitiam Polyhiſtorem multi, quidam hiſtoriam vocabant. Præfuit Palatinæ Bibliothecæ: nec eo ſecius plurimos docuit, fuitque familiariſſimus Ovidio poëtæ, & Cajo Licinio, conſulari hiſtorico: qui eum pauperem deceſſiſſe tradit, & liberalitate ſua, quoad vixit, ſuſtentatum*, Scripsit, ut ex Gellio nostro liquet, *de vita rebusque Illuſtrium Virorum*. Asconius Pedianus in Pisonianam illius quoque meminit.

to, legatos dicit à Samnitibus ad C. [2] Fabricium Imperatorem populi Romani veniſſe, & memoratis multis [3] magniſque rebus, quæ benè ac benivolè poſt redditam pacem Samnitibus feciſſet, obtuliſſe dono grandem pecuniam, oraſſeque uti acciperet utereturque: atque id facere Samnites dixiſſe, quòd viderent multa ad ſplendorem domus atque victus defieri; [4] neque pro magnitudine dignitateque lautum paratum eſſe: tum Fabricium planas manus ab auribus ad oculos, & infra deinceps ad nares, & ad os & ad gulam, atque inde porrò [5] ad ventrem imum deduxiſſe; & legatis ita reſpondiſſe; dum illis omnibus membris, quæ attigiſſet, obſiſtere atque imperare poſſet, nunquam quicquam defuturum: propterea ſe pecuniam, qua nihil ſibi eſſet uſus, ab iis, quibus eam ſciret uſui eſſe, non accipere.

Alia quoque conſcripſit, præter *exemplorum volumen*, quod citat Gellius lib. 10. cap. 18. *de Urbibus Italicis* pleniſſime ſcripſit, ut teſtatur Servius in lib. 7. Æneid. multa quoque alia citantur. Hodie præter Aſtronomicon, & fabularum librum nihil extat.

2 *Fabricium*] Intelligit Fabricium Luſcinum, quem *locupletem faciebat, non multa poſſidere, ſed modica deſiderare.* Ejuſdem hoc dictum erat, *quod malebat pauper divitibus imperare, quam dives pauperibus.* Vide Val. Max. lib. 4, cap. de Abſtinentia.

3 *Magniſque rebus, quæ*] Alio refertur oratio, quam ipſa verba. Non enim ad proximum *multis magniſque rebus* illud *quæ* poteſt applicari, ſed ad ea, quæ per multas magnaſque res intelliguntur. ſic apud Salluſtium in Catilinario: *repudiabat ſervitia, cujus ab initio ad eum magnæ copiæ concurrebant.* Carrio.

4 *Neque pro magnitudine dignitateque lautum paratum eſſe*] Fulv. Reg. Rottend. *pro amplitudine*, ut & quædam apud Carrionem membranæ. Porro non paullo elegantius idem ſe reddidiſſe ſic putat pro eo, quod erat *lautum paratumque*, ex Buſlidiano, quemadmodum *pranſum paratum* dixerunt. Admitto ſcripturam, cui favent & noſtri codices: ſed *paratum* accipio intranſitive, pro apparatu, quemadmodum ſæpe apud Tacitum. Annali tertio: *ut quiſque opibus, domo, paratu ſpecioſus.* Lib. 6. *Abdageſes gazam & paratus regios adjicit.* Noſter lib. 17, 2. *Magnum viaticum pro magna facultate & paratu magno nove poſitum eſt.* Lib. 19, 1. *magno cultu paratuque rerum & familiæ.* Pro eo alii *apparatum.* Auctor de corrupta eloquentia: *non ea ſolum inſtrui ſupellectile, quæ neceſſariis uſibus ſufficiat, ſed ſit in apparatu ejus & aurum & gemmæ.* Trogus lib. 21. *Dionyſius cum omni regio apparatu in Italiam profugit tacitus.* Hunc *paratum* Fabricio ait non pro amplitudine ac dignitate ejus *lautum* eſſe: quemadmodum *lauta ſupellex* dicitur. Juvenalis Sat. 14. *cupiet lauto cænare paratu.* Gronov.

5 *Ad ventrem imum*] Tangebat eas partes, in quibus ſenſus ſunt, auditus, odoratus, viſus, guſtus, tactus. Voluptas enim nonniſi in ſenſibus. Qui hos regit virtute, abſtinens.

CAP. XV.

Quam importunum [1] vitium plenumque odii ſit futilis inaniſque loquacitas, & quam multis in locis à principibus utriuſque linguæ viris deteſtatione juſta culpata ſit.

Qui ſunt leves & futiles & importuni [2] locutores, quique nullo rerum

1 *Vitium ſit plenumque odii*] In ſuperius editis *vitium plenumque odii* adhæſerant lemmati ſectionis præcedentis. Recte huc tranſtulit Carrio: & tamen ei commodiorem locum aſſignat Regius, in quo, *Quam importunum vitium plenumque odii ſit.* Gronovius.

2 *Locutores*] Quædam membranæ, *locutiores.* Carrio. At in Regnis erat *locuturos.*

3 *Hæc*

rum pondere innixi verbis [3] [4] humidis & lapsantibus diffluunt; eorum orationem bene existimatum est [5] in ore nasci, non in pectore: linguam autem debere ajunt non esse liberam nec vagam, sed vinculis [6] de pectore imo ac [7] [8] de corde aptis moveri & quasi gubernari. Sed enim videas [9] quosdam sic scatere verbis [10] sine ullo judicii negotio cum securitate multa & profunda, ut loquentes plerumque videantur loqui sese nescire. Ulyssem contra Homerus virum sapienti facundia præditum, vocem mittere ait non ex ore [11] sed ex pectore; [12] quod scilicet non ad sonum

3 *Humidis*] Solent enim qui præcipites loquuntur, salivam una effutire. Pers. Sat. 1.

-- summa delumbe saliva
Hoc natat in labro.

Legunt quidam, *uvidis*. Uvida dicuntur proprie, quæ humorem intrinsecum habent, humida quæ extrinsecum. Sed explicat bene Casaubonus ad Theophrasti λαλιάν.

4 *Lapsantibus*] Crebro vacillantibus.

Verbis humidis & lapsantibus] Regius, *ubidis*, unde Salmasius *uvidis*. Rot. tamen *umidis*. Gronov.

5 *In ore nasci*] Manifeste videtur auctor alludere ad Græcorum ἀπὸ γλώσσης ῥηματα, quæ talia certe erant, ut præter sonum nihil haberent venustum. Sunt ea sæpe iterata & hinc bene nota. *Jac. Gron.*

6 *De pectore imo*] Videtur id desumptum ex Ægyptiorum Hieroglyphicis, apud quos ut scribit Horus Apollo lib. 2 καρδία φάρυγγος ἠτιμωνη ἀγαθὸ ἀνθρώπε τοῦα ἰσήμαινε. Lambecius. Quasi ex Catullo, qui in Argonauticis inducit Ariadnen proferentem *querelas, Quæ quoniam vere nascuntur pectore ab imo.* Itaque sapienter concludit Carrio rectam esse vulgatam scripturam, quum liber calamo exaratus apud eum haberet *pectore uno*, in unis vero Puteani membranis *de pecto vivo*.

7 *De corde apertis*] Ita omnes editiones, pessime. Vetus impressus & unæ Puteani membranæ *de corde aptis*. Hinc illæ lacrymæ. Neque enim dubium est, quin ex eo *apertis* librarii fecerint. Quidam MS. *aptissimis moveri*. Rectum erat *aptis*, quod in meliore Puteani libro est. Dicebant veteres frequenter *aptus ex hac re*, pro, connexus & dependens. Lucretius libro secundo: *Pergam connectere rem, quæ Ex hoc apta fidem ducat.* Apulejus de dogmate Platonis: *Hæc enim invicem ex se apta & connexa esse; idcircoque in igne atque in terra & aqua & aere esse situs.* Cicero: *Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese atque in sese uno sua posit omnia.* Vide Nonium. Dicebant *aptum e re aliqua.* Cicero in Tusculanis: *Fulgentem gladium e lacunari seta equina aptum demitti jussit.* Virgilius Georgic. tertio: *ipsis e torquibus aptos Junge pares & eoge gradum conferre juvencos.* Postremo cum dativo sine præpositione ponebant; ut Ennius, *cælum signis ardentibus aptum.* Et ex eo Virgilius Æneidos quarto: *Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.* Ubi Servius: *satis perite loquitur. nam aptum dicit conjunctum ἀπὸ τῦ ἅπτεσθαι, non insignitum stellis. Axis enim non habet stellas, qui est medius inter septentriones: unde & Græce ἀπάστροπος dicitur.* Postremo ad eundem modum quin *aptus de re aliqua* dixerint, dubium non est, etsi exempla jam non occurrant. *Carrio.*

8 *Aptis*] Vulgo *apertis*. Nullo sensu. Fruterius Verisim. lib. 1. cap. 19. recte legit *aptis*. Idemque testatur in veteri MS. & satis emendato, corrupte ita legi, *ac de corde aptissimo vehi.* Hinc legendum, *aptis moveri*, satis liquet. nam geminata syllaba crebro librariorum vitio, & *mo vehi* pro *moveri* positum. *Aptis*, idem est quod alligatis, aptatis. Festus, *comprehendere antiqui vinculo, apere dicebant. Unde aptus is qui convenienter alicui junctus est.* ἅπτειν significat Græcis eodem modo nectere, ligare. hinc apio, vel apo. Voce *aptis* hac significatione usus Catullus Ep. 28. *Aptis sarcinulis & expeditis.* Ita & Cicero, Virgilius, & Lucretius loquuntur.

9 *Quosdam. sic scatere*] Particula media abest ab codice Regio. Sed neque apparuit in Rottendorf.

10 *Sine ullo judicii negotio*] Vere id contingit amantibus, quod pulcherrime declarat Achilles Tatius lib. VI. Παρακαθίσας διελέγετο, ἄλλοτε ἄλλα ῥήματα συνάπτων ἐκ ἔχοντα νῦν. Τοιῦτοι γὰρ οἱ ἐρῶντες, ὅταν πρὸς τὰς ἐρωμένας ζητήσωσι λαλεῖν. Οὐ γὰρ ἐπισάμενοι τὸν λογισμὸν τοῖς λόγοις, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν εἰς τὸ ἐρώμενον ἔχοντες, τῇ γλώττῃ μόνον χωρὶς ἡνίοχε τῦ λογισμῦ λαλῦσιν. Jac. Gronov.

11 *Sed ex pectore*] Versus prior Homeri, quem modo citat autor noster, non hoc vult missam vocem ex pectore, non ex ore, sed vocem magnam ex imis pectoris penetralibus adjumento validorum laterum pronunciari.

12 *Quo scilicet non ad sonum magis &c. pertineret*] Si quid auctor voluerit, video, scribendum

ſonum magis habitumque vocis, quàm [13] ad ſententiarum penitus conceptarum altitudinem pertineret: petulantiæque verborum coërcendæ vallum eſſe oppoſitum dentium luculentè dixit, ut loquendi temeritas non cordis tantum cuſtodiâ atque vigiliâ cohibeatur, ſed & quibuſdam quaſi excubiis in ore poſitis ſepiatur. Homerica, de quibus ſuprà dixi, hæc ſunt:

Α'λλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην [14] ἐκ φήθεος ἧκε.

Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων[a],

M. Tullii quoque verba poſui, quibus ſtultam & inanem dicendi copiam graviter & vere deteſtatus eſt. *Dummodo*, inquit, *hoc conſtet, neque infantiam ejus qui rem norit, ſed eam explicare dicendo non queat,* [15] *neque inſcientiam illius cui res non ſuppetat, verba* [16] *non deſint, eſſe laudandam. quorum ſi alterum ſit optandum, malim equidem indiſertam prudentiam, quàm ſtultam loquacitatem.* Item in libro de Oratore primo verba hæc poſuit: *Quid enim eſt tam furioſum, quam verborum vel optimorum atque ornatiſſimorum ſonitus inanis, nulla ſubjecta ſententia* [17] *nec ſcientia?* Cum primis autem M. Cato atrociſſimus hujuſcemodi

a *Aſt ubi jam magnam fudit de pectore vocem. Dentis clauſtra tui vox qualis, nata, reliquit?*

---

eſt: *quod ſcilicet non ad ſonum magis habitumque vocis quam ad ſententiarum penitus conceptarum altitudinem pertinet.* Gronovius.

13 *Ad ſententiarum penitus*] Omnes vulgati, *quam ex ſententiarum penitus conceptarum altitudine pertineret*, quod pro Latino non habeo. Quidam Puteani, *ex ſententiarum penitus conceptarum altitudinem.* ab altero abeſt *ex.* Buſlidianus aperte, *quam ad ſententiarum penitus conceptarum altitudinem pertineret.* Manifeſto verum. *Pertinere* pro *pertingere* antiquis uſitatiſſimum. Salluſtius in hiſtoriis: *unde pons in oppidam pertinens explicatur.* Ulpianus ad edictum prætoris verba, *Quo minus illi cloacam, quæ ex ædibus ejus in tuas pertinet, qua de agitur, purgare reficere liceat*, interpretatur: *quod ait prætor* pertinet *hoc ſignificat, quod ex ædibus ejus in tuas pertinet, hoc eſt, dirigitur, extenditur, pervenit* l. 1. §. 1. & §. quod ait De cloacis. Pertinere ad aliquid, ut hic loquitur Gellius, Cicero, Cæſar, alii dixerunt. Cicero: *Quæ poteſt igitur contagio ex infinito pœne intervallo pertinere ad lunam?* Cæſar primo de bello Gallico: *Quæ pertinent ad inferiorem partem Rheni.* Carrio.

14 Ἐκ φήθεος ἧκε. Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε] Scheffe-rinus: ἐκ φήθεος & ποιόν σε. Regius, ἐκ φήθεος ΙΗΡΤΕΜΟΝ ποῖον σε. Ut videatur fuiſſe: ἐκ φνθεος ἧει. Et, ποῖον σε ἔπες φύγεν ἕρκος ὀδόντων. Eſt enim prior ex Iliade, poſterior ex Odyſſea verſus. Itaque debuerunt copula iſta ſeparari. De ſecundo autem ſufficit hemiſtichion, quod poſuimus. *Gronovius.* Non aſſequutus fuit pater manum meam, quæ notavit in codice Regio legi ΣΤΗΘΕΟΣ sm ET ΠΟΙΟΝ, ut omnino clare probetur ſententia paterna. Salmaſius & Lambecius in ſua collatione id prætermiſerant.

15 *Neque inſcitiam illius*] Et Regius & Rottend. *inſcientiam*: quemadmodum & in emendationibus Ciceronis ipſius exemplaribus jam habetur lib. 3 de Oratore cap. 35, unde hic locus depromptus eſt. Idem vocabulum Cæſari & Livio reſtituimus. Fruſtra igitur hic in Lambinum impetum facit Carrio. *Gronovius.*

16 *Non deſint eſſe laudanda*] Sic irrepſit, opinor, in Stephanicam, & omnes ſunt poſtea ſecuti. At ſcripti & editi alii, ut & apud Ciceronem eſt, *laudandam.* Idem.

17 *Nec ſcientia*] Buſlidianus *vel ſcientia*; & pro *hujuſmodi vitii* in membranis *hujuſcemodi*, in aliis *hujuſce*; item pro *inſectator eſt*, membranæ quædam *inſector eſt.* Carrio. Sane in Regio etiam *hujuſce vitii*, idque ſufficit: pro primo habet *ne ſcientia.*

modi vitii insectator est. Namque in oratione quæ inscripta est [18] SI. SE. COELIVS. TRIB. PLEB. APPELLASSET. *Nunquam*, inquit, *tacet, quem morbus tenet loquendi,* [19] *tamquam veternosum bibendi atque dormiendi.* [20 21 22] *Quod si non conveniatis, cum convocari jubet; ita est cupidus orationis, ut conducat, qui auscultet: itaque* [23] *auditis, non auscultatis, tanquam pharmacopolam: nam ejus verba audiuntur;* [24] *verum ei se nemo committit, si æger est.* Idem Cato in eadem oratione eidem M. [25] Cœlio Trib. pleb. [26] vilitatem opprobrans non loquendi tantum, verum etiam tacendi, *Frusto*, inquit, *panis conduci potest, vel uti taceat, vel uti loquatur.* Neque non meritò Homerus unum ex omnibus

18 *Si se Cœlius*] Mentio hujus orationis in Festo in *spatiatorem* & v. *neniam*. Ejusdem in v. *citeria* & v. *pro scapulis*. Cœlius hic, de quo & Macrob. Sat. III, 14 Senatorem non ignobilem eum vocat. Disce ergo Tribunum pl. esse posse e Senatoribus.

19 *Tanquam veternosum*] Festus: *Veternosus dicitur, qui gravi premitur somno. Cato veternosum hydropicum intelligi voluit, cum ait, Veternosus quam plurimum bibit, tam maxime sitit.* Exponit Donatus, *veternosum vetere morbo confectum.* Hic autor noster hydropem, & lethargum conjunxit, cum veternoso tribuit bibendi & dormiendi necessitatem. Non omnes autem veternosi sunt hydropici, sed plerique hydropici veternosi sunt.

20 *Quod si non conveniat*] Manifesta scripturæ vulgaris est sententia. Et tamen nescio quid turbant hìc membranæ. Liber Buslidianus *quorum non conveniatis cum vocari debeat.* Quidam Puteani *si non conveniat cum convocari jubeat;* alter, *quod si non conveniatur, tamen convocari jubet.* Illud *tamen* pro eo quod vulgo est *tum*, rectum est & in antiquis exstat editionibus. tum, tñ, tm iisdem fere notis designabantur. *Carrio.*

21 *Quod si non conveniant, tum conv.*] Velim ego hunc locum ex vestigiis MS. R. ita emendari, nec dubito quin verissime: *Quod si non conveniatis, cum convocari jubet, ita est cupidus orationis, ut conducat, qui auscultent.* Et paulo post pro *si æger est* lege, *nisi æger est.* Lambecius.

22 *Quod si non conveniant, tamen convocari*] Rottend. *Quod si non conveniatis, cum convocari jubet ita cupidus orationis ϑ conducat qui auscultet*: quemadmodum & Regius: nam in eo quoque τὸ *est* & τὸ *ut* desiderantur: quæ tamen necessaria videntur, ut constet oratio. Nisi malis: *Quod si non conveniatis, cum convocari jubet, (ita cupidus orationis est) conducit, qui auscultet.* Nam illa supervacua litera *D* prorsus sic formata est, ut ex nota τ̃ *Est* nata videatur. *Gronovius.* Recte quod istæ inanes interpositiones tandem rursus expellantur. Sed series tamen orationis recte processerit, si prorsus ex MSStis legas: *Quod si non conveniatis, cum convocari jubet; ita cupidus orationis conducat, qui auscultet.* q. d. Ita tum præ cupidine loquendi vel conduxerit & pecunia promissa aut data accessere sustineat. *Jac. Gronov.*

23 *Auditis non auscultatis*] Cæcilius: *Audire ignoti quod imperant soleo, non auscultare.* Pacuvius Chryse: *Nam istis qui linguas avium intelligunt, Plusque ex alieno jecore sapiunt quam ex suo, Magis audiendum quam auscultandum censeo.* Carrio. Hunc locum Pacuvii tamdiu ante ab Carrione notatum & propositum tamen etiam nuper venditare sustinuit hoc loco Lambecius: quod quum sit irreverenter factum, merito ex nota ejus, quam apposítam habes, delevi.

24 *Verum ei se nemo committit, si æger est*] Claudicabit comparatio, si hoc mutabimus. Nam si quis æger agyrtæ isti sese committit, is profecto & auscultat, non tantum audit hominem, quippe qui nihil aliud sequatur, quam ut habeat emungatque imperantes ægrotos. At huic tribuno idem fieri, quod nundinali & circumforaneo pharmacopolæ ait Cato: audiri ambos, non auscultari; hoc est, homines circumstantes duci & lactari eorum tolutiloquentia, sed neminem eis credere. *Gronovius.*

25 *Cœlio Trib. pl.*] In Regia membrana integre scriptum est *tribuno plebi*, quod & ipsum sic notavi in Lincolniensi libro, ut scias quomodo Gellius scripserit & pronunciaverit. *Jac. Gronov.*

26 *Vilitatem opprobrans*] Sic alter Puteani & vetustissime editi libri, quod retinui. Sic infra libro XII cap. 12. *Tum Cicero inopinata opprobratione permotus.* Et lib. XVII, cap. 1. *Ut vel hac ipsa re, quod ita dicebat opprobaret adversariis.* Carrio.

27 *Ther-*

bus [27] Therſiten, [28] ἀμετροεπῆ ἀκριτόμυθον [a] appellat: modo verba illius multa, & ἄκοσμα [b] ſtrepentium ſine modo graculorum ſimilia eſſe dicit. Quid enim eſt aliud ἀμετροεπὴς ἐκολώα [c]? [29] Eupolidis quoque verſus de id genus hominibus conſignatiſſime factus eſt, λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν [d]; quod Salluſtius noſter imitari [30] volens, *loquax*, inquit, *magis, quam facundus.* Quapropter [31] Heſiodus poëtarum prudentiſſimus, linguam non vulgandam, ſed recondendam eſſe dicit, proinde ut theſaurum; ejuſque eſſe in promendo gratiam plurimam, ſi modeſta & parca & [32] modulata ſit:

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φειδωλῆς· πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης [e].

[33] Epicharmium quoque illud non inſcite ſe habet,

[34] Οὐ λέγειν δεινὸς, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος [f].

Ex

a *Immodicum verborum, ſine judicio loquacem.*
b *Incondita*, vel *indecora.*
c *Sine modo loquax tumultuabatur*, vel *inſtar graculorum perſtrepebat.*
d *Blaterare optimus, dicendi minime potens.*
e *Linguæ theſaurus optimus mortalibus*
Parcæ, & modicæ gratia maxima.
f *Non idoneus ad loquendum, ſed tacendi impotens.*

---

27 *Therſiten*] Lycophron illum πιρηκοφόρμον appellat. Interemptus hic poſtea ab Achille, cum in illum convitia jaceret, quod in Amazonum pugna Pentheſilea occiſa, poſt mortem illam Achilles deperiret, ut teſtatur eſt Κοΐντῳ Poëta Didymus in Homerum.

28 Ἀμετροεπῆ ἀκριτόμυθον *appellat: modo verba illius*] Schefferinus, *appellabat verba.* ſine τῷ *modo*, quod vel Carrio vel Stephanus addiderunt, inſuave, cum ſequatur, *ſine modo.* Reg. ἀμετροεπῆ & ἀκριτόμυθον *appellabat, verbaque illius multa &* ἄκοσμα. Gronovius. Sed & in eo legitur *Therſitam*, quod habetur etiam in Schefferino. Sed neque in codice Regio mox legas ἀμετροεπὴς ἐκολώα, ita ut illud adjectivum Gellius duxerit repeti debuiſſe: ſed id plane ibi omittitur, & omnino recte, quum ſatis ſit ſemel poſuiſſe, & nunc ſolius verbi ἐκολώα adnectitur interpretatio. *Jac. Gronov.*

29 *Eupolidis*] Eupolidem laudat præter Horatium Quintilianus; qui lib. 10. Inſtit. Orat. ita loquitur: *Antiqua illa comœdia, tum ſinceram illam ſermonis Attici gratiam prope ſola retinet, tum ſæcundiſſimæ libertatis: etſi eſt in inſpectandis vitiis præcipua, plurimum tamen virium etiam in cæteris partibus habet; nam & grandis, & elegans, & venuſta, & neſcio an ulla, poſt Homerum tamen, quem ut Achillem ſemper excipi par eſt, aut ſimilior ſit Oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. Plureis ejus autores, Ariſtophanes tamen & Eupolis Cratinuſque præcipui.* Vide & Horat. lib. 1. Sat. 4. Vixit Olympiade 88. ut ſcribit Euſebius in Chronicis. ſcripſit 17. fabulas. Citant eas paſſim autores antiqui, inprimis Athenæus, Pollux, Suidas, Stephanus. Naufragio in Helleſponto bello Laconico periit.

30 *Volens, loquax, inquit*] Uterque Puteani *volens adſcribit loq.* Carrio. Idem verbum ut mihi in Regio etiam apparuit, ſic ab Salmaſio, & fratre fuit notatum; ſicut ipſe in Lincolnienſi etiam notavi. *Jac. Gronov.*

31 *Heſiodus*] De cujus ætate, variant enim autores, uti & Homeri, alibi agemus.

32 *Modulata*] Modica.

33 *Epicharmium*] Epicharmus Syracuſanus comœdiæ inventor creditur. In cujus laudem extat Theocriti Epigramma Græcum, qui illum quoque inveniſſe comœdiam dicit. Sicut fortaſſe Sophron Siculus mimos, ut Salmaſius autumat. Laërtius Coum fuiſſe refert, & trimeſtrem in Siciliam perveniſſe, fuiſſe auditorem Pythagoræ, & ſcripſiſſe de rerum natura libros. De Medicina quoque commentarios Plinius & Columella citant.

34 Οὐ λέγειν δεινὸς] Regius: Οὐ λέγειν τύγ' ἐστὶ δεινὸς, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος. Quod eo magis placet, quia & metro & phraſi ſimile eſt Epicharmio alii,

Ex quo hoc profecto ſumtum eſt;

Qui quum loqui non poſſet, tacere non potuit.

Favorinum ego audivi dicere verſus iſtos [35] Euripidi,

[36] Ἀχαλίνων στομάτων,
Ἀνόμητε ἀφροσυνάς,
Τὸ τέλος δυσυχία[a],

non de iis tantum factos accipi debere, [37] qui impia aut illicita dicerent; ſed vel maxime de hominibus quoque poſſe dici ſtulta & immodica blaterantibus; quorum lingua tam prodiga infreniſque ſit, ut fluat ſemper & æſtuet colluvione verborum teterrima: quod genus homines à Græcis [38] ſignificantiſſimo vocabulo καλάγλωσσοι[b] appellantur. Valerium [39] Probum Grammaticum illuſtrem, ex familiari ejus docto viro comperi, Salluſtianum illud, *Satis eloquentiæ, ſapientiæ parum*, brevi ante-

a *Effrenati oris, & enormis amentiæ, finis infortunium.*

b *Linguaces.*

---

alii, quod exſtat apud Plutarchum: Οὐ φιλάνθρωπος τύχη ἔχεις νόσον· χαίρεις δίδες. Alludit Schefferinus, qui Οὐ λέγειν σιγέεσι δεινός. Gronovius. Literæ ſic in Regio conceptæ erant, ΟΥΑΕΤΕΙΗCΤΥΓΕΕCCΙΔΕΙ- &c. Unde colligebam tunc οὐ λεγειν εσ' (pro ἐῶ') ὑγιές τι δεινός. Mox edidi *potuit* ex MSS. pro *poterat*.

35 *Euripidi*] Ita omnes meliores membranæ, non tantum hoc in nomine ſed in aliis etiam omnibus ſimilibus, de qua re & in Salluſtio dixi & hîc poſterius dicam. *Carrio.* Locus eſt in Bacchis verſ. 385.

36 Ἀχαλίνων στομάτων] Ita ſane citat & Stobæus ſerm. 44, & vox Gelliana *infrenis* cum tot exemplis, quæ ex aliis ſequuntur, probat, recte dictum. In Regio tamen exſtat ΑΔΑΔΕΙΝΩC. Tanquam vellet Ἀλλ' ἀδέσμων στομάτων. Jac. Gronov.

37 *Qui impia*] Nam hæc verba Euripides profert contra profanam injuriam Penthei adverſus Bacchum lætitiæ datorem. Videndus eſt Plutarchus commentario περὶ τῆ ἀδολεσχίας. Sententiæ ibidem elegantiſſimæ inveniuntur de modeſtia vitæ & tranquillitate amplectenda, de moderatione animi præſenti ſorte contenti.

38 *Significantiſſimo vocabulo λάλας appellatos*] Fulv. *vocabulo καλάγλωσσοι appellatatur.* Regius, *vocabulo καλάγλωσσοι appellantur.* Forte, ἀθυρογλωσσοι *appellitantur. Appellitare* 17, 20. *Sic enim me in principio recens in diatribam acceptum appellitabat.* Claudius Germanicus: *montem Cœlium occupavit & à duce ſuo Cœlo ait appellitavit.* Gronovius. Sed Græcum illud, quod in Fulviano ac Regio ſervatur, omni favore excipi meretur, nec mutari debet. Eſt enim vere ſignificantiſſimum, quod nec de voce λάλος (quam idcirco ejeci) nec de altera ἀθυρόγλωσσος poteſt dici. Illud vero compoſitum agnoſcis, ut κατειδωλος in Actis, κατάδενδρος, καλάκαρπος apud alios, copiam earum rerum notantia, quas nomen ſubſtantivum exprimit. Sic quoque hi conſiderantur multis linguis ſimul garrientes ob immodicam loquacitatem. Maxime vellem audire, quum hæc verba Gellii & illud vocabulum λάλας citaret ac deſcriberet ad Theophraſtum Caſaubonus, quid illi tandem viſum fuerit iſtud ſignificans eſſe, quod in iſto Græco agnoverit, quum nihil habeat niſi ſimplicem propriamque notionem, prout ineſt vocabulis omnibus, nihil ſane ſignificantius. *Jac. Gronov.*

39 *Probum Grammat.*] Marcus Valerius Probus ex civitate Phœnicæ Beryto oriundus. Huic Grammaticæ parti ſe dedit, quæ emendat antiquos autores. *Itaque*, ut Suetonius loquitur, *multa exemplaria contracta emendare, ac diſtinguere & adnotare curavit, ſoli huic nec ulli præterea Grammatices parti deditus. Hic non tam diſcipulos, quam ſectatores habuit. Nunquam enim ita docuit, ut Magiſtri perſonam ſuſtineret. Unum vel alterum, vel quum plurimos, tres aut quatuor poſtmeridianis horis admittere, cubanſque inter longos ac vulgares ſermones ſolebat legere quædam, idque perrare. Nimis pauca & exigua de quibuſdam minutis quæſtiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem Sylvam obſervationum Sermonis antiqui.* Floruit Romæ ſub Nerone, ut Euſebii Chronica monent. Citat quoque Gell. noſter lib. 17. cap. 8. commentarium *de occulta literarum ſignificatione Epiſtolarum Cæſaris.* Scripſit eodem Gellio teſte de *Accentu quorundam Punicorum vocabulorum.* Extant *de literis antiquis* opuſculum, item commentarii in Bucolica &

antequam vita decederet, sic legere cœpisse, & sic à Sallustio relictum affirmasse; *Satis loquentiæ, sapientiæ parum*, quòd *loquentia* [40] novatori verborum Sallustio maxime congrueret; *eloquentia* cum insipientia minime conveniret. Hujuscemodi autem loquacitatem verborumque [41] turbam magnitudine inani vastam facetissimus poëta Aristophanes insignibus vocabulis denotavit in his versibus:

Ἄνθρωπον [42] ἀγριοποιὸν, αὐθαδόφρονα,
Ἔχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον στόμα,
Ἀπεριλάλητον, [43] κομποφακελορρήμονα [a].

Neque minus insigniter veteres quoque nostri hoc genus homines [44] in verba

a *Virum feroces reddentem alios, oris contumacis,*
Effrenis, immoderati, cujus ori nullus obex, vel *janua,*
Futilem, ampullosis turgidum verbis.

Georgica Virgilii, *Grammaticarum Instit.* Libri duo.

40 *Novatori verborum*] In eo maxime reprehensus Sallustius, quod antiqua verba ex Catonis Originibus excerperet, unde ausus est Lenæus, teste Suetonio in ejusdem vita, eum appellare *priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem.* Apud Quintilianum lib. 8. cap. 3. occurrit vetus Epigramma,

Et verba antiqui multum furate Catonis,
Crispe Iugurthinæ conditor historiæ.

De Catone tamen M. Tullius ita in Bruto loquitur: *Jam vero Origines ejus quem florem aut quod lumen Eloquentiæ non habent?* Sicuti autem quædam abstrusiora apud illum occurrunt vocabula, ita elegantissimus & sententiis florentissimus scriptor merito ab antiquis censetur, eumque laude omni ego superiorem judico. Quintilianus illum cum Thucydide, Herodotum cum Livio comparare non veretur. Sane scriptor est plane Atticus, & Demosthenis similior, magis quam Cicero, ut recte judicavit Turnebus lib. 28. Adv. cap. 22. Neque video ejus tantam brevitatem & obscuritatem esse, ut plerique antiqui innuunt. Melius judicium Julii Cæs. Scaligeri, cum dicit in Orat. pro Cicerone: *A Sallustio autem brevitatem illam peti debere cum scribis; neque quid velis intelligo, neque tam vulgi animo adeo conceptam, adeo persuasam, adeo decantatam in illo viro brevitatem unquam comprehendi. Nam, si, quoniam frequentibus asyndetis utitur, aut quod non longis periodis ambit argumenta rerum, properare tibi videtur, isto tibi quoque pacto brevibus atque interceptis saltibus centum milliariorum iter minus longum videbitur, quam unius modo stadii intervallum quod uno spiritu confeceris. Ac contra videmus Sallustium ipsum, cum quid semel dicendum assumpsit; adeo persistere, ut sæpenumero egredi videatur.* Novatorem hic appellat Gellius, & alibi lib. 4. cap. 15. *Verborum facundiam & novandi studium cum multa prorsus invidia fuisse* affirmat. Antiquorum potius verborum affectator fuit. Quod in eo reprehendebat Asinius Pollio, teste Suetonio. Vide de hoc autore judicia Senecæ Epist. 114. & in controv. 25. lib. 5. Quintiliani lib. 2. cap. 5. lib. 3. cap. 1. & lib. 4. c. 2. lib. 10. c. 1. Vell. Paterculi lib. 2. Taciti, & aliorum.

41 *Turbam, &c. vastam*] Multitudinem turbulentam, incultam, incompositam. Vide Aristoph. in Pacis Actu 3. Scen. 2.

42 Ἀγριωπὸν] Ita omnes editiones. Sed legendum est ἀγριοποιὸν, ut in Aristophane legitur. Sic enim scholiastes explicat ἀγρίους εἰσαγούσα καὶ ἀπαιδεύτους ἥρωας. Carrio. Clare in MS. Regio erat ἀγριωποιὸν.

43 Κομποφακελορρήμονα] Exponit scholiastes Aristophanis βαθυρρήμονα, πλήρη καὶ συνδεδεμένα ἔπη λεγούσα. Φακέλους enim esse dicit graves & colligatos lignorum fasces. Et hinc fortasse fascis. κώμπος autem inanem verborum crepitum, & vanam grandiloquentiam denotat. Attamen in MS. Regio est καλποφακελ, quasi innueret urnas fasceisque verborum afferentem.

44 *In verba projectos*] Editio vulgaris *provectos*, non *projectos* exhibet. Ratione conjecturam illam confirmare facile, nunc veterum exemplarium testimonio confirmabo. Dicunt Latini, *Projectus ad eam rem*, (& quidem in malam partem) non *provectus*. ut Tacitus: *Gens ad libidinem projectissima.* Cicero non solum *projectos ad audendum* dixit, sed etiam *projecta audacia* & *projecta cupiditas.* H. Steph.

45 *Bla-*

verba projectos, locutulejos, & [45] blaterones, [46] & lingulacas dixerunt.

45 *Blaterones*] Homines futiles & garrulos. *Blatire* quoque nugas agere. Sic usurpat Plautus in Amphitruone Act. 2. Sc. 1. & in Curculione Act. 3. sicut à *prope*, *propera*, ita à *blatio*, *blatero*. Non bene à pisce inutili. qui βλαξ Græcis, unde & βλαυκύειν, derivat Festus. βλαξ autem simplicem, stupidum, fatuum quoque denotat.

46 *Et linguaces*] Hæc vox an Latina sit, nescio. Certe vix reperiri apud meliores scriptores existimo. Optimæ & nunquam satis laudatæ membranæ *lingulacas*. quod verbum Festus interpretatur *genus piscis vel mulier argutatrix*. Plautus in Casina: *Vin lingulacas? Quid eo opus est, quando uxor domi est? Ea lingulaca est nobis. nam nunquam tacet.* Sed fallitur epitomator Festi, dum solas mulieres *lingulacas* appellari tradit. nam & de viris dicitur. Varro: *Quare resides lingulacæ obtrectatores tui jam nunc murmurantes dicunt*: Μωμήσεται τις μαλλον μιμησεται. *Lingulacas* pisces esse Varro & Festus docent. Soleas esse aut eis non absimiles recte Hermolaus Barbarus monuit. Nos certe Belgæ soleas pisces nunc soleas, frequentius tamen *linguas tonghen* appellamus. neque ulla est natio, quæ pisces marinos quam Belgica magis proprie nominet. Garrulos eodem modo *langhe tonghen* appellamus. Plautus tamen a soleis videtur lingulacas distinguere. Nominatis enim soleis subjungit: *Vin lingulacas?* Carrio. Nihil derogo optimis membranis illis, quas deprædicat ad caput XVII. Interim sæpius ita singulares potuerat citare. Quidquid sit, in codice Regio plane exstat *linguaces*, quam vocem opinor ab Carrione similiter fuisse conspectam in pluribus membranis, quæ bonitate non cederent illis, quas nunc vocavit optimas. Nec dubitabis Latinam vocem esse, si adhibueris delicias veterum in hac terminatione, quas pro parte collegit Nic. Heinsius, ut indicavi ad Ammianum Marcellinum XXXI, 10. *Jac. Gronov.*

CAP. XVI.

[1] *Quod verba isthæc Quadrigarii ex Annali tertio*, ibi mille hominum occiditur, [2] *non licentia, neque de poëtarum figura, sed ratione certa & proba grammaticæ disciplinæ dicta sunt.*

[3] QUADRIGARIUS in tertio Annalium ita scripsit: *Ibi occiditur mille hominum. occiditur*, inquit, non, *occiduntur*. Item [4] Lucilius in tertio Satirarum;

[5] *Ad portam mille, à porta est* [6] *sex inde Salernum.*

mille,

1 *Quod verba istæc Quadrigarii*] Regius, *ista hæc*. Ut & lib. 1, 23 *postulatio ista hæc*. Gronovius.

2 *Non licentia neque de p. figura*] An ita scriptum esse ab Gellio significet ac testetur fides codicis Regii, quo nullus melior, sæpe dubito. Scribitur ibi *licent* apposita nota apostrophi, qui, si meum id arbitrium est, explanari debet *licenter*. Jac. Gronov.

3 *Quadrigarius*] De quo supra. Hæc pleraque pro suis infarcsit Macrobius lib. 1. Saturn. c. 16.

4 *Lucilius*] De cujus Satira latissime explicat Casaubonus lib. 2 cap. 3 de Romana Satira, & illic videri possunt, non huc allinenda.

5 *Ad portam mille &c.*] Turnebi acumen hunc versum fecit conspicuum, quasi in eo diceretur idem, quod Varro edidit iter ad portam longius esse, quam a porta ad eum locum, quo tendimus, quia cunctamur diu, antequam porta exeamus. Itaque vidi ab aliquo adscriptum [Sic vulgo dicimus *c'est une grande journee de sortir de la ville.*] Id tamen Carrio ne memorare quidem dignatus ex vetustissimis quibusdam editionibus legit *Ad portum mille a porta est, sex inde Salernum*, & hinc colligit fragmenta versuum, qui videntur pertinuisse ad iter quoddam Lucilii describendum, donec ad Setinum accesserint finem: quæ si continuata sic fuerunt, ita processit iter, quasi ex Lucania profectus fuerit versus Latium. Quod uti nec affirmari a nobis nec negari potest, ita certe notare spatia inter portam & portum in tanto itinere nimis exiguum est. Unde mihi ex vera itineris describendi ratione

mille, inquit, *eſt*, non, *mille ſunt.* [7] [8] [9] Varro in octavodecimo Humanarum: *Ad Romuli initium* [10] *plus mille & centum annorum eſt.* M. Cato in 1. Originum: *Inde eſt ferme mille paſſuum.* M. Cicero in ſexta in Antonium: *Itane* [11] *Janus medius in L. Antonii clientela eſt? quis unquam in illo Jano inventus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum?*

videtur & priſcis editionibus ſcripſiſſe *Ad Portum mille a Pæſto eſt, ſex inde Salernum.* Portum intellige Alburnum, quem itineraria dicunt propinquiorem eſſe Pæſto, & longinquiorem a Salerno, ita ut qui a Pæſto Salernum petebant, aut ipſum Portum Alburnum tranſire deberent, aut propter illum. *Jac. Gronov.*

6 *Sex inde Salernum*] Ita & Macrobius. Vetus Editio, *exinde*, quam Turnebus ſequitur, quaſi Salernum vicinum fuerit portæ, atque ita exponit, quod portam egreſſi facile eò perveniant, quo proficiſci conſtituerunt. Salernum enim ab urbe remotius. In antiquiſſima Veneta legitur:

Ad portum mille eſt à porta: exinde Salernum. Forte legendum, *Ad portam mille eſt à portu, exinde Salernum*, ita ut Salernitanus portus intelligatur. Eſt autem Salernum Ptolemæo, Straboni, Appiano, Plinio Picentinorum oppidum, Colonia Romanorum teſte Livio, Paterculo, & Frontino.

7 *Varro*] Cujus encomium vide apud M. Tullium Ciceronem Acad. Qu. lib. 1. Quintilianum lib. 10. cap. 1. Auguſtinum lib. 6. de Civ. Dei cap. 2. *Qui tam multa legit, ut aliquid ei ſcribere vacaſſe miremur; tam multa ſcripſit, quam multa vix quenquam legere potuiſſe credamus.* Aug. teſte.

8 *Varro in XVIII*] Libri meliores *octavo decimo.* Quomodo veteres dixiſſe in Cenſorino, Macrobio, & ſupra monuimus. Illud tamen obſervandum, Macrobium, ſi optimas illius membranas & editiones ſequamur, hæc *ſeptimo decimo Humanarum* libro dare. *Humanarum* dico: nam *rerum* abeſt ab omnibus libris Gellii & Macrobii calamo exaratis. Præciſe dicebant *libri Humanarum*, *libri divinarum*, quod nos *libri rerum humanarum*, *libri divinarum rerum*, uti inferius ſæpe eſt animadvertere. *Carrio.* Locus memorabilis occurrit apud Ciceronem Ac. Qu. lib. 1. *Tum ego, Sunt, inquam, iſta Varro. Nam nos in noſtra urbe peregrinantes, errantesque tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt, ut poſſemus aliquando, qui & ubi eſſemus agnoſcere. Tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum jura, tu ſacerdotum munera, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum & locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti: plurimumque Poëtis noſtris omninoque Latinis & literis luminis attuliſti, & verbis, atque ipſe varium & elegans omni fere numero poëma feciſti: philoſophiamque multis in locis inchoaſti; ad impellendum ſatis, ad docendum parum.* Scripſit & Hiſtorica aliaque, vide *Voſſ. de Hiſtor. Lat.*

9 *Varro in XVIII humanarum*] *Octavodecimo* meliores apud Carrionem libri, qui tamen etiam notat Macrobium, ſi optimas illius membranas & editiones ſequamur, hæc *ſeptimodecimo humanarum* attribuere. At ſic prorſus & perſpicue Rot. Regiusque: *XVII humanarum.* Gronovius.

10 *Plus mille & centum*] Non hoc ita intelligendum, atque ſi à Varronis ætate uſque ad Romuli initium fiat computatio, nam tum nondum ſeptingenti anni elapſi eſſent, ſed numerando à ſuperioribus ſæculis uſque ad Romulum.

11 *Janus medius*] *Janus* quoque erat Romæ nomen loci. In regione fori Romani duo Jani erant ad arcum Fabianum, ut ait Victor, incruſtati & adornati ſignis, ſuperior & inferior celebris mercatorum locus & fœneratorum: apparetque, ſpatium inter illos duos, ſuperiorem & inferiorem, vocatum fuiſſe Janum medium, ut Janus ſummus imuſque ideo appellatus ſit, quod & medius eſſet. *Turneb. lib.* 26. Ita Cornutus ad Palæmon. *Jani templum biforis in clivo Capitolino vetuſtiſſimum, cruſtatis marmoreis, vel è Pariis columnis vidimus: quia in medio ejus clivi ſummitas, Janus ſummus: & imus, in extremo clivo appellatur. Locus ſub templo, medius etiam Janus dicitur, ubi puteal, & fœneratores incolerent.* Hier. Magius miſcell. 2. 12. Ego, inquit, in tanta vetuſtatis caligine, cenſuerim, Janum ab Horatio & Cicerone medium dici, quod inter duo fora ſacratus ſtaret, ad quem tanquam celebriorem ac ratione loci commodiorem & fœneratores & mercatores convenire ſolerent. Marcell. Donat. ad illud Suet. in Domitian. cap. 13. *Janos arcuſque cum quadrijugis extruxit*, annotat. Nos arbitramur, per Janos intelligendas eſſe portas illas magnas, quæ in viarum capitibus exſtrui ſolebant ab antiquis Romanis, unicâ tantum januâ aditum præbentes, vulgo *Portoni* dicuntur. Has pervias tranſitiones & Janos appellatos, quaſi januas dixeris. Dion *in Nerva* ἀψῖδας appellavit, id eſt, fornices; quod etiam comprobamus autoritate Ovid. 2. *Faſt.* ſcribentis:

Carmentis portæ dextro eſt via proxima Jano:
Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet.

Dixit,

penſum ? [12] In his atque multis aliis, *mille*, numero ſingulari dictum eſt. Neque hoc, ut quidam putant, vetuſtati conceſſum eſt, aut per figurarum concinnitatem admiſſum eſt: ſed ſic videtur ratio poſcere. *Mille* enim non pro eo ponitur, quod Græce χίλιοι[a] dicitur, [13] ſed quod χιλιὰς[b]: & ſicuti una χιλιὰς[c] & duæ χιλιάδες[d]; ita *unum mille* & *duo millia* certa atque directa ratione dicitur. Quamobrem id quoque recte & probabiliter dici ſolitum, *mille denariûm in arca eſt, & mille equitum in exercitu eſt.* Lucilius autem, præter quod ſupra poſui, alio quoque in loco id manifeſtius demonſtrat. Nam in libro quintodecimo ita dicit:

Hunc milli paſſûm qui vicerit atque duobus,
Campanus ſonipes [14] [15] *ſubcuſſor nullus ſequetur*
Majore ſpatio; ac diverſus videbitur ire.

Item alio in libro nono:

[16] *Tu milli nummûm potes uno quærere centum.*

[17] *Mil-*

a *mille.* b *millenarius.*
c *millenarius.* d *millenarii.*

Dixit, *omen habet*, quia hæc porta ſcelerata dicta fuit poſt cladem Fabiorum. Ovidius lib. 2. de remedio amoris:

Qui puteal Janumque timet cleresque Calendas.

Ad hoc Turnebus lib. 6. 10. Utrum, inquit, de Jani templo, an de Jano, id eſt, de tranſitione quadam, quæ ad puteal Libonis eſſet, intelligendum eſt? nihilo ſecius illud Horat. l. 2. Sat. 3. *Poſtquam omnis res mea Janum Ad medium fracta eſt.* Nam & in fori Romani regione legimus fuiſſe Jani templum, & prope puteal Janos duos celebrem mercatorum locum auctore P. Victore. Ego igitur de templo non crediderim accipiendum. Eorum autem alter ſuperior dicebatur, alter inferior, eodem Victore autore. Unde & ab Horat. lib. 1. epiſt. 1. ſcriptum ſuſpicor: *Hæc Janus ſummus ad imum Perdocet;* quod eſt, ſuperior ad interiorem uſque; ac medium eorum ſpatium Janus medius dicitur, ut ſuſpicor, ab Horatio & Cicerone lib. 2. officior. *à quibuſdam viris optimis ad medium Janum ſedentibus.* Non deſunt, qui tres Janos fuiſſe ſcribant. Livius lib. 41. de Fulvio Flacco Cenſore: *In his & cloacam circumducendam, & forum porticibus taberniſque claudendum, & Janos tres faciendos.* verum & plures in urbe Janos eſſe dixit Ovid. & tum intelligendæ tranſitiones, vel formicata opera & arcus marmorei, ut ex Suetonio liquet.

12 *In his atque multis aliis*] Reg. & Rott. *in his atque in multis aliis.* Gronovius.

13 *Sed quod χιλιὰς*] Id vero nunquam fieri permiſit natura vocis *mille* vel *mile*, in quam inquirit Pecunia Vetus Patris lib. 1 cap. 10. *Jac. Gronov.*

14 *Subcurſor*] Equus ſuccuſſor, qui duriore gradu incedens inſeſſorem concutit. Succuſſator alibi dicitur Lucilio,

Succuſſatores tardi, rarique caballi:

quibus oppoſiti aſturcones, ſive thieldones, (*tellen* nos appellamus) quod tolutim & molliter glomeratis pedibus incedant.

15 *Subcurſor nullus*] Et oleum & operam perdidit Carrio in hoc ſuo *ſubcurſore* nobis probando. Nihil planius & verius eo, quod in vulgatis & apud Macrobium Noniumque, *ſuccuſſor*, ſive *ſubcuſſor* malis: cum præſertim ipſe Lucilius alibi, *Succuſſatoris tardi tetrique caballi.* Reg. & Rot. *ſuccuſtior.* Uterque etiam, *Majore in ſpatio.* Gronovius.

16 *Mille die nummum*] Mira ſcripturarum ubique varietas loci depravati index. Antiquiſſimæ editiones *mille die nummum poteſt uno quær.* quomodo nec verſus ſtare nec Gellianæ orationis ſententia poteſt conſiſtere. Buſlidianæ membranæ *Vnum mille potes.* rectius utraque Puteani *mille nummum potes u. q. c.* Dicerem rectiſſime, niſi haberent *mille* pro *milli.* Dubium non eſt, quin ſcripſerit Gellius: *milli nummum potes u. q. c.* quemadmodum etiam eſt apud Macrobium in abditis & editis libris, quanquam verſus hujus princeps vox apud Macro-

 bium

[17] *Milli passûm* dixit, pro *mille passibus*, *& uno milli nummûm*, pro, *unis mille nummis*; aperteque ostendit *mille* & vocabulum esse, & singulari numero dici, ejusque plurativum esse, *millia*, & casum etiam capere ablativum; [18] neque cæteros casus requiri oportere, quum sint alia pleraque vocabula, quæ in singulos tantum casus, quædam etiam [19] quæ in nullum declinentur. Quapropter nihil jam dubium est, quin M. Cicero in oratione, quam scripsit pro Milone, ita scriptum reliquerit: *Ante fundum Clodii, quo in fundo, propter* [20] *insanas illas substructiones, facile* [21] *mille hominum versabatur valentium;* [22] non *versabantur*. Quod in

bium exstat *Tu*, quam fortasseân noster omiserit; quod errori causam præbuit. Scripserat Gellius *milli nummum*. Imperitus librarius mutavit & *mille* fecit. Accessit tertius etiam acutior: qui cum primorem vocem versui deesse non animadverteret, illi fulciendo in medio verbum illud *die* apposuit & tandem hunc versum exsculpsit; *Mille die num. p. u. q. c.* Carrio.

17 *Mille passuum*] Emendavi *milli passûm* item *uno milli nummum*, sermonis ἀκολαθίᾳ id requirente & ex mente Gellii. Quo enim alioqui illa *& casum etiam capere ablativum*, nisi in versibus Lucilii is fuisset? Non parum tamen miror, unde in utrasque Puteani membranas vox *duo* invaserit. Sic enim in illis est *mille passuum dixit pro mille passibus & uno mille duo nummum pro unis mille nummis*. Sed fortasse legerint supra *mille duo nummum potes uno quærere centum*, & vox illa in verba Gellii ex versu Lucilii deciderit. *Carrio.* Plane quæ in his duabus notis testatur Carrio, sunt plena fidei, & si istud pronomen *Tu* non aliam affert firmitatem aut Lucilianæ aut Gellianæ manus, quam habet in hoc loco, omnino nihil certi habet. Nec enim exstat vel in Regia membrana, vel Rottendorf. vel Lincolniensi: etsi illic jam cœperit varietas: sed vidi in recentissimo exemplari. Sed causa pendet ex præcedentibus, quæ Carrio non attigit. In Regio exstat. *Item alio in libro* VIIII *mille*, in Lincolniensi *libro* VIIII *Tuo mille*. Mox etiam in Lincolniensi *uno mille duo nummum*, idque prorsus etiam tenet Regius. Hinc quum dicit *alio in libro*, patet voluisse indefinite loqui, ut ille numerus sit vanus, unde adeo patet nonnullos fecisse quidlibet, quum nihil ad eam propius accederet, quam *Item alio in libro*, *Vix mille nummum potes*, vel *milli*. Cæterum Lucilius iste etiam lib. XXVIII dixit, *Cui sæpe mille imposui plagarum in diem*, citante Nonio pag. 496. Et *milliformis* exstat in Prudentio. *Jac. Gronov.*

18 *Neque cæteros casus requiri oportere*] Id quemadmodum Lucilius ostendat, merito requiras: & tamen *oportere* accipere non quis sine τῷ *ostendit*. Rectius immo Rottend. Regiusque novam hinc orsi periodon: *Neque cæteros casus requiri oportet, cum sint alia pleraque*. Gronovius.

19 *Quæ in nullum declinentur*] Hic vulgo erat *inclinentur*. Et meminit Carrio sic infra. *à verbis inclinata sunt*. Bustidianam tamen scripturam, *declinentur*, se servasse, & Aliam qui volet, sibi habebit. Volumus certe habebimusque, & jubemus Bustidianum cum sua plebeja pulpa plorare. Nostri *inclinentur*, exquisitiusque & Gellianum est. Lib. 2, 6. *Vexare autem quod ex eo inclinatum est*. Item, *Taxare pressius crebriusque est quam tangere, unde inclinatum est*. Gronovius.

20 *Insanas substructiones*] Sicut in urbe, ita ruri laxitatis extremæ ædificia possidebant. Habitabant enim aulas viri illustres instar urbium. In villis velut more Persarum regias quasdam construxisse Strabo autor est. Plin. lib. 36. cap. 15. nihil illis magis mirandum fuisse in toto terrarum orbe testatur, atque addit montes perfossos, valles coæquatas. Quin & maria constrata Sallustius refert. De Lucullo, *quem ob injectas moles mari, & receptum suffossis montibus in terras mare, haud infacete magnus Pompejus Xerxem togatum vocare assueverat*, ut loquitur Paterculus, vide etiam Plin. Nat. Hist. l. 9. c. 54. & Varronem de Re Rust. c. 17. Et hæc complures privati factitabant. De Gordianorum villa audi Capitolinum. *Extat Gordianorum villa via Prænestina, ducentas columnas uno peristylio habens, quarum 50. Carystææ, Claudianæ 50. Syenitides 50. Numidicæ, pari mensura sunt. In qua Basilicæ centenariæ tres: cætera huic operi convenientia, & thermæ, quales præter urbem, nusquam in orbe terrarum.*

21 *Mille hominum*] Servi, ut puto, intelliguntur. Quorum apud Romanos ingens multitudo. Athenæus scribit quosdam Romanorum 10000. aut 20000 servorum habuisse, nec ut quæstum ex iis facerent, sed ut asseclas haberent. In Badiana Paris. ubique *mile* pro *mille* legitur.

22 *Non*

in libris minus accurate scriptis est : alia enim ratione *mille hominum*, [23] alia, *mille homines*, dicendum est.

22 *Non versabantur*] Sic tamen in altero fragmento ex Republica Ciceronis habet Nonius Marcellus pag. 501. *Ut, quemadmodum scribit ille, cotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent.* Jac. Gronov.

23 *Alia mille homines*] Hæc verba sunt in antiquissimis editionibus: nullæ tamen membranæ, ne illæ quidem, quas optimas nomino, ea receperunt, quanquam non videntur superfluere. *Carrio.* Etiam absunt a Regio, Rottend. Lincolniensi.

CAP. XVII.

Quanta cum animi æquitate toleraverit Socrates uxoris ingenium intractabile: atque inibi quid M. Varro in quadam Satira de officio mariti scripserit.

[1] XANTHIPPE [2] Socratis philosophi uxor morosa admodum fuisse fertur & jurgiosa : [3] irarumque & molestiarum muliebrium per diem perque noctem [4] scatebat. Has ejus intemperies in maritum [5] Alcibiades demiratus, interrogavit Socratem, quænam ratio esset, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. Quoniam, inquit Socrates, quum illam domi talem perpetior, insuesco & exerceor, ut ceterorum quoque foris petulantiam & injuriam facilius feram. Secundum hanc

1 *Xanthippe*] De qua lege Laërtium in vita Socratis. Quamvis tamen esset morosa, mortem ejus ægerrime tulit, & ut loquitur Valerius Maximus lib. 7. cap. 2. *Uxori Xantippæ inter fletum & lamentationem vociferanti innocentem eum perimi, quid ergo, inquit, (Socrates) nocenti mihi mori satius esse duxisti?* Cæterum alii referunt, Apollodorum hoc dixisse.

2 *Socratis*] Qui Apollinis judicio sapientissimus mortalium judicatus est. Anyti aliorumque odio incitatus Aristophanes in Ranis illum mordaciter laceravit. Ac postridie accusatus violatæ religionis, & quod juventutem corrumperet, damnatus ad mortem, & veneno publico necatus est, vel, ut Seneca, Ep. 81. inedia potius, quam veneno mori maluit. Plato frustra pro illius defensione orationem habuisse dicitur. Ultima ejus verba expressit Cicero lib. 1. Tusc. Qu. ex Platone. Accusatores juxta Diodorum lib. 14. postmodum ab Atheniensibus occisi. Laërtius cæteros exilio, Melitum morte fuisse multatum tradidit. Plutarchus de Invidia & Odio, impatientia odii seipsos suspendisse affirmat. Anytum ab Heracleensibus lapidibus fuisse obrutum Themist. Or. 2. testatur. Ita variant autores. Nihil scripsisse Socratem veteres dicunt. Ejus tamen epistolas edidit Leo Allatius; quæ merito suspectæ sunt.

3 *Irarumque & molestiarum muliebrium* &c. *satagebat*] Rot. & Regius cum Fulviano *rerumque*. To *satagebat* ingessit Carrio ex uno Buslid. & membranis optimis, fassus omnes edit. & membr. plerasque habere *scatebat*. Quod tamen Latinum non esse existimo, neque locutionis illius exempla dari affevero, inquit. Immemor Lucretium ceciniss lib. 5. *ita ad satiatem terra ferarum Nunc etiam scatet, & trepido terrore repleta est.* Quod etiam observavit Vossius de construct. 1, 30. *Gronovius.*

4 *Satagebat*] Ita recte emendatum. In antiquis edit. *scatebat. Rerum suarum satagit*, apud Terentium aliosque probatos autores invenitur. quid sit Satagere liquet ex Domitii Afri dicto de Sura, qui multis discursantem, manus jactantem, aliis talibus intentum non agere sed satagere dixit, teste Quintiliano. *Satagere itaque molestiarum*, nihil aliud quam multa agendo sibi ipsi & aliis molestias parere. Quales homines *Satageos* appellavit Seneca Ep. 97.

5 *Alcibiades*] Fuit hic Socratis discipulus. Hanc autem historiam aliter narrat Diogenes Laërtius: cum enim Alcibiades Socratem interrogaret, cur

uxoris

hanc ſententiam quoque Varro in [6] Satira Menippea, quam [7] de officio mariti ſcripſit, *Vitium*, inquit, *uxoris aut tollendum aut ferendum eſt. Qui tollit vitium, uxorem commodiorem præſtat: qui fert, ſeſe meliorem facit.* Hæc verba Varronis, *tollere* & *ferre*, lepidè quidem compoſita ſunt: ſed *tollere*, apparet dictum pro, *corrigere*. Id etiam apparet, ejuſmodi vitium uxoris, ſi corrigi non poſſit, ferendum eſſe Varronem cenſuiſſe; [8] quod ferri ſcilicet à viro honeſte poteſt. Vitia enim [9] [10] flagitiis leviora ſunt.

uxoris jurgia ferret, reſpondit ſe non minus illi malo aſſuetum, quaſi trochlearum injucundum ſtridorem exaudiret. Rurſum Socrates interrogans, cur ille anſeres ſtreperos aleret, reſpondiſſetque quia mihi ova pariunt, ſubjecit Socrates, at Xanthippe mihi liberos parit.

6 *Satira Menippea*] Quintilianus: *Alterum illud eſt & prius Satiræ genus, quod non ſola carminum varietate miſtum condidit Terentius Varro, Vir Romanorum eruditiſſimus.* Secutus eſt Ennium qui metrorum varietate poëmata ſua condierat, Varro autem etiam proſæ metra addiderat, imo Latina Græcis miſcuerat, & philoſophiam ſalibus & hilaritate, ut ipſe loquitur in Acad. apud Ciceronem, conſperſerat, & fatetur ſe Menippum imitatum eſſe. Itaque Fabius dicit Varronem præcepta ſapientiæ verſibus rradidiſſe, & cum Empedocle & Lucretio componit. Menippum autem Gadarenum imitatus Cynicum, & ridiculæ impudentiæ. De quo Strabo lib. 16. & Diogenes Laërtius. Hinc & Satira Menippea appellatur, non quod Menippus, ut voluit Probus ut ſextam Virgilii Eclogam, *omnigeno carmine Satiras ſuas expoliverit*, ſed quod ridiculares ſermones & carmina variorum poëtarum contexuerit, ut ex Νεκυίᾳ Luciani, qui Menippum expreſſit, liquet. Audi & Gellium noſtrum lib. 2. cap. 18. *Servus Menippus fuit, cujus libros M. Varro in Satiris æmulatus eſt, quas alii Cynicas, ipſe appellavit Menippeas.* Vide Caſaubonum de Satyr. Poëſi lib. 2. cap. 2.

7 *De officio mariti*] Satirarum Menippearum (plures enim fuerunt) multi tituli, & inſcriptiones fuere, ut ex Gellio & Nonio liquet.

8 *Quæ ferri ſcilicet*] Omnes editiones, *quæ ferri ſcilicet a viro honeſte poſſunt*. Uterque Puteani, *quæ ferre ſcilicet à viro* &c. In quarum utravis ſcriptura ſolœciſmus manifeſte apparet. Optimæ membranæ, *quod ferri ſcilicet a viro honeſto poteſt*. Vitium, inquit, uxoris ſi corrigi non poteſt, vir ferat: vitium enim, cum flagitio levius ſit, honeſte fertur. *Carrio.*

9 *Flagitiis*] Propter quæ divortium inſtitui poterat, imo etiam ſæpe nulla de cauſa factitabant veteres.

10 *Vitia enim flagitiis leviora*] Ex hac igitur eadem ratione Auguſtus in amicitiis ſibi præſcripſit vitia & delicta duntaxat modica perpeti apud Suetonium cap. 66. Cæterum hic locus placuit Hug. Grotio in notis ad Matthæum v, 32.

CAP. XVIII.

[1] *Quod M. Varro in quartodecimo Humanarum, L. Ælium magiſtrum ſuum περὶ ἐτυμολογίας* [a] *diſſerentem falſa reprehendit: quodque idem Varro in eodem libro furis ἔτυμον* [b] *dicit falſum.*

[2] [3] IN

a *de etymologia, vel origine vocis.*
b *originem & ex ea notationem.*

1 *Quod M. Varro* &c. *περὶ ἐτυμολογίας diſſerentem falſa reprehenderit*] Sic Carrio, cum haberetur: *Quod M. Varro in libro de ratione vocabulorum XIV L. Lælium magiſtrum ſuum περὶ ἐτυμολογίας nonnullorum verborum falſa dixiſſe reprehendit.* Et adfirmat Regius alia, ſed poſtrema ſic edit: *magiſtrum ſuum & in ἐτυμολογίᾳ falſa reprehendit.* Et profecto τὸ *reprehendit* mutandum non erat. Statim enim: *quodque idem Varro in eodem libro falſum furis ἔτυμον dicit.* Hoc ordine Regius. Et ſic paſſim. Illud *falſa* tamen mihi ſuſpectum eſt. Forte: *L. Ælium magiſtrum ſuum περὶ ἐτυμολογίας falſum*

[2] [3] IN quartodecimo rerum divinarum libro M. Varro doctissimum tunc civitatis hominem [4] L. Ælium errasse ostendit; quod vocabulum Græcum vetus traductum [5] in linguam Romanam, proinde atque si primitùs Latinè fictum esset, resolverit in voces Latinas ratione etymologicâ falsâ. Verba ipsa super eâ re Varronis posuimus. *In quo L. Ælius noster literis ornatissimus memoria nostra erravit aliquoties. Nam aliquot* [6] *verborum antiquorum Græcorum, proinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas. Non enim leporem dicimus, ut ait, quod est levipes: sed quod* [7] [8] *est vocabulum antiquum Græcum.* [9] *Mul-*

sum reprehendit. Schefferi: *magistrum suum G. falsa reprehendendum quodque.* Gronovius. Ex his & aliis, quæ vel Carrio vel reliqui annotaverunt, patet illud participium *differentem* nec ex editis antiquis nec ex MSS. venire, ut omnino sit alienum, nec debuerit ultra tolerari; expulissemque, nisi jam exstaret in præmisso indice pag. 14 & 15, cui lemma hoc debet respondere. Certa interim est ratio codicis Regii; nisi forsan in vocibus *magistrum suum et in* copula ista exstiterit ex literis *cl*, id est, *clarissimum.* Jac. Gron.

2 *In quartodecimo*] Mosellanus, qui Aldinam Editionem sequitur, librariorum oscitantiâ, hæc fieri potuisse existimat, cum nihil rebus divinis conveniat cum ratione vocabulorum. Verum ex Cicerone Acad. Qu. lib. 1. apparet, Varronem *omnium divinarum humanarum rerum nomina* scripsisse. Itaque hæc convenire possunt. Hæc Editio verisimiliter posuit utrobique, *in quartodecimo Humanarum.* Thys. Sed editionis parva auctoritas est contra libros vetustos; & probabilius venit vocem *Humanarum* in lemmate fuisse ab extraneo interpositam, quum ibi sufficerit scripsisse *Varro in quartodecimo L. Ælium*, etsi noverim alibi plene id quoque extulisse. *Jac. Gron.*

3 *In quartodecimo humanarum libro*] Sic Carrio, quum Ro. & Ven. *In primo de ratione vocabulorum libro*; Aldus & Gryp. *In quartodecimo rerum divinarum libro*; Ascensius, *In quartodecimo de ratione vocabulorum libro.* Aldinam adfirmant Regius, Rott. Lincoln. Schefferi: adfirmat Nonius Marcellus: *Fures significantiam habere à furvo, quod Romani veteres atrum appellaverint, & quod per obscuras atque atras noctes opportuna sit ejus mali effectio, eos dictos fures Varro rerum divinarum libro XIV.* Sic enim ibi è MSS. legendum. In eo autem libro multas vocabulorum origines eruisse Varronem testis ipse noster lib. 3, 16 & 15, 30. Atque inde est, quod mox subjicit: *Hæc Varro in primore libro scripsit de ratione vocabulorum scitissime.* Puta in primore quartodecimo rerum divinarum, in quo per occasionem rationes vocabulorum complurium exsequitur. *Gronovius.*

4 *L. Lælium*] Non variant editiones. Buslidiano deest prænomen, & habet *Ælium.* Scribe *L. Ælium*, videlicet literam singulariam prænominis designatricem sequenti voci connexam vitii culpam sustinere, quod in A. Gellio scimus evenisse. Loquitur de L. Ælio Stilone Præconino. quem ut hîc *doctissimum tunc civitatis hominem* appellat, ita infra libro XX cap. XI *doctissimum eorum temporum* fuisse dicet: & de eo, non de Lælio loqui Gellium docet lemma, dum Varronis magistrum vocat, quem L. Ælium fuisse nemo nescit. Vide Antiquas nostras commentario primo cap. 8. *Carrio.*

5 *In Linguam Romanam, &c.*] Ita ex Buslidiano Codice emendavit Carrio. Vulgo, *pro meraco, & quasi à se primitus factum esset, resolvit, &c.*

6 *Verborum antiquorum Græcorum*] Rottend. *nam aliquot verborum Græcorum antiquatorum, proinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas.* Vellem quorum non nisi excerpta video, ipsos mihi codices intueri liceret: vix enim est, ut non plures sanciant. *Gronovius.* At notavi & ego & frater ex Regio *antiquiorum*; & hic quidem etiam isto ordine *verborum Græcorum antiquiorum.*

7 *Vocabulum antiquum Græcum*] Varro 4. de L. L. *Lepus, quod è Siculis quidam Græci dicunt λέπορις.* & lib. 3. de Re Rust. cap. 12. *L. Ælius putabat dictum leporem à celeritudine, quod levipes esset. Ego arbitror à Græco vocabulo antiquo, quod eum Æoles Bœotii λέποριν appellabant.* Salmasius à λέπας derivat, atque illud à νέπας originem deducere voluit. Æoles enim & Attici ν in λ mutare solent. νέπας autem à celeritate pedum dicitur. Hinc quamvis pisces pedes non habeant, à celeritate in natando νεποδας Poëtæ appellant. νεῖν autem natare dicitur, vel celeriter aliquo transcurrere. hinc νέομαι, ἀπονέομαι de celeri abitu & reditu dicuntur. Sed hæc nimis argute & contorte Salmasius.

[9] *Multa enim vetera illorum ignorantur, quòd pro iis, aliis nunc vocabulis* [10] *utantur; & illorum esse plerique ignorent Græcum, quod nunc nominant* Ἕλληνα[a]; [11] *puteum quod vocant* Φρέαρ[b]; [12] *leporem, quod* λαγωὸν[c] *dicunt. In quo non modò Ælii ingenium non reprehendo; sed industriam laudo.* [13] *Successum enim fortuna, experientiam laus sequitur.* Hæc Varro [14] in primore libro scripsit de ratione vocabulorum scitissimè, de usu utriusque linguæ peritissimè, de ipso Ælio clementissimè. Sed in poste-

a *Hellenem.* b *phrear, puteum.*
c *lagoum, leporem.*

8 *Est vocabulum antiquum Græcum*] Hæret hic Carrio, & vocabulum istud Græcum desiderari putat. Sed non magis id huc reponi necesse fuit, quam illa, unde *Græcus* ὁ Ελλην & *puteus* τὸ φρέαρ dicuntur. Satis erat Varroni alibi hæc tradidisse. Meliores prodissent de re rustica libri; nullus restaret, inquit, scrupulus. Immo ne sic quidem restat. Verba sunt 1, 12. *L. Ælius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, quod levipes esset. Ego arbitror à Græco vocabulo antiquo, quod eum Æoles Bœotii* λέποριν *appellabant.* Est igitur id vocabulum Λέπορις. Sed quia scripti *Æolis & bonum*, possis facere, *Æolis & Bœoti*, vel *Æolis & Iones.* Rursum Varro de L. L. lib. 4. *Lepus, quod è Siculeis quidam Græci dicunt* λέποριν *à Roma quod orti Siculi, ut annales nostri veteres dicunt, fortasse hinc illud tulerunt, & hic reliquerunt id nomen.* At hic, inquit Carrio, sibi repugnat Varro & sentit cum Ælio. Quî, quæso? quia Siculos ait à Romanis oriundos nomen leporis ab illis accepisse, & λέποριν vocasse: inde in Siciliam transtulisse; neque tamen minus apud Romanos reliquisse. Sed Varronis verba, quæ suspecta quidem viri docti habuerint, corrupta esse, neque, ut corrigi queant sese invenire. Mihi aliter videtur. Siculi ante Aborigines tenuerunt loca, in quibus postea Roma condita est. Dionysius: Τὴν ἠγεμόνα γῆς ἁπάσης πάλιν, ἣν νῦν κατοικοῦσι Ῥωμαῖοι, παλαιόταλοι τὸ μυθολογούμενον λέγοντες καταισχεῖν βάρβαροι Σικελοὶ, ἔθνος αὐθιγενὲς, χρόνῳ δ' ὕστερον Ἀβοριγῖνες αὐτὴν παραλαμβάνουσι πολίτῳ μακρῷ τὰς ἔχοντας ἀφελόμενοι. Quorum Siculorum quia erat λέπορις ἀντὶ τοῦ λαγὼς, censet Varro eos id vocabulum, jam tum, quum adhuc in Latio habitarent, in usu habitum non modo secum abstulisse trans fretum, sed & illic locorum, quæ deserebant, reliquisse. *Gronovius.*

9 *Multa enim vetera*] Medium istud abest ab Regio Rottend. Lincoln. Scheff. Est autem id procul dubio verissimum multa illorum vetera ignorari, quum id non aliter fiat. Sed idem Varro utinam dixisset, quæ fides debeatur annalibus illis Romanis veteribus, quos citat, ac statuat Roma ortos Siculos, quum illi ipsi annales tantopere jam vacillent in rebus Regum Romanorum! *Jac. Gronov.*

10 *Utantur, & illorum esse plerique ignorent*] Non bene cohæret hæc oratio. Fortasse: *Multa enim vetera illorum ignorantur, quod pro iis, aliis nunc vocabulis utuntur. Ut illorum esso plerique ignorant Græcum, quod nunc nominant* Ἕλληνα. Gronovius.

11 *Puteum*] Vel Græcis dicebatur βυθὸς à *fundo*, vel potius quod Græci aquam πυθιον appellarent: Hesychius, πύθιον τὸ ὕδωρ. Huc pertinet illud Varronis: nisi potius quod Æoles dicebant τὸ πυθιον τοῦ ποταμοῦ.

12 *Leporem, quod* λαγωὸν *dicunt*] Vossius putat leporem ἀπὸ τοῦ λαγαὸς deduci, atque γ in ῥ mutari, ut ἀπὸ τοῦ ῥωγὸς rupes. à λυκος, lupus, atque ita porro. Anxie hæc derivata. Græci autem λαγωὸν & δασύποδα leporem vocant. Falluntur illi qui δασύποδα putant esse cuniculum veteribus. Aliter constat ex Aristotele, Hesychio & Polluce. Verus proverbium, δασυπους κρεῶν ἐπιθυμεῖς. quod Comicus expressit, *Lepus tute es, & pulpamentum quæris.* ultimo hoc addo, quod lepus fortasse dicitur, quasi λάπους à celeritate pedum, λα enim est ἐπιτατικὸν, & auget significationem.

13 *Successum enim fortuna, &c.*] Si, inquit, præclarum aliquid tentes, id tuum est, eoque nomine laudari debes. Si succedat, fortunæ est; & in solâ experientiâ tua laus est posita. Sic plerumque consiliorum etiam bene consultorum eventum prosperum fortunæ damus, infelicem temeritati. Sallustius historiarum lib. 11. *Ad hoc rumoribus adversa in pravitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebant.* Sed locus ille apud Nonium etiam meam in corrigendis historiis Sallustii fugit industriam. Omnino scribi debet *fortia in temeritatem*, quod probationis non eget. *Carrio.*

14 *In primore*] Antiqua Ven. Edit. *in primo libro.* Sed quomodo *primo libro* dicitur, cum antea decimus quartus appellatus fuerit? Aldina rectius *in primore dicti libri parte.* Primorem partem etiam dixit

posteriore [15] ejusdem libri parte dicit, *furem* ex eo dictum, quòd veteres Romani *furvum* atrum appellaverint; & fures per noctem, quæ atra sit, facilius furentur. [16] Nonne sic videtur Varro de fure errasse, tanquam Ælius de lepore? nam quod à Græcis nunc κλέπτης [a] dicitur, antiquiore Græca lingua φῶρ [b], est dictum. Hinc per affinitatem litterarum qui φῶρ [c] Græcè, Latinè fur est. Sed ea res fugeritne tunc Varronis memoriam; an contrà aptius & cohærentius putarit [17] furem à furvo, id est nigro, appellari: in hac re de viro tam excellentis doctrinæ non meum judicium est.

a *fur*, *suppressor*. b *fur*, *latro*.
c *phor*, *fur*, *fucus*.

dixit Cato, & autor noster lib. 16. cap. 5. Itaque falluntur qui in singulari numero non dici arbitrantur. Lucretius certe *primoris nasi*, & Tacitus *primori acie* dixit.

15 *Ejus libri parte*] Corrige operarum peccatum, & scribe, *ejusdem lib.* quod & editiones & membranæ retinent. *Carrio.* Cui monenti cur non auscultatum? Ita enim est & in Reg.

16 *Nonne sic videtur Varro de fure errasse*] Illepide profecto sic locutum Gellium credunt, cujus mores ubique in loquendo spirant aliquid amabile & ab isto objectationis horrore aversum. At indicandum ego censui verbum postremum nec in Regio nec in Lincoln. mihi apparuisse. Et utique silentium ejus verbi est amœnissimum, ubi vel ipsum vel aliud ei proximum intelligi percommode possit. Pane ut cap. 7. dixit. *Videturne ea ratione positum esse apud Gracchum* dicturum, *qua est apud Ciceronem* futurum? Mox etiam Reg. *φῶς dictus est*. Jac. Gronov.

17 *Furem*] Nugatur Varro, & ex eo Nonius. Imo & JC. Fures φῶρες Græcis ἀπὸ τῦ φέρειν, ab auferendo, quamvis & nonnunquam animo furtum fiat, ut testatur Sabinus apud Gellium lib. 11. cap. 19.

CAP. XIX.

Historia super libris Sibyllinis, ac de Tarquinio Superbo rege.

[1] IN antiquis annalibus memoria super [2] [3] libris Sibyllinis hæc prodita

1 *In annalibus*] Ex auctoribus qui historiam illam narrant de Sibyllinis libris Tarquinio oblatis, nemo est præter Solinum qui à Cumana Sibylla oblatos eos scripserit. Ne Sibyllam quidem fuisse, qui illos vendiderit, certo liceat pronuntiare ex iis quæ scripta super hoc reliquerunt idonei auctores. Dionysius Halicarnasseus scriptor diligentissimus ac doctissimus, γυναῖκα ἀγνῶτα ἐπιχωρίων tantum nominat, lib. 4. γυνή τις ἀφικέσθαι πρὸς τὸν τύραννον, ἀγνῶτα ἐπιχωρίοις, βιβλίους ἐννέα μοίρας Σιβυλλείων χρησμῶν ἀπεμπολῆσαι θέλουσα. Gellius: *in antiquis annalib. &c.* Nec composuisse eam anum libros Sibyllinos, ne Sibyllam quidem ipsam fuisse dicunt; tantum abest ut Cumanam dixerint. Servius: *Sibyllina responsa incertum est cujus Sibyllæ fuerint, quanquam Cumanam Virgilius dicat, Varro Erythræam esse. constat autem regnante Tarquinio quandam mulierem, quæ se Maltcam diceret, obtulisse ei novem libros, in quibus dicerent fata & remedia Romana.* Cumanam eam Sibyllam fuisse quæ libros obtulit, non dicit Servius, immo nominat aliter, *Amaltheam* fortasse, quam & ipsam inter Sibyllas retulerunt. Sibyllam quidem dicit Plinius ad Tarquinium Superbum libros attulisse, sed Cumanam non nominat. Verba ejus hæc sunt lib. 13. cap. 13. *Inter omnes vero convenit Sibyllam ad Tarquinium Superbum tres libros attulisse, ex quibus igni duo cremati ab ipsa, tertius cum Capitolio Sullanis temporibus.* Anum illam extraneam & incognitam, quod Sibyllinos libros attulisset, ideo fortasse, Sibyllam vocavit Plinius, Amaltheam Servius nominat, quæ & ipsa fuit Sibylla. De ea Tibullus:

Quicquid Amalthea, quicquid Marpessia dixit,
Herophile Phœbo grata quod admonuit.

Cæterum nomen ejus anus, quæ Sibyllinos libros

dita est. Anus hospita atque incognita ad [4] Tarquinium Superbum regem attulit ad Tarquinum, in veteribus Annalibus, non erat vulgatum. Salmas. ad Solinum.

2 *Libris Sibyllinis*] Sibyllæ variæ fuere, & aliter numerantur à Clemente Alexandrino, Varrone, aliisque. Vide Lactantium lib. 1. & Augustinum De Civ. Dei lib. 18. cap. 23. Unde vero Sibyllarum nomen promanaverit, Græci admodum nugantur. Salmasius diminutivum esse existimat, à Σίδη Σίβυλλα, sicut ab ἤρη ἤβυλλα, à σηκὸς σήκυλλα, de quo Hesychius. Quid si vox sit orientalis à סבל *Sabal* ובכלה *Saboula* tanquam si *portatricem* dicas, sive quæ habebat incolam Pythium, Quales etiam fatidicæ fœminæ ἐγγαστριμυθοι dicuntur. Antiquissima certe Sibylla Sambethe, quæ aliis Chaldæa aut Hebræa, aliis appellata à Saba, unde Bacchus quoque oriundus & plures ὀνειρασμενοι. Ab hac, ut loquitur Hermeas Philosophus scholiis in Phædrum, omnes mulieres τ μανικὸν ἐλθσαι θίον dictæ fuere Sibyllæ. Sibyllina oracula, quæ hodie leguntur officiosa fraude, ut gentiles ad Christianam Religionem allicerent, conscripta liquet, quibus tamen etiam antiqui Patres ad refellendas gentes abutuntur, quædam tamen ex antiquis Sibyllinis fortasse immixta fuere. Quænam alioquin apud gentiles illorum librorum fuisset auctoritas? Non possum hic præterire locum illustrem apud Tertullianum de Pallio, ubi in editione Beati Rhenani ita legitur: *Cum inter insulas nulla jam Delos, harena Samos, & Sibylla non mendax, Æon in Atlantico Libyam aut Asiam adæquans quæritur nunc.* Pamelius in sua editione secutus Adrianum Turnebum, legit, *si ille*, atque ad Platonem refert, primo quod superius mentio facta Platonis, deinde quod Plato in Timæo testetur, ingentem insulam in mari Atlantico submersam, ut & Plin. lib. 2. cap. 42. verum constanter & Salmasii & nostrum satis antiquum manuscriptum *Sibyllam* retinet: locus vero in Sibyllinis oraculis, quæ vulgo circumferuntur hic est,

Ἔ'σαι κ Σάμος ἄμμος, ἐσεῖτεμ Δῆλος ἄδηλος.

Et alibi:

Δῆλος δ' ἐκέτι δῆλος, ἄδηλα δὲ πάντα τὰ Δήλε.

quod Salmasius quoque notavit, sed aliis versibus: legendum autem apud Tertullianum hoc modo: *Et Sibyllæ non mendax autor* (pro *Æon*) *in Atlantico Libyam aut Asiam adæquans* (scil. insula) *nunc quæritur*, &c. Alibi quoque Tertullianus ex Sibyllinis oraculis citat hæc verba, *Decima genitura hominum, ex quo cataclysmus prioribus accedit, regnavit Saturnus & Titan & Iamsetus* (id est, Japetus) *terræ & cæli fortissimi filii.* Quod in Sibyllinis oraculis hodie ita extat,

Καὶ τότε δὴ δεκάτη γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων,
Ἐξ ὅτε κατακλυσμὸς ἐπὶ προτέρης γένετ' ἄνδρας,
Καὶ βασιλεῦσε Κρόνος, κ Τίταν Ιαπετός τε,
Γαίης τέκνα φέριστα, κ ὐρανῦ, ἐξεκάλεσσαν,
Ἄνθρωποι γαίης τε κ ὐρανῦ ἐνομα θέντες.

Conferre hic alios Patres nostri hic non est instituti. Eusebius quoque in partes adducit Virgilianam Eclogam, quæ ex Sibyllinis oraculis & de Christo vaticinia habere creditur. Vide Onuphrium Panvinium, & Blondellum de Sibyllis.

3 *Sibyllinis*] De Sibyllis quæ scripta sunt & satis nota, hîc recoquere, videtur illepidum, præsertim quum in illis conjecturis vulgo sit parum veri, ad quod videntur hæc excerpta proxime accessura. Sibyllarum primam Persicam fuisse scribit Nicanor in rebus gestis Alexandri Magni, unde omnis Sibyllarum origo ad Persas videtur referenda: quorum vivendi ratio universa tum consistebat in agricultura. Porro stellæ ab vetustissimis Chaldæis credebantur insignem vim habere in procurandis pluviis & imbribus ad fertilitatem agriculturæ & pastoralis vitæ optatam, unde multæ constellationes ab pecoribus & rebus ruralibus nominatæ sunt etiam sic XII signorum Zodiaci nominibus per eosdem excogitatis, ut Aries, Taurus, etiam Gemini (non enim intelligi oportet de hominibus, quod ab Græca fabula corruptum est, sed de pecoribus) Cancer, Leo &c. Secundum eosdem autumnali tempori, quando fruges ad messem maturæ, præest signum Virginis seu Puellæ spicas in agro legentis. Nempe præcipua hujus signi stella est dicta Virginis spica, quæ spicarum fasciculum exhibere videtur, ut adeo Virginis signum cœleste sit tantum emblema puellæ, quæ messis tempore spicas legit. Apud Arabes & Persas hoc signum vocatum est *sumbul*, seu *sumbula*, h. e. spica, quæ tamen proprie est tantum primaria hujus signi stella spicarum fasciculum repræsentans. Et hæc virginalis signi pars, nomine tamen totius Virgo subinde vocata, toti huic signo exprimendo sufficiebat, cum plura vel pingere vel verbis prolixius describere non esset necessarium. A Phœnicibus itaque & Chaldæis in Zodiaci animalium seriem inserta est Virginis spicilegæ spica erecta eis dicta Σιβυλλα, melius rescribendum Σιβυλα, sub quo tamen nomine totum virginis signum intelligi solebat, adeo ut sive Spica sive Virgo hæc constellatio dicta fuerit, perinde esset. In posterum ergo non Sibyllâ Cumanâ aut Erythræâ &c. aures nostræ perstrepant, sed Sibylla cœlestis eaque unica ac sola audiatur & consulatur. Hinc enim Sibyllinæ fabulæ origo. Cum enim hæc esset

regem adiit, novem libros ferens, quos esse dicebat divina oracula: eos velle venundare. Tarquinius precium percunctatus est: [5] [6] mulier nimium atque immensum poposcit. Rex, quasi anus ætate desiperet, derisit. Tum illa [7] foculum coram cum igni [8] apponit, tris libros ex novem deurit; &, ecquid reliquos sex eodem precio emere vellet, regem interrogavit. Sed enim Tarquinius id multò risit magis dixitque anum jam proculdubio delirare. Mulier ibidem statim tris alios libros exussit;

esset Virgo cœlestis *Sibyllæ* seu *Spicæ* nomine signata, & illis temporibus scitum esset, (quia ænigmaticum & obscurum, dum plana & omnibus patentia sordescerent) & in eorum Mythologiâ speciosum & ingeniosum, visum est huic *Spicæ* seu *Virgini* aliquod θεῖρμα tribuere, quasi esset abscondita revelans & occlusa retegens referansque adeoque Vatem seu Prophetissam eandem appellare. Nam cum ab astris suam præteritorum & futurorum scientiam illæ gentes semper peterent, non erat illepidum nec veterum ingenio incongruum, huic *Vaticinatrici* Virgini (tanquam *scientiæ* cœlestis fonti) Σιβύλλης seu *Spicæ* nomine subindicatæ, rerum Indicationes & Revelationes attribuere, & astute ad delusionem vulgi (ut solebant) multa futilia de ea prædicare. Thys. Hyde in Historia Religionis Persicæ.

4 *Tarquinium Superbum*] Lactantius Tarquinium Priscum appellat. Si tamen quinquagesima Olympiade vixerit Sibylla, ut Solinus voluit, Tarquinii Prisci ætati convenit. Sed puto supinum errorem esse Solini. Plin. tamen lib. 34. cap. 5. Sibyllæ juxta Rostra tres statuas fuisse dicit Tarquinii Prisci ætate. Apponi locus Lactantii dignus est: *Septimam*, inquit, *Cumanam, nomine Amaltheam, quæ ab aliis Demophile vel Herophile appellatur, eamque novem libros attulisse ad Regem Tarquinium Priscum, ac pro eo trecentos Philippeos postulasse, Regemque asperuatum pretii magnitudinem, derisisse mulieris insaniam. Illam in conspectu Regis tres combussisse, ac pro reliquis idem pretium postulasse. Tarquinium multo magis mulierem insanire putasse. Quæ denuo tribus aliis combustis, cum in eodem pretio perseveraret, motum esse regem; ac residuos trecentis aureis emisse, quorum postea numerus sit auctus Capitolio refecto, quod ex omnibus civitatibus & Italicis & Græcis, & præcipue Erythræis coacti allatique sunt Romam, cujuscunque Sibyllæ nomine fuerunt.* Plinius tres tantum libros regi oblatos testatur, quorum duos Sibylla combusserit; tertius tempore Syllæ Capitolio incenso perierit. Illa autem Sibylla quæ fata Romanorum scripsit, cum Erythræa quoque & Cumana confunditur à quibusdam. Servius: *Ducitur autem Varro, ut Erythræam credat scripsisse, quia post incensum Apollinis* (Capitolium debuisset dicere) *templum, in quo fuerant, apud Erythras insulam ipsa inventa sunt carmina.* Aristotel. de Admirandis, Cumæam (nonnemo tamen inter Cumæam & Cumanam distinguit. vide Lact. lib. 1.) & Erythræam eandem fuisse refert. Ovidius decem sæcula vixisse tradit, idem ex Sibyllinis refert Phlegon Trallianus de Longævis. Justinus Martyr hanc Babylone oriundam fuisse tradidit.

5 *Nimium immensum*] Vetus Edit. *Nimium atque immensum.* Lactantius trecentos primo Philippeos, dein aureos appellat. Aureis nummis Philippeos interpretatur, quamvis tum nondum Philippei in usu; cum nequidem Philippus in rerum natura esset. Philippeos itaque pro valore aureorum posuit. Sed apud Romanos quoque aurei nummi tum in usu non fuere. Namque ut docet Plin. lib. 33. cap. 3. Servius primus æs signavit. Ante Pyrrhi autem ætatem nummi argentei non fuere in usu, serius aurei. De quorum valore ex pondere judicandum est. Aureus quidem juxta Hotomannum valet viginti quinque denarios, sive centum sestertios. Sed pondere variarunt aurei. Tempore Justiniani ex auri libra septuaginta duo cudebantur, qui & Solidi in Jure Civili dicuntur. Itaque ex uncia sex aurei. Tempore Aureliani quadraginta aurei libra continebantur, neque plures cudere legitimum.

6 *Mulier nimium immensum poposcit*] Qualia apud Plautum, *Insanum magnum*, & *Nimio plus*, *Nimio multo plus*, *Nimio minus multo.* Nostri tamen *nimium atque immensum*, ut olim vulgabatur. Sic cap. 2. *multa atque immodica differebat.* Gronovius.

7 *Foculum*] Testam, vel aliud instrumentum, quo ignis continebatur. Ut ille Cn. Ovidius (sic enim innuit codex Nazarianus eum fuisse appellatum) centurio apud Florum gerens foculum in casside, ut sic potuerit in promptu haberi.

8 *Apposuit & tres libros ex novem deussit, & ecquid*] *Deussit* Carrionis est, cum legeretur *deurit.* Rottend. & Fulvianus apud Muretum lib. 2 epist. 6. *tum illa foculum coram cum igni apponit, tris libros ex novem deurit.* Verba hæc video eadem forma è

exusſit; atque idipſum denuo [9] placidè rogat, ut tris reliquos eodem precio emat. Tarquinius ore jam ſerio, atque attentiore animo fit; eam conſtantiam confidentiamque non inſuper habendam intelligit: libros tris reliquos mercatur nihilo minore precio, quàm quod erat petitum pro omnibus. Sed eam mulierem tunc à Tarquinio digreſſam poſtea nuſquam loci viſam conſtitit. Libri tres [10] in ſacrarium conditi Sibyllini appellati. Ad eos, quaſi ad oraculum, [11] Quindecimviri adeunt, quum dii immortales publicè conſulendi ſunt.

Regio notata: ſed hic præterea: *& ſi reliquos eodem pretio emere vellet, regem interrogavit.* Notum eſt τὸ *Si* pro *An* imitatione Græcorum accipi. Martialis: *Callaicum mandas ſi quid ad Oceanum?* Gronovius.

9 *Placide rogat, ut tris reliquos*] Quum ita hoc verbum exſtaret in Reg. & Rott. niſi quod hic pro *ut* retineret vulgatum *an*, putavi prorſus concedendum Regio, ut cujus fides foret certiſſima, quum etiam Puteani liber apud Carrionem exhiberet illud præſens *rogat*, quod multo hîc videtur eſſe tempeſtivius. Iſtud autem vetus *ut* videtur abſorptum ab illo ficto *interrogavit*, temere repetito ex antecedentibus, unde debuit interponi vocula *an* clariſſimæ ſuppoſitionis. Etiam ordo vocum *tres alios libros* ex Regio venit. *Jac. Gronov.*

10 *In ſacrarium*] Libri Sibyllini in delubro Junonis in arca lapidea, cella ſubterranea ſervabantur. Nam quod Servius hos libros in Apollinis templo fuiſſe ſcribit, errat. Sed vel memoria lapſus eſt, vel ad ſua tempora reſpexit. Auguſtus enim poſtmodum alios libros Sibyllinos condidit duobus forulis auratis ſub Apollinis Palatini baſi, quin & templum illud Palatini Apollinis idem condidit. Quod ſub Juliano Imperatore etiam conflagravit, & Sibyllina carmina fere eodem incendio perierunt, ut narrat Ammianus Marcellinus lib. 23. vide quoque Salmaſ. ad Solin. p. 78.

11 *Undecim viri adeunt*] Buſlidianus liber; *decemviri adeunt.* Solinus Pontifices eos ait conſulere. *Ejus librum ad Cornelium uſque Sullam Pontifices noſtri conſulebant. Tunc enim una cum Capitolio igni abſumptus eſt.* Varro decimæ Sibyllæ Tiburtis, quæ eſt Albunea, quæ Tiburi colitur ut dea juxta ripas Anienis, cujuſque in gurgite ſimulachrum inventum eſſe dicitur tenens in manu librum, ſacra ſenatum in Capitolium tranſtuliſſe ſcribit. *Harum*, inquit, *omnium Sibyllarum carmina & feruntur & habentur præterquam Cumææ; cujus libri occuluntur à Romanis! nec eas ab ullo niſi a quindecimviris inſpici faſeſt.* Scimus ab initio libris Sibyllinis cuſtodiendis duumviros fuiſſe appoſitos, deinde quinque viros, poſtremo vero quindecim viros. Sed x viri nihil huc pertinent. ad xv viros S. F. ut quidem in numiſmatibus & inſcriptionibus appellitantur, hæc referantur neceſſe eſt. Siquidem Feneſtella diligentiſſimus ſcriptor de xv viris dicens ait reſtituto Capitolio retuliſſe ad ſenatum C. Curionem conſulem, ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquiſita Romam deportarent. itaque miſſos eſſe P. Gabinium, M'Otacilium, L. Valerium, qui deſcriptos a privatis verſus circa mille Romam deportarunt. Adde quod Varro libro Antiquitatum rerum Divinarum quarto, quo libro de xv viris agebat, quindecimvirorum duntaxat occaſione omnes Sibyllas nominavit; cujus verba operæ eſt apponere: ſi prius monuerimus hæc ad eum librum omnino ſpectare. Primo libro divinarum de *rebus divinis* in genere agebat; altero *de Pontificibus*; tertio *de Auguribus*; quarto *de Quindecimviris ſacrorum*: atque ii ſunt quidem qui in rebus divinis agunt. Sed ubi agunt? *in ſacellis*, liber eſt quintus; *in ſacris ædibus* liber eſt ſextus, *in locis religioſis* liber eſt ſeptimus; Quando agunt? *in feriis*, liber octavus; *ludis Circenſibus*, liber nonus; *ludis ſcenicis*, liber decimus: quade re agunt? *de conſecrationibus*, liber undecimus; *de ſacris privatis*, liber duodecimus; *de ſacris publicis*, liber tertius decimus. Quibus agunt aut operantur? *Dis certis*, liber quartus decimus; *Dis incertis*, liber quintus decimus; *Dis præcipuis & ſelectis*, liber ſextus decimus. Atque hæc eſt univerſi ullius operis rerum Divinarum a Varrone facta diſtributio. Rerum humanarum tum dabimus; cum XLI librorum fragmenta ſuum in ordinem, quoad ejus fieri potuit, reſtituta publicabimus. Igitur ſcripſit hæc Varro libro quarto rerum Divinarum. Verba ad C. Cæſarem Pontificem hæc ſunt. *Septima Sibylla fuit Cumana, nomine Amalthea: quæ ab aliis Demophile vel Herophile nominatur, eaque novem libros attulit ad regem Tarquinium Priſcum* (puto delendum) *ac pro eis trecentos Philippeos poſtulavit. Rex aſpernatus pretii magnitudinem deriſit mulieris inſaniam, illa in conſpectu regis tris combuſſit; ac pro reliquis idem precium poſtulavit. Tarquinius mulierem multo magis putavit inſanire. illa denuo tribus aliis exuſtis cum in eodem precio perſeveraret, motus eſt rex, ac reſiduos trecentis aureis emit: quorum poſtea numerus eſt au-*

ctus

ctus Capitolio refecto ; quod ex omnibus civitatibus & Italicis & Græcis & præcipue Erythræis coacti allatique sunt Romam, cujuscunque Sibyllæ nomine fuerunt. Hæc Varro. Quod vero ait, *Capitolio refecto* ; id est quod Plinius & Solinus tradiderunt Sullano tempore in incendio Capitolino libros istos periisse, post illa ergo alii libri Romam deportati sunt, ut scribit Fenestella. *Carrio.*

CAP. XX.

[1] *Quid Geometræ dicant schemata, quibusque omnia ista Latinis vocabulis appellentur.*

FIGURARUM, quæ σχήματα [a] Geometræ appellant, genera sunt duo; planum & solidum. Hæc ipsi vocant [2] ἐπίπεδον καὶ στερεόν [b]. *Planum* est, quod in duas partis solùm lineas habet, qua latum est & qua longum: qualia sunt [3] [4] triquetra & quadrata, quæ in [5] area fiunt, sine altitu-

a *formas, figuras.*
b *planum & solidum.*

1 *Quid Geometræ dicant schemata*] Regius, *Quæ Geometræ.* Gronovius.

2 *Ἐπίπεδον*] Planum ex Platone quoque vertit Cicero. Superficies etiam dicitur, quæ solam longitudinem & latitudinem habet; quæ & altitudinem, στερεὸν, sive solidum corpus dicitur. Euclides ita loquitur, ἐπίπεδος ἐπιφάνεια ἥτις ἐξ ἴσου ταῖς ἐφ' ἑαυτῆς εὐθείαις κεῖται. Atque ut in Geometria, ita in Arithmetica quoque ἐπίπεδος καὶ στερεὸς ἀριθμὸς dicitur Vide Aristot. Metaph. lib. 5. & Problemat. Sect. 15. cap. 3. ubi in denario numero ponitur μῆκος, ἐπίπεδον, καὶ πρῶτον συνθέτον, *longitudo, superficies, & primum compositum*, quo corpus στερεὸν intelligit.

3 *Triquetra*] Boëthius triangulos plurali numero appellat, sed Valla affirmat non esse Latinum. verum & Cic. lib. 2. de Nat. Deor. & Columella lib. 5. cap. 2. utuntur.

4 *Triquetra & quadrata, quæ in area fiunt*] P. Colvius ad Appulei Apol. contendit legendum, *quæ in arena fiunt*, & de docto abaci pulvere intelligendum. Speciosius quam verius. Vitruvius 1, 2. *Ichnographia est circini regulæque modice continens usus, ex qua capiuntur formarum in solis arearum descriptiones.* Theorica Geometriæ MS. *Aut enim longitudo aut latitudo aut certe crassitudo, quæ consueto nomine altitudo a Geometris vocitatur, metiendo indagatur. Longitudo est, ut in lineis aliquam figuræ agrive aream includentibus, ut in itinerum spatiis, ut in arborum ædificiorumque sublimitatibus, ut in fluminum, curruum aliarumve rerum lineari in directum posita usque ad certum terminum mensuratione: quæ videlicet linearis mensura vocatur. Latitudo ut in arcæ ipsius vel planiciæ, quæ linearum certis includitur terminis, quantitate: quæ constrata vel plana dicitur mensura & Græce epipeda. Altitudo autem ut in crassitudine vel spissitudine quarundam certæ mensuræ structurarum, seu capacitate definitæ quantitatis vasorum; quæ mensura solida vocatur. Atque hinc est, quod mensuras quasdam, utpote pedes, nunc lineares, nunc constratos, nunc vero solidos vocitare solemus.* Gronovius.

5 *Area*] Juxta Festum proprie est locus vacuus. Ab area rusticorum, in qua frumenta triturantur, deducit Varro lib. 4. de Ling. Lat. Hinc Geometræ ponunt pro loco plano. De hac voce vide Franciscum Flor. Sabinum lib. 1. subsec. Lect. c. 9.

In Area] Colvius legit, *in arena*; quia mos olim erat Mathematicorum, cum aliquid demonstrare, describere vellent in abaco pulvere conspersо suas lineas, circulos, numeros, notas virgula ducere. Hunc eruditum pulverem vocat Cicero lib. 11. de Natur. Deor. Seneca Epistol. 88. *Itane in Geometriæ pulvere hærebo.* & Ep. 7. *Utrum majorem an minorem circulum scribas, ad spatium ejus pertinet non ad formam, licet alter diu manserit, alterum statim obduxeris, & in eum in quo scriptus est pulverem solveris, in eadem uterque forma fuit.* Vide Martianum Capellam lib. 4. & 7. apud quem graphica abaci pulverisque hujus descriptio. Tertullianus de Pallio doctorem numerorum *arenarium* dixit. Unde putem pulveraticum dictum mercedem agrimensorum, seu potius corollarium. Aggenus Urbicus: *Agrimensores tres aureos accipiant, absque pulveratico.* Et sic accipienda in constitutione quadam Valentiniani & Theodosii, quæ apud Frontinum. Hæc Colvius in notis in Apulejum. Verum *area* servari potest, quod vocabulum Geometris usitatum.

6 Ex-

altitudine. *Solidum* eſt, quando non longitudines modò & latitudines planas numeri linearum efficiunt, ſed etiam [6] extollunt altitudines: [7] quales ſunt fermè [8] metæ triangulæ, [9] quas pyramidas appellant: vel qualia ſunt quadrata undique, quæ [10] κύβοις [a] illi, [11] nos quadrantalia dicimus. Κύβος [b] enim eſt figura ex omni latere quadrata: *quales ſunt*, inquit M. Varro, [12] *teſſeræ quibus in alveolo luditur: ex quo* [13] *ipſæ quoque*

a *cybus*, *alea*.
b *ab qualibet parte quadratum*.

6 *Extollunt altitudinem*] Neſcio quibus hoc placere potuerit contra veteres MSS. libros, & editiones, in quibus eſt, ut edidi. *Jac. Gronov.*

7 *Quales ſunt ferme metæ trianguli*] Gifanius ad Muretum emendat *triangulæ*, idque in Fulviano ſic legi teſtis Muretus: nec negat in ſuis eſſe quibuſdam Carrio: adſeruntque Regius & Rottendorfianus. *Gronovius.* Ex Lincoln. notavi *ferme metreti anguli*, ut pateat mirabiliter diſconveniſſe ſcriptores.

8 *Metæ*] Faſtigia acuminata. Crebra ejus vocabuli mentio apud agrimenſores antiquos, ut apud Frontinum & Hyginum. Heroni meta dicitur σκώπελος, quo lapis in acumen erectus denotatur. Et talis meta quoque in circo, prope quam quadrigæ ſe circumagebant. Ovid. lib. 10. Metam. dixit:

- - *Metaſque imitata cupreſſus.*

quod de cypreſſu fœmina intelligendum; inter marem enim & fœminam diſtinguunt Botanici, quarum hæc metâ in faſtigium convoluta, illa vero ramos in latus ſpargit. Meta itaque quia eſſet κωνοειδὴς, etiam Pyramis & Obelus à Cedreno dicitur.

9 *Quas Pyramides vocant*] *Hæc figura apud Geometras ideo ſic appellatur. quod ad ignis ſpeciem, τῷ πυρὸς, ut nos dicimus, extenuatur in conum, ut loquitur* Ammianus Marcellinus lib. 22. Pyramidis autem vocabulum forſan Ægyptiacum, quod illis *paramon*. Certe Arabes Ægyptiis vicini פרעמון *Haramon* Pyramidem, ſicut *alharamûn*, duæ Ægypti Pyramides in occidentali ripa Nili dicuntur. *Haramon* itaque Pyramis dicta, H enim ſæpe in P mutatur. Ita Græci *palus*, ab ἕλος, *pubes* ab ἥβη. Ita *Haramon* Pyramis. Sicut הרמין Hebræis arcem, palatium denotat, uti ab altitudine quoque Hermon mons dictus videtur. A Pyramidibus Ægypti cæteras Pyramides dictas liquet.

7 Κύβους *ille*] Vitruvius lib. 5. in Præfat. *Cubus eſt corpus ex ſex lateribus, æquali latitudine planitierum quadratum. Is cum eſt jactus, quam in partem incubuit, dum eſt intactus, immotam habet ſtabilitatem, uti ſunt etiam teſſera, quas in alveo ludentes jaciunt.* In Geometria cubus inter ſolida numeratur, conjungit in Arithmeticis dynamin cum cubo Arnobius. Quid hoc ſit ſtatim ubi de numeris agemus, videbimus.

8 *Nosquadrantalia*] Eulogius in ſomnium Scip. *Octo primus cubus.* κῦβον *Græci, nos quadrantal dicimus.*

9 *Teſſeræ*] In tabula luſoria duplex præcipue ludus ludebatur, calculorum, quos & latrunculos dicebant, & teſſerarum, quem & tabulæ luſum appellabant. Martialis:

Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto.

Duodecim enim lineis ſive ſcriptulis tabula notata erat utrinque. Ex vario teſſerarum jactu varie per ſcripta & lineas movebantur ac diſponebantur calculi. Etiam luſus iſte teſſeris calculiſque conſtabat, & tabula in qua ludebatur, lineis multis diſtincta, per quas calculi movebantur ad teſſerarum jactum. Ludus autem triginta calculis conſtabat, quindecim nigris & quindecim albis. Quanquam in antiquiſſimo Palamedis ludo uterque quinque tantum calculos haberet, & quinas lineas, in quibus ſtatuebantur illi calculi. Inter illas alia quædam media ferebatur, quam ſacram vocabant, ad quam qui pervenerat, ad incitas redigebatur. Neque teſſeris ſed ſolis calculis hic res agebatur, ut Heſychius teſtatur. Apud Romanos tamen ſuperior modus uſitatus fuit, & ab Ægyptiis originem accepiſſe creditur, ut Plato in Phædro ſcriptum reliquit. nam πεττεία hæc curſum Solis oſtendebat per duodecim Zodiaci ſigna, ut Euſtathius monet. Tabulam luſoriam marmoream in theſauro antiquarum inſcriptionum oſtendit Gruterus, quam tamen talem tabulam eſſe ignorarunt hactenus eruditi. *Tabula autem*, inquit Iſidorus, *luditur pyrgo, calculis, teſſeriſque. Salm.* Cicero v Finib. 20 *inertiſſimos homines aut alveolum poſcere, aut quærere quempiam ludum.* Petronius ſimpliciter tabulam nominat: *Calculus in tabula mobile ducit opus. Calculum* enim vocat teſſeram, qua luditur; ut Lucilius *calcem. Naumachiam licet hæc, inquam, alveolumque putare Et calces.* Carrio.

10 *Ipſæ appellatæ* κύβοι] Teſſeras ſive cubos à cubo denominari ſcribit autor noſter. Alii teſſerarum figuram, quæ cubi appellantur, cubo nomen dediſſe exiſtimant.

14 *In*

que appellatæ κύβοι[a]. [14] In numeris etiam similiter *κύβος*[b] dicitur, quum omne latus ejusdem numeri [15] æquabiliter in sese solvitur, sicuti fit quum ter terna ducuntur : atque idem ipse numerus triplicatur. Hujus numeri cubum Pythagoras [16] vim habere lunaris circuli dixit, quod & luna orbem suum lustret [17] septem & viginti diebus, [18] [19] qui numerus

a *tesseræ*. b *tessera*.

14 *In Numeris etiam*] Quomodo igitur octonarium numerum primum cubum dixêre ? Appositè Plutarchus in Problem. Rom. Τῶ ἀριθμῶν ἀπάντων τὰ μὲν ὀνίκα πρῶτος ἐστὶ τετράγωνος, ἀπὸ περιττοῦ καὶ τελείᾳ τῆ τριάδος, τὰ δὲ ὀκτὼ πρῶτος κύβος ἀπὸ ἀρτίας τῆ δυάδος. Dicit primum tetragonum a triade esse novem, à dyade sive binario numero cubum esse octo. Octonarium itaque primum actu cubum, ac solum intra denarium pariter parem dicimus. dixit Aristoteles in problematibus Sect. 15. decem proportionibus quatuor cubicos numeros perfici. Quod quomodo intelligendum sit, vide Septalium in eundem locum. Cæterum cubum quoque cum dynami conjungunt antiqui autores. Arnobius lib. 11. *Quadragenarium istum ad te voca, & ex eo percontare non abstrusum aliquid, non involutum, non de triangulis, non de quadratis, quid sit cubus*, (ita enim legendum, vulgo *dibus*) *sesquioctavus aut sesquitertius numerus : sed quod in medio situm est, bis bina, bis terna, quam efficiant summulam quærito.* Dynamis hic est numerus binarius mysticus Pythagoreorum, ut Photius ex Nicomacho nos docet. Binarius autem initium cubi. Dynamis quoque appellatur numerus quadratus. Diophantus l. 1. def. 2. καλεῖται ὁ μὲν τέτραγωνος (ἀριθμὸς) δύναμις. Hero Alexandrinus, αὐτὸς δὲ ἀριθμὸς καλεῖται πλευρὰ τῶ τετραγώνου, ὁ δὲ τετράγωνος, δύναμις, i.e. *Ipse numerus vocatur latus quadrati, quadratus vero potentia.* Vetus autor Græcus de Numeris : τετραγωνισμὸς καλεῖται οἱ ἀριθμοὶ ἤτοι ἀπλεῖς. τρὶς τρεῖς, θ δύναμις. τρὶς θ. κ ζ κύβος. τρὶς κ ζ. πα δυναμοδύναμις. τρὶς πα σιγ δυναμοκύβος. τρὶς σμγ ψκθ. κυβόκυβος. Macrobius quoque & alii octonarium numerum solidum corpus efficere, primum cubum esse & perfectum asseverant. Et propter perfectionem παῖε ὀκτὼ, proverbio dixere veteres. Ideoque Photius in Nicomachi excerptis veneratos fuisse sub variis nominibus octonarium numerum testatur, quamvis variæ de illo proverbio antiquorum scriptorum sint opiniones. Audi & Macrobium ad Somn. Scip. lib. 1. cap. 5. *Sed & ad ipsam cœli harmoniam*, id est, *concinentiam, hunc numerum magis aptum esse non dubium est, cum Sphæræ ipsæ octo sint, quæ moventur.* Audi & illum ibidem, *Pythagorici hunc numerum IUSTITIAM vocarunt : quia primus omnium ita solvitur in numeros pariter pares, hoc est in bis quaterna, ut nihilominus in numeros æque pariter pares divisio quoque ipsa solvatur, id est, in bis bina bis. Cum ergo & contextio ipsius, pari æqualitate procedat & resolutio æqualiter redeat, usque ad monadem, quæ divisionem Arithmetica ratione non recipit, merito propter æqualem divisionem IUSTITIÆ nomen accepit.*

15 *Æqualiter in se solvitur*] Apud Carrionem & calamo exaratus & antiqua editio, *æquabiliter*. Consentit Vaticanus. Et sic sæpe mavult Cicero. Ad Quintum fratrem : *Parvi refert abs te ipso jus dici æquabiliter & diligenter*. Gronovius. Sed & id ipsum notavi in Regio.

16 *Vim habere lunaris circuli*] Ternario ter multiplicato fit novem, tria novem faciunt viginti septem. Novenarius autem ab impari primus quadratus. Eulogius ad Somn. Scipionis. *Est igitur quadratus numerus Novenarius, quia ex tribus in se triplicatis exoritur.* Itaque erat cubus generis imparis masculinus. Idem Eulogius : *Ut à numero pari, qui fœmineus habetur, tribus illis limitibus duplicatis natus est cubus ; ita tribus per naturam ter triplicatis, efficitur alius cubus generis imparis masculinus*, quem cubum hic intelligit autor noster, cum dicit juxta Pythagoram *vim lunaris circuli habere, quod & Luna orbem suum lustret septem & viginti diebus.*

17 *Septem & viginti diebus*] Luna revera totum Zodiacum menstruo spatio percurrit, & diebus 29. cum dimidio fere ad solem redit, ipsique conjungitur. In conjunctione obscura est, sed quando inde recedit biduo post cum triginta fere gradibus à Sole recesserit, in corpore ejus rotundo portio quædam lucida apparet, quæ corniculata cernitur, & à Græcis μηνοειδὴς appellatur. Progressa longius & jam 90. gradum, hoc est, quadrante circuli distans à Sole septimo die dimidiata sive διχότομος conspicitur. Hinc turgescens quotidianis auctibus crescente lumine, undecima jam propemodum luce ἀμφίκυρτος nominatur ac velut gibbosa apparet, donec tandem in Solis oppositione, quod fit luce fere 15. tota lumine plena, & pleno orbe fulgens πανσέληνος dicitur. A quo loco ad Solem redeundo quotidianis iterum decrementis minuitur, & prima & vicesima luce iterum διχότομος, deinde μηνοειδὴς iterum & denuo corniculata splendet, donec perfecto circulo diebus 29. fere cum dimidio cum Sole conjungatur,

rus ternio, qui Græcè dicitur τριὰς [a], tantumdem efficiat in cubo. *Linea* autem à noſtris dicitur quam γραμμὴν [b] [20] Græci vocant. Eam M. Varro ita definit. *Linea eſt*, inquit, *longitudo quædam ſine latitudine & altitudine.* [21] Euclides autem brevius, [22] prætermiſſa altitudine, γραμμὴ [c], inquit, eſt μῆκος ἀπλατές: quod exprimere uno Latino verbo non queas, niſi audeas dicere *illatabile.*

a *ternarius.* b *ſcriptio recta.*
c *linea vel ſcriptio recta eſt longitudo.*

ad eaſdem vices reditura. Quod autem Gellius dicit 27. die curriculum ſuum finiſſe Lunam, libro 3. cap. 10. ex Varrone 28 numerat. Cæterum notandum Lunarem menſem triplicem eſſe, περιοδικὸν, συνοδικὸν & φάσεως. Menſis periodicus eſt, cum Luna ab eodem puncto Zodiaci profecta, ad idem revertitur. quod tempus capit ſpatium 27⅓ dierum, juxta Plin. lib. 1. cap. 9. & Chalcidium in Timæum Platonis. Juxta Cleomedem lib. 1. Meteor. c. 4. dies 27½ dies 28 juxta Macrobium lib. 1. in Somn. Scip. cap. 6. Vitruvio lib. 9. c. 4. ſunt dies 28, & una circiter hora amplius. Capellæ 27 cum beſſe. Synodicus menſis eſt, cum Luna à Sole profecta eo redit. Quod fit juxta Cenſorinum die 29½ aliis die trigeſimo. Menſis φάσιος eſt, qui incipit ſecundo die à coïtu, duratque donec iterum decreſcat, atque evaneſcat. Vide Lindebrogii notas ad Cenſorinum.

18 *Numerus ternio*] Ternarius numerus perfectus habetur. Ariſtoteles de Cœlo lib. 1. cap. 1. παρὰ ταῦτα οὐκ ἐστὶ ἄλλο μέγεθος, διὰ τὸ τὰ τρία πάντα εἶναι, καὶ τὸ τρὶς πᾶν. καθάπερ καὶ φασὶ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τὸ πᾶν, καὶ τὰ πάντα, τρισὶν ὥρισται. τελευτὴ γάρ, μέσον, καὶ ἀρχὴ τὸ ἀριθμὸν ἔχει τὸν τὸν παντὸς, id eſt, *Præter hæc non eſt alia magnitudo, quod tria ſint omnia; & ter undequaque. Quemadmodum etiam Pythagorici dicunt, omne & omnia tribus determinata ſunt. Finis enim, medium & principium eum numerum habent, qui eſt omnis.* Videndus quoque præter Marcianum Capellam, Porphyrius de vita Pythagoræ, Chalcidius in Timæum. In ſacris illo numero paſſim uſi gentiles. Imo de Diis ſuis dixerunt, τριχῆ δὲ πάντα δέδασται, i. e. *trifariam omnia diviſa ſunt.* Quin & ternarius numerus juxta Pythagoreos πάντα τὰ ἀνθρώπινα συνέχει, *omnia humana complectitur.*

19 *Qui numerus ternio, qui Græce dicitur*] Quatuor apud me, *& numerus*: voluerarque etiam ex ſuis Carrio, ut prodidit in Notis. *Gronovius.* Sed & quod is teſtatur de quibuſdam membranis, ut *triennio* habeant pro *ternio*, idem patet in Regio, Rottend. & Lincoln. in alio vidi *tricennio*, quod ex Schefferi libro notavit etiam pater, quaſi indicarent a Gellio ſcriptum *trinionem*, quod aliquis poſtea mutans *er* ſuper ſcripſit, ſed cujus ultima litera tranſierit in *n*, unde gemina exſtitit lectio. *Jac. Gronov.*

20 *Græci vocant*] Alter liber Puteani *Græci grammen nominant.* Quod autem ſubjungit de Varrone; id de libro illius, quem de Geometria conſcripſit, eſt accipiendum. Hujuſmodi enim M. Varronem edidiſſe Caſſiodori indicio didicimus. *Carrio.* Mitor de iſto uno libro, quum & Reg. & Rott. & Scheff. & Lincoln. habeant verbum *nominant.*

21 *Euclides*] Mathematicus ille celeberrimus, qui floruit tempore Ptolemæi Lagidæ, eoque regnante primus Alexandriæ docuit matheſin, ut ex Proclo Diadocho liquet. Alius fuit Euclides Socraticus, qui mathematica non ſcripſit, ut ex Laërtio apparet. A quo Philoſopho Megarici dicti. Vide Savilium prælectione in Euclidem prima.

22 *Prætermiſſa altitudine*] Non mirum eſt ab Euclide prætermiſſam altitudinem, quando nulla altitudo eſſe poteſt, niſi adſit latitudo.

CAP. XXI.

Quod Julius Higinus affirmatiſſimè contenderit legiſſe ſe librum P. Virgilii domeſticum, in quo ſcriptum eſſet, & ora Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror, *non, quod vulgus legeret*, ſenſu torquebit amaro.

VERSUS iſtos [1] ex Georgicis Virgilii plerique omnes ſic legunt:

At

1 *Ex Georgicis*] Extat locus lib. 2. Georg. v. 246. ubi & Serv. ita legit. 2 *Com-*

At ſapor indicium faciet manifeſtus, & ora
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaro.

Higinus autem, non hercle ignobilis grammaticus, in commentariis, quæ in Virgilium fecit, confirmat & perſeverat non hoc à Virgilio relictum; ſed quod ipſe invenerit in libro, qui fuerit ex domo atque familia Virgilii,

— & ora
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.

Neque id ſoli Higino, ſed doctis quibuſdam etiam viris [2] complacitum: quoniam videtur abſurdè dici, *ſapor ſenſu amaro torquet*; quum ipſe, inquiunt, ſapor ſenſus ſit, non alium in ſemet ipſo ſenſum habeat: ac proinde ſit quaſi dicatur; *ſenſus ſenſu amaro torquet*. Sed enim quum Favorinus Higini commentarium legiſſet atque ei ſtatim [3] diſplicita eſſet inſolentia & [4] inſuavitas illius; *ſenſu torquebit amaro*: riſit, &, [5] Jovem lapidem, inquit, quod ſanctiſſimum jusjurandum eſt habitum, paratus ſum ego jurare Virgilium hoc nunquam ſcripſiſſe; [6] ſed Higinum ego dicere verum arbitror. Non enim primus finxit hoc ver-

2 *Complacitum*] Antiqui, ut Diomedes Grammaticus teſtatur, paſſivis pro activis ſæpe abuntur. *Complacet* tamen vix reperies pro ſimul placet.

3 *Diſplicita eſſet*] Diſplicuiſſet.

4 *Inſuavitas amaroris*] Hoc quid ſibi velit, neſcio. Neque enim credo Favorino aut res ipſa amara aut vox *amaroris* diſplicebat, cum id verbum ab Higino in Virgilio obſervatum etiam probaret, ut jam dicetur. Uterque liber Puteani, *diſplicita eſſet inſolentia & inſuavitas amaror. Is Jovem* &c. quod huic loco minime convenit. Optimæ membranæ hoc caput non habent. Scribe ex codice Buſlidiano *diſplicita eſſet inſolentia & inſuavitas illius*; *ſenſu torquebit amaro*. Vult enim Favorinum etiam in iis fuiſſe, quibus abſurde videbatur dici *ſapor ſenſu amaro torquet*. Addidi ex eodem libro Buſlidiano vocem *riſit*, quæ ab aliis omnibus abeſt. *Carrio.*

5 *Jovem lapidem*] Uterque liber Puteani & pleræque vetuſtiſſimæ editiones; *Jovem lapideum*. neſciebant videlicet quid eſſet Jovem lapidem jurare & Jovem lapideum non poterant ignorare. in Buſlidiano vera ſcriptura manſit. *Lapidem ſilicem*, inquit Feſtus, *tenebant juraturi per Jovem, hæc verba dicentes. Si ſciens fallo tum me dieſpiter ſalva urbe arceque bonis ejiciat utei ego hunc lapidem*, Carrio.

6 *Sed Higinum ego*] Verba ſunt hæc Favorini, non Gellii; probat ſententiam Higini Favorinus & in eam diſcedit, contra quam illi voluerunt qui & ſuperiora adjecta illa voce, *amaroris*, contaminarunt & Gellium a Favorino diſſidere ineptiſſime, ut reliqua omnia, ſibi obſervaſſe viſi ſunt. *Carrio.* Et hæc quæ ſcribit Carrio, pro veriſſimis habenda cenſeo, ſicut ipſum hoc caput bene reſtitutum ac ſuppletum imputari illi debet. Sunt enim omnia quæ ſequuntur, velut excepta ex ore Favorini, & tam is intelligitur per pronomen *ego* in verbis *ſed Higinum ego verum dicere arbitror*, (is enim ordo vocum eſt in Regio) quam in præcedentibus *paratus ſum ego jurare*. Nihil enim intercedit cauſæ, cur illud, quod prius poſui, deberet referri ad ipſum Gellium, quum in eodem ſenſu omnia connectantur. Omnino in illis *ſenſu torquebit amaro* eſt inſolentia & inſuavitas magna. Nam diſcedit ab ſolito figura loquendi *ſapor ſenſu torquebit*, quum ſapor guſtu torqueat, & inſuavitas ſimul magna adeſt. Et hæc inſolentia & inſuavitas non tam impingitur ab Favorino, quam ex concentu omnium doctorum hominum & in his Favorini tum quoque nutu aut alio modo aſſentientis ab Gellio profertur, contraque hanc Higini & aliorum ſententiam videntur alii vulgatum probantes objeciſſe immo inſolentiam vocis *amaror*, quam Favorinus hac occaſione nullam eſſe oſtendit, niſi apud indoctos, quia jam Lucretius fuit uſus. His adde notas Caſp. Barthii ad Statium v Theb. 392. Neque vero voces *ſed enim* oſtendunt Favorinum in alia fuiſſe ſententia quam erat Higinus aliique docti, & ſignificant aliud ac diverſum quid a ſuperioribus propoſitum iri; ſed ſunt voculæ ad amplificandum uſurpatæ & ad commode tranſcundum ad majorem illuſtratio-

verbum Virgilius insolenter : sed in carminibus [7] Lucretii [8] inventum est : nec est aspernatus [9] auctoritatem poëtæ ingenio & facundia præcellentis. Verba ex quarto Lucretii hæc sunt,

---- [10] *Dilutaque contra*
Quum tuimur misceri absynthia, [11] *tangit amaror.*

[12] Non verba autem sola, sed versus propè totos & locos quoque Lucretii plurimos sectatum esse Virgilium videmus.

nem, quam certe allaturus est Favorinus ex observatione loci Lucretiani. Plane ut cap. xv. *Sed enim videas quosdam scatere verbis*, quum in præcedentibus jam dixisset esse *leves & futiles* &c. Omnia recte procedunt, si ante verba *sed Higinum* non puncto orationem abrumpas, sed semicolon modo annectas, vel colon, ut sane Carrio primus edens in Antiquis Lectionibus fecit, quibusdam modo imitantibus, aliis punctum ponentibus, sed male. *Jac. Gron.*

7 *Lucretii inventum*] Vulgatæ editiones *in carminibus Lucretii inventum non est aspernatus.* Uterque Puteani *in carminibus Lucretii inventum est, non est aspernatus.* Manifesta lectionis germanæ vestigia. Lectio ipsa germana in libro Buslidiano mansit ; *in carminibus Lucretii inventum est, nec aspernatus est auctoritatem poetæ.* Carrio.

8 *Inventum est : nec est aspernatus auctoritatem*] Unius Buslidiani germanam hanc lectionem censuit Carrio : in qua tamen facile aliquid scabri & male connexi apparet. Antea multo rotundius : *sed in carminibus Lucretii inventum non est aspernatus auctoritate poëtæ ingenio & facundia præcellentis.* Mulcet tamen magis *non aspernari auctoritatem*, quam *non aspernari verbum auctoritate :* & in Rot. Schefferique video, *Lucreti inventus est non aspernatus auctoritatem.* Fortasse, *inveniens non est aspernatus auctoritatem.* Gronovius. In Regio postrema syllaba vocis *inventum* per notam scripta est, quæ solet *tus* exprimere, legiturque *inventȝ est non aspern.* Sed ad conferendum istum codicem usus fui editione Parisina anni 1584 Hieronymi de Marnef, ubi legitur *sed carminibus Lucretii*, sine præpositione *in*, quæ est in exemplaribus, quibus Salmasius, Lambecius & frater usi sunt, nec vel hi notaverunt abesse a codice Regio, aut ego notavi interponi. Sane patet in Carrionis libris exstitisse. Quum tamen meis oculis fidere debeam, si abest illa præpositio, prorsus censerem Gellii manum fuisse *sed carminibus Lucretii intentus est, non aspernatus auctoritatem.* Jac. Gronov.

9 *Auctoritate poetæ*] Mala manus, quæ superiora corruperat, his etiam corrumpendis occasionem dedit. Omnino enim necesse erat, ut scriberetur, *auctoritate*, non, *auctoritatem*, si rectum erat ; *in Lucretii carminibus inventum non aspernatus est.* Volebant illi, *auctoritate*, valere, proinde quasi diceres, *propter auctoritatem.* At contra Higinus dicebat Virgilium, *amaror*, in carminibus Lucretii inventisse, nec esse aspernatum auctoritatem tanti poetæ. An autem ita scripserit Virgilius, quod Favorinus & Higinus volunt, atque adeo ipse Servius (ita enim notat : *amaror, amaritudo & est sermo Lucretii, & vera lectio ipsa est. nam multi amaro legunt, ut sit, sensu amaro.*) etiamnum in dubio est. Nam Pierius doctissimus & religiosissimus corrector Virgilianus in optimis codicibus *amaro* exstare, & in aliis *r* altera manu fuisse appositum diligenter monuit. *Carrio.*

10 *Dilutaque contra*] Alter versus cum medio in membranis non sunt, neque huc pertinent. In quodam Puteani est, *delutaque.* Carrio. Quum sic ingenue moneat Carrio, idque sit verum, miror quid Thysio mentis fuerit, ut illum sesquiversum reponeret, ac moneret, ita esse in antiquis editionibus, sed versus illos deesse in Stephani & nupera editione. Ibi quidem nihil deest, quod adesse oportebat : nugatur autem, qui illas tredecim voces supervacuas nec ab Gellio adscriptas inserit. In quam fidem testor nec in Regio, Rottend. Schefferi, Lincoln. nihil earum exstare. *Jac. Gron.*

11 *Tangit*] Afficit.

12 *Non verba, &c.*] Quod multis versibus haud difficulter ostendi posset, si opus esset. Vide Macrob. Sat. l. 6. De Lucretio non bene sentire videtur apud Ciceronem Quinctus frater, cum ejus *poëmata non ita multis luminibus ingenii, multæ tamen artis esse refert.* Neque Quinctiliani judicium lib. 10. approbatur. Ovidius multo melior judex,

Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit una dies.

Quin & ipse M. Tullius hoc familiaris & amici sui opus ob immaturam mortem non satis politum, castigavit, Eusebio teste : 12 enim annis minor natu est Cicerone. Juvenis autem mente emota obiit. Cicero quoque & Cornelius Nepos eum suis ornant laudibus. Empedoclem autem maxime secutus, qui Græcis versibus de Rer. Natura scripsit, quem etiam egregiis versibus laudat,

Car-

Carmina quinetiam divini pectoris ejus
Vociferantur, & exponunt præclara reperta,
Ut vix humana videatur stirpe creatus.

De quo cum Aristoteles dicat, ὅτι καὶ Ὁμηρικὸς καὶ θεῖος περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τε ὢν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτάγμασι χρώμενος, eundem sublimibus & ingeniosis carminibus Lucretius expressit, & præter Homerum Græcosque alios etiam Ennium imitatus est, utrumque autem & Lucretium & Ennium Virgilius. *Thysius.* Verba ista de morte Lucretii & modo ejus hausisse apparet Thysium ex Gisanio, qui in Lucretii vita sic scribit: [Nunc & vigente ætate periit; & juvenili, in mentis errorem incidit. Nam, ut ex Eusebio colligi potest, juveni præbitum fuit philtrum. Hinc mente loco suisque sedibus permota, parum abfuit, quin omnes illi divini in hoc poeta igniculi fuerint exstincti &c.] Ea sane contraxit Thysius paulo arctius, quam oportuerat, unde Parisinus Prousteus maluit ea contumeliose vituperare, quam commode intelligere; nec responso dignus est.

CAP. XXII.

An, qui causas defendit, rectè Latineque dicat [1] supereſſe se ei, quod defendit, & supereſſe, propriè quid sit.

[2] IRROBORAVIT inveteravitque falsa atque aliena verbi [3] significatio ejus, quod dicitur, [4] *hic illi supereſt;* quum dicendum est, advocatum esse quem cuipiam, causamque ejus defendere. Atque id dicitur non in [5] compitis tantùm neque in [6] plebe vulgaria, [7] sed in fo-

1 *Supereſſe se ei quod defendit*] Sic Carrio, quum esset, *supereſſe id quod defendit.* Forte etiam legendum: *supereſſe se ei quem defendit.* Gronovius. Apparet veterem lectionem innuere *supereſſe iis quos defendit.* Facta enim est numeri confusio, ut cap. 26 *alteri ad alteros.* Ubi vide. *Jac. Gronov.*

2 *Irroboravit*] Invaluit. Vox non valde usitata hac significatione. Cæterum hæc verba absolute posita revera tamen activa esse possunt, ut subintelligatur *se.* Sic Virgil. *Nox humida cœlo præcipitat, ſeipſam* nimirum, ut Badius recte annotavit. Et sic Scioppius in multis aliis judicat.

3 *Significatio quod dicitur*] Correxi ex duobus libris manuscriptis *ejus quod dicitur.* Carrio. Illud tamen *ejus* non apparet in codice Regio, qui etiam mox habet *advocatum esse quempiam causamque*

4 *Hic illi supereſt*] Ita tamen Augustus locutus est, qui munditias sermonis etiam teste Gellio sectabatur. Suetonius in Augusto cap. 56. *Cum Asprenas Nonius arctius ei junctus causam veneficii accusante Cassio Severo diceret: consuluit Senatum, quid officii sui putaret: cunctari enim se, ne si supereſſet, eriperet legibus reum; sin deeſſet deſtituere ac prædamnare amicum existimaretur.* ubi *supereſſe* pro defendere in judicio positum. *Supereſſe* quoque *rebus suis* pro consulere, prospicere, JCtis. cui contrarium insuper habere, pro negligere. vide præter Palmer. in Spicil. etiam Janum Gulielmum lib. 2. verisim. cap. 4. ubi & Ciceronis locum in hanc rem emendat. Barthius Adversar. lib. 24. cap. 12. ostendit Ciceroni *supereſſe* quoque dictum pro *adesse* lib. 2. de Republ. & Arnobius lib. 3. *Ludentis est Deos nobis supereſſe custodes.* Item lib. 4. *Quis Libentium, quis Liburium credat libidinum supereſſe tutelis.* Ita Paulus JC. l. 2. de Curat. furiof. Ulpianus leg. 12. de Tut. & Curat. ubi *supereſſe* denotat *præesse* vel potius curam habere. Vitruvius eadem significatione dixit supra esse. Ita enim loquitur: *Rex cum jam civitate sex lectos habuisset, nec tam cito septimum idoneum inveniret, retulit ad eos qui supra bibliothecam fuerant, & quæsiit, si quem novissent ad id expeditum.*

5 *Compitis*] Compita sunt viarum concursus, item ædes sacræ in triviis vel quadriviis positæ. Philargyrius in II. Georgicorum, *compitum, ut Trebatio placet, locus ex pluribus partibus in se vel in easdem partes ex se, via atque itinere dirigens, sive is cum ara, sive sine ara, sive sub tecto, sive sub divo sit, ubi pagani agrestes buccina convocati solent certa inire consilia. Hinc & lares compitalitii & feriæ compitalitiæ.* Persii vetus interpres ad Satir. 5. *Pertusa compita sunt loca in quadriviis quasi turres,* & addit, *merito pertusa quia per omnes quatuor partes pateant,* & post ea, *vel compita sunt non solum in urbe loca, sed etiam viæ publicæ, ac diverticula aliquorum confinium, ubi ædiculæ consecrantur patentes.* Compita igitur pro quibusvis viis ponuntur quæ concurrunt. A competendo autem dicta. Glossæ, *competit,* συντρέχει.

foro, [8] in comitio, [9] [10] apud tribunalia. Qui integre autem locuti sunt, [11] magnam partem *supereſſe* ita dixerunt, ut eo verbo ſignificarent ſuperfluere & ſupervacare atque eſſe ſupra neceſſarium modum. Itaque M. Varro in Satira, quæ inſcripta eſt, *Neſcis quid veſper* [12] *ſerus vehat*, *ſuperfuiſſe* dicit immodicè & intempeſtivè fuiſſe. Verba ex eo libro hæc ſunt: *In convivio legi nec omnia debent, & ea potiſſimum quæ* [13] *ſimul ſunt βιωφελῆ*[a], *& delectent potius:* [14] *ut id quoque videatur non defuiſſe magis*

a *quæ conducunt vitæ.*

6 *Plebe vulgaria*] Quidam liber calamo exaratus *vulgare*; ſed illud magis eſt e Gellii conſuetudine: quod ſemel monendum eſt, ne ſæpius cogamur repetere. Sic & *ſingularia* formavit libro nono capite quarto: *alios item eſſe homines apud eandem cæli plagam ſingulariæ velocitatis, veſtigia pedum habentes retro porrecta:* ut dixit Plautus Captivis, *his indico catenas ſingularias.* Et Turpilius Demetrio, *Homo unica eſt natura ac ſingularia.* Idemque Thraſyleone, *Non eſt mediocris res neque fallacia vulgaria.* Afranius Privigno, *Debinc temeritatem repudio vulgariam.* Sic *peculiarius*, *verſicolorius*, *angularius* occurrunt partim apud JCtos, partim apud Apulejum. *Carrio.*

7 *Sed in foro*] Vulgo *ſed in foro & in comitio apud tribunalia:* quaſi nuſquam niſi in comitio ſint tribunalia. Membranæ copulam illam & omittunt; itaque legunt *ſed in foro*, *in comitio*, *apud tribunalia.* elegantiſſime. *Forum eſt*, inquit Iſidorus, *exercendarum litium locus. adde quod ipſum cujuſque judicii tribunal forum dicitur.* Igitur & comitium forum dici poterit, & certe veteribus Græcis plerumque comitium eſt ἀγορά. Carrio.

8 *In comitio*] Quo populus conveniebat ſuffragiorum ferendorum cauſa. Pro concilio ampliſſimo apud Cic. 3. de Legibus accipitur.

9 *Tribunalia*] In quo edito loco curuli ſellæ inſidentes majores Magiſtratus tribubus jura dicebant. Nam ex ſubſelliis minores magiſtratus, teſte Aſconio Pediano, jus dicebant. formam tribunalis propoſuit Vitruvius lib. 5. cap. 1. hemicycli ſchemate. vide eundem quoque lib. 4. cap. 7.

10 *Apud tribunalia*] Generalius hoc eſt reliquis. Ubicunque enim jus dicitur, tribunal appellari poteſt. Eſt enim idem quod βῆμα, quod ſive loco conſueto ſit, ſive alibi erigatur, quemadmodum e ceſpitibus non raro fieri conſueviſſe legimus, nomen ſuum retinet. Itaque judex & tribunali præeſſe & pro tribunali dicitur cognoſcere. Ut autem conjungit Gellius *forum*, *comitium*, *tribunalia*, ita Cicero pro Seſtio forum, comitium, curiam. *Carrio.*

11 *Magnam partem*] Nota diſtinctionis locum corrupit. Putarunt Gellium dixiſſe *magnam partem ſupereſſe*, deque eo anquiſiviſſe, & eſſe interpretatum, *magnam partem ſuperfluere.* Atqui aliter longe locutus eſt Gellius. Igitur diſtinctionem muta, & ſcribe: *magnam partem*, ſupereſſe, *ita dixerunt;* ut illud *magnam partem* non ad *ſupereſſe*, ſed ad *dixerunt* referatur. *Qui integre locuti ſunt, magnam partem ita dixerunt*, id eſt, *magna ex parte*, ſive *magna pars eorum qui integre ſunt locuti.* Quæ loquendi ratio vulgo ignota doctioribus ſcriptoribus, qui integre, ut noſter ait, ſunt locuti, fuit uſitatiſſima. Sed ea plerumque ex illorum libris, mutantium imperitia, evanuit, aut in aliam neſcio quam vertit. Cæſar non ſemel ea eſt uſus: ut libro primo de bello Gallico: *Eos impeditos & inopinantes aggreſſus magnam partem eorum concidit.* Dele vocem *eorum*, & ſcribe: *Eos impeditos & inopinantes aggreſſus magnam partem concidit*, id eſt, magna ex parte. Ita ibi veteres optimi codices. Idem eodem: *Ex eo prælio circiter hominum milia* CXXX *ſuperfuerunt, eaque tota nocte continenter ierunt, in nullam partem noctis itinere intermiſſo.* Dele vocem *in* ab hominibus indoctis adjectam, & ſcribe: *nullam partem noctis itinere intermiſſo.* Carrio.

12 *Serus vehat*] *Serus* deeſt duobus libris Puteani & antiquiſſimis omnibus editionibus. Apud alios tamen Satiræ Varronianæ titulum ita conceptum invenio: *Neſcis quid ſerus veſper vehat.* Carrio.

13 *Simul ſint βιωφελῆ*] Ita edidi ex Regio libro, quum iſte modus requiratur. Vulgo perperam editur *ſunt.*

14 *Ut id quoque videatur non defuiſſe*] Anagnoſten audiſſe veteres inter epulandum notiſſimum eſt. Teſtes Cornelius Nepos in Attico 14, Plinius Paneg. 49, & lib. 3 epiſt. 1 & 5. lib. 9 epiſt. 1 & 17. Juvenalis Sat. 11. Noſter, 2, 22. & 3, 19. In his autem, quæ legerentur, tria requirit Varro, ut eſſent βιωφελῆ, ut jucunda potius quam auſtera, ut ne nimia. Hoc eſt, *ut id quoque*: quibus ſignificat, talia quoque hactenus, & uſque in eum finem, ut lectio omnes numeros convivii liberalis impleſſe, non aliquid ſupervacui & propter copiam faſtidiendi de-

magis quàm ſuperfuiſſe. Memini ego prætoris docti hominis tribunali me forte aſſiſtere, atque ibi advocatum non incelebrem ſic poſtulare, [15] ut extra cauſam diceret, [16] remque quæ agebatur, non attingeret, tunc prætorem ei, cujus res erat, dixiſſe, advocatum eum non habere: & quum is, qui verba faciebat, reclamaſſet, [17] *ego illi* [18] *V. Cl. ſuperſum:* reſpondiſſe prætorem [19] feſtiviter: *tu plane ſuperes, non ades.* M. autem Cicero in libro, qui inſcriptus eſt de jure civili in artem redigendo, verba hæc poſuit: *Nec verò ſcientia juris majoribus ſuis* [20] *Q. Ælius Tubero defuit; doctrina etiam ſuperfuit.* in quo loco [21] *ſuperfuit* ſignificare videtur, [22] *ſupra fuit* & *præſtitit*, ſuperavitque majores ſuos doctrina ſua ſuperfluenti, tum & nimis abundanti: diſciplinas enim Tubero Stoicas & dialecticas percalluerat. In libro de Rep. ſecundo idipſum verbum Cice-

detruſiſſe videatur. Recte igitur Carrio, & fruſtra Barthius 35 adverſ. 6. *Gronovius.*

15 *Ut extra cauſam*] Ita recte Carrio. vulgo, *ut quam cauſam*, niſi pro *quam quum* legendum ſit. Advocati autem uti olim, ita & hodie quidam inveniuntur vendituores inanium verborum. Lepidiſſimum extat Epigramma Martialis lib. 6.

Non de vi, neque cæde, nec veneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis:
Vicini queror has abeſſe furto:
Hoc judex ſibi poſtulat probari.
Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,
Et perjuria Punici furoris,
Et Sullas, Marioſque, Mutioſque,
Magna voce ſonas, manuque tota.
Jam dic Poſtume de tribus capellis.

16 *Remque quæ agebatur*] Non indocte Barthius, *qua de agebatur*: ſed illud tenent ſcripti & ſollicitandi nulla ratio eſt. *Gronovius.*

17 *Ego illi, vir clariſſime, ſuperſum*] Contra primus, quod ſciam, Janus Palmerius Mellerus 4 Spicilegiorum docuit ex Suetonio, Ulpiano, Inſtitutionibus, *ſupereſſe* pro præeſſe aut præſto eſſe in judicio Latine dici. Tentavit ex Cicerone 1 de Orat. 37 Guilelmius, ſed infeliciter, opinor. Arnobium auctorem addidit Stewechius. Qui poſt hos hoc tanquam de ſuo, aut ſero aut malo more egerunt. Carrio Gellii opinionem contra ineptiſſimas Spicilegi calumnias in Emendationum libro ſexto ſe defendiſſe ait. Iracundius quam decebat. non enim ſunt hæ calumniæ, nec poteſt aut debet hac parte Gellius defendi. Itaque in ipſum redundat, quod ſubjicit: ἢ δεῖ σιωπᾶν ἢ λέγειν ἀμείνονα. Gronovius.

18 *V. Cl.*] Hic titulus melioribus temporibus Senatoribus majoribuſque competebat Magiſtratibus, ut ex Cicerone quoque & Jure Civili liquet, ita & Proconſules & Provinciarum Præſides viri quoque Clariſſimi appellantur.

19 *Feſtiviter*] Riſu ſcilicet captato ex vocis ambiguitate, quam rationem Fabius lib. 6. inter ridicula recenſet. Feſtivus idem qui Græcis εὐτράπελος.

20 *Q. Ælius Tubero*] Plures fuere Q. Ælii Tuberones. De primo ita Cicero in Bruto: *Et quoniam Stoicorum eſt facta mentio, Q. Ælius Tubero fuit illo tempore L. Pauli nepos, nullo in Oratorum numero, ſed vita ſeverus, & congruens cum ea diſciplina, quam colebat, paullo etiam durior; qui quidem in triumviratu judicaverit, contra P. Africani avunculi ſui teſtimonium, vacationem Augures, quo minus judiciis operam darent, non habere: ſed ut vita, ſic oratione durus & incultus, horridus. Fuit autem conſtans civis & fortis, & inprimis Graccho moleſtus; quod indicat Gracchi in eum Oratio. Sunt etiam in Gracchum Tuberonis. Is fuit mediocris in dicendo, doctiſſimus in diſputando.* Hic igitur intelligitur, cum Cicero eum fuiſſe Stoicum affirmet, & Gellius poſtea dicat Tuberonem diſciplinas Stoicas & Dialecticas percalluiſſe. Quo pertinet quoque illud Ciceronis, doctiſſimum fuiſſe in diſputando. Valerius Maximus lib. 7. cap. 5. L. Paulum avum, P. Africanum patruum ejus fuiſſe teſtatur. Hujus pater Q. Tubero fuit L. Pauli filius. Alius fuiſſe videtur Q. Ælius Tubero, qui multa in jure ſcripſit, teſte Pomponio in l. 2. de Orig. Jur. Atque hic idem, quem Gellius lib. 14. cap. 2. citat, librumque laudat de officio Jud. *Vide Voſſ. de Hiſtor. Lat.*

21 *Superfuit, ſignificare videtur, ſupra fuit & præſtitit*] Barbariſmum eſſe criminatur Barthius: neminem legendo unquam comperiſſe dici *ſupra eſſe alicui*: ne Afrorum quidem, quod genus aliarum rerum audaciſſimum ſit, ita poſuiſſe. Sed τὸ

alicui

Ciceronis non temere transeundum. Verba ex eo libro hæc sunt: *Non gravarer, Læli, nisi & hos velle putarem, & ipse cuperem te quoque aliquam partem hujus nostri sermonis attingere: præsertim quum heri ipse dixeris, te nobis etiam* [23] *superfuturum. Verum, si id quidem fieri non potest, ne desis omnes te rogamus.* Exquisitè igitur & compertè [24] Julius Paulus dicebat, homo in nostra memoria doctissimus, *supereſſe* non simplici ratione dici tam Latinè, quam Græcè: [25] [26] Græcos περισσὸν[a] in utramque partem ponere; vel quòd supervacaneum esset, ac non necessarium, vel quòd abundans nimis & affluens & exsuperans. Sic quoque nostros veteres *supereſſe* aliàs dixisse, [27] pro superfluenti & supervacuo neque admodum necessario, ita ut suprà posuimus Varronem dicere: aliàs ita, ut Cicero dixit, pro eo quòd copia quidem & facultate ceteris anteiret, supra modum tamen & largius prolixiusque flueret, quàm esset satis. Qui dicit ergo supereſſe ei, quem defendit, nihil istorum

a *præstans & copiosum.*

alicui non est apud Gellium: qui *supra fuit* dixit, quemadmodum ter Virgilius: *& toto vertice supra est.* Gronovius.

22 *Supra fuit*] Id est, supra majores fuit, qui doctrina & juris civilis scientia inclaruerunt.

23 *Superfuturum*] Copiosiorem in dicendo futurum. Sic Thysius. Etiam Proustius interpretatur *te superaturum nos.* Quid igitur? An Lælius fuit tantus promissor? an illis colloquii sociis adeo placuit tantus copiæ suæ proprius laudator? Non dicit Gellius eodem modo nunc illud verbum sumi, ut in citatione præcedenti, sed ut tantum neget temere transeundum. Itaque ex sequentibus patet notari vel pro supervacaneo adventurum, vel ad abundantiam, ad affluentiam, ad exsuperantiam accessurum & dicturum aliqua. Hinc nunc rogant modo ne desis, in parte scil. nondum exacte profligata; quum jocabundus Cicero neget illum posse inter illos esse ex supervacuo. Regius enim codex habet *verum id quidem fieri non potest*, sine vocula *si*, quæ vera manus Tullii fuit. *Jac. Gronov.*

24 *Julius Paulus*] Poëtam, ut arbitror, intelligit, cujus & meminit autor noster lib. 5. cap. 5. Citatur quoque Paulus Grammaticus à Charisio, qui in Cœlii Historiam, & nonnullas Comœdias Afranii scripsit. An idem sit cum eo quem Tyrium oratorem fuisse, & legationem Romæ egisse sub Hadriano refert Suidas, multum dubito. Certe alius fuit à celeberrimo Jurisconsulto, cujus opera toties in Pandectis citantur. Neque enim temporum ratio hoc patitur, cum is sub Heliogabalo & Alexandro vixerit: itaque Gellius ejus meminisse non potuit. Et hunc Græcæ originis fuisse existimat Hotomannus. Vide Cujac. lib. 21. cap. 26. observ.

25 Περισσὸν] Quod significat, præcellere, abundare.

26 *Græcos περισσὸν in utramque partem ponere*] Sic Carrio, cum esset, *Græcos enim περισσὸν etiam in utraque parte ponere.* Princeps editio: *Græcos enim περισσὸν id est vivere adesse vicisse etiam in utraque parte ponere.* Veneta Pincii similiter, nisi quod *tam* pro *etiam.* Facile intelligeres τὸ *id est*, *vivere adesse vicisse* interpretis esse: itaque in Aldina sublata sunt. Carrio nescio cui veteri editioni attribuit: *Gr. en. περισσὸν vivere adesse vicisse tam in utraque.* Hoc arripuit vir doctus, & τὸ *vivere adesse* quidem pro expositione delevit, at ex *vicisse tam* conjecit *vicissatim.* Sed contundunt contemnuntque ista Regius & (qui alioqui pauca suis literis Græca expressa habet, quod unum ei ad summam bonitatem deëst) Rottendorfianus exhibendo plane ac perspicue: *Græcos enim περισσὸν in utramque partem ponere.* Mox etiam uterque, *sic nostros quoque veteres.* Gronovius. Certe περισσὸν mox a Gellio explicatur; istud adjectivum dico, non περισσεύω, non verbum: nec quisquam aperit, unde editiones receperint illud περισσεῖν, quod idcirco jussi facessere ex hac restitutione Gellii.

27 *Pro superfluenti & supervacuo*] Tres nostri: *pro superfluenti & vacuo.* Regius, *pro superfluenti & vacibo.* hoc est, *vacivo.* Utrumque doctius. Nam & *vacuum* pro supervacuo exquisitum, & *vacivus*

rum vult dicere: sed nescio quid aliud [28] indictum insciumque dicit. At ne Virgilii quidem poterit auctoritate uti, qui [29] in Georgicis ita scripsit:

Primus ego in patriam mecum, modò vita supersit.

hoc enim in loco [30] Virgilius ἀκυρώτερον [a] verbo usus videtur; quòd *supersit* dixit pro longinquius diutiusque adsit. Illud contra ejusdem Virgilii est aliquanto probabilius:

[31] *Florentisque secant herbas, fluviosque ministrant,*
Farraque, ne blando nequeant supersesse labori.

significat enim supra laborem esse, neque opprimi à labore. An autem *supersesse* dixerint veteres pro restare & perficiendæ rei deesse, quærebamus. Nam Sallustius in significatione ista non *supersesse*, sed [32] *superare* dicit. Verba ejus in Jugurtha hæc sunt: *Is plerumque seorsum à rege exercitum ductare, & omnis res exsequi solitus erat, quæ Jugurthæ fesso aut majoribus astricto superaverant.* Sed invenimus in tertio Ennii annalium in hoc versu,

Inde sibi memorat unum supersesse laborem,

id est, reliquum esse & restare. [33] Quod quia, id est, divise pronunciandum est, ut non una pars orationis esse videatur, sed duæ. Cicero autem in [34] secunda Antonianarum, quod est reliquum, non *supersesse*, sed

a *minus proprie.*

civus pro vacuo antiquum & Plautinum est. Tres libri quoque apud Carrionem *vacuo*: sed hæc librariorum σφάλματα sunt, inquit ille. Longe secus sentio. Suetonius Claudio IX. *In vacuum lege prædiatoria venalis pependerit.* Gronovius.

28 *Indictum*] Non solitum proprie tali significatione dici; neque enim non dictum vult dicere, quia frequenter ita locutos fuisse plerosque jam antea asseveravit.

29 *In Georgicis*] Lib. 3. sicut & sequentes versus habentur.

30 *Virgilius ἀκυρώτερον verbo*] Sic Carrio. Priores, ἀκυρώτερον. Nostri: *hoc enim in loco Virgilius ἀκυρώτερον eo verbo usus est.* Gronovius.

31 *Florenteisque*] Hodie in Virgilio legitur, *pubenteque.* loquitur autem ibi Poëta de admissariis equis, *& blandum laborem* ipsum coïtum appellavit.

32 *Superare*] Hanc vocis significationem tanquam novam, sicuti etiam *exercitum ductare*, annotavit Quintil. lib. 10. Cicero tamen pluribus locis ita loquitur; uno exemplo contenti erimus; *de eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt.* lib. de Fin.

33 *Quod quidem divise pronuntiandum est*] Binæ membranæ apud Carrionem ut & nostræ primaque Veneta editio: *quod quia id est divise.* Videri fuisse in autographo, *quod quia idem est*, & factum ex *idem τὸ id est* (ut quidem voluisse eum puto. nam expressum est, *idem* ex *id est*) censet Carrio. Ego vero etiam quid hic sit, *quia idem est*, prorsus ignoro: certum autem habeo excidisse vocem Græcam, quæ significet id, quod sive Gellius, sive aliquis interpres reddidit *divisè.* Atque id potest fuisse διηρημένως vel διαιρετικῶς. Gronovius. Egregium profecto est suspicionis paternæ initium, qua Græcam vocem interisse conjectat, quæ mox explicetur Latine: quam etsi repetere nequiverit, ut non omnibus dantur omnia, sic sufficit hactenus sensum hujus loci stabiliviisse. Porro attendi oportet ad literas vocis *quia*, quæ subditæ fuerunt Græcis, & manifeste docent esse vocem δίχα, quam sic intercidere permiserint librarii, ut dixerunt Græci δίχα ὄντας, δίχα γιγνομένης, quod notum est. Sic in Virgilio *Jamque adeo super unus eram.* Jac. Gronov.

34 *Secunda Antonianarum*] Reg. Rott. Scheff. *Antoniarum*, quod accedit ad *Pestumia imperia*, quæ notavi in præcedentibus.

ſed *reſtare* dicit. Præter hæc, *ſupereſſe*, invenimus dictum pro *ſuperſtitem eſſe*. Ita enim ſcriptum eſt in libro epiſtolarum [35] [36] M. Ciceronis ad L. Plancum & in epiſtola Aſinii Pollionis ad Ciceronem verbis his; *Nam neque deeſſe reip. volo, neque ſupereſſe.* Per quod ſignificat, ſi reſpublica emoriatur & pereat, nolle ſe vivere. In Plauti autem Aſinaria manifeſtius id ipſum ſcriptum eſt in iis verſibus, qui ſunt ejus comœdiæ primi;

Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ
Supereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem.

Cavenda igitur eſt non improprietas ſolùm verbi, ſed etiam [37] pravitas ominis, ſi quis ſenior advocatus adoleſcenti ſupereſſe ſe dicat.

35 *M. Ciceronis ad Plancum, &c.*] Vulgo, *ad L. Plancum & in epiſtola M. Aſinii Pollionis.* Prænomen utrumque à quibuſdam membranis abeſt. Cn. autem Plancus, & C. Aſinius intelligendi, copula quoque delenda. Poſtremo nota, cum omnes illi epiſtolarum libri ad familiares appellentur, unumquemque tamen librum ſpeciatim certa appellatione ab aliis dignoſci, & ab ejus nomine mutuari titulum, ad quem prima libri illius eſt Epiſtola, etiamſi ad alios eodem libro non pauciores fortaſſis extent epiſtolæ. Vix enim eſt, ut credam certum numerum ſingulis libris fuiſſe appoſitum. Itaque Nonius, aliique Grammatici librum epiſtolarum Ciceronis ad Memmium, ad Hirtium, ad Cæſarem, ad alios laudant ſæpe; primum vero, ſecundum, tertium, ac deinceps nunquam. Eſt hic igitur liber epiſtolarum ad Cn. Plancum, qui vulgo decimus appellatur, in eoque libro tres leguntur C. Aſinii Pollionis ad Ciceronem Epiſtolæ, in quarum poſtrema ita legitur: *Proximis literis conſilium meum expedietur, nam neque deeſſe neque ſupereſſe Reip. volo.* Non igitur inter fragmenta hæc verba reponenda fuerunt à viris eruditis, qui eorum collectioni præfuerunt. Nimirum vulgata ſcriptura corrupta, & antiquus mos librum quemque Epiſtolarum deſignandi ignoratus bonis viris impoſuit. Carrio lib. 1. Emendat. cap. 18.

36 *M. Ciceronis ad Plancum*] Sic Carrio, cum inveniret *ad L. Plancum.* Cnæus enim Plancus vocandus erat, inquit, & id contendit non modo I Emen. XVIII, ſed etiam in his notis. Negligentiam ſatis ſupinam! Quis enim ignorat L. Munatium Plancum, bis poſtea conſulem cenſoremque bello Mutinenſi, è Gallia, quam proconſule obtinebat, ſe reipublicæ venditantem? quam poſt paullo deſeruit & triumvirorum ſatelles factus diritatem proſcriptionis auxit triumpho de Rætis ducto & in tam gravi crudoque luctu mœrentibus gaudere coactis? *Plancium Cnæum* novimus, non *Plancum.* Aſinio verum eſt *C.* non *M.* prænomen deberi. Sed quid neceſſe eſt copulam exigi? quam & ſervant noſtri & ſtudioſe ab auctore interpoſitam puto: ut in illo, *in dies triginta inque denarios centenos.* Si qui acceperunt imperite, ipſi luant; non Gellius, qui recte ſcripſit: *in libro epiſtolarum M. Ciceronis ad L. Plancum, & in epiſtola C. Aſinii Pollionis.* Quaſi eſſet, *& quidem in epiſtola.* Gronovius

37 *Pravitas omnis*] Emendavit egregie hunc locum Joſ. Mercerus ad epiſtolam tertiam Ariſtæneti, & non magis mirum putat in hoc loco hæſiſſe vocem *omnis* pro *ominis*, quam in locis Appuleji; & ita locum deſerit ut clarum ſatis per ſe, qualis certe eſt. Triginta annis poſt Caſp. Barthius in Adverſariis, ubi & Ariſtæneti illuſtrationi locum præbuit, & Mercerum nominavit, in hac repetita Gellii emendatione addidit explicationem hujus ominis, quæ cuilibet attendenti debet in mentem venire. Porro poſt annos XX proceſſit Lambecius, & non ſolum eandem Barthio rationem cum hoc loco, qui ſcilicet jam in furtum inciderat, deducit, ſed etiam ſe mendacii alligat, dum prætexit cum ſenſu id poſtulare MS. Codex enim Regius omnino habet *omnis*, idque ipſe ſcivit, qui in codice, quo uſus fuit ad conferendum, ſcripſit *ominis l.* id eſt, legendum, etſi non ſit ita in codice vetere. Hæc quum ſit cauſa hujus loci, notat tamen Prouſtius [Ita ex MS. corrigit Lambecius] ut ſcias illum hominem libenter auſculare ei, qui mentitur. Oportuit ita declarari tibi hiſtoriam hujus correctionis. *Jac. Gronovius.*

CAP.

CAP. XXIII.

Quis fuerit Papirius Prætextatus : quæve iſtius cauſa cognomenti ſit, hiſtoriaque iſta omnis ſuper eodem Papirio cognitu jucunda.

HISTORIA de [1] Papirio Prætextato dicta ſcriptaque eſt à M. Catone in oratione, qua uſus eſt ad milites contra Galbam, cum multa quidem venuſtate atque luce atque munditia verborum. Ea Catonis verba huic prorſus commentario indidiſſem, ſi libri copia fuiſſet id temporis, quum hæc dictavi. Quod ſi non virtutes dignitateſque verborum, ſed rem ipſam [2] ſcire quæris; res [3] fermè ad hunc modum eſt. Mos antea ſenatoribus Romæ fuit [4] in curiam cum [5] prætextatis filiis introire. Quum [6] in ſenatu res major quæpiam conſultata, eaque in diem poſterum prolata eſt; placuitque ut hanc rem, ſuper qua tractaviſ-

1 *Papirio*] Patriciam fuiſſe & antiquam familiam ex Cic. ep. 21. lib. 6. ad famil. conſtat.

2 *Scire quæris, res ferme*] Ita omnes membranæ & editiones. In optimis tamen eſt *ſcire quæres ferme ad hunc.* voce illa *res*, quæ iterum inculcatur, omiſſa. quod & Buſlidianus liber quodam modo repræſentat. Ego vulgatam lectionem huic non poſtpono; quam in mea etiam editione, ſi cum bona typographorum gratia potuiſſet fieri, retineri optabam. Igitur reponatur. *Carrio.*

3 *Ferme ad hunc modum eſt*] Ergo viri docti condemnant & pro inſiticio ſpernunt vocem, quæ in Regio MS. eſt. Quod tolerari non placet, & propterea ſuum locum illi reſtitui.

4 *In curiam*] Locus intelligitur, in quo Senatores conſilia agitabant. Varro lib. V. de L. L. *curiæ duorum generum, nam & ubi curarent Sacerdotes res divinas, ut curiæ veteres, & ubi ſenatus humanas, ut curia Hoſtilia, quod primus ædificavit Hoſtilius rex.* Erat & curia decima pars tribus. ſicut enim Romulus in tres tribus populum Romanum diviſerat, ita tribus in denas partes diſtinguebantur, quia in eadem curia per Curiones ſacra peragebantur.

5 *Prætextatis*] Prætexta puerorum (eſt enim etiam magiſtratus inſigne) erat toga alba purpureo prætexta limbo, quam pueri geſtabant uſque ad XVII. annum, cum virilem togam induebant. Hinc anni prætextati alibi Gellio dicuntur. Pueri itaque bullam cum prætexta geſtabant. Aſcon. in 3. Verr. *Simul cum prætexta etiam bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea.* βουλὴ, vel βολὴ potius, Tarentinis βόλλη, ἀναβολὴ, ἀμφίβολλα, atque hinc abolla. Atque Æoliſmum hoc ſapit. De Prætexta autem vide diffuſe loquentem Aldum Manutium in Quæſitis per Epiſtol. & præcipue Macrobium lib. 6. Saturn. qui pleraque hæc etiam ex Gellio more ſolito deſcripſit.

6 *Cum in ſenatu res major quæpiam conſultata*] Valde laborat & in univerſa hac periodo conſtituenda & in verbis nonnullis Carrio: parum tamen aut nihil efficit. Nam ſi compingi unam in periodum oportet, *cum in ſenatu*, & *Mater Papirii*, ut vulgo diſtinguitur, neceſſario *prolata eſſet*, *placuiſſetque*, ſcribendum eſt. Itaque non ſibi conſtat in eo quod edidit, adoptatque ex veteri editione, *Tunc quidem in ſenatu.* Affert tamen & ex Put. membranaceo: *Tum cum in ſenatum res major quæpiam conſulta, eaque in diem poſterum prolata eſt.* In quo miror eum non vidiſſe τὸ *conſulta* multo magis Gellianum eſſe quam *conſultata.* Regius quoque & Fulvianus & Scheff. *Tum cum in ſenatu.* Scribe: *Mos antea ſenatoribus Romæ fuit in curiam cum prætextatis filiis introire. Tumque in ſenatu res major quæpiam conſulta, eaque in poſterum diem prolata eſt, placuitque, ut hanc rem, ſuper qua tractaviſſent, ne quis enuntiaret, priuſquam decreta eſſet. Mater Papirii &c. Tumque*, id eſt, & illo tempore. *Gronovius.* Et ſermo quidem ſic procedit optime: ſed iſta mutatio vocis *cum*, ſervatæ in omnibus ſcriptis libris, eſt paulo licentior; quam ideo vide an ſic ſervare præſtet: *Mos antea ſenatoribus Romæ fuit in curiam cum prætextatis filiis introire tum, cum in ſenatu.* Ovidius VII Met. 363 *Euryppylique urbem, qua Coæ cornua matres Geſſerunt tunc, cum diſcederet Herculis agmen.* Sæpe apud Phædrum, & ubique in narrationibus antiquis.

ctaviſſent, ne quis enunciaret prius quàm decreta eſſet: mater Papirii pueri, qui cum parente ſuo in curia fuerat, percunctatur filium quidnam in ſenatu Patres egiſſent. Puer reſpondit tacendum eſſe, neque id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior. [7] Secretum rei & [8] ſilentium pueri animum ejus ad inquirendum everberat. Quærit igitur compreſſius violentiuſque. Tum puer, matre urgente, [9] lepidi atque feſtivi mendacii conſilium capit: actum in ſenatu dixit, utrum videretur [10] utilius [11] exque republica eſſe, unuſne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta eſſet. Hoc illa ut audivit, animo compaveſcit: domo trepidans [12] egreditur: [13] ad ceteras matronas defert quod audierat.

7 *Secretum rei*] Ita & Macrobius. Palatinus codex, ut annotaverat Gruterus in margine ſui quondam Gellii, ita diſtinguebat: *mulier fit audiendi cupidior ſecretum rei: & ſilentium pueri animumque ejus, &c.*

8 *Silentium deberi puer affirmans*] Suſpectus incipit mihi fieri Buſlidianus ille ubique ſupplementis tumens. Quis non videt hoc eſſe à mala manu? multoque commodius omnes alios libros: *Secretum rei & ſilentium pueri animum ejus ad inquirendum everberat.* Ille tamen docet etiam nihil magis proprie dictum, & ex promiſſo debitum ſequi, & in jure civili generale verbum *debendi* eſſe, tum reipublicæ debitores ex reliquatione & pollicitatione fieri. Hoc ſcilicet deerat. Neſciremus alioqui juriſconſultum fuiſſe. Pro *everberat* Pricæus *evibrat* ex cap. 11 hujus libri.

9 *Lepidi atque feſtim*] Non diſplicet quod in melioribus Puteani membranis itemque collectaneis invenio *Lepidi atque feſtini*: ut *feſtinum* ſit *conſilium* quod feſtinanter & ex tempore capitur, quodque, ut ille decebat, etiamnum calidum eſt. Jam *lepidus* & *feſtivus* in iiſdem rebus videntur veteres poſuiſſe. Plautus enim locum modo lepidum alias feſtivum dicit, ut Bacchidibus: *Ubi bene ſit tibi locum lepidum dabo.* Et Rudente: *Haud longe oportet abeſſe homines hinc: ita hic lepidus locus.* Idem de *feſtivo*; in Milite. *Qua aſſediſtis cauſa in feſtivo loco*, & Pſeudolo: *ita magnis mundiciis Digni habiti atque loco feſtivo feſtive accepti ſumus.* Aliam tamen ſcripturam non damno. Carrio. Indigna eſt hæc captatio. Nam quidni hæc ut vicina ſunt in ſignificando, ita in uſurpando etiam junctim dixerint? ut ex Cicerone allegatur *lepor & feſtivitas orationis*, ut ad Herenn. 23 junguntur *lepida & concinna*, quæ *cito ſatiant aures.* Et ipſe Gellius cap. 25. *lepidæ magis atque jucundæ brevitatis.*

10 *Utilius magiſque è republica eſſe*] Ex Macrobio hoc inflixit noſtro Ludovicus, cum omnes editi ſcriptique: *utrum videretur utilius exque republica eſſe.* Quod ego exquiſitum & ſimile ducebam illi apud Senecam de conſt. Sap. 11. *Ut quiſque contemptiſſimus & ludibrio eſt, ita ſolutiſſimæ linguæ eſt.* Et apud Livium lib. 1. *eo majore gaudio quo prope metum res fuerat. Utilius exque republica* eſt magis utile & è republica. *Gronovius.*

11 *Exque republica eſſe*] Sic omnes membranæ Gellianæ, niſi quod in unis Puteani deeſt *eſſe.* Veteres ita loquebantur, ut *aliquid ex republica eſſe* dicerent. Cicero ad Brutum: *ſi minus id commodo reip. facere poſſes, ſive non exiſtimares ex republica eſſe.* Idem ad eundem, *ſi tu arbitraris utile fore & ex republica eſſe, perſequere bello Dolabellam.* Plinius in epiſtolis: *Prolata lege de ſenatu habendo jurare coëgit ex republica eſſe quod cenſuiſſet.* Et Livius ſæpe. An vero dixerint, *utilius exque republica eſſe*, ignoro. Itaque amplector manuſcriptam Macrobii lectionem, quæ habet: *Utilius magiſque ex republica eſſe*, quod aperte verum eſt. Neque enim agebatur an è republica eſſet alterutrum fieri, quod ille ut certum & conſtitutum ponebat; ſed utrum eorum eſſet utilius & magis è republica. *Carrio.*

12 *Egreditur*] Codex Palatinus: *Egreditur ad cæteras matronas, pervenit ad Senatum*, &c.

13 *Ad ceteras matronas*] Imperfecta eſt hæc in vulgatis libris oratio: *ad ceteras matronas pervenit. Ad ſenatum poſtridie matrumfamilias caterva lacrumantes atque obſecrantes orant. Ad ſenatum orare* Latinum non eſt; multo minus *obſecrantes adorare:* neque tamen rectius pleræque membranæ. Solus liber Buſlidianus, *domo trepidans egreditur, ad ceteras matronas defert, quod audierat.* Quæ ſcriptura prope eadem eſt in Macrobio, niſi quod quædam deſunt; nimirum ita, *ad ceteras matronas aſſert, poſtridieque* &c. *Carrio.* Itaque iſtud Buſlidiani codicis ſpecimen adeo placuit, ut novas editiones omnes occupet, quum tamen nec in Regio nec in Rott. nec in Scheff. exſtent illa *defert quod audierat.* Ac licet Carrio expedire ſe hinc nequiverit,

rat. Perveniunt ad senatum postera die matrum familias caterva: lacrymantes atque obsecrantes orant una potius ut duobus nupta fieret, quàm ut uni duæ. Senatores ingredientes in curiam, quæ illa mulierum intemperies & quid sibi postulatio isthæc vellet, mirabantur. Puer Papirius in medium curiæ progressus, quid mater audire institisset, quid ipse matri dixisset, rem, sicuti fuerat, denarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri [14] [15] deosculatus consultum facit, uti posthac pueri cum patribus in curiam [16] ne introëant, præter ille unus Papirius: eique puero postea cognomentum, honoris gratia, inditum [17] Prætextatus: ob loquendi tacendique [18] in ætate prætextæ prudentiam.

rit, est tamen ratio expediendi satis commoda, quam videtur offerre codex Regius, unde hanc distinctionem notavi: *domo trepidans egreditur ad cæteras matronas, pervenit ad senatum postridie matrumfamilias caterva. Lacrimantes atque* &c. Eamque in hac editione sequerer, si torrenti horum dierum possem resistere. Etiam MS. Regius & Rottend. *Hoc illa ubi audivit.* Jac. Gronov.

14 *Deosculatus*] Palatinus: *Exosculatur*, i. e. blande approbat.

15 *Exosculatur: consultum facit*] Ita vulgo. Uterque vero liber Puteani *deosculatur*. Optime Buslidianus *deosculatus consultum facit. Consultum facere*, pro *senatusconsultum condere* vix alibi, credo, invenias. *Carrio.* MSSti tamen & Reg. & Rott. & Scheff. *exosculatus* vel *exosculatur*. Et *facere* vel *fieri senatusconsultum* ubique occurrit, quum vero pars prior antecesserit, an non recte putat omitti postea, ut *Senatus* dicatur *facere consultum?* Tum Reg. & Scheff. *atque puero.*

16 *Ne introeant nisi ille unus Papirius*] Lincoln. *introeant præter unus ille Papirius.* Rottend. *præter ille unus Papirius hocque puero postea.* Regius: *præter ille unus Papirius, atque puero postea cognomentum honoris gratia inditum Prætextatus.* Nec dubito, quin idem invenerint Carrio & eclogarii mei, sed id tanquam insolens & non ferendum insuper habuerunt: perinde ut Macrobius, qui reddidit, *præter illum unum Papirium.* Muretus certe in Fulviano sibi lectum testatur, *ne introeant præter ille unus Papirius.* Quod in Excerptis, quæ habeo, prætermissum est. At Gellius bonos auctores secutus est. Trogus Pompejus lib. 13. *Epistolas in Græciam scripserat, quibus omnium civitatium exsules, præter cædis damnati restituebantur.* Eodemque libro: *ut nihil hostis victor suarum rerum præter incendii spectaculo frueretur.* Suetonius Claudio 4. *nullo præter auguralis Sacerdotii honore impertitum.* Varro 1 de re rust. 41. *quare ex terra potius in seminariis furculos de ficeto, quam grana de fico expedit obruere, præter si aliter nequeas.* Cicero lib. 5. ad Attic. ep. 3. *nullas enim adhuc acceperam præter quæ mihi binæ semel in Trebulano redditæ sunt.* Gronovius.

17 *Prætextatus*] Atque ita posteri Papirii vocati sunt. Familiæ enim ejus cognomina sex fuere *Crassi, Cursores, Mathones, Mugilloni, Pæti, & Prætextati. Carbones* enim plebeji fuerunt. Vide Ant. Augustinum.

18 *In ætate prætextatæ prudentiam*] Miror hic mutum Carrionem, cum Reg. & Rottend. *in ætate prætextæ prudentiam:* quemadmodum & apud Macrobium exstat. *Gronovius.*

CAP. XXIV.

Tria epigrammata trium veterum poëtarum, Nævii, Plauti, Pacuvii, quæ, facta ab ipsis, sepulchris ipsorum incisa sunt.

TRIUM poëtarum illustrium [1] epigrammata, [2] Cn. Nævii, M. Plauti, M. Pacuvii, quæ ipsi fecerunt, & incidenda suo sepulchro reliquerunt.

1 *Epigrammata*] Inscriptiones sepulchrales. Interim unæ membranæ Puteani apud Carrionem *Trium p. illustrium tria epigrammata.*

2 *Cn. Nævii*] Comici hujus fabulæ passim citantur ab antiquis Grammaticis. Fragmenta ejus aliorumque veterum Poëtarum H. Stephanus edidit.

querunt, nobilitatis eorum gratia & venuſtatis, ſcribenda in his commentariis eſſe duxi. Epigramma Nævii plenum ſuperbiæ [3] Campanæ: quod teſtimonium eſſe juſtum potuiſſet, niſi ab ipſo dictum eſſet;

[4] *Mortalis immortalis flere* [5] *ſi foret fas:*
Flerent [6] *divæ Camœnæ Nævium poëtam.*
[7] *Itaque poſtquam eſt* [8] [9] *Orcino traditus theſauro;*

Obli-

Propter maledicentiam Scipioni Africano & Metello inviſus in carcerem compactus à triumviris capitalibus, poſtmodum liberatus, in exilium deinde actus Uticæ obiit, ut in Chronico Euſebiano tradit Hieronymus ad Olymp. 114. Bello Punico primo interfuit, quod etiam verſibus Saturniis deſcripſit, quod illi vitio vertit Ennius.

——— *Scripſere alii rem*
Verſibus, quos olim Fauni vateſque canebant,
Cum neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat,
Nec dicti ſtudioſus erat.

Et tamen ipſe hunc imitatus eſt, teſte Cicerone in Bruto.

3 *Campanæ*] Luxus & ſuperbia Campanorum etiam ab aliis ſcriptoribus reprehenditur. Innuere autem hic autor noſter videtur, Cn. Nævium Campanum fuiſſe.

4 *Mortales immortales*] Ita verborum ordinem mutavimus ſecuti optima collectanea, in quibus hujus capitis verba nulla præter iſthæc tria epigrammata fuerunt. Igitur in illis eſt, quod probavimus: rectene an ſecus, alii judicent. Omnes alioquin libri & nuper & olim vulgati *Immortales mortales ſi foret fas flere*. Carrio.

5 *Si foret fas*] Cum res humanas cum cæleſtibus comparant antiqui, iræ numinum avertendæ ita loqui ſoliti. Virgilius Ceiri:

——— *Magno, ſi fas eſt dicere, peplo,*
Qualis Erechtheis olim portatur Athenis.

Ovid. Metam. 1.

Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur,
Non timeam magni dixiſſe palatia cœli.

Vide Barth. Adverſ. lib. 34. cap. 3.

6 *Divæ Camœnæ*] Muſæ carminum præſides. Dictæ olim caſmenæ, & carmenæ, atque hinc carmen, carmenta, & carmentalia feſta.

7 *Itaque poſtquam eſt Orchino*] *Orcino* in Notis recte Carrio, ut *Orcini liberti*, *Orcini ſenatores*, *Orciniana ſponda*. Acidalius malit, *ita qui poſtquam*. Si quid mutandum; potius vellem, *oblitæ ſunt*. Gronovius.

8 *Orcino traditus theſauro*] Pro Acheronte poſuit, cui Orcus, quem eundem cum Plutone vel Charonte eſſe volunt Grammatici, præeſt. Verrius apud Feſtum, Orcum quondam Vragum dictum eſſe affirmat, unde per contractionem orcus appellatus ſit. An nomen hoc ex Oriente non profluxerit, quibus ארקא terram denotat, dubito. Certe pleraque quæ ad inferos pertinent nomina, ex fonte illo originem traxerunt. Ita Erebus, Acheron, Hebraica nomina vel Syra ſunt, quæ veſperam, vel occidentem & extrema rerum denotant. Atque hinc Poëtæ qui Erebo creatam noctem fingunt, νύκτα ἐρεβεννὴν dixerunt. Quod & viri eruditi alibi diffuſe oſtenderunt. Quinetiam ipſa Græcorum ſacra ex oriente petita. Vide Heinſium ad Nonnum, & Bochartum in ſuo Phaleg. Sed ad rem. Orcum igitur cum Plutone confudit Antiquitas, quem & Moloſſorum regem fuiſſe Aidoneum nomine, ex Euſebio Hieronymus, & Cyrillus lib. 1. adverſus Julianum teſtantur. Sed quare Orcinus hic theſaurus appellatur? Græcis θησαυρὸς conditorium qualecunque ſub terra denotat: ſi opes conditæ, θησαυρὸν χρημάτων appellant. Sic Plutarchus de Sollert. anim. θησαυρὸν foveam in arena appellavit, & in vita Philopoemenis carcerem quendam ſubterraneum. Latini faviſſas dixerunt. Vide Gellium noſtrum lib. 2. cap. 10. Per Orcinum igitur theſaurum vel ſepulchrum, vel regnum ſubterraneum Plutonis intelligitur.

9 *Orchio traditus*] Ita omnes libri & excuſi & calamo exarati. Solus Buſlidianus *Orchi traditus theſauri*. Cælius notavit Minutianum neſcio quem de orthographia *Orci theſauro* his in verſibus legiſſe. Sola collectanea *Orchino theſauro*. Fuit, qui *Orcivo* legendum putaret; quod non admitto, quanquam Victorium, Sigonium & Turnebum in ea ſententia fuiſſe non ignorem. Sic *Orcinus libertus* eſt in jure civili, ut ait Ulpianus in fragmentis titulo 11, *qui directo liber eſſe juſſus eſt*, quaſi Orci ipſius vel domini ad Orcum miſſi ſit libertus, & nulli quicquam debeat. Male enim Alciatus, qui non ab Orco, ſed ab ὀρθὸς vocem illam deduci & *Orthinus libertus* ſcribi voluit. Male etiam illi, qui *Orcivo* ſcribunt: cum in Pandectis Florentinis conſtanter infinitis in locis *Orcinus* habeatur. Et cur ab *Orco* potius *Orcivus* quam *Orcinus*? Pandectis Florentinis fidem derogare, nullis præſertim argumentis accedentibus, non eſt mei pudoris. Carrio. In Cod. Regio eſt *Orcho*. *Orchio* Rott. Nævium imitatus

fuit

Oblitei ſunt Romæ [10] [11] *loquier Latina lingua.*

[12] Epigramma Plauti: quod dubitaſſemus an Plauti foret, niſi à M. Varrone poſitum fuiſſet in libro de poëtis primo:

[13] [14] [15] *Poſtquam morte datu'ſt Plautus, comœdia luget;*
[16] *Scena eſt deſerta. dein Riſus,* [17] *Ludu', locuſque,*

Et

fuit Ennius, cujus fragmentum citat Feſtus in *Ob* ex Iphigenia: *Acheruntem obibo, ubi mortis theſauri objacent.* Jac. Gronov.

10 *Lingua Latina loquier*] Hic iterum verborum ordinem mutavi ſecutus eadem collectanea & pleraſque membranas: in quibus eſt; *Obliti ſunt Romæ loquier Latina lingua.* In unis tamen iiſque recentioribus Puteani membranis erat, *loquier lingua Latina.* Elige utrum libet. *Carrio.*

11 *Loquier Latina lingua*] Sic Ludovicus, cum eſſet *Latina lingua loquier*] At quod in unis ejus & illis recentioribus erat membranis, id ſatis antiquæ & optimæ probant noſtræ in Reg. Rottend. Lincoln. *loquier lingua Latina.* Acidalius cur maluerit *loquei*, rationes edat ipſe. *Gronovius.*

12 *Epigramma Plauti quod*] Vulgares editiones; *Epigramma Plauti*: *quod dubitaſſem modo an Plauti foret.* Omnes membranæ; *quod dubitaßemus an Plauti foret.* Optimè. Meliores tamen Puteani; *Epigramma Plauti quidem dubitaſſemus an Plauti foret.* Quam ſcripturam noſtræ præferrem, niſi viderem eum ſupra ita etiam abſolute dixiſſe *Epigramma Nævii*; ut hîc nullo adjuncto *Epigramma Plauti.* Carrio. Videtur illud *quidem* in Puteanis exſtitiſſe ex corrumpendo ſcripturam veterem *quod næ dubitaſſemus.* Sed & MS. Regius *poſitum eſſet.*

13 *Poſtquam eſt morte*] Verſus perturbatos primum in numeros ſuos reſtituimus. Deinde multa correximus. Quamquam, ſi vera eſt hæc reſtitutio, quod carmen probat ultimum, mirum eſt Plautum non ſuis, hoc eſt, comicis numeris potius quam alienis in epitaphio ſuo uti voluiſſe. *Carr.*

14 *Eſt morte captus*] Sunt qui in vetere neſcio quo codice *mortem aptus*, exſtare monuerunt, quam ego ſcripturam in nullo hactenus exemplari potui reperire. Quod ſi ibi eſſe verum eſt, nihil poteſt commodius excogitari. *Aptus* ab *apiſcor*, qua voce veteres omnes ſunt uſi & nos de ea alibi diximus. Quædam membranæ; *mortem nactus.* Quod gloſſema videtur eſſe, & alterius illius interpretatio. Plures tamen libri manuſcripti, *morte captus.* In collectaneis eſt; *morte catus.* Hinc feci; *morte datus*; quod hoc in antiquo exemplari ſe reperiſſe vir mihi doctus aſſeveraret. *Morte*, pro, *morti.* Non quod ablativum pro dativo. Romani ponerent: ſed quod illi mutationi affinitas litterarum, quæ antiquis temporibus ſine ullo diſcrimine inter ſe commutabantur, locum dederit. Vide Quinctilianum libro 1 cap. XII, & Gellium infra libro X, cap. XXIV. *Carrio.*

15 *Poſtquam morte datuſt Plautus*] Sic habere meliores codices MSS. notat ad Catalecta Scaliger, atque ita legendum eſſe decernit. Alciatus, *poſtquam eſt morte captus*, vel *catus* pro altero: quod rejicit Gerh. J. Voſſius, & veram ſcripturam eſſe ait veterum librorum: *poſtquam eſt morte datus. Morte* pro *morti*, lib. II de arte Gram. cap. XVI. Carrio autem ſcribit eſſe qui in veteri neſcio quo codice *mortem aptus* exſtare monuerint: quam ſcripturam in nullo exemplari ſe repperire potuiſſe. Quid dicas, niſi hac parte infelices fuiſſe? Ego è regio fida manu exſignatum, in Rott. cummaxime his oculis ſcriptum video: *poſtquam eſt mortem aptus Plautus.* Fatetur tamen Carrio, ſi hoc MSS. fovere verum ſit, nihil poſſe commodius excogitari. *Mortem aptus*, ut Nepos Cornelius in Attico: *nactus eſt morbum, quem initio ipſe & medici contempſerunt.* Suetonius in Tito: *ad primam ſtatim manſionem febrim nactus.* Et idem forte in vita Virgilii: *dum Megara vicinum oppidum ferventiſſimo ſole cognoſcit, languorem nactus eſt.* Nec diſſimile illud Terentii: *More hominum evenit, ut quod ſum nactus mali, prius reſciſceres tu, quam ego, quod tibi evenit boni.* Higinus Aſtron. de Ophiucho: *mala plurima perpeſſus aliquando mortem adeptus.* Quin & ſecundo Triſtium Ovidius: *at nullum crimen adeptus eram.* Suetonius in Domitiano: *quod poſt deſtitutionem Nero, in adipiſcenda morte, manu ejus adjutus exiſtimabatur.* Idem ſignificat Fulvianus, qui *mortem adeptus.* Quod igitur omen ſuis in Plautum Divinationibus dedit Valens, cum in ipſo aditu hoc Plauti elogium tam immiſericorditer excarnificabat? Τῶν ἀδυνάτων facit ſibi verſibus longis vel heroicis uſum Plautum. *Mortem aptus* nullo quantumvis inſubido ſcriptore, nedum Plauto dignum pronuntiat: denique ſcenarios expatrat: *Poſtquam Marcu' Attius Plautuſt demortuus, Deſerta ſcena eſt & luget comœdia.* Poſtremum, *Et numeri innumeri ſimul omnes conlacrumant*: nam tertio fatetur ſe medicum non eſſe. Utinam nulli horum eſſe voluiſſet! *Gronovius.*

16 *Scena eſt deſerta deinde riſus*] Ita omnes editiones. At meliores membranæ; *dein riſus.* Aperte verum. *Carrio.*

17 *Ludiſ-*

Et [18] *numeri innumeri simul omnes collacrumarunt.*

Epigramma [19] Pacuvii verecundissimum & purissimum, dignumque ejus elegantissima gravitate:

Adolescens, tamen etsi properas, hoc te saxum rogat,
[20] Utei ad se aspicias: deinde quod scriptu'st legas.
Hic sunt [21] poëtæ Pacuviei Marcei sita
Ossa. hoc volebam nescius ne esses. vale.

17 *Ludusque jocusque*] Fecit hæc vitiata in recentioribus editionibus scriptura, ut viri docti locum tentarint; atque ita scripserint: *scena est deserta: hinc ludus, risusque jocusque.* At veteres editiones & omnes membranæ; *risus ludus jocusque.* Nihil fuit facilius quam scribere: *scena est deserta: dein risus ludus, jocusque.* Sed videlicet deterruit eos ab hac scriptura intervallum litteræ *a* in *deserta*, item postrema in *ludus*. Cum tamen, eo præsertim loco, illam litteram veteres sæpissime longam constituerint, & aliam illam in metris peremerint. Apud Ennium, Lucretium, Lucilium & ipsum Plautum nihil est frequentius. *Ludusque* ab interprete & librario Parisiensi est. *Carrio.*

18 *Et numeri innumeri*] Turnebus per numeros carmina, innumeros prosam orationem intelligit contorte admodum. Intelliguntur enim vel versus complures & vix numerabiles, vel tales qui ad prosam accedunt, & non videntur numeri, quales esse solent versus Comici, qui legibus sæpe metrorum soluti sermoni propiores sunt.

19 *Pacuvii*] Quem Ennii nepotem fuisse Eusebius ac Plinius referunt. Quanquam durior illi horridiorque stilus fuerit, prout tempora illa ferebant, gravitate tamen sententiarum, verborum pondere, & autoritate personarum clarissimum fuisse Quintilianus affirmat, & Cicero eum summopere in Tragœdiis extollit.

20 *Uti ad se aspicias*] Acidalius: *Uti ad se aspiciens endo quod scriptum est legas.* Gronovius.

21 *Poëtæ Marcei Pacuviei sita*] Omnes edd. antiquæ, *Pacuvii Marci.* Scaliger mutavit in Catalectis, & secutus est Carrio, non tamen è codd. Gellianis, sed è quibusdam collectaneis ponens, *Marci Pacuvii*: & addens nihil referre quomodo scribatur. Si nihil refert, cur non relinquitur vetus? nam haud dubie membranæ ejus, ut & nostræ, *Pacuvii Marci.* Et de industria sæpe sic ordinem nominum invertisse antiquos ad Livium & Senecas diximus. *Gronovius.*

CAP. XXV.

Quibus verbis M. Varro inducias definierit: quæsitumque inibi curiosius, quænam ratio sit vocabuli induciarum.

DUOBUS modis M. Varro in libro Humanarum, qui est *de bello & pace*, *Induciæ* quid sint definit. *Induciæ*, inquit, *sunt pax castrensis paucorum dierum.* Item alio in loco, *Induciæ*, inquit, *sunt* [1] *belli feriæ.* Sed lepidæ magis atque jucundæ brevitatis utraque definitio, [2] [3] quam [4] plena aut proba esse videtur. [5] Nam neque pax est induciæ (bel-

1 *Belli feriæ*] Vacatio à bello: feriis enim ab opere vacabant.

2 *Quam plena & proba*] Quædam membranæ *quam plana & proba.* Uterque liber Puteani *quam plana & probata.* Optimæ membranæ nihil mutant. *Carrio.*

3 *Quam plena aut proba esse*] Reg. quoque & Rottend. *plana*, ut omnes Carrionis, præter unas, quas optimas appellat. Lincoln. & Quintus, *plana.* Infra: *magis festive quam aperte atque definite.* Gronovius.

4 *Plena*] Forsan, *plana.*

5 *Nam neque pax*] Plenius Buslidianus, & quomodo debebat exprimi *neque pax neque feriæ sunt induciæ belli.* Eo enim pertinet, quod sequitur *bellum enim manet, pugna cessat.* Et voluit singula Varronis verba in utraque definitione admordere. *Carrio.*

6 *Tan-*

(bellum enim manet, pugna ceſſat.) neque in ſolis caſtris, neque paucorum [6] tantùm dierum induciæ ſunt. Quid enim dicemus, [7] ſi induciis menſum aliquot factis in oppida [8] caſtris concedatur? nonne tum quoque induciæ ſunt? Aut rurſus quid eſſe dicemus, quod in primo annali Quadrigarii ſcriptum eſt, [9] C. Pontium Samnitem à dictatore Romano ſex horarum inducias poſtulaſſe, ſi [10] induciæ paucorum tantùm dierum appellandæ ſunt? Belli autem ferias feſtivè magis dixit quàm apertè atque definitè. Græci autem [11] ſignificantiùs conſignantiuſque

6 *Tantum dierum induciæ ſunt*] *Induciæ ſunt* abeſt ab optimis membranis. Unde non leviter ſuſpicor, imo habeo affirmare, ita Gellium ſcripſiſſe: *nam neque pax neque feriæ ſunt induciæ belli (bellum enim manet, pugna ceſſat) neque in ſolis caſtris, neque paucorum tantum dierum*, poſtremis illis *induciæ ſunt* omiſſis & reliquis additis, quod quidem dubium non eſt. *Carrio.*

7 *Si induciis in menſum aliquot factis caſtris concedatur*] Sic omnino Rot. *in menſum aliquot*: in Regio, ut & Fulviano, aberat præpoſitio: conſtabat tamen utrique ut & Schefferino, *menſum*, Ovidio quoque & Senecæ in Tragœdiis uſurpatum. Dein Reg. & Rot. *factis in oppidi caſtris concedatur*. Recte, modo literam commutes unam, ſcribaſque *in oppida*. Nam *concedere caſtris*, ut *vita concedere* Tacito, primo annali: *Ut Agrippa vita conceſſit.* Et ſæpius. Virgilius 10. Æneid. *Jamque dies conceſſerat.* Silius lib. 2. *Solioque Quirinus Concedet.* Noſter 2, 16. *Cum hominum vita diſceſſiſſet.* Poſſis etiam legere: *induciis menſum aliquot pactis. Gronovius.*

8 *Caſtris concedatur*] Locus mutilatus, quem ex MS. R. auctiorem reddo. *Quid enim dicemus, ſi induciis in menſum aliquot factis in oppida ex caſtris concedatur.* Veriſſime ita ſcripſerat Gellius. Nam τὸ *in oppida* reſpondet illi quod paulum præcedit, *neque in ſolis caſtris.* Lambecius.

9 *C. Pontium Samnitem*] Hujus pater exercitum Romanum ad furcas Caudinas intercluſum, non ſub jugum mittendum, ſed aut liberum dimittendum aut interimendum cenſuit. C. itaque Pontius Herennii filius contra præſcriptum patris exercitum Romanum fœde ſub jugum miſit, obſides ſexcenti equites imperati, qui capite luerent, ſi pacto non ſtaretur. Verum cum Veturius Poſtumiuſque Coss. Roma reverſi poſtulante ipſo Poſtumio per fecialem Samnitibus dediti, eos tamen Pontius recipere noluit. Quem Papirius cum collega ita mox domuit, *ut ſeptem millia militum ſub jugum miſſa fuerint, prædaque ingens Luceriæ capta, receptis omnibus ſignis, armiſque quæ ad Caudium amiſerant, & quod omnia ſuperabat gaudia equitibus recuperatis, quos pignora pacis cuſtodiendos Luceriam Samnites dederant*, ut loquitur Liv. l. 9. Quod autem dicit autor noſter *C. Pontium Samnitem à dictatore Romano ſex horarum inducias petiiſſe*, hoc Livius non attingit. Quinetiam alii dictatori Lucio Cornelio victoriam hanc tribuunt, alii Conſulum & inprimis Papirii hoc decus fuiſſe affirmant. Audi Livium: *Haud ferme alia mutatione ſubita rerum clarior victoria Populi Romani eſt: ſiquidem etiam (quod quibuſdam in annalibus invenitur) Pontius Herennii filius, Samnitium Imperator, ut expiaret Conſulum ignominiam, ſub jugum cum cæteris eſt miſſus. Cæterum id minus miror obſcurum eſſe de hoſtium duce dedito miſſoque ſub jugum. Id magis mirabile eſt, ambigi, Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Curſore, magiſtro equitum, eas res ad Caudium, atque inde Luceriam geſſerit, ultorque unicus Romanæ ignominiæ, haud ſciam an juſtiſſimo triumpho ad eam ætatem ſecundum Furium Camillum triumphaverit, an Conſulum Papiriique præcipuum id decus ſit. Sequitur hunc errorem alius error, Curſorne Papirius proximis comitiis cum Q. Aulio Cæretano iterum ob rem bene geſtam Luceriæ continuato magiſtratu conſul tertium creatus ſit; an L. Papirius Mugillanus, & in cognomine erratum ſit. Convenit jam inde per conſules reliqua belli perfecta.*

10 *Induciæ paucorum dierum*] Induciæ non tantum in dies menſesve, ſed in complures quoque annos extenduntur. Non itaque ſimpliciter verum, quod JCtus dicit in l. poſtliminium D. de captiv. *induciæ ſunt, cum in breve & in præſens tempus convenit, ne ſe invicem laceſſant.* Verum hoc intelligendum de brevibus induciis caſtrenſibus, quas contrahebant duces exercitus. Induciæ in annos viginti, triginta, quadraginta, etiam centum, quarum apud Livium exempla, à ſupremo magiſtratu utrinque fieri ſolitæ. Vide *H. Grotium.*

11 *Significantius conſignantiuſque*] Reg. & Rotten. *conſignatiuſque*, ſecus atque Carrioniæ. Sic lib. 2 cap. 1. *Quam lepide deſignateque dixerit.* Et cap. ſequenti: *qui proprie atque ſignate locuti ſunt.* Gron.

usque cessationem istam pugnæ pacticiam ἐκεχειείαν[a] dixerunt, [12] exempta una litera sonitus [13] vastioris, & subjuncta lenioris. Nam quòd eo tempore non pugnetur & [14] manus cohibeantur, ἐκεχειείαν appellarunt. Sed profectò non id fuit Varroni negotium ut inducias superstitiosè definiret, & legibus rationibusque omnibus definitionum inserviret. Satis enim visum est, ejusmodi facere demonstrationem; quod genus Græci τύπους[b] magis & ὑπογραφὰς[c], quàm ὁρισμοὺς[d] vocant. [15] Inducia-rum autem vocabulum qua sit ratione factum, [16] jam diu est quod quæ-rimus. Sed ex multis [17] quæ jam audivimus vel legimus, probabilius id, quod dicam, videtur. *Inducias* sic dictas arbitramur, quasi tu di-cas *inde uti jam*. Pactum induciarum hujusmodi est, [18] ut in diem cer-tum non pugnetur, nihilque incommodi detur: sed ex eo die postea uti jam omnia belli jure agantur. [19] Quòd dicitur dies certus præfini-tus, pactumque fit, ut ante eum diem ne pugnetur, atque is dies ubi venit inde uti jam pugnetur: iccirco ex iis, quibus dixi, vocibus, quasi per quemdam coitum & copulam nomen induciarum connexum est. [20] Aurelius autem Opilius, in primo librorum quos Musarum in-scri-

a *Cohibitionem manuum.*
b *Descriptiones minus exactas, & rudi Minerva propositas.* c *Delineationes primas, descriptiones.*
d *Definitiones.*

12 *Exempta una litera sonitus vastioris & subjuncta lenioris*] Rot. & Reg. *subuita*. Lege, *subdita* vel *subjecta*. Gronovius.

13 *Vastioris*] Horridioris propter duplex χ. legendum enim erat ἐχεχειείᾳ.

14 *Manus cohibeantur*] Ἐνεχειρίαν, quasi ἐχεχειρίαν dici vult autor noster, ab ἔχω & χείρ. Ita inducias appellavit Thucydides lib. 5. Sicut etiam pro formula induciarum ponitur, ut scribit Scholiastes Thucydidis.

15 *Induciarum autem vocabulum*] Hugo Grotius lib. 3. de Jur. Bell. & Pacis cap. 21. putat veterem scripturam fuisse *Endoitia*, quod inde sive à certo tempore sit otium. Apparet enim ex Gellio & Opi-lio veteribus per *t*; non per *c* literam hoc nomen scriptum, & quod nunc pluraliter profertur, olim haud dubie etiam singulariter. Vetus itaque scriptu-ra fuit *Endoitia*, nam otium tunc oitium enuncia-bant, sicuti ex poina (nunc pœnam scribimus) pu-nio, ex Poino Pœnus & Punicus. Vide Servium in x. Æneidos ad vocem *mœrorum*. Neque longe abit Donatus, cum inducias dictas vult quod indies otium præbeant.

16 *Jam diu est quod quærimus*] Fulvianus, Reg. Rott. *jam diu est cum quærimus*. Ut apud Plautum Mer. 3, 1. *Jam biennium est, cum tecum habet rem?* Et, *Nam illi quidem haud sane diu est, cum dentes exciderunt*. Gronovius.

17 *Quæ jam audivimus vel legimus*] Non asse-quor, cur viri docti contemnant, quod præbet co-dex Regius: *quæ vel audimus*. Equidem istud *jam* est vana repetitio. Quod prætermitti non debet, infra ubi Gellius aperit sententiam suam, & vult compositam vocem *quasi tu dicas inde uti jam*, vo-cula postrema fuit sane ab manu vetere, sed a ne-scio qua est erasa tanquam ea non faciat ad rem. Porro tam potuit Gellius adhibuisse præsens quam præteritum. Etiam mox in eodem legitur *inducia-rum ejusmodi*. Jac. Gronov.

18 *Ut in diem certum non pugnetur, nihilque in-commodi detur*] Tres eidem: *nihilque incommode-tur*. Terentii & Ciceronis verbum. Ille in Andria: *magis id adeo mihi ut incommodet Quam ut obsequa-tur gnato*. Hic pro Quintio: *cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint*. Gronovius.

19 *Quod dicitur dies certus præfinitus*] Nihil ma-li est in hac lectione: scripti tamen suspicionem movent. Reg. enim & Rott. & Schefferi: *præfini-tur*. Ut videantur velle: *Quod igitur certus dies præ-finitur, pactumque fit*. Gronovius. Mox in Reg. legitur *cœtum*.

20 *Aurelius autem Opilius*] Qui Charisio & Fe-sto

scripsit, *Inducia*, inquit, *dicuntur, quum hostes inter sese* [21] *utrimque utroque alter ad alterum impunè & sine pugna ineunt.* [22 23] *Inde ab eo*, inquit, *nomen esse factum videtur, quasi initiæ, hoc est, initus atque* [24] *introitus.* Hoc ab Aurelio scriptum propterea non præterii, ne cui harum noctium æmulo eo tantùm nomine elegantius id videretur, tamquam id nos originem verbi requirentes fugisset.

sto frequens citatur, & juxta Suetonium de Illustr. Grammat. Epicurei cujusdam libertus Philosophiam primo, deinde Rhetoricam, novissime Grammaticam docuit. Ad exemplum autem Herodoti, Cephalæonis, qui Epitomen Historicam illo titulo teste Photio conscripsit, aliorumque, libros quoque suos ita indigetaverat, quod ut loquitur Suetonius, *scriptores ac poëtas sub clientela Musarum esse judicaret.*

21 *Utrimque utroque alteri ad alterum*] Quare hoc maluerit Carrio quam *alteri ad alteros*, quod prius legebatur & exstat in nostris, ignoro: jam enim cessant ejus Notæ, finitæ ad illud ἐκεχειρίαν *dixerunt*. Gebhardus hoc quoque ex Pal. revocavit 2. Ant. Lect. 6. sed quod ille amplius, *utrimque ultro citroque*, non apparet in nostris. *Gronovius.* Est tamen in Reg. *alter ad alteros*, non *alteri*.

22 *Inde ab eo.... quasi initus*] Lege & supple ex MS. *Inde adeo, inquit, nomen esse factum videtur, quasi initiæ, hoc est, initus atque introitus.* Hanc inducia-

rum etymologiam juvat non parum Varronis ille locus lib. 4 de L. L. cap. 10. *Animæ & corporis discessus, quod natis sit exitus, inde exitium, ut cum in unum ineunt, initia.* Lambecius.

23 *Inde ab eo, inquit nomen &c. quasi initus*] Reg. Rot. Vat. Schefferi: *Inde adeo, inquit, nomen esse factum videtur, quasi inviæ, hoc est, initus atque introitus.* Forte *initiæ*, ut voluit Lambecius. *Gronovius.* Sed nusquam apparet τὸ *esse*.

24 *Introitus*] Legendum puto *Endoitus*. *Endoire* pro inire, hinc *Endoitiæ*, vel *indoitiæ*, vel induciæ, quod contractus de intermissione armorum iniretur. *Endu* autem & *indu* veteribus dicebatur promiscue, hinc induperator, indigena, & contra Endoperator, Endogredi. Apud Festum etiam occurrit, *Endoitium*, pro *initium*, quod multum facit ad confirmandum illud, quod jam modo produxi. Vossius putat inducias dictas, quasi Endu otia. Aldus Manutius ab inducendo; Nonnemo quod *inter duces* fieret contractus.

CAP. XXVI.

Quem in modum mihi Taurus philosophus responderit percunctanti, an sapiens irasceretur.

INTERROGAVI in [1] diatriba [2] Taurum an sapiens irasceretur. Dabat enim sæpe post quotidianas lectiones quærendi quod quis vellet potestatem. Is quum graviter & copiosè de [3] morbo affectuve iræ disseruis-

1 *In diatriba*] Græci per διατριβὴν vel intelligunt congressum Philosophorum disputandi causa, vel ipsum locum in quo διατρίβουσι sive seipsos exercent. *Thysius.* Sed non id agitur: verum quo sensu id nunc usurpetur ab Gellio. Itaque Proustius explicat *dissertatione.* Quod & ipsum dubito an intelligat auctor; qui eadem mente id nunc usurpat, qua lib. XVII cap. 20 *me in diatribam receptum*, ubi ille ipse cogitur explicare *scholam.* Certe dissertatio jam finita tunc erat, & post lectiones dabatur quærendi potestas. Addi possunt paterna de Museo Alexandrina: multaque de hoc vocabulo congessit Henr. Stephanus in Thesauro, & Wouwerius in Polymathia cap. 4. *Jac. Gronov.*

2 *Taurum*] Berytius hic fuit Philosophus, vixitque sub Antonino Pio, scripsit de differentia Dogmatum Platonis & Aristotelis, ut Suidas testatur. Commentaria quoque in Gorgiam Platonis citantur à Gellio nostro lib. 6 cap. 14. & hic commentaria postmodum appellat auctor, sed quænam intelligat dubium est.

3 *Morbo*] Stoico more loquitur: audi Ciceronem 1. Acad. *Cum antiqui perturbationem animi ex homine non tollerent, naturaque & condolescere, & concupiscere, & extimescere, & efferri lætitiâ dicerent, sed ea contraherent in angustumque deducerent, Zeno omnibus his quasi morbis voluit carere sapientem.* Vere tamen Stoicis non tam morbi, quam morborum initia erant. Vide Senec. Ep. 75. utrum autem ira deceat sapientem, consule Arrianum lib. 1. Dissert. cap. 18. & 28.

ruisset, quæ & in veterum libris [4] & in ipsius commentariis exposita sunt: convertit ad me, qui interrogaveram, &, Hæc ego, inquit, super irascendo sentio. Sed &, quid [5] Plutarchus noster vir doctissimus ac prudentissimus senserit, non ab re est, ut id quoque audias. Plutarchus, inquit, servo suo, nequam homini & contumaci, sed libris disputationibusque philosophiæ aures imbutas habenti, [6] tunicam detrahi ob nescio quod delictum, [7] cædique eum loro jussit. [8] Cœperat verberari; & obloquebatur non meruisse ut vapulet; nihil mali, nihil sceleris admisisse. Postremò vociferari inter vapulandum incipit: neque jam querimonias aut gemitus ejulatusque facere, sed verba seria & objurgatoria: [9] Non ita esse Plutarchum ut deceret, philosophum irasci turpe esse: sæpe eum de malo iracundiæ edissertavisse: librum quoque [10] περὶ ἀοργησίας a pulcherrimum conscripsisse; iis omnibus, quæ in eo libro scripta sunt, nequaquam convenire, quod provolutus effususque in iram plurimis se plagis mulcaret. Tum Plutarchus lente & leniter, Quid autem, inquit, verbero, nunc ego tibi irasci videor? [11] ex vultune meo, an ex voce, an ex colore, an etiam ex verbis correptum esse me ira intelligis? Mihi quidem neque oculi opinor truces sunt, neque os turbidum; neque immaniter clamo; neque in spumam ruboremve efferveseo: neque pudenda dico aut pœnitenda: neque omnino trepido ira & [12] gestio. Hæc enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent.

a *De non irascendo.*

4 *Et in ipsis commentariis*] Sic jam in Aldina. At scripti & prima editio, *in ipsius commentariis*. Gronovius.

5 *Plutarchus noster*] Fuit enim is Tauri Præceptor.

6 *Tunicam*] Interiorem tunicam, quam vocant subuculam & indusium. *Thys.* Imo ut vestem propriam servorum, unde toties apud auctores Romanos *servilis tunica*. Ut apud Justinum Imilco e navi procedit *sordida servilique tunica*.

7 *Cædi loro jussit*] Magistratus virgis cædit nocentes, servos domini loris coriaceis. Falluntur itaque illi, qui lora virgulta esse putant, & quidem, ut Donatus putat, ex lauro. Lorum veteribus corium, unde & lura utrem coriaceum denotat.

Cædique eum loro] Mire conveniens locus cum Horatii scholiis ad librum 11 Epist. 2. *Secundum morem Romanum, qui servos suos ad gradus habenis, id est, loris ligatos flagellabant. Idcirco in media domo a gradibus ad timorem servis incutiendum habenæ pendebant.*

8 *Cœperat verberari; & obloquebatur*] Ita legitur in Reg. Rott. Scheff. & Lincoln. Cur igitur ejici placet copulativam? *Jac. Gronov.*

9 *Non ita esse Plutarchum, ut diceret*] Gebhardus è Pal. *ut deceret: philosophum irasci turpe esse*, 1 Antiq. Lect. 6. Fulvianus *ut deceret philosophum esse*. Reg. & Rot. *non ita esse Plutarchum, ut Philosophum deceret: irasci turpe esse*. Sic & tollitur ambiguitas, & vera opinor lectio datur. Ipsum enim irasci volunt turpe esse, & cuivis; non modo Philosopho. Schefferi *doceret*. Gronovius. Quod ex Gebhardo citatur, de se etiam protulit Pricæus ad Apuleji Apolog. pag. 37 qui etiam ex nescio quo exemplari Colonienſi suo citat *de malo iræ*. At hoc ipsum offert quoque ut Gellii manum Reg. & Scheff. non *iracundiæ*.

10 Περὶ ἀοργησίας] Scripsit Plutarchus librum de Ira, uti inter Latinos Seneca. Vide & Aristot. Moral. lib. 4. cap. 5. & qui contra Peripatericos immerito insurgit, Lactantium de vero cultu lib. 6. cap. 19.

11 *Ex vultune meo, an ex voce*] Tacitus 2 ann. cap. 28. *Non vultu alienatus, non verbis commotior: adeo iram condiderat.*

12 *Gestio*] Gestu iracundiam ostento.

13 *Dum*

solent. Et simul ad eum, qui cædebat, conversus, interim, inquit, [13] dum ego atque hic disputamus, hoc tu age. Summa autem totius sententiæ Tauri hæc fuit. Non idem esse existimavit ἀοργησίαν καὶ ἀναλγησίαν[a]; aliudque esse non iracundum animum, aliud [14] [15] ἀνάλγητον & ἀναίσθητον[b], id est, hebetem & stupentem. Nam ut aliorum omnium, quos Latini philosophi affectus vel affectiones, Græci πάθη[c] appellant: ita hujus quoque motus animi, qui quum est ulciscendi causa sævior, ira dicitur, non privationem esse utilem censuit, quam Græci ἄοργησιν dicunt: sed mediocritatem, quam μεσιότητα illi appellant.

a *iræ vacuitatem & indolentiam.*
b *doloris & sensus expertem.*
c *passiones.*

13 *Dum ego atque hic disputamus, hoc tu age*] Fulvianus, Reg. & Rot. *tu hoc age.* Gronovius.

14 Ἀνάλγητον] Quod Stoici statuunt, secus atque Peripatetici, qui moderandos esse affectus statuunt, non extirpandos, quia natura eos hominibus insevit. Apposite Archytas apud Stobæum Serm. 1 γίγνεται ἐκ τῶ παθέων ἀ ἀρετὰ καὶ γεννηθεῖσα πάλιν σὺν αὐτοῖς συνίσταται, ὥσπερ τὸ καλῶς ἡρμοσμένον ἐκ τῶ ὀξέως καὶ βαρέως, καὶ τὸ εὔκρατον ἐκ τῶ θερμῶ καὶ ψυχρῶ, καὶ τὸ ἰσόῤῥοπον ἐκ τῶ βαρέως καὶ κώφω. ὁκ ἀφελεῖν δεῖ τὰ πάθεα τᾶ ψυχᾶς. ὅτε γὰρ ὠφέλιμον ἀλλὰ συναρμόσασθαι ποτὲ τὸ λόγον ἔχον τῶ δέοντος καὶ τῶ μετρίω. Id est, *Nascitur ex affectibus virtus, & nata cum illis consistit. Sicut concinna modulatio ex acuto & gravi: item temperies ex calido & frigido: iterumque æquilibrium ex ponderoso & levi. Non igitur tollere affectus oportet. Id enim inutile; sed aptare ad id quod rationem decori & mediocritatis habet.*

15 *Aliud ἀνάλγητον καὶ ἀναίσθητον. Nam aliorum omnium*] Regius: *aliud ἀνάλγητον & ἀναίσθητον, id est hebetem & stupentem.* Rottend. *aliud Gr.* 1. *ebetem ac stupentem.* Prima quoque editio: *aliud ἀ ἀλγητον καὶ ἀναίσθητον id est hebetem ac stupentem.* Dein uterque calamo exaratus: *nam sicut aliorum omnium.* Quæ vox omnino desiderabatur. *Gronovius.* Voces *id est hebetem & stupentem* agnovit quoque Lincolniensis, ut prorsus pro Gellianis haberi debeant.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patientiam corporis: [1] deque ejusdem viri patientia.

IN-

1 *Deque ejusdem viri patientia*] Si sic scripsit auctor, ταυτολογεῖ, ubi necesse non est. Scribe: *deque ejusdem viri parcimonia.* Temperantiam ejus in victu frugalitatemque intelligit. Justinus lib. 3 *Parcimoniam omnibus suasit, existimans laborem militiæ assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore.* Noster 2, 23. *Parcimonia & victus atque cænarum tenuitas.* Gronovius. Certe miratus fui, quemadmodum viri docti antea concoquere hanc injucundam & Gellio non usurpatam vocis repetitionem potuerint. Itaque J. Mercerus adscripsit σω. *temperantia.* Id vidit Salmasius, sed nihil de eo attulit. Etiam ex Schefferi codice annotavit id ipsum pater. Sive igitur ab alterutro horum excitatus fuerit, sive antea id jam conceperit, incertum. Sed Regius & Rottend. plane vulgatum retinent, ut vel id ipsum vel aliquid ei proximum ab Gellio venerit. Prius elidimus. Restat igitur ut colligamus Gellium scripsisse *parcentia.* Analogia enim tuetur hanc formam, ut *amens, amentia.* Nonne decentiam sic protraxit ipse Cicero

INTER labores voluntarios & exercitia corporis, ad fortuitas patientiæ vices [2] [3] firmandi, id quoque accepimus Socratem facere insuevisse. Stare solitus [4] Socrates dicitur, pertinaci statu, perdius atque pernox à summo lucis ortu ad Solem alterum orientem, [5] inconnivens, immobilis; iisdem in vestigiis, & ore atque oculis eumdem in locum directis cogitabundus, tamquam quodam [6] secessu [7] mentis atque animi facto à corpore. Quam rem quum Favorinus, de fortitudine ejus viri ut pleraque disserens, attigisset, πολλάκις, *inquit*, ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον ἑστήκει ἀστραβέστερος τῶν πρέμνων[a]. [8] Temperantia quoque eum fuisse tanta traditum est, ut omnia fere vitæ suæ tempora valetudine inoffensa vixerit. In illius etiam [9] pestilentiæ

a *A Sole usque ad solem stetit erectior stipitibus arborum.*

---

ab *decens*? Utique sic nihil abimus a vetere scriptura. Meministi quoque, quam libenter supra receperint illam imparentiam vel contra fidem codicum. Mox idem ille codex Reg. *Socraten*, & *internecivo*. Jac. Gronov.

2 *Firmandi*] Ita in MS. vulgo *firmamentum*. Pro *firmandi* forsan *firmandas* legendum, ut referatur ad *vices* (forte *vires*) non ad *corporis*.

3 *Firmamentum id quoque*] Cum Regio, Rottend. Fulviano fac habeas: *corporis ad fortuitas patientiæ vices firmandi, id quoque accepimus Socratem facere insuevisse*. Livius lib. 27. *Inde cibo corpora firmare jussi, ut si longior esset pugna, viribus sufficerent.* Aurelius Victor de Mithridate: *quia adversum venena multis antea medicaminibus corpus firmarat.* Gronovius.

4 *Socrates*] Apud Aristophanem in Nebulis similia fere invenies.

--- Καὶ μὴ κάμνεις, μήτ' ἑστὼς, μήτε βαδίζων,
Μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίαν ---
--- *Neque fatigaris vel stando multum, vel eundo*
Neque algens multum doles ---

Quos versus quoque citat Diogenes Laërtius. Cæterum quod inconnivens, immobilis, iisdem in vestigiis steterit à solis ortu ad solem alterum orientem, apud Laërtium non invenitur, nisi quod cum militaret tota nocte in uno habitu permansisse referat. In eo autem imitatus est Ægyptiorum Gymnosophistas, & Indorum Brachmanes, qui ad summam tolerantiam se exercebant. Vide Strabonem lib. 15. & Solinum, qui de Indorum sapientibus ita loquitur: *Philosophos habent Indi, quos Gymnosophistas vocant, qui ab exortu adusque Solis occasum contentis oculis orbem candentissimi sideris contuentur, in globo igneo rimantes secreta quædam arenisque ferventibus perpetem diem alternis pedibus insistunt.* Vide & Plin. lib. 6. Hist. Nat. Cicer. lib. 5. Tusc. Qu. Lucanum lib. 3. aliosque scriptores, & novissime Rogerium de Brachmanis, qui hodieque Bramines dicuntur, qui eosdem imo graviores labores sustentant. Sed hæc obiter. Socratis itaque laborum constantia ab autore nostro hic prædicatur. Idem in paupertate dives, divitiarum contemptor Ælian. lib. 9. cap. 29. Etiam in ipso frigore hyemis ipsam glaciem nudis calcabat pedibus, & ut loquitur Alcibiades in Platonis Symposio, ἀνυπόδητος δὲ διὰ τοῦ κρύσταλλου ῥᾷον ἐπορεύετο ἢ οἱ ἄλλοι ὑποδεδεμένοι.

5 *Inconnivens, immobilis*] Sic MSS. Colvius ad 2 Metamorphosin, *inconnivus*, quo Appulejus solet uti. *Gronovius.*

6 *Secessu mentis*] Quem ἔκστασιν Græci appellant, quæ juxta Galenum vehemens melancholica motio. Nam quæ de mentis à corpore secessu scripsere veteres & recentiores, affanias esse arbitror, nisi divinæ fuerint ἐκστάσεις. Vide tamen Hippocratem lib. de Morb. Sacr. Galenum, Aristot. in lib. de Divinat. per somnium & Plutarchum de Dæmon. Socratis.

7 *Mentis*] Mens altior animi pars, rationum judicatrix, animus spiritus ipse rationalis.

8 *Temperantia*] Hanc temperantiam in victu & amictu præter Platonem etiam prædicat Xenophon ἀπομνημον. α. Cicero lib. 2. de Fin. *Cibi condimentum illi fuisse famem, potionis sitim* affirmat. Libanius in Apologia, ὕδωρ δὲ πίνων ἥδιον, ἢ Θάσιον οἶνον ἕτεροι, τοτε πεινῶν ἐσθίειν ἀντὶ Περσικῆς πριώμενος τραπέζης. Ideo Chrysostomus in Orat. ad Patr. infidel. illum rege Archelao beatiorem & splendidiorem fuisse affirmat.

9 *Pestilentiæ vastitate*] Diogenes Laertius dicit tam parce ac temperate vixisse, ut quum Athenas pestis sæpenumero vastaret, ipse nunquam ægrotave-

tiæ vaſtitate, quæ, in belli [10] [11] Peloponneſiaci principiis ipſam Athenienſium civitatem [12] internecino genere morbi depopulata eſt, iis [13] parcendi moderandique rationibus dicitur & à [14] voluptatum labe caviſſe, & ſalubritates corporis retinuiſſe; ut nequaquam fuerit communi [15] omnium cladi obnoxius.

taverit. Loquitur autem hic autor noſter de immani peſte, quæ afflixit Athenienſes tempore belli Peloponneſiaci. De qua vide Thucydidem lib. 2. & Poetam Lucretium lib. 6. qui elegantiſſime illam deſcribunt.

10 *Belli Peloponneſiaci*] Ex MS. R. ita legendum eſſe colligitur. Vulgo legitur, *quæ in bello Peloponneſiaco inprimis, &c.* aliter, *inprime.* ſin vero *inprimis* retineatur, ſenſus eſt aliis quoque peſtilentiis, quæ civitatem Athenienſem afflixerant, inprimis vero bello Peloponneſiaco, à contagione illum immunem fuiſſe. Quod affirmat Diogenes Laërtius. Bellum hoc in Græcia longe atrociſſimum, maximeque diuturnum inter Athenienſes & Peloponneſios erupit Olympiade 87. cujus varia admodum fuit fortuna. Anno decimo induciæ factæ quinquaginta annorum, ſed poſt octo annos ruptæ. Ultimo à Lacedæmoniis victis ad Ægoſpotamon Athenienſibus, urbe capta, ineunte anno vigeſimo octavo finis bello impoſitus. Vide Thucydidem lib. 2. Diodor. Sic. lib. 12. Plutarch. in Pericle.

11 *In bello Peloponneſiaco imprime ipſum Athenienſium*] Quis non delectatus eſt τῷ *imprime?* At ex errore natum & hic duntaxat abolendum eſt. Jam tamen Romana & Veneta fovent editio, & inde revocavit Carrio, cum Aldus & deinceps dediſſent *inprimis.* Sed ſcribendum ex Fulv. Reg. Rott. Lincoln. *in belli Peloponneſiaci principiis Athenienſium civitatem.* Secundo enim ejus anno contigit. Agnoſco etiam originem corruptelæ in Rot. in quo eſt: *belli Peloponneſi ac ipne ipis athenienſium:* & quod ex Regio annotatum: *belli Peloponenſi acri principis athenienſium.* Mox lege: *iis parcendi moderandique rationibus*, non *is.* Gronovius.

12 *Internecino genere*] Quod omnes ſine diſcrimine penitus necabat. Ita & internecinum bellum dicitur, cum de capite & fortunis decernitur. Ita interficere & interimere dicitur. *Inter* enim ſignificat *penitus* in illis compoſitis.

13 *Parcendi*] Parce juxta diætam & moderate victitandi.

14 *Voluptatum labe*] Quæ corpus animumque frangunt, & debilitant.

15 *Omnium cladi*] Hinc Lucretius,

Nec poterat quiſquam reperiri, quem neque morbus,
Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.

CAP. II.

Quæ ratio obſervatioque officiorum eſſe debeat inter patres filioſque [1] in diſcumbendo ſedendoque, atque in id genus rebus domi foriſque, ſi filii magiſtratus ſunt & patres privati: ſuperque ea re Tauri philoſophi diſſertatio, & exemplum ex hiſtoriâ Romana petitum.

AD philoſophum Taurum Athenas, viſendi cognoſcendique ejus gratia, venerat V. Cl. [2] [3] præſes Cretæ [4] provinciæ: & cum eo ſimul

1 *In diſcumbendo ſedendoque atque in id genus rebus*] Nihil hic intolerandi. Quia tamen regius, *atque in genus*, fortaſſe ſatis habuit ſemel præpoſitionem poſuiſſe, & ſcripſit: *atque id genus rebus.* Gronovius. Sed quid eſt, quod in MS. Regio legatur *ſcribendoque*, non *ſedendoque*?

2 *Præſes*] Hoc vocabulum nonnunquam generale, & Proconſules, Legatos, Rectoreſque Provinciarum complectitur l. 1. ff. de offic. Præſidis. Vide Dion. lib. 4. Speciatim ii ſunt Præſides qui à Cæſare cum ſummo imperio in Provincias mittebantur, Proconſules à Senatu qui anno proximo conſulatum geſſerant, ſicuti & proprætores, qui præturam adminiſtraverant, quamvis & hi nonnunquam Proconſules appellarentur; Legati non ſuo ſed Principis nomine in diplomatibus utebantur, quia Princeps quaſdam Provincias ſibi reſervabat, in quas Legati mittebantur. Ita Pontius Pilatus Lactantio legatus Syriæ appellabatur.

3 *Præſes Cretæ provinciæ*] Apud Tacitum aliquoties qui præerat huic inſulæ, proconſul appellatur. In nummo habemus Proprætorem.

4 *Pro-*

mul ejuſdem præſidis pater. Taurus, [5] ſectatoribus commodum dimiſſis, ſedebat pro cubiculi ſui foribus, & cum aſſiſtentibus nobis ſermocinabatur. Introivit provinciæ præſes & cum eo pater. Aſſurrexit placide Taurus: & poſt mutuam ſalutationem reſedit. Allata mox una ſella eſt, quæ in promptu erat; atque dum aliæ promebantur, appoſita eſt. Invitavit Taurus [6] patrem præſidis ut ſederet. Atque ille ait: *Sedeat hic potius, qui populi Romani magiſtratus eſt.* [7] *Abſque præjudicio*, inquit Taurus, [8] *tu interea ſede, dum inſpicimus quærimuſque utrum conveniat, tene potius ſedere qui pater es, an filium qui magiſtratus eſt.* Et, quum pater aſſediſſet, appoſitumque eſſet aliud filio quoque ejus ſedile, verba ſuper ea re Taurus facit cum ſumma, di boni! honorum atque officiorum [9] perpenſatione. Eorum verborum ſententia hæc fuit: In publicis locis atque muneribus atque actionibus [10] patrum jura cum filiorum, qui in magiſtratu ſunt, poteſtatibus collata interquieſcere paululum & [11] connivere: ſed quum extra rempubl. in domeſtica re atque vita ſedeatur, ambuletur, in convivio quoque familiari [12] diſcumbatur,

4 *Provinciæ*] Devictæ armis regiones provinciæ appellantur, quæ alienis legibus & regimini obnoxiæ, atque etiam ſtipendiariæ & vectigales erant. Prout autem gubernabantur, vel Proconſulares, vel Proprætoriæ vel Præſidales appellabantur. Et ſicut quædam Populi, quædam Principis cenſebantur, inprimis *validiores*, *& quas annuis Magiſtratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat*, ut loquitur Suetonius in Auguſto, ita crebro mutabantur, & quæ præcedenti anno Proconſulares, dein Proprætoriæ erant, prout vel Coss. vel Prætt. in Provincias mittebantur. Sic & fiebant Præſidales, quæ fuerant Proconſulares, atque ita vice verſa. Cretam fuiſſe ſub jure Populi Dio Caſſius affirmat, hic apud autorem noſtrum Præſidalis fuiſſe videtur: niſi dicendum Præſidis nomen hîc generaliter ſumi.

5 *Sectatoribus*] Diſcipulis, qui illum ſectabantur. Sectari proprie de philoſophorum diſcipulis dici, Donatus affirmat.

6 *Patrem Præſidis ut ſederet*] Rot. *uti ſederet*. Gronovius.

7 *Abſque præjudicio*] Ea conditione, ut nihil juris decedat filio.

8 *Interea ſede dum inſpicimus*] Ut in capite poſtremo libri præcedentis dixit: *interim dum ego atque hic diſputamus, hoc tu age*. Sed tamen hoc loco MS. Regius habet *dum cum inſpicimus*. Utrum pro temerario æſtimandum, an dediſſe Gellium indicat, *tu interea ſededum, cum inſpicimus?* plane ut *agedum* &c. Jac. Gronov.

9 *Perpenſatione*] Accurata examinatione.

10 *Patrum jura cum filiorum, qui in magiſtratu ſunt, poteſtatibus*] Sic MSS. Chr. Colerus Parer. cap. 20 ex Salisberienſi: *qui in magiſtratu ſunt aut poteſtatibus*. Quod quæ neceſſitas imperet, non video. Tum ſatis durum illud, *jura patrum cum filiorum collata*. Gronovius.

11 *Connivere*] Diſſimulari, intercludi. Proprie enim *connivere* oculos claudere, atque per vices aperire. Nonnunquam ſimpliciter pro *claudi*. Ita oculi ſomno dicuntur connivere.

12 *Diſcumbatur*] In lectulis diſcubitoriis. Antiquitus autem tribus potiſſimum lectulis in conviviis utebantur. Unde & triclinia, & tricliniares lecti appellantur. Nonnunquam duo tantum lecti erant, quod biclinium apud Plautum dicitur. Sed tribus lectulis ut plurimum utebantur. Dignior autem locus habitus ultimus medii lecti, dominus vero convivii tertii lecti primum locum premebat. Ita dominus & honeſtiſſimus convivarum ſe invicem attingebant. Ita dixit Salluſtius in fragmentis Sertorium Imperatorem in medio lecto inferiorem diſcubuiſſe, Perpernam dominum convivii in imo. Mulieres quidem primo ſedebant, quod turpis viſus eſt in muliere accubitus teſte Iſidoro lib. 20. Sed poſtmodum quoque accubuiſſe ex Valerio liquet, qui ita loquitur lib. 2. cap. 1. *Fœminæ cum viris cubantibus ſedentes cœnitabant: quæ conſuetudo ex hominum victu ad divina penetravit: nam Jovis Epulo ipſe in lectulum, Juno & Minerva in ſellas ad cœnam invitantur. Quod genus ſeveritatis ætas noſtra diligentius in Capitolio, quam in ſuis domi-*

bus

batur, tum inter filium magiſtratum & patrem privatum publicos honores ceſſare; naturales & genuinos exoriri. Hoc igitur, inquit, quod ad me veniſtis, quod colloquimur nunc, quod de officiis diſceptamus, privata actio eſt. Itaque utere apud me [13] iis honoribus prius, quibus domi quoque veſtræ te uti priorem decet. Hæc atque alia in eandem ſententiam Taurus graviter ſimul & comiter diſſeruit. Quid autem ſuper hujuſcemodi patris atque filii officio apud Claudium legerimus, [14] non ab re viſum eſt ut adſcriberemus. Poſuimus igitur verba ipſa Quadrigarii ex annali ejus ſexto tranſcripta: *Deinde facti conſules Sempronius Gracchus iterum, Q. Fabius Maximus filius ejus,* [15] *qui priore anno erat conſul. Ei* [16] *conſuli pater proconſul obviam* [17] *in equo vehens venit,* [18] *neque deſcendere voluit, quod pater erat: &, quod inter eos ſciebant maxima concordia convenire, lictores non auſi deſcendere jubere.* [19] *Ubi juxta venit; tum conſul ait, Deſcendere jube. Quod poſtea quam lictor*

bus ſervat: videlicet quia magis ad rem pertinet Deorum quam mulierum diſciplina contineri. De modo autem accumbendi apud Romanos audi Lipſium. *Accumbebant reclinata ſupera parte corporis in cubitum ſiniſtrum, infera in longum porrecta ac jacente: capite leviter erecto, & dorſo pulvillis modice ſuffulto. Primus decumbebat ad caput lecti, cujus pedes porrigebantur pone dorſum ſecundi: Secundus vero occiput obvertebat ad umbilicum primi pulvillo interjecto, pedes jacebant ad tergum tertii, & ſic deinceps tertius, ſic quartus.* Vide eundem lib. 3. Antiq. Lect. F. Urſinum & Ciaconium de Triclin. & Mercurialem de Arte Gymnaſt. l. 1. c. 11.

13 *Iis honoribus prius quibus domi*] Regius: *prius huc uſque quibus.* Nunquid *iis honoribus privilegiisque quibus domi quoque veſtræ te uti priorem decet?* Gronovius.

14 *Non ab re viſum eſt*] Regius: *non eſſe ab re viſum eſt.* Rott. *non eſſe abs re v. e.* Jac. Gronov.

15 *Qui priori anno*] More ſolito, cum priori anno conſul fuiſſet, miſſus erat Proconſul ad Provinciam adminiſtrandam.

16 *Conſuli*] Si quis enim occurreret Conſuli, equo deſcendere oportebat. Lictores, ſi ſponte non faceret, equo deſcendere jubebant.

17 *In equo vehens*] Ita antiqui loquebantur, pro *vectus.* Ita Cicer. 1. Nat. *Qualis ille maritimus Triton pingitur natantibus invehens belluis.* Ita & Livius lib. 22. aliique.

18 *Neque deſcendere voluit quod pater erat*] His verbis ſi fides, Fabius non movit ſeſe, quod patrem non oportere ſubmitti conſuli filio judicaret. At id falſum: voluit enim deſcendere, ac ſenſit hoc fieri oportere, ſed contatus eſt, ut tentaret filium. Quare ſuſpicabar: *Neque deſcendentem ultro, quod pater erat & quod inter eos ſciebant maxima concordia convenire, lictores non auſi ſunt deſcendere jubere.* Quod eſt, & lictores, cum ſponte non deſcenderet Fabius, veriti ſunt animadvertere, memores patrem eſſe conſulis & egregie concordes eſſe. Lictorum hæc argumentatio tacita erat, non Fabii. *Neque deſcendentem*, eſt, *& non deſcendentem.* De quo genere ad Statium. Sic infra cap. 4. *neque utra*, pro, *& neutra.* Gronovius. Utinam horum aliquid acciperet fidem ex antiquitate & codicibus ſcriptis! Ego enim, dum ſcribit eum Gellius deſcendere non voluiſſe, intelligo non de contumaci propoſito, ut licet daretur ſignum animadvertendi tamen non fuiſſe deſcenſurum conſtaret; ſed neque deſcendere voluit, eſt dedit ſpeciem, quaſi nollet deſcendere, nimirum manendo in equo & tamen uſque procedendo. Ita viſus fuit deſcendere noluiſſe, idque quia pater erat. Sed major moleſtia in ſequentibus, ubi omnia ſunt interpolata. Regius modo habet *tum Conſul ait quid poſtea lictor ille qui apparebat cito intellexit.* Etiam verba illa *deſcendere jube* ignorat codex Rottend. Lincolnienſis ſimiliter *conſul ait quod poſtea lictor.* Dubitari nequit Gellium hac in parte peſſime affectum eſſe; ſed qui perquam concinne, niſi fallor, ex ſcriptura vetere reficitur: *Tum conſul ait quid poſtea lictori illi qui apparebat. Cito intellexit. Maximum* &c. Proximus lictor ſic deſcribitur, qui apparebat κατ' ἐξοχὴν, quum certe omnes duodecim apparerent, quod ſæpius contingit. *Jac. Gronov.*

19 *Ubi juxta venit*] Valerius Maximus ita hanc hiſtoriam commemorat lib. 2. cap. 2. *Idem præſtitit ille Fabius, qui à Senatu legatus ad ſolium Conſu-*

lictor ille, qui apparebat, cito intellexit, Maximum proconsulem descendere jussit. Fabius imperio paret: & filium collaudavit, quum imperium, quod populi esset, retineret.

lem Suessam missus: postquam animadvertit cum ad officium suum extra oppidum processisse, indignatus quod ex lictoribus XI. *nemo se equo descendere jussisset, plenus iræ sedere perseveravit: quod cum filius sensisset, proximo lictori, ut sibi appareret, imperavit. Cujus voci Fabius continuo obsecutus: Non ego, inquit, fili, summum imperium tuum contempsi, sed experiri volui, an scires Consulem agere: nec ignoro, quid patriæ venerationi debeatur: verum publica instituta privatis potiora judico.* Intelligitur autem Q. Fabius Verrucosus, qui, ut refert Livius, filio Consuli legatus ad Suessulam in castra venit bello Punico secundo. Quanquam enim Valerius conjungat duo exempla Fabiorum, prius de C. Fabio Rulliano, qui Fabio Gurgiti filio bello Samnitico legatus fuerat, posterius tamen de illo intelligi non potest, cum Q. Fabius Rullianus octuaginta annis major fuerit. Itaque recte colligit Pigius Q. Fabium Verrucosium intelligendum esse.

CAP. III.

Qua ratione verbis quibusdam vocabulisque veteres immiserint, h, litteræ spiritum.

[1] H Litteram, sive illam [2] spiritum magis quam litteram dici oportet, inserebant eam veteres nostri plerisque [3 4] vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset [5] viridior vegetiorque; atque id videntur feciſse studio & exemplo linguæ Atticæ. Satis enim notum est Atticos [6 7] ἰχθῦν, ἴουν [a], multa itidem alia, [8] citra morem gentium

a *piscem, irum.*

1 *H Literam*] An litera esset H, an aspiratio, dubitant quoque antiqui. Eodem enim modo scribebatur Græcis Latinisque, uti testantur Velius Longus, Terentius Scaurus, Marius Victorinus, & Priscianus. Ita ΗΟΔΟΙ, pro ὁδοὶ, ΠΗΙΛΟΣ, pro φίλος scribebant. Ex quibus videtur colligi revera literam fuisse. Diomedes lib. 2. ita scribit: H, inquit, *interdum consonans, interdum adspirationis creditur nota.* Sed revera potius adspirationem fuisse tam apud Græcos quam Latinos verior sententia. Vide Priscianum lib. 1. de Numero Literar. apud veteres. Inter recentiores Politianum cap. 19. Miscellan. Jov. Pontanum de Aspiratione. Sicuti autem H Atticum, ita Digamma Æolicum F similis est naturæ. Halitum enim quendam refert tam in principio, quam in medio dictionis. Quinetiam pro nihilo habetur, neque syllabam producit, ut in illo versu,

Ἄμμες δ' Ϝεμήαντο θεοὶ, τοὶ δ' ὤμοσαν Ϝάσεν.

2 *Spiritum*] Halitum, aspirationem, quia neque labiorum motu, neque dentium auxilio opus est.

3 *Vocibus verborum firmandis*] Revera ubi extrinsecus vocalibus adscribitur, in tantum non sonat, imo, nisi impetu fiat, vix auditur, consonantibus sonitum plurimum intendit. Cicero tamen de Perf. Oratore, nullum usum fuisse aspirationis in consonantibus refert.

4 *Vocibus*] Id est, sonis verborum. *Vox* hîc non pro verbo sumitur, sed ἀντὶ τῦ ἠχῆς, pro sono. Non enim rescribendum *vocalibus*. Festus prorsus eodem modo: *heluo dictus est immoderate bona sua consumens, ab eluendo, cui aspiratur, ut aviditas magis exprobretur. Fit enim vox incitatior.* Jos. Mercerus.

5 *Viridior*] Florentior, majoris vigoris. Legitur quoque teste Badio, *virilior*. Sed prius retinendum.

6 Ἰχθῦν, ἴουν] Nonnulli vertunt *piscem sacrum*, atque in illo se admodum torquet Ludovicus Cœlius lib. 7. cap. 12. Alii pro Iro, seu paupere sumunt. Scaliger ad oram Gellii sui recte adscripserat ἰχῶρα. Ἰχὼρ autem tenuis humiditas dicitur, vel etiam tenuior sanguis, vel exterius pro tenui sanie ponitur. Vide Galenum, & C. Celsum lib. 5. cap. 25. Homerus Il. E. vulneratæ Veneri adscribit,

Ἰχὼρ, οἷόσπερτε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι.

Quod in Alexandro vulnere saucio, cum Jovis Ammonis filius haberi cuperet, risit Callisthenes Philoso-

tium Græciæ cæterarum, [9] inſpirantis primæ litteræ dixiſſe. Sic lachrymas, ſic ſepulchrum, ſic ahenum, ſic vehemens, ſic inchoare, ſic helluari, ſic hallucinari, ſic honera, ſic honuſtum dixerunt. In his enim verbis omnibus litteræ ſeu ſpiritus iſtius nulla ratio viſa eſt, niſi ut firmitas & vigor vocis, quaſi quibuſdam nervis additis, intenderetur. Sed quoniam, *aheni*, quoque exemplo uſi ſumus, venit nobis in memoriam [10] Fidum Optatum multi nominis Romæ grammaticum oſtendiſſe mihi librum Æneidos ſecundum, [11] mirandæ vetuſtatis, emptum in [12] Sigillariis xx aureis, [13] quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat: in quo duo iſti verſus quum ita ſcripti forent,

[14] *Veſtibulum ante ipſum primoque in limine Pyrrhus*
Exſultat telis & [15] *luce coruſcus aëna*,

addi-

loſophus. Attici igitur pro ἰχὼρ, ἰχὼρ dixerunt. Catullus ridet Arium, qui has adſpirationes inepte ſectabatur,

Chommoda dicebat, ſi quando commoda vellet,
Dicere, & hinſidias Arius inſidias,
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum,
Cum quantum poſſet, diceret Hinſidias.
Credo ſic mater, ſic Liber avunculus ejus,
Sic maternus avus dixerat, atque avia.
Hoc miſſo in Syriam requierunt omnibus aures,
Audibant eadem hæc leniter & leviter.
Nec ſibi poſtilla metuebant talia verba,
Quum ſubito adfertur nuncius horribilis,
Ionios fluctus, poſtquam illic Arius eſſet,
Jam non Ionios eſſe, ſed Hionios.

7 Ἰχθὺν ἶρον *multa itidem talia citra morem*] Verterant *piſcem pauperem*: quod reprehendit Badius, & *ſacrum piſcem* facit. Sed MSS. ἰχθὺν & ἶρον & *multa itidem talia contra morem*. Ergo ut ἰχθὺν ἀντὶ τοῦ ἰχθὺν, ita Ἶρον ἀντὶ τοῦ Ἶρον. *Gronovius*.

8 *Citra morem gentium Græciæ*] Præcipuæ dialecti, Attica, Ionica, Dorica, Æolica. Æoles adſpirationem haud agnoſcunt, Attici delectantur.

9 *Inſpirantis primæ literæ*] Videtur quæſitus nitor, *inſpirans litera*, pro aſpirata. Quamquam poſſis cogitare, *inſpirantes primam literam*. Sed nihil auſim mutare. *Gronovius*.

10 *Fidum Optatum multi nominis*] Ita interpolaſſe Stephanum ſcribit Barthius 35 adverſ. 7, cum legeretur *fidum optatumque*, unde conjicit *fidum opinatumque*. Sed noſſe debuit non illum, ſed recentiores interpolaſſe, quod erat in editione prima, idque reduxiſſe Carrionem. Video etiam in Rotten. *fidum obtatum multi*. *Optatos* autem complures exhibent Lapides antiqui. *Optatus* è libertis Claudii præfectus claſſis, Plinius 9, 17. *Gronovius*.

11 *Mirandæ vetuſtatis*] Curaverat Thyſius, aut typi ultro ſic conſuluerant, ut ex Petri Moſellani Annotationibus huc transferrentur verba, quibus ſcribitur Virgilium anteceſſiſſe Gellium trecentis ferme annis. Itaque Pariſiis id ſcriptum & publicatum eſt. Attamen operæ erit inſpicere ſtomachantem Prouſtium in Thyſii Batavi interpretis chronologicos canonas, ut doceret Ser. Delphinum, quando Virgilius obierit. At illi Pariſiis quærendi.

12 *Sigillariis*] Feſtis ſigillarium diebus, quæ ſequuntur Saturnalia. Macrobius lib. 1. cap. 10. *Saturnalia uno tantum die, id eſt, quartodecimo Calendarum ſolita celebrari: ſed poſt in triduum propagata ſigillariorum adjecta celebritas in ſeptem dies diſcurſum publicum & lætitiam religionis extendit. Nomen ex eo ſigillaribus, quod ultro citroque ſigilla, ſive imagunculas, & munuſcula alia miſſitarent.* Auſonius feſta ſigillorum appellavit. Turnebus lib. 23. c. 28. putat per ſigillaria aliquando intelligi locum hoc nomine, ubi libri aliæque res promercales venibant. Adducitque pro ſe Auſonium ad Paulum: *Pro quo ſi per ſigillaria in auctione veniret, neque Afranius nauci daret, nec Stichum ſuum Plautus offerret.* Mercatores enim venalia certis locis habebant ſigilla ſive imagunculas, aliaque munuſcula quæ ſibi invicem miſſitabant. A Sigillis autem Sigillaria appellabantur. Vide Senecam Ep. 12. & Suetonium in Claudio cap. 5. & Spartianum in Caracalla, & Hadriano.

13 *Quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat*] Reg. & Rot. *credebatur*. Prægnantius; ſignificat enim non unius Optati, ſed commune codicem illum noſcentium id judicium fuiſſe. *Gronovius*.

14 *Veſtibulum ante ipſum*] De veſtibulo vide infr. lib. 16. cap. 5. Extant autem Virgilii hi verſus lib. 2. Æneid. ℣ſ. 469.

15 *Luce aëna*] Pro aheni. Vide Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 12. Homerus Iliad. v.

Αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἀπολαμπομενάων.

additam ſupra vidimus *h* litteram, & *ahena* factum. Sic in illo quoque [16] Virgilii verſu in optimis libris ſcriptum invenimus:

Aut foliis undam tepidi diſpumat aheni.

16 *Virgilii verſu*] Extat lib. 1. Georg. v. 296. Per *folia* ramum pampineum vel folia compaginata intelligere videtur, quibus ſpumam ruſtici auferebant: pro *tepidi* legiſſe videtur Servius *trepidi*. Audi illum: *tepidum dicitur, quia quod bullit, quaſi tremere videtur*. Pro *diſpumat*, apud Virgilium hodie legitur *deſpumat*. Et ita antiquiſſima Veneta editio. Willichius *deſpumat*, *defrutat* interpretatur, ſicut *defrutare vinum* dixit Columella. *Defrutum* autem dicebatur, *muſtum ex duabus partibus ad tertiam decoctum*, teſte Columella lib. 12. cap. 20. & 21. & juxta Marium Victorinum *defervere & decoqui* denotat.

CAP. IV.

Quam ob cauſam Gabius Baſſus genus quoddam judicii divinationem appellari ſcripſit: & quam alii cauſam eſſe ejuſdem vocabuli dixerint.

QUUM de conſtituendo accuſatore quæritur, judiciumque ſuper ea re redditur, cuinam potiſſimum ex duobus pluribuſve accuſatio [1] [2] ſubſcriptiove in reum permittatur; ea res atque judicum cognitio, [3] *divinatio*, appellatur. Id vocabulum quam ob cauſam ita factum ſit quæri ſolet. [4] Gabius Baſſus in tertio librorum quos de origine vocabulorum compoſuit, *Divinatio*, inquit, *judicium appellatur*, [5] *quoniam divinet quodammodo judex oportet, quam ſententiam ſeſe ferre par ſit.* Nimis quidem eſt in verbis Gabii Baſſi ratio imperfecta, vel magis inops & jejuna. [6] Sed videtur eum ſignificare velle, iccirco dici divi-

1 *Subſcript.*] *Subſcribere* denotat quoque *inſcribere*, quando accuſator nomen ſuum profiteretur, criminiſque reum accuſaturum. Ita Seneca in Apoloc. *Ducit illum ad tribunal Æaci: is lege Cornelia, quæ de Sicariis lata eſt, quærebat: poſtulat nomen ejus recipi. Edit ſubſcriptionem, occiſos Senatores* XXX, *Equites Romanos* CCCXV, *atque plures*. Ita promiſcue ſumitur in l. ult. D. de Priv. delict. l. ult. ff. de Furt. l. 24. D. Ad L Corn. de Falſ. l. 2. C. ad Sct. Turpil. Nonnihil tamen intereſt. Inſcriptio eſt profeſſio ipſa accuſatoris ſe Mævio vel Titio litem criminis alicujus inventaturum eſſe, idque fiebat vel libello publico judici porrecto, vel querela publice depoſita. Is qui inſcripſerat, ſive publice nomen ſuum profeſſus erat, ſubſcribebat ſe profeſſum eſſe, & ad talionis pœnam ſe obligabat, ſi non probaſſet.

2 *Accuſatio ſubſcriptione in reum*] Immo *accuſatio ſubſcriptieve in reum*, ut ſcripti editique veteres. *Gronovius.*

3 *Divinatio*] Divinatio dicebatur, judicium de futuro, uter debeat accuſare, quo judex alterum alteri quaſi divinando præponit in accuſando, vel quod res ageretur ſine teſtibus & tabulis, atque ita judices veluti divinarent. Quod fiebat inprimis ſi inter accuſatores non conveniret. Alioquin plures ſimul accuſare poterant. Ita cum dubium eſſet, Cicero, an vero Cæcilius accuſaret Verrem, Cicero conſtitutus eſt. Multum enim intereſt uter accuſationem inſtituat. Quomodo hæc divinatio fieret, vide Aſconium Pædianum, Ciceronem, & JCtum Ulpianum in l. 16. ff. de Accuſat.

4 *Gabius Baſſus*] Vide lib. 3. c. 6. Apud Macrobium legitur, *Gavius Baſſus*. Itaque Scriverius putabat *Gavium* apud Gellium legendum, ſicut crebro illud nomen in antiquis inſcriptionibus occurrit, atque integrum permanſit lib. 10. cap. 17. Noct. Att. Res tanti non eſt, cum *b* & *v* ſæpe in ſe invicem commutentur.

5 *Quoniam divinare quodammodo judicem oporteat*] Romana editio, *oportet*. Lincoln. *Judex oportet*. Rot. & Reg. *divine quodammodo judex oportet*. Fulvianus: *divinet quodammodo judex oportet*. Hoc verum. Cicero primo de Oratore: *ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio*. Gronovius.

6 *Sed videtur eum ſignificare velle*] Ex Reg. Rot. Vat. *videtur tamen ſignificare*. Gronovius.

7 *Ju-*

divinationem; quòd in aliis quidem cauſis [7] judex ea quæ didicit, quæque argumentis vel teſtibus demonſtrata ſunt, ſequi ſolet: in hac autem re, quum eligendus accuſator eſt, parva admodum & exilia ſunt, quibus moveri judex poſſit; & propterea, quinam magis ad accuſandum idoneus ſit, quaſi divinandum eſt. Hoc Baſſus. [8] Sed alii quidam *divinationem* eſſe appellatam putant, quoniam quum accuſator & reus duæ res quaſi cognatæ conjunctæque ſint, neque utra ſine altera conſtare poſſit; in hoc tamen genere cauſæ reus quidem jam eſt, ſed accuſator nondum eſt: & iccirco, quod adhuc uſque deeſt & latet, divinatione ſupplendum eſt, quiſnam ſit accuſator futurus.

7 *Judex ea quæ dicit*] Jam apud Aldum ſic depravatum, non in Romana, non Veneta, quæ ambæ, *didicit*, quemadmodum etiam ſcripti: & conjecit Guil. Ranchinus 1 Var. 3. Non patronus modo, ſed & judex cauſſam diſcit. Seneca in ludo: *Quo non alius Potuit citius Diſcere cauſas, Una tantum Parte audita, Sæpe & neutra.* Gronovius. Non ſatis liquida hæc, neque ſufficientia ad purgandum Gellium. Unde ſic emendata etiam profert Pater libro IV pec. ver. cap. 3. Verum ſcias oportet iſtud *quæ* in nullo exſtare MS. nec Regio, nec Rott. nec Lincoln. ſed tantum, *quod in aliis quidem cauſis judex ea didicit; quæque argumentis vel t. demonſtrata ſunt, ſequi ſolet.* Quæ ſunt ſatis integra.

8 *Sed alii quidem divinationem*] Lege è ſcriptis, *alii quidam.* Gronovius. Sed ſic jam quoque editum fuit Pariſ. 1584.

CAP. V.

Quam lepide deſignateque dixerit Favorinus philoſophus, quid interſit inter Platonis & Lyſiæ orationem.

FAVORINUS de [1] Lyſia & Platone ſolitus eſt dicere, Si ex Platonis, inquit, oratione verbum aliquod demas muteſve, [2] atque id commodiſſimè facias, de elegantia tantum detraxeris: ſi ex Lyſiæ, de ſententia.

1 *Lyſia*] Unus ex decem præſtantiſſimis oratoribus Græciæ. Succinctus hic, ſubtilis, elegans, ſed tenuis, cui ſi quid demas, ſententia turbabitur. Audi Ciceronem in Oratore: *Dicat igitur Attice venuſtiſſimus ille ſcriptor ac politiſſimus Lyſias. Quis enim id poſſit negare? dum intelligamus hoc eſſe Atticum in Lyſia, non quod tenuis ſit atque inornatus, ſed quod nihil habeat inſolens aut ineptum.* Accedat Fabius Quintilianus lib. 10. *Lyſias ſubtilis atque elegans, & quo nihil ſi oratori ſatis ſit docere, quæras perfectius. Nihil enim eſt inane, nihil arceſſitum: puro tamen fonti, quam magno flumini propior.* Vide Dion. Halicarnaſſæi de Lyſia judicium, Plutarchum, & Photium in Bibliotheca. Sicut itaque Lyſias preſſus, ita Plato luxuriat poëtico ſtilo, & demi quidem illi aliquid poteſt ſine ſententiæ diminutione, elegantia tamen & florida facundia perit.

2 *Atque id commodiſſime facias*] Reg. Lincoln. & Rot. *commodatiſſime.* Iidem cum editt. Romana & Veneta: *de elegantia tamen detraxeris.* Gronovius.

CAP. VI.

Quibus verbis ignaviter & abjectè Virgilius uſus eſſe dicatur; & quid iis, qui id improbè dicunt, reſpondeatur.

NONNULLI grammatici ætatis ſuperioris, in quibus eſt [1] Cornutus Annæus, haud ſanè indocti neque ignobiles, qui commentaria in

Virgilium compoſuerunt, reprehendunt quaſi incurioſè & abjectè verbum poſitum [2] in his verſibus;

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis.

Vexaſſe enim putant verbum eſſe leve, & tenuis ac parvi incommodi; nec tantæ atrocitati congruere, quum homines repentè à bellua immaniſſima rapti laniatique ſint. Item aliud hujuſcemodi reprehendunt,

— *Quis aut* [3] *Euryſthea durum*
Aut illaudati neſcit [4] *Buſiridis aras?*

Illaudati parum idoneum eſſe verbum dicunt; neque id ſatis eſſe ad faciendam ſcelerati hominis deteſtationem: qui quòd hoſpites omnium gentium immolare ſolitus fuit, non laude indignus, ſed [5] deteſtatione exſecrationeque totius generis humani dignus eſſet. Item aliud verbum culpaverunt:

[6] *Per*

1 *Cornutus Annæus*] Qui à Chariſio aliiſque etiam citatur. Vide Gell. lib. 9. cap. 10.

2 *In his verſibus*] In Bucolicis Ecloga 6.

Quid loquar aut Scyllam Niſi? aut quam fama ſecuta eſt, &c.

Loquitur autem de utraque Scylla, Niſi & Phorci, *quam fama ſecuta eſt, Dulichias vexaſſe rates.* Quamvis forſan miſcuiſſe fabulas Poëta videatur. Propertius quoque lib. 4. Scyllam Niſi & Phorci confudiſſe videtur, cum ita loquitur:

Quid mirum in patrios Scyllam ſæviſſe capillos,
Candidaque in ſævos inguina verſa canes?

Et Ovidius:

Per nos Scylla patri canos furata capillos,
Pube premit rabidos inguinibuſque canes,

Idem:

Præterita cautus Niſeïde navita gaudet.

Niſeïs eſt filia Niſi. Scyllæ itaque confunduntur, ſicuti etiam poëtæ Jovi, Herculi, Theſeo, quæ à pluribus ejuſdem nominis geſta ſunt, uni promiſcue adſcribunt. Alioqui Niſeïdem filiam Niſi Megarenſium Regis ſucciſo paterno crine arcem Minoï prodidiſſe, atque ipſam in cirin avem mutatam fingunt Poëtæ. Altera autem Scylla Phorci, & Cratæis Nymphæ filia (quam Apollonius Rhodius Hecatem quoque appellat) vel juxta Heſiodum Phorbantis & Hecates filia, in ſaxum marinum in Siculo freto mutata fingitur. Quia autem fluctus alliſi canum latratum imitantur, hinc pube tenus canibus ſuccinctam eſſe fabulantur. σκύλλος autem, uti & σκύλαξ catulum Græcis denotat. Thucydides lib. 4. per Charybdin, cui vicina Scylla, vorticoſum mare, quale in Siculo freto propter anguſtias hodieque eſſe ſolet, intelligit. Scyllam alii triremem piraticam fuiſſe tradunt, quæ mare Tyrrhenum Siculumque infeſtaret, atque ἀπὸ τῆ σκυλλεύειν, vel potius σκύλλειν nomen acceperit. Vide Servium ad dictum locum. & conſule ſimul Nannium lib. 6. συμμίκτ. c. 6.

3 *Euryſthea durum*] Qui imperabat inſtinctu Junonis Herculi, ut varia monſtra conficeret, atque ita tandem periret. Vide Diodorum, & Higin. Verſus extant lib. 3. Georg. initio.

4 *Buſiridis*] Quem alii Phœnicæ & oræ maritimæ Præfectum, alii (inter quos Servius) Regem Ægypti fuiſſe dicunt, qui mactatos advenas Jovi ſacrificabat. Quem Hercules clava adortus cum filio Iphidamante & præcone Chalbe interemit. Ita Strabo, Plutarchus, Diodorus, Apollonii interpres. Hujus tamen laudes ſcripſit Iſocrates. Hunc nonnulli cum Pharaone eundem eſſe volunt, qui edicto truculento maſculam Iſraëlitarum ſobolem interimere conabatur.

5 *Deteſtatione execrationeque*] Sane jam nimis moleſte in eadem actione hæret bis explicanda ſine ulla differentia, præſertim quum iſtam deteſtationem jam præmiſerit. Itaque merito eam damnant libri veteres, quorum Regius *de retractione*, Scheff. *detractione*, Fulv. *detectione*, Lincoln. *detractatione*, quum antea legeretur *detrectatione*, quam vocem videntur temere Muretus & Carrio mutaviſſe in *deteſtatione*, prout videtur exſcripſiſſe quoque Macrobius. Sed iſtam juncturam apparet ſatis venuſte procedere, ut detrectationi omnium accedat exſecratio omnium: quæ quidem detrectatio jam magnæ ſignificationis eſt, ut XII, 1, *arborum vel frugum*

[6] *Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum.*

Tamquam ſi non convenerit dicere, *auro ſqualentem:* quoniam nitoribus ſplendoribuſque auri ſqualloris illuvies ſit contraria. Sed de verbo [7] *vexaſſe* ita reſponderi poſſe credo. *Vexaſſe* grave verbum eſt; [8] factumque ab eo videtur, quod eſt, *vehere:* in quo ineſt jam vis quædam alieni arbitrii. Non enim ſui potens eſt, qui vehitur. *Vexare* autem, quod ex eo inclinatum eſt, vi atque motu proculdubio [9] vaſtiore eſt. Nam qui fertur & raptatur atque huc atque illuc diſtrahitur, is vexari propriè dicitur: ſicuti [10] *taxare* preſſius crebriuſque eſt, quàm *tangere*, unde proculdubio id inclinatum eſt: & *jactare* multo fuſius largiuſque eſt, quàm *jacere*, unde id verbum traductum eſt: & *quaßare*, quàm *quatere* gravius violentiuſque eſt. Non igitur quia vulgo dici ſolet vexatum eſſe quem fumo aut vento aut [11] pulvere, propterea [12] debet vis vera atque nativa verbi deperire; quæ à veteribus, qui propriè aut ſignatè loquuti ſunt, ita ut decuit conſervata eſt. M. Catonis verba ſunt ex oratione, quam de Achæis ſcripſit: *Quumque* [13] *Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret. Vexatam* Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut [14] fævitiæ aut immanitatis genus

gum indolem detrectare, quod paulo minus eſt, quam abjicere & execrari. Frontinus III, 6, 7. *Captivos quoſdam conciliatos ſibi remiſit, qui Craterum detrectarent.* Jac. Gronov.

6 *Per tunicam*] Extat lib. X. Æneid. verſ. 314.

7 *Vexaſſe*] Ita fere iiſdem verbis Virgilium defendit Probus apud Servium. alii volunt per tapeinoſin dictum. Nam non vexavit, ſed evertit rates. Similia Gellii noſtri ſententiæ habes apud Aſconium Pædianum in Divinat. Macrob. lib. 6. cap. 8. qui iiſdem fere verbis integroque capite Gellium expreſſit. Quinetiam Poëta ad Scyllæ etymon alluſit. σκύλλειν enim vexare denotat, ut ex Philoxeni aliorumque gloſſis oſtendit Voſſius.

8 *Factumque ab eo videtur, quod eſt vehere*] Hæc præclare illuſtrantur ab Salmaſio de Modo Uſurar. cap. 17, quem vide. Sed memoria illum decepit, dum ſcribit [Quod Agellius vel apud Agellium Cornutus Annæus ſic optime explicavit] quum Gellius contra Cornutum ſic explicans tueatur Virgilium ab Cornuti reprehenſione. Sed moleſtius hæc omnia confudit & transferendis iniquum ad modum partibus ea quæ reprehenſores effundunt cum Gellianis miſcuit Vir alioqui in literis ſummus Luc. Holſtenius in notis ad Paſſionem Perpetuæ & Felicitatis, quem totum locum, ut de eo cenſeas, apponi curavi, qui ita habet: „Tamen quod ad „hunc noſtrum locum proprie facit, *vexandi* ver„bum; ut ait Gellius lib. 2 cap. 6, leve eſt ac par„vi incommodi, nec tantæ atrocitati congruit, „quanta homines repente a bellua immaniſſima „raptantur & laniantur. quare Poëtam illic pro„prie ac ſignate locutum contendit, de jactatione „navium citra naufragium. *Nam qui fertur & ra„ptatur*, ait, *atque huc atque illuc diſtrahitur, is „vexari proprie dicitur.* Quis talia probet? *J. Gron.*

9 *Vaſtiore*] Majore. Ita etiam apud Macrobium. Ver. ed. *vehementiore*, quod gloſſema ſapit.

10 *Taxare*] Feſtus: *Taxat, & taxatio, à verbo tango dicuntur.* Veteres *tago* dixerunt, pro *tango.* hinc taxare, æſtimare, quod crebro tactu fieri ſolet.

11 *Pulvere*] Additur in vet. Edit. *laborare videmus.*

12 *Debet vis vera atque natura verbi*] Malim, *vera atque nativa verbi.* Sic lib. 9. cap. 9. *nativæ dulcedinis.* Gronovius.

13 *Hannibal*] Teſtis clades ad Ticinum, Trebiam, Thraſymenum, & noviſſime Cannas, qua extrema clade *quadraginta millia peditum, duo millia ſeptingenti equites, & tanta prope civium ſociorumque pars cæſi.* Quæ poſtrema verba ita intelligenda ex quadraginta millibus æquam partem ſociorum cæſam, non præter quadraginta millia civium, etiam quadraginta civium Romanorum interempta fuiſſe. De Annibale vide Livium, Plutarchum, alioſque Romanæ Hiſtoriæ ſcriptores.

14 *Sævitiæ aut immanitatis*] Florus de Cannenſi clade:

genus reperiri queat, quod in eo tempore Italia non perpessa sit. M. Tullius IV. in Verrem: *Quæ ab isto sic spoliata atque* [15] *direpta est, ut non ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem & consuetudinis jura retineret, sed ut à barbaris prædonibus* [16] *vexata esse videatur.* De [17] *illaudato* autem duo videntur responderi posse: [18] unum est ejusmodi. Nemo quisquam tam [19] efflictis est moribus, quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid quod laudari queat. Unde hic antiquissimus versus [20] vicem proverbii celebratus est:

[21] Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν [a].

[22] Sed enim qui omni in re atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus est: isque omnium pessimus deterrimusque est: sicuti omnis culpæ privatio inculpatum facit. Inculpatus autem [23] instar est absolutæ virtutis; illaudatus quoque igitur finis est extremæ malitiæ. Itaque Homerus non virtutibus appellandis, sed vitiis detrahendis laudare ampliter solet. Hoc enim est:

[24] Ἤυδα μαίτις ἀμύμων.
Τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην [b].

Et

a *Quandoque est olitor valde opportuna locutus.*
b *Loquebatur inculpatus vates.*
Non inviti volabant.

---

clade: *Documenta cladis, cruentus aliquamdiu Aufidus; pons de cadaveribus jussu ducis factus in torrente Vergelli, modii duo annulorum Carthaginem missi, dignitasque equestris taxata mensura.* Pontis illius non meminit Livius, sed Valerius Maximus lib. 9. cap. 11. quamvis corrupte legatur vulgo in *flumen Gelo.* in veteribus tamen libris Eliæ Veneti *Vergello* legi monet Cokerus, atque ita restituit quoque Pighius. Ita apud Appianum Cornelius Lentulus Carthaginensibus objicit captivos in fluvios conjecisse, ut usum pontium præberent.

15 *Direpta est, ut non ab hoste*] Rottend. & Lincoln. *non ut ab hoste*, quemadmodum & apud ipsum Tullium legitur cap. 55. Ibidem *religionum*, ubi nostra exemplaria *religionem.* Gronovius.

16 *Vexata esse videatur*] Hactenus recte ista omnia. Sed miror à nullo annotari Virgilium sumpsisse istud verbum plane ab Lucretio, qui sic scribit libro VI. *Et quæcunque in eo tum sunt deprensa tumultu Navigia, in summum veniunt vexata periclum.* Quod ad defensionem Maronis est validissimum. *Jac. Gronov.*

17 *Illaudato*] Qui nullis laudibus dignus est, qui omnibus vitiis, ut Sallustius loquitur, coöpertus est.

18 *Unum est ejusmodi*] Ro. & Lincoln. *ejusce modi.* Rott. Reg. & Ascens. *hujusmodi.* Gronovius.

19 *Efflictis*] Perditis moribus.

20 *Vicem*] Vetus Edit. *vice.*

21 Πολλάκι δ' καὶ κηπωρὸς] Miror unde iste μωρὸς invaserit, nisi forte ex Macrobio Saturn. 6, 7. Regius & Pal. teste Gebhardo, & utraque vetus editio: Πολλάκι καὶ κηπωρὸς vel κηπευτής. Frustra muneris omnium plane antiquissimi injuriam insignem, ut fatuum illud μωρὸς defendat, miseratur Gatakerus Adversf. miscell. I. 7. *Gronovius.*

22 *Sed enim, &c.*] Erasmus putat esse tres senarios ita restituendos:

Sed enim, qui in omni re atque in omni tempore,
Omni vacat laude, is vir illaudatus est,
Isque omnium est, deterrimusque ac pessimus.

23 *Instar*] Simulachrum, effigies, figura. Suetonius in Julio Cæsare: *cujus etiam instar pro æde Veneris genitricis postea dedicavit.* Apulejus Florid. 11. *Psittacus Indiæ avis est: instar illi minimo minus quam columbarum.*

24 Ἤυδα μάντις ἀμύμων] Dubito an hoc debeat dici exemplum laudationis per privationem: quum licet ἀμύμων hanc naturam compositionis habeat, tamen usus effecerit, ut quasi suppressa illa proprietate & natura notet celebrem, egregium, ut notum satis est. Unde dubito an Gellius illo exemplo nunc fuerit usus. Certe scire oportet in MS. Regio non exstare has quatuor voces Ἤυδα μάντις ἀμύμων. *Et*, nec convenit sequentibus, quæ constant distinctis vocibus. Porro autem in Regio erat *& item aliud.* Jac. Gronov.

25 *De-*

Et item illud;

Ἐνθ' οὐκ ἂν βείζονλα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον,
Οὐδὲ καλαπλώσονλ', ἀδ' οὐκ ἐθέλονλα μάχεσθ[a].

Epicurus quoque ſimili modo maximam voluptatem [25] detractionem privationemque omnis doloris definivit his verbis; ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις[b]. Eadem ratione idem Virgilius *inamabilem* dixit Stygiam paludem. Nam ſicut *illaudatum* κατὰ στέρησιν[c] laudis, ita [26] *inamabilem* κατὰ amoris στέρησιν deteſtatus eſt. Altero modo *illaudatus* ita defenditur. *Laudare* ſignificat priſca lingua nominare appellareque. [27] [28] Sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod eſt nominari. *Illaudatus* enim eſt quaſi *illaudabilis*, qui neque mentione aut memoria ulla dignus, neque unquam nominandus eſt Sicuti quondam à communi concilio Aſiæ decretum eſt, uti nomen ejus, qui [29] tem-

a *Tunc neque cernere erat torpentem Agamemnona divum,*
Nec pavidum, nec nolentem decernere ferro.

b *Terminus magnitudinis voluptatum, omnis dolentis privatio.*

c *Secundum privationem.*

25 *Detractionem privationemque*] Ex Regio MS. notavi ipſe & Salmaſius *privationem detractationem detractionemque*. Inſpici id denuo oportet. *Jac. Gronov.*

26 *Inamabilem*] Virgilii verſus ſunt lib. 6. Æneid.

Fata obſtant, triſtique palus inamabilis unda,
Alligat, & novies Styx interfuſa coërcet.

Homerus Οὐ. λ. ἀτερπέα χῶρον appellavit.

27 *Sic in actionibus civilibus*] In Jure Civili quoque laudare denotat citare, nominatim appellare, ita Pomponius in L. tenetur de Act. Empt. *Si tibi iter vendidero, ita demum auctorem me laudare poteris, ſi tuus fuerit fundus, qui acquirere ſervitutem volueris.* Ita laudare teſtem in Novellis Marciani appellatur. Vide & Turnebum lib. 2. Adverſ. cap. 1. Rationem idem reddit, quod quem quis teſtem nominabat, una & laudem ejus commemorabat, ne indignus teſtimonio dicendo videretur. Sed non opus erat hac interpretatione, nam *laudare* ſimpliciter pro *nominare* dicitur. Vide & Macrobium lib. 1. cap. 7. & Nonium in *laudare*.

28 *Sic in actionibus autem civilibus laudari id dicitur*] Ita tranſpoſuerunt τὸ *autem*, cum reperiſſent in ſcriptis: *Sic in act. civilibus autem*, & addiderunt τὸ *id*, quod in illis non erat. Verum tenuerunt Macrobiani codices: *ſic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod eſt nominari.* Hoc voluit & Giſanius ad Muretum & à Carrione Stephanus edidit. At quod ſequitur, Reg. & Ro. *Inlaudatus autem eſt quaſi inlaudabilis.* Macrobius: *Illaudatus ergo.* Gronovius. Habe igitur hanc Gellii ſuſpicionem confirmantia præclara hæc Dan. Heinſii juvenis ad Silium: „*Laudare* ut *laudator* „ vox funeſta, unde & poſteriores ſcriptores Græci, „ qui non res ſuas, ſed Romanas tractant, ἔπαινον, „ τὸ ἐπικήδειον vocant. Eſt autem *laudare* crebrius „ aliquem nominare, quod in funere alicujus fieri „ & in deploratione ſolet. Sic apud Livium lib. „ ab urbe condita 1 ſoror Horatii, quæ uni ex Cu„ riatiis deſponſa fuerat, *flebiliter nomine ſponſum* „ *mortuum appellabat*, quod proprie *laudare* erat. „ Antiqua enim lingua erat *laudare* nominare & „ ὀνομάζειν ſimpliciter. Sic Maroni ad linguam „ antiquam plerumque alludenti *illaudatus Buſiris* „ eſt infandus & nunquam nominandus. Sic cum „ Homero ἴλιον ἀκ ὀνομας- dicitur *illaudatum Ilium* reddes optime. Et Euripidi ἀνώνυμος eſt „ illaudatus, ut cum Erinnyes ἀνώνυμοι θεαὶ dicun„ tur Iphigenia in Tauris. Εἰς τὰς Ἀθήνας δὴ γ' „ ἔπεμψέ Λοξίας Δίκην παρασχεῖν τοῖς ἀνωνύμοις θεᾶις. „ Illaudatæ Deæ. quod quidem ex actionibus civilibus „ antiquorum manaſſe credo cum Gellio & Macro„ bio. Hæc ille, & ſatis laudanda. Verum inſignis ad hæc locus eſt Antonini Liberalis cap. 13. Βίωνος καὶ ὑβρισκὼς, οὓς οἱ μὲν ἐπιχώριοι ἀδ' ὀνομάζεσι, ὑπὸ δὲ τῶν ξένων Τάρταρος ἐκαλέτο. Huc igitur etiam referri debet proverbium apud Zenobium & Diogenianum: Οὐκ ἐπαινεθεὶς ἀδὲ οὐ περιδείπνῳ· ἐπὶ τῶν σφόδρα πονηρων, καὶ μηδενὸς, μηδὲ τῦ τυχόντος ἐπαίνε ἀξίων· εἰώθασι γὰρ οὐ τοῖς περιδείπνοις τὸν τελευτήσαντα ἐπαινεῖν, καὶ εἰ φαῦλος ἦν. Jac. Gronov.

[29] templum [30] Dianæ Ephesiæ incenderat, ne quis ullo in tempore nominaret. Tertium restat ex iis, quæ reprehensa sunt, quod *tunicam* [31] *squallentem auro* dixit. Id autem significat copiam densitatemque auri in squamarum speciem intexti. [32] Squallere enim dictum est à squamarum crebritate asperitateque; quæ in serpentium piscium que coriis visuntur. Quam rem & alii, [33] & hic quidem poëta locis aliquot demonstrat:

[34] *Quem pellis*, inquit, *ahenis*
[35] *In plumam squamis auro conserta tegebat.*

Et alio loco,

Jamque adeo rutilum thoraca indutus ahenis
Horrebat squamis.

Accius in Pelopidis ita scribit,

Ejus serpentis squamæ squallido auro & purpura prætextæ.

Quic-

29 *Templum Dianæ Eph.*] Intelligit templum primum, cujus architectus Cherſiphron. Strabo: τὸν δὲ νεὼν τῆ Ἀρτέμιδος πρῶτος μὲν Χερσίφρων ἠρχιτεκτόνησεν, εἶτ' ἄλλος ἐπόνησε μείζω, ὡς δὲ τοῦτον Ἡρόστρατός τις ἐνέπρησεν ἄλλον ἀμείνω κατεσκεύασαν, συνεισκαντες τὴν ὑγυαικῶν κόσμον, καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας. διαθεμενοι δὲ καὶ τὰς κίονας προτέρας. Quo innuit Cherſiphrona primum templum conſtruxiſſe, alium poſtea majus feciſſe, ultimo poſt incenſum templum ab Heroſtrato novam & meliorem templi ſtructuram fabricatam, collatis tum ex propriis facultatibus tum ex mundo muliebri ſumpribus. Quando itaque legimus Dinocratem architectum fuiſſe, non de primo, ſed ultimo templo intelligendum, quod longe auguſtius & admirabilius fuit. An de primo, ſecundove, vel tertio Plinius intelligendus, dubium eſt. ultimum intelligendum videtur. audi illum lib. 36. cap. 14. *Magnificentiæ vera admiratio extat templum Dianæ Ephesiæ ducentis viginti annis factum à tota Asia. In solo id palustri fecere, ne terræmotus sentiret, aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis ea substravere carbonibus, dein velleribus lanæ. Universo templo longitudo est trecentorum quindecim pedum, latitudo ducentorum viginti: columnæ centum viginti septem à singulis regibus factæ sexaginta pedum altitudine. Ex iis triginta tres cælatæ à Scopa.* Alibi conſtructum hoc templum quadringentis annis dicit lib. 16. cap. 40. Sed pro cccc ibi legendum arbitror ccxx. facili librariorum errore. Templum itaque primum incendit Heroſtratus Olympiade centeſima ſexta, conflagravit ea ipſa nocte qua Alexander Magnus natus eſt. Addam ultimo Vitruvii locum de variis architectis: *primumque ædes Ephesi Dianæ Ionico genere ab Chersiphrone Gnosio & filio ejus Metagene est instituta, quam postea Demetrius ipsius Dianæ servus & Peonius dicuntur perfecisse.* Hoc itaque templum incenſum, auguſtius dein à Dinocrate reſtauratum. Vide Salmaſ. ad Solin. pag. 814.

30 *Templum Dianæ Ephesiæ*] MSS. & prima editio, *Efesi*, vel *Ephesi incenderat*. Quod cur mutarent, cauſæ nihil erat. Eſt enim, ut Græcis τὸ οὐ Ἐφέσῳ ναὸν τῆ Ἀρτέμιδος. Vitruvius lib. 2. *Ephesi in æde simulacrum Dianæ.* Gronovius.

31 *Squallentem auro*] Ita quoque Servius ad lib. 10. Æneid. interpretatur. Squalidum & lævе ſive λεῖον apud Lucretium opponuntur. Itaque ſqualentem auro horrentem, rigidam intellige.

32 *Squallere enim dictum est à squamarum*] Rott. & Lincoln. τὸ *eſt* ignorant: *Gronovius.*

33 *Et hic quidem Poëta locis aliquot*] Apud Macrobium, *hic idem*: & præfert Meurſius 4. miſcell. 9. *Gronovius.*

34 *Quem pellis*, &c.] Verſus extant Æneid. 10. verſ. 770. & ſequenti. Cataphractum autem equitem ibi intelligit. Erant enim viri & equi ferro muniti. Egregie Claudianus in Rufinum de lamellis conſutis:

Flexilis inductis hamatur lamina membris,
Horribilis visu; credas simulachra moveri
Ferrea, cognatoque viros spirare metallo,
Par vestitus equis - - -

Vide & Vegetium lib. 3. cap. 22.

35 *In plumam squamis*] *In plumam*, id eſt, in ſimilitudinem plumæ. Plumæ autem proprie erant in veſtibus notæ rotundæ ex auro vel purpura inſtar plumarum intertextæ & variatæ. Ita & laminæ rotundæ

Quicquid igitur nimis [36] inculcatum obſitumque aliqua re erat, ut incuteret viſentibus facie nova horrorem, id *ſquallere* dicebatur. Sic in corporibus incultis ſquamoſiſque alta congeries ſordium ſquallor appellatur: cujus ſignificationis multo aſſiduoque uſu totum id verbum ita contaminatum eſt, ut jam ſquallor de re alia nulla, quam de ſolis inquinamentis dici cœperit.

tundæ vel circuli ferri plumæ dicebantur. Sed proprie de veſtibus. Hinc & plumarii dicti. De arte plumandi ita Turneb. lib. IX. cap. 25. *Species quædam proprie eſt acu pingendi, cum clavi aut patagia, aut ſegmenta, aut ſcutulæ, aut teſſellæ ſic alia aliis ſuperaſſuuntur, ut plumam avium referant: unde & plumariorum & plumandi nomen ortum eſt per ſimilitudinem traductum, aut cum ſine aſſumento, acu pingendo plumæ avium referuntur.* Quinetiam ad artem textoriam vel inſertiones laminarum refertur. Servius: *pluma eſt armatura ubi in laminam ſe indit.* Conjungit hic poëta ſquamas cum pluma. De ſquama ita Donatus ad hunc locum: *Serpentis eſt & piſcis, quam facit compoſitio naturalis. nam & ordinibus digeſta eſt: & viarum plurimarum impreſſione diſtincta. Quicquid igitur in hanc ſimilitudinem facit artifex, ſquama dicitur. Hæc fit ex minutis laminis invicem ſe retinentibus, & ita digeſtis, ut eſt in avibus pluma.*

36 *Inculcatum*] Quaſi calcando impreſſum.

CAP. VII.

De officio erga patres liberorum: deque ea re ex philoſophiæ libris, in quibus ſcriptum quæſitumque eſt, an ſemper omnibuſque patris juſſis obſequendum ſit.

QUÆRI ſolitum eſt in philoſophorum diſceptationibus, an ſemper inque omnibus juſſis patri parendum ſit. Super ea re Græci noſtrique, qui de officiis ſcripſerunt, tres ſententias eſſe quæ ſpectandæ conſiderandæque ſint, tradiderunt; eaſque [1] ſubtiliſſime dijudicaverunt. Earum una eſt, [2] omnia quæ pater imperat parendum. Altera

1 *Subtiliſſime dijudicaverunt*] Reg. & Rot. *dijudicarunt* Gronovius.

2 *Omnibus quæ pater imperat*] Fulvianus, Reg. & Rot. *Omnia quæ pater imperat parendum.* Quod genus loquendi doctius & à vulgo remotum hic diſplicuit; at mox toleraverunt. Eſt autem contractum eo, quod integrum fuit, *per omnia, quæ pater imperat, ei parendum.* Gronovius. Iraque debuit hoc reſtitui, nec ulterius abigi ab Gelliano contextu, ut tandem feci; eo magis, quia Gellius ſolet ſequens relativum efferre eodem caſu, quo eſt præcedens adjectivum, ut I, 3 *Theophraſtus in eo quo dixi libro.* Et cap. 25. *Iccirco ex iis quibus dixi vocibus.* Ita nunc *omnia quæ pater imperat parendum* dixit. Sed & ſcire oportet in titulo hujus capitis quum olim legeretur *an ſemper in omnibus patris juſſis obſequendum ſit*, inde Stephanum edidiſſe *an ſemper omnibuſque patris;* ſed in MS. Reg. legi tantum *an omnibus patris juſſ.* idque ſufficit, & exprimi fuerat melius. Quod autem ad locutionem *omnia parendum* notant vel Thyſius [magis Latine dici *parendum omnibus*] vel Prouſtius [Gellius Athenis tamdiu commoratus in ſua Latinitate quandam Græcitatem vel contraxerat vel affectabat. Ita hic more Græcorum parere & obſequi omnia dicit, cum Latini parere vel omnibus vel in omnibus, uſurpent] ignoſcendum illis, qui iſtud neutrum plurale ignorari ab ſe oſtendunt. An igitur & illi, qui dicunt *tramites omnia plani, ſanctus omnia, cultus omnia, mitis omnia*, id faciunt, quia Athenis commorati fuerunt? Videri ea poſſunt in notis paternis ad Senecæ Conſolationem ad Marciam. Sidonius dicit 8 ep. 1 *per omnia conticeſcendum.* Macrobius VII, Saturn. 2 *gratum ſe ad omnia præbens Evandro.* Qui tamen & ipſe VI Sat. 8 *Æneam ſuum tanquam omnia pium.* Sed & helleniſmum ſi deſideras, habet Dio Chryſoſt. in oratione 11 de Regno pag. 32 ὅτι πάντα ἄριστον ὁσίᾳ δεῖν τὸν βασιλέα εἶναι, quod

ra est, in quibusdam parendum, quibusdam non obsequendum. Tertia est, nihil necessum esse patri obsequi & parere. Hæc sententia, quoniam [3] primore adspectu nimis infamis est, super ea prius, quæ dicta sunt, dicemus. Aut recte, inquiunt, imperat pater, aut perperam. Si recte imperat; non quia imperat parendum, sed, quoniam id fieri jus est, faciendum est: si perperam; nequaquam scilicet faciendum, quod fieri non oportet. Deinde ita concludunt, nunquam est igitur patri parendum, quæ imperat. Sed neque istam sententiam probari accepimus: argutiola quippe hæc, sicuti mox ostendemus, frivola & inanis est Neque autem illa, quam primo in loco diximus, vera & proba videri potest; [4] omnia esse, quæ pater jusserit, parendum. Quid enim? si proditionem patriæ, si matris necem, si alia quædam imperarit turpia aut impia. Media igitur sententia optima atque tutissima visa est; quædam esse parendum, quædam non obsequendum. Sed ea tamen, quæ obsequi non oportet, leniter & verecunde ac sine detestatione nimia sineque opprobratione acerba reprehensionis declinanda sensim & relinquenda esse dicunt, [5] quam respuenda. Conclusio vero illa qua colligitur, sicuti supradictum est, nihil patri parendum, imperfecta est, refutarique ac dilui sic potest: Omnia, quæ in rebus humanis fiunt, sicut docti censuerunt, aut honesta sunt aut turpia. [6] Quæ sua vi recta aut honesta sunt, ut fidem colere, ut patriam defendere, ut amicos diligere, ea fieri oportet sive imperet pater, sive non imperet. Sed quæ his contraria, quæque turpia & omnino iniqua sunt; ea ne si imperet quidem. Quæ vero in medio sunt, & à Græcis tum ἀδιάφορα tum μέσα[a] appellantur, ut in militiam ire, rus colere, honores ca-

a *Indifferentia, media.*

---

interpretantur *putetque regem omnium optimum esse oportere* procul à mente scriptoris. *Jac. Gronov.*

3 *Primore*] Ita & alibi autor noster loquitur, pro *primo.*

4 *Omnia esse quæ pater jusserit parendum*] Magis Latine *parendum omnibus* dicitur. Sed Græcos hic imitatur, qui accusativo & dativo hic utuntur. Quod Priscianus quoque diligenter observavit. Philosophorum quoque Græcorum sententias dum hic exprimit Gellius noster, etiam eorum loquendi morem imitatur. Statius quoque Papinius in Achilleide ita loquitur,

- - *Non adeo parebimus omnia matri,*

ita Latine dicitur, *parendum est omnia parentibus.* Postea Gellius noster inusitato quoque modo dixit, *quædam esse parendum, quædam non obsequendum.*

5 *Quam respuenda*] Potius quam respuenda. Ita Græci sæpe μᾶλλον omittunt. Et apud Latinos Plautus, Livius, Tacitus, Tertullianus, denique Jurisconsulti crebro ita loquuntur. *Thys.* At cur non notat, si notari hîc aliquid debet, veteres editiones præferre *& relinquenda magis esse dicunt, quam respuenda:* sed contra MSStos? Certe si id adverterent tamen, non esset necessaria hæc nota. Cæterum nosse licet in MS. Regio fuisse *declinandam sensim & relinquendam*: unde geminum m ita est erasum, ut adhuc satis appareat. *Jac. Gronov.*

6 *Quæ sua vi recta aut honesta sunt*] Meursius trajiciendum censet: *aut honesta sunt aut turpia sua vi. quæ recta aut honesta*, 4 Miscel. 9. Miscere videtur, quæ separanda sunt. Nam illud propositum, *Omnia quæ in rebus humanis fiunt, ita uti*

(sic

capeſſere, cauſas defendere, [7] uxorem ducere, uti juſſum proficiſci, [8] uti accerſitum venire; quoniam & hæc & his ſimilia per ſeſe ipſa neque honeſta ſunt neque turpia, ſed, proinde ut à nobis aguntur, ita ipſis actionibus aut probanda fiunt aut reprehendenda: propterea in ejuſmodi omnium rerum generibus patri parendum eſſe cenſent; veluti ſi uxorem ducere imperet aut cauſas pro reis dicere. Quod enim utrumque in genere ipſo per ſeſe neque honeſtum neque turpe eſt; iccirco, ſi pater jubeat, obſequendum eſt. [9] Sed enim ſi imperet uxorem ducere infamem, [10] propudioſam, criminoſam: aut pro reo [11] Catilina aliquo, aut [12] Tubulo, aut [13] P. Clodio cauſam dicere: non ſcilicet parendum

(ſic enim optimi codices) *docti cenſuerunt*, *aut honeſta ſunt aut turpia*, hoc, inquam, propoſitum ſophiſtarum eſt. Cui ſubjicit Gellius, *quæ ſua vi recta & honeſta*, hoc eſt, ſe iſtud admittere in illis, quæ non niſi recta & honeſta ſunt, quæque omnino & ubicumque turpia atque iniqua ſunt; & priora oportere fieri ſive præceperit pater, ſive non præceperit; poſteriora nec ſi præceperit. At tertium eſſe genus μέσων & ἀδιαφόρων, (*tum* M. Ca. ΔΙΑΦΟΡΑ, Regius) quod quia diſſimuletur in argutiola illa, ideo illam reprehendit ut imperfectam. *Gronovius.* Omnino id quod inter duas Græcas voces in MS. Regio ponitur, eſt majuſculum T, unde Salmaſius collationi ſuæ adſcripſit [leg. tum μέσα & ἀδιάφορα] Sed nota illa ſolet poni pro voce *vel*, unde hodieque illa ſic utimur. *Jac. Gronovius.*

7 *Uxorem ducere*] Poteſt filius propter multas rationes in matrimonio imperium Patris cum omni reverentia detrectare. Multo minus pater filium filiamve ad nuptias cogere poteſt. Huc pertinent in Jure Civili leges l. 13. in pr. ff. de Verb. Oblig. l. 12. & 13. C. de Nupt. l. 21. & 28. ff. de Rit. Nupt. Non ſemper itaque parendum patri qui nuptias imperat, ſi turpe, ut Gellius poſtmodum monet, futurum ſit matrimonium, ſi genio ſuo adverſetur, atque ita porro. Vinculum nuptiarum debet eſſe mutua benevolentia. Neque hic imperium admittit amor, ſed pro arbitrio ſumitur. Imperata ut plurimum matrimonia litium fœcundam ſegetem, cauſaſque ſempiternas querelarum movent. Ita tamen ut nulla contumacia adſit, & honeſte detrectet, quod negari honeſte poteſt. Illud obiter notandum jure veteri filiæ ne quidem diſſentiendi à patre poteſtatem fuiſſe integram, cujus rei exempla apud Comicos Hiſtoricoſque habentur: Jure civili ne quidem diſſentiendi ulla poteſtas erat, niſi indignis moribus aut turpem ſponſum ei pater elegiſſet l. 12. §. 1. de Sponſal.

8 *Uti accerſitum venire*] An potuit ita ſcribere, qui cap. 19 citat ex Catonis Originibus: *dictator jubet poſtridie magiſtrum equitum arceſſi?* Nihil dubitant tamen codices antiqui. Adde paterna ad Livium 36, 7. *Jac. Gronov.*

9 *Sed enim ſi imperet*] Sic editum eſt in editione, qua ipſe uſus fui, anni 1584, etiam in Gryphianis, quarum aliqua uſus eſt Lambecius; unde nec iſte nec ego quidquam annotavimus, quod ita reperiremus in codice Regio. Salmaſius & frater uſi fuerunt Stephanica, ubi exhibetur. *Quid enim? ſi imperet.* nec ipſi quidquam adſcripſerunt conniventes ſcilicet. Nam quum editio Aſcenſiana anni 1536 etiam haberet *ſed enim*, ei Bourdelotius adſcripſit *St. quid.* Hinc ego & MSti Regii, ut puto, & veterum editionum ſcripturam repoſui. *Jac. Gronov.*

10 *Propudioſam*] Cujus turpitudo omnibus pudorem injiceret. Feſtus, vel potius ex Feſto Paulus: *propudium dicebant, cum maledicto nudare turpitudinem volebant, quaſi porro pudendum. quidam propudium putant dici, à quo pudor & pudicitia procul ſint.* Propudia hominum Græci καθάρματα appellabant juxta Scaligerum. Proprie tamen καθάρματα appellabantur homines ſcelerati & piaculares, exitio devoti, quique execrationibus obruti ad avertendam Deorum iram mactabantur.

11 *Catilina aliquo aut C. Bibulo*] Gifanius ad Muretum & Lipſius 1 Ant. 10 de conjectura, ut ajunt, ille *aut Tubulo*, hic *aut L. Tubulo* correxere. Nos in Rot. plane ac ſine ambiguitate videmus, *aut tubulo.* Gronov. Nec aliud ego notavi ex MS. Regio, ubi id ipſum nomen *Tubulo* exhibetur manifeſte. *Jac. Gronov.*

12 *Tubulo*] Antiquæ editiones *C. Bibulo.* H. Stephanus *Tubulo.* quem poſtrema editio ſequitur. Perperam autem *C. Bibulo* ponitur. Quis enim iſte Bibulus tam inſigniter improbus, ut inter Catilinas & Clodios meruerit cenſeri? nam de Bibuli gente nihil tale quod meminerim ipſe, vetus hiſtoria ſuppeditat. Scribo igitur *aut L. Tubulo.* Intelligo Tubulum illum, qui paulo ſupra Ciceronem prætor fuit, homo tam projecte improbus, ut ejus nomen, non

rendum ; quoniam accedente aliquo turpitudinis numero desinunt esse per sese hæc media atque indifferentia. [14] Non ergo integra est propositio dicenda: aut honesta sunt quæ imperat pater aut turpia: [15 16] neque ὑγιὲς νόμιμον διεζευγμένον [a] videri potest. [17] Deest enim dijunctioni isti tertium: aut neque honesta sunt neque turpia. Quod si additur, [18] potest ita concludi: nonnunquam est igitur patri parendum.

a *Sanum, legitimum, sejunctum.*

hominis, sed vitii esse videretur. Causa erroris fuit, quod forte ἀρχέτυπον aliquod *Bubulo* habuit. LIPS. *in antiq. lect.*

13 *P. Clodio*] Qui libidinibus fœdis infamis tres sorores per incestum polluit, & muliebri veste sacra Bonæ Deæ & pulvinaria stupro contaminavit.

14 *Non est ergo integra propositio dicenda*] Fulvianus, Reg. & Rott. *dicendum*. Lege *dicentum*, vel *dicentium*, ut voluit & Muretus. *Gronovius*. Etiam Salmasius statim adscripsit collationi suæ, *leg. dicentium*.

15 Ὑγιὲς νόμιμον] Putat H. Stephanus particulam copulativam omissam hic esse. Neque enim Græci hæc adjectiva sine illa copula conjungunt, sicut Latini aliquando conjungunt. Lege igitur ὑγιὲς καὶ νόμιμον.

16 *Neque ὑγιὲς νόμιμον διεζευγμένον videri potest*] Suspectum hoc Stephano: cum enim τὸ νόμιμον adjectivum sit, æque atque τὸ ὑγιὲς, particulam connexivam interjici oportere. Acu rem tetigit. nam regius, ὑγιὲς καὶ νόμιμον. Gronovius.

17 *Deest enim disjunctioni isti tertium*] Reg. & Rot. *disjunctioni*. Varro lib. 1. de re rust. 2. *Dijungamus igitur, inquit, pastionem à cultura*. Nostet lib. 16, 8. *Gronovius*. In Regio autem legitur. *Nec est enim dijunctio isti tertium*, ut videatur Gellius dedisse *dijuncto isti*. Jac. Gronovius.

18 *Potest ita concludi, Nonnunquam est igitur*] Regius; *non potest ita concludi, Nunquam est igitur patri parendum*. Satis commode; nam hæc istorum conclusio fuerat. In Rottend. etiam *Nunquam* est pro *Nonnunquam*. Gronov. Verum MS. Regius etiam præmittebat *Quod si turpia additur*. Jac. Gron.

CAP. VIII.

Quod parum æqua reprehensio Epicuri [1] à Plutarcho peracta sit in syllogismi disciplina.

[2] PLUTARCHUS [3] secundo librorum, quos de Homero composuit, imperfectè atque præposterè atque insciter syllogismo esse usum Epicurum dicit, verbaque ipsa Epicuri ponit; ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. [4] τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ. τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς [a]. Nam præter-

a *Mors nihil ad nos; nam dissolutum non sentit. quod autem non sentit, nihil ad nos pertinet.*

1 *A Plutarcho peracta sit in syllogismi*] Regius, *pacta in syllogismi*. Lege, *facta*. Et omittitur merito τὸ *sit*, nam pro more suo potius τὸ *Est* intellexit auctor. *Gronovius*.

2 *Plutarchus, &c.*] Epicurum Dialectices imperitum fuisse, ac putasse omnem operam in spinosis illis quæstionibus ludi notum est. Itaque artis ignoratione crebro fluctuabat, atque id concludebat, quod neutiquam ex præmissis sequeretur. Neque hic recte Epicurum defendit Gellius, qui intellexisse non videtur, quid in eo reprehenderetur. Neque enim difficile est conjicere, ita eum à Plutarcho reprehensum, ut & ab eruditissimo Aristotelis interprete Alexandro Aphrodisiensi reprehenditur: cujus hæc sunt ex commentario in primum Topicorum: τοιοῦτος καὶ ὁ περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Ἐπικούρου λόγος εἰρημένος. ἐκ γὰρ ἓν τῶν λεγομένων προτάσεων, τὸ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, συνάγεται τὸ, ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὡς αὐτὸς ἡγεῖται, ἀλλ' ὅτι τὸ διαλυθὲν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲ ὁ θάνατος τὸ διαλυθὲν ἐστὶν, ἀλλ' ἡ διάλυσις. οὐκ εἰδὼς δὲ ὁ δεῖ τὸ διαλυθὲν, ἀναισθητεῖν, καὶ τὸ, τὴν διάλυσιν γενέσθαι ἀναισθήτως. Vide Muretum lib. 12. Var. c. 16.

3 *Secundo librorum*] Græci ita loquuntur, Latini *secundo libro*.

4 Τὸ δὲ διαλυθὲν] Cur ita placuerit edere huc usque, non

termiſit, inquit, quod in prima parte [5] ſumere debuit: ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις [a]. Tum deinde eodem ipſo quod omiſerat, quaſi poſito conceſſoque ad confirmandum aliud utitur. Progredi autem hic, inquit, ſyllogiſmus niſi illo priùs poſito, non poteſt. Vere hoc quidem Plutarchus de forma atque ordine ſyllogiſmi ſcripſit. Nam ſi, ut in diſciplinis traditur, ita colligere & ratiocinari velis, ſic dici oportet; ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις· τὸ δὲ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ. τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς [b]. Sed [6] Epicurus, cuicuimodi homo eſt, non inſcitia videtur partem illam ſyllogiſmi prætermiſiſſe. Neque id ei negotium fuit ſyllogiſmum tamquam in ſcholis philoſophorum cum numeris omnibus & [7] cum ſuis finibus dicere. & profecto, quia ſeparatio animi & corporis in morte evidens eſt, non eſt ratus neceſſariam eſſe ejus admonitionem, quod omnibus prorſus erat obvium. Sicuti etiam quod concluſionem ſyllogiſmi non in fine poſuit, ſed in principio: nam id quoque non imperite factum quis non videt? apud Platonem quoque multis in locis reperias ſyllogiſmos repudiato converſoque ordine iſto, qui in docendo traditur, cum eleganti quadam [8] reprehenſionis contentione poſitos eſſe.

a *Mors animæ & corporis diſſolutio.*

b *Mors animæ & corporis diſſolutio. Quod vero diſſolutum eſt non ſentit. Quod autem non ſentit, nihil ad nos.*

---

non aſſequor, præſertim quum in interpretationibus jamdiu ponatur *non diſſolutum*. Scias igitur in Regio libro exhiberi τὸ μὴ διαλ. quod nunc putavi retinendum. Et ſane jam habent nonnullæ ex prioribus editiones. Aliud eſt infra. *Jac. Gron.*

5 *Sumere debuit*: ὁ θάνατος] Regius, τὸ θάνατον εἶναι ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσιν. Gronov.

6 *Epicurus cuicuimodi homo eſt*] Rottend. *cuimodi*, ut voluit Gifanius: qui de hoc multa congeſſit in Obſervationibus L. L. ſed adeo non diſtinguit *cuimodi* & *cuicuimodi*, ut alterum prorſus aboleat. Sed cum utrumque in MSS. & quidem emendatiſſimis reperiatur, apparet utrumque in uſu fuiſſe: ubi autem utrum commodius, ex ſenſu potius quam ex librariorum æquaſi cura judicandum. Ita autem differre videntur, ut *cuimodi* ſit qualis vel quale, *cuicuimodi* qualiſcumque vel qualecumque. Veluti apud noſtrum 14, 1. *Atque illud etiam cuimodi eſſet, conſiderandum putabat.* Id eſt, quale eſſet, cujus generis, quam bene conveniens foret. Eodem libro cap. 6. *Cuimodi ſint, quæ ſpeciem doctrinarum habeant.* Lib. 21, 1. *Cuimodi ſint ea, quæ reprehendiſti.* His omnibus locis certum eſt τὸ *cuicuimodi* non poſſe poni. At lib. 9, 2. *Demus huic aliquid æris, cuicuimodi eſt*, & Lipſius in membranis, quas laudat eximie bonas, & nos in binis haudquaquam malis invenimus. Significat, qualiſcumque eſt. Lib. 13, 21. *Ac ne id quidem prætermittendum puto, cuicuimodi eſt.* Sic in unis & nos; in duabus *cuimodi*. Lib. 18, 3. *eandem illam ſententiam diſerti viri, cuicuimodi poſſet, verbis dicere.* Id eſt, quibus vel qualibuſcumque poſſet. Lib. 20, 1. *Quoniam ſatis eſſet invalido cuicuimodi vectabulum.* Sic recte Carrio: etſi noſtræ tantum *cuimodi*. Cicero de finibus 3, 9. *his tamen omnibus eos antepono, cujuſmodi ſunt, qui ſummum bonum in animo atque in virtute poſuerunt.* Lambinus, *cujuſcujuſmodi ſunt:* Gifanius retinet vulgatum. At in membranis bonæ notæ reperi, *cuimodi ſunt:* nèque aliud ſignificat ille apud Gruterum mutilus, quem ait habere tantum, *eos ante potuimodi ſunt:* eliſum enim tantum *No.* Ergo ſcribe, *cuicuimodi ſunt.* Quo Ciceronem pro Sex. Roſcio uſum teſtis locuples Priſcianus in tertiodecimo: quod eidem ad Atticum 3, 22, in fine tertii quartique Tuſculanarum, inque ſecundo de legibus ex certiſſimæ fidei ſcriptis reſtituit Victorius: quem qui falli decrevit & *cuicuimodi* Latinum non eſſe, parum cavit ipſe, ne quid aſperius dicam. *Gronovius.*

7 *Cum ſuis finibus*] Quos Gellius transfert quoque ad philoſophos, quum magis uſitati eſſent apud declamatores, quibus curæ fuit, ne fines à ſe aut

ab

ab aliis ſtatutos impetu quodam libere volitantis & excurrentis eloquentiæ transſilirent, ſed ſuo veluti gyro continerentur, ut præclare docet Ludov. Creſollius in lib. IV Theat. Sophiſt. cap. 8. *Jac. Gron.*

8 *Reprehenſionis contemtione*] Ita jam edidit Stephanus. Poſteriores mutaverunt in *contentione*, quæ nulla hîc conſiderari vel intelligi poteſt, neque Plato contendit reprehendere. ſed crebro illo uſu oſtendit ſe de induſtria facere, & contempturum ſi quis reprehendat, ut ita juſte ſe facere opinetur. Itaque id repetendum ſtatui, præſertim quum perſpicue exigat codex Regius, qui habet *contemptione*. Moſellanus eſt qui illud *contentione* etiam exponit, quod dignum non judico, ut hîc ponatur. In eodem codice etiam pro antecedentibus *in docendo* legitur *incidendo*. Jac. Gronov.

CAP. IX.

[1] *Quod idem Plutarchus evidenti calumnia verbum* [2] *ab Epicuro dictum inſectatus ſit.*

IN eodem libro idem Plutarchus eumdem Epicurum reprehendit, quod verbo uſus ſit parum proprio & alienæ ſignificationis. Ita enim ſcripſit Epicurus: ὅρος τοῦ μεγέθους τῆς ἡδονῆς, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις [a]: non, inquit, παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος, ſed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ [b] dicere oportuit. Detractio enim ſignificanda eſt doloris, inquit, non dolentis. Nimis minute ac prope etiam ſubfrigide Plutarchus [3] in Epicuro accuſando [4] λέ-

a *Terminus magnitudinis voluptatum, omnis ejus, quod dolet, exemtionem.*

b *Omnis moleſti.*

1 *Quod idem Plutarchus*] Ita edendum & denique revocandam ſecundam vocem putavi, quam vide quanto cum ludibrio tractent. Nam poſtquam ex Stephani editione pag. 55. excidit, attamen pag. 541. in indice capitum eam retinet: unde etiam abegerunt duæ minores editiones in hac regione excuſæ, ut nimirum ipſa capita cum indice conſentirent. Pariſina in uſum Delphini ſtultitiam priſcæ vacillationis iteravit, ut pag. 65. quidem poneret *Quod Plutarchus*, pagina autem 538. *Quod idem Plutarchus*. Omnino fœdiſſima varietas. Omnino MSSti retinent ubique *idem*. Jac. Gronovius.

2 *Ab Epicuro dictum inſectatus ſit*] *Inſectatus eſt* ſolet malle noſter. *Gronovius.*

3 *In Epicuro accuſando* λεξιθηρεῖ] Ex Fulviano video notatum θηρει. At Regius plane λεξιθηρει. Huic enim debet, quod ſic legendum præcipit ad Solinum p. 1467. Salmaſius. Λεξιθηρεῖν autem apud Epiphanium dici & λεξιθῆρας vocularum aucupes, qui in ſacris literis πρὸς λέξιν accipiebant, quæ traherent ad falſorum dogmatum confirmationem, docuit Caſaubonus ad Athenæum 3, 19. His obnuntiat Reineſius Var. 1, 6. & deceptum eſſe Caſaubonum dictitat, qui cum in accuſandi caſu πληθυντικῶς legiſſet alicubi λεξιθήρας quintæ declinationis eam terminationem eſſe opinatus ſit; eumque aliter ſenſurum fuiſſe, ſi à ſimplice θήρα, θηράω, θηρεύω deducta & compoſita introſpexiſſet. Equidem θηρᾶσθαι λέξεις dicit Epiphanius lib. 2. Panarii p. 751. Ἔτι δὲ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἀρειος θηρᾶται λέξεις, περιεσῶν ἀεὶ τὰ πάντα, καὶ περιεργαζόμενος ἑαυτῷ τὰ μοχθηρὰ, οὐχ ὡς ἔχει τὸ θεῖον γράμμα, ἀλλ' ὡς αὐτὸς νοσῶν &c. Suidas: Θηρολέξης ὁ τὰς λέξεις θηρώμενος. Rurſus: Θηρατὴς λέξεων, θηρευτὴς ἐκ ζώων χερσαίων καὶ ἐναλίων. Sed tamen idem: Θηρῶντες, ἐπιτηρέντες. Et ipſum ſi quis Epiphanium diligentius evolverit, facile tantæ negligentiæ crimine Caſaubonum liberabit. Quid enim? An non niſi λεξιθήρας accuſandi caſu alicubi legit, qui legit Panarii libro 2. p. 758. Προπηδήσαντες τοίνυν οἱ λεξίθηρες εὐτυς, ὡς προφασιν κατ' ἐχθρᾶ εὑράμενοι ἐπιφέρουσι λέγοντες. qui pag. 801. περιελείπετο δὲ τοῖς λεξιθήρεσι τὸ τᾶ πνευματος ἁγιᾳ πρόσωπον. Hæc profecto non niſi quintæ declinationis ſunt, nec poſſunt aliunde quam à λεξιθης derivari. Similiter quod invitis illi Muſis Gratiiſque fictum videtur λεξιθηρῶν, idem habet Epiphanius lib. 1. p. 149. καὶν τε γὰρ Ταρσέα ἑαυτον εἴποι, ὐκ ἀπὸ τύτε παντως δεδοτᾳ προφασις τοῖς λεξιθηκσι τὰ εἰς ἑαυτῶν καταγροφην καὶ τῶν πειθομενων ὡτως ἔχειν. Eodem pag. 389. Κέχρηται δὲ οἱ τοιᾶτοι καὶ ἀποκρύφοις τισὶν, ὡς ἀκηκόαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐν μέρει ταῖς ῥηταῖς βίβλοις, λεξιθηρᾶντες ἐκεῖνα μόνα ἃ τινα καὶ κατὰ τὸν νᾶν αὐτῶν παραπλέκοντες ἑτέρως μεταχειρίζοντες. Ubi tamen editur λεξιθηρῶντες. Lib. 2. p. 456. Ἐπαίροιτᾳ δὲ πάλιν τῇ διανοίᾳ οἱ αὐτοὶ λεξιθηρᾶντες ἀπείρως. Eodemque pag. 771. Ἀλλὰ λοιτὸν λεξιθηρᾶντες τὰ καλῶς καὶ ὀρθῶς εἰρημενα ὑπὸ τ γραφῆς. Socrates hiſtor. Eccleſ. lib. 6, 20. Καὶ πολλὰ μὲν αὐτᾳ βιβλία συγγέγραπται· λεξιθηρεῖ δὲ ἐν αὐτοῖς, καὶ ποιητικὰς

[4]λεξιθηρεῖ a. [5] Has enim curas vocum verborumque elegantias non modo non ſectatur Epicurus, ſed etiam inſectatur.

a *Voces aucupatur.*

τικὰς παραμίγνυσι λέξεις. Quod ex eodem repetit Suidas in Σισίννιος. Sed repugnat analogia, quæ ὁ λεξιθήρας nominandi caſu requirit & λεξιθηρᾶν. Hic ergo nodus ut ſolvatur, cogitandum erat; non temere pronuntiandum auctore carere, quod certum ac præſentem habet. Quid dicemus igitur? nempe τὸ λεξιθὴς eſſe ἀποκεκομένον ex λεξίθηρος vel λεξιθήρας, quemadmodum λίτα pro λιπαρὸν, κάρα pro κάρηνον, δῶ pro σῶμα, ῥα pro ῥᾴδιον· λεξιθηρος & λεξιθὴς placuiſſe, ut μάρτυρος & μάρτυς, διάκτορος & διάκταρ, & ſimilia: & ab hoc eſſe formatum λεξιθηγέω, non à θηράω. Sic τιμῶω, at φιλοτιμέομαι à φιλότιμος· ſic τολμάω, at ἀτολμέω ab ἄτολμος. Tale eſt & σκιοθηρεῖν apud Heſychium: Φρέαρ ὀρύττειν, σκιοθηρεῖν· οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν μαθημάτων εἰώθασι τὰς μεσανερήσεις λαμβανειν καὶ σκιοθηρεῖν ἐκ τῶν φρεάτων. Gronovius. Sane etiam apud Agellium a Creſollio lib. 11. cap. 3. Theatri Soph. agnoſcuntur λέξεις θηρεύντες, & ῥήματα θηρεύειν ex Diodoro novit Pet. Faber. libro 11. Semeſtr. cap. 16. ubi de utroque verbo habet plura tranſlatæ uſurpationis. Sed eodem fere tempore, quo pater citationem Reineſii notavit in charta, alius pariter eam adhibuit, ut inde in diſſertatione VII. de præſtantia numiſmatum pag. 656. doceret dicta vero alias una voce Ἀδριανοθήρας juxta ſimiles flexiones in caſu recto ejuſdem originis Ὀνοματοθήρας, Ὀρνιθοθήρας &c. ſatis lepide; nam hæc ſunt nomina maſculina primi caſus; quomodo illic conſideret Ἀδριανοθήρας, dixerit ipſe; utique & Æthiopicas Φιλοθήρας aliter conſiderari oportet. An vero doctrina notabilis eſt obſervaſſe compoſitiones ab verbo vel nomine θηράω & θήρα? Jac. Gronov.

4 Λέξεις τηρεῖ] Salmaſius emendat λεξιθηρεῖ, id eſt, verba aucupatur. Apud Epiphanium λεξιθηρεῖν ſæpe hoc ſignificatu legitur, qui & λεξιθήρας multis locis verborum aucupes appellat, & qui omnia πρὸς λέξιν accipiunt. Vide Salm. ad Solin. p. 1267.

5 *Has enim curas vocum*] Juſte tamen à Plutarcho reprehenditur. Cujus enim ſtuporis eſt confundere id quod dolorem excipit ac patitur, cum eo quod dolorem facit? Neque Gellius recte defendit Epicurum, quod curas vocum, verborumque elegantias non modo non ſectetur verum etiam inſectetur. Hoc enim noſtra nihil intereſt quid ille ſectetur aut inſectetur. Sed qui tam ſæpe monuerat, diligenter videndum eſſe, quæ vis quæque notio unicuique voci ſubjecta eſſet, tam negligens eſſe in loquendo non debuit, ut aliud ſentiret, aliud diceret. Neque ſi Epicuro eſſe negligenti licuit, cauſa ulla eſt cur aliis diligentibus eſſe non liceat. *Muret. Var. Lect. lib. 11. cap. 16.* Poteſt tamen quis Epicurum excuſare, quod uſus ſit figura, quam Græci ἀντιμοιρίαν vocant, quando pars orationis pro altera parte ſumitur. *Moſell.*

CAP. X.

Quid ſint faviſſæ Capitolinæ: & quid ſuper eo verbo M. Varro Servio Sulpicio quærenti reſcripſerit.

[1]SERVIUS Sulpicius juris civilis auctor, vir bene literatus, ſcripſit ad M. Varronem, rogavitque ut reſcriberet quid ſignificaret verbum, quod in [2] cenſoriis libris ſcriptum eſſet. Id erat verbum *faviſſæ Ca-*

1 *Servius Sulpicius*] Præter omnes bonarum rerum diſciplinas, in Jure civili eruditionis Principem hunc Cicero & Quintilianus agnoſcunt. Quæſtura, prætoria & conſulari dignitate functus eſt. Conſulem fuiſſe cum M. Marcello Florus in Epitome Liviana CVIII Dio, Plutarchus teſtantur, quo tempore bellum civile inter Cæſarem & Pompejum ortum eſt. Valerius Max. lib. 1. c. 6. cum C. Volumnio conſulem fuiſſe refert, ſicuti etiam Livius lib. 2. Centum prope & octuaginta libros teſte Pomponio ſcripſit. Varii in Jure civili citantur, tum etiam à Grammaticis, & infr. lib. 4. c. 1. & 4.

2 *Cenſoriis libris*] Quibus cives Romani in ſua tribu, claſſe, centuria, item facultates æſtimabantur; & quia cenſorum munus templa & opera publica tueri, ideo in iiſdem *faviſſarum Capitolinarum* mentio facta. De tabulis cenſoriis earundemque cuſtodia vide Dionyſium Halicarnaſſeum.

Capitolinæ. Varro reſcripſit, in memoria ſibi eſſe, quod [3] Q. Catulus curator reſtituendi Capitolii dixiſſet: Voluiſſe ſe aream Capitolinam deprimere, [4] ut pluribus gradibus [5] in ædem conſcenderetur, ſuggeſtuſque pro faſtigii magnitudine altior fieret; ſed facere id non quiſſe, quoniam [6] faviſſæ impediſſent. Id eſſe cellas quaſdam & [7] ciſternas, [8] quæ in area ſub terra eſſent: ubi reponi ſolerent [9] ſigna vetera, quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia [10] quædam religioſa è donis [11] conſecra-

3 *Q. Catulus, &c.*] Ab hac curatione celeberrimus vel ex aſtu quo eum circumvenire voluit Julius Cæſar apud Suetonium cap. 15.

4 *Ut pluribus gradibus in eandem*] Reg. Lincoln. Rot. *in eadem*. Lege, *in ædem conſcenderetur*, id eſt in ipſum Capitolium, ut prodidit Salmaſius ad Solin. p. 211. *Gronovius*.

5 *In ædem*] Vulgo *in eandem*. Quid enim hoc eſſet, *aream deprimere ut pluribus gradibus in eam conſcendatur?* Area extra templum eſt ſub dio, ut area Capitolii, area Fori Trajani, area Vulcani, area Palatina. Vetus liber habet: *In eadem conſcenderetur*. Omnino ſcribendum *in ædem*. Hoc defuiſſe magnificentiæ Capitolii dicit Tacitus, quod non ſatis eſſet altum. Huic vitio ſeu defectui mederi voluit Catulus deprimendo aream templi, ut pluribus gradibus in ipſum templum conſcenderetur, ſuggeſtuſque ejus eo pacto altior appareret, & dignior faſtigii magnitudine, ſed prohibitus eſt id facere faviſſis illis ſubterraneis, quæ aream occupabant. *Salmaſ. ad Solin. pag.* 1211. Simillima huic loco area ante Telluris ædem apud Livium II, 41.

6 *Faviſſæ*] Fruſtra laborat Varro ex Valerio Sorano, qui faviſſas olim flaviſſas dictas arbitratur, quod in his flata pecunia reconderetur. Faviſſæ quaſi foviſſæ, à fovea; Sicut Fabii poſtea appellati, qui caſcis Fovii. Ab antiquo fovo, vel foveo, (pro quo & faveo veteres dixere, ſicut pro fovea favea) quod eſt cavo, fodio: foviſſa, ut à vibro vibriſſa, poſtea faviſſa. *Salm.* O in pinguius *a* facile mutatur. Sicut nonnulli Belgæ *a* tanquam *o* pronunciant, & vice verſa. Apud Græcos Latinoſque multa exempla occurrunt. Uti Dores εἴκατι pro εἴκοσι dicunt: πρᾶτιστος pro πρωτιστος, θᾶκος pro θῶκος. Quin etiam ita ſæpe in Latinis verbis occurrit, quæ derivantur à Græcis. Lancea à λόγχη, parapſis à paropſis, paſco à βόσκω, atque ita innumeris aliis. Faviſſæ itaque vel foviſſæ, quas græci θησαυρὸς appellabant, erant foveæ vel ſpelunceæ ſubterraneæ, quæ lapide impoſito claudebantur. *Thyſ.* Hæc illic probari poſſunt, ubi veterum auctoritas confirmat. Ex derivatis ab fodio aliquod mutata vocali prima pronunciatum fuiſſe non lego. Caſcos illos qui Fovios dixerunt, fuiſſe ſuppono ante templum Capitolinum 5 poſt quod conditum an non tunc primum in Latinam Linguam venerunt faviſſæ? ut illa comparari non debeant.

7 *Ciſternas*] Hæ proprie dicuntur putei ſepti, quæ aquam continebant. Faviſſæ autem erant cellæ ciſternis ſimiles. Atque ita hic locus intelligendus: cellas enim & ciſternas conjunxit auctor noſter. Aliquando tamen & faviſſæ ciſternæ templi dicebantur, in quibus aqua continebatur. Audi Feſtum: *Faviſſæ locum ſic appellabant, in quo aquæ erat incluſa circa templa.* & addit, *ſunt qui putant faviſſas eſſe in Capitolio cellis ciſterniſque ſimiles, ubi reponi erant ſolita ea, quæ in templo vetuſtate facta erant inutilia.*

8 *Quæ in area ſub terra eſſent*] Colerus *ſubterrea* vel *ſubterna*. Quid opus? Proprie non area magis quam atrium intelligitur niſi locus ſubdivalis. At poterant ciſternæ, cellæ, cryptæ ipſa in æde ſub pavimento eſſe: non erant hæ tales, ſed in area ædis ſub terra. Nempe area eſt non modo ſuperficies, ſed omne illud, quod à ſolido emunitum eſt: cujus partem aliquam neceſſe eſt eſſe ſuperficiariam & conſpicuam, partem ſub terra tectam. *Gronovius*.

9 *Signa vetera*] Nam & hæc paulatim ſitus conſumebat. Unde Lucretius V, 309. *Non delubra Deûm ſimulacraque feſſa fatiſci?* Cujus generis nonnulla vidit ille procul dubio aut in faviſſas conjici, aut jam conjecta exedi prorſus. Unde etiam accepiſſe videtur Juvenalis *Phæcaſianorum vetera ornamenta deorum* Satir. III. Ab his igitur diverſas oportet ſtatuere reliquias prioris delubri Capitolini conbuſti, quas haruſpices monuere in paludes avehi, apud Tacit. IV ann. 53, quoniam illis omnibus ruderibus capiendis non ſufficiebant faviſſæ. *Jac. Gronov.*

10 *Quædam religioſa donariis conſecratis*] Editiones antiquæ: *religioſe donariis conſecrata*. Rott. *religioniſe donis conſecratis*. Regius, Fulv. Lincoln. *religioſe donis conſecratis*. Scribe, *religioſa è donis conſecratis*, ut præcepit Salmaſius. *Gronov.* Ryckius cap. 37 de Capitolio Romano citat *religioſiora e donariis conſecr.* eodem dirigens, ſed ſine auctoritate. *Jac. Gronov.*

11 *Conſecratis*] Dona vel donaria rite per Pontificem conſecrabantur more majorum aut Pontifices.

secratis: at deinde eadem epistola negat quidem se in literis inveniisse cur faviissæ dictæ sint: sed [12] Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos *flavissas* dixisse: quod in eos non rude æs argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur. Conjectare igitur se detractam esse ex eo verbo secundam literam, & *faviissas* esse dictas cellas quasdam & specus, quibus [13] æditui Capitolini uterentur ad custodiendum res veteres religiosas.

fices. Et quia postmodum Principes Pontificum nomen assumsere, teste Dione lib. 53. inde illud quoque jus usurparunt l. 9. D. A. R. D. l. 8. de Relig. & sumpt. fun. l. ult. ut in possess. Legat. nisi hoc ita intelligendum, ut Principum auctoritate Pontifices consecrarent, sicut olim per legem Papiriam non licebat rem ullam sine injussu populi consecrare, ut testatur Cicero pro Domo.

12 *Q. Valerium Soranum*] Vide Gyraldum de Poëtis Antiquis.

13 *Æditui Capitolini uterentur ad custodiendum*] MSS. *æditui Capitolii uterentur ad custodiendas*. Et posterius quidem antehac vulgo edebatur: neque assequor, quare vel Carrio vel Stephanus mutaverint. *Gronovius*.

CAP. XI.

De Siccio Dentato egregio bellatore multa memoratu digna.

[1] L. Siccium Dentatum, qui tribunus plebi fuit Sp. Tarpejo, [2] A. Aterio consulibus, scriptum est in libris annalibus, [3] plus, quam credi debeat, strenuum bellatorem fuisse: nomenque ei factum ob ingentem fortitudinem, appellatumque esse Achillem Romanum. Is pugnasse in hostem dicitur centum & xx præliis; cicatricem [4] aversam nul-

1 *L. Siccium Dentatum*] Apud antiquos scriptores modo Siccius, modo Sicinius appellatur. Ita cum princeps editio Solini ceterique omnes scripti editique libri, Sicinium legerent, maluit Delrius *Siccium* edere, quia eum ita vocet Dionysius: quasi non & multi *Sicinium*. Ita etiam alibi legitur in omnibus Solini exemplaribus: *quantum inter milites Sicinius aut Sergius*. Valerius Maximus *Sicinium* etiam appellat. nec aliter eum antiquæ Gellii editiones indigetant, nam in novitiis reposuerunt *Siccium*. Plinii meliores libri *Sicium* nominant duobus locis. Fulgentio de prisco sermone, ex Varrone *Sitium* pro *Siccium*. Apud Festum in voce *obsidionalis* etiam vocatur *Sicinius*. & apud Ammianum Marcellinum, duobus locis. ita enim veteres libros Marcellini habere notarunt eruditi. At Plinii meliores libri *Sicium* nominant lib. 21. cap. 4. mentio apud Livium lib. 3. L. Sicii fortissimi viri, qui in Sabinis per insidias à suis obtruncatus est, fraude decemvirorum, quod in eorum invidiam sermones ad populum fereret de creandis Tribunis plebi. Hic ipse L. Sicius Dentatus. At lib. 6. idem meminit L. Sicinii Tribuni plebis. Sane gens Roma *Sicia* fuit, & *Sicinia*. Titus Sicinius Sabinus consul fuit, cum G. Aquilio Tusco. *Salm.*

2 *Haterio*] Stephano unde placuerit initialem aspirationem assumere, viderit. Non est certe in ullo codice MS. & quum Parisiis notaverim *aternio*, tum Oxonii *A. Termo*. Vide Pigium ad annum v: c. CCXCIX.

3 *Plus quam credi debeat, strenuum*] Reg, *credi queat*. Gronovius. Si Regio codici adscribi debet, quod Lambecius ab se inventum in margine annotavit. Hinc enim deceptum patrem opinor. Nam nec Bourdelotius, nec Salmasius, nec frater, nec ego tale quid in Regio libro invenimus. Et litera l, quam soler Lambecius suspicionibus suis præponere, hîc etiam præpositæ apparet, sed paulo obscurior. Unde pro nihilo id haberi decet. *Jac. Gron.*

4 *Aversam*] In tergo, corpore ab hostibus averso, ut fugientes solent.

nullam, [5] adverſas quinque & XL tuliſſe : [6] coronis eſſe donatus aureis octo, obſidionali una, muralibus tribus, civicis XIV. [7] torquibus tribus & LXXX, [8] armillis plus centum LX, [9] haſtis duodeviginti, [10] phaleris item donatus eſt quinquies vicieſque. [11] [12] Spolia (militaria dona) habuit multijuga; in his provocatoria pleraque. Triumphavit cum imperatoribus ſuis triumphos novem.

5 *Adverſas*] In pectore.

6 *Coronis aureis*] De quibus agit noſter v, 6.

7 *Torquibus tribus & LXXX*] Valerius Maximus CLXXXIII. Sed delendus numerus centenarius ex Gellio reliquiſque auctoribus. torques autem à torquendo dici videntur, quod eſſent circuli torti, στρεπτοὶ. Unde quia torques ex annulis aut catellis plexæ erant, catellæ quoque dicebantur.

8 *Armillis plus centum* LX.] Ita & Valerius Maximus. Sed Fulgentius lib. de Priſco ſermone CXL. poſuit. Sed reſtituendum eſt CLX. facili transpoſitione literarum. Idem quoque ſingulari certamine centies & vicies pugnaſſe refert, prælia hic vocat auctor noſter, ſingularia non addit. Porro quales fuerint armillæ deſcribit Feſtus: *armillas ex auro quas viri militares ab Imperatoribus donati gerunt, dictas eſſe exiſtimant, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. Unde arma ab his dependentia ſunt vocata.* Brachialia vocata Livio lib. 37. cap. 7.

9 *Haſtis*] Puris nimirum ſine ferro, quæ virtutis cauſa donabantur. Vide Feſtum in voce *haſta*, & *optionatus*.

10 *Phaleris*] Phaleræ erant ornamenta equorum in fronte. ἀσπιδίσκας τὴν κόσμησιν τὴν κατὰ μέτωπον τῶν ἵππων Etymologus vocavit. Græcis quoque φάλαρα dicuntur: gloriabantur admodum milites talibus muneribus.

11 *Spolia*] Vulgo, *Populi*. Salmaſius Gellium corruptum eſſe arbitratur. Neque enim Populus ſed Imperator exercitus militibus, qui fortiter ſe geſſerant, illa dona diſtribuebat. Deinde de donis militaribus jam egerat autor noſter. Verba itaque illa, *militaria dona*, gloſſema ſapiunt. Salmaſius itaque ſic emendat hunc locum: *ſpolia habuit multijuga; in his provocatoria pleraque.* Ita & Valerius ſcribit: *Quatuor & triginta ſpolia ex hoſtibus retuliſſe, quorum in numero octo fuiſſe, cum quibus infrectante utroque exercitu ex provocatione dimicaſſet.* Plinius octies ex provocatione victorem fuiſſe Siccium refert. Reſtituendum itaque hic *Spolia*, quæ erant cæſorum hoſtium. Ita Salmaſius. Sed quid ſi antiqua lectio ſervetur? ita ut per multijuga dona populi intelligatur pecunia, captivi ex præda. Plinius certe ex fiſco æs, x. captivos, & xx. boves accepiſſe Siccium commemorat. Prædam illam diſtribuebat Populus, cum in ærarium publicum redacta eſſet. Illud x. ad pecuniam referendum, ut decem millibus æris à Populo donatum fuiſſe voluerit. Pro viginti ſimul bubus, Pliniani quidam libri legunt, *viginti millibus*. Unde Salmaſius totum locum ita legit, *E fiſco æris x. capti æris xx. millibus*. Veteri utique Romanorum inſtituto Dux vel Imperator in prædam poteſtatem non habebat, verum eam à quæſtoribus urbanis vendi ſolitam, pecuniamque in ærarium redigi Gellius noſter teſtatur lib. 13. cap. 23. Unde & Siccius T. Romulium accuſavit, quod Æquis profligatis magnam prædam vendidiſſet. Condemnati Romulius & C. Veturius collega ejus. Vide Liv. lib. 3.

12 *Populi militaria dona habuit*] Nihili ſunt illa *militaria dona populi*. Regius & Rot. ignorant τὸ *dona*. Vaticanus *ſpolia* pro *populi*. Forſan ergo: *Spolia militaria habuit multijuga*. Nec me fugit etiam τὸ *militaria* delere Salmaſium. Sed cur non dixerit *ſpolia militaria*, quæ Valerius Maximus *ſpolia ex hoſtibus*, Solinus *ex hoſte ſpolia*? Puto tam conſtare, licet additum non eſſet, *ex hoſtibus* ea fuiſſe ſpolia, quam conſtat bellica vel *militaria* fuiſſe. Spolia etiam ſunt, quæ latro abſtulit. Quin & juſtorum ſpoliorum non unum genus: alia certe *opima*, alia *provocatoria*: ut *militaria* poſſis accipere tralaticia in eo genere virtutis, quæ vulgo milites, fortes viri, capiunt. *Gronovius.*

CAP. XII.

Conſiderata perpenſaque lex quædam Solonis, ſpeciem habens primorem iniquæ injuſtæque legis, ſed [1] *ad uſum & emolumentum ſalubritatis penitus reperta.*

1 *Ad uſum & emolumentum*] Non debuit hoc mutare Stephanus, certe nullam juſtam cauſam habuit

IN legibus Solonis illis antiquiſſimis, quæ Athenis [2] axibus ligneis inciſæ ſunt, quaſque latas ab eo Athenienſes, ut ſempiternæ manerent, pœnis & [3] religionibus ſanxerant, [4] legem eſſe Ariſtoteles refert ſcriptam ad hanc ſententiam: Si ob diſcordiam diſſenſionemque ſeditio atque diſceſſio populi in duas partes fieret, & ob eam cauſam irritatis animis utrimque [5] arma capientur, pugnabiturque, tum qui, in eo tempore in eoque caſu civilis diſcordiæ, [6] non alterutra parte ſeſe adjunxerit, ſed ſolitarius ſeparatuſque à communi malo civitatis receſſerit, is domo, patria, fortuniſque omnibus careto: [7] exſul extorriſque eſto. Quum hanc legem Solonis ſingulari ſapientia præditi legiſſemus: [8] te-

buit in *ad uſum emolumentumque*: quod præferunt editiones hodiernæ, quum iſtud ſit in Optimo MS. Regio.

2 *Axibus ligneis*] De quibus agit Harpocration, & ad eum viri docti, eaque repeti hoc loco parum feſtive non decet. In duobus autem libris Oxonienſibus legi *aſſeribus* & *axeribus*, quod ita placet Cl. Scheffero lib. 2 de re vehic. cap. 7, ut quum ita legatur in antiquis libris teſtimonio doctiſſimorum virorum, non vero *axibus*, hoc ſciolos ſubſtituiſſe cenſeat. Sane in codice Regio ſimpliciter exſtat *axibus*, qui palmam fidei omnino cæteris auſert. *Jac. Gronov.*

3 *Religionibus*] Religioſo jurejurando. Solon enim adegit Senatum in leges ſuas jurare, & poſt Senatum ſingulos Archontes, addita pœna ut ab iis recedens Apollini Delphico ſtatuam auream pondere ſibi parem poneret. Quin & Populum Athenienſem obligavit, ut in annos centum leges ſervaret. Atque hæ leges tantæ auctoritatis fuere, ut ne tyrannus quidem Piſiſtratus eas abolere in animum induxerit ſuum. Et quanquam XXX. tyranni illas aboleverint, poſt paucos tamen annos ejectis illis iterum reſtitutæ ſunt, & per multa ſæcula viguerunt. Et quamdiu illæ in pretio, tamdiu floruit Athenienſis Reſpub.

4 *Legem eſſe Ariſtoteles*] Vereor, ne hinc aliquid exciderit. Nam fidus ille Regius habet *legem autem Ariſtot.* Quaſi de legis illius notabili ratione jam aliquid ante protuliſſet, ut nunc eam citare cogeretur. *Jac. Gronov.*

5 *Arma caperentur pugnareturque*] Hæc periodus poſtrema quum verbis legitimis & ex perſona legem ferentis terminetur, quam indecorum eſt eam oratione obliqua & ex perſona narrantis incipere? præſertim cum τὸ *inquit* nuſquam interponatur, quod hujuſmodi tranſitiones ſolum excuſat. Opportune igitur quatuor codices, *capientur pugnabiturque*: indicio directam omnem & ſibi ſimilem orationem fuiſſe, & quidem hoc modo: *Si ob diſcordiam diſſenſionemque ſeditio atque diſceſſio populi in duas partis fiet, & ob eam cauſam irritatis animis utrimque arma capientur pugnabiturque.* Gronovius.

6 *Non alterutræ parti ſeſe adjunxerit*] Hanc Carrionis eſſe conjecturam reor: nam & ſcripti & antehac editi *alterutra parte*. Quod vereor, ne fuerit olim, *ad alterutram partem*, quemadmodum & paullo poſt loquitur, & ſæpe mavult Cicero. Ut famil. 1 ep. 8. *ad ejus me rationes adjungo.* ep. 9. *ad eorum cauſam me adjungerem.* Idem.

7 *Exul extorriſque*] Plutarchus de Sera numinis vindicta, ἄτιμον ſive ignominioſum vel infamem illum eſſe dixit, & παραλογώτατον νόμων eſſe affirmat: Laudat tamen in Solone hanc legem, prout loca alia citavit Meurſius in Themi Attica 1, 12. Hinc Lyſias in Oratione, quæ eſt κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας, Philonem ἄτιμον probat, quod afflictis rebus defuiſſet Reip. cum inquilini illi legi eſſent obnoxii. Quod quidem in iis admitto civibus, qui auctoritate inter ſuos pollent, & qui non ſeditioni alendæ, ſed fulciendæ concordiæ partem honeſtiorem eligunt. Sed ut paſſim omnes hac lege tenerentur, jure iniquum arbitror. Quid enim? homines quieti, & qui nihil rerum novarum quærunt, qui ſeditionibus ſe non immiſcent, fortunarum, ut Gellius hic teſtatur, jacturam ideo patientur, vel extorres in exilium agentur? Et quid ſi juſtitia cauſæ non appareat, cui potiſſimum parti quis ſe addicere debeat? Ubi civiles diſcordiæ gliſcunt, aliquid ex iniquo utraque pars ut plurimum habet. In præcipiti civilium tumultuum fortuna eſt, neque melior ſemper pars victrix eſt. quid opus eſt in lubrica caſuum ſe demittere? Audi Ciceronem lib. 10. Epiſt. ad Attic. Epiſt. 1. *Ego vero Solonis, popularis tui, ut puto etiam mei, legem negligam, quæ capite ſanxit, ſi qui in ſeditione non alterius utri ius partis fuiſſet.* Cum dicit Cicero *capi-*

[8] tenuit nos [9] [10] gravis quædam in principio admiratio, requirens quam ob causam dignos esse pœna existimaverit, qui se procul à seditione & civili pugna removissent. Tum, qui penitus atque alte [11] usum ac sententiam legis introspexerat, non ad augendam, sed ad [12] desinendam seditionem legem hanc esse dicebat: & res prorsum se sic habet. Nam si boni omnes, qui in principio coërcendæ seditioni impares fuerint, [13] populumque partitum & amentem non deterruerint, ad alterutram partem divisi sese adjunxerint: tum eveniet, ut quum socii partis seorsum utriusque fuerint, [14] eæque partes ab iis, ut majoris auctoritatis viris, temperari ac regi cœperint, concordia per eos potissimum restitui conciliarique possit; dum & suos, apud quos sunt, regunt atque mitificant, & [15] adversarios sanatos magis cupiunt quam perditos. Hoc idem Fa-

te sanxit, non videtur intellexisse ultimum supplicium, sed exilium; ut Gellius noster. Sicut in Jure civili ita intelligitur, L. licet 103. de V. S. Ἄτιμον autem, ut supra monuimus, eum fuisse, qui legem hanc non observaret, Plutarchus refert. Exules quidem ἄτιμοι censebantur. Sed non omnes ἄτιμοι sunt exules. Addi potest Rupertus ad Sallustium pag. 542.

Extorrisque] De cujus vocis natura agit G. J. Vossius in Etymologico.

8 *Tenuit nos gravis quædam in principio admiratio requirentes*] Quatuor membranaceis credo auctorem scripsisse, *requirens*. Sic Justinus 12, 6. *& in locum iræ successit existimatio modo personam occisi, modo causam occidendi considerans, pigere eum facti cœpit*. Regius quoque, *gravis admodum in principio admiratio*. Gronovius.

9 *Quædam*] In Margine Gelliani codicis mei scriptum erat, *admodum*.

10 *Grevis quædam*] In MS. Regio erat *gravis quemadmodum*, sed ex his postremæ sex literæ sunt sanequam recentes & secundæ manus, quum prior sit erasa: solum illud *quea* vetus est. *Jac. Gronov.*

11 *Usum ac sententiam legis inspexerat*] Rot. *introspexerat*. Regius, *introspexerant*, & mox *dicebant*. Satis placet. *Gronovius.*

12 *Desinendam*] Transitive hoc vocabulo Suetonius quoque utitur in Tiberio cap. 36. *Expulit & Mathematicos, sed deprecantibus ac artem desituros promittentibus veniam dedit.*

13 *Populumque partitum & amentem non deterruerit, ad alterutram partem divisi*] Hic late gangræna serpsit. Primum Reg. Lincoln. Rott. *populum*, sine particula copulativa. Dein Rott. *percitum*, ut & Palat. apud Elmenhorstium in Appulejano indice, & ante Carrionem editi. Plautus Casina 3. 5. *ne quid in te mali faxit ira percita.* Cicero pro Milone: *sive illud animo irato ac percito fecisset, ut incensus odio trucidaret inimicum.* Ciceroni *percitus & iratus*, qui Plauto *ira percitus*: sic Gellio *percitus & amens*, qui Appulejo *percitus rabie*. Super hæc pro *deterruerint* iidem *deruerint*, quod supereſt, ni fallor, de *deseruerint*. Post quod verbum excidit adversativa particula. Denique *divisi* tres pro *divisi*, significantes *dividui*: neque enim *dividus*, opinor, ut *promiscus*, dixerunt. *Nam*, inquit, *si boni omnes, qui in principio coercendæ seditioni impares fuerunt, populum percitum & amentem non deseruerint, sed ad alterutram partem dividui sese adjunxerint. Deserunt* enim *populum*, qui sese medios gerunt, & ab ejus civili pugna procul removent. *Dividui* autem, eligentes alii hanc, alii alteram dissidentium partem. *Fuerunt* etiam, non *fuerint*, Rottendorfianus. *Gronovius.* Quæ satis lepide ad veterem scripturam restituta sunt, si discedas ad ista adversativa *sed* interposita, quæ nullam potest fidem habere, utpote rejecta ab MSStis libris. *deruerint* quoque non debet augeri, quum in illis literis lateat certe vera Gellii manus. Requiritur enim aliquid, ut boni se ad alterutram partem adjungant, illi præsertim qui in principio impares fuerunt coercendæ seditioni. Si enim illorum aliqui id ita tentarunt, ut hanc aut illam partem vituperaverint, & tanquam seditiosos contumelioſe traduxerint, illi certe fidem postea non reperient nec auctoritatem apud dissidentes. Et id facile fieri potest. Itaque hoc præmonuit Gellius dicendo, *populum percitum & amentem non derisserint, ad alterum.* Jac. Gronov.

14 *Eoque partes ab iis*] MSS. *æque*, vel *eque*. Scribe, *eæque partes*. Gronovius.

15 *Adversarios servatos magis cupiunt*] MSS. *sanatos*, ut edidit recte Carrio. Nam quemadmodum seditiosi & qui res novas moliuntur, *insanire* ac

Favorinus philoſophus inter fratres quoque aut amicos diſſidentes oportere fieri cenſebat: ut, qui in medio ſunt utriuſque partis benevoli, [16] ſi in concordia annitenda parum auctoritatis quaſi ambigui amici habuerint, tum alteri in alteram partem diſcedant; ac per id meritum viam ſibi ad utriuſque concordiam mœniant. Nunc autem [17] pleraque, inquit, pars utriuſque amici, quaſi probe faciant, duo litigantes deſtituunt & relinquunt; deduntque eos advocatis malevolis aut avaris, qui lites animaſque eorum inflamment, aut odii ſtudio, aut lucri.

ac *furere*, ſic ex pœnitentia *ſanati* & *ad ſanitatem rediſſe* dicuntur. Tabulæ Duodecim: *idem juris ſanatibus quod fortibus.* i. ut Feſtus interpretatur; *qui cum defeciſſent à Romanis, brevi poſt redierunt in amicitiam quaſi ſanata mente.* Cæſar 5 Gall. *nihil hunc ſe abſente pro ſano facturum arbitrabatur, qui præſentis imperium neglexiſſet.* Et ibidem. *plebemque ad furorem impellit, ut facinore admiſſo ad ſanitatem reverti pudeat.* Auctor libri 8. *neque ad ſanitatem reliquorum deditione eſſe perductos.* Frontinus Strateg. 1, 9. *L. Sulla, cum legiones civium Romanorum perniciosa ſeditione furerent, conſilio reſtituit ſanitatem efferatis.* Gronovius.

16 *Si in concordia annitenda*] Prouſteus explicat efficienda. Verum MS. Regius legit *admittenda.* ubi etiam legitur *muniant.* Jac. Gronov.

17 *Pleraque, inquit, pars utriuſque amici*] Conjecturam Carrionis eſſe cenſeo. Rot. certe ac Reg. ut olim editum: *plerique, inquit, partis utriuſque amici.* Mox τὰ & *relinquunt* Rottendorfianus ignorat. *Gronovius.*

CAP. XIII.

Liberos *in multitudinis numero etiam unum filium filiamve veteres dixiſſe.*

ANTIQUI oratores, hiſtoriæque aut carminum ſcriptores, etiam unum filium filiamve [1] *liberos* multitudinis numero appellarunt. [2] Id quoque nos quum in complurium veterum libris ſcriptum aliquotiens adverterimus, nunc quoque in libro [3] Sempronii Aſellionis rerum geſtarum

1 *Liberos*] Jurisconſulti illum non eſſe ſine liberis dicunt, cui unus filius vel una filia eſt, quia ſemper plurativo numero profertur. l. 184. ff. de verb. ſig. videntur tamen antiqui etiam liberum dixiſſe pro nato ſingulari numero. Ita Juſtinianus locutus eſt *inſt. de ſervili cognatione*, in illis verbis, *ut ſi quis in ſervili conſtitutus conſortio liberum vel liberos habuerit, &c.* Vide & l. 33. Cod. de inoff. teſt. & l. 8. §. 4. C. de ſecund. Nupt. Quintilianus decl. 2. *Liberi ac parentis non alius mihi videtur affectus quam quo rerum natura, quo mundus ipſe conſtrictus eſt.* Aurelius Victor in Nerva: *Trajanum in liberi locum & in partem imperii adoptavit.* Liberi autem proprie appellabantur, qui ex libero matrimonio nati erant. Locum Gellii expreſſit Donatus, in Heautontimor. Terentii: *Conſtat*, inquit, *antiquos oratores hiſtoriæque aut carminum ſcriptores, etiam unicum filium filiamque liberos multitudinis nomine appellaſſe.* Sicuti autem unum aliquando filium filiamve liberi denotabant, ita & nepotes, pronepotes, alioſque deſcendentes lex XII. tabularum complectebatur, ut ex legibus civilibus liquet.

2 *Id quoque nos cum in complurium*] Scribe ex Reg. & Rot. *Idque nos cum in complurium.* Alioqui moleſta τὸ *quoque* repetitio eſt. *Gronovius.*

3 *Sempronii Aſellionis*] Inter diſertiſſimos hiſtoricos eum numerat Dionyſ. lib. 1. Antiq. *Thyſ.* Hic ille eſt C. Sempronius Aſellio, cujus hiſtoriarum liber primus perperam à Nonio in v. Bubo ſub Agellii nomine citatur. Quamvis noviſſimus ejus editor pro Agellio ibi Gellium legi malit, ut nimirum intelligatur Cn. Gellius auctor Dionyſio Halicarnaſſeo, Soſipatro, Macrobio & noſtro Aulo Gellio ſæpe laudatus. Sed profecto vir alioqui doctiſſimus non animadvertit iſtum Cn. Gellium non ſimpliciter hiſtoriam ſui temporis ſcripſiſſe, ſed annales inde uſque à prima Romanæ gentis origine,

rum quinto, ita positum esse offendimus. Is Asellio sub P. Scipione Africano tribunus militum ad Numantiam fuit: resque eas, quibus gerendis ipse interfuit, conscripsit. Ejus verba de Tiberio Graccho tribuno plebi, quo in tempore interfectus in Capitolio est, hæc sunt: *Nam* [4] *Gracchus domo quum proficiscebatur, nunquam minus terna aut quaterna milia hominum sequebantur.* [5] Atque inde infra de eodem Graccho ita scripsit: [6 7] *Orare cœpit, ut se defenderent liberosque suos: eum* [8] *quem virilis sexus tum in eo tempore habebat, produci jussit, populoque commendavit prope flens.*

ne; ut ita fragmentum illud Nonianum, si ad hunc Gellium pertineat, non ex historiarum, sed annalium libro primo citari necessum sit. Quare apud Nonium pro *Agellius histor. lib.* 1. omnino legi debet *Asellio histor. lib.* 1. ut apud eundem in v. gliscitur, *Asellio hist. lib.* IV. Ejusdem historiarum liber III citatur à Prisciano lib. 5. Sed ut apud Nonium *Agellius*, ita ibi male *Afellius* vocatur. *Lambecius.* Qui per hujus notæ operam nihil nisi risum fuit meritus, quum certe in fragmentis historicorum veterum ea ipsa Fulvius Ursinus sub Sempronii Asellionis nomine digesserit pag. 13 anno MDXVCV, diu ante ipsum. *Jac. Gronov.*

4 *Gracchus domo cum proficiscereturl Proficiscebatur* scripti, atque ex illis sic puto edidisse Anton. Augustinum in Fragmentis veterum historicorum. *Gron.*

5 *Atque inde infra*] In Oxonienſium uno legi *atque idem infra.* Jac. Gronov.

6 *Orare cœpit, ut se def.*] In MS. R. erat *Orare cœpit quid, ut se defenderent* &c. Legendum censeo: *Orare cœpit Quirites, ut se defenderent.* Frequens enim in Historia Romana adversus vim & injuriam fidem Po. Ro. & Quiritium implorare. Hinc *quiritare*, Quirites invocare, eorumque auxilium cum miseratione deposcere. *Lambecius.*

7 *Orare cœpit, ut se defenderent*] Ant. Augustinus: *Orare quidem cœpit id, ut se defenderent.* Non temere: nam reperit aliquid in MSS. quod sic reddendum esse censeret, quamquam haud attigerit scopum. Reg. & Rot. *Orare cœpit id quidem, ut se def.* Uterque *quid* cum κεραίᾳ super τῷ *D*, ut solent τὸ *quidem* significare. Ne putes solum *quid*, unde fingi *Quirites* possit, in Regio reperiri. Credibile est autem scripsisse Gellium *orare cœpit, inquit, ut se defenderent liberosque suos.* Neque offendat quemquam, quod τὸ *inquit* supervacuum videtur, quia statim ante præcedit τὸ *scripsit.* Nam sic passim noster. Inter alia lib. 10. 23. & lib. 11, 12. & lib. 13, 12. *Gronovius.* Profecto astutus voluit esse Lambecius ultra decorum. Sed ex vera vetere scriptura quam bene exiistit *orare cœpit identidem*? Quum interim nihil vetet retinere scripturam veterem *orare cœpit id quidem*, quippe cujus intelligentia videtur pendere ex sequentibus, quæ non habemus. In illis autem potuerunt sequi nonnulla ab his diversa, ut sic quidem oraverit, cæterum addiderit mox nonnulla, in quibus non perrexerit orare. *Jac. Gronov.*

8 *Quem virilis sexus tum in eo tempore*] Reg, & Rot. *virile secus.* Quæ non modo antiqui moris ac certæ veritatis lectio est, sed etiam nota bonitatis horum exemplarium. non enim nisi præstantissima & ex talibus translata eam scripturam vocabuli hujus servant. Vide ad Livium. Dein Fulvius Ursinus τὰ *in eo tempore* censet inducenda, credo quod nihil significent aliud quam *tum* præcedens. Suspicabar: *eumque, quem virile secus unum in eo tempore habebat, produci jussit.* Vel *unum eo tempore.* Gronovius. Nisi fuerit, *eum, quem virile secus secum in eo tempore* &c.

CAP. XIV.

Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est, CONTRA TIBERIUM EXULEM, *stitisses vadimonium, per, i, literam dicit, non stetisses: ejusque verbi ratio reddita.*

IN [1] libro vetere M. Catonis, qui inscribitur, CONTRA TIBERIUM EXU-

1 *Libro*] Intelligit librum M. Porcii Catonis Censorii, cujus orationes amplius centum & quinquaginta laudat Cicero in Bruto.

2 *Scri-*

EXULEM, [2] scriptum sic erat, *Quid si* [3] *vadimonium capite obvoluto stitisses?* Recte ille quidem *stitisses* scripsit: sed falsi & audaces emendatores, *e* scripto per libros, *stetisses* fecerunt, tamquam *stitisses* vanum & nihili verbum esset. Quin potius ipsi nequam & nihili sunt, qui ignorant, *stitisses*, dictum à Catone, quoniam *sisteretur vadimonium*, non *staretur*.

2 *Scriptum quidem sic erat*] Nullus hic usus τῶ *quidem*. Transmove igitur auctoribus membranis: *scriptum sic erat*, *Quid si vadimonium capite obvoluto stitisses? Recte ille quidem stitisses*. Gronovius. Hinc igitur apparet temerariam esse mutationem loci, ubi ponitur τὸ *quidem* in editione anni 1651, ut edant *recte quidem ille*, quod per imprudentiam sequuti alii, sane contra MSStos. & ideo vetui, ne nunc propagaretur. *Jac. Gronovius.*

3 *Vadimonium*] Ipsa sponsio obeundi judicii dicitur, & vadimonium sistere, illud quod promissum erat præstare.

CAP. XV.

Quod antiquitus ætati senectæ potissimum habiti sunt ampli honores; & cur postea [1] *ad maritos & ad patres iidem isti honores delati sint: atque ibi quædam de capite legis Juliæ septimo.*

APUD antiquissimos Romanorum neque generi neque pecuniæ præstantior honos tribui quam ætati solitus: majoresque natu à minoribus [2] colebantur ad deûm prope & parentum vicem; atque omni in loco, inque [3] omni specie honoris, priores potioresque habiti. A convivio quoque, ut scriptum est in antiquitatibus, [4] seniores à junioribus domum deducebantur, eumque morem accepisse Romanos à Lacedæmoniis traditum est: apud quos, [5] Lycurgi legibus, [6] major rerum omnium honos

1 *Ad maritos & ad patres*] Ita legitur in codice Regio, unde supplere posterius *ad* non dubitavi, quod vulgo omittitur. *Jac. Gronovius.*

2 *Colebantur ad deum prope & parentum vicem: atque in omni*] Haud scio, ubi Carrio ediderit *celebrabantur*, quo delectatur Gebhardus 1 Antiq. 10. Scripti omnes *colebantur*, & tentandum non est. At iidem *atque omni in loco*. Gronovius.

3 *Fasces sumendi*] Quum Valerius Publicola collega sibi Lucretio Lucretiæ patre subrogato, illi, utpote seniori, fasces tradiderit. Qui honor, ut testatur Plutarchus in Publicola, semper postea senibus habitus fuit ob ætatem, non liberos. Itaque quum placuisset duodecim tantum fasces conspici, ii alternis mensibus apud alterum Consulem fuerunt: ita, ut priore mense prior Consul eos habuerit, secundo alter, atque ita porro vicissim, ut testatur Dionysius lib. 5. & Dio Cassius lib. 54. Sumere autem eos prior solebat, qui major natu esset, idque obtinuisse videtur usque ad L. Juliam, quæ honorem hunc detulit numero liberorum.

4 *Seniores à minoribus domum deducebantur*] Vat. Reg. Rot. *à junioribus*. Et placet, quia altero jam abusus est. *Gronovius.*

5 *Lycurgi legibus*] Quod pluribus notatum. Audi Juvenalem Satyra XIII.

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si juvenis vetulo non assurrexerit, & si
Barbato cuicunque puer, licet ipse videret
Plura domi farra, & majoris glandis acervos.

Et Ovid. lib. 5. Fastor.

Jura dabat Populo senior, finitaque certis
Legibus est ætas unde petatur honor,
Et medius juvenum non indignantibus ipsis
Ibat, & interior si comes unus erat.

Romani autem hæc à Lacedæmoniis accepisse videntur per Decemviros, nisi hæc antiquo Romanorum instituto adscribenda sint.

6 *Major rerum omnium honos majori ætati*] Reg. & Rot. *major omnium rerum honos ætati majori*, non sine quodam auctu dignitatis in oratione. Sempronius Asellio infra 5, 18. *Omnium rerum hoc interfuit.*

nos majori ætati habebatur. Sed postquam suboles civitati necessaria visa est, & ad prolem populi frequentandam præmiis atque invitamentis usus fuit: tum antelati quibusdam in rebus, qui uxorem quique liberos haberent, senioribus neque liberos neque uxores habentibus. [7] Sic [8] capite septimo legis Juliæ priori ex consulibus fasces sumendi potestas fit, non qui pluris annos natus est, sed [9] qui pluris liberos, quam collega, aut in sua potestate habet, [10] aut bello amisit. [11] Sed si par utrique numerus liberorum est, maritus, aut [12] qui in numero maritorum est, præfertur. Si vero ambo & mariti & patres totidem liberorum sunt, tum ille pristinus honos instauratur; & qui major natu est, prior fasces sumit. Super his autem, qui aut cælibes ambo sunt, aut parem numerum filiorum habent, aut mariti sunt & liberos non habent, nihil scriptum in lege [13] de ætate est. Solitos tamen audio, qui lege potiores essent, fasces primi mensis collegis concedere aut longe ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut secundum consulatum ineuntibus.

fuit. Lib. 17, 18. *Quæ duo verba observanda præceperit omnium rerum longe salubria*. Lincol. etiam *major omni rerum*. Gronovius.

7 *Sic capite septimo legis Juliæ*] Reg. Rot. Lincoln. *Sicuti Kap. VII. legis Juliæ*. Gronovius. Ut plane Michaelis Vascosani editio anni M D XXXV & aliis.

8 *Capite septimo Legis Juliæ*] Lex Julia ab Augusto lata anno V. C. D CC XXXVI. dictaque est de maritandis ordinibus. Plures autem Leges Juliæ non à Julio Cæsare, sed ab Augusto latæ vel confirmatæ. Cæsar quidem post Africanum bellum exhausta urbe præmia multitudini liberorum proposuerat, ut Dio testatur lib. 45. Sed legem tulit Augustus, quæ & ægre introducta. Atque hæc postea Papiæ Poppææ immixta. Utriusque legis capita quoque confusa. Lex Julia & Papia sæpe vocata JCtis.

9 *Qui pluris liberos*] Si placet habere quædam istius legis capita, hac lege Candidati præferebantur in petitione Magistratus, qui plures liberos haberent, teste Tacito Annal. 2. In sorte quoque Provinciarum præferebantur. Nonnunquam & sententiam primi rogabantur l. 9. C. de Decur. Ad honores quoque citius promoveri poterant, atque anni remittebantur pro numero liberorum. Uti enim minores 25. annis honores capessere nequibant, ita liberi veniam ætatis merebantur. Hinc Ulpianus ad L. Papiam Poppæam l. 2. ff. de Minoribus ita loquitur: *Nec per liberos suos rem suam maturius à curatore recipiat; quod enim legibus cavetur, ut singuli anni per singulos liberos remittantur, ad honores pertinere Divus Severus ait, non ad rem suam recipiendam.* Ita qui quinque liberos habebat vigesimo, qui tres vigesimo secundo, atque ita deinceps pro ratione liberorum adspirare ad honores poterant. Præterea qui in urbe tres liberos incolumes habebat, vel in Italia quatuor, aut in Provinciis quinque, liberi erant à cura, tutela, cæterisque personalibus muneribus l. 2. de Exc. tut. & l. 1. C. qui numero liberorum & §. 13. Inst. de Excusat. non vero à patrimonialibus muneribus, quæ rerum & possessionum onera sunt l. 2. §. 4. l. 10. & seq. de Vacat. mun. nisi sexdecim liberorum multitudo fuerit l. 5. §. 2. jur. immun. Etiam nepotes proderant ex filio defuncto, ita tamen ut nepotes ex uno filio, patrem tantum universi repræsentarent, non vero singuli in capita numerarentur. Adoptivi non proderant, verumtamen emancipati; sive enim sint in potestate Patris, sive emancipati, filii tamen erant juxta naturam. Præterea damnatorum liberi plures assem accipiunt ex constitutione Divi Hadriani l. 7. de Bon. damnat. Multitudo itaque liberorum sua habebat præmia & commoda. Unde beneficio Principis jus quoque trium liberorum concedebatur iis qui nullos habebant.

10 *Aut bello amisit*] Intelligit eos qui in acie pro Rep. ceciderunt, non qui per causam belli, in præsidiis, castris, parentibus abrepti sunt, l. 18. de Excus.

11 *Sed si par utrique numerus*] Quidam manu exaratus, *Quod si par*. Gronovius.

12 *Qui in numero maritorum*] Vel sponsos intellige, vel eos, quibus jus mariti concessum est. Quod fieri quoque solitum Dio testatur lib. 60.

13 *De ætate*] Reg. tamen & Rott. retinent *de ea ætate*, quod jam est in olim editis. *Jac. Gronov.*

CAP.

CAP. XVI.

Quod Cæsellius Vindex à Sulpicio Apollinari reprehensus est in sensus Virgiliani enarratione.

[1] VIRGILII versus sunt è libro sexto,

Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca. primus ad auras
Ætherias [2] Italo commistus sanguine surget
[3] Silvius [4] Albanum nomen, tua [5] postuma proles;
[6] Quem tibi longævo serum Lavinia conjunx
Educet silvis regem regumque parentem.
Unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.

Videbantur hæc nequaquam convenire;

Tua postuma proles,

Et

Quem tibi longævo serum Lavinia conjunx
Educet silvis regem.

[7] Nam si hic Silvius, ita ut in omnium fermè annalium monumentis scriptum est, post mortem patris natus est, [8] ob eamque causam [9] prænomen ei Postumo fuit: qua ratione subjectum est?

Quem

1 *Virgilii*] Lib. 6. Æneid. vs. 760. & sequentibus.

2 *Italo commistus sanguine*] Æneas ex Lavinia Latini filia Silvium genuerat.

3 *Silvius*] Cui Ascanius sine liberis defunctus reliquit imperium.

4 *Albanum nomen*] Quia post illum Reges omnes Albani Silvii appellati sunt. Canterus tamen lib. 2. Nov. Lect. c. 10. per nomen Albanum virum seu hominem Albanum intelligit.

5 *Postuma proles*] Non adeo male Cæsellius Vindex de hoc vocabulo judicavit. Neque enim Postumus dictus videtur, quasi post humatum patrem natus, sed tanquam postremus. Namque antiqui quoque auctores *postumi* vocabulo liberos ante patris obitum natos intelligunt. Ex antiquis quoque monumentis constat *Postumum*, non vero *posthumum* scribi. In manuscriptis Horatii quoque *Postume*, *Postume*, pro *Posthume* scribitur. Silvius itaque postrema soboles fuit Æneæ. Etsi autem hoc vocabulum ea significatione non ita usitatum fuerit, tamen Tertullianus contra Gnosticos illa voce utitur. Postumi autem qui post mortem patris nascuntur, postremo quoque editi, non post humatum patrem intelliguntur, quantum ad generationem patris attinet. Vide Canter. lib. 2. Novar. cap. 10. Parrhasium Epist. 34. Et Voss. Anim. Gramm. c. 2.

6 *Quem tibi longævo*] Vel per longam ætatem incolumi, vel, ut Servius interpretatur *Deo*: additque *ævum proprie æternitatis esse, quæ non nisi in Deos venit*. Eadem fere Sulpitii Apollinaris hic sententia est. Qui! si longævum intelligamus in successoribus? Neque etiam, quamvis Silvius post mortem patris natus esset, impedit Æneam longævum futurum fuisse. Quamvis enim longævus esset pater, filius tamen post mortem ejus nasci potuit. Ita vox illa *longævo*, absolute ponetur, nulla ad filium nasciturum relatione. Et Postumus quoque dici potest, qui postremus etsi post mortem patris in lucem editus est.

7 *Nam si hic Silvius, ut in omnium*] Fulv. Reg. Rot. *Silvius ita ut in omnium*. Gronovius.

8 *Ob eamque causam prænomen ei impositum hoc fuit*] Heu pravitatem correctorum! Gellius olim scripserat: *ob eamque causam pronomen ei posthumo fuit*, & attestor ita legi in MS. R. De prænomine Posthumi agit Varro lib. 8. Sic ab aliis rebus, inquit, cum essent duo Terentii aut plures, discernendi causa ut aliquid singulare haberent notabant, forsitan ab eo, quod qui mane natus diceretur, ut is

Quem tibi longævo ſerum Lavinia conjunx
Educet ſilvis.

Hæc enim verba ſignificare videri poſſunt, Ænea vivo ac jam ſene, natum ei Silvium & educatum. Itaque hanc ſententiam eſſe verborum iſto-

Manius eſſet, qui luci Lucius, *qui poſt patris mortem Poſthumus.* Vide præterea Feſtum, Plautum in Aulularia, & Plutarchum in Coriolano. Id duntaxat moneo, cum Feſtus dicat, Poſthumus cognominatur poſt patris mortem natus, nequis miretur à Varrone & Gellio Poſthumus inter prænomina referri. Audiat enim Priſcianum lib. 2. *Invenimus tamen*, inquit, *multa in his quatuor ſpeciebus propriorum nominum, invicem pro ſe poſita; & quæ in aliis perſonis ſunt prænomina, hæc in aliis loco nominum accipiuntur, ut Tullius Servilius, hîc Tullius prænomen eſt: M. vero Tullius, hîc nomen.* Et Valerius Probus, vel quisquis auctor eſt libri de nominibus & prænominibus Romanorum: *Quæ olim*, inquit, *prænomina fuerunt, nunc cognomina ſunt, ut, Poſthumus, Agrippa, Proculus, Cæſar.* & idem aliàs: *Animadverto enim in Conſulum faſtis perplexum uſum prænominum & cognominum fuiſſe*, &c. Diligenter autem diſtinguendum inter *Poſthumius*, *Poſthumus* & *Poſtumus*, qua in parte ſæpius erratum eſt in bonis auctoribus. *Poſthumius* enim gentilium nomen eſt, Poſthumiæ genti proprium: *Poſthumus* vero prænomen quod imponebatur poſt humationem patris nato, unde etiam ejus ἔτυμον: *Poſthumus* contractè dicitur pro poſtremus, ut pro ſupremus ſummus, pro extremus extimus. Ita in Gloſſis Latinis quæ Iſidori nomine circumferuntur, exponitur, Poſtumus, ultimus, noviſſimus. *Lambecius.*

9 *Prænomen ei impoſitum fuit*] Reg. & Rot. *prænomen ei Poſtumo fuit.* Sic, inquam, non *Poſthumo*, uterque; & ut quiſque alius, in quo id nomen occurrit, vel fide vel antiquitate præcellit codex: ſic nummi & æra: ſic marmora, *Poſtumus* & *Poſtumius.* Sic & Græci Πόστμος, non Πόσθμος. Quamquam exploſum jamdudum eſt ludibrium diſtinguentium, quaſi *poſtumus* eſſet ultimus, *poſthumus* humato patre natus. Neque aut ratio dari ulla aut analogia oſtendi poteſt compoſiti ex hujuſmodi ſimplicibus tali ſignificatione provenientis. *Poſtprincipia*, *poſtliminium*, *poſtſcenia*, *poſtterganeus* dixere. Sed quid his & iſtis ſimile? Tirones ſic habeant. *Poſterus*, *poſterior*, *poſterrumus* antiquis fecit: hoc *poſterrumus* duobus modis contraxerunt, *poſtumus* & *poſtremus*, velut *extumus* & *extremus*: nec differens ab initio fuit ſignificatio. Deinde uſus, cujus eſt quantumvis generalia vocabula & formulas certis rebus ac materiis adſignare, obtinuit ut *poſtumi* dicerentur mortuo patre nati. Εὔτεκμον enim in hanc rem vocabulum habere, in quo neque mortis neque ſepulcri fieret mentio: & neceſſario hi liberorum ultimi erant, neque poſt eos alii eodem patre liberi creari poterant. Et hæc delecta notio adeo prævaluit, ut nativa pæne interiret: niſi quod hic eam Virgilius conſervavit, & homines docti ſequioris ætatis revocarunt. Vide Cujacium 3 Obſerv. 4. Guil. Canterum 2 Novar. 10. Voſſium 2 de anal. 25. Cum autem κύριον eſt τὸ *Poſtumus*; eo differt ἀπὸ τοῦ *Poſtumius*, quod hoc gentis eſt, illud antiquiſſimis prænomen, poſtea & cognomen fuit. Sic *A. Poſtumius Albinus*: ſic *Poſtumus Cominius Auruncus*: ſic *M. Agrippa Poſtumus.* Hoc diſcrimen dumtaxat fuit ante tempora Cæſarum. Nam quod *Poſtumius* cognomen facit And. Schottus, aut id pertinet ad inferiora tempora, quæ omnia miſcuerunt; aut fucum ſibi factum in alios propagat. *Actiis* tribuit *Poſtumiorum* cognomen, auctore ſcilicet M. Seneca controv. 21. Sed *Actius Poſtumus* nunc ille in libris vocatur. *Cejoniis* ex Julio Capitolino, qui *Cejonium Poſtumium* Clodii Albini patrem nuncupat. *Juniis* ob *Junium Poſtumium* ex triginta tyrannis apud Trebellium Pollionem, ex corruptis opinor libris. Nullus enim in triginta tyrannis neque Junius neque Poſtumius: ſed *M. Caſſius Labienus Poſtumus*, & filius ejus, qui *Poſtumus Junior* interdum nominatur. *Liviis* ex Nonarum Caprotinarum fabula, in qua commenticius Fidenatium dictator *Livius Poſtumius* inducitur apud Plutarchum in Romulo & Macrobium: qui tamen ſi exſtitit, nihil ad gentes Romanas nominumque differentiam attinet, quippe ſic *Livius Poſtumius* foret, ut *Octavius Mamilius*, *Pontius Herennius*, *Decius Magius*, de quibus ad Livium diximus. *Pontiis* ob mulierem, quæ Tacito 13 annal. *Pontia*, 4 hiſtor. *Pontia Poſtumia* appellatur. *Rabiriis* propter illum, quem *C. Rabirium Poſtumum*, non *Poſtumium*, repetundarum reum defendit Cicero. *Sejis* ob *Q. Sejum Poſtumum* (ut Manutius & meliores libri) quem veneno ſublatum à P. Clodio, ut ædibus ejus potiretur, ſuſpicio erat, teſte Cicerone in oratione pro domo. *Gronovius.*

10 *Ce-*

istorum [10] Cæsellius opinatus in commentario lectionum antiquarum, *Postuma*, inquit, *proles non eum significat, qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est. sicuti Silvius; qui Ænea jam sene, tardo seroque partu est editus.* Sed hujus historiæ [11] auctorem nullum idoneum nominat. Silvium autem post [12] Æneæ mortem, sicuti diximus, natum esse multi tradiderunt. Idcirco Apollinaris Sulpicius inter cætera, in quibus Cæsellium reprehendit, hoc quoque ejus quasi erratum animadvertit; erroriſque istius hanc esse causam dixit, quòd scriptum ita sit: *Quem tibi longævo*, inquit, non *seni* (significatio enim est contra historiæ fidem) sed in longum jam ævum & perpetuum recepto immortalique facto. Anchises enim, qui hæc dicit ad filium, sciebat eum, quum hominum vita discessisset, immortalem atque [13] indigetem futurum, & longo perpetuoque ævo potiturum. Hoc sanè Apollinaris argute. Sed aliud tamen est longum ævum, aliud perpetuum. Neque dii longævi appellantur, sed immortales.

10 *Cæsellius*] Citatur quoque à Charisio lib. 1. & 2. Prisciano l. 10. sæpius.

11 *Auctorem nullum idoneum nominat*] Reg. & Rot. *auctorem idoneum nullum nominat.* Et mox: *in quis Cæsellium reprehendit*, non *in quibus.* Gronovius.

12 *Post Æneæ mortem*] Et id noluit negare Virgilius, cujus mens fuit, *Quem tibi longævo* conceptum, sed *ferum* & te interim mortuo *Lavinia conjux Educet silvis.* His vero adjeci verbum *esse* quod editiones negligunt ex MS. Reg. & Rottend. Invitis eisdem videas edi *tibi longævo. longævo, inquit, non s.* item *significatio enim esset.* item *longum jam ævum perpetuum.* Jac. Gronov.

13 *Indigetem*] Quinam sint indigetes ostendit Servius ad 12. Æneid. *Indigetes duplici ratione dicuntur, vel secundum Lucretium, quod nullius rei egeant:*

Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,

vel quod nos eorum indigeamus, unde quidam omnes Deos indigetes appellari volunt. Alii patrios Deos indigetes dici debere tradunt. Alii ab invocatione indigetes dictos volunt, quod indigito est precor & invoco. Vel certe indigetes sunt dii ex hominibus facti, & dii indigetes quasi in diis agentes. Indiges igitur hic idem qui ἀφιερωθείς, id est, *inter Deos consecratus.*

CAP. XVII.

Cujusmodi naturam esse quarundam præpositionum M. Cicero animadverterit: disceptatumque ibi super eo ipso quoa Cicero observaverat.

OBSERVATE curioseque animadvertit M. Tullius *in* & *con* præpositiones verbis aut vocabulis præpositas tunc produci atque protendi, quum literæ sequerentur, quæ primæ sunt in *sapiente* atque *felice:* in aliis autem omnibus correptè pronunciari. Verba Ciceronis hæc sunt; *Quid verò hoc elegantius quod non fit natura, sed quodam instituto?* [1] [2] *indoctus dicimus brevi prima litera: insanus producta: inhuma-*

1 *Brevi prima litera*] Non metro, sed literæ sono, *i* enim modo tanquam *ei* diphthongus pronunciatur, vel duplex *ii*, atque longiore litera scribebatur, hoc modo IISO. In antiquis agrariis

humanus brevi, infelix longa, &, ne multis, quibus in verbis eæ primæ literæ sunt, quæ in sapiente atque felice, productè dicuntur: in cæteris vero omnibus breviter. Itemque [3] [4] *composuit, concrepuit, confecit: consule veritatem: reprehendet. Refer ad auris: probabunt.* [5] [6] *Quære cur ita? se dicent juvari. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio.* Manifesta quidem ratio suavitatis est in his vocibus, de quibus Cicero loquutus est. Sed quid dicemus de præpositione, *pro?* quæ, quum produci & corripi soleat, observationem hanc tamen M. Tullii aspernata est. Non enim semper producitur quum sequitur ea litera, [7] quæ prima est in verbo *felix:* quam Cicero hanc habere vim significat, ut propter eam rem, *in* & *con* præpositiones producantur. Nam *proficisci* & [8] *profundere*, & *profugere*, & *profanum*, & *profestum* correptè dicimus; *proferre* autem, & *profligare*, & *proficere* productè. Cur igitur ea litera, quam Cicero productionis causam facere observavit, non in omnibus consimilibus eandem vim aut rationis aut suavitatis tenet: sed aliam vocem produci facit, aliam corripi? neque verò, [9] *con*, particula tum solùm producitur, quum ea litera, de qua Cicero dicit, insequitur. Nam & Cato & Sallustius, *fœnoribus*, inquiunt, *coopertus* est. Præterea [10] *coligatus* & *conexus* productè dicuntur. Sed tamen videri potest in iis, quæ posui, ob eam causam particula hæc produci, quoniam eliditur ex ea *n* littera: Nam detrimentum literæ productione syllabæ compensatur. Quod quidem etiam in eo servatur quod est, *cogo.*

& judiciariis tabulis apud Ursinum *i* longum etiam per *ei* scribitur, in his vocabulis, SEINE, QUASEI, UBEI, atque ita porro; modo tanquam simplex *i* pronunciatur. Ita *e* quoque modo producitur, modo corripitur. Ita dixit auctor noster lib. 6. cap. 15. *quiescit* e *usitate litera correpta* dici. Et similibus aliis locis non de metro, neque de accentu loquitur, sed de literæ natura, non de syllaba. Alioqui veteribus & accentus & syllabæ longæ sæpe in pronunciatione diversa habebatur ratio, tam apud Græcos quam Latinos. Quem sonum quomodo exprimerent difficile dictu.

2 *Indoctus dicimus brevi*] Sic & in Rot. conspicio, estque in Regio. At apud Ciceronem ipsum exhibetur *inclitus.* Gronovius.

3 *Concrepuit*] Vulgo præponitur *consuevit*, sed contra regulam ipsius Gellii.

4 *Composuit, concrepuit, confecit*] Et scripti & editi antehac auctius, *composuit, consuevit, concrepuit, confecit*: ut & ipsum apud Tullium legere est. Et merito; duo enim utriusque generis exempla posuit, breviter pronuntiati, *composuit* & *concrepuit*, producte *consuevit* & *confecit.* Gronovius.

5 *Cur ita*] Vetus Editio, *cur ita sit, dicent se probe juvari.*

6 *Quære cur ita. se dicent juvari*] Scripti cum prius vulgatis: *quære cur ita sit? dicent juvare.* At apud Ciceronem datur: *quære, cur? ita se dicent juvari.* Gronovius.

7 *Quæ prima est in verbo Felix*] MSS. cum editis antehac: *in verbo Fecit.* Gronovius.

8 *Profundere*] Anceps tamen esse videtur, sicuti & hæc vocabula *propello*, & *propulso*, quorum prima syllaba Propertio & Lucano producitur, Lucretio corripitur. Uti & *propago* anceps Virgilio.

9 *Con particula*] Diomedes lib. 2. *Con in compositione complexa* f; *ut, confido, confestim, confertus, eodem modo* s, *ut consulo, conscendo, consono, consisto, consul, producitur. Eadem aliis literis præposita corripitur, ut conduco, contineo, convoco, converto, comprehendo, & sic in similibus.*

10 *Colligatus & connexus* producte dicuntur] In Regio est *dicitur*: in quo etiam paulo ante legitur *cum a litera, de qua Cic. dixit, insequitur*; unde Lambecius notavit *cum eam litera* &c.

11 *Non*

go. Neque repugnat quod, *coëgi*, correptè dicimus; [11] non enim ſalva id ἀναλογίᾳ[a] dicitur à verbo, quod eſt, [12] *cogo.*

a *Proportione literarum.*

11 *Non enim ſalva συναιρέσει*] Fulvian. Rot. Reg. *ſalva id ἀναλογίᾳ dicitur à verbo, quod eſt cogo.* Gronovius. Itaque & in codice Oxonienſi legebam *ſalva id gs dicitur.*

12 *Cogo*] Quod dictum contracte à *coâgo*, unde coëgi ſine ulla *συναιρέσει*, quæ vulgo in editionibus legitur.

CAP. XVIII.

Quod Phædon Socraticus ſervus fuit, quodque item alii compluſculi ſervitutem ſervierunt.

PHÆDON Elidenſis [1] ex cohorte illa Socratica fuit; Socratique & Platoni per fuit familiaris. Ejus nomini Plato illum [2] librum divinum de immortalitate animæ dedit. [3] Is Phædon ſervus fuit forma atque ingenio liberali, &, ut quidam ſcripſerunt, à lenone domino puer ad merendum coactus. Eum Cebes Socraticus hortante Socrate emiſſe dicitur, [4] habuiſſeque in philoſophiæ [5] diſciplinis. Atque is poſtea [6] Philoſophus illuſtris fuit; ſermoneſque ejus de Socrate admodum elegantes leguntur. [7] Alii quoque non pauci ſervi fuerunt, qui pòſt philoſophi clari extiterunt. Ex quibus ille [8 9] Menippus fuit, cujus libros M. Var-

1 *Ex cohorte*] Ex collegio diſcipulorum Socratis.

2 *Librum divinum*] De immortalitate animæ, cui titulus Phædon, ubi Echecrati narrat ſermones à Socrate habitos eo ipſo die, quo ille veneno hauſto mortuus eſt, oſtenditque quanta conſtantia mortis extrema contempſerit, & divina de immortalitate animæ colloquia conſeruerit.

3 *Is Phædon ſervus*] Diogenes Laërtius ſcribit nobili familia natum fuiſſe, ſed captivum patria devicta infami quæſtui ſe addicere coactum fuiſſe, Alcibiadem autem vel Critonem monente Socrate eum redemiſſe. Gellius tamen hoc Cebeti adſcribit, cujus vitam lege apud Laërtium. An idem ſit quem in Phædone introducit Plato, dubium eſt. vide & Chalcidium in Timæum Platonis, & Xenophontis ἀπομνημονεύματα.

4 *Habuiſſeque in philoſophiæ diſciplinis*] Suavius in Regio, *aluiſſeque in philoſophiæ diſciplinis.* Ut *ingenium alere.* Sed & *alumni* pro diſcipulis. Cicero 4 de finib. *Quid ait Ariſtoteles reliquique Platonis alumni?* Ad Dolabellam: *te florere laudibus quaſi alumnum diſciplinæ meæ.* Gronovius.

5 *Diſciplinis*] Forſan, *diſcipulis.* Thyſ. Perperam & contra fidem antiquæ ſcripturæ. Quid? Nonne habemus apud Ciceronem IV Acad. Quæſt. 3. *Quod gravius ferremus, ſi quiſquam ullam diſciplinam philoſophiæ probaret præter eam, quam ipſe ſequeretur.* Et lib. 1 de Finibus c. 4. *In quibus, quantum potuimus, non modo quid nobis probaretur, ſed etiam quid à ſingulis philoſophiæ diſciplinis diceretur, perſecuti ſumus.* Habuit igitur vetus philoſophia varietatem, & in ea diſciplinas dixerunt. *Jac. Gronovius.*

6 *Philoſophus illuſtris*] Citat varios quoque ejusdem dialogos Laërtius, & ab eo Eliacos Philoſophos appellatos affirmat. Præter Heſychium Mileſium, Suidam, etiam Origenes contra Celſum lib. 3. de illo agit. Quædam ex Phædone quoque citat Seneca Epiſt. 94.

7 *Alii quoque non pauci ſervi fuerunt*] Scire oportet vocem *ſervi* in MS. Regio non exſtare. Et ſane quum hæc verba referri debeant ad præcedentia *Is Phædon ſervus fuit*, ut clare pateat pergere Gellium in eadem telâ, poſſet videri ea vox adſcripta primo expoſitionis ergo tranſiſſe vitioſe in contextum. Cæterum miror adeo nullam in hoc loco habitam eſſe rationem viri doctiſſimi Joh. Jonſii, cujus idcirco verba integra his ſupponam unice hunc locum illuſtrantia & longe præſtantiora iſtis tralaticiis nugis, quæ nuper huc vocatæ fuerunt. *Jac. Gronov.*

8 *Menippus*] Cynicæ ſectæ Philoſophus, cujus ridi-

M. Varro in Satiris æmulatus est: quas alii Cynicas, [10] ipse appellat Menippeas. Sed & [11] Theophrasti Peripatetici servus [12] Pompylus, & Zenonis Stoici servus, qui Persæus vocatus est, & Epicuri, cui nomen [13] Mys fuit, philosophi non incelebres vixerunt. Diogenes etiam Cynicus servitutem servivit: sed is [14] ex libertate in servitutem [15] venum ierat: quem quum emere vellet [16] Xeniades Corinthius, & quid is artificii noviſſet perridicularios sermones in Satiris suis expressit Varro. Hic & vita & scriptis Cynicam impudentiam secutus. Strabo utcunque illum laudare videtur lib. 16. & cum Meleagro Gadarensi componit, vituperat illum Diogenes Laërtius.

9 *Menippus &c.*] Sed qui philosophi servi fuerint, indicat Gellius 2, 18. *Phædon* scilicet Socraticus, *Menippus*, cujus etiam meminit Laertius lib. VI Menipp. *Pompylus* Theophrasti peripatetici, cujus etiam meminit Macrobius lib. 1 Saturn. c. 11. ubi integrum hoc e Gellio caput pauciſſimis ſaltem mutatis manifesto plagii indicio transcripsit, servum autem Pompolum appellat. Sed corrupte pro *Theophraſtus*, legitur *Philoſtratus*, qui inter Peripateticos nusquam numeratur. Theophrasti autem servum fuisse Pompylum docet præter Gellium quoque Laertius l. v Theophr. Macrobii Saturnalia Manuscripta pro *Pompylus* legunt *Populus*, cui voci *Publius* superscribitur, quasi hoc nomen potius genuinum esse debeat. Editio Basileensis MDXXXV fol. *Polus* habet. Sed Pompyli nomen servo fuisse jam supra diximus. *Persæus* in antiqua Arati poetæ vita, etiam *Persius* dictus, Zenonis Stoici servus Gellio inter Philosophos numeratur, & Epicuri *Mys*, *Diogenes* item *Cynicus* & *Epictetus*. De his & similibus servis celebrioribus Hermippus noster Smyrnæus egisse videtur. Johnsius in Historiæ Philosophicæ libro 11 cap. 9. Ex his patet, quam vanum se & ineptum jactitet Menagius ad Diogenis Laertii Theophrastum, ubi citat quoque & exscribit hunc Gellii locum, & dicere aliquid voluit, quum dicere nihil posset, quod suum erat, nihil minus profecto dignum, quam ut his typis renovaretur. Itaque quemadmodum ipse consuluit in aliis, ita eandem pœnam passus fuit occasione Persæi, quem hîc quoque nominat Gellius, & de quo ille colligit nonnulla ad Diogenis Laertii Zenonem pag. 279 & seq. edit. Wetsten. ex Athenæi libro IV, ex Origene contra Celsum, ex Minutio Felice, omnia describente Harduino in notis ad Themistium pag. 548, sed pari voluntatis ingratæ indicio, ut videre ex collatione licet. *Jac. Gronov.*

10 *Ipse appellat Menippeas*] Signate ac distincte satis. Cur igitur id exemplum non tenuit quoque lib. XIII cap. 29. *Satirarum M. Varronis, quas partim Cynicas, alii Menippeas appellant*, ipsum auctorem, qui certe in hac re agmen ducit, omittens? *Jac. Gronov.*

11 *Theophrasti Peripatetici servus Pompolus*] Non enim *Philoſtrati*, ut apud Macrobium 1 Saturnal. 11 legitur. Et *Pompylos*, ut olim edi curavimus, non *Pompolos*. Vide Laërtium. *Gronovius.*

12 *Pompylus*] Meminit Diogenes Laërtius in vita Theophrasti, & Macrobius. Vulgo *Pompilius*.

13 *Mys fuit*] Vulgo in quibusdam editionibus, *Irus*.

14 *Ex libertate in servitutem venum ierat*] Vir summus in Floribus Sparsis ad tit. de jure Personarum, scribit jure Romano neminem directe semetipsum vendere potuisse: quod licuerit apud Græcos, & inde hîc Diogenem *ex libertate in servitutem venum isse* dici. Aliter Laërtius Diogenes: Φησὶ δὲ Μένιππος ἐν τῇ Διογένους πράσει, ὡς ἁλὺς κῆ πωλούμενος ἠρωτήθη τί οἶδε ποιεῖν. Et clarius infra: Καὶ πᾶσιν ἤνεγκε γενναιότατα· πλέων γὰρ εἰς Αἴγιναν κῆ πειραταῖς ἁλοὺς, ὧν ἦρχε Σκίρπαλος, εἰς Κρήτην ἀπαχθεὶς ἐπιπράσκετο. Gronovius.

15 *Venum ierat*] Antiqua Veneta Editio, *venierat*, aliter quoque in MS. *veniebat*.

16 *Xeniades Corinthius*] Membrana Regia id vult ab Gellio scriptum Græce, dum exhibet ΞΕΝΙΑΔΗC ΚΟΡΙΝΘΙΟC: itaque etiam mox iterum ΞΕΝΙΑΔΗC. Etiam in Lincolniensi exstabat *emere vellet gs & quid*, quæ solet illic interponi nota Græcarum literarum, ut statim post *tum gs responsum*, ut omnino inde colligi oporteat codices Gellii vetustissimos Græce hæc exhibuisse, forsan ab Gellii manu sic excipientes; dum putavit pronunciationem quoque in illa voce Græcam habere aliquid dulcedinis vel excellentiæ præ Latina. Cæterum major molestia hæret in verbis *& quid is artificii noviſſet percunctatus*: *Novi*, *inquit Diogenes* &c. Nam priora sunt manca, nec cum præcedentibus bene cohærent, & participium non habet, unde sustentetur, unde priores editiones adjecerant verbum *foret*, quod expulit rursum Stephanus; & jure, quum id non habeatur in exemplaribus vetustis; sed debuit melius incumbere sanando. Etiam particula *is* non habetur in libro Regio. Omnia præclare cedunt, si legas; *Quem cum emere vellet* Ξενιάδης Κορίνθιος, *ecquid artificii noviſſet*,

percunctatus; Novi, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Tum Xeniades responsum ejus [17] demiratus emit & manumisit; filiosque suos ei tradens, Accipe, inquit, liberos meos, quibus imperes. De Epicteto autem philosopho nobili, quòd is quoque servus fuit, [18] recentior est memoria, quàm ut scribi quasi obliteratum debuerit. [19] [20] Ejus Epicteti etiam de se scripti duo versus feruntur: ex quibus latenter intelligas non omnes omnimodis diis exosos esse, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur; sed esse arcanas causas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
Καὶ πενίην ἶσος, καὶ φίλος ἀθανάτοις[a].

a *Servus Epictetus sum natus, corpore claudus, Irus pauperie, deliciæ superûm.*

---

visset, percunctatus; Novi, inquit Diogenes &c. Vides id prorsus exigere veteres libros. *Jac. Gronovius.*

17 *Demiratus emit & manumisit*] Rottend. & Regius, *manu emisit*. Sed deest pronomen. Scribe: *Eum Xeniades responsum ejusdem miratus emit & manu emisit*. Sic enim & Rott. ut edebatur olim, non *ejus demiratus*. Gronovius.

18 *Recentior est memoria*] Defunctus itaque erat Epictetus. Suidas illum usque ad M. Antonini tempora vixisse refert. quod pluribus argumentis non potuisse verum esse ostendit Salmasius, cum juxta computationem Lipsii ab exitu Neronis usque ad Marci principia nonaginta & amplius anni numerentur. Epictetus autem erat servus Epaphroditi, qui Neroni custos corporis erat.

19 *Ejus Epicteti*] Salmasius hæc spuria esse judicat, & ab aliquo sciolo adtexta. Neque illud distichon Epicteti esse videtur. In Anthologia Planudis adscribitur Leonidæ, qui Poëta longe antiquior fuit Epicteto. Sed Planudem fefellit, quod in vetustissimo exemplari, unde Anthologiam suam decerpsit, præcedebat Leonidæ distichon ἀνέγνωσται. Ea de causa & sequens hoc in Epictetum, quia sine auctoris nomine foret, non potuit, ut erat, ἄδηλον videri, sed & auctorem invenit beneficio monachi. In illo Codice titulus his duobus versibus fuit: Ἄδηλον, εἰς Ἐπίκτητον τὸν σοφὸν. *Salm.*

20 *Ejus Epicteti etiam de se*] Tota hæc περικοπὴ una cum duobus distichis, neque in Regio neque in Rottendorfiano neque in Lincolniensi neque Schefferiano comparet. Itaque Salmasius omnino eam spuriam & ab homine inepto attextam & donatam nostro judicat, in Epictetum & Simplicium. Quod si tamen auctoris est, haud dubie scribendum: *non omnimodo deos exosos esse*. Noverat enim ille veteribus *exosum* esse, qui infestus est, non qui invisus; ut & *perosum*, qui odit, non qui est in odio. Et sic ipsemet utitur lib. 15, 20. *mulieres fere omnes in majorem modum exosus fuisse dicitur*. Editiones superiores, *non omnes modo diis*. Apud Macrobium, *non omnimodo diis*: & sic Guilhelmius 3 verisim. 13. *Omnes omnimodis diis* Carrionis est. *Gronovius*. Sed & Pricæus ad Apuleji Milesium lib. 7 pag. 373 scribit sibi perplacere hoc loco reponi *non omnibus modis diis* &c. esse & *omnibus* in Oxon. Codice τῷ *modis* negligenter omisso. Non aliter ac si ita lectorem inducere in fidem vellet, tanquam Oxonii codex esset, in quo hæc postrema pars Gelliani hujus capitis legeretur. Ego inspexi illic codicem Collegii Lincolniensis universum, & alterum usque ad libri III caput quartum; sed in neutro hæc extrema reperiebantur, ut videatur Pricæus loqui de collatione Macrobii, apud quem sunt hæc verba, ubi videbimus. *Jac. Gronov.*

CAP. XIX.

Rescire *verbum quid sit, & quam habeat veram atque propriam significationem.*

VERBUM *rescire* observavimus vim habere propriam quandam, non

ex communi significatione cæterorum verborum, [1] quibus eadem præpositio, *re*, imponitur: neque ut, *rescribere*, *relegere*, *restituere*, [2] dicimus; itidem, *rescire*. Nam qui factum [3] aliquod occultius aut inopinatum insperatumque cognoscit, is dicitur proprie *rescire*. Cur autem in hoc uno verbo, *re*, particula hujus sententiæ vim habeat, equidem adhuc quæro. Aliter enim dictum esse, *rescivi*, aut *rescire*, apud eos, qui diligenter loquuti sunt, nondum invenimus, quàm super his rebus, [4] quæ aut occulto consilio latuerint, aut contra spem opinionemve usu venerint. Quanquam ipsum *scire* de omnibus communiter rebus dicatur vel adversis [5] vel prosperis vel exspectatis. [6] [7] Nævius in Triphallo ita scripsit:

[8] [9] *Si*

1 *Quibus eadem præpositio Re imponitur*] Rotterd. *quibus eadem præpositio præponitur*. Gronovius.

2 *Dicimus; itidem rescire*] Reg. & Rott. & Lincoln. *neque ut rescribere, relegere, substituere dicimus, itidem dicimus rescire*. In τῷ *substituere*, quod & Lincoln. habet, manifestus librariorum error. *Idem.*

3 *Aliquod occultius*] At MS. Regius habet *occius*. Quod si utique tanti non est, ut reddendum Gellio videatur; certe meretur publice noscí & non huc usque supprimi. *Jac. Gronov.*

4 *Quæ aut occulto consilio latuerint*] Rot. & Regius, Romana Venetaque editiones, *consulto consilio*. id est, de industria, studiose id agentibus, quorum interest. Paulus 1 Recept. Sent. *Qui sciens prudensque se pro minore obligavit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur*. Noster 6, 17. *Non sponte neque opera consulta*. Gronovius.

5 *Vel prosperis vel exspectatis*] Multis libris abesse se videre verbum *exspectatis*, & pro eo substitutum *insperatis*, injuria & vi, queritur Chr. Colerus Parerg. cap. 20. Ego nullum librum tractavi; cui deesset *exspectatis*: sed post Carrionem ubique desidero *vel insperatis*: quod antea & editiones habebant & confirmant scripti, hoc modo: *vel adversis vel prosperis vel insperatis vel exspectatis*. Nempe τὸ *insperatis* refertur ad τὸ *adversis*, sicut τὸ *exspectatis* ad τὸ *prosperis*. Idem.

6 *Nævius in Tryphallo*] MS. *in Tiphallo*. Quare omnino legendum censeo cum Baptista Pio, & vetustis aliquot codicibus excusis: *Nævius in Ithyphallo*. Nec tam auctoritas id mihi & MS. fides persuasit, quam quod consimilem prorsus, quamvis paulo manifestiorem, errorem in Nonio deprehenderim. Legitur ibi in novissima Merceri editione, & MS. Bibliothecæ Mazarineæ: *Longurio, id est, longus*; *Varro Tripallo* περὶ ἀῤῥενότητος: *Ego nihil Varro, ideo ita hic curat, qui ante me est, nescio qui Longurio*. Pro quo indubitanter lege: *Varro Ithyphallo* ἢ περὶ ἀῤῥενότητος. Notum enim Varronem omnes suas Satyras dupliciter inscripsisse αἰνιγματώδως & κυρίως. Exemplo sint ex iis, quarum fragmenta ad nos pervenere, Aborigines ἢ περὶ ἀνθρωπε φύσεως, Cygnus ἢ περὶ ταφῆς, ἔχω σὲ ἢ περὶ τύχης, Hecatombe ἢ περὶ θυσιῶν. Ad hunc, inquam, modum, quam περὶ ἀῤῥενότητος scripserat satyram, aptius certe intitulare non potuit, quam ἰθυφαλλον, ipso scilicèt illius membri nomine, in quo virilitatis sedes est. Quæ sequuntur apud Nonium verba Varronis ita restituo: *Ego vero nihil video, ita hîc obscurat, qui ante me est nescio qui Longurio*. Sed redeo ad Nævium, qui fabulam suam transtulisse videtur à Theocle veteri poeta Græco, qui ejusdem nominis fabulam fecit, teste Athenæo lib. 11. *Lambecius.*

7 *Nævius in Triphallo*] Ita MSS. Sicubi *tiphallo* illusit oculis, inde factum, quod κεραία supra *T* literam significans *R*, disparuerat, aut non animadversa est. Romana, Veneta, Aldus, *in tryphalo*. Ascensius *in Ithyphallo*, secutus Baptistæ Pii conjecturam, quæ & Stephano in fragmentis veterum Poetarum placuit. Sed intercedit Tibullus in carmine ad Priapum: *At o Triphalle sæpe floribus novis Tuas fine arte deligavimus comas*. Quare suus quoque Varronianæ Satiræ apud Nonium Marcellum relinquendus est index, *Triphallus* ἢ περὶ ἀῤῥενότητος. Sosipater Charisius lib. 1. *Calamistros Cicero in Oratore masculine dixit, & Varro de scenicis originibus hunc calamistrum: sed idem in Triphallo calamistra*. Et se prodit error Ausi. Popmæ, qui legit *Triphalus*, quia φαλὸς sit apex galeæ cui crista imititur, sive conus, argumentum, ut ait, in milite virilis animi & vigoris, unde *Triphalos* sit hæc Satira laudans in viris habitum gravem & severum; contraque mollem & effæminatum vituperans. Τριφαλ-

[8] [9] *Si unquam quicquam filium rescivero*
[10] *Argentum amoris causa* [11] [12] *sumpse mutuum:*
Extemplo illò te ducam, ubi non despuas.

Claudius Quadrigarius in primo annali: *Ea Lucani ubi resciverunt, sibi per fallacias verba data esse.* Idem Quadrigarius in eodem libro in re tristi & inopinata verbo isto ita utitur: *Id ubi* [13] *resciverunt propinqui obsidum, quos Pontio traditos suprà demonstravimus: eorum parentes cum propinquis* [14] *capillo passo in viam provolarunt.* M. Cato in quarto Originum: *Deinde dictator jubet postridie magistrum equitum* [15] *arcessi. Mittam te, si vis, cum equitibus. Sero est, inquit magister equitum: jam rescivere.*

φαλλος, ut τριόρχης. sed vis primæ syllabæ ad significandum, quæ in τρικυμία, *trifurcifer*, & similibus. Sic Aristophanes Comœdiam scripsit Τριφάλητα Harpocrationi, Athenæo, Polluci, Hesychio, Suidæ memoratam. φάλης idem qui φαλλὸς. Gronovius.

8 *Si unquam*] Carrio legit *unquam si quicquam*, nisi hiatum his poëtis frequentem retinere videbitur.

9 *Si unquam quicquam*] Vatic. *Unquam si quicquam.* Gronovius.

10 *Argentum*] Melius *argenti.*

11 *Sumpse*] Vulgo, *sumpsisse*, sed ita versus non constat superfluâ syllabâ. Ita Lucretius lib. 1. dixit *consumse*, pro *consumsisse*. Eodem modo *cesse*, & *cresse* pro *cessisse* & *crevisse*. apud Horatium *divisse* pro *divisisse*, apud Catullum *promisse*, pro *promisisse*, atque ita porro.

12 *Sumpsisse mutuum*, *Extemplo illo*] Recte Fruterius 2. Verisim. 11. *Sumpse*. Recte opinor etiam, *Extempulo*: & videntur confirmare membranæ, habentes L literæ adjunctam notulam, quam in *siml* & *poplo* eadem scriptura mediæ vetustatis ostendere solet, quum significat *simul* & *populo*. Sed quis est ille locus, *ubi non despuitur*? Fruterius jubet videri, an hoc postremum aliquam lucem accipere possit à Festo, cum ait: *Doliola locus in urbe sic vocatur, quia invadentibus Gallis Senonibus urbem sacra in eodem loco defoderunt, ubi spuere alicui non licebat.* Actum agit: nam eodem nos ablegaverat Baptista Pius Annotat. poster. 11. quanto luculentius, tanto minore specie profectus aut veritatis. Interpretatur enim ad rotam figularem, ut multo ibi labore vexarentur. *Ubi non despuas*, inquit, id est ad Doliola: *dolia* autem significant figulinam. Ego vero simplicissime intelligo, quod servi Plautini nominari nolebant, nisi despuendo detestarentur: ipsum scilicet pistrinum. Ibi despuere non poterant molentes, capistrati propter παυσικάπην. Pollux lib. 7 cap. 4. Τογε μὴν τοῖς οἰκέταις τοῖς ἔνδον ἐργαζομένοις ὑπὲρ τοῦ μὴ καπτειν τῶν ἀλφίτων περιτιθέμενον, παυσικάπη ὀνομάζεται· τροχοειδὲς μηχάνημα ὂν, τῷ τραχήλῳ περιαρμοζόμενον, ὡς ἀδυνατεῖν τῷ στόματι τὰς χεῖρας προσάγειν. Gronov.

13 *Resciverunt propinqui*] MS. Reg. *rescierunt*. Etiam ex Rott. notatum video *rescierint*. unde haud dubie firmatur codex Regius. Quod licet parvi momenti sit, tamen videtur Gellius varietatem in exemplis captavisse, ut sicut ex Catone habet *rescivere*, sic ex Quadrigario locum elegit, ut illud tempus aliter terminaretur, ac præterea in uno retineretur litera v, in altero evanuisset, ut in Cicerone *resciit* & *rescierit*. Jac. Gronov.

14 *Capillo passo*] Expanso, diducto. namque à *pando* pansum & passum dixere veteres. Vide tamen Agellium nostrum lib. 15. c. 15.

15 *Arcessi*] Antiq. Ven. Ed. *accersi*, quod idem significare Velius Longus testatur, nimirum *vocari*. Complures veteres inter *arcessere*, quod iis est prohibere, & *accersere*, quod vocare, distinguunt.

CAP. XX.

Quæ vulgo dicuntur vivaria, *id vocabulum veteres non dixisse: & quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid postea M. Varro in libris de re rustica dixerit usurpatum.*

VIVARIA quæ nunc dicuntur ſepta quædam loca, in quibus feræ vivæ paſcuntur, M. Varro in libro de re ruſtica tertio dicit *leporaria* appellari. Verba [1] Varronis ſubjeci: *Villaticæ paſtionis genera ſunt tria, ornithones, leporaria, piſcinæ. Nunc ornithones dico omnium alitum, quæ intra parietes villæ ſolent paſci. Leporaria te accipere volo, non ea quæ tritavi noſtri dicebant, ubi* [2] *ſoli lepores ſint: ſed* [3] [4] *omnia ſepta ædificia villæ quæ ſunt, & habent incluſa animalia quæ paſcuntur.* Is item infrà in eodem libro ita ſcribit: *Quum emiſti fundum Tuſculanum à M. Piſone, in leporario apri fuere multi. Vivaria* quæ nunc vulgus dicit, ſunt quos [5] παραδείσους[a] Græci appellant: [6] quæ *leporaria* Varro dicit, haud uſquam memini apud vetuſtiores ſcriptum. Sed quòd apud [7] Scipionem omnium ætatis ſuæ [8] puriſſimè loquutum legimus *roboraria*, aliquot Romæ doctos viros dicere audivi id ſignificare, quod nos *vivaria* dicimus; appellataque eſſe à tabulis roboreis, quibus ſepta eſſent: quod genus ſeptorum vidimus in Italia locis pleriſque. Verba ex oratione ejus contra Claudium Aſellum quinta hæc ſunt: *Ubi agros opti-*

a *Hortos, villarum partes circumſeptas.*

1 *Varronis*] Paulo aliter apud Varronem lib. 3. de Re Ruſtica cap. 3. hæc verba leguntur. *Ejus diſciplinæ genera ſunt tria*, pro eo, quod hic habetur, *villaticæ paſtionis genera ſunt tria.* Quod inde profluxiſſe videtur, quia apud Varronem initio capitis ſcriptum fuerat: *Primum dominum ſcientem eſſe oportet earum rerum, quæ in villis, circumve eam ali ac paſci poſſunt.* Et tamen Gellius hæc eſſe verba Varron. teſtatur.

2 *Soli*] Apud Varronem *Soliti*. Exiſtimat Fruterius verba hæc, *ubi ſoliti lepores ſint* ſignificare, quibus leporariis aſſueverunt, & in quibus morati ſunt.

3 *Septa ædificia villæ*] Varro, *ſepta afficta villæ.*

4 *Omnia ſepta afficta ædificia villæ quæ ſunt*] Sic in Stephanica Carrio. Priores cum MSS. *omnia ſepta ædificia villæ.* Apud Varronem lib. 3. cap. 2. *omnia ſepta afficta villæ quæ ſunt.* Gronovius.

5 Παραδείσους] Perſicam eſſe vocem lib. 5. memorabilium teſtatur Xenophon, Plutarchus in Demetrio, ſicut & Pollux lib. 9. cap. 3. Non tantum autem hortos, verum etiam ſepta ita appellabant, ut ex Philoſtrato in vita Apollonii Tyanei liquet, qui leones, urſos, aliaque animalia iis incluſa fuiſſe oſtendit. Græca verba ita ſe habent: μέλλων ὁ Δάμις πρὸς θήραν γίνεσθαι τῶν ἐν τοῖς παραδείσοις χωρίων εἰς ἃς λέοντάς τε ἀπέκειντο τοῖς βαρβάροις, καὶ ἄρκτοι, καὶ παρδάλεις.

6 *Quæ autem leporaria Varro dicit*] Particulam *autem* jam Aldus Badiuſque admiſerunt; non Romana, non Veneta, quemadmodum nec ſcripti. Sed majori laborat incommodo locus: non enim videtur facturus fuiſſe Gellius, ut vocem, quam non modo uſurpaverit Varro, ſed & tritavis notam fuiſſe pronunciarit, in dubium vocaret, eamque apud vetuſtiores exſtare palam negaret. Augent ſuſpicionem membranæ, in quibus ſpecto: *Vivaria a. quæ nunc vulgus quos Græci appellant gr. quæ leporaria Varro dicit, haud uſquam m. ap. antiquiores ſcriptum.* Unde conjicio: *Vivaria autem, quæ nunc vulgus, quos Græci appellant* παραδείσους, *quæque leporaria Varro, dici haud uſquam memini* &c. Ita in vulgus, quemadmodum inceperat, ſtringitur hæc cenſura, non in Varronem. *Gronovius.*

7 *Scipionem*] Cujus ingenium & eloquentiam Cicero in Bruto ſummopere laudat, ejuſque orationes commendat. Divinam ejus vocem appellat Porcius, ita ſcribens de Terentio:

Dum Africani voce divina inhiat avidis auribus.

Nonnulli enim ſuſpicabantur Terentium P. Scipionis & C. Lælii opera uſum, ut ex prologo Adelphorum liquet.

8 *Puriſſime*] Nam C. Lælius horridior & antiquitatis tenacior cenſebatur teſte Cicerone in Bruto, quamvis in cæteris Lælium Scipioni idem præponat.

9 *Cul-*

optime [9] *cultos atque villas expolitissimas vidisset, in his regionibus excelsissimo locorum murum statuere ajebat: inde corrigere viam, aliis per vineas medias, aliis per roborarium atque piscinam, aliis per villam.* [10] Lacus vero aut stagna, quæ piscibus vivis coërcentur clausa, suo atque proprio nomine *piscinas* nominaverunt. *Apiaria* quoque vulgus dicit loca, in quibus [11] siti sint alvei apum: sed neminem eorum ferme, qui incorrupte loquuti sunt, aut scripsisse memini aut dixisse. Marcus autem Varro de re rustica tertio, [12] μελιασῶνας [a], inquit, *ita facere oportet, quæ quidam mellaria appellant.* Sed hoc verbum, quo Varro usus est, Græcum est. nam μελιασῶνες ita dicuntur, ut ἀμπελῶνες & δαφνῶνες [b].

a *Locæ apibus frequentia.*
b *Vineta & laureta.*

9 *Cultos & villas expolitissimas*] Reg. & Rot. *cultos atque villas.* Deinde, *excelsissimo locorum mu statuere.* Ita prorsus, *non locorum murum.* Putes librarium, quem secuti sunt, qui utrumque exemplar effecerunt, cum per errorem tres posteriores literas vocis *murum* ante tempus scripsisset, reliquas, quas prætermiserat, deinde tamen subjecisse: ut fuerit, *excelsissimo loco murum*, quemadmodum Romæ & Venetiis jam ediderunt. Nisi malis *turrim*, ut speculam significet. Lincoln. *locorum muro statuere.* Gronovius.

10 *Lacus vero & stagna quæ piscibus*] Reg. Rot. Lincoln. *Lacus vero aut stagna piscibus.* sine τῷ quæ. Forte, *stagna piscibus coercendis clausa.* Gronov. Omittit pater vocem *vivis*, nescio an quia displicebat ita, ut vel apponere detrectaret. Et sane quis aliter intelligit, aut de talibus agi dubitat, etsi non describantur, nequaquam mortuis? etsi interdum apponantur quædam talia, non utique ad differentiam, & jam ante sic dixit *in quibus feræ vivæ pascuntur.* Supervacua tamen penitus est, & non etiam illam adhibuit de alitibus; nec ipse Varro, dum ait: *Piscinas dico eas, quæ in aqua dulci aut salsa incluſos habent pisces ad villam*, quum præmisisset ridens *pisces nisi mortuos estis nunquam.* & vide an non ex indicio librorum veterum pateat in ea hærere vitium. Videtur enim dedisse Gellius: *Lacus vero aut stagna, pisces quibus continentur, clausa.* Jac. Gronov.

11 *Siti sint alvei*] Sic ab Stephano venit, quum priores ediri omitterent verbum, ut facit quoque grex vulgarium codicum; at MSti tam Reg. quam Rott. *siti sunt alv.* quod non debuit mutari. Regius quidem mox etiam ignorat vocem *eorum.* Jac. Gronov.

12 Μελιασῶνας] Locus Varronis habetur lib. 3. cap. 16. atque ita hodie apud illum legitur, *μελιττῶνας ita facere oportet, quos alii μελιτεοφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria.* additur vulgo, ut ἀμπελῶνες, & δαφνῶνες, nullo sensu, sed in finem capitis hæc verba rejicienda sunt.

CAP. XXI.

Super eo sidere, quod Græci Ἅμαξαν [a], *nos* septemtriones *vocamus: ac de utriusque vocabuli ratione & origine.*

AB [1] Ægina in [2] Piræum compluſculi earumdem disciplinarum sectatores

a *Plaustrum.*

1 *Ægina*] Insula Peloponneso adjacens, Attica distans 12. mille passibus, quam Oenopiam dictam fuisse Ovidius testatur lib. 7. Metam.

Oenopiam veteres appellavere, sed ipse
Æacus Æginam genetricis nomine dixit.

vide præter Strabonem, alioſque, inprimis Pausaniam in Corinthiacis.

2 *Piræum*] Portus hic Athenienſium tutiſſimus, de quo libellum ſcripſit Jo. Meurſius.

tores Græci Romanique homines eadem in navi [3] tramittebamus. Nox fuit, & clemens mare, & [4] anni æstas, cœlumque liquide serenum. Sedebamus ergo in puppi simul universi, & lucentia sidera considerabamus. [5] Tum qui eodem in numero Græcas res eruditi erant, quid ἅμαξα [a] esset, quid ἄρκλος [b], quid βοώτης [c], & quænam major ἄρκλος, & quæ minor, cur ita appellata, & quam in partem procedentis noctis spatio moverentur: & quamobrem [6] Homerus solam eam non occidere dicat, quum & quædam alia non occidant: scite ista omnia ac perite differebat. Hìc ego ad nostros juvenes convertor, &, Quid, inquam, vos [7] opici dicitis mihi? quare quod ἅμαξαν Græci vocant, nos *septemtriones* vocamus? Non enim satis est, quod septem stellas videmus; [8] sed quid hoc totum, quod *septemtriones* dicimus, significet, scire, inquam, id prolixius volo. Tum quispiam ex iis, [9] qui se ad literas memoriasque veteres dediderat, Vulgus, inquit, grammaticorum *septemtriones*

a *Plaustrum.*
b *Ursa, major scilicet, & minor.*
c *Auriga, boum impulsor.*

3 *Tramittebamus*] Hoc etiam Stephani est. Priores editi *transmittebamus*, quod sicut in Regio, ita in duobus Oxoniensibus legi, nisi quod interminando discrepabant *transmittebamur* aut *transmittebantur*. Jac. Gronov.

4 *Anni æstas*] Ita loquitur auctor noster lib. 19. cap. 5. *æstate anni flagrantissima.*

5 *Tum quispiam ex iis qui eodem in numero*] Magnum vitium huic loco additum Carrio, dum demere laborat, aggravavit. Tres voculæ, *quispiam ex iis*, etsi exstent omnibus in editis, tamen nec in Regio nec in Rot. nec in Lincoln. sunt conspicuæ. At τὰ *non occidant* allevit Carrio, ubi editi habebant: *cum & quædam alia scite tum ista omnia ac perite differebat.* In quibus τὸ *tum* jam a male curiosa manu est, nec apparet in scriptis. Nunc cognoscas licet, quam levi brachio reddatur auctori suum, qui scripserat: *Tum qui eodem in numero Græcas res eruditi erant, quid ἅμαξα esset &c. quamobrem Homerus solam eam non occidere dicat, tum & quædam alia, scite ista omnia ac perite differebant.* Nihil hic quod non sit membranarum: præterquam quod *cum* in *tum* vertimus, & unicam literam adjecimus, *differebant* pro *differebat* exhibendo. quod qui non animadverterant necessarium esse, totum illud, *quispiam ex iis*, interposuerunt: quasi non sit satis paullo post id legi. *Gronovius.* Quæ sane peregregia. Et omnino illud *quispiam ex iis* iteravit temere Carrio ex sequentibus, unde jure illud expuli. Cæterum nosse oportet in MSS. ut ipso Regio, Rottendorff. Lincoln. non exstare *quid ἄρκλος*, ut nec statim vocem ἄρκλος. Et certe, quum perspicue Homerus ἄρκλον & ἅμαξαν dicat non nisi vocabulo differre, quum res sit eadem, vix videtur aliter egisse Gellius, quam ut MSSti indicant. *Jac. Gronov.*

6 *Homerus*] Extant versus Il. 2. vs. 487.

Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει.
Οἴη δὲ ἀμμορος ἐστὶ λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

Id est,

Ursamque, quam & plaustrum cognomine vocant,
Quæ ibidem vertitur & Oriona observat,
Sola autem expers est undarum Oceani.

Vide quæ hic adnotavit Didymus Scholiastes.

7 *Opici*] Rudes, imperiti, simplices more antiquo. Nomen ab Opicis antiquissimis Italiæ populis deductum, qui ad Tyrrhenum mare habitabant, ut constat ex Aristotelis l. 7. Polit. c. 10. & Dionysio Halicarnasseo. Ita autem rudes etiam Cato apud Plin. lib. 39. cap. 1. appellat, & Gellius noster lib. 11. cap. 16. & lib. 13. cap. 9. ita & Ausonius, Symmachus aliique loquuntur. *Thys.* In MSS. tamen & Regio & Rott. legitur *Opicii*, in Lincol. *Opidici*, unde videtur exstitisse vulgatum *opifici*: ut fortasse luserint in quodam Opicio.

8 *Sed quid hoc totum, quod septemtriones*] Vatic. *quid etiam hoc.* Quasi dictet: *sed etiam quid hoc totum.* Gronovius.

9 *Qui se ad literas memoriasque veteres dediderant*] Et hoc parum prudenter Carrio. Scripti cum prius editis, *dediderat.* Ex iis puta Romanis quos Opicos vocaverat, nonnemo, qui se dediderat illis studiis. *Gronovius.*

10 *Quin-*

triones à ſolo numero ſtellarum dictum putat. *Triones* enim per ſeſe nihil ſignificare ajunt, ſed vocabuli eſſe ſupplementum: ſicut in eo [10] [11] quod *quinquatrus* dicimus, quod quinque ab idibus dierum numerus ſit; *atrus* nihil ſignificet. Sed ego quidem cum L. Ælio & M. Varrone ſentio, qui *triones* [12] ruſtico certo vocabulo [13] boves appellatos ſcribunt, quaſi quoſdam [14] *terriones*, hoc eſt, arandæ colendæque terræ idoneos. Itaque hoc ſidus, quod à figura poſituraque ipſa, quia ſimile plauſtri videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν [a] dixerunt, noſtri quoque veteres à bubus junctis *ſeptemtriones* appellarunt; [15] id eſt, à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi juncti *triones* figurantur. Præter hanc, inquit, opinionem, id quoque Varro addit, dubitare ſeſe, an propterea magis hæ ſeptem [16] ſtellæ *triones* appellatæ ſint, quia ita ſunt ſitæ, ut ternæ ſtellæ proximæ quæque inter ſeſe faciant trigona, id eſt, triquetras figuras. Ex his duabus rationibus, quas ille dixit, quod poſterius eſt, [17] ſubtilius elegantiuſque viſum eſt. Intuentibus enim nobis in illud, ita propemodum res erat, [18] ut ea forma eſſe triquetra videretur.

a *Plauſtrum.*

10 *Quinquatrus*] Quod quinque ab idibus dierum numerus ſit, ut Gellius hic affirmat & Varro lib. 5 de L.L. *Quinquatrus hic dies unus à nominis errore obſervatur proinde ut ſint quinque dictus, ab Tuſculanis poſt diem ſextum idus ſimiliter vocatur ſexatrus, & poſt diem ſeptimum ſeptimatrus, ſic hic quod erat poſt diem quintum idus, Quinquatrus.* Similia Feſtus. Soſipater lib. 1. quinque dies Iduum Quinquatrus appellavit. Ovidius de quinque his diebus, lib. 3. Faſtor.

Una dies media eſt, ſunt cum ſacra Minervæ,
Nomina quæ à junctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro,
Cauſa quod eſt illa nata Minerva die.
Altera treſque ſuper ſtrata celebrantur arena,
Enſibus exertis bellica læta dea eſt.

Hæc varietas inde orta eſt, quod initio primus dies tantum feſtus eſſet, ſicuti etiam in Saturnalibus contigit. Feſtus: *Quinquatrus appellari quidam putant à numero dierum, qui fere his celebrantur, qui ſcilicet errant, tam hercule, quam qui triduo Saturnalia, totidemque diebus Compitalia. Nam omnibus his ſingulis diebus ſiunt ſacra.* Et Cicero pro uno die poſuiſſe videtur lib. 12. Epiſt. 25. Hoc feſtum celebrabatur 14. Kalend. April. & Minervæ dicatum, *quod eo die*, teſte Feſto, *ædes ejus in Aventino conſecrata eſt*, vel quod natalis ejus eſſe crederetur. Ideoque hoc quoque tempore publica erant Oratorum & Poëtarum certamina teſte Xiphilino. De pueris Juvenalis Satir. x.

Eloquium ac famam Demoſthenis aut Ciceronis
Incipit optare & totis quinquatribus optat.

Erant autem quinquatrus majores & minuſculæ. De majoribus jam dictum, minores colebantur Idibus Juniis. Feſtus: *Minuſculæ quinquatrus appellantur Idus Iuniæ, quod is dies feſtus erat tubicinum, qui Minervam colebant.*

11 *Quod quinquatrus dicimus*] Scripti, ut antea editum, *dicamus*. Gronovius.

12 *Ruſtico certo vocabulo*] Fulvianus, Lincoln. Reg. & Rot. *ruſtico cætero vocabulo*. Forte *cætera*, vel *cæteroqui*: aut τὸ cætero ea ſignificatione, qua iſta, accipiendum eſt. *Idem.*

13 *Boves appellatos*] Philoxeni gloſſæ: *Triones*, βόες ἀρχαίως. & apud Nævium, *Trionum hic moderator ruſticus.*

14 *Terriones*] Vel potius *teriones*, quod terram terant. Scaliger in Varronem *Striones* prius dictos autumat, à ſtria, quam terram ſulcando efficiunt.

15 *Id eſt, à ſeptem*] Præpoſitio non agnoſcitur ab ullo MSto, & plane vacat. *Jac. Gronov.*

16 *Stellæ triones appellatæ ſint*] Regius *appellativæ ſint*. Numquid *appellitatæ*? ut cap. ſequenti. *Gron.*

17 *Subtilius elegantiusque viſum eſt*] Fulv. Reg. Rott. *elegantiusque eſſe viſum*. Idem.

18 *Ut ea forma eſſe triquetra viderentur*] Edebatur: *ut ea forma eſſet, ut triquetra videretur*. Rot. *ut forma eſſet ut triquetra v.* Regius, *ut forma eſſet ut triquetra viderentur*. Fortaſſis, *ut forma eſſet, quæ triquetra videretur*. Gronovius. Niſi tantopere ap-

appareat illud *viderentur* confirmatum, ut omnino Gellianum haberi debeat. Nam & Lincolnienſis habet. Hinc ita diſputo, quum vocula *vel* ſoleat exprimi modo † modo v†, literæ autem *nt* reſiduæ ex verbo *eſſent*, (prout ex Regio codice notavit Salmaſius) ſpeciem habeant ternarii numeri III, videri ſcripſiſſe auctorem *forma eſſe trigona vel triquetra viderentur*. Jac. Gronov.

CAP. XXII.

De vento Iapyge, deque aliorum ventorum vocabulis regionibuſque, accepta è Favorini ſermonibus.

APUD menſam Favorini in convivio familiari [1] legi ſolitum erat aut vetus carmen [2] melici poetæ, aut hiſtoria partim Græcæ linguæ, alias Latinæ. Legebatur ergo tunc ibi in [3] carmine Latino ἰάπυξ [a] ventus; [4] quæſitumque eſt, quis hic ventus, & quibus ex locis ſpiraret, & quæ tam infrequentis vocabuli ratio eſſet: atque etiam petebamus, ut ſuper cæterorum nominibus regionibuſque ipſe nos docere vellet, quia vulgo neque de appellationibus eorum, neque de finibus, neque de numero conveniret. Tum Favorinus ita fabulatus eſt: Satis, inquit, notum eſt, limites regioneſque eſſe cœli quatuor, [6] *exortum*, *occaſum*, *meridiem*, *ſeptemtriones*. [7] *Exortus* & *occaſus* [8] mobilia & varia ſunt; *meridies ſeptemtrioneſque* ſtatu perpetuo ſtant & manent. Oritur enim ſol non indidem ſemper; ſed aut *æquinoctialis oriens* dicitur, quum in circulo currit, [9] qui appellatur [10] ἰσημερινὸς [b], aut [11] *ſol-*

a *Iapyx.* b *Æquidialis.*

1 *Legi ſolitum erat*] Pervulgatus enim mos fuit antiquis ad menſam familiarem libros deferre, & recreare legendo convivas. Seneca Epiſt. 64 ubi inter alia: *Varius nobis ſermo fuit in convivio. Lectus eſt deinde liber Q. Sextii patris, magni viri & Stoici.* Eundem morem ſervaſſe Plinium Naturæ interpretem, teſtis eſt nepos ejus lib. III Epiſt. Cui uſui aluerunt ſervos, quos ab hoc officio *anagnoſtas* vocarunt, de quibus ad Atticum. *Philip. Carol.*

2 *Melici*] Vulgo *Meliti*. Lyricum, vel etiam quemcunque poëtam intelligit auctor noſter.

3 *Carmine Latino*] Forſan Horatii, qui lib. 1. Od. 3. ejus venti meminit.

4 *Quæſitum eſt quis hic ventus*] Scripti, ut editi antea, *quæſitumque eſt*: neque aut neceſſitati aut ornatui ſervit ablata copula. *Gronovius.* Itaque cum contra fidem codicum veterum ediderit Stephanus *quæſitum eſt*, omiſſa copulativa, idque poſt eum ſequutæ ſint temere editiones, correxi. *Jac. Gronovius.*

6 *Exortum, occaſum, meridiem, ſeptemtrionem*] Fulvianus, Lincoln. Reg. & Rot. *ſeptemtriones.* ut ſtatim & ter capite præcedenti. Sæpenumero enim ſic maluiſſe dicere animadvertas. Cicero lib. 2 de natura deorum: *Inflectes ſol curſum tum ad ſeptemtriones tum ad meridiem.* Gronovius.

7 *Exortus & occaſus*] Vide & Capellam lib. 8. cap. de curſu ſolis. Plin. lib. 2. cap. 19. Proclum cap. 19. Hypotypoſ. Aſtronom. Expreſſit autem hunc locum Gellii Apulejus de Mundo: *Favorinus non ignobilis ſapiens hæc de ventis refert; Quatuor mundi plagas imparem habere numerum ventorum, eo quod ortus & occaſus mutentur terna vice cum ſolis acceſſu. Meridies & arctos iiſdem ſemper regionibus notatæ.* Quæ præterea apud Apulejum occurrunt, ex autore noſtro petita videntur, vel à ſtudioſo ex Noctibus Atticis deſcripta ad marginem Apuleji, adjecta ab aliis in contextum admiſſa.

8 *Mobilia & varia ſunt*] Hinc & Hyginus de limitibus pag. 177. *Ortum & occaſum, qui eſt omni tempore mobilis.* Gronovius.

9 *Qui appellatur ἰσονύκτιος aut ἰσημερινὸς*] Regius ignorat τὰ ἰσονύκτιος *aut*. Et ea certum habeo inculcaſſe aliquem male ἑλληνίζοντα. Ut enim Græci *æquinoctium* voce non ἀπὸ τῆς νυκτὸς declinata ſed ἰσημερίαν appellant, ita & ſatis habuerunt *æquinoctialem circulum* ἰσημερινὸν κύκλον dicere. *Idem.*

10 Ἰσημερινὸς] Circulus hic æquinoctialis inter circu-

[11] *ſolſtitialis* aut *brumalis*, [12] quæ ſunt [13] θερινὰὶ τροπαὶ καὶ χειμερινάι a. Item cadit ſol non in eundem ſemper locum. Fit enim ſimiliter *occaſus* ejus aut *æquinoctialis*, aut *ſolſtitialis*, aut *brumalis*. Qui ventus igitur ab oriente verno, id eſt, æquinoctiali venit, nominatur *Eurus*, ficto vocabulo, [14] ut iſti ἐτυμολογικοὶ ajunt, ἀπὸ τ ἕω ῥέωνb. Is alio quoque à Græcis nomine [15] ἀπηλιώτηςc, à Romanis nauticis [16] *Subſolanus* cognominatur. Sed qui ab æſtiva & ſolſtitiali orientis meta venit, Latine *Aquilo*, *Boreas* Græcè dicitur; eumque propterea quidam dicunt ab Homero αἰθρηγενέτεω d appellatum: [17] Boream autem putant dictum ἀπὸ τ βοῆς e, quoniam ſit violenti flatus & ſonori. [18] Tertius ventus, qui ab oriente hiberno ſpirat, *Vulturnum* Romani vocant: eum plerique Græci mixto nomine, quod inter *Notum* & *Eurum* ſit, θρόνοτονf appellant. Hi ſunt igitur tres venti orientales, *Aquilo*, [19] *Vulturnus*, *Eurus*; quorum medius

a *Æſtivæ converſiones & hibernæ.*
b *Ab oriente fluens.*
c *Abſolaris.*
d *Sereni auctorem.* e *A boatu.*
f *Euronœum.*

circulos magnos numeratur, qui circa centrum Sphæram ambientes, eam in duo æqualia hemiſphæria ſecant. ſuntque numero ſex Horizon, Meridianus, Æquinoctialis, Zodiacus, & colurus æquinoctiorum, & colurus ſolſtitiorum. Æquinoctialis igitur eſt circulus magnus per motum primum, medio inter utroſque mundi polos loco, in ſphæra circumſcriptus. Quando autem ſol illum tranſit in principio arietis & libræ producit diem æqualem nocti per totum terrarum orbem.

11 *Solſtitialis*] Proprie autores probati per ſolſtitium, æſtivum, intelligunt; hybernum vix agnoſcunt, ſed brumam vocant. Ita Cicero, Virgilius, Horatius loquuntur. Vide Caſtalionem Var. Lect. c. 17.

12 *Quæ ſunt θερινὰὶ τροπαὶ καὶ χειμερινάι. Item*] Regius: *quæ ſunt χειμερινάι τροπαὶ item cadit.* ſine τοῖς θερινάις καὶ. Unde ſuſpicor ea vocabula interpoſuiſſe iſtic, qui alia parte excidiſſe ea non animadverterant; & ſcripſiſſe auctorem: *aut ſolſtitialis, quæ θερινάι, aut brumalis, quæ ſunt χειμερινάι τροπαί.* Gronovius.

13 Θερινάι, &c.] Quando ſol cancrum æſtivo tempore, Capricornum brumali tempore ingreditur, curſum vertit. hinc & tropicus cancri & capricorni appellatur.

14 *Ut iſti ἐτυμολογικοὶ ajunt, ἀπὸ τ ἕω ῥέων*] Reg. *Ετυμόλοϛι.* deinde, ut & Fulvianus: τ ἠῶς. Scribe: *ut iſti ἐτυμολόϛοι ajunt ἀπὸ τ ἠῶς ῥέων.* Gronovius. Sed præterea ex Regio notavi *ajunt ο απο της*, unde patet integrum Gellii fuiſſe *ajunt ὁ ἀπὸ τῆς ἠῶς*, ſicut mox ab eodem dicitur *Romanis nauticis* abſque præpoſitione *a*. Jac. Gronov.

15 Ἀπηλιώτης] Regius, ἀφηλιώτης. & utrovis modo recte ſcribi volunt. *Gronovius.*

16 *Subſolanus*] Vitruvius ſolanum vocat, qui aliis eſt eurus, eurum qui aliis vulturnus ab oriente hiberno, ſicut apud eundem Andronicus Cyrreſtes in tabula marmorea octogono ventorum poſuerat, ubi eurus vulturnum refert. Vide & Varr. lib. 3. c. 5. de Re Ruſt.

17 *Boream*] Ariſtoteles καικίαν vocat ventum ab ortu ſolſtitiali ſpirantem, quem Romani aquilonem appellabant, Andronicus & alii Græci boream. Ἀπαρκτίαν & βορέαν eundem facit Ariſtot. in Meteorolog. qui octo ventos tantum numerat. Auctor libri de mundo ἀπαρκτίαν quidem vocat, qui ab ipſo polo venit, cui βορέαν adjungit inter ſolſtitialem exortum & ſeptentrionem: diverſitas ex eo, quod duodecim ventos numerat, ut hinc colligi poſſit, opus illud non eſſe Ariſtotelis. *Salm.*

18 *Tertius ventus, qui ab Oriente hiberno ſpirat: Vulturnum*] Sic & ſcripti, niſi quod *Volturnum.* ut & mox, *aquilo, volturnus, eurus.* Gronovius. Unde igitur eſt, quod in poſtremis editionibus, etiam Pariſina Prouſtei, exhibeatur *tertium ventum?* quod ſane habent nonnulli ex prioribus, verum jam nominativus fuerat prælatus ab Stephano, cui cur non placuit parere? Jam ſimile occurrit cap. 13. *Nam Gracchus domo cum proficiſcebatur nunquam minus terna aut quaterna millia hominum ſequebantur.* Jac. Gronovius.

19 *Vulturnus*] Ita dictus à Vulturno Campaniæ

dius *Eurus* eſt. His oppoſiti & contrarii ſunt alii tres occidui; [20] *Caurus*, quem ſolent Græci [21] ἀργέστην vocare; [22] is adverſus Aquilonem flat: item alter *Favonius*, qui Græce vocatur ζέφυρος; is adverſus *Eurum* flat: tertius Africus, qui Græce vocatur λίψ; is adverſus *Vulturnum* flat. Eæ duæ [23] regiones cœli *orientis occidentiſque* inter ſeſe adverſæ ſex habere ventos videntur. [24] Meridies autem, quoniam certo atque fixo limite eſt, [25] unum meridialem ventum habet: is Latine *Auſter*, Græcè νότος nominatur, quoniam eſt nebuloſus atque humectus: νοτὶς enim Græcè *humor* nominatur. *Septemtriones* autem habent ob eandem cauſam unum. Is objectus directuſque in Auſtrum, Latine *Septemtrionarius*, Græce ἀπαρκτίας appellatus. Ex his octo ventis alii quatuor detrahunt ventos; atque id facere ſe dicunt Homero auctore, qui ſolos [26] quatuor ventos noverit, *Eurum*, *Auſtrum*, *Aquilonem*, *Favonium*. [27] Verſus Homeri ſunt:

Σὼ

oppido, inde ſpirans ab oriente hiberno Romam verſus.

20 *Caurus*] Qui & Chaurus, & Chorus, & Caurus ſive Corus appellatur. Vegetius λιβονότου interpretatur, & ad ſiniſtram meridiani cardinis collocat. Agellius noſter ex adverſo Aquilonis ponit. Africum contrarium Aquiloni eſſe ſcribit Plinius, Chorum Vulturno. Horatius lib. 1. Od. 3. quoque Africum Aquilonı adverſum ſtatuere videtur:

> -- *Nec timuit præcipitem Africum,*
> *Decertantem Aquilonibus,*
> *Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti.*

Itaque hi venti ſæpe confunduntur. Vide Vegetium lib. 4. de Re Mil. cap. 28. Diverſitas tamen ſententiarum inde nata videtur, ut Salmaſii verbis utar, quod in recta linea Chorus & Aquilo invicem oppoſiti ſint adverſis frontibus. Chorus ab æſtivo occaſu fertur, Aquilo ab æſtiva & orientali meta venit. Similiter Africus & Vulturnus in altera linea ſeſe invicem reſpiciunt, hic ex hiberno oriente, alter ab occaſu brumali oriundus. Hunc ſitum eorum ſpectavit Favorinus, cum Vulturnum Africo, Aquilonem Choro vel Cauro contrarium ſpirare affirmat. Cæterum in decuſſata linea Chorus Vulturno, Africus ex adverſo Aquiloni reſpondet. Itaque hi venti κατὰ διάμετρον ſibi maxime adverſi, & à ſe invicem frontibus adverſis longiſſime diſtant. Vide Salmaſ. ad Solinum p. 1245.

21 Ἀργέστην] Apuleius de Mundo Thraſcian & Argeſtem ex eodem loco ſpirare innuit, quod falſum. Ex occaſu enim æſtivo venit ἀργέστης, Thrascias inter ſolſtitialem occaſum & ſeptentriones poſitus. Emendat itaque illum Salmaſius ad Solinum p. 1239. quem vide.

22 *Is adverſus Vulturnum flat*] Scripti: *is adverſus Volturnum facit.* notiſſima & Ciceroni quoque uſitatiſſima loquendi ſuavitate: ut *facere cum aliquo*, vel *facere ab aliquo* dicimus, qui ſentit idem, aut ſtat à partibus iiſdem. Horatius: *Et ſapit & mecum facit & Jove judicat æquo.* Sic *adverſus aliquem facere.* Gronovius. Cæterum MS. Regius habet: *Tertius Africus, qui Græce* Λιψ, *adverſus Vulturnum facit.*

23 *Regiones cœli*] Vegetius cardines appellat, Græci κέντρα.

24 *Meridies autem, &c.*] Revera cum regiones cœli octo ventis deſcribantur, atque antiquis quatuor fuerint Cardinales venti, intermedii etiam à meridie & ſeptentrione participant. *Salm.*

25 *Unum Meridionalem ventum*] Rot. quoque *meridialem.* quod ex Regio jam produxit & probavit Salmaſius ad Solin. p. 1248. *Gronovius.*

26 *Quatuor ventos*] Imo etiam duos, ſeptentrionalem, & auſtralem, teſte Ariſtot. Pol. 4. c. 4. reſpectu nimirum poli arctici & antarctici.

27 *Verſus Homeri ſunt*: Συν δ' ἄρ' ἴτην] Vix credi poteſt ab Gellio has Latinas voces cum duobus verſibus Homericis veniſſe; adeo ignorantur omnes ab MSS. Regio, Rottend. duobus Oxonienſibus. Et ſi in hoc capite eos poſuiſſet, non alterum mox repeteret in capite ultimo hujus libri: & quantopere turbaverunt ſenſum? Id docet vehementia Philip. Caroli ex hoc loco cum Budæo congredientis, tanquam ubi particula *partim* non geminata occurrat, quum

Σιρώ δ' εὖρός τ' ἔπεσε, ζέφυρός τε, νότος τε δυσαὴς,
Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων [a].

à quatuor cœli partibus, [28] [29] quas quasi primas nominavimus, oriente scilicet atque occidente latioribus atque simplicibus, non tripertitis: partim autem sunt, qui pro octo [30] duodecim faciunt: [31] tertios quatuor in media loca inferentes, cum meridie septemtriones: eadem ratione, qua secundi quatuor interstiti sunt inter primores duos apud orientem occidentemque. Sunt porrò alia quædam nomina quasi peculiarium ventorum, quæ incolæ in suis quisque regionibus fecerunt, aut ex [32] locorum vocabulis in quibus colunt, aut ex aliqua causa, quæ ad faciendum vocabulum acciderat. [33] Nostri namque Galli ventum ex sua terra flantem, quem sævissimum patiuntur, [34] *Circium* appellant, à turbine, opi-

a *Simul eurusque cecidit & zephyrus notusque vehemens,*
Et boreas serenus, ingentem fluctum volvens.

quum prius *partim* intelligatur in voce *alii*, quæ anteceſſit, ut ſæpe. *Jac. Gronov.*

28 *Quas quasi primas nominavimus*] Emendat Salmaſius, *quos quasi primos nominavimus*, ita ut ad ventos referatur. Sed liquet ex contextu de Regionibus cœli autorem loqui, cum addit: *Oriente ſcilicet atque occidente latioribus atque ſimplicibus.*

29 *Quas quasi primas nominavimus*] Regius, *nominabimus*. Scribe igitur: *quos quasi primos nominabimus*, ut voluit & Salmaſius. Nam de ventis loquitur, non de partibus cœli: & illa, *Verſus Homeri ſunt* cum duobus ſubjectis verſibus includenda ſunt parentheſi. Quippe continens oratio eſt: *qui ſolos quatuor ventos noverit, eurum, auſtrum, aquilonem, favonium, à quatuor cœli partibus: quos quasi primos nominabimus, oriente ſcilicet atque occidente latioribus, non tripertitis.* Gronovius.

30 *Duodecim*] Plures non eſſe ventos probare nititur Seneca lib. 4. quæſt: natur. Numerus nunc admodum excrevit; & quidni ulterius ſubtili indagine poſſunt numerari pro variis flexibus & inclinationibus?

31 *Inter hos quatuor in media loca*] Verba in vulgatis editionibus corruptiſſima corrigere ſeſe atque ex veſtigiis antiquæ lectionis reponere *tertios quatuor* præfatur ὁ πάνυ ad Solinum p. 1248. Recte ille quidem: ſed oſtentationis minus eſſe poterat. neque enim opus fuit difficili & moroſo examine veſtigiorum priſcæ lectionis, cum Regius plane atque aperte, ut & Rottend. Fulvianuſque, quod jam Mureto indicatum, præferant *tertios*: Lincoln. *faciant ternos quatuor*. Sed quid eſt *cum meridie ſeptemtriones?* nam hic quidem quo ſenſu hæc ponantur, haud facile quemquam demonſtraturum puto. Hac ergo parte aliquid e veſtigiis priſcæ ſcripturæ eruendum eſt: nam Fulvianus, Reg. Rott. *cur meridie*. Scribe: *Partim autem ſunt, qui pro octo duodecim faciant; tertios quatuor in media loca inſerentes circa meridiem & ſeptemtriones.* Duos ſcilicet circa auſtrum, & duos ab dextro & ſiniſtro aquilonis latere. *Faciant* autem ſcripti, melius quam *faciunt*. Gronovius.

32 *Locorum vocabulis in quibus colunt, aut ex aliqua*] *Pollent*, quod è Pal. refert Gebhardus 1 Antiq. 10, erat vulgatarum ante Carrionem: ſed ſcripti meliores adfirmant τὸ *colunt*. At non male Regius: *aut ex alia qua cauſa*. Gronovius.

33 *Noſtri namque Galli*] Verba ſunt Favorini, qui ex Gallia oriundus erat, ut teſtatur Philoſtratus in vitis Sophiſtarum.

34 *Circium appellant*] Hunc ventum confundere videtur Favorinus cum Japyge, qui idem cum Argeſte. Circius autem vel Cercius inter Argeſtem & Thraſciam medius, vel cum Thraſcia idem, ut Salmaſius monet. Circium autem Gallicum appellabant Hiſpani teſte Iſidoro, quod à parte Galliæ flaret, atque ita ſimpliciter quoque appellavit Vitruvius. A Circo ſive turbine & vertigine dici autumat Gellius: ſicut & Nonius. Gallicam eſſe vocem arbitror, à tortuoſo impetu ita dictam, quod *Keren* hodie Belgis, & olim Gallis dicebatur, & hodie Britannis *Kyrch* impetum denotat. quamvis ſimilis ventus Auctori libri de Mundo κεραίας appellatur. Ita quoque emendavit Theophraſtum de ventis Salmaſius, ubi vulgo Δερκίας pro Κερκίας legitur, niſi cum Turnebo κίρκιαν legendum ſit. Impetuoſus hic ventus & Galliæ peculiaris; compreſſus à montibus

opinor, ejus ac vertigine. [35] Japygiæ ipsius ore proficiscentem quasi finibus Apuli eodem, quo ipsi sunt, nomine Japygem dicunt. Eum esse propemodum *Caurum* existimo: nam est occidentalis [36 37] & videtur adversus *Eurum* flare. Itaque [38] Virgilius Cleopatram è navali prœlio in Ægyptum fugientem vento Japyge ferri ait. [39] Equum quoque Apulum, eodem quo ventum vocabulo, *Japygem* appellavit. Est etiam ven-

& in angustias circumactus Galliæ Narbonensi sævissime incumbit, turres & tecta dejicit, & quod mirum inter Pyrenæum & Gebennam maxime furit. De hoc vento ita Seneca lib. 5. Nat. qu. cap. 17. *Circio ædificia quassanti tamen incolæ Galli gratias agunt, tanquam salubritatem cœli sui debeant ei. Divus certe Augustus templum illi, cum in Gallia moraretur, & vovit & fecit.*

35 *Japyga ex ipsius Apuliæ ore proficiscentem eodem & ipsi nomine*] Hæc sine dubio contaminatissima sunt. Superiores editiones post τὸ *proficiscentem* additum habebant *quasi finibus*: id sustulit Carrio. Regius *lapigia ipsius ore proficiscente quasi finibus. Apulia eodem quo ipsi sunt nomine.* Neque aliter Rottendorfianus, nisi quod *Japiga ipsius.* Ex Fulviano *Apuli eodem quo ipsi sunt nomine* produxit & Muretus. Lincoln. *ipsius ore proficiscente apulia eodem quo ipsi.* Salmasius conjectat: *Japygiæ sinus ore proficiscentem, qui est Garganus, Apuli eodem*: quandoquidem apud Apulejum (ubi propemodum describit hunc locum) legitur in libello de mundo: *Appuli Iapygem vero ex Iapyge sinu, id est, ex ipso Gargano venientem.* Apulejum, quæ Favorino accepta refert, à discipulo ejus mutuatum facile concesserò: sed ea sua fecit summas rerum persecutus, verborum liber. Nec vero si Apulejus dicere potuit, *ex Iapyge sinu, id est, ex ipso Gargano*, ideo licuit & Gellio Favorinoque dicere, *ex ore sinus Iapygiæ, qui est Garganus.* Nam illud Madaurense leporem habet, qualem illud Flori, *Senatus, id est, Pompejus.* Vide ad Livii epitomen 87. Per quandam similitudinem significat ex Gargano deferri in sinum, & dominari quidem in sinu, sed præcipitari ex monte. At quam belle sonat *sinus, qui est mons*, vel *os sinus qui est mons*? Quos sic facimus scribere, eos facile postea est reprehendere & pugnis pectere. Sed tamen prodigiosum hoc ulcus est, nec potest à nimium sollicita manu curari. Vide an accipere possis? *Japygiæ pro terræ prætendentem quasi finibus Appuli eodem, quo ipsi sunt, nomine Japygem dicunt.* Illud *quasi* ostendit sermone figurato usum: & *prætendere* verbum e militia petitum satis hic locum tutatur. *Prætendentem*, excubantem quasi in specula & vigilias agentem. Frontinus 2 Strateg. 3. *equites deinde in æquum procedere ac velut prætendere peditibus.* Gronovius. *Japygiæ ipsius ore* intelligo, non scilicet ex parte Italiæ magis occidentali, ut est regio Dauniorum Frentanorumque aut Samnitum orientem hunc ventum dici, sed in sola Iapygia, ut in hujus regionis ore concipiatur, & sic emittat eum hæc Iapygia *proficiscentem quasi finibus*, non scilicet illic manentem & semper in ea obhærentem commorantemque ut tantummodo agnoscatur in Iapygia, sed & extra eam sit notus, nempe in partibus magis orientalibus, ut ipse ex Iapygia tanquam occidente procedat, adeo ut & Cleopatra in Ægyptum fugiens ferri Iapyge dicatur apud Virgilium, & Arrianus audeat lib. v. ἀναβάσεως Alexandri facere ejus mentionem in limitibus Indiæ quasi per universam Asiam eo nomine appellari solitus fuerit ventus ab occidente flans, τὸν δὲ (nempe Ἰνδῶν χώραν) ὡς πρὸς ἑσπέραν τε καὶ ἄνεμον Ἰάπυγα; unde eleganter Gellius eum considerat *proficiscentem quasi finibus*, quum Circius non nisi in illa parte Galliæ audiatur, assidue illic quasi remanens & non proficiscens; & hinc vide, an non scriptura vetustissimorum codicum salva & sancta haberi debeat. *Jac. Gronov.*

36 *Videtur adversus Eurum flare*] Atqui supra dixit Corum, qui idem cum Argeste, & Iapyge, adversus Aquilonem flare. Intricate hic loquitur Favorinus & dubito an se ipsum intellexerit, vel per Eurum Euronoton sive Vulturnum denotavit. Sed quid commune Vulturno cum Aquilone? In recta collaterali linea Caurus Aquilonem, in decussata Vulturnum respicit. Ex hac confusione respectuum intricatus hic locus. Vide quæ supra diximus.

37 *Et videtur adversus Eurum flare*] Regius: *& videtur exadversum eurum flare.* Ut Cornelius Nepos in Themistocle: *Quo factum est, ut ab Artemisio discederent & exadversum Athenas apud Salaminia classem constituerent.* Sic & ipsi in MSS. deprehendimus. Noster notat è Terentio lib. 7. cap. 7. *Gronovius.*

38 *Virgilius*] Lib. 8. Æneid. vers. 709. & seq.

Illam inter cædes pallentem morte futura,
Fecerat ignipotens undis & Iapyge ferri.

39 *Equum quoque Apulum*] Extat versus lib. 9. Æneid. vers. 679.

—— *procul Ornitus armis*
Ignotis, & equo venator Iapyge fertur.

40 *Ca-*

ventus nomine [40] *Cæcias*, quem Aristoteles ita flare dicit, ut nubes non procul propellat, sed ut [41] ad sese vocet, ex quo versum istum proverbialem factum ait:

——— [42] κακὰ
Ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ Καικίας νέφος [a].

Præter hos autem, quos dixi, sunt alii plurifariam [43] venti commenticii suæ quisque regionis indigenæ; ut est Horatianus quoque ille [44] *Atabulus*, quos ipse quoque exsequuturus fui: addidissemque eos, [45] [46] qui *Etesiæ* & *Prodromi* appellitantur, qui certo tempore anni, quum canis oritur, [47] ex alia atque alia parte cœli spirant: rationesque omnium vocabulorum, [48] quia plus paulò adbibi, effudissem, nisi multa jam prorsus omnibus vobis reticentibus verba feciissem, quasi fieret à me [49] ἀκρόασις ἐπιδεικτική [b]. In convivio autem frequenti loqui solum unum ne-

a ——— *Mala*
Ad se attrahens, ut Cæcias nubem.
b *Audientia ad ostentationem comparata.*

40 *Cæcias*] Καικίας Græcis. Hesychius à Caïco fl. ita appellatum refert. Ita legendum esset, καικίας. Atque ita se scriptum inveniisse in antiquissimo codice Agellii sequenti Græco versu testatur Salmasius. Theophrastus de Ventis Apeliotem cum Cæcia nonnullos confundere refert, secus atque ipsi videtur. Et sane diversi venti Cæcias & Apeliotes. Hic ab exortu æquinoctiali, ille ab solstitiali fluit.

41 *Ad sese vocet*] Quia spiritum reciprocat, & ad se trahit. Unde & ἀνακαμψίπνους dicebatur. Vide auctorem Libelli de Mundo.

42 Κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων] Regius Ελκων ἐφ εαυτον ως καικίας. Scribe: Ελκων ἐφ' αὐτὸν ὡς ὁ Καικίας νέφος. Et sic quoque apud Apulejum & Aristotelem meteorol. 2, 6 scribendum. Quod si placet retineri τὸ κακὰ, is finis erit versus præcedentis. Idem Mureto visum in Fulviano cum legisset: λέκων φευσον ὡς οκαικίας νέφος. Apud Plutarchum in Πολιτ. Παραγγ. ponitur: εἶτα ἤδη πάντα τ' ἄλλον βίον Ελκων ἐφ' ἑαυτὸν, ὥς τε Καικίας νέφη. Gronovius.

43 *Venti commenticii suæ quisque regionis*] Lege cum Regio: *venti commenticii & suæ quisque regionis indigenæ.* Idem.

44 *Atabulus*] Horatianum appellat, quia Horatius Satyr. 5. lib. 1. ejus venti meminit. Ita enim loquitur:

Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus.

Plin. lib. 17. c. 14. *Flatus Apulis proprius est Atabulus, hic si flaverit circa brumam exurit frigore arefaciens, ut nullis solibus postea recreari possint.* Horatii vetus interpres ita dictum censet, quod τὴν αὖην βάλλει, hoc est, nocumentum pestilentiamque inferat regionibus Apuliæ.

45 *Etesiæ & Prodromi*] Plin. lib. 2. cap. 47. *Hujus (Caniculæ) exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant* (præcursores) *post biduum autem exortus iidem Aquilones constantius perflant diebus quadraginta, quos Etesias vocant.* Etesiæ dicti tanquam anniversarii. Vide Aristotel. Meteor. 2. & Columellam lib. 2. cap. 27. Nonnunquam & in Zephyros eodem Aristotele teste mutantur, quo respexisse videtur Gellius cum illos ex alia atque alia parte cœli flare, etsi dubitanter, dixit. Vide Aldum Manut. Quæsitis per Epist. Casaubon. ad lib. 3. Strabonis & Wouwer. de Polymat. c. 11.

46 *Qui Etesiæ & Prodromi appellantur*] Fac ex Reg. & Rottend. *appellitantur.* Gronovius.

47 *Ex alia atque alia parte cœli spirant*] Nonnemo è scriptis: *prospirant.* Neque enim sine auctore. Apulejus in Apologia: *Ea namque tabes si foras corporis prospiravit.* Gronovius.

48 *Quia plus paullo adbibi effudissem*] Reg. *effusissem.* Rot. *effussissem.* Recte Gebhardus *effutiissem*, 1 Antiq. 15. quo verbo noster & lib. 5 cap. 1. utitur. *Gronovius.* Sed & in Reg. & Rott. videtur esse *quoniam*, in solita nota *qm.* Certe Salmasius in collatione vocem eam explanatam adscripsit mox pro vulgata *quasi*, ubi etiam exstant duæ istæ literæ in MS.

49 Ἀκρόασις ἐπιδεικτική] MS. Regius ἐπιδεικλιακτικα, quod præclarum, si restitueris ἐπιδεικλιαστική, nempe ab verbo ἐπιδεικλιάω, quod etiam dixerunt præter ἐπιδεικνύειν, etsi istud derivativum huc usque sit ignotum. *Jac. Gronov.*

neque honeſtum eſt, inquit, neque commodum. Hæc nobis Favorinus in eo, quo dixi, tempore apud menſam ſuam ſumma cum elegantia verborum, totiuſque ſermonis comitate atque gratia denarravit. Sed quod ait ventum, qui ex terra Gallia flaret, *Circium* appellari, [50] M. Cato tertio libro Originum eum ventum [51] *Cercium* dicit, non *Circium*. Nam quum de Hiſpanis ſcriberet, qui [52] citra Hiberum colunt, verba hæc poſuit: [53] *Sunt in his regionibus ferrariæ, argenti fodinæ pulcherrimæ, mons ex ſale mero magnus:* [54] *quantum demas, tantum adcreſcit. Ventus Cercius, quum loquare, buccam implet: armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit.* [55] Quod ſupra autem dixi, Eteſias ex alia atque alia cœli parte flare, haud ſcio an ſequutus opinionem multorum temere dixerim. P. Nigidii in ſecundo librorum, quos de vento compoſuit, verba hæc ſunt: [56] [57] *Eteſiæ & Auſtri anniverſarii*

50 *M. Cato*] Locus Catonis de vento Circio apud Gallos illuſtris eſt, ac mihi intelligendus videtur de campis illis ſaxoſis, qui inter Maſſiliam & Rhodani oſtia ſunt, in quibus teſte Strabone lib. 4. ἐν μέσῳ δ' ὕδατα, καὶ ἁλυκίδες ἐνίστανται καὶ ἅλες, & ſuperior quidem omnis regio προσήνεμος eſt, ſed in hunc maxime campum incumbunt, φασὶ γὰρ σύρεσθαι καὶ κυλινδεῖσθαι τῶν λίθων ἐνίους (quibus hic campus refertus eſt, unde λιθώδης dicitur) κατακλᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημάτων καὶ γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος ἀπὸ τῆς ἐμπνοῆς. Omnino de eadem re uterque loquitur. Ecce enim & ſalinæ & plauſtrum & armatum hominem. Cercius μελαμβόρειον πνεῦμα Strabo. Hi campi lapidei dicuntur Herculis præliorum memoria. Plinius lib. 3. cap. 4 de prælio Herculis in his locis contra Ligures, ubi ſaxis deſtituto Herculi Jupiter imbrem lapideum miſit. Æſchylus apud Strabonem lib. 4 elegantiſſimis verſibus. Sed jam hæc præoccupavit Caſaub. in Strabonem. *Hen. Valeſius.*

51 *Cercium non Circium*] Sic quoque Apulejus de Mundo. Id vero potuit contigiſſe interventu alicujus librarii, prout ita videmus vulgo apud Livium XXVIII, 22 alterum Bætis amnis nomen proferri *Cirtium*, quum emendatiſſimæ membranæ edant *Certim*, fortaſſis veram originem hujus appellationis, de qua tam furibunde contenditur, etiam Voſſio ad Melam agnoſcente Latinum vel Græcum, quum & Hiſpanis notum teſtentur tam Cato, quam Vulcanius ad Apulejum. *Jac Gronov.*

52 *Citra Hiberum*] Qui fluvius Hiſpaniæ nobiliſſimus per diviſionem olim Hiſpaniæ ſub imperio Punico & Romano.

53 *Sunt in his regionibus*] Reg. Rot. Lincoln. *ſed* pro *ſunt*. An fuit? *Stricturæ in regionibus ferrariæ*. Idem enim verbum ei rei proprium. Vide infra. *Gronovius.*

54 *Quantum demas, tantum adcreſcit*] Rott. *adorreſcit*. Reg. *adoreſcit*. Videtur velle *adoleſcit*. Plinius 6, 32. *arborum ibi proceritatem ad* 114 *pedes adoleſcere*. Idem 7, 16, *adoleſcit in tria cubita triennio*. Idem.

55 *Quod ſupra autem dixi*] Non ipſe dixerat, ſed Favorinus. Numquid igitur? *Quod ſupra autem dixit eteſias ex alia atque alia parte cœli flare, haud ſcio an ſecutus opinionem multorum temere dixerit.* An vero, *dixi?* nempe in perſona Favorini. *Gronovius.* In eodem autem Regio legitur *Publii enim Nigidii.*

56 *Auſtri anniverſarii*] Λευκονότοι Ariſtoteli Meteor. lib. 2. cap. 5, qui ſtata anni tempeſtate quoque ſpirant, ut Eteſiæ, & nubila detergent, ſerenitatemque reddunt. Horatius:

Albus ut obſcuro deterget nubila cœlo
Sæpe Notus ———

Sicuti autem Eteſiæ æſtate, ita Leuconoti verno tempore ſpirant, juxta Theophraſtum; Auctor tamen libri de mundo hybernum illis tribuit tempus & melius. Sicut enim Eteſiæ poſt ſolſtitium flare incipiunt, ita ex adverſo poſt brumam noti. Ariſtoteles Meteorol. lib. 2. cap. 5. de Eteſiis ventis: γίνονται μὲν γὰρ οἱ καλούμενοι λευκονότοι τὴν ἀντικειμένην ὥραν, οὐχ οὕτω δὲ γίνονται συνεχεῖς. Eteſiæ poſt ſolſtitium, Anniverſarii noti τὴν ἀντικειμένην ὥραν. Ergo poſt brumam. Non itaque eidem venti Eteſiæ, & auſtri anniverſarii, ſed diverſi imo adverſi. In eo tantum conveniunt, quod anniverſarii ſint & ſtato tempore ſpirent. Sicuti enim à ſolſtitio ſpirare auſpicantur Eteſiæ, quo tempore ſol deſcendit ex ſeptentrionali circulo, ita ab eadem plaga ſunt Eteſiæ.

sarii secundo Sole flant. Considerandum igitur est quid sit [58] *secundo Sole.*

Etesiæ. Unde *flabra Aquilonum* Lucretio vocantur. Secundo itaque sole, id est, secundum cursum solis spirant. Austri quoque anniversarii secundo sole post brumam flant à meridie, quando Sol ex meridie cursu converso contra septentriones ascendit. Hæc ex Salmasio, quem vide ad Solinum pag. 1260. & 1261. Rutgersius male austros anniversarios cum Etesiis confundit, quos à meridie flare autumat. Vide Var. Lect. l. 3. cap. 15.

57 *Etesiæ & austri anniversarii*] Lege ex Reg. & Rot. *Et etesiæ & austri.* Quod autem Gellius considerandum ait, quid sit *secundo sole*, quid aliud significat quam ignorantiæ confessionem, inquit Salmasius, & ostendit ita dici, ut *secundo amni defluere*, in Solin. p. 1261. Recte, sed post Joh. Isacium Pontanum Analect. 1, 10. *Gronovius.* Porro Regius vocem secundam scribit Græce ΕΤΗΣΙΑΙ, & Lincolniensis habet *hec sunt* gs *& austri*, ut Nigidius Græce illos appellaverit.

58 *Secundo Sole*] Ita secundo Sole flare ventus dicitur, qui contra cursum solis non flat, sed à sole fertur. Ventus enim qui cum sole oritur, & à parte solis flat, & cum sole occidente cadit, is omnino secundo sole spirat. Vide Salmasium ad Solinum p. 1260. & 1261. diffuse differentem. Est igitur *secundo Sole* eodem modo dictum, quo *secundo vento.*

CAP. XXIII.

Consultatio dijudicatioque locorum facta ex comœdia Menandri & Cæcilii, quæ Plocium *inscripta est.*

COMOEDIAS lectitamus nostrorum poëtarum sumtas ac versas de Græcis, [1] [2] Menandro ac [3] Posidippo aut [4] Apollodoro aut [5] Alexide, & quibusdam item aliis comicis. [6] Neque quum legimus eas, nimium sane displicent, quin lepide quoque & venuste scriptæ videantur,

1 *Menandro*] Qui insignis Comœdiæ scriptor floruit Olympiade 115. infr. XVII, 21 complures que fabulas edidit, eod. lib. cap. 4, quem secutus præter alios Terentius, elegantia & puritate stili nulli secundus. In Andria Menandri ejusdem nominis fabulam & simul Perinthiam expressit, sicut & Eunuchum Menandri & Colacem una fabula, Heautontimorumenon, & Adelphos in Latinam linguam vertit. Donatus in ejus vita. Refert idem Donatus ex Consentio, Terentium redeuntem è Græcia periisse in mari, cum centum & octo fabulis conversis à Menandro; alii tædio amissarum fabularum morbo implicitum periisse tradunt. C. Cæsar ideo illum dimidiatum Menandrum appellavit. Quantus autor fuerit Menander ex Quintiliano lib. 10. c. 1. liquet: *Menander*, inquit, *meo quidem judicio diligenter ad cuncta, quæ præcipimus, efficienda sufficiat. Ita omnem vitæ imaginem expressit; tanta in eo inveniendi copia, eloquendi facultas, ita est omnibus rebus & personis & affectibus accommodatus.* Obiit in Piræo natans Olympiade 122, ut testatur Eusebius. Eum solitus sequi Cæcilius 111, 16.

2 *Menandro ac Posidio aut Apollodoro*] Sic Aldina. Ro. & Ven. *Posodio.* Rot. *Posidonio.* Forte, *Posidippo*, quem Comicum nobilem fuisse constat. Et sic habet Badiana. *Gronovius.* Et in editione parva anni 1651 id ex Lilio Giraldo monitum.

3 *Posidippo*] Ita legendum, non *Posidio.* Cujus Comœdiæ ab Athenæo, Polluce, & Harpocratione citantur. Suidas quoque ejus mentionem fecit, & triennio post Menandri obitum fabulas scripsisse affirmat.

4 *Apollodoro*] Comico ejusdem ætatis, quem Terentius in Hecyra & Phormione expressit. Apollodorus autem Gelous intelligitur. Fuere enim etiam Comici Apollodorus Carystius, & Tarsensis.

5 *Alexide*] Cujus fabulæ crebro ab Athenæo & Stobæo citantur.

6 *Atqui cum legimus eas, nihil sane displicent*] Lege ex tribus membranaceis: *Neque cum legimus eas nimium sane displicent.* Hoc est, & cum leguntur solæ, non valde displicent, vel, aliquo modo placere possunt. Est enim admiratione Græcorum paullo iniquior Romanis suis, & hoc nomine jam aliquoties, forte nec immerito vapulavit. Lincoln. quoque, *neque tamen legimus.* Gronovius.

7 Ja-

tur, prorsus ut melius posse fieri nihil censeas. At enim si conferas & componas Græca ipsa, unde illa venerunt, ac singula considerate atque apte junctis & alternis lectionibus committas, oppidò quam [7] jacere atque sordere incipiunt, quæ Latina sunt: ita Græcarum, quas æmulari nequiverunt, facetiis atque luminibus [8] obsolescunt. Nuper adeo usus hujus rei nobis venit. Cæcilii Plocium legebamus: haud quaquam mihi & qui aderant displicebat. Libitum est Menandri quoque Plocium legere, à quo istam comœdiam verterat. Sed enim postquam in manus Menander venit, à principio statim, di boni! quantum [9] stupere atque frigere, [10] quantumque mutare à Menandro [11] Cæcilius visus est! [12] [13] Diomedis hercle arma & Glauci non dispari magis pretio æstimata sunt. Accesserat dehinc lectio ad eum locum, in quo maritus senex super uxore divite atque deformi querebatur, quod ancillam suam, non inscito puellam ministerio, & [14] facie haud inliberali, coactus erat venundare suspectam uxori quasi pellicem: [15] nihil dicam ego quantum diffe-

7 *Jacere atque sordere*] Vera sunt, si quis infantiam Romanæ poëseos cum Græcorum ingeniis comparet. Verum ubi poësis Romana ad fastigium pervenit, etiam Græcos nonnulli poëtæ superarunt. Vide Macrobium 5. Saturn: inprimis cap. 9. & Julium Cæsarem Scaligerum in Critico.

8 *Obsolescunt*] Gratiam dicendi ut obsoleta amittunt.

9 *Stupere atque frigere*] Hoc de iis dicitur, quæ parum habent artis & ingenii.

10 *Quantumque mutare à Menandro*] Sic MSS. sic Romana & Veneta. Aldus, Badius, Gryphius exhibendo *nutare* occasionem dederunt Palmerio Mellero illud revocandi in 14 Spicilegiorum. Et notum Catulli: *tantum abhorret ac mutat*. Quin & noster lib. 13, 3. *necessitudinem & necessitatem mutare longeque differre*. Regius tamen *quæcumque*. Itaque non possum quin suspicer edidisse Gellium: *quantum stupere atque frigere, quæcumque mutuatur à Menandro, Cæcilius visus est*. Nempe stupere ac frigere in illis, quæ mutuatur. *Gronovius*.

11 *Cæcilius*] Quem malum latinitatis autorem appellat Cicero lib. 7. Epist. ad Atticum Ep. 3. Sed adde infra xv, 24.

12 *Diomedis hercle arma*] Notum est proverbium, χρύσεα χαλκείων. Vide Homerum Il. 6. & Horat. lib. 1. Satira 7.

13 *Diomedis hercle arma & Glauci*] Quid sibi volunt, cum in voce notissima tritissimaque vacillant codices? το *arma* nusquam integrum. Regius *herclea merca & Glauci*. Rott. *hercleamerca & Glauci*. Scheff. *hercle amecta & glauci*. Lincoln. *hercle amerta & Gl*. Est præterea qui *hercle armamenta*. Aliquid latet. Cogitabam, *Diomedis hercle ἀμοιβαῖα & Glauci non dispari magis pretio æstimata sunt*. Sic enim, non *existimata*. Gronovius.

14 *Facie non inliberali*] Plautus Epidico: *forma lepida & liberali*. Persa 4, 3. *adduxit simul Forma expetenda liberalem mulierem*. Terentius Eunucho: *honesta facie & liberali*. Tamen è quodam veteri libro Lipsius, *inlætabili*. Nostræ aves non addicunt. *Gronovius*. Sed & Regius *facie haud illiberali*. Quæ particula cur non retinetur? Nunc sane restitui.

15 *Nihil dicam ego, quantum differat versus utriusque eximius*] Non nauci hæc oratio. Quod facile sensit Janus Guilelmius 2 Verisimil. 24, & non incommode subjicit: *quantum differant. Versus utriusque eximios sit satis*. Αλλη tamen δῦν βαλανιστέον. Primum, *quantum differat* mutari metuit. Intelligendum enim, *inter eos*. Cicero act. 1 in Verr. *At vide quid differat inter opinionem meam & tuam*. Lib. 1 de nat. deor. *Si enim nihil inter deum & deum differt*. Deinde Rot. & Regius & Lincoln. *utriusque eximius si & aliis ad judicium faciendum exponi*. Scribes igitur: *Versus utriusque eximi jussi, & aliis ad judicium faciundum exponi*. Loquitur ut solebant veteres in studiis adjutore anagnosta vel librario utentes. Similiter lib. 1, 23. *Ea Catonis verba huic prorsus commentario indidissem, si libri copia fuisset id temporis, cum hæc dictavi*. Lib. 3 cap. 18. *Versum quoque Laberii, in quo id vocabulum positum est, notari jussi*. Horatius lib. 1 Sat. ult. *I puer atque meo citus hæc subscribe libello*. Gronovius.

differat verſus utriuſque eximi juſſi, & aliis ad judicium faciendum exponi. Menander ſic:

16 17 18 Ἐπ' ἀμφοτέραν ἴν' ὁπίκληρος ἢ μέλλειν καθυδήσειν
Κατεργάσασα μέγα καὶ περιδόητον ἔργον,
Ἐκ τῆς οἰκίας ἐξέβαλε τὴν λυπῆσαν, ἣν ἐβούλετο.
Ἵν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρεωβύλης πρόσωπον;
19 Ἡ γ' εὔγνωστος 20 εἶχέ με γυνὴ δέσποινα,
Καὶ τὴν ὄψιν ὧν ἐκτήσατο ὄνος ἐν πιθήκοις.
Τί τὸ λεγόμενον ἐστί; δὴ τοῦτ 21 σιωπᾶν βούλομαι
Τὴν νύκτα τὴν πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν.
Οἴμοι Κρεωβύλην λαβεῖν ἐμέ, καὶ δέκα τάλαντα;
Γυναῖον ὅσα πηχέως. 22 Εἶτ' ἐστὶ τὸ φρύαγμα a

Εἰ-

a *In utramque quia dotata eſt dormiet,*
Magno & egregio confecto negotio.
Domo ejecit mœſtam, quam cupiebat,
Ut omnes intueantur Creobulæ faciem,
Illa autem bene nota habet me uxor domina
Et aſpectum eorum, quæ poſſidet aſinus inter ſimias.
Quod dicitur? ſane iſtud tacere volo
Noctem plurimorum malorum auctorem.
Me miſerum, qui Creobulam duxi, & talenta decem,
Mulierculam cubitalem, cujus eſt ſuperbia

Ἐπ' ἀμφότερα νύ χ' ὁ 'πίκληρος ἅτα
Μέλλει καθευδήσειν, κατεργάσασα μέγα
Καὶ περιδόητον ἔργον. Ἐκ τῆς οἰκίας
Ἐξέβαλε τὴν λυπῆσαν, ἣν ἐβούλετο.
Ἵν' ἐπισκέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρεωβύλης
Πρόσωπον· ἡ γ' εὔγνωστος εἶχε με γυνὴ
Δέσποινα καὶ τὴν ὄψιν, ἣν ἐκλήσατο,
Ὅνος ἐν πιθήκοις ἐστὶ δὴ τὸ λεγόμενον.
Τοῦτ' ἐσιωπᾶν ἐστιν, εἰ μὴ βούλομαι.
Βδελύττομαι τὴν νύκτα τὴν πολλῶν κακῶν
Ἀρχηγόν· Οἴμοι Κρεωβύλην λαβεῖν ἐμέ,
Καὶ δέκα τάλαντα! Γύναιον ὅσα πηχέως
Οἴη 'στὶ τὸ φρύαγμα, πῶς ἀνυπόστατος.
Μὰ τόντ' Ὀλύμπιον κ' Ἀθηνᾶν ἐδαμῶς.

Gronovius.

16 Ἐπ' ἀμφοτέραν] Joſephus Scaliger totum hunc Menandri locum à capite ad calcem ſuis numeris ſimul & priſtinæ lectioni reſtituit ad hunc modum.

Ἐπ' ἀμφότερον νῦν ὁ 'πίκληρος ἐς
Μέλλει καθευδήσειν κατεργάσασα μέγα
Καὶ περιδόητον ἔργον, ἐκ τῆς οἰκίας
Ἐξέβαλε τὴν λυπῆσαν, ἣν ἐβούλετο,
Ἵν' ἐπιλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρεωβύλης
Πρόσωπον· ἡ γ' εὔγνωστος εἶχέ με γυνὴ
Δέσποινα καὶ τὴν ὄψιν ὧν ἐκτήσατο
Ὄνος ἐν πιθήκοις. τί τὸ λεγόμενόν ἐστι δὴ
Τοῦτ'; ἐ σιωπᾶν ἐστιν εἰ μὴ βούλομαι,
Οἷόν τε μισῶ τὴν νύκτα τὴν πολλῶν κακῶν
Ἀρχηγόν, οἴμοι, Κρεώβυλην λαβεῖν
Καὶ δέκα τάλαντα, γύναιον ὅσαν πηχέως.
Εἶτ' ἐστὶ τὸ φρύαγμα πως ἀνυπόστατον,
Διὰ τὸ Ὀλύμπιον, καὶ Ἀθηνᾶν ἐδαμῶς
Παιδιὰ σκάριον, θεραπευτικόν τε λόγου. τάχιον
Ἀπαγχεσθω δὲ τις, ἢ γραῦν εἰσάγοι.

17 Ἐπ' ἀμφοτέραν ἴν' ἐπίκληρος] Miſere adhuc habiti verſus: ſed juſti ſunt jambici ſenarii & facile in numerum redigendi, niſi ubi valde corrupti ſunt. Nihil verat tentare, quod utcumque cadat, conatus laudabitur:

18 Ἐπ' ἀμφότερα] Intelligi poteſt ἀκοήν. Sed parum conſtant ſequentia. Nam ἴν' ἐπίκληρος ἢ, ſonat, *ut ſit ex aſſe bonorum patriorum hæres*, vel *dotata*, *locuples*. Tum etſi ſignificet, *quandoquidem eſt*, ut tranſtulerunt, id nihil ad rem faceret. Non enim Μέλλει (ſic enim pro Μέλλειν legimus) καθευδήσειν, quia locuples eſt, ſed ipſa locuples ſecura omnes contemnet ob rem ex ſententia geſtam. Νύ χ' eſt Homericum νύ κε. Gronovius.

19 Ἵν' εὔγνωστος] Dixerat omnium eam in ſe converſuram oculos. Ab eo lepide deflectit ad formam vituperandam. Et eſt illa uxor domina ſatis conſpecta etiam ob vultum, quem ſortita eſt, (ideo ἣν ἐκτήσατο, non ὧν) Aſinus inter ſimias eſt, ut vulgo dicitur, hoc eſt, deformiſſima inter turpes. *Gronovius.*

20 Εἶχέ] Adſcriptum in margine Codicis Gelliani, ὡς μ' ἔχει.

21 Σιωπᾶν] Lege, ἐ σιωπᾶν.

22 Εἶτ' ἐστὶ τὸ φρυαγμα] Fecimus, Οἴη 'στὶ τὸ φρύαγμα, Muliercula vix cubitum implens ſtatura, qualis eſt faſtu, ut intolerabilis. *Gronovius.*

Εἶπας ἀνυπόστατον. [23] Δία τ' Ὀλύμπιον,
Καὶ Ἀθηνᾶν, ὑδαμῶς παιδισκάριον, θεραπαινικὸν δὲ
Λόγῳ τάχιον ἀπαγέσθω δέ τις ἢ δὲ ἀντεισαγάγοι.

Cæcilius autem sic.

SEN. *Is demum miser est, qui ærumnam suam nequit*
Occultare. MA. *Fere ita me uxor forma & factis facit.*
Si taceam; [24] *tamen indicium est. Quæ, nisi dotem, omnia*
Quæ nolis, habet. Qui sapit, de me discet; qui, quasi
[25] *Ad hostes captus, libere servio, salva urbe atque arce.*
Quæ mihi quidquid placet: [26] [27] *eo privatu' vin' me servatum?*
Dum ejus mortem inhio, egomet vivo mortuus
Inter vivos. Ea me, clam se, cum mea ancilla ait
[28] *Consuetum. Id me arguit. Ita plorando, orando,*
Instando atque objurgando me obtudit, [29] *uti eam*
Venumdarem. Nunc credo inter suas æqualis
Et cognatas sermonem serit: [30] *Quis vestrarum fuit*
Integra ætatula, quæ hoc itidem à viro
Impetrarit suo, quod ego anus modo
Effeci, pellice ut meum privarem virum?
Hæc erunt concilia hodie. Differor sermone miser.

Præter venustatem autem rerum atque verborum in duobus libris nequaquam parem, in hoc equidem soleo animum attendere; quod quæ Menander præclare & appositè & facetè scripsit, ea Cæcilius [31] nequaquam

Velut intolerabilis est. Iovem Olympium,
Et Minervam testor, nequaquam puellulam, famulam vero
Dicto citius quis abigat, vel in vicem ducat.

---

23 Δια τ' Ολύμπιον] Lego, Μὰ τὸν τ' Ολύμπιον. Gronovius.

24 *Tamen indicium est*] Verbum substantivum ab Regio MS. rejicitur. *Jac. Gron.*

25 *Ab hoste captus libere servio*] Rectè Carrio, *Ad hostes*, & sic scripti. Propertius: *ad vestros sedeam captiva penates.* Sed etiam legendum: *liber servio.* Ego, qui liber sum, servio, & id salva republica, quæ præstat libertatem civibus. *Gronovius.*

26 *Eo privatus*] Antiqua Veneta ita legit,
Quæ mihi quicquid placet, eo privatum.
Forte legendum, *privatum it.* H. Steph. *eo privat. tu vin' me servatum?*

27 *Eo privatum vin me servatum?*] Nihil hic sani. Tentabam: *eo privatum it vi me ingratiis.* Gronovius.

28 *Consuetum*] Consueviſſe, rem habuiſſe. De Passivis activè sumptis vide Voss. lib. 3. de Analog. cap. 5.

29 *Uti eam Venumdarem*] Reg. & Rott. *eam uti venderem.* Gronovius.

30 *Quæ vestrum fuit Integra ætatula quæ hoc itidem*] Reg. & Rot. *Quis vestrarum fuit integra ætatula quæ hoc idem.* Optimè. Nam τὸ *Quis* quo genere & numero declinarent, antiqui non observabant, ut notat Donatus. Terentius Eunucho 4, 4 introducit ancillam loquentem: *hunc oculis suis Nostrarum nunquam quisquam vidit, Phædria.* Habes & *vestrarum* pro *vestrum* assertum. Vetus Poëta apud Varronem: *Quis tu es mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine?* Gronovius. Id Hier. Columna ad Ennium pag. 331 vindicat huic poëtæ.

31 *Nequaquam potuit, ne quidem conatus est*] Sic Carrio, cum ederetur: *& quidem conatus est.* Sed male cohæret oratio. Scripti *nequa potuit qui conatus est.* Lege: *neque potuit, neque conatus est enarrare.* Gronovius. Verum unde hoc obrepserit, non adse-

quam potuit, ne quidem conatus est, enarrare; sed quasi minime probanda prætermisit; [32] & alia nescio quæ mimica inculcavit, & illud Menandri de vita hominum media sumtum simplex & verum & delectabile, nescio quo pacto, omisit. Idem enim ille maritus senex cum altero sene vicino colloquens, & uxoris locupletis superbiam deprecans, hæc ait:

Ἔχω δ' [33] ἐπίκληρον Λαμίαν· οὐκ [34] εἴρηκά σοι
Τοῦτ' ἐχί, κυρίαν τ' οἰκίας καὶ τ' ἀγρῶν,
[35] Καὶ πάντων αὖ' ἐκείνης [36] [37] ἔχομεν ἀφ' ὅλων χαλεπῶν
Χαλεπώτατον, ἅπασι δ' ἀργαλέα ἐστὶν οὐκ ἐμοὶ μόνῳ,
Υἱῷ, πολὺ μᾶλλον δυσαλεί. Πρᾶγμα ἄμαχον λέγεις,
Εὖ οἶδα [a].

Cæcilius vero hoc in loco ridiculus magis, quam personæ isti, quam tractabat, aptus atque conveniens videri maluit. Sic enim hæc corrupit:

SE. [38] *Sed tua morosane uxor quæso est?* MA. *Quam? rogas?*
SE. *Qui tandem?* MA. *Tædet mentionis quæ mihi,*

Ubi

a *Lamiam ex asse hæredem duxi, Non dixi tibi*
Id, Non tibi Dominam domus & agrorum,
Omniumque rerum. Pro illa habemus ex uni-
versis malis
Difficillimum, quod omnibus molesta est non
mihi soli,
Sed filio filiæque multo magis. Provinciam
Inexpugnabilem narras, sat scio.

---

adsequor, quum nullus sit codex vetus, qui vocem *quidem* ita amputet; immo omnes eam retinent prorsus integram, ut inde appareat manifeste Gellium scripsisse *ne qua potuit quidem conatus est*. Jac. Gron.

32 *Et nescio quæ mimica inculcavit.*] Sic jam Romana, sic Badius. Ven. & Gryphius: *inimica*. Guilelmius 2 Verisim. 24 ait olim lectum, *quasi mimica*; unde facit: *nescio quæ ab se mimica*. Illud *quasi* unius est Aldi. Scripti ut prima editio, utque Carrio restituit. *Gronovius.*

33 Ἐπίκληρον] Isaacus Casaubonus ita hunc locum restituit:

Ἔχω δ' ἐπίκληρον Λαμία, οὐκ εἴρηκά σοι
Τοῦτ'; Οὐχί. Κυρίαν τ' οἰκίας καὶ τ' ἀγρῶν.
Ὃ δ' ἐστὶ πάντων ὅσα ἐκ κείνης ἔχομεν
Μεγάλων τε καὶ πολλῶν χαλεπῶν χαλεπώταλον,
Ἅπασιν ἀργαλέα ἐστὶν οὐκ ἐμοὶ μόνῳ,
Υἱῷ γὰρ πολὺ μᾶλλον, καὶ θύγατρί γε.
Πρᾶγμα ἄμαχον λέγεις, εὖ οἶδα. * *

Aliter apud Prousteum Grotius, sed in medio vel tertio versu simplex magis videtur exigi:

Ἐν δ' ἀντ' ἐκείνης ἔχομεν ἐξ ὅλων χαλεπῶν.

Ut in eo jocetur se quidem duxisse illam, sed pro illa redundavisse ad omnes suos aliquid molestissimum præ universis, quæ molesta sunt, ut non ipse modo hinc sit infelix, sed universi quos tangit. Ideo mutavit numerum. Locupletem intelligit, & unicam paternarum facultatum hæredem sive illi jam obvenit, sive defunctis parentibus obveniet hæreditas. Vide Pollucem in Onomastico lib. 8. & Harpocrationem.

34 Οὐκ εἴρηκά σοι. Τοῦτ' ἐχὶ κυρίαν] Distingue: Ἔχω δ' ἐπίκληρον, Λαμία. (οὐκ εἴρηκά σοι Τοῦτ', ἐχί·) κυρίαν τ' οἰκίας. Gronovius.

35 Καὶ πάντων] Ita quoque scriptum invenio, τ' πατράων ἀντικρὺς μὲν ὅλων τ', &c.

36 Ἀφ' ὅλων] Prima editio Veneta Ἀπόλλων.

37 Ἔχομεν δ' ἀφ' ὅλων χαλεπῶν] Vat. ἔχομεν Ἀπολλον ὡς χαλεπῶν. *Gronovius.*

38 *Sed tua morosane uxor*] Janus Gulielmus Verisim. lib. 2. cap. penult. ita hos versus legit:

Sed tua morosane uxor est quæso? an rogas?
Qui tandem? pudet mentionis; quæ mihi
Ubi domum adveni, assedi, extemplo suavium
Datat jejuna anima. Nil peccat suavio,
Ut evomas vult, quod foris potaveris. Thys.

Sed MS. Regius cum altero Oxon. *quam erogas.* Rott. *quam me rogas.* Lincoln. *quam erogas.* Unde legendum apparet *Quæ me rogas?* aut *Quam me rogas?* Salmasius proferebat *ah! me rogas*, vel *va!*

Ubi domum adveni [39] *ac sedi, extemplo savium*
Dat [40] *jejuna anima.* SE. *Nihil peccat de savio.*
[41] *Ut devomas volt quod foris potaveris.*

Quid de illo quoque loco in utraque comœdia posito existimari debeat, manifestum est, cujus loci hæc ferme sententia. Filia hominis pauperis in [42] pervigilio vitiata est. [43] Ea res clam patre fuit; & habebatur pro virgine. Ex eo vitio gravida mensibus exactis parturit. Servus bonæ frugi, quum pro foribus domus staret, & propinquare partum herili filiæ, atque omnino vitium esse oblatum ignoraret, gemitum & ploratum audit puellæ in puerperio enitentis: timet, irascitur, suspicatur, miseretur, dolet. Hi omnes motus ejus, affectionesque animi, in Græca quidem comœdia mirabiliter acres & illustres: apud Cæcilium autem [44] pigra hæc omnia, & à rerum dignitate atque gratia vacua sunt. Post, ubi idem servus percunctando quod acciderat repperit, has apud Menandrum voces facit:

[45] Ὦ τρὶς κακοδαίμων ὅστις ὢν πένης γαμεῖ,
[46] Καὶ παιδοποιεῖ. Ὡς ἀλόγιστος ἔστ' ἀνὴρ,
[47] Ὃς μήτε φυλακὴν τ' ἀναγκαίων ἔχει,

Εἰ

a *O ter infelix, qui pauper cum sit, uxorem ducit*
Procreatque liberos, quam inconsultus est vir,
Qui neque præsidium necessariorum habet,

me rogas. Mox etiam in Regio legitur *Ex vitio*, omisso *eo*. Jac. Gronov.

39 *Ac sedi, extemplo savium Dat jejuna anima*] Guilelmius, *assedi, extemplo savium Datat jejuna anima*. Idem, *Ut evomas, volt*. Et *datat* quidem etiam veteres editiones. *Gronovius.*

40 *Iejuna anima*] Id est, anhelitu. Iejunus autem stomachus sæpe fœtidos eructat vapores.

41 *Ut devomas vult*] Duo notat Cæcilius, ex fœtido mulieris anhelitu ventriculum irritari ad vomitum, dein facile egurgitare nimio potu turgentem. Ebrietatem itaque mariti culpat, mulierisque fœtidam animam utilem esse laboranti stomacho affirmat.

42 *Pervigilio*] Nocturnis sacris, quibus in honorem variorum numinum pervigilia indicebantur, ut Cereri, Veneri, Fortunæ, aliisque numinibus pervigilia decreta. Unde venustissimum poëma, cui titulus *pervigilium Veneris*.

43 *Ea res clam patre fuit*] Reg. & Rot. *clam patrem*. Gronovius. Ut ex Plauti Asinaria citat Nonius Marcellus. *Huic senex si quid clam uxorem suam animo fecit volup.*

44 *Pigra hæc omnia*] Quod Bourdelotius adscripsit suo codici, idem ex MS. Regio notavi *pigra ista hæc omnia*, sicut jam ante patuit vocem *isthæc* fuisse gustus Gelliani. *Jac. Gronov.*

45 Τρὶς κακοδαίμων] Ita legendum:
Ὦ τρὶς κακοδαίμων ὅστις ὢν πένης γαμεῖ,
Καὶ παιδοποιεῖθ'· ὡς ἀλόγιστος ἐς' ἀνὴρ,
Ὃς μήτε φυλακὴν τ' ἀναγκαίων ἔχει,
Μήτ' ἂν ἀτυχήσας εἰς τὰ λοιπὰ τἄβίᾳ,
Ἐ'παμφιάσαι τοῦτο δύναιτο χρήμασιν·
Ἀ'λλ' ὢν ἀκαλύπτῳ κ' ταλαιπόρῳ βίῳ
Χειμαζόμενος ζῇ, τ' ἀνιαρῶν ἔχων
Τὸ μέρος ἁπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν ὀ δυνάμενος.
Ὑπὲρ γὰ ἑνὸς ἀλέγων, πάντας νενυκτῶ.

46 Καὶ παιδοποιεῖ· ὡς ἀλόγιστος] Hoc fragmentum adscivit & Stobæus sub titulo Ὅτι οὐκ ἀγαθὸν τὸ γαμεῖν, inseruitque suo Florilegio H. Grotius, qui corrigit hic παιδοποιεῖται, & ait hoc postulare versum. Vellem, non ita paucis præcidisset. Neque enim hoc oraculum intelligo, & jambos metiri propemodum scio. *Gronovius.*

47 Ὃς μήτε φυλακὴν τ' ἀναγκαίων ἔχει] Interpretantur: *Qui necessarias quoque res non custodit: Qui neque necessariarum studium rerum gerit: Qui neque præsidia in præsens habet.* Tolerabilius hoc postremum: tamen abest aliquid, quod desiderat auctor Græcus; & additum est, quod ille non desiderat. Nam τ' ἀναγκαίων est ab ὁ ἀναγκαῖος necessarius, amicus. Φυλακὴν τ' ἀναγκαίων, *præsidia necessitudinum, præsidia ab amicis.* Eaque significat illa Cæciliana

factio

48 49 Εἰ μήτε ἀναλειχίσῃ εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου,
50 Ἐπαμφίεσθαι δυνατὸν τοῦτο λέγεσιν,
51 Ἀλλ' οὐ ἀκαλύπτῳ τῷ ταλαιπώρῳ βίῳ
52 Χειμαζόμενον, ζητῶν μὲν, ἀνιαρὸν δ' ἔχων τὸ μέρος
Ἁπάντων, 53 ἀγαθῶν ὁ δυνάμενος.
54 Ὑπὲρ οὗ ἑνὸς ἀλέγων, ἅπαντας νυθετῶ[a].

Ad horum autem ſinceritatem veritatemque verborum an adſpiraverit Cæcilius, conſideremus. Verſus ſunt hi Cæcilii trunca quædam ex Menandro dicentis, & conſarcinantis verba tragici tumoris.

— *Is demum infortunatus eſt homo*
Pauper, qui educit in egeſtate liberos:
Cui [55] *fortuna & res ut eſt continuo patet.*

Nam

Nec adverſis oppreſſus ad communia vitæ,
Id contegere pecuniis poteſt:
Sed in deſtituta tegumentis & calamitoſa vita
Hibernans vivit, & moleſtiarum
Omnium particeps, bonorum compos eſſe nequit.
Unius rationem habens, cunctos monitos volo.

---

factio in illo: *Nam opulento famam facile occultat factio.* Quod mihi quidem dictum videtur, ut nihil melius, quicquid faſtidiat Gellius noſter. *Gronovius.*

48 Εἰ μητ' ἀνατειχίσῃ] Iſaacus Caſaubonus ita legit:

Εἰ καί τι ἡδὺ ἀτυχήσῃ εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου.

Hoc eſt,

Si enim acciderit ut incidat in gravius quoddam peccatum.

Sic accipitur ἀτυχεῖν etiam apud oratores; & evincit hanc eſſe ſententiam ſequens carmen Cæcilii ex hoc expreſſum & ſequenti,

Nam opulento famam facile occultat factio.

Mox illud vocabulum fœde depravatum eſt, ἀνακατακύπτω. Fortaſſe ſcripſerat ἀκαλύπτω. *Deſtituta & nudata opibus vita.* Deinde ſcribe ψ. 7.

ἀνιαρὸν δ' ἔχων
Τὸ μέρος ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν, ὁ δυνάμενος.

Videntur autem deeſſe quædam ex iis quæ olim Gellius adſcripſerat.

49 Εἰ μήτε ἀνατειχίσῃ] Scribe cum Stobæo & Grotio: Μήτ' ἂν ἀτυχήσας. Stobæus quoque εἰς τὰ λοιπά. Placet ſatis εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου. Cicero Lælio: *Quæ ſunt in uſu vitaque communi.* Lib. 1 de oratore: *Aliud eſt eſſe artificem cujuſdam generis & artis, aliud in communi vita & vulgari hominum conſuetudine nec bebetem nec rudem.* Eodem, *communium temporum graves caſus.* Hoc cum videret ὁ πάνυ, aſpernareturque τὰ λοιπὰ, cur in ſuperiorem verſum addidit *in præſens?* Sane cum hoc faceret, nondum videtur τὰ κοινὰ potius habuiſſe. *Gronovius.*

50 Ἐπαμφίεσθαι δύνατον] Stobæus, Ἐπαμφιάσαι. Nec video cur alteri poſtponatur. *Gronovius.*

51 Ἀλλ' οὐ ἀνακατακύπτω] Peſſime. Legendum è Stobæo, Ἀλλ' οὐ ἀκαλύπτῳ. Βίος ἀκάλυπτος, *vita obnoxia* vel *opportuna* Romanis. *Gronovius.* Quod ipſum ab aliis etiam doctis viris quum fuerit productum, & decompoſitum iſtud vulgatum ſit nullius ſententiæ, non dubitavi verum reſtituere, præſertim quum in Oratione XXXII Dionis Chryſoſtomi pag. 365, quem locum ſuo codici adſcripſerat vir eruditione maximus Henr. Valeſius, non aliter exſtaret jamdiu editum, ubi etiam explicat & certe ad hæc Menandri alludit: ὁλοκλήρως ἀθλίου μηδεμίαν σκέπην μηδὲ προβολὴν ἔχοντες ἀπὸ τῶν παθῶν· ἀλλ' οὐ ἀκαλύπτῳ τῷ ταλαιπώρῳ βίῳ χειμαζόμενοι, καθάπερ σκάφει σαπρῷ τῷ λελυμένῳ &c. *Jac. Gronovius.*

52 Χειμαζόμενος ζητῶν μὲν ἀνιαρὸν δ' ἔχων τὸ μέσον] Ex eodem: Χειμαζόμενος ζῇ, τὸ μὲν ἀνιαρὸν ἔχων Τὸ μέρος ἁπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν. Gronovius.

53 Ἀγαθῶν ὁ δυνάμενος] Suſpectum. Numquid ὁ γευσάμενος? Idem. Poteſt intelligi ἔχειν.

54 Ὑπὲρ οὗ ἑνὸς ἀλέγων] Hic verſus in Stobæo non eſt. Grotius ἀλγῶν. Idem.

55 *Fortuna & res eſt, ut continuo pareat*] MSS. *cui fortuna & res ut eſt continuo patet.* Unde fecerunt in prima ed. *cui fortuna & res eſt ut continuo pateat.* Videtur autem ſcribendum fuiſſe: *cujus fortuna transverſis continuo patet.* Hic eſt ille βίος ἀκάλυπτος, quæ vox ſatis oſtendit alienum eſſe Carrionium *pareat.* Cicero Bruto: *cujus in adoleſcentiam per medias quaſi laudes quadrigis vehentem transverſa incurrit miſera fortuna reipublicæ.* Seneca de vita beata 15. *morbos dico, funera, debilitates, & cætera ex transverſo in vitam humanam incurrentia.* I-

Nam opulento famam facile occultat [56] *factio.*

Itaque, ut supra dixi, quum hæc Cæcilii verba seorsum lego, neutiquam videntur ingrata ignavaque; quum autem Græca comparo & contendo, non puto Cæcilium sequi debuisse, quod assequi nequiret.

dem epist. 117. *quibus animum labantem studiis firmem; quemadmodum quæ me ex transverso ferunt aguntque, procul à me repellam.* Gronovius. Pronomen *cui* in isto casu ita vides defendi ab fide vetustatis, ut non debeat fere moveri. Unde licet illud sit persuave, tamen & sua Venus adest illis, *Cui fortuna & res, ut est, continuo patet.* Nec vero hic sensus continet aliud, quam declarationem βίου ἀναλύσεως. Unde id ipsum reposui, ut certe vetus.

56 *Factio*] Opulentiam hic teste Nonio significat, qui hunc versum, licet corrupte, citat.

CAP. XXIV.

De vetere parsimonia, deque antiquis legibus sumptuariis.

[1] PARSIMONIA apud veteres Romanos & victus atque cœnarum tenuitas non domestica solum observatione ac disciplina, sed publica quoque animadversione, legumque complurium sanctionibus, custodita est. Legi adeo nuper [2] in Capitonis Atteji conjectaneis senatus decretum vetus C. Fannio & M. Valerio Messala Coss. factum; in quo jubentur principes civitatis, qui [3] ludis Megalensibus antiquo ritu [4 5] mu-

1 *Parsimonia apud veteres Romanos*] Plinium & Plautum testem habemus, Populum Romanum non nisi farre & pulte per aliquot sæcula vulgo usum. Quod si nuptiæ, festivitas, aut lætius convivium esset; pro magno pauci pisciculi, & porcinæ aliquot pondo in obsonium adjecta. Similis in vestibus frugalitas; & omnium ditium pauperumque è lana: atque ea nativi & albidi coloris, nisi quod ditiorum splendentes paulo magis, & nitidæ à fullonia arte essent. Nam sericum, holosericum, ipsa lintea sero innotuerunt, & timide etiam in paucorum usum venerunt. *Lipsi. de Magn. Rom. lib.* 4. *c.* 5. Vide & Valerium Maximum lib. 2. cap. 5. & lib. 3. c. 3. & 4.

2 *In Capitonis Atteji conjectaneis*] Rom. & Ven. *commentariis.* Aldus, Badius, Gryphius, *collectaneis.* Reg. & Rottend. plane *conjectaneis*, ut edidit Carrio, & ita legendum monuit Fulvius Ursinus in appendice Triclinii Ciacconiani. *Gronovius.*

3 *Ludis Megalensibus*] Qui in honorem matris deûm instituebantur pridie nonas Apriles, ut patet in Calendario Romano, ubi Megalesiaci dicuntur appositis ad pridie nonas his literis *Ludi Megalesiaci*, & producuntur ad v Idus, ubi eadem vocabula apponuntur, tanquam ad indicium spatii dierum, quibus continuantur; ita tamen ut Natalis Castoris & Pollucis in eosdem incurrat a. d. VII Idus. Vide apud Lambecium in Commentariis Biblioth. Cæs. Hinc sodalitates & epulæ. Cicero in Catone majore: *Primum semper habui sodales. Sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt sacris Idææ magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice.* Et quidem mutua instituebantur convivia. Ovid. lib. 4. Fastor.

Cur vicibus factis ineant convivia, quæro,
Tum magis, indictas concelebrentque dapes?
Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit,
Captant mutatis sedibus omen idem.

Dicit poëta hoc ideo factum, quod ipsa sedem suam bene mutarit Romæ in augustiis domicilium. M. Junio Bruto institutos fuisse refert Livius lib. 37. ubi simul agit de ædis matris Idææ dedicatione. Cicero de Aruspicum responsis: *Nam quid ego de illis loquar, quos in palatio nostri majores ante templum in ipso Matris conspectu Megalensibus fieri celebrareque voluerunt?* Livius lib. 29. c. 14. Etiam comœdiæ auctoribus ædilibus hoc tempore agebantur, ut liquet ex Terentii comœdiis.

4 *Mu-*

[4] [5] mutitarent, id est, mutua inter sese dominia agitarent, jurare apud Consules [6] verbis conceptis non amplius in singulas cœnas sumtus esse facturos, quam centenos [7] vicenosque æris, præter olus & far & vinum; neque vino alienigena, sed patrio, usuros; neque [8] argenti in convivio plus pondo, quam libras centum illaturos. Sed post id senatus consultum [9] lex Fannia lata est, quæ [10] [11] ludis Romanis, item [12] ludis plebejis & [13] Saturnalibus, [14] & aliis quibusdam diebus, in singulos dies

4 *Mutitarent*] H. Stephanus & Turnebus Adv. lib. 2. cap. 24. *mutuitarent* legendum putant. Mutuitare autem denotat mutua celebrare convivia, alii *mutitare* hic dici autumant, quod epulas inter se mutarent, & vicissim convivia conviviis. Durantius Cascellius lib. 2. Var. c. 2. *munitare* legit, quod priscis manducare, ut putat, denotat. Sed flocci est illa observatio. Legendum vel *mutuitarent*, vel ex eo correpte *mutitarent*. Forte dicendum sacram esse vocem, ἀπὸ τῆ μυεῖσθαι, vel μυεῖν, quod & sacra docere, initiare significat.

5 *Mutitarent, id est, mutua inter sese dominia agitarent*] Sic Romana & Veneta. Aldus, Badius, Gryphius *convivia*. Ea occasio fuit Fulvio, quo dictum est loco, & Lipsio 1 Saturn. 19 restituendi *dominia*. Et sic Rottend. Regius *domina*. Sed ubique *mutitarent*, non *mutuitarent* placitum Turnebo, Fulvio, Stephano, vetantibus & scriptis lib. 18 cap. 2 & Ovidio 4 Fastorum: *Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit, Captant mutatis sedibus omen idem*. Gronovius. Quare igitur Heinsius ad citatum locum ex Fastis Ovidii negat in verbo *mutitare* satis constare lectionem, adeo ut *mutuitare* veram esse lectionem apud Gellium se opinari dicat, quum omnes MSSti retineant *mutitare*? Nimirum illud præcedere debebat, ut inde procederet ad id, quod nunquam probare poterit, ut *mutuiter* ex Varrone audimus, sic etiam fuisse adjectivum *mutuitus*, & Ovidio contra omnium MSStorum fidem ipro *Tum magis* violentissime ingereret *Mutuita*. Interim in hoc Gelliano decidere nequivit Pricæus ad Appuleji apologiam pag. 189. *Jac. Gronov.*

6 *Verbis conceptis*] Concipere verba est formulam juramenti præscribere, juxta quæ concepta verba jurabat is, à quo juramentum exigebatur. Unde & conceptio Jurisconsultis ipsa formula appellatur.

7 *Vicenosque æris*] Asses.

8 *Argenti plus pondo quam libras centum*] Scribo, *plus pondo libras centum*, extrito τῶ *quam*. quod plurimum in tali loco omittere solent ac subaudire malunt; utique non τοῖς *pondo* & *libras* interponere consueverunt. *Gronovius.*

9 *Lex Fannia*] Quam sumtuariam legem quum editio Thysii conjecisset in annum v. c. DLXXXIX, vitiose procul dubio pro DLXXXXI, prout Sigonius, Onuphrius, Pigius referunt ad annum proxime vicinum DXCII, non potuit tranquille in eo consulere Parisinæ editionis curator, scribitque [Hi consulatum inierunt anno v. c. non IↃLXXXIX, ut ait Batavus interpres, sed IↃXCIII, ut demonstrant Fasti consulares & Cassiodorus] En amari profecto cordis verba! De Cassiodoro miror. Utor enim exemplari, quo fuit usus Jos. Scaliger, qui Consulibus Q. Fulvio & T. Annio appositum numerum 600, unde si retro numeres, Fannius cum Messala veniunt in annum IↃXCII. Qui tamen Cassiodorus ab Chronologis notatus fuit ob par Consulum omissum ante Ap. Claudium & N. Fabium, hoc est, initium belli Punici primi, ubi idcirco adscripsit Scaliger *M. Valerius Maximus Q. Mamilius Vitulus*. Uter igitur erravit magis? Quid autem de ea lege scribant Athenæus & Macrobius, apud eos videre est. Pigius insuper ad annum istum DXCII citat *neque argenti facti in convivio* &c. *Jac. Gronov.*

10 *Ludis Romanis*] Qui & Circenses, instituti à Tarquinio Prisco, qui Circum maximum extruxit, postmodum annuatim Jovi, Minervæ, ac Junoni sacri, atque pridie nonas Septembris celebrati.

11 *Ludis Romanis, item ludis plebejis & Saturnalibus*] Rottendorf. fastidit repetitum *ludis*. Gronovius.

12 *Ludis plebejis*] Ex Asconio Pædiano patet esse ita dictos, quod eos exactis Regibus pro libertate plebis instituerint Romani, aut pro reconciliatione plebis post secessionem in montem Aventinum. Hos ædiles plebi edebant XVII. kalendas Novembris, & quidem per triduum.

13 *Saturnalibus*] Quæ in honorem Saturni instituta, multisque sæculis præcessisse cunabula Urbis testatur Macrobius. Tum ludus & jocus, & libertas dominabantur, servis pro tempore licentia loquendi, & faciendi.

14 *Et aliis quibusdam diebus*] Festis, quos nimirum vel publica vel privata solemnitas faciebat insignes.

dies centenos æris insumi concessit, [15] decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos; cæteris autem omnibus diebus denos. [16] Hanc Lucilius poëta legem signat, quum dicit:

——— *Fanni* [17] *centussis misellos.*

In quo erraverunt quidam commentariorum in Lucilium scriptores, quod putaverunt Fannia lege perpetuos in omne dierum genus centenos æris statutos. Centum enim æris Fannius constituit, sicuti supra dixi, festis quibusdam diebus, eosque ipsos dies nominavit: aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumtus inclusit intra æris alias tricenos, alias denos. [18] Lex deinde Licinia rogata est; quæ quum certis diebus, sicuti Fannia, centenos æris impendi permisisset, [19] nuptiis ducenos indulsit: cæterisque diebus statuit æris tricenos; quum & [20] carnis aridæ & salsamenti certa pondera in singulos dies [21] constituerit: si quic-

15 *Decemque aliis diebus*] Aliter Athenæus & Macrobius. Sed quid optime de his statui debeat, patet ex paterno Residuo Pecuniæ Veteris pag. 663.

16 *Hanc Lucilius poeta legem signat.*] Rot. Lincoln. Reg. *legem significat cum dicit Fanni centussis misellos*, sine copulativa. Nempe *s* litera more vetustissimorum eliditur. Nam *centusse misello* lusit Janus Dousa, dum vitrea fracta conglutinabat. Pudenter autem Gellius, *hanc legem significat.* Audacius, sed ut excusari possit, Macrobius, *a Lucilio festivitatis suæ more centussis vocatur.* At non ferendus jam Pighius, quum ad annum 595, quam legem, inquit, Lucilius poeta festive *Fannii centussim* appellavit. Nam *Fannii centussis misselli* vel *Fannii centussis misellum*, sunt centeni æris, quos lege Fannia impendere permissum. *Gronovius.*

17 *Centussisque misellos*] Forsan legendum, *centusse misellos* vel *misello*, quo inopia denotatur. Ita Martialis dixit:

Centum misselli jam valete quadrantes.

Invenio quoque annotatum forsan legendum esse,

——— *Fanni*

Centussis miscella ———

revera enim Fannia lex centum assibus modum fecerat sumptibus, ideoque festive Lucilius centussem appellaverat; miscellam autem, quia pro dierum ratione varia, varius quoque & frugalis modus eadem lege impositus fuerat.

18 *Lex deinde Licinia*] Quam tulit P. Licinius Crassus consul cum Cn. Lentulo anno V. C. IↃↃLXVI. Ante Liciniam, teste Macrobio, lata fuit Lex Didia, quæ legem Fanniam post annos decem & octo consecuta est. De qua idem Macrobius: *Ejus ferendæ duplex causa fuit: prima & potissima, ut universa Italia, non sola urbs, lege sumptuaria teneretur, Italicis æstimantibus Fanniam legem non in se, sed in solos urbanos cives esse conscriptam. Deinde, ut non soli qui prandia cœnasve majore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocitati essent, atque omnino interfuissent, pœnis legis tenerentur.*

19 *Nuptiis ducenos indulsit*] Ex Regio notatum, *nuptus.* Intueor Rott. ibi vero, ne qua sit dubitatio, *nupty.* Et auctore nostro dignum censeo. *Nuptus* enim idem quod nuptiæ. Statius Pietate Abascantii: *Illa quidem nuptumque prior tædasque marito Passa alio.* Aurelius Victor in Hostilio Mancino: *Eo die Numantini forte solenni nuptu filias locabant. Dies nuptûs* est dies nuptiarum. Sic ergo noster: *quæ cum certis diebus, sicuti Fannia, centenos æris impendi permisisset, nuptus ducenos indulsit, cæterisque diebus statuit æris tricenos.* Perinde est, ac si dixisset, *nuptiarum ducenos indulsit.* Intelligimus enim *nuptus diebus* vel ex præcedenti vel ex subsequenti membro. *Gronovius.*

20 *Carnis aridæ & salsam. certa pondera*] Definit ea Macrobius, *ne amplius apponeretur quam carnis aridæ pondo tria & salsamentorum pondo libra.* Hoc in Licinia fuisse expressum dicunt Latini, an & in Fannia? Illi tacent. Sed Athenæus lege Fannia concessum scribit Patribus familias, ut quotannis quindecim talenta salitarum carnium absumant. Juxta Macrobium tamen minor summa esset, nimirum mille quadringenta & sexaginta circiter pondo, si quatuor libræ singulis diebus insumantur. Annus enim constat trecentis sexaginta quinque diebus & horis fere sex. Quæ efficiunt millena sexcentena pondo mensuræ Romanæ, quia talentum respondet libris Romanis ex Vitruvio. Vide Casaubonum ad Athenæum lib. VII cap. 21, ubi etiam aridas vel salitas carnes docet dici καπισὰ κρέα & τετριχευμένα aut ἁλισὰ.

21 *Constituerit: si quicquam esset natum*] Editiones

quicquam esset natum è terra, vite, arbore; promiscе atque indefinite largita est. Hujus legis [22][23] Lævius poëta meminit in [24] Erotopægniis. Verba Lævii hæc sunt, quibus significat [25] hœdum, qui ad epulas fuit allatus, dimissum, cœnamque ita, ut lex Licinia sanxisset, pomis oleribusque instructam;

Lex Licinia, inquit, *introducitur:*
[26] *Lux liquida hœdo redditur.*

Lucilius quoque legis istius meminit in his verbis: *Legem vitemus Licini.* Postea [27] L. Sulla dictator, quum legibus istis situ atque senio obliteratis plerique in patrimoniis amplis helluarentur, & familiam [28][29] pecuniamque suam prandiorum gurgitibus proluissent, legem ad populum tulit, qua cautum est, ut [30][31] kalendis, idibus, nonisque, diebus ludo-

nes priores: *sed quicquid.* MSS. *constituit sed quicquid.* Lege: *cumque & carnis aridæ & salsamenti certa pondera in singulos dies constituisset, quicquid esset natum è terra, vite, arbore, promiscе atque indefinite largita est.* Macrobius 2, 13. *Ne amplius apponeretur quam carnis aridæ pondo tria & salsamentorum pondo libra, & quod ex terra, vite arboreve sit natum.* Festus: *Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centussibus, præter terra nata impendebantur.* In scriptis pro *aridæ* est *autem* vel *a.* quod significat *autem* (numquid *assæ?*) *tamen* pro *natum.* Gronovius. Si tamen illam vocis *cumque* prolationem licet probare, sane factam contra codices vereres Cellii, quem nunc placet ad eos exigere. Et nescio an ad exortum hujus conjecturæ vel plurimum contulerit eadem constructio tantum quod antecedens *quæ cum. . . . permisisset,* quæ recens dictabat similem sequi posse. Potes autem commode vel amare vulgatum *tricenos*; *cum & . . . constituit: sed quicquid*, vel *tricenos. Quin & . . . constituit. Sed quicquid.* Alterutrum certe innuunt MSSti. A quibus tamen adhuc turbor in illo *cum & carnis autem &*. Vide an fuerit: *fumatæ carnis autem &*. Nam illud *aridæ* sumserunt ex Macrobio. *Jac. Gronov.*

22 *Lævius poëta*] Priscianus citat Livium ex libro sexto Erotopægnion, sicut etiam Ausonius in Centone Nuptiali Livium Andronicum intellexisse videtur: sed recte putat Salmasius, verum hujus poëtæ nomen fuisse Lævium, pro quo Lælius & Livius adulteratum in libris.

23 *Lævius poeta meminit in Erotopægniis*] Quærunt, quis ille *Lævius*, quæ *Erotopægnia*? & tentant *Livius.* Sero: debuissent enim scire ex Scaligeri Ausonianis 2, 27 Lævium Alcestidem & Erotopægnia scripsisse. *Gronovius.*

24 *Erotopægniis*] Erotopægnia erant amatorii lusus, quam inscriptionem in suis quoque secuti carminibus Nævius & Pacuvius, ut Nonius Marcellus testatur.

25 *Hœdum, qui ad epulas fuit allatus*] Reg. & Rot. *fuerat.* Gronovius.

26 *Lux liquida*] Id est, vita: ita dicimus lucem intueri, pro vitam degere. Lucem autem liquidam dixit, sicut aërem liquidum poëta. Non tamen vivus fuit hic hoedus adlatus, ut opinor, sed bene apparatus, unde lux liquida jocose dicitur, quod quasi à cœna dimissus fuerit & integer servatus & non laceratus.

27 *L. Sulla dictator*] Unde ab Cornelio ejus nomine hæc lex Cornelia appellata fuit, quam ipse crebro transgressus fuit, vel in morte uxoris Metellæ, vel aliis conviviis, quæ memorat in ejus vita Plutarchus, materiam legis hujus recensente Macrobio.

28 *Prandiorum gurgitibus*] Sicut profundi gurgites aquarum omnia absorbent, ita illi conviviis etiam splendida patrimonia decoquebant. Passim Seneca & Plinius de hac re, & ex eis novitii.

29 *Pecuniamque suam prandiorum gurgitibus proluissent*] Reg. & Rot. *prandiorumque.* Unde Salmasius: *familiam pecuniamque cœnarum prandiorumque.* Gronovius.

30 *Kalendis*] Quæ Junoni sacræ erant, unde & ipsa Kalendaris appellata. Sicuti enim annum Jovis, ita menses Junonis esse existimarunt veteres. Unde Ovidius:

Vindicat Ausonias Junonis cura Kalendas.

Idibus erant sacra Idulia, quibus agna Idulis Jovi cædebatur. Nonarum tutela Deo carebat teste Ovidio.

31 *Kalendis, Idibus, Nonisque, diebus ludorum*] Lincoln. Ro. Ven. Ald. *nonisque diebusque*

ludorum, & [32] feriis quibuſdam ſollemnibus [33] ſeſtertios tricenos in cœnam inſumere jus poteſtaſque eſſet; ceteris autem aliis diebus omnibus non amplius ternos. Præter has leges [34] Æmiliam quoque legem invenimus; qua lege non ſumtus cœnarum, ſed ciborum genus & modus præfinitus eſt. [35] Lex deinde Antia præter ſumtum æris id etiam ſanxit, ut, qui magiſtratus eſſet, magiſtratumve capturus eſſet, ne quo ad cœnam, niſi ad certas perſonas, itaret. [36] [37] Poſtremo lex Julia ad populum pervenit Cæſare Auguſto imperante: qua profeſtis quidem diebus ducenti finiuntur; kalendis, idibus, nonis, [38] & aliis quibuſdam feſtivis trecenti; [39] nuptiis autem & repotiis HS. mile. Eſſe etiam dicit Capito Atejus edictum, [40] Divi-ne Auguſti, an Tiberii Cæſaris, non ſatis

Reg. & Rot. *Kalendis*, *Idibus*, *Nonis*, *diebuſque ludorum*. Gronovius.

32 *Feriis*] Feriæ publicæ vel erant ſtatæ, quod certo ſtatutoque tempore obſervarentur, ut ait Feſtus, ſicuti erant Saturnalia, Lupercalia, Agonalia, Carmentalia, vel conceptivæ, quæ quotannis in certum diem à Pontifice, vel Magiſtratu concipiebantur, ut Latinæ, Sementivæ, Paganalia, Compitalia. Erant quoque Imperativæ, quas pro arbitrio ſuo conſul vel prætor indicebat, vel erant nundinæ. De Feriis audi Ciceronem de L. L. *Feriis*, inquit, *jurgia amovento, eaſque in famulis operibus patratis habento. Itaque ut ita cadat in annuis anfractibus, deſcriptum eſto, certaſque baccas ſacerdotes publice libanto, idque certis ſacrificiis & diebus. Itemque alios ad dies ubertatem lactis, fœtuſque ſervanto: idque ne committi poſſit ad eam rem ratione curſus annuos finiunto, quæque cuique divo decoræ gratæque ſint hoſtiæ providento.* Singulis autem menſibus à Rege Sacrorum vel à Prætore feriæ proclamabantur, quibus nullum opus facere licitum erat. Vide Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16. per ſolemnes autem ferias non tantum ſtatas, quæ univerſo Populo communes quotannis certis ac conſtitutis diebus ac menſibus, & in faſtis ſtatis obſervationibus, ut loquitur Macrobius, annotatæ erant, atque ita ſolemnes dici poterant, ſed quaſcunque receptas hic intellige, forſan etiam privatas.

33 *Seſtertios tricenos*] Seſtertius nummus à ſemiſſe tertio dictus, quod duos aſſes & ſemiſſem tertii contineret, quum denarius valeret aſſes decem, ut ſic ejus foret pars quarta. Hotomannus lib. de Re nummar. legit *ſeſtertios trecenos*, ubi Agellius de feſtis diebus agit, ubi de aliis diebus, *tricenos*, pro *ternos*. Treceni ſunt ccc. ſeſtertii. Sed altera ſumma nimis exigua eſt præ illius ſæculi opibus. Si tamen lectio non mutetur, magna fuit illo tempore frugalitas. Regius ſane pro *ternos* habet *tricenos*.

34 *Æmiliam*] Quam tulit M. Æmilius Lepidus Cos. cum Q. Luctatio Catulo, anno V. C. Ↄcxv. vide Macrob. Saturn. lib. 2. cap. 13. Cibaria hæc dicitur, quod cibis modus poneretur.

35 *Lex deinde Antia*] Poſt Æmiliam paucis interjectis annis lata ab Antio Reſtione.

36 *Lex Julia*] Complures leges, ſicuti hæc lex ſumptuaria, Juliæ appellatæ, quæ tamen ab Auguſto vel latæ, vel confirmatæ. Quam legem ſperni, vetitaque utenſilium pretia indies augeri C. Bibulus & ædiles conqueruntur apud Tacitum Annal. lib. 3.

37 *Poſtremo lex Julia ad populum*] Reg. & Rot. *Poſtrema lex Julia*. Omnino melius. Vide Obſervat. *Gronovius*.

38 *Et aliis quibuſdam feſtivis trecenti, nuptiis autem & repotiis*] Reg. & Rot. *feſtis*, ut cenſuit olim & Fulvius Urſinus. Dein Rot. *nupt9 autem & repni*. Ex Regio notatum *reponi*. Lincoln. *& reponiſent milies*. An fuit, *nuptus autem & repotii ſeſtertium mille*. Nam verba antiquaria in ipſa formula legum ſic concepta fuiſſe videri poſſunt. *Gronovius*.

39 *Nuptiis & repotiis HS. mile*] In antiquis editionibus, & H. Stephani, *HS. millies*, quæ ſtupendæ luxuriæ ſumma eſſet, non parcimoniæ, quam leges ſumptuariæ præſcribunt. Scribendum *ſeſtertii mille*, qui quinquaginta Caroleis æſtimantur. Hæc non ſunt verba Thyſii, quod tamen dicit ille Hofmannus in gigantææ ineptiæ Lexico in v. Repotia, ſed jam ante centum annos monita ab J. Lipſio ad III annalem Taciti & jam expreſſerunt editiones præcedentes; ut hujus hominis miſereri oporteat. In Regio tamen plane exſtat *ſeſtertii milies*.

40 *Divi ne Auguſti*] Plures leges ſumptuarias Auguſtum tuliſſe, ex verbis Taciti lib. 3. Annal. colligi videtur, cum dicit: *Tot à majoribus repertæ leges*,

satis commemini: quo edicto per dierum varias sollemnitates à trecentis HS. [41] adusque duo milia sumtus cœnarum propagatus est; ut his saltem finibus luxuriæ effervescentis æstus coërceretur.

leges, tot quas Divus Augustus tulit, illæ oblivione, hæ (quod flagitiosius) contemptu abolitæ, securiorem luxum fecere.

41 *Adusque duo millia sumptus*] Reg. & Rot. *adusque duo* SS *sumptus.*

CAP. XXV.

Quid Græci ἀναλογίαν, quid contrà ἀνωμαλίαν vocent.

IN Latino sermone, sicut in Græco, alii ἀναλογίαν sequendam putaverunt, alii ἀνωμαλίαν. Ἀναλογία est similium similis declinatio, quam quidam Latinè [1] proportionem vocant. Ἀνωμαλία est inæqualitas declinationum [2] consuetudinem sequens. Duo autem Græci Grammatici illustres [3] Aristarchus & Crates summa ope, ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν defensitavit. [4] M. Varronis ad Ciceronem de lingua Latina liber octavus nullam esse observationem similium docet, [5] inque omnibus pæne verbis consuetudinem dominari ostendit. *Sicuti quum dicimus*, inquit, *lupus lupi, probus probi, & [6] lepus leporis: item paro paravi, [7] lavo lavi, pungo [8] pupugi, tundo tutudi; & pingo pinxi. Quumque*, inquit, *à cæno & prandeo & poto, & cænatus sum, & pransus sum, & potus sum dicamus: [9] & ab adstringor tamen & extergeor & lavor, adstrinxi & extersi,*

1 *Proportionem vocant*] Sicuti etiam Quintilianus lib. 1. testatur. Varroni dicitur *veritas & ratio quæ à similitudine oritur.* Græci ἀλήθειαν vocant.

2 *Consuetudinem*] Συνήθειαν Græci indigetant, quæ nimirum analogiæ crebro adversatur. Aliquando enim consuetudo cum analogia convenientiam habet.

3 *Aristarchus & Crates*] Analogiam ex Græcis oppugnavit Chrysippus, qui libros sex teste Varrone de Anomalia conscripsit. Diogenes Laërtius in vita Chrysippi quatuor tantum illi adsignat libros. Hunc Crates nobilis Grammaticus expressit, & contra Aristarchum, qui contrarium defendebat, librum scripsit. Est autem is Crates Mallotes, cujus Suetonius lib. de Viris Illustr. mentionem fecit, ubi vocat Aristarchi æqualem. Atque hujus discipulum fuisse Panætium ex aliorum mente refert Strabo. Crates itaque cum Aristarcho contra Analogiam certamen conseruit, & plures alii in ea materia ingenium suum ostentabant. Vide Sextum Empiricum cap. 10. adversus Grammaticos. Inter Latinos Julius Cæsar, teste Suetonio, & Terentius Varro de Analogia libros, cujus libri mutili adhuc extant, scripsere. Novissime Vossius libris quatuor de Analogia omnium industriam superavit. Quem consulere omni modo oportet.

4 *M. Varronis ad Ciceronem de lingua*] Præpositio *ad* neque in Regio neque in Rot. admissa est. Nec caret gratia vel quod is, ad quem scribitur liber, doceri dicitur, vel inflexa sic & vermiculata oratio.

5 *Itaque in omnibus pæne verbis*] Si quinque membranis fides, legendum: *docet, inque omnibus pæne verbis consuetudinem dominari ostendit.* Gronovius.

6 *Lepus, leporis*] Frustra hic Analogiam desiderat Varro, quia lepus ex Siculo est λέπορις, atque ita juxta Græcam terminationem declinarunt.

7 *Lavo, lavi*] Neque hæc similia, nam lavo olim tertiæ conjugationis fuit; quod ex Plauto, Virgilio x. Æneid. & Horatio lib. 3. Od. 5. liquet.

8 *Pupugi, &c.*] A veteri *pugo*, unde & pugio nomen accepit. Sicuti *tutudi* à *tudo*, geminata syllaba ad modum fere augmenti Græcorum. A *tudo* tudes, Festo, id est, malleus.

9 *Et ab adstringor tamen & extergeor & lavor, adstrinxi*] Sic Carrio, cum esset, *& adstringor.* Reg. & Rot. *& à destringor tamen & extergeor & lavor destrinxi & extersi & lavi.* Gronovius.

terſi, & lavi dicimus. Item quum dicamus ab Oſco, Tuſco, Græco, Oſcè, Tuſcè, Græcè : à Gallo tamen & à Mauro Gallicè & Mauricè dicimus. Item à probus probè , à doctus doctè ; ſed à rarus non dicitur rarè , ſed [10] [11] *alii rarò dicunt , alii rarenter.* Idem M. Varro in eodem libro : *Sentior* , inquit , *nemo dicit , & id per ſe nihil eſt : aſſentior tamen ferè omnes dicunt. Siſenna unus aſſentio in ſenatu dicebat : & eum poſtea multi ſecuti, neque tamen vincere conſuetudinem potuerunt.* Sed idem Varro in aliis libris, multa pro ἀναλογίᾳ tuenda ſcripſit. Sunt igitur hi tamquam loci quidam communes contra ἀναλογίαν dicere, & item rurſus pro ἀναλογίᾳ.

10 *Rarenter*] Cæcilio , Nævio , Livio Andronico, Ennio, Catoni uſitatum vocabulum. Derivatur ab inuſitato *rareo* , unde rareſco & rarefacio.

11 *Alii raro dicunt , alii rarenter*] Tres membranæ, *alii rariter*. Gronovius.

CAP. XXVI.

Sermones M. Frontonis & Favorini philoſophi de generibus colorum , vocabuliſque eorum Græcis & Latinis: atque inibi color ſpadix cujusmodi ſit.

FAVORINUS philoſophus, quum ad [1] M. Frontonem conſularem pedibus ægrum viſeret , voluit me quoque ad eum ſecum ire. Ac deinde , quum ibi apud Frontonem pleriſque viris doctis præſentibus ſermones [2] de coloribus vocabuliſque eorum agitarentur, quod multiplex colorum facies , appellationes autem incertæ & exiguæ forent: Plura, inquit, ſunt Favorinus, in ſenſibus oculorum , quam in verbis vocibuſque colorum diſcrimina. Nam, ut alias eorum [3] concinnitates omit-

1 *M. Frontonem, &c.*] Non intelligitur hic Fronto, qui ter conſul fuit, & quidem tertium cum Trajano Imperatore III. conſule. Plinius in Panegyrico : *Recepit etiam conſulatum* (Trajanus) *ut daret , noverat moderationem hominum , noverat pudorem , qui non ſuſtinerent tertiò conſules eſſe , niſi cum ter conſule.* Quem oratorem quoque inſignem fuiſſe , & poëtis hortos & ædes conceſſiſſe ad recitanda poëmata oſtendit Juvenalis, cum inquit :

Frontonis platani , convulſaque marmora clamant.

Verum intellige Cornelium Frontonem Rhetorem, quem cum Herode Attico inter præceptores M. Antonini Philoſophi enumerat Capitolinus. De quo idem auctor : *Sed multum ex his Frontoni detulit , cui & ſtatuam in ſenatu petiit.* Quem quidem etiam conſulem fecit , ſed ſuffectum in duos menſes , ut teſtatur Auſonius in gratiarum actione. Et ipſe Fronto apud Charifium in Epiſtola ad Marcum honores oblatos agnoſcit. Meminit ejuſdem Frontonis Capitolinus in vita Veri Imperatoris, & Macrobius lib. 5. Saturn. ſiccum dicendi genus illi tribuit. Hunc hìc intelligi arbitror. Plures tamen fuere Frontones, quorum mentio apud Antiquos. De illo priore , qui cum Trajano conſul fuit , puto loqui Joſephum de Bello Jud. cap. 7. qui ſub Tito in obſidione Hieroſolymitana meruit. Eundem fuiſſe tribunum Vigiliarum ex Tacito lib. 1. apparet. & huc pertinet Martialis verſus , ad Frontonem ,

Clarum militiæ Fronto , togæque decus.

ſed de variis Frontonibus, vide Onuphrii Faſtos.

2 *De coloribus*] Quæ materia torſit omnium Philoſophorum ingenia, qui hoc faciunt cauſas rimando ut intelligendo haud quicquam intelligant. Vide Julium Cæſarem Scaligerum Exercit. 315. & Thyleſium de Coloribus.

3 *Concinnitates*] Convenientes , elegantes & ido-

omittamus, [4]simplices isti & rufi & virides colores singula quidem vocabula, multas autem species differentes habent. Atque eam vocum inopiam in lingua magis Latina video, quam in Græca. Quippe qui rufus color, à rubore quidem appellatus est: sed quum aliter rubeat ignis, [5]aliter sanguis, [6 7]aliter ostrum, aliter crocum; has singulas rufi varietates Latina oratio singulis propriisque vocabulis non demonstrat, omniaque ista significat una ruboris [8]appellatione, quum tamen ex ipsis rebus vocabula colorum mutuetur; & igneum aliquid dicit, & flammeum, & sanguineum, & croceum, & ostrinum, & aureum. [9]Russus enim color & ruber [10]nihil à vocabulo rufi differunt, neque proprietates

idoneas diversitates, peculiaribus vocabulis appellandas.

4 *Simplices isti & rufi & virides colores*] MSS. *isti rufus & viridi colores*. Lege: *simplices isti, rufus & viridis, colores*. quod nescio unde acceptum jam prodidit Badius. Ante quem vulgo, *isti rufi & virides*. Gronovius.

5 *Aliter sanguis*] Purpureum tamen & aliquem sanguinei coloris confudere veteres. Plinius de Tyrio colore: *Laus ei summa, color sanguinis concreti, nigricans aspectu; idem & suspectu refulgens. Unde & Homero purpureus dicitur sanguis.* Sicut autem recentiores autores blattam purpuram vocarunt, ita blatteum sanguineum denotat, vel θρόμβον αἱματος, id est, *sanguinem concretum.*

6 *Ostrum*] Sicut apud Græcos ὄστρειον, ita apud Latinos ostrum modo pro conchylio marino, modo pro sanie sive cruore, quo vestes tinguntur, sumitur. Ita & purpura ipsum piscem & saniem denotat. A qua purpureæ pretiosissimæ vestes appellantur, quod patet ex Plinii libro 9. cap. 36. & Vitruvii libro 7. cap. penult.

7 *Aliter ostrum, aliter crocum*] Bene Carrio *crocum* ἀντὶ τοῦ *crocus*: & Rot. Regiusque confirmant. Sed videtur excidisse, *aliter aurum*, propter verba sequentia, *& croceum & ostrinum & aureum*. Gronovius.

8 *Appellatione, cum tamen ex ipsis rebus vocabula colorum mutuetur*] Scripti *mutuatur*, & ignorant τὸ *tamen*. Lege, *has singulas rufi varietates Latina oratio singulis propriisque vocabulis non demonstrat, omniaque illa significat una ruboris appellatione; tantum ex ipsis rebus vocabula colorum mutuatur, & igneum aliquid dicit.* Idem.

9 *Russus enim color*] Antiquissima Veneta editio, *Ruffus enim color & ruber nihil à vocabulo rubei differunt*. Pro *Ruffus* scribe *russus*. Aldina editio, sicut Badiana, pro *rubei*, *rufi* legit. Rubeus color vix dicitur, sed robeus antiquis. Varro lib. 2. de Re Rust. cap. 5. *Colore potissimus nigro, deinde robeo.* Et in antiqua inscriptione, *omnibus annis vitulo robeo & verre.* Virg. tamen ait lib. 1. Georg.

Nunc facilis rubea teneatur fiscina virga.

verum Servius virgam Rubeam ab oppido Italiæ Rubis dictam existimat.

10 *Nihil à vocabulo rufi differunt, neque proprietates*] Salmasius ad Solinum p. 1155 ex veterum librorum auctoritate distinguendum ac legendum ait: *nihil à colore rufi differunt neque p. o. e. d.* Ξανθὸς *autem* & ἐρυθρὸς & πυῤῥὸς & φοινὶξ *habere quasdam*: haud dubie properans & memoriæ nimis confisus: qui duo solennes morbi tantum virum sæpenumero peccare jusserunt. Nusquam in vett. lib. *à colore rufi differunt*, sed Reg. & Rot. *à vocabulo rufi dicuntur neque.* Lincoln. *nihil à vocabulo rufi dicunt neque.* Dein regius: ξανθὸς *autem* & ἐρυθρὸς & πυῤῥὸς & πυῤῥὸς & φοινὶξ *habere quasdam* sine τῷ *sed*: & hoc recte meminerat Salmasius. Rot. quoque licet hic mutilus: ξανθὸς *autem Gr.* & φοινὶξ *habere quasdam.* Diximus τὸ *Gr.* notam esse Græci vocabuli aut plurium, quæ pingere supra captum librarii hujus esset. Sed ex istis colligimus auctorem scripsisse: *Russus enim color & ruber nihil aliud vocabulo rufi dicunt; ut neque proprietates ejus omnes declarant:* ξανθὸς *autem* & ἐρυθρὸς & πυῤῥὸς & κιῤῥὸς & φοινὶξ *habere quasdam distantias coloris rufi videntur.* Illud *aliud vocabulo*, ut Horatius *alium sapiente bonoque*, & *alius Lysippo duceret ære.* Adjecimus κιῤῥὸς, neque enim frustra liber optimus & πυῤῥὸς & πυῤῥὸς. Hesychius: κιῤῥὸν πῦρ, ἐρυθρὸν, ξανθόν. Varinus Favorinus: Κιῤῥὸς, κίτρινος, Κιῤῥὸν εἶδος χρώματος, τὸ κοινῶς κίτρινον. Etiam hinc patet nulla veteris codicis auctoritate defendi illud *à vocabulo rubei*, quod è Gellio adducit vir doctus de lexicis pag. 37. *Gronovius.* Hinc igitur animadvertis perperam in editionem anni 1651 relatum esse *nihil a colore rufi*, quod & sequuta fuit Thysiana.

tes ejus omnes declarant; [11] ξανθὸς autem & ἐρυθρὸς & πυῤῥὸς & φοῖνιξ[a] habere quasdam distantias coloris rufi videntur vel augentes eum, vel remittentes, vel mista quædam specie temperantes. Tum Fronto ad Favorinum, non inficias, inquit, imus, quin [12] lingua Græca, quam tu videre legisse, prolixior fusiorque sit, quam nostra: sed in iis tamen [13 14] coloribus, quibus modo dixisti, denominandis, non proinde inopes sumus, ut tibi videmur. Non enim hæc sunt sola vocabula rufum colorem demonstrantia, quæ tu modo dixisti, *rufus* & *ruber*; sed alia quoque habemus plura [15 16] quam quæ dicta abs te Græca sunt: fulvus enim & fla-

a *Flavus & ruber & fulvus & pœniceus.*

Dein scire oportet quinque ista vocabula Græca ex Regio codice exsignata fuisse nonnisi chirographo Salmasii: non Bourdelotii, non Lambecii, non fratris, non meo, à quibus illud alterum & πυῤῥὸς ignoratur; & vereor, ut ista repetitio manum Salmasii deceperit. Inspiciat codicem, cujus illa copia est. Ista *aliud vocabulo* vellem vera: sed omni vetustatis fide solam *à* præpositionem admittente cogimur dubitare, & cur non placuit *nihil a vocabulo rufi ducunt*, ut innuat literas priores *ru* etsi in tribus vocibus sint eædem, non tamen indicare in eis aliquam cognationem? *Jac. Gronovius.*

11 Ξανθὸς] Ξανθὸς ἡ ἁλευκος est luteus pallidus, quem colorem ξανθὸν proprie Dores appellabant. Atticis autem est luteus flammeus, qui & πυῤῥὸς. Poëta crocum ξανθότριχα appellat, à quo color croceus, hoc est, luteus in rubrum vergens. Poëtæ Latini rubrum crocum vocant:

Nec fuerant rubri cognita fila croci.

Quidam τὸ ξανθὸν supra πυῤῥὸν collocant in gradibus coloris rubri percensendis, alii infra. Favorinus apud Agellium in quibusdam editionibus hoc ordine procedit in distantiis signandis rufi coloris: ξανθὸς δὲ καὶ πυῤῥὸς καὶ ἐρυθρὸς καὶ φοινικοῦς. Aliter tamen scribunt veteres libri, ex quorum auctoritate totus ille locus Agellii sic distinguendus ac legendus: *Russus enim color & ruber nihil à colore rufi differunt, neque proprietates omnes ejus declarant. Ξανθὸς autem, & ἐρυθρὸς, & πυῤῥὸς, & φοῖνιξ habere quasdam distantias coloris rufi videntur.* Ut vulgo editum est, contrarium sensum efficit Favorini menti. πυῤῥὸν facit vicinum φοίνικι, ita enim vocat puniceum. Hesychius φόινικα interpretatur πυῤῥόν. Alii πυῤῥὸν infra ξανθὸν ponunt, remittentes ac dilutiorem reddentes. *Salmas.* ad Solin. pag. 1155.

12 *Lingua Græca, quam tu videre legisse*] Quid est *legisse? utrum* ἀνεγνωκέναι, an ἑλεῖν? Neutrum profecto commodum. Scribe: *quantum videor legisse.* Sic modeste de semetipso loquitur Fronto. Quantum legendo percipere potui, agnosco Græcam linguam uberiorem esse. *Gronovius.* Nisi posterius ex duobus Græcis propositis placet intellectum ab Gellio, qui idcirco mox denuo Frontonem inducit dicentem, *quem tu Græce φοίνικα dixisti*, quia scilicet is Græcam linguam elegerat. At Prousteus in utramque autem securus interpretari potuit, *quam apparet te didicisse*: quid nisi baceli simile? *Jac. Gronov.*

13 *Coloribus quibus modo dixisti designandis*] Repone ex MS. R. pro *designandis denominandis.* Idem verbum excidit Macrobio Saturn. lib. 1 cap. 16, ubi vulgo perperam legitur: *Dies autem postridianos ad omnia majores nostri cavendos putarunt: quos etiam atros, velut infausta appellatione, damnarunt.* Rescribendum omnino: *quos etiam atros velut infausta appellatione denominarunt.* Lambecius.

14 *Quibus modo dixisti, designandis*] Rotten. quoque *denominandis*, & Fulvianus apud Muretum. Immo & Romana Venetaque editiones. Quod vero apud Macrobium lib. 1. cap. 16. *Dies autem postridianos ad omnia majores nostri cavendos putarunt, quos etiam atros, velut infausta appellatione damnarunt.* hic, inquam non ego *denominarunt*, sed *atrorum* scribi censeo. Nam *damnarunt* est quæsitæ elegantiæ, ut quod ex Lucano Florus: *hunc diem fastis Roma damnavit.* Sic Plinio 18, 12 *faba in cibis Pythagorica sententia damnata.* Potius igitur dixerit Macrobius: *quos etiam atrorum velut infausta appellatione damnarunt.* Ut translatio mollior esset adjecit *velut*, utique propter verbum *damnarunt.* Gronovius.

15 *Producta*] Vetus editio, *dicta.*

16 *Quam quæ producta abs te Græca sunt*] Carrionis est *producta*: sed MSS. ut editi prius: *quæ dicta abs te.* Gronovius.

17 *Phœ-*

& flavus & rubidus & [17] phœniceus & rutilus & luteus & ſpadix appellationes ſunt rufi coloris, [18] aut acuentes eum quaſi incendentes, aut cum colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes, aut virenti ſenſim albo illuminantes. Nam phœniceus, [19] quem tu Græcè φοίνικα [a] dixiſti, & rutilus, & ſpadix phœnicei συωώνυμ [b], qui factus Græcè noſter eſt, exuberantiam [20] ſplendoremque ſignificant ruboris; quales ſunt fructus palmæ arboris non admodum ſole incocti, unde ſpadici & phœniceo nomen eſt. Spadica enim Dorici vocant avulſum [21] è palma termitem cum fructu. Fulvus autem videtur de rufo atque viridi mixtus in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habere: ſicut [22] poëta verborum diligentiſſimus,

a *phœnicem.* b *Cognominis.*

17 *Phœniceus*] Rubicundus inſtar immaturæ palmulæ. Sed confunditur ſæpe cum puniceo; qui ſummum ſplendorem ruboris habet. Græci tamen utrumque colorem φοίνικα appellarunt, nonnunquam φοινικοῦν puniceum. ſanguineus color φοινιξ & φοῖνος, qualis purpuræ Tyriæ. A quâ tinctura Phœnices dictos eruditi arbitrantur. Sed à Phœnice, qui idem cum Erythra rege ſive Edom, qui Eſavus, ita dicti. Et hinc mare Erythræum. Edom enim, Φοῖνιξ & Erythras idem denotant, nimirum rubicundum. vide Exod. 25. cap.

18 *Aut acuentes eum quaſi incendentes*] Lege, *quaſique incendentes*: vel, *& quaſi incendentes*. Gronovius. Lenius erit *acuentes eumque ſic incendentes*. Sed quid animadverto amplius in hoc loco contigiſſe, quod miror præteritum. Nam quum Vaſcoſanus in Aſcenſiana dediſſet *aut acuentes eum, quaſi incendentes, aut cum colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes, aut virenti ſenſim albo illuminantes*, quomodo & poſtea Stephanus exhibuit & alii; tum Pariſina 1584 tantum retinuit *aut acuentes eum, quaſi incendentes, aut cum virenti ſenſim albo illuminantes*. Nec è Regia membrana quidquam annotavi, ſed nec iſti, qui pleniorem copiam verborum cum illa comparaverunt. Certe etiam ab Rottendorff. abfuiſſe video annotari voces illas *aut nigro inf. aut ver. ſ. al. illuminantes*, quæ tamen lecta ſunt in codice Schefferi, egoque iſta uberiora in Oxonienſibus MSS. legi, ut non oporteat turbari. *Jac. Gronov.*

19 *Quem tu Græce φοινικῦν dixiſti*] Reg. & Fulvianus: φοίνικα, ut ſupra Φοῖνιξ pro φοινικους. Quod junctim ſequitur, *noſter eſt*, ejurant ſcripti: mox iidem *exuperantiam* pro *exuberantiam* (ut lib. 4, 18 *fiduciæ atque exſuperantiæ ingentis.*) & *ſignificant* pro *ſignificat*: denique *ſpadici* & *phœniceo* pro *ſpadicis* & *phœnicei*. Præterea *factus Græce noſter* nullo ſenſu dicitur. Quibus omnibus diligenter exactis ſcribendum eſſe: *Nam phœniceus, quem tu Græce φοίνικα dixiſti, & rutilus & ſpadix phœnicei συνωνυμος, qui factus è Græco noſter eſt, exſuperantiam ſplendoremque ſignificant ruboris; quales ſunt fructus palmæ arboris non admodum ſole incocti, unde ſpadici & phœniceo nomen eſt.* Septem genera coloris rufi annumeravit, de quibus ſingulis deinde narrat aliquid proprium: hic de tribus *phœniceo, rutilo, ſpadice*; eo excellentiam quandam & aliquid ſplendidum rubens ſignificare, quod antea dixerat acuere & quaſi incendere colorem. *E Græco Romanum* ait factum, qui *ſpadix* appellatur: eſt enim nulla litera mutata Græce σπαδιξ. Quod quia de phœniceo non dixit, quaſi ea vox Græca idem ſignificante eſſet remotior, vereor ne *pœniceus*, pro *puniceus*, (ut *Pœnicum bellum* pro *Punico* ſolet efferre) hic, ubi ea vox occurrit, enuntianda ſit. Adde ad lib. 3 cap. 9. Jam illa, *ſpadici & pœniceo nomen eſt*, placuiſſe ante alia, quibus idem ſignificatur, monuimus ad Livium. *Gronovius.*

20 *Splendoremque*] Contradicere ſibi Gellius videtur, cum primo exuberantiam & ſplendorem coloris proponit, & deinde remiſſum ruborem inſtar immaturæ palmæ ſignificat. Conjungere hæc non debuit, cum phœniceus color diverſus ſit, licet Græci uno vocabulo φοίνικα appellent, & φοινικοῦς tamen etiam puniceus dicitur, ut ſupra dixi.

21 *E palma termitem cum fructu*] Sic & Pollux. At Heſychius ipſam palmam ſic dici innuit. Iſidorus ait Siculos ita vocare; unde Philargyrus deſcribit fructus palmarum neque diluti nimium coloris neque nimium preſſi. Colorem leucopyrum appellat Probus album & fuſcum (lege *fulvum*) ſic uti eſſe ſolet palmæ deficiens color. At Dioſcorides involucrum fructus palmæ vel etiam fructum appellat σπάθην, quam & ipſam Theophraſtus dixit palmitem vel termitem, unde poma vel racemi pendent. Sed & talis eſt badius color, Iſidoro, ἀπὸ τῆς βαίδος, quæ ramum ſive potius termitem palmæ denotat.

22 *Poëta*] Virgilius.

23 *Ful-*

tissimus, [23]*fulvam aquilam* dicit & [24]*jaspidem*, [25]*fulvos galeros*, *fulvum aurum*, & *arenam fulvam* & *fulvum leonem*; [26]sic Q. Ennius in annalibus *ære fulvo* dixit. *Flavus* contra videtur ex viridi & rufo & albo concretus, sic *flaventes comæ*, &, quod mirari quosdam video, *frondes olearum* [27]à Virgilio dicuntur *flavæ*. Sic multo ante Pacuvius [28]*aquam flavam* dixit, & *flavum pulverem*; cujus versus, quoniam sunt jucundissimi, libens commemini:

Cedo tamen pedem [29]*lymphis flavis: flavum ut pulverem*
Manibus isdem, [30]*quibus Vlyssi sæpè permulsi, abluam*;
Laßitudinemque minuam manuum mollitudine.

Ru-

23 *Fulvam aquilam*] Imitatus est Homerum, qui Il. ω. aquilam μορφνὸν appellavit.

--- Αἴετον ἦκε τελειότατον πετεηνῶν
Μορφνὸν θηρητῆρ' ὃν κὴ πέρκνὸν καλέουσι.

Inter aquilæ species ponit quoque Aristoteles de Hist. An. lib. 9. cap. 32. μορφνὸς autem & πέρκνὸς dicitur obscurus, subniger, vel etiam fulvus.

24 *Jaspidem*] Extat lib. 4. Æneidos,

--- *atque illi stellatus jaspide fulva*
Ensis erat, Tyrioque ardebat murice læna.

fulvum exponit Servius *viridem*. Plinius lib. 37. cap. 9. inter varia jaspidum genera, etiam fulvum commemorat. Hoc idem juxta Servium Didymus & Nicander affirmant. Neque tantum jaspis viridis invenitur, cujus vires prædicat Aëtius lib. 2. tetrabibl. cap. 18. sed purpurei, roseique, aliorumque colorum quoque reperitur: ita ut non opus sit *fulvam* exponere viridem.

25 *Fulvos galeros*] Ex lupina pelle. Virg. 7. Æneid. vers. 688.

--- *fulvoque lupi de pelle galeros*,
Tegmen habent capiti ---

ubi galerus pro galea poni videtur. galerus alioquin proprie sacerdotalis pileus. Servius Danielis: *Suetonius tria genera pileorum dixit, quibus sacerdotes utuntur, apicem, tutulum, galerum. Sed apicem pileum futile, circa medium virga eminente: tutulum pileum lanatum metæ figura: galerum pileum ex pelle hostiæ cæsæ.*

26 *Sic Q. Ennius in Annalibus*] Ita scribit anno 1595 Paul. Merula se emendare ad fragmenta Ennii pag. 1DCIII, (ubi etiam *aere fulva* ut scribatur exigit) quum Salmasius adscripserit *aere fulvo*; quum anno 1585 jam edidisset ita Henr. Stephanus. Sed nullus id probat codex vetus; ibi enim probatur vulgatum *sicque Ennius*. Et sane videntur in eo momentum afferre præcedentia *Sic poeta verb. dil.* quod plane est in Regio, ubi Stephanus edidit *sicut*, ut opinor, contra MSStos meliores. Nam in aliis scio ita esse. Mihi quidem videtur probatio & ipse sermo melius ita procedere. *Jac. Gronov.*

27 *A Virgilio dicuntur flavæ*] Lib. 5. Æneid. vers. 309.

Omnibus hic erit unus honos: tres præmia primi
Accipient, flavaque caput nectentur oliva.

flavam olivam viridem interpretatur Servius. Æschylus quoque ξανθὴν ἐλαίαν dixit, quod posterior pars folii videatur porracei esse coloris juxta interpretem Græcum.

28 *Aquam flavam*] Sed id sic dixit Pacuvius, ut posteriores omnes fuerint imitati. Ovidius & passim in Fastis, *Detulerit flavis in mare Tybris aquis*. Pedo ad Liviam. *Ipse pater flavis Tiberinus abhorruit undis*, quæ exempla novit etiam Cluverius. Itaque commode satis istud epitheton illi adhibetur, quia aquæ incertus color est, ut scribit Festus Pompejus in v. Aquilus, quem & ipsum colorem ideo dicit ab aqua esse nominatum. Sed addit Cluverius multo verius Sidonium Apollinarem *fluenta* dicere *Anienis cærula*. nam cæruleus color albo propinquior est, quam flavo: nempe ipsi & nobis, prout vulgo flavum vocamus. Sed antiqui sic dicunt ex viridi & albo mixtum, ut egregie & oportune Gellius noster. Sed mox Reg. & Rott. *fulvum pulverem*, quum in ipsis versibus legat uterque *favum*. Jac. Gronov.

29 *Lymphis flavis*] Id est, *aquis flavis*. flavus color proprie est, qualis in spicis maturis: talem aliquando colorem sudo cœlo aquæ præ se ferunt, aliquando purpureum vel cæruleum. Aquilus color juxta Festum ab aquâ nomen accepit, cujus incertum esse colorem dicit.

30 *Quibus Vlyssi sæpe permulsi*] Quod optime capit personam ipsius matris Vlyssis Anticleæ. De hac enim Cicero lib. 5 Tusc. Quæst. c. 16. *Hæc quæ sunt minima, bona tamen dicantur necesse est; candiduli dentes, venusti oculi, color suavis, & ea, quæ Anticlea laudat Vlyssi pedes abluens, lenitudo orationis*,

Rubidus autem est [31] rufus atrior & nigrore multo inustus. [32] [33] *Luteus* contra rufus color est [34] dilutior; unde ei nomen quoque esse factum videtur. [35] Non ergo, inquit, mi Favorine, species rufi coloris plures apud Græcos, quam apud nos nominantur. Sed ne viridis quidem color [36] pluribus à vobis vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius, colorem equi significare viridem volens, cæruleum magis dicere equum [37] quam glaucum: sed maluit verbo uti notiore Græco, quam inusitato Latino. [38] Nostris autem veteribus [39] cœsia dicta est, quæ à Græcis γλαυκῶπις [a], ut Nigidius ait, de colore cœli, quasi cœlia. Postquam hæc Fronto dixit, tum Favorinus [40] scientiam rerum uberem, verborumque

a *Noctuinum visum simulans.*

tionis, mollitudo corporis. Ut forsan ex eadem tragœdia & versus ab Gellio citati & allusio Tulliana exstiterint. *Jac. Gronov.*

31 *Rufus atrore & nigrore multo mixtus*] Gebhardus e Pal. offert *atriore nigrore & multo mixtus*, 1 Antiq. 10. Fulvianus, Lincoln. Reg. & Rot. *Rubidus autem est rufus atrior & nigrore multo inustus.* Forsan, ut *inustæ maculæ*, *inusta stigmata. Panis rubidus*, *ampulla rubida* apud Plautum & Festum. *Gronovius.*

32 *Luteus &c. color*] Qualis in ovorum vitellis, vel maturo pomo inprimis Cydonio, vel qualis in iis qui morbo Regio laborant, unde & lutea pellis Persio Sat. 7. dicitur.

33 *Luteus contra rufus color est dilucidior*] Rot. & Regius, *dilucio.* Nempe *dilutior*, ut Salmasius ad Solin. p. 256. post Gebhardum tamen 1 Antiq. 10. hic quoque post Muretum, qui ex Fulviano id profert. Neque aliter Lincolniensis. Statim iidem codices tres *unde ei quoque nomen*, non *ejus.* Ut paullo ante *spadici & pæniceo nomen.* Gronovius.

34 *Delutior*] *Dilutior* legit Salmasius, aliter, *dilucidior.* Atque inde nomen accepisse voluit auctor noster. Melius est ab herba, quæ lutum dicitur, nomen accersere. Ita Maroni croceum lutum, ita Plinio, ita Vitruvio appellatur. Quo colore nuptialia vela sive flammea tingebantur. Lucanus lib. 1.

Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Qualis herba lutum sit incertum. Isatin herbam, quæ & vitrum dicitur, quidam esse arbitrantur. Sed hæc non luteo sed cæruleo colore inficit. Vide Salmasium ad Solin. p. 254. & seq. Leonicenus de Plinii erroribus, & Ruellius Lysimachiam esse existimant. Operæ pretium est audire Vitruvium lib. 7. in fin. *Item qui non possunt chrysocolla propter caritatem uti, herba, quæ lutum* (ita legit Salmasius, vulgo *luteum*) *appellatur, cæruleum inficiunt, & utuntur viridissimo colore.* Innuere videtur luteum colorem cum cæruleo mixtum chrysocollam, quæ viridissima est, imitari. Herbam ipsam cærulo subtritam pro chrysocolla induci Plinius testatur lib. 33. cap. 5. Vide Philandrum ad caput ultimum lib. 7. Vitruvii.

35 *Non ergo, inquit, mi Favorine*] Reg. & Rot. *Non igitur, inquit, Favorine.* Gronovius.

36 *Pluribus ab illis, quam à nobis, vocabulis*] In Reg. Rot. Lincoln. non apparent *ab illis quam.* Has tres voculas inseruerunt rudi illa emendandi ratione, qui cum haberent *pluribus à nobis*, non viderent τὸ *nobis* corruptum esse ex *vobis.* Sic enim tres illi spectati libri: *Sed ne viridis quidem color pluribus à vobis vocabulis dicitur. A vobis*, id est, à Græcis, quorum tu personam sustines & causam agis. *Gronovius.*

37 *Quam glaucum*] Qua voce utitur Virgilius lib. 3. Georg. vers. 81.

Luxuriatque toris animosum pectus: honesti
Spadices, glaucique color, deterrimus albus.

38 *Nostris autem Latinis veteribus*] Ocius dele τὸ *Latinis*, quod mala manus interposuit, neque est in Regio aut Rott. aut Fulviano. Sic solet loqui, *veteres nostri.* Vide ad lib. 1. cap. 10. *Gronovius.*

39 *Cœsia*] Donatus, *Cæsius, glaucis oculis, quasi felis oculos habens, glaucos.* Hinc Minerva passim γλαυκῶπις appellata.

40 *Scientiam rerum uberem*] At quanto uberior & simplicior est locus Anonymi de vita Pythagoræ ab Holstenio editus? Ὁ ψις τὰ δώδεκα χρωμάτων ἐξὶ κριτικη, λευκοῦ καὶ μέλανος, καὶ τὰ μεταξὺ ξανθοῦ, φαιοῦ, ὠχροῦ, ἐρυθροῦ, κυανοῦ, ἀλεργοῦ, λαμπροῦ, ὀρφινοῦ. *Visus judicat de duodecim coloribus, albo & nigro & cæteris interjectis, flavo, fusco, pallido, rubro, cæruleo, purpureo, rutilo & luteo*, ut idem interpretatur. Ita & Festus in loco citato duos omnino naturales antiquis notos, id est, album & nigrum

rumque ejus elegantiam exoſculatus, [41] Abſque te, inquit, uno forſitan lingua profecto Græca longe anteiſſet. ſed tu, mi Fronto, quod in verſu Homerico eſt, id facis;

[42] Καί νυ κεν ἢ παρέλασσας ἢ ἀμφήριστον ἔθηκας[a].

Sed cum omnia libens audivi, quæ peritiſſime dixiſti, tum maxime quod varietatem flavi coloris enarraſti, feciſtique ut intelligerem verba illa ex annali quartodecimo Ennii amœniſſima, quæ minime intelligebam:

Verrunt extemplo placide mare [43] *marmore flavo:*
Cæruleum ſpumat mare conferta rate pulſum.

Non enim videbatur cæruleum mare cum marmore flavo convenire. Sed cum ſit, ita ut dixiſti, [44] flavus color viridi & albo mixtus, pulcherrime prorſus [45] ſpumas virentis maris flavum marmor appellavit.

a *Et certe aut præveniſti aut ambiguum feciſti.*

indicat; qui etiam habet Inſuaſum colorem, ſimilem luteo, qui fiebat fumoſo ſtillicidio. Et ſane videtur Fronto multum memoriæ ſuæ reliquiſſe in Italia. *Jac. Gronov.*

41 *Abſque te, inquit, uno forſitan lingua profecto*] Suſpicor ſcripſiſſe auctorem: *Abſque te, inquit, uno foret, lingua profecto Græca longe anteiſſet.* Neque enim in hac formula verbum omittunt. Terentius Phormione: *Abſque te eſſet, recte ego vidiſſem mihi.* Perſa: *Abſque me foret & meo præſidio, hic faceret te proſtibilem propediem.* Gronovius.

42 Καὶ νίκην ἐπ' ἀρετῇ] Ex Homero hauſit Iliados ψ verſu 382.

Καί νυ κεν ἢ παρέλασσ' ἢ ἀμφήριστον ἔθηκεν.

Sed paullulum inflexit ſcribendo παρέλασσας & ἔθηκας. Prorſus enim ſic codex Regius:

Καί νυ κεν ἢ παρέλασσας ἢ ἀμφήριστον ἔθηκας.

Quod ſuſpicatus etiam fuerat Stephanus. Nam *facis* à Carrione noſtri confirmant, nec neceſſe eſt *feciſti*. Gronovius. Itaque apparet vanitas Prouſtei, qui ex indicio prorſus Thyſii ſcribit [fortaſſe alluſerit Favorinus ad hunc verſum Homericum] Non enim debuerat dicere fortaſſe, ubi inſpectio codicis fideliſſimi, ſervati in Regia bibliotheca, hoc eſt, loco, cui ipſe proximus vivit, omnem ambiguitatem præcidit.

43 *Marmore flavo*] Aquas maris *marmor* appellavit, ob nitorem, ſplendorem. μάρμαρος autem Græcis λευκὸν denotat, ut Heſychius teſtatur. λευκὸν autem & λαμπρὸν denotat, quod multa luce ſplendeat.

44 *Flavus color viridi & albo*] Reg. & Rot. *colore.* Fac: *Flavus color è viridi & albo mixtus.* Gronovius.

45 *Spumas virentis maris flavo marmore appellavit*] Reg. & Rot. *ſpuma virentis maris flavo marmor appellavit.* Vatic. *flavum marmor.* Lege: *ſpumam virentis maris flavum marmor appellavit.* Gronovius.

CAP. XXVII.

Quid T. Caſtricius exiſtimaverit ſuper Salluſtii verbis & Demoſthenis; quibus alter Philippum deſcripſit, alter Sertorium.

VERBA ſunt hæc gravia atque illuſtria de rege Philippo Demoſthenis: ἑώρων δ' αὐτὸν Φίλιππον, περὶ ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας, τὸ ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον, πᾶν ὅτι ἂν βεληθῇ μέρος ἡ τύχη δοῦσα παρελέσθαι, τοῦτο προϊέμενον, ὥστε τὸ

a *Videbam autem ipſum Philippum, cum quo nobis de imperio & principatu certamen erat, oculo effoſſo, clavicula fracta, manu & crure læſum, omne denique corporis membrum, quodcunque fortuna auferre cuperet, ultro offerentem, ut vitam in cæteris honoratam & glorioſam ageret.*

τὸ λοιπὸν μὴ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν[a]. [1] Hæc æmulari volens Salluſtius de Sertorio duce in hiſtoriis ita ſcripſit: *Magna gloria* [2]*tribunus militum in Hiſpania* [3]*T. Didio imperatore,* [4]*magno uſu bello Marſico, paratu militum & armorum fuit: multaque tum ductu ejus* [5]*curata, primo per ignobilitatem,* [6]*deinde per invidiam ſcriptorum* [7]*celata ſunt:* [8]*quæ eminus facie ſua oſtentabat, aliquot adverſis cicatricibus & effoſſo oculo.* [9]*Quo ille dehoneſtamento corporis maxime lætabatur: neque illis anxius, quia reliqua* [10]*glorioſius retinebat.* De utriuſque his verbis [11] [12] T. Caſtricius cum penſi-

1 *Hæc æmulari volens Salluſtius*] Non video quid opus ſit Demoſthenis imitatione hæc ſcripſiſſe Salluſtium.

2 *Tribunus militum*] Hoc enim gradu in iſta provincia fuiſſe teſtatur aperte Plutarchus, vocans χιλιάρχον. Vulgo *tribus milibus*, etiam in antiquiſſima Veneta editione. Error inde profluxit, quod ſcriptum *trib. mil.* pro quo librarii ſubſtituerunt, *tribus milibus*. Thyſius. Reg. & Rottend. plene *tribus milibus*; unde vide, an non habuerit *tribunus militans*. Sic enim qui loquitur: ſatis intelligitur, quem tribunum dicat. Cæterum in uno codicum Oxonienſium vidi plane *Imperatore*. Jac. Gronov.

3 *T. Didio imperante.*] Sic & Rot. Lincoln. regiuſque. Fulvianus, *imperatore*. Gronovius. Notavit reliqua Urſinus ad fragmenta Salluſtii, ut ea nunc repeti neceſſum non ſit.

4 *Magno uſu bello Marſico*] Notum eſt, *Venatu invigilant*. Quia tamen Rot. & Lincoln. *uſi*, ſuſpicor fuiſſe *magno uſui*, *bello Marſico*, *paratu militum & armorum fuit*. Gronovius.

5 *Curata*] Ita in MS. vulgo, *quæ rapta*, nullo fere ſenſu. niſi *rapta* ſive arrepta, id eſt, incurioſe ſcripta fuiſſe ab ignobilibus ſcriptoribus velit auctor noſter. Quid ſi totum locum ita legamus? *multaque tum ductu ejus curata, quæ raptim primo per ignobilitatem, deinde per invidiam ſcriptorum celebrata ſunt.* Ut innuat auctor noſter, egregia ejus facinora vel ab ignobilibus ſcriptoribus citer memoriæ tradita fuiſſe, vel per invidiam ita non celebrata fuiſſe, ut virtus ejus merebatur. Thyſ. In quo MS. legatur iſtud *curata*, nequeo ſcire, & dixerit hoc ille. Verum Bourdelotius ſcripſit in margine tam *St. cærata*, quam *St. celata*, quo innuit utrumque eſſe in editione Stephani, ex arbitrio ſuo ſic reponentis, quum in omnibus, qui inſpecti huc uſque ſunt, libris MSS. exſtet *que rapta* & *celebrata*. Nec vel alterutrum turbo. Sed quum adeo firmi in ſua lectione ſint codices veteres, vide an non velint *ductu ejus bene acta primo* &c. *invidiam ſcriptorum incelebrata*. Hæc enim compoſita creberrime adhibita diſplicuerunt poſterioribus librariis & mox editoribus. Dein pergo: *ſicut quibus faciem ſuam oſtentabat*. Advertis enim, quomodo habeant in hoc loco libri antiqui. *Jac. Gronov.*

6 *Deinde per invidiam ſcriptorum*] Sic quidem libri. Placet tamen Lipſii 4 Epiſt. Quæſt. 14. *per invidiam proſcriptorum*. Eſt enim *invidia* non tantum invidentis, ſed etiam illorum, quibus ea conflata eſt. Salluſtius ipſe in bello Catilin. *qui invidiam Ciceronis, quæ poſtea orta eſt, leniri credebant atrocitate ſceleris eorum, qui pœnas dederant.* Gronovius.

7 *Celata ſunt*] Ita Ciacconius correxit. Et in margine Voſſiani Codicis ita ſcriptum à Bourdelotio, qui cum duobus Regiis Mss. & uno Frederici Morelli Agellium contulerat. Juſtus Lipſius in Epiſtolicis hanc ſcripturam defendit, *per invidiam proſcriptorum celebrata ſunt.*

8 *Quæ eminus facie ſua oſtentabat*] Romana: *Cominus faciem ſuam oſtentabant*. Ven. *Cominus faciem ſuam oſtendebant*. Aldus: *quæ eminus faciem ſuam oſtentabant*. Reg. & Rot. *quæ vivus faciem ſuam oſtentabat*. Lipſius: *Cominus faciem ſuam oſtentabat* Gronovius.

9 *Quo ille dehoneſtamento*] Hoc vocabulo etiam utitur Tacitus. Apulejus in Apologia etiam *inhoneſtamentum* dixit, & C. Gracchi verba Iſidorus lib. 2. Etymol. ita refert: *Pueritia tua adoleſcentiæ tuæ inhoneſtamentum fuit, adoleſcentia ſenectutis dedecoramentum, ſenectus Reip. flagitium.* Donatus in Eunuchum actu 3. ſcen. 2. paulo aliter hæc verba in hunc modum legit: *hæc*, id eſt, cicatrices, *ſunt virtutis inſignia, dehoneſtamento tamen eſſe corpori maxime lætabatur.*

10 *Glorioſius retinebat*] Plutarchus in vita Sertorii totum hunc locum expreſſit. Operæ pretium eſt illum audire: Τῶ δὲ Μαρσικῶ πολέμῳ συνισαμένῳ στρατιωτας ἐπεσχεθεν αὐτῷ κατελίγειν καὶ ὅπλα περιτιθεσθαι, σπεδὴν καὶ τάχος προσθεὶς τῷ ἔργῳ, παρὰ τὴν τῶ ἄλλων νέων βραδυτῆτα καὶ μαλακίαν, ἀνδρὸς ἐμπειρίαν βιωσομένῳ δόξαν ἔχειν· ὁ μὲν ὑφηκατο τῆ στρατιωτικῆς τολμης, εἰς ἄξίωμα προελθὼν ἡγεμόνος, ἀλλὰ καὶ χειρὸς ἐπιδεικνύμενος ἔργα θαυμαστὰ, καὶ τὸ σῶμα τοῖς ἀγῶσιν ἀφειδῶς ἐπιδιδὸς, τῆ ὄψεων ἀπέβαλε τὴν ἑτέραν ἐκκοπεῖσαν. Ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ καλλωπιζόμενος ἀεὶ διετέλει. Τὸς μὲν γὰ

pensitaret, Nonne, inquit, ultra naturæ modum humanæ est dehonestamento corporis lætari? siquidem lætitia dicitur exsultatio quædam animi [13] cum gaudio efferventiore rerum expetitarum. Quanto illud [14] sincerius & magis rationibus conveniens? πᾶν ὅτι ἂν βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτο προϊέμενον [a]. Quibus verbis, inquit, ostenditur Philippus, non, ut Sertorius, corporis dehonestamento lætus, quod est, inquit, insolens & immodicum; sed, præ studio laudis & honoris, jacturarum damnorumque corporis contemptor, qui singulos artus suos [15] [16] fortunæ producendos daret [17] [18] quæstu atque compendio gloriarum.

a *Offerentem quodcunque membrum corporis fortuna auferre cuperet.*

ἄλλους οὐκ ἀεὶ τὰ μαρτύρια τῶν ἀριστείων περιφέρειν, ἀλλὰ καὶ ἀποτίθεσθαι στρεπτὰ, καὶ δόρατα, καὶ στεφάνους. Αὐτῷ δὲ τῆς ἀνδραγαθίας παραμένειν τὰ γνωρίσματα τοὺς αὐτοὺς ἔχοντι τῆς ἀρετῆς ἅμα καὶ τῆς συμφορᾶς θεατάς. Id est, *Bello Marsico ingruente jussus delectum habere militum & arma parare, & industriam & festinationem adhibuit, supra cæterorum juvenum tarditatem & mollitiem, viri impigri sibi gloriam peperit. Neque de militari audacia deflexit, ubi ad dignitatem ducis pervenit, verum & manu admiranda opera edidit, corporique in præliis minime pepercit, alterumque oculum excisum amisit. Ob quod etiam gloriabatur perpetuo, alios non semper strenuitatis secum circumferre testimonia, sed deponere torques, hastas, coronas: sibi fortitudinis insignia permanere, quando eosdem virtutis suæ & calamitatis habeat spectatores.*

11 *T. Castricius*] Qui juxta Gellium lib. 13. c. 21. fuit *Rhetoricæ disciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum principem declamandi ac docendi, summa vir auctoritate gravitateque, & à Divo Hadriano in mores atque literas spectatus.*

12 *T. Castricius cum pensitaret*] Reg. & Rot. *De utriusque his verbis T. Castricius cum judicaret.* Gronovius.

13 *Cum gaudio efferventiore eventu rerum expetitarum.*] Ro. *animi gaudio efferventiore eventu rerum expetitarum.* Aldus addidit τὸ *cum.* Carrio detraxit τὸ *eventu.* Rot. *animi gaudio efferventiore eventum.* Reg. *animi gaudio efferventior eventum.* Scribe: *Læticia dicitur exsultatio animi gaudio efferventis ob eventum rerum expetitarum.* Gronovius.

14 *Sincerius & humanis magis rationibus conveniens*] Sic Carrio, cum fuisset, *& humanius magisque omnibus conveniens.* Scripti: *sinceriusque & humanis magis communibus conveniens.* Lege: *quanto illud sinceriusque & humanis magis conditionibus conveniens.* Gronovius.

15 *Producendos*] Ita antiquissima Ven. Edit. Aldina & Badiana *prodigendos.* Adnotatum invenio in margine Codicis Gelliani, *prodendos, prodendum iret.*

16 *Fortunæ producendos daret*] Sic quidem libri, sed id significat haud dubie *prodigendos*, ut Aldus, Badius, Gryphius jam reddiderunt. Juvat Lincoln. qui *prodicendos.* Gronovius.

17 *Gloriarum*] Gloria in plurali numero apud alios haud temere reperitur. Cicero tamen semel quod sciam usurpat: *Honorum gradus summis hominibus & infimis sunt pares, gloriæ dispares.* Thys. Potuit hæc notavisse ad 1, 2. *Has ille inanes cum flaret glorias.*

18 *Quæstu atque compendio gloriarum*] Rott. & Reg. *atque compendio atque gloriarum.* Lege *quæstu atque compendio auctuque gloriarum:* Gronovius.

CAP. XXVIII.

Non esse compertum cui deo rem divinam fieri [1] oporteat, quum terra movet.

QUÆ-

1 *Oporteat cum terra movet*] Sic fecit Carrio, quod erat satis inepte: *Cum terra movetur viribus.* Accipimus, quod dedit 1 Emend. 11. sed hoc amplius censemus Gellium scripsisse: *cum terra movit.* Sic enim infra ipse hoc capite, & lib. 4, 6. *Ut terram movisse nuntiari solet.* Suetonius Claudio: *observavitque sedulo, ut quoties terra movisset, ferias advocata concione prætor indiceret.* Gronovius.

2 *Ter-*

QUÆNAM esse causa videatur, [2] [3] quamobrem terræ tremores fiant, non modò his communibus hominum sensibus opinionibusque [4] [5] compertum non est, sed ne inter physicas quidem philosophias satis constitit, [6] ventorumne vi accidant specus hiatusque terræ subeuntium, [7] an aquarum subter in terrarum cavis [8] undantium fluctibus pulsibusque, ita uti videntur existimasse antiquissimi Græcorum, qui [9] Neptunum ἐννοσίγαιον καὶ σεισίχθονα[a] appellaverunt, an cujus [10] aliæ rei causa, alteriusve dei vi ac numine, nondum etiam, sicut diximus, pro certo creditum. Propterea veteres Romani, quum [11] in omnibus aliis vitæ officiis, tum in constituendis religionibus, atque in diis immortalibus animadvertendis, [12] castissimi cautissimique, [13] ubi terram moviſſe senserant, nunciatumve erat, ferias ejus rei causa edicto imperabant;

a *Terræ concussorem.*

2 *Terræ tremores*] Ita Salmasius. In omnibus libris scriptum erat, *terræ mores*, unde rescripserunt *terræ motus*. Promptum erat legere *terræ tremores*. Obstare tamen Salmasio videtur, quod terræ motus generalius vocabulum tremorem pulsumque terræ tanquam species comprehendat. Thys. Tanquam non mox in hoc ipso capite, ubi Gellius præmisit *ubi terram moviſſe senserant*, deinde reddat, *per quem deorum dearumve terra tremeret.*

3 *Quamobrem terræ motus fiant*] Reg. & Rot. *terræ mores*. Lege, *terræ tremores*, ut præcepit Salmasius. Suetonius Nerone cap. 48. *statimque terræ tremore & adverso fulgure pavefactus.* Galba 18. *Urbem quoque & deinde Palatium ingressum excepit terræ tremor & assimilis quidam mugitui sonus.* Gronovius.

4 *Compertum non est*] Badius *non est* rejicit. Hunc autem modum loquendi confirmat ex antiquis auctoribus Budæus in Annotationibus ad Pandectas, quia in particula sequenti *sed ne* negationem præcessisse satis liquet.

5 *Compertum non est, sed ne inter*] Reg. Lincoln. Rot. ablegant τὰ *non est*: ut sit, *non modo his communibus hominum sensibus opinionibusque compertum, sed ne inter physicas quidem philosophias satis constitit.* Observatum eruditis *non modo* sæpe suffeciſſe antiquis pro *non modo non*: & restituimus Livio lib. 25, cap. 26. defendimus Senecæ de providentia cap. 1. *Gronovius.*

6 *Ventorumne vi, &c.*] Apposite Seneca: *Quæramus ergo quid sit, quod terram ab infimo moveat, quid tanti molem corporis impellat, quid sit illa valentius, quid tantum onus vi sua labefactet: cur modo tremat, modo luxata subsidat, nunc in partes divisa discedat: & alias intervallum ruinæ suæ diu servet, alias cito comprimat: nunc amnes magnitudinis notæ convertat introrsus, nunc novos exprimat: aperiat aliquando aquarum calentium venas, aliquando refrigeret; igneſque nonnunquam per aliquod ignotum antea montis aut rupis foramen emittat, aliquando notos & per secula nobiles comprimat. Mille miracula movet, faciemque mutat locis, & defert montes, subrigit plana; valles extuberat, novas in profundo insulas erigit.* Neque hic locus est colligendi de eo exempla.

7 *An aquarum*] Vide Senecam lib. 6. Nat. Qu. cap. 6. 7. & 8.

8 *Undantium fluctibus pulsibusque*] Reg. & Rot. *pulsibusque fluctibusque*. Scribe *pulsibus fluctibusque*. Gronovius.

9 *Neptunum* ἐννοσίγαιον καὶ σεισίχθονα] Regius ignorat ἐννοσίγαιον καὶ. Vatic. *unum* ἐνοσίχθονα. Gronovius.

10 *Aliæ rei*] Pro *alius rei*. Ita & Plautus *aliæ mulieri* dixit, Cicero *unæ rei*, Priscianus *nullæ nationi.*

11 *In omnibus aliis vitæ officiis*] Scripti, *in omnibus vitæ officiis aliis*. Gronovius.

12 *Castissimi*] Puriſſimi, vel rituum observantissimi. Castus enim substantive etiam ritum religionis denotat. Varro Rer. Divin. lib. 1. *Nostro ritu sunt facienda civilius, quam Græco castu*, id est, ritu vel cæremonia. Nævius Bello Punico: *Res divas edicit, prædicat castus.*

13 *Ubi terram moviſſe senserant*] Livius lib. 35. *Romæ per idem tempus duo maximi fuerunt terrores, diutior alter sed segnior; terra duos & quadraginta dies movit: per totidem dies feriæ in sollicitudine & metu fuere, in triduum ejus rei causa supplicatio habita est.*

bant ; ſed dei nomen , ita uti ſolet, cui ſervari ferias oporteret, ſtatuere & edicere quieſcebant ; ne, alium pro alio nominando , falſa religione populum alligarent. Eas ferias ſi quis [14] polluiſſet , [15] piaculoque ob hanc rem opus eſſet, hoſtiam, [16] SI. DEO. SI. DEÆ. immolabat, idque ita ex decreto pontificum obſervatum eſſe M. Varro dicit: quoniam & qua vi, & per quem deorum dearumve terra tremeret [17] incertum eſſet. [18] Sed de lunæ ſoliſque defectionibus , non minus in ejus rei cauſa reperienda ſeſe exercuerunt. Quippe M. Cato, vir in cognoſcendis rebus multi ſtudii, [19] incerta tamen & incurioſa ſuper ea re opinatus eſt. Verba Catonis ex Originum quarto hæc ſunt : [20] *Non libet ſcribere quod in tabula apud pontificem maximum eſt , quotiens annona cara , quotiens Lunæ aut Solis lumini caligo aut quid obſtiterit.* Vſque adeo parvifecit rationes veras ſolis & lunæ deficientium vel ſcire vel dicere.

14 *Polluiſſet*] Vel ſi feriis indictis conceptiſque opus aliquod fieret, vel religioſus cultus quocunque modo violatus eſſet.

15 *Piaculoque ob hanc rem opus eſſet*] Lipſii conjectura certa, cum ſcripti & editi *remotus eſſet. Si deo , ſi deæ* non modo ſcriptorum , ſed & Romanæ, Venetæ , Aldinæ , Badianæ editionum eſt. In Gryphiana , *ſive deo , ſive deæ :* quod corrigendum monuit Carrio. Cæterum pro *immolabat* , Rot. & Regius *immolabant*. Recte : nam τὸ *ſi quis* pro collectivo eſt. *Gronovius.*

16 SI DEO , SI DEÆ] Ita Dii tutelares urbium evocitabantur ambiguo nomine , SI DEUS , SI DEA. Ita in devotionibus urbium de nomine dubitabant ; quarum hæc formula erat , DIS. PATER. VE IOVIS. MANES. SIVE. VOS. QUO. ALIO NOMINE. FAS. EST. NOMINARE. Neque tantum de nomine , ſed de ſexu quoque ſoliciti erant , ut teſtatur Arnobius l. 4. Quinetiam quædam ideo numina ſub utroque ſexu venerabantur. Ita Lunum & Lunam dixere , & Minerva ſub utraque ſpecie colebatur. Onomacritus in Hymnis , qui vulgo creditur Orpheus , ad Minervam ita loquitur :

Ἄρσην μὲν κ) θῆλυς ἔφυς.

Quid autem eſſet τὸ ἄῤῥεν κ) θῆλυ πρὸς τοῖς θεοῖς Hipparchus olim teſte Suida explicavit.

17 *Incertum eſſet*] Hæc ita intelligi ab nonnemine video , quaſi id populo manifeſtandum non cenſuerint , ne abſtraheretur à conſueta religione , & Deos Patrios quos ſumma animi veneratione amplecteretur, quorumque metu coercendus eſſet , poſtea contemneret ; & ita retuliſſe hoc loco Gellium. Intelligat qui poteſt.

18 *Sed de lunæ motibus ſoliſque defectibus*] Quaſi lunæ proprii ſint *motus* , ſolis *defectiones* , & non utriuſque ſideris & *motus* & *defectiones*. Tolle igitur τὸ *motibus* , cui locus hic nullus , & ſcribe cum Reg. & Rot. *Sed de lunæ ſoliſque defectionibus.* Gronovius. Poſtremam quidem vocem habuerunt jam editiones ante Stephanum , qui ſolus ita levis fuit , ut ederet *defectibus.*

19 *Incerta tamen & incurioſa ſuper*] Reg. & Rot. *incerta tamen & incurioſe ſuper ea re opinatus eſt.* Cap. 31. *ſiquis non incurioſe legit.* Gronovius.

20 *Non libet*] Regius *non jubet* , ut apparet pro *lubet*. Vice verſa III, 3 in verſu Plauti habet Regius & Rott. *niſi ſoli libet* , ſed edunt *lubet*. Jac. Gronov.

CAP. XXIX.

Apologus Æſopi Phrygis memoratu non inutilis.

[1] ÆSOPUS [2] ille è Phrygia fabulator haud immeritò ſapiens exiſtimatus

1 *Æſopus ille*] Qui major Pythagora floruit quadrageſima Olympiade & apud Crœſum in pretio fuit ; quinquageſima immerito rupe à Delphenſibus dejectus miſere periit. Fuit hic conditione ſervus , natura liber , corpore deformis , ingenio præſtans. Plato aliquotiens ejus mentionem fecit, oſtenditque leges ſæpenumero eſſe adverſas , cum natura liberum Æſopum , fortuna ſervilis illum fecerit conditionis. Nimirum multi in ſervitute liberalis conditionis ſunt , multi in libertate ſervi & man-

matus est; quum quæ utilia monitu, suasuque erant, [3] non severè, non imperiosè præcepit & censuit, ut philosophis mos est, sed festivos delectabilesque apologos commentus, res salubriter ac prospicienter animadversas, in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra [4] induit. Velut hæc ejus fabula de aviculæ nidulo lepide atque jucunde præmonet, spem fiduciamque rerum, quas efficere quis possit, haud unquam in alio, sed in semetipso habendam. Avicula, inquit, est parva. Nomen est cassita. [5] Habitat nidulaturque in segetibus, id fermè temporis, [6] ut appetit messis, pullis jam jam plumantibus. Ea cassita [7] [8] in sementes fortè congesserat tempestiviores. Propterea [9] frumentis flavescentibus pulli etiam tunc involucres erant. Quum igitur ipsa iret cibum pullis quæsitum, monet eos, ut, [10] [11] si quid ibi rei novæ fieret audiretve, animadverterent, idque uti sibi, ubi redisset, nunciarent. Dominus postea segetum illarum filium adolescentem vocat: &, Videsne,

mancipia sunt vitiorum, ignorantiæ, & suis continuo affectibus in transversum abripiuntur. Vide Aristotelem in Polit. Vitam ejus scripsit Maximus Planudes.

2 *Ille è Phrygia fabulator*] Ex Amorio magnæ Phrygiæ oppido. Distinctionis causa hæc addit: namque & fuit Æsopus Mithridatis anagnostes, qui de laudibus Mithridatis scripsit, & nobilis ille Tragœdiarum actor qui tempore Ciceronis vixit.

3 *Non severe non imperiosè præcepit*] Reg. & Rot. cum Fulviano: *neque imperiosè præcepit*. Gronovius.

4 *Induit*] Vulgo, *induxit*. Seneca Epist. 94. *Nulla res magis animis honesta induit, quam bonorum conversatio. Induere animum artibus*, Tacitus quoque dixit. Thys. At Pricæus quoque ad Apulei Apolog. pag. 186 legebat *induxit*, ut notat. Sed id quum jam olim adscivissent editiones nonnullæ, Lipsius vocavit corrumpere ad Tacitum xv annal. 45.

5 *Habitat nidulaturque in segetibus*] Sic omnes nostri. *Habet* Schegkii nusquam. Gronovius.

6 *Ut appetit*] Ubi in propinquo est; legitur in antiquis editionibus, *appetat*.

7 *Congesserat*] Ita Schegkius emendaverat ex suo Codice; vulgo legebatur *concesserat*, & apud Badium *confederat*. Congerere autem idem est quod nidificare teste Servio ad illum Virgilii Eclog 3.

——— *namque notavi*
Ipse locum, aëriæ quo congessere columbæ.

Congerere autem proprie est nidum construere, unde & avium congestus dicitur, cum ad nidum construendum festucas, floccos, herbas atque id genesis alia congerunt. Græci συμφρεῖν & συμφορμεύειν ὄρνιθας dixerunt.

8 *In sementes concesserat tempestiviores*] Hic vates Schegkius epist. 6 Præmess. legens *congesserat*.. ex Virgiliano, *aeriæ quo congessere palumbes*. Gronovius. Nec aliter Cicero lib. 11 Divin. cap. 32. *At in Lysandri statuæ capite Delphis exstitit corona ex asperis herbis, & quidem subita. Itane censes ante coronam herbæ exstitisse, quam conceptum esse semen? herbam autem asperam credo avium congestu, non humano satu*. Jac. Gronov.

9 *Frumentis flavescentibus*] Reg. *flaventibus*. Ut supra *efferventis*. Gronovius.

10 *Si quid ibi rei novæ fieret*] Nimis hoc durum atque coactum. Malim cum MS. R. *si quid interea novi fieret*. Vereor tamen, ne pro *interea interibi* scriptum fuerit à Gellio, quæ vox & ad veterem scripturam propius accedit, & similiter occurrit lib. 9 cap. 2. *interibi, cum aliquot* &c. Lambecius.

11 *Si quid ibi rei novæ fieret*] Ita Rot. E Regio notatum, *si quid interea novi fieret*. Neutrum integrum censeo, sed, *si quid interibi rei novæ fieret*. Plautus Captivis: *vos lavate interibi*. Et sæpe. Noster 3, 7. *Gronovius*. Quid ejus rei sit, sicut nescio; ita testor in Regio codice non exstare præter *si quid ibi rei novæ*. Sic Salmasius, Bourdelotius, ego, frater legimus. Sed Lambecius exemplari suo adscripsit pro subnotatis *ibi rei*, etiam diphthongo in τῷ *novæ* in margine *I interea*, & addit literam f, quam quum scriberet, intellexit *fortasse*. At ipse postea insulse & inique retulit in ipsum vetus MS. In hoc testor me hærere, unde Thysius etiam sustinuerit scribere pro *rei novæ* MS.R. *Novi*. J.Gr.

12 *Ma-*

ne, inquit, hæc ematuruisse, & [12] manus jam postulare? iccirco die crastini, ubi primùm [13] diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant, operamque mutuam dent, & messem hanc nobis adjuvent. [14] Hæc ubi ille dixit, discessit. Atque, ubi rediit cassita, pulli trepiduli circumstrepere, orareque matrem ut jam statim [15] properet, atque alium in locum sese asportet: nam dominus, inquiunt, [16] misit qui amicos rogaret, uti luce oriente veniant & metant. [17] [18] Mater jubet eos animo otioso esse: si enim dominus, inquit, [19] [20] messem ad amicos rejicit, crastino seges non metetur; neque necesse est, hodie uti vos auferam. Die igitur postero mater in pabulum volat. dominus, quos rogaverat, opperitur. Sol fervit [21] & fit nihil: & amici nulli erant. Tum ille rursum ad filium, [22] Amici isti, inquit, magnam partem cessatores sunt. Quàm potius imus, & cognatos affinesque & vicinos nostros oramus, ut assint cras [23] tempori ad metendum. Itidem hoc pulli pavefacti matri nunciant. Mater hortatur, ut tum quoque sine metu ac sine cura sint: cognatos affinesque nullos fermè tam esse obsequibiles, [24] ut ad laborem capessendum

12 *Manus jam postulare*] Ad demetendum.

13 *Diluculabit*] Vix aliter quam in tertia persona invenitur.

14 *Hæc ubi ille dixit, discessit. atque ubi rediit*] Reg. & Rot. *Hæc ubi ille dixit, & discessit, atque, ubi rediit cassita, pulli trepiduli circumstrepere.* Res levis prima fronte, sed non levis culpa insciticæ, quæ scabiem suam huic loco affricuit. Non enim tantum quid esset *atque*, ipsa non cepit, sed & aliis quamvis eruditis, intellectum ejus abstulit. Quo non minus hic delectatus noster, quam Virgilius, cum caneret, *si brachia forte remisit, Atque illum in præceps.* Vide 10, ult. & nos ad Livium 26. *Gronovius.*

15 *Properet atque alium in locum*] Quinque membranacei: *properet inque alium locum sese asportet.* Idem.

16 *Misit qui amicos rogaret*] Rott. & Fulvianus *roget.* Loquitur tanquam de re nondum perfecta, sed quæ esset in pendenti. *Gronovius.*

17 *Mater jubet eos à metu otiosos esse*] Lege ex MS. R. *Mater jubet eos animo otioso esse*, id est, animo securo & tranquillo. Ita Terentius: *Ubi te vidi animo esse omisso.* Ex contraria parte Cicero de Oratore lib. 2, *suspenso*, inquit, *animo & occupato Crassum tibi respondisse video.* Consule Erasmum in proverbio, Otiosus esto. *Lambecius.*

18 *Jubet eos à metu otiosos esse*] Rottendorfianus *à motu*; sed *jubet eos animo otioso esse* Fulvianum Muretus olim, Regiumque habere nuper prodidit Lambecius. Placet admodum, & sumpsit à Terentio Andr. 5, 2. *Animo jam nunc otioso esse impero.* Nihil aliud volunt ambo, nisi quod post paullo dicit noster, *sine metu & sine cura esse.* Gronovius.

19 *Messem*] Aldina & Badiana editio, *messium.*

20 *Meßem ad amicos*] Lincoln. *messium.* Rot. *messim.* Gronovius.

1 *Et fit nihil, & amici nulli erant*] Plautus Curcul. 5, 3. *Velut decem minas dum solvit, omnis mensas transiit. Postquam nihil fit, clamore hominem posco.* Cicero ad Trebatium 7, 18. *An hoc significas, nihil fieri, frigere te?* Cæterum Reg. Lincoln. Rot. *& fit nihil & dies & amici.* Scribimus: *Sol fervit, & fit nihil: it dies & amici nulli erant.* Hoc posterius membrum quasi exegesis est præcedentis. Plautus Pseudolo 1, 2. *It dies, ego mihi cesso. I præ, puere.* Ovidius 1 met. *& euntem multa loquendo Detinuit sermone diem.* Fulvianus quoque: *& fit nihil & dies amici.* Unde Muretus fere, ut nos. *Gronovius.*

22 *Amici isti, inquit, magnam partem*] Editum antehac, *magnam in partem.* Scripti: *Amici isti magnam partem, inquit, cessatores sunt. Quin potius imus & cognatos adfines vicinosque nostros oramus.* Illud *Quam potius* Carrionis. *Quin potius imus*, ut nostri scripti & editi, est, Cur non potius imus? lib. 3, 19. Iidem codd. *temperi ut pigneri.* Gronovius.

23 *Tempori*] Tempestive, in tempore.

24 *Ut ad laborem capessendum nihil evocentur*] Sic primus Aldus: neque aliter Vetus Etymologicon in membranis ex hoc nostro, ut & Varrone, Fe-

dum nihil contentur, & ſtatim dicto obediant. Vos modò, inquit, advertite, ſi modò quid denuo dicetur. Aliâ luce ortâ avis in paſtum profecta eſt. Cognati & affines [25] operam quam dare rogati ſunt ſuperſederunt. Ad poſtremum igitur dominus filio, Valeant, inquit, amici cum propinquis. [26] Afferes primo luci falces duas: unam egomet mihi, & tu tibi capies alteram; & frumentum noſmetipſi manibus noſtris cras metemus. Id ubi ex pullis dixiſſe dominum mater audivit; Tempus, inquit, eſt cedendi & abeundi: fiet nunc dubio procul, quod futurum dixit. In ipſo enim jam vertitur, [27] cuja eſt res; non in alio, unde petitur. Atque ita caſſita [28] nidum migravit. Seges à domino demeſſa eſt. Hæc quidem eſt Æſopi fabula de amicorum [29] [30] & propinquorum levi plerumque & inani fiducia. [31] Sed quid aliud ſanctiores libri philoſophorum monent, quam ut in nobis tantum ipſis nitamur; alia autem omnia, quæ extra nos, [32] extraque noſtrum animum ſunt, neque pro noſtris, neque pro nobis ducamus. Hunc Æſopi apologum Q. Ennius in

Feſto, Nonio &c. excerpta continens, bibliothecæ Academicæ. At Reg. & Rot. & Romana cæteræque editiones: *contentur*, vel *cunctentur*. Forte: *ut ad laborem capeſſendum nihil evocati contentur*. Gronovius. Sed & ante ubi editur *tam eſſe obſequibiles*, antiquæ editiones habebant *tam eſſe obſequibiles ait*. Expulſum eſt id verbum à Stephano, ſed agnoſcitur ab Reg. Rott. Oxon. Scheff. Quos cur non ſequimur? *Jac. Gronov.*

25 *Operam quam dare mutuam rogati ſunt ſuperſedent*] Reg. Rot. Fulv. *ſuperſederunt*. Gronovius.

26 *Afferes prima luce falces duas*] Regius *primo luci*. Hanc gemmulam ex putiſſimæ ac penitiſſimæ antiquitatis armariolis depromptam noſtro invideruntοἱ κακόζηλοι. Terentius Adelph. 5. 3. *cæterum rus cras cum filio cum primo luci*. Varro lib. 5. *& ut in campo cum primo luci adſiet*. Idem Synephebo: *Hodie ſi poſſumus, quod debemus, populo, in foro medio, luci claro decoquere*. Et hoc ne Cicero quidem refugit. *Idem.*

27 *Cuja eſt res*] Reg. & Rot. *cuja res eſt*. Quod ſequitur, in iiſdem eſt, ut vulgo. Ex Fulviano notavit Muretus: *cuja eſt res, non aliunde petitur*. Gronovius. Id etiam animadverti in uno Oxonienſium.

28 *Nidum migravit*] Alio nidum tranſportans migravit. Inſolens modus loquendi. *Thyſ.* Non aliter ac Tullius lib. 1 Offic. 10. *ea quæ maxime videntur digna eſſe juſto homine, migrare interdum & non ſervare*. Quo ille modo ſæpius. Nec inſolens eſt ut neutrum mutetur in tranſitivum.

29 *Levi & inani fiducia*] Auctior voce hic locus in MS. R. ubi legitur: *levi plerumque & inani fiducia*. Optime. Quæ ſequuntur abſque interrogatione ita reſcribenda cenſeo. *Sed quid aliud ſanctiores libri Philoſophorum monent; ut in nobis tantum ipſis nitamur, alia autem omnia* &c. Particula *quam* nauci non eſt, & à nugatore quodam Gellio donata. Error ortus ex vocibus *quid aliud*. Paulo poſt legitur in MS. R. pro *extra noſtrum animum, extra noſtrum arbitrium*. Sed malim veterem lectionem. Ita Demophilus vetus Pythagoricarum ſententiarum collector: πέτεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὅτερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις; quod eſt, uti vertit noſter Gellius. Quicquid extra animum tuum eſt, ne pro tuo ducas. *Lambecius.*

30 *Et propinquorum levi & inani*] Rot. & Scheff. quoque, *levi plerumque & inani*. Nec Fulvianus aliter prodente Mureto lib. 2 epiſt. 6. *Gronovius.*

31 *Sed quid aliud ſanctiores libri Philoſophorum monent quam ut in nobis*] Omnino pro interrogatione hæc accipienda, nec poteſt tolli τὸ *quam*, niſi ut oratio omnis ac ſententia concidat. Nam ſi non interrogatur, τὸ *Sed quid aliud*, erit intelligendum, quaſi eſſet, *ſed aliquid aliud*. At non eſſe aliud vult auctor, quod monent graviores libri philoſophorum, aliud quod Æſopus ore fabellæ riſum movente prudens conſilium dat: ſed idem utroſque condocefacere. Igitur faciendum erat: *Sed nihil aliud*: & tum tamen abeſſe τὸ *quam* non poſſet. *Idem.*

32 *Extraque animum noſtrum ſunt*] Hoc quidem etiam monent philoſophi, præſertim qui alia quam animi bona non agnoſcunt. Sed hæc quæſtio non eſt hujus loci: illa tanguntur, quæ non ſunt animi

in saturis scite admodum & venuste [33] versibus quadratis composuit: quorum duo postremi isti sunt, quos habere cordi & memoriæ operæ pretium esse [34] hercle puto.

Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm;
Ne quid exspectes amicos, [35] quod tute agere possies.

tantum, sed etiam operæ manusque, & in quibus licet agere vel non agere. Quare longe præfero quod est in Regio: *quæ extra nos extraque nostrum arbitrium sunt.* Epictetus: Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Et mox. Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια. *Extra nostrum arbitrium sunt* τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν & ἀλλότρια. Sic lib. 17, 1 distinguit, quæ *de nostra voluntate nostroque consilio* possint fieri & quorum *nec consilium sit nostrum nec arbitrium.* Lib. 19, 1. *Visa animi non voluntatis sunt neque arbitraria, probationes autem* eorum *voluntariæ sunt, fiuntque hominum arbitratu.* Gronovius.

33 *Versibus quadratis*] Id est, Octonariis sive octo pedum, qui quatuor habent combinationes, vel mensuras. Terentianus Maurus ostendit Jambicum trimetrum, duobus pedibus additis, fieri quadratum. Sicuti ex hoc versu,

Phaselus ille quem videtis hospites,

fit Octonarius sive quadratus hoc modo,

Phaselus ille quem videtis hospites Sabinus est.

Quod Octonarios quadratos appellaverint, ex Mathesi desumptum videtur; nam sicut in cubica figura anguli sunt octoni, quæ figura, sicuti alibi vidimus, quadrantal dicitur, ita & quadratos versus dixere, atque longos. De his versibus audire operæ pretium Terentianum, quadratus jambicus quî fiat,

Sed hic trimetrus quando duplicem pedem
A capite sumet, tunc quadratus dicitur.
Idemque dictus est & octonarius.
Ergò ante versum collocabo jambicum,
Phaselus ille quem videtis hospites:
Quadratus iste talis effici potest,
Adest celer phaselus ille, quem videtis hospites.

Addit idem auctor una syllaba in principio amota fieri Trochaicum catalecticum, quinetiam ex Hipponacteo acatalectico quadratum fieri una syllaba adjecta. Rufinus in metris Terentianis Boïticum de Cyzico hujus carminis repertorem tradit: Fortunatianus, *Hic*, inquit, *quia quatuor metris constat, quadratus dicitur.* Per metra Syzygias intelligit.

34 *Hercle puto*] In versum hæc verba male quædam editiones retulerunt.

35 *Quod tute agere*] Antiquissima Veneta, *quod tu per te agere possis.* Aldina, *quod tu agere possis.* Fruterius lib. 2. Versi. cap. 8. ita emendavit,

Nequid expectes amicos, quod tute agere possies.

Notandum quoque sæpe apud Comicos vocales non absumi, quod à Græcorum Poësi traxit Romana Antiquitas. Vide Fruterium. In Badiana editione legitur, *nequicquam.* Thysius. At Erasmus in Adagio Suam quisque homo rem meminit, citavit *Ne quid expectes amicos, facere quod per te queas.* Scaliger vero in versibus Comicis, quum citaret *tute quod possis agere*, negat Gellium recte quadratos appellavisse, quum interim MSSti simpliciter, *quod tu possis agere.*

CAP. XXX.

Quid observatum sit in [1] undarum motibus, qui in mari alio atque alio modo fiunt, austris flantibus aquilonibusque.

HOC sæpenumero in [2] undarum motu *observatum est*, quas Aquilones

1 *Undarum motibus qui in mari*] Sic Carrio. Priores, *motibus & quæ in mari.* Regius, *in undarum motibus quæ in mari.* Gronovius.

2 *In undarum motu observatum est*] Reg. Rot. Lincoln. negant hic novisse τὸ *observatum est*: negant item τὸ *quasve.* Dein Rot. & *eadem* Lincoln. *ex earum.* Admodum igitur diffido integritati hujus loci. Neque erat necesse *aerem fluentem* interponi. Vide an fuerit: *Hoc sæpenumero in undis notatum, quas aquilones venti, quasque ex contraria cœli regione faciunt in mari austri atque africi.* Gronovius. Recte tamen *aerem fluentem* dicit, ut Seneca in Oedipo: *Lene sed modicum fluens aura.* Hoc igitur observatum fuisse sufficit, quum in lem-

mate

lones venti, quique ex eadem cœli regione [3] aër fluit, *quaſve* faciunt in mari auſtri atque africi. Nam fluctus qui flante aquilone [4] maximi & crebriſſimi excitantur, ſimul ac ventus poſuit, ſternuntur & conflacceſcunt; & mox fluctus eſſe deſinunt. At non idem fit flante auſtro vel africo: quibus jam nihil ſpirantibus undæ tamen factæ diutius tument, [5] & à vento quidem jamdudum tranquilla ſunt; ſed mare eſt etiam atque etiam undabundum. [6] Ejus rei cauſa eſſe conjectatur, quòd venti à ſeptemtrionibus ex altiore cœli parte in mare incidentes deorſum in aquarum profunda quaſi præcipites deferuntur, [7] undaſque faciunt non prorſus impulſas, ſed vi intus commotas: quæ tantiſper erutæ volvuntur, dum illius infuſi deſuper ſpiritus vis manet. Auſtri verò & africi ad meridianum orbis circulum atque ad partem axis infimam depreſſi, inferiores & humiles, per ſuprema æquoris euntes protrudunt magis fluctus quàm eruunt: & idcirco non deſuper læſæ, ſed propulſæ in adverſum aquæ etiam deſiſtente flatu retinent aliquantiſper de priſtino pulſu impetum. Id autem ipſum, quod dicimus, ex illis quoque Homericis verſibus, ſi quis non incuriosè legat, adminiculari poteſt: nam de auſtri flatibus ita ſcripſit;

[8] Ἔνθα-

mate exprimit, & opinor alia varia intelligendo applicari poſſunt, quorum nihil judicavit Gellius exprimendum, nedum *notatum*.

3 *Aër fluit*] Ventum cum aëre ejuſdem regionis conjungit auctor noſter. Ventus tamen & aër motus differunt. Aër eſt tenuiſſimus ſpiritus calidus & humidus. Ventus eſt exhalatio craſſior & concitatior, qui ubi ad mediam aëris regionem pervenit, ab aëre frigido & denſo protruſus, refracto & diſſultante impetu in obliquum flectitur reſilitque. Nonnulli Philoſophi ventum eſſe aërem motum cenſuerunt. Atque ita quoque medicorum Princeps libro de flatibus judicavit, & Theophraſtus lib. de ventis idem innuere videtur. Ventus quidem movet, verberatque aërem, ſed longe alius eſt ab aëre. Vide Ariſtotelem lib. 2. Meteorol. Idem tamen Philoſophus problem. Sect. 23. Probl. 11. τὸ πνεῦμα σύνωσιν ἀέρος eſſe, id eſt, *ventum eſſe impulſum aëris* ait. Verum ibi Ariſtoteles aëris nomine intelligere videtur ipſam exhalationem, quæ aërem movet. Venti exhalatio talis eſt, ut per aërem moveatur, & una cum ipſa aër. Neque tamen omnis aër per ſe motus ventus eſt. Rectè Alexander Aphrodiſeus: *Poteſt enim quandoque moveri ab aliquo caſu plurimum quidem aëris, quem tamen nullus ventum appellabit; cum non habeat principium quoddam & quaſi fontem, à quo fluxus venti naſcatur.* Ita igitur Ariſtoteles in Problematibus intelligendus, & Alexander quoque aërem exhalationem interpretatur. Alioqui Anaximandri contrariam opinionem Philoſophus in Meteor. ex profeſſo refutavit. *Thyſ.* Recte ad Gellium Lucretius VI, 685. *Ventus enim fit ubi eſt agitando percitus aer.* Hinc & Ampelius: *Venti fiunt ex aeris motu & inclinatione.* Scholiaſtes Arati. *Fit ventus ex aeris denſitate.*

4 *Maximi & crebriſſimi excitantur*] Hoc undecumque arripuit Carrio: & ſubſcribit Lincolnienſis. Sed Reg. & Rot. *creberrimi*. Gronovius. Itaque non debet citari iſtud *crebriſſimi* ut optima fide Gellianum, præſertim quum & priores editiones retineant *creberrimi*.

5 *Et à vento quidem jamdudum tranquillæ ſunt*] Gebhardus è Pal. *& à vento quidem jam tranquillæ ſunt dudum*, 1 Antiq. 2. Reg. & Rot. *jamdudum tranquilla ſunt*. Quod valde probo: & perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *jamdudum tranquillitas eſt*. Hocenim κατ' ἐξοχὴν *tranquillum*, ut ad Livium 28, 27 notavimus. *Gronovius.*

6 *Ejus rei cauſa eſſe conjectatur*] Reg. & Rot. *cauſa eſſe hæc conjectatur*. Idem.

7 *Undaſque faciunt, non prorſus impulſas, ſed vi intus commotas*] Lincoln. *ſed in intus*. Regius, *ſed initus*. Rott. haud ambigue *ſed imitus commotas*. Quod pari felicitate reſtituit Lipſius, etſi adhuc non auditus, infra 17, 10. *fontes imitus ignis eructari*. Idem.

[8] Ἔνθα νότος πόντοιο κλυδῶνα εἰς λάαν ὠθεῖ [a].

Contra autem de borea, quem aquilonem appellamus, alio dicit modo:

[9] Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων [b].

Ab aquilonibus enim, qui alti supernique sunt, fluctus excitatos quasi per prona volvi dicit: ab austris autem iis, qui humiliores sunt, majore vi quadam [10] [11] propelli susum, atque rursum subjici. Id enim significat verbum [12] ὠθεῖ; [13] sicut in alio loco λάαν ἄνω ὠθεῖ. Id quoque à peritissimis rerum philosophis observatum est, austris spirantibus mare fieri glaucum & cæruleum, aquilonibus obscurius atriusque: cujus rei causam, [14] quum Aristotelis [15] libros problematorum præcerperemus, notavi.

Cur

a *Ubi auster maritimum fluctum in saxum impellit.*

b *Et boreas serenus ingentem fluctum volvens.*

---

8 Ἔνθα] Quæsivi hunc versum apud Homerum, sed frustra. Versus quidem similis, sed non idem occurrit, Ο δ. γ.

Ἔνθα νότος μέγα κῦμα ποτὶ σκαιὸν ῥίον ὠθεῖ:

Id est,

Huc auster ingentem fluctum ad asperum promontorium propellit.

9 Καὶ βορέης] Extat locus Ο'δ. ε. v. 295.

Σὺν δ' εὖρός τε νότος ἔπεσε, ζεφύρος τε δυσκὴς,
Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

10 *Susum, atque rursum*] Antiquæ editiones, *sursum atque dejici*. Antiquissima Ven. Ed. pro *atque* legebat *utque*. H. Stephanus *susum, atque rursum dejici*. *Susum* pro *sursum* dixere veteres, sicuti *prosum* loco *prorsum*. Petrus Victorius in Varronem de Re Rustica ita legi quoque in manuscriptis apud Varronem de R. R. lib. 1. cap. 6. testatur: *Qui colunt deosum, magis æstate laborant, qui susum, magis hyeme. Verno tempore in campestribus maturius eadem illa seruntur, quam in superioribus, & celerius hic quam illic coguntur: necnon susum quam deosum tardius seruntur ac coguntur. Susum* & *deosum* semper in MSS. inveniri testatur Victorius, atque *susum* quoque in MSS. Codd. Plauti legitur. Ejusdem originis *susque deque*, quod denotat *sursum & deorsum* ἄνω καὶ κάτω: hinc *susque deque habere*, negligere an quid sursum an deorsum eat.

11 *Propelli susum atque rursum subjici*] *Sursum prorsum* vel *rursus prorsus*, vel *rursus ac prorsus*, quid sit scio: *sursum* quoque *deorsum* bene habet: sed *sursum* vel *susum atque rursum* Carrionis unius commentum est. Quod tamen etiamsi recte diceretur, rei præsenti non congrueret. Scripti equidem *propelli rursum atque subjici*, quod, credo, illum traxit in errorem: sed illi nihil aliud significant, quam quod antehac publicatum fuit, *propelli sursum atque subjici*. Ille putavit *rursum subjici* esse decidere quod elevatum ac propulsum sursum esset. At *subjici* est id ipsum quod *propelli sursum*, intumescere & altius fieri. Sic Virgilius: *Quantum vere novo viridis se subjicit alnus*. Et alibi: *Parnassia laurus Parva sub ingenti matris se subjicit umbra*. Vide ad Livium 6, 24. *Gronovius*.

12 Ὠθεῖ] Legendum ex Homero, ὤθεσκε. Versus extat Ο'δ. λ. vers. 595. ubi de Sisypho ita loquitur,

Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον ———

Id est,

Lapidem sursum pellebat ad cacumen.

Thys. Recte quidem: sed non ex arte sumtus corrigendi impetus. Homerus quidem dicit ὤθεσκε: sed non ideo Grammatici explicantes in ea forma hærent, sed ut recte Gellius in ὠθεῖ. Habes in ipso Eustathio ad Il. λ, 307. Ἐκεῖνος boreas γὰρ ταῦτα κυλίει, ὥσπερ ὁ νόθος ὠθεῖ. Id liceat Gellio imitari. Omisi porro vocem λάαν, quæ in editionibus solet huic verbo præmitti contra codices MSS. & contra ipsius Gellii mentem, qui exponit, quid significet verbum ὠθεῖ, non quid significet verbum λάαν ὠθεῖ, quæ est ineptia. Quin immo hausit id ab Bourdelotio, qui adscripsit margini An ὤθεσκε? Jac. Gronov.

13 *Sicut in alio loco*] Rot. & Lincoln. *sicut alio in loco*. Gronovius.

14 *Cum Aristotelis libros problematum præcerpsimus*] Lege ex Regio & Rot. *problematorum præcerperemus*. Vide supra, & infra 3, 6. *Præcerpere* dictum, ut *præflorare*. Ipse lib. 14, 1. & Livius Apuleiusque. *Idem*. Sed pejus est in editis *percerpsimus*.

15 *Libros problematum*] Extat locus apud Aristotelem Sectione 26. Problem. 38. verba ita se habent,

Cur auſtro ſpirante mare cæruleum fiat: aquilone obſcurius atriuſque? An propterea quòd aquilo minus mare perturbat? omne autem, quod tranquillius eſt, atrum eſſe videtur.

bent. Διὰ τί ποτὲ τῶ μὲν νότῳ πνέοντος, ἡ θάλαττα κυανέα γίνεται; τῷ δὲ βορέᾳ ξοφώδης; ἢ ὅτι ὁ βορέας ἥσσον τὴν θάλατταν ταράττει; τὸ δὲ ἀτακτότερον ἅπαν, μέλαν φαίνεται. In ultimis verbis pro ἀτακτότερον Gellius legiſſe videtur ἀταρακτότερον, i. e. *quod minus turbatur*, *quod tranquillius eſt*. Si communis lectio Græca (ἀτακτότερον) ſervetur, contrarium intelligitur, nimirum perturbatum mare nigrum videri. Ita antiquus interpres intelligitur, qui θάλατταν quoque κυανέαν mare nigrum interpretatur, ſicuti ea vox nonnunquam apud Græcos auctores ſumitur. Ita ultima verba ad auſtrum referri deberent, qui juxta Ariſtotelem ſequenti problemate in fine concitatior eſſe ſolet, aquilo autem primo impetu validior, in fine magis compoſitus & ſedatus. Et hæc ratio quoque eſſe videtur, quare citius aquilone deſinente undæ ſubſidant, auſtro autem remittente diutius maria intumeſcant. Dubitatione quoque non caret, an illud quod tranquillum eſt, nigrum colorem mentiatur. (Sunt enim hi omnes colores apparentes) Ariſtoteles utique Sect. 23. Probl. 23. ſibi contradiceret, qui tranquillam & quietam aquam albam videri affirmat, concitatam, minus albam vel *nigram*. Loquitur autem Philoſophus de motione modica; ſi enim aquæ maris tumidi tempeſtatibus flagellentur, colliſa & ſpumeſcens alba videtur. Atque illam rationem reddit, quod quieta aqua magis pellucida ſit, & viſum tranſmittat, mota autem aqua viſum impediat, & retundat, atque ita nigra eſſe videatur. Sicut mare quoque remotius nigrum eſſe videtur. Ubi notandum eſt Ariſtotelem dicere κυανῆν καὶ μέλαν εἶναι. Nigrum ita & cyaneum colorem quaſi unum eſſe innuere videtur. Κυανέαν itaque θάλατταν mare nigrum hic interpretari quis poſſet, ſecus atque Gellius qui cæruleum vertit, niſi quod poſtmodum Ariſtoteles mare ξοφώδη, id eſt, tenebricoſum flante aquilone eſſe affirmet. Contra antiquum igitur interpretem communemque lectionem, Gellii verſionem probat quoque Gaza. Quod autem ad Ariſtotelis locum attinet Sect. 23. Problem. 23. ubi quietam aquam albam, motam minus albam vel nigram eſſe affirmat, non ſentit Philoſophus allegato ab Agellio problemate aquam plane quietam eſſe nigram, ſed modice motam, nigrum colorem induere. Addit enim τὸ ἀταρακτότερον (aliter, ἀτακτότερον) ἅπαν μέλαν φαίνεται. *Quod minus turbatum eſt* (*vel incompoſitum*) *nigrum eſſe videtur*.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Quæſitum atque tractatum quam ob cauſam Salluſtius avaritiam dixerit non animum modò virilem, ſed corpus quoque ipſum effeminare.

[1] HIEME jam decedente [2] [3] apud balneas Sitias in area ſub calido ſole cum Favorino philoſopho ambulabamus: atque ibi inter ambu-

1 *Hieme jam diſcedente*] Corrige ex MSS. *decedente*. Virgilius ecl. 2. *Sol decedens duplicat umbras* Primo Georg. *Gnoſſiaque auratæ decedat ſtellæ Coronæ*. Et in quarto: *Te veniente die, te decedente canebat*. Horatius lib. 1 epiſt. 6. *Et decedentia certis Tempora momentis*. Curtius lib. 8. *Noctem, quæ decederet*. Gronovius.

2 *Balneas Sitias*] Ab auctore Sitio ita appellatas.

bulandum legebatur Catilina Salluſtii, quem in manu amici conſpectum legi jusſerat. Quumque hæc verba ex eo libro lecta eſſent: *Avaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupivit. Ea quaſi* [4] *venenis malis imbuta corpus animumque virilem* [5] *effeminat: ſemper infinita & inſatiabilis eſt: neque copia* [6] *neque inopia minuitur.* Tum Favorinus me adſpiciens, Quo, inquit, pacto corpus hominis avaritia effeminat? [7] quid enim iſtuc ſit quod animum virilem ab ea effeminari dixit, videor fermè aſſequi. Sed, quonam modo corpus quoque hominis effeminet, nondum reperio. Et ego, inquam, [8] longè jamdiu in eo ipſo quærendo fui; ac, niſi tu occupaſſes, ultro te hoc rogaſſem. Vix ego hæc dixeram cunctabundus; atque inibi quiſpiam de ſectatoribus Favorini, qui videbatur eſſe in literis [9] veterator, Valerium, inquit, Probum

Innumeræ fuere privatæ. Recenſet S. Rufus in urbe octingentas. Publicæ inſtar urbium, vel ut Ammianus loquitur, in modum provinciarum extructæ. Antoninianæ 1600, Diocletiani 3200 ſellas habuerunt. Luxum in balneis etiam privatis admodum reprehendit Seneca. Unum tantum locum adducam, ne nimium diffuſus ſim. *Pauper*, inquit, *ſibi videtur ac ſordidus, niſi parietes magnis ac precioſis orbibus reſulſerint, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint; niſi illis undique & in picturæ modum variata circumlitio prætexatur; niſi vitro condatur camara, niſi Parius & Thaſius lapis, quondam varum in aliquo templo ſpectaculum, piſcinas noſtras circumdedit; niſi aquam argentea epitonia fuderint. Et adhuc plebeias fiſtulas loquor, quid cum ad ænea libertinorum pervenero? quantum ſtatuarum, quantum columnarum eſt, nihil ſuſtinentium, ſed in ornamentum poſitarum & impenſæ cauſæ? quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? Eo deliciarum venimus, ut niſi gemmas calcare nolimus.* Vide Fulvium Urſinum in Appendice de Triclinio, Georgium Fabricium de urbe Roma c. 17. de conſtructione balnearum Vitruvium lib. 5. cap. 10 & qui hunc expreſſit, Palladium lib. 1. cap. 11. Sicuti autem hic Sitias Balneas commemorat auctor noſter, ita Martialis & alias meritorias nominat, Tuccæ, Fauſti, Fortunati, Grylli, Lupi, Pontici, Severi, Tigellini, atque ita porro.

3 *Apud balneas Sitias.*] Sic & prima editio Romana. Rot. *ſtitias.* Reg. *Sticias.* Lincoln. *Scitias* Alius *Scicias.* Numquid *Titias?* Martialis lib. 11 epig. 52. *Hic nullo comitante vel moleſto Thermis grandibus & ſuis lavatur. Anguſte Titius tamen lavatur.* Onuphrius quoque in augmento Aurelii Victoris ſub titulo, Quæ quo loco quave urbis regione reponerentur, non liquebat, appellat *Balinea Titii, Sophonii Tigellini* &c. *Gronovius.* Olim Lipſius huc referens verba Capitolini ex Gordiano, ubi memorantur thermæ Titianæ, confeſſus fuit ſe neſcire an in Agellii hoc loco inde reſtitui oporteat *balneas Titias*, non autem *Sitias*, ut libri; nec tamen ſe adfirmare. Has Titias quoque cogitabat Salmaſius.

4 *Venenis malis*] *Qui venenum dicit*, inquit Cajus JC. de V.S. *adjicere debet malumne an bonum ſit. Num & medicamenta venena ſunt.*

5 *Effeminat*] Cogitationes viriles deprimit, mulieribus ſimiles reddit, quæ divitiarum maxime capiuntur deſiderio. Ita Thyſius amavit hanc ſuam interpretationem, ut totidem verbis conceptam ſuppoſuerit etiam Salluſtio. Sed optimus interpres Cicero lib. 1 Offic. cap. 8 ubi quum dixiſſet, in quo vitio late pateret avaritia, & cur expeterentur divitiæ, pergit: *Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia*; (en ſigna effeminati animi, idque procedit ad corpus, ſi perduret ineptia) *quibus rebus effectum eſt, ut infinita pecuniæ cupiditas eſſet.*

6 *Neque inopia*] Inopia non minui minime mirum. Meurſius legebat, *neque copia minuitur.*

7 *Quid enim iſtuc ſit*] Regius *ſit.* Forte: *Qui enim iſtuc fiat.* Gronovius.

8 *Longe jam diu in eo ipſo quærendo fui*] Rot. *Ego inquam longe diu nec ipſe*, ſine τῶ *Et* à principio. Suſpicor: *Eo, inquam, longe diu & ipſe quærendo fui. Longe diu* eſt admodum diu vel valde diu. Ut apud Plautum, *Diu & longum, diu & multum.* Vulgaria ſunt *longe aliter, longe ſecus. Fui quærendo*, ut cap. 7. *eſſe exſpectando.* Idem.

9 *Veterator*] Qui in uſu & experientia rerum vetus eſt & conſenuit. Neque enim ſemper in malam partem ſumitur.

10 *Pe-*

bum audivi hoc dicere; usum esse Sallustium circumloquutione quadam poëtica, &, quum dicere vellet hominem avaritia corrumpi, corpus & animum dixisse, quæ duæ res hominem demonstrarent: namque homo ex anima & corpore est. Nunquam, inquit Favorinus, quod equidem scio, tam importuna tamque audaci argutia fuit noster Probus, ut Sallustium vel subtilissimum brevitatis artificem [10] periphrasin poëtarum facere diceret. Erat tum nobiscum in eodem ambulacro homo quispiam sanè doctus. Is quoque à Favorino rogatus, [11] ecquid haberet super ea re dicere, hujuscemodi verbis usus est. [12] Quos, inquit, avaritia minuit & corrumpit, quique [13] sese quærenda undique pecunia dediderunt, eos plerosque tali genere vitæ occupatos videmus; ut, [14] sicuti alia in his omnia præ pecunia, ita labor quoque virilis, exercendique corporis studium relictui sit: [15] negotiis se plerumque umbraticis & sellulariis quæstibus intentos habent; in quibus omnis eorum vigor animi corporisque elanguescit, &, quod Sallustius ait, effeminatur. Tum Favorinus legi denuo verba eadem Sallustii jubet; atque, ubi lecta sunt, Quid igitur dicemus, inquit, quod multos videre est pecuniæ cupidos & [16] eosdem tamen corpore esse vegeto ac valenti? Tum ille [17] ita respondit, non herclè inscitè: Quisquis est, inquit, pecuniæ cupiens, & corpore tamen est

10 *Periphrasin poëtarum*] MSS. *periphrasis*. hoc est periphrases. nam semel id ausi non solent in uno sistere. Et prægnantior hic numerus est. *Gronovius.*

11 *Et quid haberet*] Omnino, *ecquid*, ut olim editum. nam MSS. ubique fere hæc confundunt: eoque non illi, sed ratio in his sequenda est. Rot. & Reg. *rogatus eo quid haret*. Vox ultima compendium scribendi est: quod non assecutus serior librarius audacissime reddidit *horum*, idque transposuit, ut in Lincoln. habetur: *& quid horum super ea re diceret*, quemadmodum Pal. fere apud l. Gebhardum 2 Antiq. lect. 4. Lib. 14, 1. *An quod ita serio judicatoque existimaret, non habeo dicere.* Lib. 17, 20. *Habesne nobis dicere in libris rhetorum vestrorum tam apte compositam orationem?* Idem.

12 *Quos, inquit, avaritia minuit & corrumpit*] Diu quæsisse ait Gebhardus, quid esset *minui avaritia*, subjicitque *inivit*. Ego eo verbo haudquaquam offendor. Sed Reg. & Rott. *Quorum inquit.* dein Reg. *avaritiam tenuit & corrupit*: Rot. *avaritia intenuit & corrupit.* Scribe: *Quorum, inquit, avaritia ingenium corrupit.* Idem.

13 *Sese in quærenda undique pecunia*] Præpositio neque in MSS. neque in editionibus vetustis Romana, Ven. Aldina, Vascosani, Gryphii conspectui est. Dein Reg. *sese quærenda pecunia*, sine τῷ *undique* Rot. *sese quærenda undique pecunia.* Lege. *quique sese quærendæ unice pecuniæ dediderunt.* Lib. 19, 2. *qui duabus istis belluinis voluptatibus sese dediderunt.* Idem.

14 *Sicut & alia in his omnia*] Præpositio videtur vacare. Bene autem Carrio vel Stephanus, *relictui sit*, & confirmant scripti, ubi vulgo edebatur *relictum sit.* Sicut alia sunt his relictui & insuper habentur, ita & labor. *Idem.*

15 *Negotiis se plerumque*] Rot. *Negotiis qn splerumque.* Regius: *Negotiis enim se plerumque.* Idem.

16 *Eosdem cum corpore esse vegeto & valenti*] MSS. *eosdem tamen corpore esse vegeto ac valenti.* Est autem τὸ *tamen* & in superioribus editionibus, neque mutasse operæ pretium est. *Idem.*

17 *Ita respondit, non hercle inscite*] Ita volunt ab Gellio in antecessum de responso ejus hominis judicatum fuisse, quum profecto sufficeret ejus mentem & sententiam includi responso Favorini, quod in fine sequitur. Et quid est, quod in codice Regio legatur *respondit, respondis.* Sic & notatum ex Rottendorff. Sed plane duo Oxonienses: *Tum ille ita respondit: Respondes non hercle inscite*, ut postremæ hæ voces respiciant objectionem Favorini, quæ præmissa est, & quæ in MSS. legitur *Quid igitur, inquit, dicimus*, non *dicemus.* Jac. Gronov.

18 *Eum*

est benè habito ac strenuo, aliarum quoque rerum vel studio vel exercitio [18] eum teneri necessarium est; atque in sese colendo non æque esse parcum. Nam si avaritia sola summa omnes hominis partes affectionesque occupet, & si ad incuriam usque corporis grassetur, ut per illam unam neque virtutis neque virium, neque corporis, neque animi cura adsit; tum denique [19] is vere dici potest effeminato esse & animo & corpore, qui neque sese, neque aliud curet, nisi pecuniam. Tum Favorinus, aut hoc, inquit, quod dixisti probabile est, aut Sallustius odio avaritiæ [20] plus, quam potuit, eam criminatus est.

18 *Eum teneri necessarium est*] Rot. *necesse est*. Reg. *necessum est*. Atque ita reponendum. *Gronov.*

19 *Is vere dici potest effeminato esse*] In Rot. video *tum denique id vere*. Neque aliter Regius, sed hic præterea *effeminando*. Conjicio: *tum denique id vere dici potest effeminando esse animo & corpori, qui neque sese neque aliud curet, nisi pecuniam*. Intelligendum, *animo & corpori ejus, qui*. Rot. etiam *esse corpore & animo*. Regius, *curent post pecuniam*. Rot. & Lincoln. *curent nisi pecuniam*. Quasi τὸ *qui* plurativo numero velint significare intellectum τῶν *eorum*. Gronovius. Illud *curent post pecuniam* in Regio haberi scribitur ex chirographo Salmasii, cui nescio quod obhæserit. Certe enim reliqui ita illic non legimus, & exstat *nisi*.

20 *Plus quam potuit eam criminatus est*] P. Scriverius malebat, *plus quam oportuit*. Gronovius.

CAP. II.

Quemnam esse natalem diem [1] *M. Varro dicat eorum, qui ante noctis horam sextam, postve eam nati sunt: atque inibi de temporibus terminisque dierum qui civiles nominantur, & usquequaque gentium varie observantur: & præterea quid Q. Mucius scripserit super ea muliere quam maritus non jure usurpavisset, quia rationem civilis anni non habuerit.*

QUÆRI solitum est, qui noctis hora tertia, quartave, sive qua alia nati sunt, uter dies natalis haberi appellarique debeat, isne quem nox ea consecuta est, an [2] qui dies noctem consecutus est. [3] M. Varro in libro rerum humanarum, quem de diebus scripsit, *Homines*, inquit, [4] *qui ex media nocte ad proximam mediam noctem in* [5] *his horis* XXIIII

1 *M. Varro dicat eorum*] In Regio non apparet vox *eorum*: neque opus ea est: sed & sæpe illam inculcarunt auctoribus invitis. Similiter ipsum principium: *qui noctis hora tertia quartave sive alia nati sunt, uter dies natalis haberi appellarique debeat*. Non enim putavit necessario sibi dicendum esse, *dies natalis eorum*. Gronovius.

2 *Qui dies noctem consecutus est*] Verbum substantivum non video in Rot. Et sufficit: *isne quem nox ea consecuta est, an qui dies noctem consecutus*. Idem.

3 *M. Varro*] Hæc ex Gellio Macrobius commentariis suis inseruit lib. 1. Saturn. cap. 3.

4 *Qui ex media nocte ad*] Olim, *qui media nocte* Sed è Macrobio, qui totum hoc caput descripsit, addiderunt præpositionem *Ex*. Reg. Lincoln. Rot. *qui in media*. Rot. amplius: *qui in media nocte nascuntur ad proximam mediam noctem in his horis* XXIIII *una die nati dicuntur*. De particula nolim contendere, quam Macrobius ex meliori codice, quam nobis sunt, hausisse videtur. *Gronovius.*

5 *His horis* XXIII] Sic editum in Badiana, sic in

XXIIII *nati sunt, una die nati dicuntur.* Quibus verbis ita videtur [6] dierum observationem divisisse, ut, qui [7] post solem occasum ante mediam noctem natus sit, is ei dies natalis sit, à quo die ea nox cœperit: contra vero, [8] qui in sex noctis horis posterioribus nascatur, eo die videri natum qui post eam noctem diluxerit. [9] Athenienses autem aliter observare idem Varro in eodem libro scripsit, eosque à sole occaso ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere. Babylonios porrò aliter; à sole enim exorto ad exortum ejusdem incipientem totum id spatium unius diei nomine appellare: multos verò in terra Umbria unum & eumdem diem esse dicere à meridie ad insequentem meridiem. [10] *Quod quidem*, inquit, *nimis absurdum est. Nam qui*

in Gryphiana explanavit *viginti quatuor*. Nescio an recte. Nam qui in capite sequente scribit *illas unam & viginti*, & quidem bis, videtur etiam nunc explanate scripturus *his horis quatuor & viginti*. Jac. Gronov.

6 *Dierum observationem divisisse*] Dies alii naturales, alii civiles: Civiles 24. horis, quibus cœlum vel potius terra circumrotatur, finiebantur. Naturales dies in duodecim horas dividebantur, & pro ratione dierum horæ crescebant vel decrescebant. Cæterum antiquioribus temporibus nullus fuit horarum tam apud Græcos quam Romanos usus, nulla horologia. In duodecim tamen partes etiam Herodoti ætate dies dividebatur, verum æquinoctialis. Operæ pretium est videre Salmasium in Solinum pag. 641.

7 *Post solem occasum*] Macrobius qui Gellii eadem verba recitat, *post solis occasum*, & postmodum pro *sole occaso* similiter *solis occasu* scribit. sed auctor noster ita passim loqui solet. *Thys.* Interim scias in codice Regio mox non exstare *sole occaso*, sed *sole occasu*.

8 *Qui in sex noctis horis posterioribus nascatur*] Ror. *qui in posterioribus* VI *horis noctis nascitur*. Gronovius.

9 *Athenienses*] Plin. lib. 2. c. 77. Ita & Judæi dies numerabant & Libyes, ut Stobæus ex Nicolao Damasceno refert Serm. 165. ita & Germani. Tacitus de Mor. Germ. *nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. Sic constituunt, sic condicunt, ut nox ducere diem videatur.* Vide Lindebrogium in vocabulario ad leges Germanicas. De Gallis idem testatur Cæsar lib. 6. *Galli se omnes à Dite patre prognatos prædicant, idque à Druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis, non numero dierum, sed noctium definiunt: & dies natales & mensium, & annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur.* Atque hæc ex mundi prima origine tradita gentilibus, quia tenebræ primo incumbebant terræ, antequam lux fieret. Hinc Hymnographus antiquus hymno Noctis,

Νύκτα θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Id est,

Noctem concelebro genetricem hominumque Deûmque.

Thysius. Hæc etsi sæpe collecta fuerint, tamen delere non debui, vel ideo, ut appareret, quam leviter illa describere potuerit Stephanus Morinus in libello de Horis Salvificæ Passionis pag. 70 & seq. Nesciebam illum virum idcirco huc venisse. Adi interpretes & commentatores ad Genesin 1, 5.

10 *Quod quidem, inquit, nimis absurdum est*] Jac. Cujacius Observ. 15, 32 legit *minus absurdum*. Et sic editum Gryphio. *Nimis* haud dubie verum est. Absurdum enim eundem duos proprie dictos habere natales. Id autem evenit hac Umbrica diei æstimatione. Qui natus est Calendis matutino vel ante sextam finitam, ejus natalis sunt Calendæ. At idem dies post sextam incipit censeri Quartus vel Sextus Nonas. Natus igitur videtur iste & Calendis & quarto vel sexto Nonas. Sed hæc mera cavillatio est. nam quod ait eum diem, qui post Calendas est, etiam videri debere istius natalem, id verum est de die naturali, non civili Umbrorum. Civiles enim Umbrorum Calendæ cum sexta exierant. Itaque qui post sextam nascebatur, ejus natalis erat quartus vel sextus Nonas, haudquaquam Calendæ. *Gronovius.* Acutus hoc loco est Prousteus, & infirmum omnino argumentum sic novit retorquere in Varronem. [Quid enim? si quis apud Romanos kalendis hora VI noctis fuerit natus, nonne pariter dies ejus natalis videri debebit & partim kalendarum, & partim ejus diei, qui sequetur?] Quid dubitamus Varronis adversarium à se ipso intricatum lepide aspicere? Atqui ex principio hujus capitis patet id Romæ quæsitum fuisse ante Varronem, qui judicavit id decidi posse, ex cujus senten-

qui kalendis hora ſexta natus eſt apud Umbros, dies ejus natalis videri debebit [11] *& kalendarum dimidiatus, & qui eſt poſt kalendas dies ante horam ejus diei ſextam.* Populum autem Romanum ita, uti Varro dixit, dies ſingulos annumerare [12] à media nocte uſque ad mediam proximam multis argumentis oſtenditur. Sacra ſunt Romana [13] partim diurna, alia [14] nocturna: ſed ea, [15] quæ inter noctem fiunt, diebus addicuntur, non noctibus. quæ igitur ſex poſterioribus noctis horis fiunt, eo die fieri dicuntur, [16 17] qui proximus eam noctem illuceſcit. ad hoc, ritus quoque & mos auſpicandi eandem eſſe obſervationem docet. nam magiſtratus, quando una die eis auſpicandum eſt, & id ſuper quo [18] auſpicaverunt

tia reſponderi oportet Prouſteo, prorſus natum Romæ kalendis hora ſexta noctis, ſequutæ diem kalendas, ejus natalem incidere in poſtridie kalendas, nec eſſe diviſum; nec videri poſſe natalem diem ejus partim kalendarum, partim ejus diei, qui ſequetur. Qui naſcitur hora ſexta noctis, naſcitur poſt mediam noctem, quando jam tempus attributum diei poſtridie kal. currit & adnumerari illi ſolet. Et autem hæc ridicula differentia Umbrorum, quod duorum dierum partes dimidias adſcribant unis kalendis vel idibus, idque ridebant Romani, quia certus integer dies debebat illis appellationibus attribui. Certe quum Atia ad ſolenne Apollinis ſacrum media nocte veniſſe dicitur, id tempus pertinuit ad ſequentem diem. *Jac. Gronov.*

11 *Et Kalendarum dimidiatus*] Reg. & Rot. *dimidiarum*. Tum in eiſdem *ante horam ejus diei ſextam*. Forte: *ante horam ejuſdem ſextam*. Gronovius.

12 *A media nocte*] Rationes ſuo more quærit Plutarchus Quæſt. Rom. 84. Inter alias hanc veriſimilem reddit, quod crediderint Romani tum inchoandum diem, *cum ſol vel in medio cœli eſt, vel in oppoſito ejus puncto. Hoc autem poſterius melius congruit. Sol enim à meridie verſus occaſum à nobis fertur: à mediæ noctis puncto verſus ortum ad nos.* De hoc more locus egregius Pauli l. 8. D. de Feriis: *More Romano dies à media nocte incipit, & ſequenti noctis media parte finitur, itaque quicquid in his viginti quatuor horis, id eſt duabus dimidiatis noctibus & luce media actum eſt, perinde eſt quaſi quâvis hora lucis actum eſſet.* Vide & l. 6. D. qui teſt. fac. poſſ. & l. 1. D. de Manum. & Cujacium obſerv. 15. 37.

13 *Partim diurna, partim nocturna*] A mala manu eſt. Noſter enim Salluſtiani moris æmulus ſcripſerat: *partim diurna, alia nocturna*. Sic Reg. & Rot. & Macrobius. *Gronovius.*

14 *Nocturna*] Qualia Baccho ſacra, quæ teſte Servio ideo quoque Nyctelia appellantur. Quæ ſint nocturna ſacra, vide Politianum x. miſcell.

15 *Quæ inter noctem fiunt*] Sic MSS. non *internoctu*, ut fruſtra Lipſius & idem Livio ingereus Freinshemius. Vide ad Livium 29, 14. & 32, 29. *Gronovius.*

16 *Proximus eam noctem*] Tanquam ſi *proximus* eſſet præpoſitio accuſativum regens: ita Saluſtius, *Proximi Hiſpaniam Mauri ſunt.*

17 *Qui proximus eam noctem illuceſcit*] Sic ſane Plautus, Cicero, Livius. Rot. tamen *luceſcit*. Gronovius.

18 *Auſpicaverunt*] Ita antiqui loquebantur, ut ex Plauti variis locis liquet. Eodem quoque vocabulo Arnobius paſſim utitur. Quomodo augures, & auſpices templa cœli ſive regiones aſpexerint, alibi dictum. Auſpicia autem fiebant vel cum, vel ſine obnuntiatione. Utraque poteſtas agendi cum populo tollebatur, primò vel ſi nulla omnino ſigna de cœlo monſtrarentur, nec obnuntiaretur quicquam, altero quum cœleſti ſigno viſo quod publicam calamitatem portendere videretur, obnunciaret is, qui auſpicabatur, ei, qui cum populo ageret. Quod inſtitutum lege lata P. Clodius ſuſtulit, ut teſtatur Cicero pro Sextio. Vide Aldum in commentariis ad illam orationem. Scaliger in Feſtum internuntiationes, & obnuntiationes diſtinguit, quod nuntiationes eſſent Augurum, obnuntiationes Magiſtratus, quanquam & illæ nonnunquam confundantur. Obnuntiationis etiam meminit Arnobius l. 2. *cœlo ſervatis aut ocioſas facitis obnuntiationibus actiones?* Græci obnunciare vocant ἀπαγορεύειν. Quænam autem concionem impediant, vel dirimant, oſtendit Ariſtophanes in Nebulis: inprimis fulmen, pluvia, & ſimilia negotium impediebant. *Thyſ.* Locum hunc adhibet Paulus Merula de Comitiis cap. 31 ſed in quo deſcribendo nimis remiſſe fuit verſatus.

19 *Au-*

runt agendum, post mediam noctem [19] auspicantur, & [20] post meridiem [21] sole magno; auspicatique esse & [22] egisse eodem die dicuntur. Præterea tribuni plebei, [23] [24] quos nullum diem abesse Roma licet, quum post mediam noctem proficiscuntur, & [25] post primam facem ante mediam sequentem revertuntur, [26] non dicuntur abfuisse unum diem; quando

19 *Auspicatur & post exortum solem agunt*] Sic advocat Lipsius, testatus tamen libros plerosque veteres habere, *& post meridiem sole magno:* unde se corrigere: *& post meridiem solem agunt.* Apud Gryphium invento illud *post exortum solem:* nam Rom. Ven. Ald. Vascos. *post meridiem sole magno.* At Rot. & Reg. *& post meridiem solem agnum.* Unde quid potest commodius fieri Lipsiano? Quod tamen non satisfacit Er. Puteano in Genialibus sermonibus, qui multo cum honore magistri, fatetur recte restituisse Lipsium, sed erasse vult Gellium, qui dicere debuisset, *post occasum solem agunt.* alioqui licere interpretari Romanos, perinde ut Athenienses, diem a sole occaso ad solem iterum occidentem pro die uno habuisse. Sed cum sol occasus suprema tempestas foret, quid erat, obsecro, quod magistratus publice auspicato post solem occasum agerent? Dein cum pluribus argumentis Gellius utatur, sufficit hoc argumento demonstrari, tempus à media nocte usque post meridiem unius diei æstimationem non excedere: atque ita nec Babyloniorum nec Umbrorum similem Romano morem. Accedunt alia, quæ satis aperte & ab Athenienfibus Romanos separent. At Scioppius de stilo historico, memorabilem vocat Lipsii solœcismum *meridiem solem*, & post multa, ut mos hominis erat, acerba dicta impingit nobis, *post meridiem solum agunt;* vel *post meridie* vel denique *post meridiei solem*, omnia nugatoria. Non erat Lipsius tam ridiculus, neque pueriliter sibi persuaserat, *sol occasus* dici ut *Urbs Roma*: & potius turpissimum est Scioppium nescivisse, *meridiem solem* accepisse Gellium pro meridiano, ut *Pontus Scythes* pro Scythico apud Senecam, *Phryges luci* pro Phrygiis apud Statium, *amor advena* pro peregrino apud Ovidium, *Dialectus Doris* pro Dorica apud Suetonium, *stellæ errones* pro erraticis Nigidio, quod refert noster hoc libro cap. 10. *Gronovius.*

20 *Post meridiem solem agunt auspicati*] Manca & mutila hæc esse clamat Eryc. Puteanus, seque restituere: *cum post mediam noctem & post ex. s. agunt auspicati.* Sed meliores editiones adhibuisse debebat. non enim Stephanus modo, sed & Ro. Aldinaque cum MSS. & Macrobius *auspicatique.* Idem.

21 *Sole magno*] Id est alto, nondum occasui vicino. Lipsius Elect. lib. 2. cap. 3. legit contra fidem MSS. *Et post meridiem solem agunt*, & putat, ut dicitur *post occasum solem*, ita *post meridiem solem* dici. Inepte. *occasus* enim non substantive sed adjective soli jungitur. Vulgo legitur, *& post exortum solem agunt.* Thys. Et hoc quicquid est, & præcedentia satis consideravi. Sic quoque tamen soleo legere *& post meridiem solent agere.* Jac. Grov.

22 *Egisse ex eodem die dicuntur*] Rot. *& eodem.* Sed neutra particula utilis, atque adeo abolenda: præterea neque aut Regius aut Macrobius eam agnoscit. *Gronovius.*

23 *Nullum diem*] Abnoctare Tribuni non poterant, quia illorum officium erat sua præsentia & intercessione injuriam Populi prohibere. Itaque januas tam noctu quam interdiu, ceu asyla miserorum, patentes habebant. Livius tamen scribit Tribunos in Siciliam missos ad P. Scipionem ex illa insula revrahendum, nisi tum nondum lex hæc lata fuerit, vel quod potius arbitror, lege soluti fuerint. *Thys.* Tanquam lex illa & verba Gellii agant de absentia, quam ipsi sumunt ad sua negotia aut remissionem, non ad causam reipublicæ. Cur omittit de feriis Latinis apud Dionysium lib. 8 pag. 554? Addendus Servius ad locum Virgilii mox citatum ab Gellio. *Jac. Gronov.*

24 *Quos nullum diem abesse Roma licet*] Er. Puteanus ex Macrobio supplet, *nullum integrum diem.* Non subscribunt manu exarati. Vide Cujacium 24 Observat. 16, & nostrum 13, 12. *Gronovius.*

25 *Post primam facem*] Quæ erat inter vesperam, & noctem concubiam. *Ita enim noctem dividebant, ut dici novissimum tempus suprema tempestas vocaretur, inde vespera, ab hoc tempore fax, deinde concubia nox & inde intempesta, quæ non habet idoneum tempus rebus gerendis. Post mediam noctem mediæ noctis inclinatio, deinde gallicinium, inde* (Veteres & MS. libri habent *conticinium*) *conticuum, cum & galli conticescunt, & homines etiam tum quiescunt, deinde diluculum, id est, cum incipit dies dignosci, inde mane cum dies clarus est.* Ita loquitur Macrobius, quem vide lib. 1. Saturn. cap. 3. sub finem.

26 *Non dicuntur abfuisse unum diem quando*] In Rot. conspicor: *non videntur abfuisse unum diem, quoniam.* Ex Regio quoque mihi notarunt *quoniam.* Gronovius. Sed & *videntur* clare in eo exstat.

quando ante horam noctis sextam regressi [27] parte aliqua illius in urbe Roma sunt. [28 29] Quintum quoque Mucium jurisconsultum [30 31] dicere solitum legi, [32 33] non esse usurpatam mulierem, quæ kalendis Januariis apud

27 *Partem aliquam illius in urbe Romana sunt*] Sic Aldus & Gryphius. Sed Regius Rott editionesque Rom. Ven. Steph. *parte aliqua illius in urbe Roma sunt.* Macrobius : *partem aliquam in urbe consumunt.* Gronovius.

28 *Q. Mucium*] Intelligit Q. Mucium Scævolam, qui ut juris civilis (quod etiam in artem redegit libris XVIII l. 2 D. Orig. juris) peritia, & eloquentia fuit celeberrimus, ut testatur Cicero lib. 1. de Oratore ; ita reipublicæ eam præstitit, ut scribit Valerius Maximus lib. 8. cap. 15. *At ne Q. quidem Scævolæ, quem L. Crassus in consulatu collegam habuit, gloria parum illustris. Qui Asiam tam sancte & tam fortiter obtinuit, ut Senatus deinceps in eam provinciam ituris Magistratibus, exemplum atque formam officii Scævolam decreto suo proponeret.* Syllanis temporibus à Mario interfectus, cum proscriptionem fugeret, aramque Vestæ amplecteretur, passim ob doctrinam citatus.

29 *Q. quoque Mucium juris consultum*] Reg. & Rot. *jureconsultum.* Lib. 4, 2. *propterea quæsiverunt jureconsulti veteres.* Sic & Macrobius. *Gronovius.*

30 *Legi*] Macrobius habet *lege.* Atque ita legendum videtur. Usuraria enim uxor erat sine legibus juxta Servium.

31 *Dicere solitum legi*] MSS. & Macrobius: *dicere solitam, lege.* Suspicari liceat: *Q. quoque Mucium dicere scilicet, Lege non esse usurpatam.* Quod nihil aliud est quam, *Q. quoque Mucius dicit scilicet.* Vide Observ. 3, 9. *Gronovius.*

32 *Non esse usurpatam mulierem*] Usu partas ac quæsitas uxores eas fuisse quæ matrimonii causa in domum absque coëmtionis solennibus deductæ toto vertente anno cum viro adsuessent : quæ post id temporis ex 12. Tab. in manu mancipioque viri fuerint, quasi usu, id est, possessione viro mancipatæ. Usum enim pro possessione veteres dicebant. Et ita 12. *Tab.* scriptum erat : *Annuus usus esto.* Unde & *usucapionis* nomen. Usum vero legitimum fuisse dominiorum quærendorum & adipiscendorum modum nemo ambigit. Et vel juris civilis auctoribus tacentibus, ejus rei unus locupletissimus esset testis Horatius, cum ait :

Si proprium est, quod quis libra mercatur & ære,
Quædam, si credis consultis, mancipat usus.

Proinde quemadmodum res mobiles, vel se moventes, anno possessæ, possessoris, ex jure Quiritium, fiebant : ita mulierem quæ cum viro una matrimonii causa anno integro morata esset, ei uxorem cum re & effectu partam conciliatamque fuisse suspicari possumus. Probabile hoc facit, quod annui hujus usus interrumpendi interpellandique gratia trinoctio perfecto à viro uxorem abnoctare lex 12. Tab. jubebat. Hoc enim de usurpatione uxorum, id est, usus earum interruptione, ex Q. Mucio Scævola Gellius & ab eo mutuatus Macrobius prodiderunt. Cujus usurpationis quæ fuisset utilitas non video, nisi in manum & mancipium viri per annuam possessionem mulier transitura fuisset. Quorsum enim, quæso, de usurpatione annui uxorum usus lege cautum fuisset, si non ejusmodi usu aliquid viro præter nudum matrimonii nomen accessisset ? Nam ad uxoris inane consortium (id est, conventionis in manum viribus destitutum) consequendum, annum exspectari nihil attinebat, quod mero consensu, mutuaque voluntate, protinus conjuges nanciscebantur. Necesse est igitur amplius aliquid annuo usu maritum nactum ac consecutum fuisse. Quæ res existimandi copiam præbet, ut, quemadmodum servus venditus & traditus, neque tamen emtori mancipatus, nec in jure cessus, nec ab ipso annum possessus, in bonis tantum ejus erat ; non autem, quoad horum quid interveniisset, ex jure Quiritium ejus fiebat : sic quæ nec farre nec coëmtione in manum conveniisset, sed in domum duntaxat pro uxore deducta esset mulier, uxor quidem habebatur : ceterum non ante in manum viri conveniisse censebatur, quam apud eum annum nulla trinoctii absentia interposita impleviisset. Transacta vero annua die, tum usu viro quæsita uxor judicabatur, pro eoque erat ac si in manum solennibus verbis conveniisset, utpote usu ac possessione, quod solennitati defuerat, supplente. *Briss. de R. N.* Servius ad lib. 1. Georg. Virgilii id clare testatur, de tribus modis connubiorum loquens, quem audire operæ pretium est : *Tribus modis apud veteres nuptiæ fiebant : usu ; si, verbi gratia, mulier anno uno cum viro, licet sine legibus, fuisset : farre, cum per Pontif. Max. & Dialem Flaminem per fruges & molam salsam conjungebantur, unde confarreatio appellabatur ; ex quibus nuptiis patrimi & matrimi nascebantur : coëmptione vero, atque in manum conventione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat* (Dionysius Halicarn. lib. 2. illud de confarreatione scribit) *ut si quis prior fuisset defunctus, locum hæreditatis justum alteri faceret.* Et mox addit, *quod quæcunque in manum convenerat, omnia protinus quæ doti dicebantur, marito serviant.*

33 *Non esse usurpatam mulierem*] Macrobius, *lege*

apud virum causa matrimonii esse cœpisset, & ante diem quartum kalendas Januarias sequentis [34] usurpatum isset. Non enim posse impleri trinoctium, quod abesse à viro usurpandi causa ex duodecim tabulis [35] deberet: quoniam tertiæ noctis posteriores sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex kalendis. [36] Isthæc autem omnia de dierum temporibus & finibus ad observationem disciplinamque juris antiqui pertinentia quum in libris veterum inveniremus, non dubitabamus quin [37] Virgilius quoque id ipsum ostenderit, non expositè atque aperte, sed, ut hominem decuit poëticas res agentem, recondita & quasi operta veteris ritus significatione.

Torquet, inquit, *medios nox humida cursus:*
Et me sævus equis oriens afflavit anhelis.

his enim versibus oblique, sicuti dixi, admonere voluit diem, quem Romani civilem appellaverint, à sexta noctis hora oriri.

lege non isse usurpatum mulierem. Intellige cum effectu. *Lege non isse usurpatum* est non legitimo more firmasse usucapionem, vel usum, quo fiebant justæ nuptiæ. Ut constaret matrimonium usu, trinoctium abesse matronam à viro juris erat. Quæ itaque it usurpatum a. d. IV Calendas Januarias, non implet trinoctium. Prima quidem nox inter quartum & tertium Calendas integra est. Secunda inter tertium & pridie Calendas, item solida est. At tertia non est integra, quia horæ post meridiem noctis sive post sextam non sunt diei præcedentis, qui annum finit, sed Calendarum Januariarum; quæ novum annum incipiunt. Utrum adamabis, non inepte facies. *Usurpatam esse* nempe à marito: non effeciſſe, ut usurpata judicaretur, ut usu uxor fieret. quemadmodum in lemmate: *quam maritus non jure usurpavisset. Usurpatum isse* si mavis, supinum sumendum est παθητικῶς, nempe abnoctasse, ut à marito usurparetur. quemadmodum mox, *usurpatum esset*, & *usurpandi causa*. Gronovius.

34 *Usurpatum*] Ut usurparetur. Paulus l. 2. de Usurp. & Usuc. Usurpationem dicit esse usucapionis interruptionem, oratores autem frequentem usum appellare.

35 *Deberet*] Forsan legendum, *non deberet*. Atque ita Sigonii sententia perspicua foret. Sed nihil affirmo.

36 *Isthæc autem omnia*] Reg. & Rot. *Iste*, & in utroque τὸ *Ad* desideratur. Quid si fuerit: *Istas autem omnis de dierum temporibus & finibus observationes, disciplinam antiqui juris continentis, quum in libris veterum inveniremus.* Gronovius.

37 *Virgilius*] Extant versus lib. 5. Æneid. vers. 738. ubi Servius quoque Aulum Gellium citat, & Ciceronem in Auguralibus. Sicuti autem ex hoc versu etiam probat Romanos à media nocte diem inchoasse, ita affirmat Etruscos & Athenienses à sexta hora diei incipere. Si Etruscos posuit pro Umbris, verum dixit: de Athenienſibus, ut supra vidimus, aliter scribunt probati auctores, nimirum ab occasu solis diem incepisse.

CAP. III.

De noscendis explorandisque Plauti comœdiis, quoniam promiscè veræ atque falsæ nomine ejus inscriptæ feruntur: atque inibi quod Plautus in pistrino, & Nævius in carcere fabulas scriptitarint.

VERUM esse comperior, quod quosdam bene literatos homines dicere audivi, qui pleraſque Plauti comœdias curioſe [1] atque [2] con-

1 *Atque contente lectitaverunt*] Rot. *lectitarunt*. Reg. *lectitarant*. Alius & Lincol. *lectitaverant*. Mox priores duæ, *ambiguæ crediturum*. non *crediturос*, Scribe: *qui pleraſque Plauti Comœdias curioſe atque*

[2] contentè lectitarunt, non indicibus [3] Ælii, nec [4] Sedigiti, nec [5] Claudii, nec [6] Aurelii, nec [7] Accii, nec [8] Manilii super his fabulis, quæ dicuntur ambiguæ, crediturос, sed ipsi Plauto moribusque ingenii atque linguæ ejus. [9] Hac enim judicii norma Varronem quoque esse usum videmus. Nam præter illas unam & viginti, quæ Varronianæ vocantur; quas idcirco à ceteris segregavit, quoniam dubiosæ non erant, sed consensu omnium Plauti esse censebantur; quasdam item alias probavit [10] adductus stylo atque facetia sermonis Plauto congruentis, easque jam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit; sicuti istam quam nuperrimè legebamus, cui est nomen, [11] *Bœotia*. Nam quum in illis una & viginti non sit, & [12] esse Aquilii dicatur; nihil tamen Varro

contente lectitarit; non indicibus Ælii &c. *super his fabulis, quæ dicuntur ambiguæ, crediturum*. Gronovius. Etiam in inscriptione capitis habet Regius codex *quod Plautus & Nævius in carcere fabulas scriptitarent*. Jac. Gronovius.

2 *Contentè*] Summa attentione vel contentione. Ab corpore transfert ad animum. Cicero 5. Tusc. Q. 14. de Socrate, *cum usque ad vesperum contentius ambularet*.

3 *Ælii*] Vulgo, *Helii Sedigiti*. Apud Gellium nostrum mentio L. Ælii Stylonis Præconini lib. 2. cap. 21. lib. 5. cap. 21. & mentionem ejus fecit Suetonius de Illustr. Gramm. Ælius quoque Melissus librum de loquendi proprietate scripsit, quem citat quoque auctor noster lib. 18. c. 6, uti & Charisius. L. Ælii Galli meminit quoque Varro. Thys. Sed quum jam ultra centum annos ita ediderit Henr. Stephanus, & post editi id retinuerint, nescio quid velit istud [vulgo *Helii Sedigiti*] multo ineptius scriptum ab eo statuo, qui modo ausus fuit edere, [corrupte legebatur pro eo, quod nuper reposuit vir doctissimus.]

4 *Sedigiti*] Librum scripsit de Poëtis, & Vulcatius Sedigitus vocatur. vide auctorem nostrum lib. 15. cap. 24. In antiquissima Venetâ editione *Sedigiti* nomen non habetur.

5 *Claudii*] Quem citat Varro lib. 6. de LL. *Aurelius*, inquit, *scribit deliquium esse à liquido: Claudius, ab eliquato*.

6 *Aurelii*] P. Aurelium Opilium intelligere videtur, quem quoque citavit Gellius lib. 1. c. 25. Vide Suetonium Lib. de Illustr. Gramm. cap. 6. Ubi dicit illum libellum quoque edidisse, qui inscribebatur *Pinax*. Verba Suetonii hæc sunt: *Hujus cognomen in plerisque indicibus & titulis, per unam literam scriptum animadverto; verum ipse id per duas effert in parastichide libelli, qui inscribitur Pinax*. Cæterum Aurelium quoque cum Claudio conjunxit Varro lib. 6. de L. L. sub finem.

7 *Accii*] Qui Διδασκαλικῶν libros novem teste Charisio scripsit, item παιδαγωγὸν & πραγματικῶν libros, citante Nonio. Hunc alii Attium appellant, & cum Poëta confundunt, quod alibi quoque L. Accius Poëta judicium scripserit de Poëtis Homero & Hesiodo, teste Gellio nostro lib. 3. cap. 11. Actium quoque simul cum pontificalibus libris citat Varro de L. L. lib. 4. pag. 26.

8 *Manilii*] Forsan Mallius intelligitur, qui à Macrobio citatur lib. 1. Sat. c. 10. Idem Manlius & Manilius apud Varronem appellatur.

9 *Hac judicii norma*] Sic Cicero lib. 1x. ad famil. commendat Servium fratrem Pæti literatissimum, *quod facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est, quod tritas haberet aures notandis generibus poetarum & consuetudine legendi*. Jo. Wouwerius.

10 *Adductus stilo atque facetia*] Rot. *philo atque*. ut tamen subjectis punctis τῇ *P* & τῇ *H* supra scribatur eadem manu *F*. Regius *filo*. Rectè atque eleganter. Cicero in Lælio: *Nos autem a te potius: quamquam etiam ab istis sæpe quæsivi & audivi: sed aliud quoddam filum orationis tuæ*. de Oratore lib. 2. *Omnes etiam tum retinebant illum Pericli succum, sed erant paullo uberiore filo*. Lib. 3. ejusdem operis: *Hæc formanda filo ipso & genere orationis*. Oratore: *si tenues causæ, cum etiam argumentandi tenue filum*. Et in epist. ad Dolabellam, *munusculum levidense crasso filo*. Noster 16, 19. *Celeri admodum & cohibili oratione vocumque filo tereti & candido*. Sic Symmacho *elaboratam foloci filo cantilenam* restitutum virtute Scioppii, frustra sibi vindicantibus aliis. *Gronov*.

11 *Bœotia*] Translata fuit ex Antiphane, quem citat Pollux lib. 10. & Athenæus lib. 11.

12 *Esse Aquilii dicatur*] Citatur etiam à Varrone lib. 6. de L. L. Sed locus corruptus. *Accensum*, inquit, *solitum ciere Bœotia* (scilicet Comœdia) *ostendit, quam Comœdiam alii esse dicunt: hoc versu, Ubi pri-*

ro dubitavit, quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitaverit, si vel hos solos versus ex ea fabula cognoverit; qui quoniam sunt, ut de illius more dicam, [13] Plautinissimi, propterea & meminimus eos & adscripsimus. [14] Parasitus ibi esuriens hæc dicit:

Ut illum di perdant, [15] *primus qui horas repperit,*
Quique adeò [16] *primus statuit hîc solarium.*
Qui mihi comminuit miserο articulatim diem,
Nam [17] *me puero* [18] *uterus erat solarium*

Multo

primum accensus clamarit meridiem. pro *alii* legendum *Aquilii.* Scaliger tamen legit *Ælii.* Alii docti Viri *M. Accii*, ut Plautus intelligatur.

13 *Plautinissimi*] Ex Schefferino notatum video *Plautissimi.* Jac. Gronovius.

14 *Parasitus esuriens*] Habes simillimam esurientis parasiti querelam in Alciphronis rhetoris epistola; quæ, quoniam elegans est & hactenus inedita, non ingratum fore arbitror, si integram eam hîc adscripsero.

Τρεχέλιππος Λοταδεχθώμῳ,

Ο' γνώμων ὑπὸ σκιάζει τὴν ἕκτην· ἐγὼ δὲ ἀποσκλῆναι κινδυνεύω τῷ λιμῷ κεντήμενος. Εἶεν ὦρα σοι βουλεύματος λοπαδ χθαμαδὲ, μᾶλλον δὲ μοχλὲ καὶ καλωδίε ἀπάγξασθαι. Εἰ γὰρ καὶ ὅλην καταβαλεῖμεν τὴν κίονα τὴν τὸ πυρον τοῦτο ὡρολόγιον ἃ ἔχουσαν, ἢ τὸν γνώμονα τρέψομεν ἐκεῖσε νεύειν, ὑ ταχιον δυνήσηται τὰς ὥρας. ἀποσημαίνειν, ἕξει τὸ βούλευμα Παλαμηδειον· ὡς νῦν ἐγώσει αὐω ὑπὸ λιμοῦ καὶ αὐχμοῦ. Θεοχάρης δε ὁ πρότερον καταλιμώσει τὴν σ.θαδι, πρὶν αὐτῷ τὸν οἰκεῖον δραμόντα φράσαι τὴν ἕκτην ἐσάνω. Δεῖ ὃν ἡμῖν τοιοῦτε σκέμματος, ὃ κατασφίσασθαι καὶ παραλογίσασθαι τὴν Θεοχαρες εὐταξίαν δυνήσεται. Τραφεὶς γὰρ ὑπὸ παιδαγωγῷ βαρεῖ καὶ ὠμοτάτῳ ἐδὲν φρονεῖ νεώτερον, ἀλλ' οἷα τις Λαχης ἢ Ἀπολλῶνις, αὐστηρὸς μὲν τοῖς τρόποις, καὶ ἐκ ἐπιτρέπει τῇ γυμνῇ πρὸ τῆς ὥρας, ἢ ἐκεῖνος τὸ πίμπλασθαι. ῥῶσο. Lambecius.

15 *Primus qui horas repperit*] Censorinus: *Horarum nomen non minus annos* CCC. *Romæ ignoratum esse credibile est. Nam duodecim tabulis nusquam nominatas horas invenias, ut in aliis postea legibus, sed* ANTE MERIDIEM. Accensi autem clamabant quodnam diei tempus esset, antequam horologia Romæ essent. Varro lib. 5. de L. L. *Hoc idem Cosconius in Actionibus scribit, prætorem accensum solitum tum esse jubere, ubi ei videbatur esse horam tertiam* (id est, tempus illud quod postmodum hora tertia metiebantur) *inclamare horam esse tertiam, item meridiem, & horam nonam.* Plinius lib. 7. *Duodecim tabulis ortus tantum & occasus nominantur, post aliquot annos adjectus & meridies, accenso Coss. id pronunciante.* Porro quod Censorinus scribit per CCC. annos nullum usum horarum fuisse, jam antea dixerat, *In horas duodecim divisum esse diem, noctemque in totidem vulgo notum est. Sed hoc credo Romæ post reperta solaria observatum.* Horologia autem cum horis quando primum Romæ in usu fuerint, non ita proclive dictu, verum quadringentos septuaginta septem annos elapsos fuisse, cum à M. Valerio horologium in foro positum, Plinius commemorat. Apud Græcos horarum & horologiorum usus non multo antecessit Alexandri Magni ætatem. Vide *Salmasium* ad Solinum pag. 651. Quando igitur auctor noster dicit, *primus qui horas repperit*, ad Romanos referendum, nisi Antiphanem ad verbum latine reddiderit Plautus, vel quisquis Bœotiæ comœdiæ auctor est.

16 *Primus statuit hic solarium*] De primo Solario Romæ ita Censorinus: *Quorum antiquissimum quod fuerit, inventu difficile est. Alii enim apud ædem Quirini primum statutum dicunt* (nimirum à L. Papirio Cursore Plin. lib. 7. cap. 60. A. V. C. CDLX. ubi vide Pigium, qui ex Plinio id vocat horologium solarium, *alii in Capitolio, nonnulli ad ædem Dianæ in Aventino. Illud satis constat nullum in foro prius fuisse, quam id quod M. Valerius Messalla, Catina capta ex Siciliâ advectum, ad rostra in columna posuit. Quod quum ad clima Siciliæ descriptum, ad horas Romæ non conveniret, L. Philippus censor juxta constituit.* Ubi Pigius monet corrigendum prænomina in M. & Q. De Horologio autem Siculo verisimile est loqui hîc Comicum.

17 *Me puero*] Si Plauti hæc sit comœdia, de tempore solarii positi haud difficilis conjectura, quod hic dicit auctor noster se puero nullum aliud nisi ventrem fuisse solarium. Plautus floruit scripsitque initio secundi belli Punici, anno V. C. circiter quingentesimo trigesimo quinto. *Thys.* Cæterum Plautus supponit se agere de oppido, non de Roma.

18 *Ute-*

Multo omnium istorum optumum & verissimum,
Ubi [19] *ubi iste monebat esse, nisi quum nihil erat.*
Nunc etiam quod est, [20] *non est, nisi Soli lubet.*
Itaque adeò jam [21] *oppletum est oppidum solariis.*
Major pars populi aridi reptant fame.

Favorinus quoque noster, quum Nervolariam Plauti legerem, quæ inter incertas est habita; & audisset ex ea comœdia versum hunc,

[22 23] *Scrattæ, scrupedæ, strictivillæ, sordidæ:*

delectatus faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantium, Vel unus hercle, inquit, hic versus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse. Nos quoque ipsi nuperrimè quum legeremus *Fretum* (nomen est id comœdiæ, quam Plauti esse quidam non putant) haud quicquam dubitavimus [24] quin Plauti foret, & omnium maxime genuina. Ex qua duos hos versus exscripsimus, ut historiam quæreremus [25] oraculi arietini.

— *nunc*

18 *Uterus*] Salmasius legit *venter*. Dicit Parasitus se puero ventrem fuisse solarium, id est, ubi esuriebat, cibum sumsisse, non quando hora imperat. Certe Rottend. & Scheff. habent *vetus erat sol*, sed Regius *vetet erat*, ad quod proxime accedit *venter* Salmasii. Ita Lipsius. *Vetus* in aliis edit. & servari potest. Dicit parasitus, *vetus hic erat solarium*, *hic* scilicet in stomacho vel ventre, quem manu pulsabat vel ostentabat parasitus.

19 *Ubi iste monebat esse, nisi cum*] Distinguendum & legendum censeo: *Ubi iste monebat, esse, nisi cui nihil erat.* nam *esse* est edebant, vescebantur. *Gronovius.*

20 *Non est, nisi soli*] Ro. Ven. Vascos. *non estur*, quod & sensus & modulatio carminis requirit. Reddidimus idem verbum Militi Plautino. *Epityro, ut apud illum estur insane bene.* Gronovius. Contra MSS. tamen, qui omnes tenent solum *est*.

21 *Oppletum est oppidum solariis*] De Roma dici nequit Unicum enim tum erat solarium ex Sicilia allatum Neque ex Antiphane hoc Poëta transtulit, qui floruit nonagesima octava Olympiade, verum tum neque horæ repertæ, neque horologiorum usus, nisi horoscopia, quæ Anaximander invenit, sine horarum usu intellexerit Comicus. Forsan Parasitus risus captandi causa hæc suo more exaggeravit. Vide Salmasium ad Solinum pag. 650.

22 *Strateæ, scrupedæ, strativolæ*] Apud Varronem, *Scrantiæ scrupedæ stritabillæ, tantalæ.* Apud Festum *Scraptæ.* Apud Nonium *Scraptæ scrupedæ strictivillæ sordidæ.* Regius: *Scrattæ scrupedæ strittivillæ sordidæ.* Rott. *Stratte scr. strittivillæ sord.* Tertius, *Stratte strupe destrati nilbe sordidæ.* In antiquiss. cod Nonii *estrate crupedæ strictibellæ sordidæ.* In quibus omnibus nihil sani. Nos ad Plauti Casinam tentavimus. *Gronovius.*

23 *Scrattæ*] Quæ diversa multifariam de his scripta sunt, videre licet suis locis. In editione Gellii nihil judicavi æquius aut consultius esse, quam exprimere libri vetustissimi scripturam, a qua per somnia opinor discessum fuit, etsi mirari non oporteat ista comica opprobria ex vulgo sumpta non satis liquide a nobis percipi. Varro, Festus, Nonius habeant sua, Gellio etiam non invideamus sua, nec conjecturas ingeniis, quarum nulla est, quæ hanc chartam fatigare debeat. *Jac Gronovius.*

24 *Quin & Plauti foret & omnium maxime*] Priorem copulativam deleverunt nuperrimi. Reg. & Rot. *quin ea Plauti foret & omnium quidem maxime genuina.* Quidam *gemina*, alius *germana.* Gronovius.

25 *Oraculi arietini*] Intelligit Jovis Ammonis Oraculum in Lybiæ desertis. Licet autem certa & infallibilia haberentur Oracula Jovis Hammonis, nihilominus verbis flexis intortisque constabant, instar arietinorum dei cornuum. Atque ideo cornibus arietinis Deum conspicuum fuisse Servius in IV. Æneidos affirmat. *Jovi*, inquit, *Hammoni templum cum simulachro cum cornibus arietinis constitutum, quod ideo fingitur, quia satis ejus involuta sunt responsa.* Ad Jovem Hammonem referendum videtur, qui responsum tale aliquando dederit, ut quodcunque quis fecisset in malum cederet. Nisi ad

——— *nunc illud eſt.*
Quod arietinum reſponſum magnis ludis dicitur:
[26] *Peribo, ſi non fecero: ſi faxo, vapulabo.*

Marcus autem Varro [27] in libro de comœdiis Plautinis primo [28] Accii verba hæc ponit: *Nam* [29] *nec Gemini, nec Leones,* [30] *nec Condalium, nec Anus Plauti, nec Bis compreſſa, nec Bœotia unquam fuit, neque adeò* [31] *Ἀγροικῶν*[a], *neque* [32] *Commorientes:* [33] *ſed M. Aquilii.* In eodem libro Var-

a *Agreſtis.*

ad cornua flexa & intorta Ammonis reſpexerit. Silius Italicus lib. 9.

Ac patrius flexis per tempora cornibus Ammon.

Fortaſſe ad Jovis Hammonis Oraculum ne reſpexit quidem Poëta, & per arietinum reſponſum intelligit intortas & ſophiſticas tendiculas, quibus ab utraque parte quis capitur. Has Quintilianus vocat Ceratinas, tanquam ſi argumentationes cornutas dicas. Ita loquitur lib. 1 cap. 10. *Non quia ceratinæ aut crocodilinæ poſſint facere ſapientem, ſed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli.* Tales captiunculas etiam Lucianus in primo νεκρικῶν dialogo, κέρατα καὶ κροκοδίλους appellavit; ſicuti in Sympoſio philoſophorum, & in Gallo gryphorum illorum meminit. Stoici autem, ut alibi vidimus, p. 6. captioſis illis utebantur argumentis. Diogenes Laërtius in Zenone, κερατινῶν λόγων mentionem fecit: Diodorum autem illum primum inveniſſe affirmat in ejus vita idem Diogenes. Quædam tamen exemplaria κερατίνην ibi legunt. Idem Laërtius in vitâ Euclidis Eubulidem Mileſium ceratinis ſimilibus captionibus plurimum indulſiſſe refert. Vide quoque Politianum cap. 54. Miſcell. Arietinum igitur reſponſum forſan idem atque κερατινὸς λόγος, intorta nimirum argumentatio. Interim MS. Regius habet *Arretini* & *Arretinum.*

26 *Peribo ſi non fecero*] Hoc oraculum eſſe cum Gellio cenſet Turnebus. Sed multum dubito an tale oraculum fuerit, & an non ſimpliciter ſit intelligendum.

27 *In libro de comœdiis Plautinis primo actu verba*] Quid hoc? an Varronis ille liber fabulæ inſtar in certos actus diviſus erat? & ut id fuerit, an verba quæ ex eo libro hîc citantur ipſius Varronis ſunt? Certe prius illud affirmare abſurdum eſt, poſterius etiam piaculum. Nam ſi ipſi Varroni judicium hoc de fabulis Plautinis addicamus, conſequens erit eum ſibimet non conſtare, cum in hiſce verbis Bœotiam Plauti genuinam fabulam eſſe neget, quod paulo antea indubitanter affirmavit. Rem tam impeditam ope Manuſcripti Regii expedio, ubi ſcriptum erat: *Marcus autem Varro in libro de comœdiis Plautinis primo Accii verba hæc ponit*, &c. Rectiſſime. Sunt ſcilicet verba, quæ hîc ex Varrone citantur, Accii illius, quem Gellius ait indicem ſcripſiſſe ſuper fabulis Plautinis, quæ dicuntur ambiguæ. Quare vides, quam temere H. ST. τὸ *actu* velut otioſam vocem editione ſua excluſerit. Sed nec ipſa Accii verba absque mendo ſunt. Quis enim ille M. Acuticius, quem Bœotiam & alias aliquot fabulas Plauto falsò adſcriptas fuiſſe ait? In MS. erat *M. Accilii.* Ego reſcribi velim *M. Aquilii.* Confirmant hanc lectionem præter veſtigia veteris ſcripturæ, ipſius Gellii hæc verba, quæ paulum præcedunt: *Sicut iſtam*, inquit, *quam proxime legebamus, cui eſt nomen Bœotia; nam cum in illis una & viginti non ſit & eſſe Aquilii dicatur, nihil tamen Varro dubitavit, quin Plauti foret* &c. Similiter erratum eſt apud Varronem de Lingua Lat. lib. 5 in hiſce verbis: *Accenſum ſolitum ciere Bœotiæ oſtendit, quam Comœdiam alii eſſe dicunt.* ubi omnino legendum: *quam Comœdiam Aquilii eſſe dicunt.* Quamvis non deſint, qui *alii* in *Ælii* mutandum cenſent, ſed, quod pace eorum dixerim, minus recte. *Lambecius.* Mireris quî nunc dicat ſe in MS. legiſſe *M. Accilii.* Nam certe ibi legitur, quod mox prodet paterna nota; quod ita eſſe conſentit chirographum Salmaſii, ipſius Lambecii, Bourdelotii, fratris, meum, & quidem omiſſa particula *ſed.*

28 *Accii*] Vulgo legitur *actu.* Intelligit autem Accium, vel potius Attium. de quo ſuprà egimus, qui διδασκαλικῶν libros ſcripſit, in quibus agebat de poëtis, eorumque fabulis. Ex quo Chariſius lib. 1. hæc verba citat: *Quam varia ſint genera poëmatorum, Bæbi, quamque longe diſtincta ab aliis, noſce.* Locum de Euripide citat quoque Nonius in *Temerius.*

29 *Nec Gemini, nec Leones*] Scribe ex MS. *Nec Gemini Lenones.* Quam fabulam Priſcianus lib. 6. citat.

30 *Nec Condalium*] Citat Varro lib. 5. de L. L.

31 Ἀγροικῶν] Hoc titulo inter Græcos, Philemonem & Antiphanem comœdias ſcripſiſſe Athenæus teſtatur. Latine quoque *Agricus* citatur, atque ita forte hic legendum. Salmaſius ſane in ora ex MS. Regio notavit *Agroecus.*

Varronis id quoque ſcriptum eſt, Plautium fuiſſe quempiam poëtam comœdiarum, [34] cujus quoniam fabulæ Plauti inſcriptæ forent, acceptas eſſe quaſi Plautinas, [35] cum eſſent non à Plauto Plautinæ, ſed à Plautio Plautianæ. Feruntur autem ſub Plauti nomine comœdiæ circiter centum atque triginta: ſed homo eruditiſſimus L. Ælius quinque & viginti eſſe ejus ſolas exiſtimavit. [36] Non tamen dubium eſt, quin iſtæ & quæ ſcriptæ à Plauto non videntur, & nomini ejus addicuntur, veterum poëtarum fuerint, & ab eo [37] retractatæ & expolitæ ſint; ac propterea [38] reſipiant ſtilum Plautinum. Sed enim [39] Saturionem & [40] Addictum & tertiam quandam, cujus nunc mihi nomen non ſuppetit, in piſtrino eum ſcripſiſſe Varro & plerique alii memoriæ tradiderunt, quum pecunia omni, quam in operis artificum ſcenicorum pepererat, [41] in mercationibus perdita, inops Romam rediſſet; & ob quærendum victum ad circumagendas [42] molas, quæ truſatiles appellantur, operam piſtori lo-

32 *Commorientes*] Hanc fabulam tamen Terentius in prologo Adelphorum Plauto tribuit, cum ita loquitur:

Synapothneſcontes Diphili Comœdia eſt,
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam,
In Græca adoleſcens eſt, qui lenoni eripuit
Meretricem. In prima fabula eum Plautus locum
Reliquit integrum, eum hic locum ſumſit ſibi
In Adelphos, verbum de verbo expreſſum extulit.

Dicit Terentius Συναποθνήσκοντες Comœdiam eſſe Diphili, eodem nomine Alexidis quoque Comœdiam citat Athenæus.

33 *Sed M. Acutici*] Scriptus *M. Hatrutici*. Reg. & Rot. *M. Accii Titi*. Lambecius, *M. Aquilii*. Gronovius.

34 *Cujus quoniam fabulæ Plauti inſcriptæ*] Stephanus edidit accurate *Plautl*. Sed ſcire intereſt vocem *cujus* nec in Regio nec in Rottend. exſtare; ſed neque in Lincoln. ut videatur ſcripſiſſe; *poëtam comœdiarum: quoniam fabulæ Plautl Plauti inſcriptæ forent, acceptas eſſe* &c. *Jac. Gronov.*

35 *Cum non eſſent à Plauto Plautinæ, ſed à Plautio Plautianæ*] Quid ergo vult nos docere Gellius, ab Antonino non dici Antoninianas? An non *foſſa Druſiana* apud Tacitum, ξίφη Δρουσιανὰ apud Dionem aliud oſtendunt? adeo ut id nequeat pro fide argumenti invicti adhiberi. Eſt enim id in pluribus. Certe tunc non meminit cladis *Varianæ*. Idem.

36 *Non tamen dubium eſt*] Reg. & Rot. *Neque tamen*. Gronovius. Sed & porro in Regio eſt, *quin iſtæ quæ ſcriptæ*.

37 *Retractatæ & expolitæ*] Ita mutavit Stephanus, quum priores ederent *expolitæque*. Sed MS. Reg. ut & Scheff. & Lincoln. tantum *retractatæ expolitæ ſint*, ut videtur ideo, quod vetus ſcriptura fuit *retractatæ & politæ ſint*. Jac. Gronov.

38 *Reſipiant dictum Plautinum*] Cur receſſerunt à membranarum *ſtilum Plautinum*? Ro. & Ve. *recipiant dictum Plautinum*. Aldus, Vaſcos. Gryphius *Recipiant ſtilum Plautinum*. Notavit & Juretus ad Symmachi lib. 1. ep. 26. *Gronovius*.

39 *Saturionem*] Cujus Comœdiam Feſtus aliquotiens citat.

40 *Addictum*] Citat quoque illum Anonymus Virgilii interpres. Male in quibuſdam Editt. *Aditum*.

41 *In mercationibus perdita*] Reg. Rot. Lincoln. *in mercatibus*. Gronovius.

42 *Molas, quæ truſatiles appellantur*] Erant apud antiquos molæ aſinariæ, truſatiles, vel manuales. Aſinariæ ab aſinis, manuales ab hominibus verſabantur. Aſini machinarii meminit JC. l. 12. §. 10. de Inſtruct. & Inſtr. Leg. contra tamen cenſent Grapaldus, Scaliger, & Salmaſius. Græcis μύλη proprie inferior lapis, ὄνος five aſinus, & in l. 18. §. 2. ita loquitur JC. *Aſinam molendariam & molam negat Neratius inſtrumento fundi contineri*. Sicuti Græci molam & aſinam, ita & hic diſtinguit Juriſconſultus. μύλον καὶ ἐπιμύλιον vocant 70. Interpretes Deut. 24. verſ. 6. Inventæ & poſtmodum molæ aquariæ, de quibus videndus Vitruvius lib. 10 cap. 10. & Palladius lib. 1 cap. 42. Quales molæ juxta flumina torrida, & quæ impetu rotas circumagere queunt, paſſim hodie videntur. Antiquioribus temporibus, fruges in pilis terebant. Servius ad illud Æneid. 1.

Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo,

inquit: *Apud majores noſtros molarum non erat uſus*,

locaſſet : ſicuti de Nævio quoque accepimus fabulas eum in carcere duas ſcripſiſſe, Hariolum & Leontem; quum ob aſſiduam maledicentiam & probra [43] in principes civitatis [44] de Græcorum poëtarum more dicta, [45] in vincula Romæ à [46] triumviris conjectus eſſet. Unde poſt à tribunis plebei exemptus eſt, quum in iis, quas ſupra dixi, fabulis, delicta ſua & petulantias dictorum, quibus multos ante læſerat, [47] diluiſſet.

uſus, frumenta torrebant, & ea in pilas miſſa pinſebant, & hoc genus erat molendi, unde & pinſores dicti ſunt, qui nunc piſtores appellantur.

43 *In Principes civitatis*] Scipionem Africanum & Metellum.

44 *De Græcorum poëtarum more*] Intelligit veteris Comœdiæ autores, qui ſumma mordacitate etiam optimos quoſque lacerabant, ut ex Ariſtophane liquet.

45 *In vincula*] Carceri mancipatum fuiſſe etiam Plautus in Milite glorioſo oſtendit,

Nam os columnatum Poëtæ ineſſe audivi barbaro,
Cui bini cuſtodes ſemper totis horis accubant.

Innuit Nævium, quem Græco more barbarum, id eſt, Latinum poëtam vocat, in vincula conjectum, atque ipſum propter oris petulantiam & mordacitatem columnis carceris conſtrictum fuiſſe. Turnebus putat brachium velut columnam ſuffulſiſſe mento, dum fabulas ſcribebat. Alii putant vincula columnæ ſimul annexa & capiti fuiſſe. Forſan ad Mæniam columnam reſpicit, ubi judicia exercebantur à Triumviris. Cicero in Cluentiana de Q. Manilio Triumviro: *Ex petulanti*, inquit, *& improbo ſcurra in diſcordiis civitatis ad eam columnam, ad quam multorum ſæpe conviciis perductus erat, cum ſuffragiis populi pervenerat.* Meminit & alibi Cicero de Divinatione.

46 *Triumviris*] Capitalibus. Iudices, vel, ut alii legunt, vindices rerum capitalium Salluſtio dicuntur, creatique primum M. Curio Dentato & P. Rufino Coſſ. ut ex Livii lib. 9. apparet. Hi maleficii ſuſpectos conquirebant, comprehendebantque, carceris cuſtodes erant, damnatoſque à prætore in carcere carnifici necandos tradebant. Ipſi quoque de ſcelere eorum, qui cum cives Romani non eſſent, in urbe tamen habitabant, item vilibus perſonis judicabant, facinoriſque convictos puniebant, atque ea judicia in foro Romano ad Mæniam columnam exercebant. Eidem mulctam, ſive ſacramentum (ita vocabant æs quod pœnæ nomine pendebatur) exigebant, ſicuti Feſtus nos docet in verbo *ſacramentum*. Adde Fabr. Semeſt. lib. 2 cap. 6. & Rævardum lib. 2. Variorum.

47 *Diluiſſet*] Poſtmodum tamen Metello aliiſque nobilibus inviſus in exilium pulſus, Uticæ obiit, ut in Chronico Euſebiano Hieronymus prodit.

CAP. IV.

Quòd P. Africano & aliis tunc viris nobilibus ante ætatem ſenectam [1] *barbam & genas radere moris fuit.*

[2] IN libris, quos de vita P. Scipionis Africani compoſitos legimus, ſcriptum eſſe animadvertimus, [3] P. Scipioni Pauli f. poſtquam de Pœnis triumphaverat, cenſorque fuerat, eidem diem dictum eſſe ad populum à Claudio Aſello tribuno plebei, [4] cui equum in cenſura ademerat:

1 *Barbam & genas radere moris fuit*] Sic Aldus, Vaſco. Gryphius. At Ro. Venetaque *radere patrii moris fuerit*. Regius, *radere mos patrius fuit*. Gronovius.

2 *In libris*] Sicuti de vita & rebus Africani Majoris ſcripſiſſe etiam varios docet noſter lib. 7. Noct. Att. cap. 1.

3 *P. Scipioni Pauli filio*] Quem P. Scipio Africani Majoris filius à Paulo Æmilio in adoptionem acceperat, qui deinde Scipio Æmilianus & Africanus minor dictus, eò quod Africam devicit, & Carthaginem funditus delevit.

4 *Cui equum in cenſura ademerat*] In publica Equitum recenſione, moris erat Equites equum

merat: eumque, quum esset reus, neque barbam desisse radi, [5] neque non candida veste uti, [6] neque fuisse cultu solito reorum. Sed, quum in eo tempore Scipionem minorem quadraginta annorum fuisse constaret, [7] [8] quod de barba rasa ita scriptum esset mirabamur. Comperimus autem cæteros quoque in isdem temporibus nobiles viros barbam in ejusmodi ætate rasitavisse: iccircoque pleraſque imagines veterum non admodùm senum, sed in medio ætatis ita factas videmus.

suum manu ducentes ad sellam Censorum venire: si probaretur, præterire solenni verbo jubebant; sin secus, equum adimebant, vendique jubebant.

5 *Neque non candida veste uti*] τὸ *Non* videtur abundare. intelligitur enim ex præcedenti *desisse*. Alioqui dicendum fuisset: *neque non candida veste usum*. Gronovius.

6 *Neque fuisse cultu solito reorum*] Rei enim sordidati mutata veste, promissis capillis Populo misericordiam movere soliti. Non itaque barbam vel capillos tondebant, non candida sed obsoleta veste ipsi & propinqui reatus tempore utebantur. Quæ itaque hic Gellius de Scipione Æmiliano, Plutarchus de Macro, Valerius Maximus de Rutilio referunt, quod nec vestem mutaverint, nec barbam promiserint.

7 *Quod de barba rasa, &c.*] Antiquioribus temporibus erant intonsi Romani. Anno fere CDLIIII ab urbe condita tonsores Siculos primum admisere, ut auctor est Plinius lib. 7. Natur. Histor. Itaque viri erant imberbes, sicuti ex numismatibus aliisque monumentis liquet. Primus Adrianus hunc morem mutavit, ut ex Xiphilino, Spartiano in Hadriani vita, & nummis liquet. Juvenes autem barbatulos fuisse dicit Cicero. Miratur itaque Gellius barbam Scipioni jam quadragenario rasam fuisse. Qui vel barbam non alebant, vel radebantur, vel psilothro aliove medicamento, pilos extirpabant.

8 *Quod de barba rasa ita scriptum esset mirabamur*] Periodus historiæ illustrior sane, ut plura hujus Scipionis, præsertim apud Gellium, sed eadem paulo molestior, ex quo Lipsius aperire voluit in Excursu B ad XIV annalem Taciti de Scipione Agellium verba prisca Annalium retulisse, & mirabundum parum cepisse: & Philippus Carolus effutire *Quod denique miratur Agellius, Scipionem jam sexagenarium barbam rasitasse*. Quorum hoc etsi stolidum sit, & Scipio ad eum numerum non pervenerit, videtur tamen habuisse LX pro nostris XL annis, ut vulgo leguntur. Quin etiam Thysium vides hoc loco annotasse barbam Scipioni jam quadragenario rasam esse. Jam vero quum tribunatus Aselli incidat in urbis annum DCXIV, Scipio hic autem fuerit mortuus anno DCXXIV, qui erat ejus vitæ sextus & quinquagesimus, apparet decennio ante mortem ei evenisse, quod nunc refertur, quum ageret XLVI ætatis annum. Sedem igitur vitii, quo infectum hunc locum jam constat, ponere in voce *minorem* non videtur consultum, quoniam tum caput X hujus libri & XV libri præcedentis, tum caput XIV libri tertii decimi probant satis cautos fuisse scribas in vocibus *major* & *minor* non confundendis, sed adhibendis, ubi ratio singulas videbatur requirere. Omnino vitium hæsit in numero, qui quacunque ratione fuit conceptus, certe litera *x* denarium numerum notatura ex vacuo abundat, scripsitque Gellius *minorem* L *annorum fuisse*. Jac. Gron.

CAP. V.

Delitiarum vitium & mollicies oculorum & corporis ab Arcesilao philosopho cuidam opprobrata acerbè simul & festiviter.

[1] PLUTARCHUS refert Arcesilaum philosophum vehementi verbo usum esse de quodam nimis delicato divite; qui [2] incorruptus tamen

1 *Plutarchus refert*] Locus est in lib. præcept. San. & Symposiacon lib. 7 cap. 5.

2 *Incorruptus tamen & castus & perinteger*] Posteriorem copulativam editiones priscæ agnoscunt nullæ. Vascos. satis audacter, *& castitatis integræ*. Fulvii codex *castus & stupro integer*. Reg. & Rot. *tamen & astu per integer*. Puto utrobique conjunctionem delendam, ut sit: *qui incorruptus tamen, castus, perinteger vitabatur*. Gronovius. Attamen ad Gellii manum videtur manifeste ducere Fulvianus

men & [3] caſtus & perinteger dicebatur. Nam quum vocem ejus infractam capillumque arte compoſitum & oculos ludibundos atque illecebræ voluptatiſque plenos videret: Nihil intereſt, inquit, quibus membris cinædi ſitis, poſterioribus an prioribus.

nus codex, eique prorſus conſentientes Reg. & Rott. ſi ex eis dividas literas ſcribaſque *& à ſtupro* vel *ſtupris integer*, ut Suetonius Audaſium *corpore non integrum* dixit. Cæterum hæc Arceſilai collectio aut parum aut nihil diſtat ab illa Africani minoris narrata VII, 12. *Jac. Gronov.*

3 *Caſtus & perinteger*] Antiquiſſ. Edit. *Caſtus perinteger*. Badius, *caſtitatis perintegræ*. Sed & in notis Aſcenſianis *& caſtus perintegre*.

CAP. VI.

De vi atque natura palmæ arboris; quod lignum ex ea ponderibus impoſitis renitatur.

PER hercle rem mirandam [1] Ariſtoteles in ſeptimo Problematorum & Plutarchus in octavo Sympoſiacorum dicit. Si [2] ſuper palmæ, inquiunt, arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas onereſque, ut magnitudo oneris ſuſtineri non queat; non deorſum palma cedit, [3] nec intra flectitur, ſed adverſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur recurvaturque. [4] Propterea, inquit Plutarchus, in certaminibus Palmam ſignum eſſe placuit victoriæ; quoniam ingenium ejuſmodi ligni eſt, ut urgentibus opprimentibuſque non cedat.

1 *Ariſtoteles in ſeptimo Problematum*] Fulvianus, Reg. & Rot. *problematorum*, ut ſupra 2, 30. Feſtus in *Naucum*: *Gloſſematorum autem ſcriptores fabæ grani* (putamen,) *quod hæreat in fabulo*. Soſipater lib. 1. *Alitera terminata ſingularia neutra nulla inveniuntur, niſi peregrina, ut poema, toreuma, emblema, de quibus dubitatur, quem caſum genitivum & ablativum habeant pluralem. Legimus enim toreumatum & toreumatorum: item toreumatis & toreumatibus.* Idem eodem: *Poematorum & in ſecundo & in tertio Varro ſæpe dicit, & his poematis, tamquam nominativo hoc poematum ſit, & non hoc poema. nam & ad Ciceronem undecimo, horum poematorum & his poematis oportere dici ait. Itaque Cicero pro Gallio poematorum & in Oratore poematis dixit. Sed & Q. Lælius ex principibus Grammaticis librum ſuum ita inſcripſit: De vitiis virtutibuſque poematorum. Accius quoque Didaſcalicorum nono. Nam quam varia ſint genera poematorum, Bæbi, quamque longe diſtincta, ab aliis noſce.* Gronovius.

2 *Supra palmæ, inquit*] Reg. & Rot. *inquiunt*. Bene, nam & ad Ariſtoteſem & Plutarchum refertur. *Idem.*

3 *Nec intra flectitur*] Salisberienſis, *in terram flectitur*, ut notavit Chr. Colerus Parerg. 20. addito, Neſcio quam bene. Et videtur alterum ſcitius. nam *intra* eſt in ſeſe. *Idem.*

4 *Propterea, inquit Plutarchus*] Locus eſt Sympoſ. lib. 8 cap. 5. ubi alias quoque rationes adfert Plutarchus, inprimis quod ut folia ſemper durant, vigentque, ita gloria ſemper viget & immortalis eſt. Notumque eſt id ipſum affirmari & ab Strabone lib. XV pag. 731, quo etiam vergit narratio Xenophontis lib. VII κυρ. παιδ. de turribus, quarum fundamina ex palmis Cyrus eſſe voluit. De Palma vide quoque Plin. lib. 13 cap. 4. Dioſcoridem lib. 1 cap. 126 Theophraſtum lib. 2 de Hiſtor. Plant. cap. 8. Neque enim verbis auctorum deſcribendis implere chartam tempus monet, ut ex Thyſio tamen facit editio Suetonii Ultrajectina ad Auguſti caput 94 puerſiliter Plutarchum & Gellium congerens. Mox autem MS. Regius *ingenium ligni ejuſmodi eſt*.

CAP. VII.

Historia ex annalibus sumta de Q. Cædicio tribuno militum : [1] verbaque ex Originibus M. Catonis apposita, quibus Cædicii virtutem cum Spartano Leonida æquiparat.

PULCHRUM, dii boni! facinus Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum, M. Cato in libris Originum de [2] Q. Cædicio tribuno militum scriptum reliquit. Id profectò est ad hanc fermè sententiam. Imperator Pœnus in terra Sicilia, bello Karthaginiensi primo, obviam Romano exercitui progreditur; [3] colles locosque idoneos prior occupat. Milites Romani, uti res nata est, in locum insinuant fraudi & perniciei obnoxium. Tribunus ad consulem venit : ostendit [4] exitium de loci importunitate & [5] hostium circumstantia. Maturum censeo, inquit, si rem servare vis, faciundum, ut [6 7] quadringentos aliquos milites [8] ad verrucam illam ([9] sic enim M. Cato locum editum asperumque appellat) ire jubeas; eamque uti occupent imperes horterisque: hostes profecto ubi id viderint, fortissimus quisque & promtissimus ad occursandum pugnandumque in eos prævertentur; unoque illo negotio sese alligabunt: atque illi omnes quadringenti proculdubio obtruncabuntur. Tu

1 *Verbaque ex Originibus M. Catonis*] Reg. *de Originibus*. Et observavi sæpius, ubi utrumque opportunum, hoc illo veteres maluisse. *Gronovius.*

2 *Q. Cædicio*] Calpurnium Flammam appellat Florus lib. 2 cap. 2. Differentia itaque in nomine apud autores probatos invenitur. Hinc Frontinus lib. 4. Strateg. cap. 5. *Idem fecit sub Attilio Calatino consule is, cujus varie traditur nomen. Alii Laberium, nonnulli Q. Cædicium, plurimi Calpurnium Flammam vocitaverunt.* Vide & Plin. lib. 22 cap. 6. & Livii Epitom. lib. 17. ipsumque Livium lib. 22 in oratione Manlii Torquati.

3 *Colles locosque*] Ad saltus Camerinenses.

4 *Exitium*] Antiquissima Veneta, *exitum*. Si prius servetur, sensus est, ultimam perniciem propter loci importunitatem exercitui imminere. Sin *exitum* legas, liberationem ex illo loco intelligit.

5 *Hostium circumstantia. Maturum censeo*] Fulvii margo dubium è scripto, an ab ipsius ingenio: *ostendit exitium de loci importunitate & hostium circumstantia maturum. Censeo, inquit, si rem servare vis, faciendum.* Et sic etiam Scioppius de stilo historico. *Maturum*, propinquum, imminens. Cicero 2 de divin. *Edidit hæc Calchas, quæ jam matura videtis.* Gronovius.

6 *Quadringentos*] Livius, Florus, Frontinus, alii trecentos commemorant.

7 *Quadringentos aliquot milites*] Hoc Carrionis vel Stephani, sed MSS. & superiores editi, *aliquos*. nec fuit mutandum. Plautus Menæchmis 5, 5. *Elleborum potabis faxo aliquos viginti dies.* Ubi perperam Scaliger quoque *aliquot*. Lambinus opportune addidit ex Varrone : *esse oportet brassicam crudam ex aceto, & post aliqua folia quinque.* Gronov.

8 *Ad verrucam illam*] Reprehendit Quintilianus Catonem, quod saxeam verrucam pro saxeo colle dixerit, humili nimirum vocabulo, si ad modicam cutis asperitatem collium sublimitatem conferas. Notat Salmasius hunc tumulum non tam insessum fuisse quam circumsessum, ut Epitomes Livianæ auctor loquitur lib. 17. Itaque tumulum inter medios hostes situm fuisse arbitratur, idque ex Livio lib. 22 probat. Deturbandi igitur hostes non ex illo colle, quem non insederant, sed perruptis illorum castris, collis vacuus fuit occupandus. Ita quidem Salmasius. Sed non opus est ita argutari. Circumsessum & insessum, ut Florus loquitur, collem fuisse arbitror. Et potest tumulus, ut loquitur Livius, situs fuisse inter medios hostes, & quod ipsi hostes tamen illum insiderent.

9 *Sic enim M. Cato*] Nulla nota istius prænominis est in Reg. & aliis. *Jac. Gronov.*

10 *Con-*

Tu interea, occupatis in ea cæde hoſtibus, tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. Alia niſi hæc, ſalutis via nulla eſt. Conſul tribuno reſpondit, [10] conſilium quidem fidum atque providens ſibi viderier: ſed iſtos, inquit, milites quadringentos ad eum locum in hoſtium [11] cuneos quiſnam erit qui ducat? Si alium, inquit tribunus, neminem reperis; me licet ad hoc periculum utare: ego hanc tibi & reipublicæ animam do. [12] Conſul tribuno gratias laudeſque egit. Tribunus & quadringenti ad moriendum proficiſcuntur. Hoſtes eorum audaciam demirantur: [13] quorſum ire pergant, in exſpectando ſunt. Sed ubi [14] apparuit ad eandem verrucam occupandam iter intendere; mittit adverſum illos Imperator Karthaginienſis [15] peditatum equitatumque, quos in exercitu viros habuit ſtrenuiſſimos. Romani milites circumveniuntur; circumventi repugnant. Fit prælium diu anceps. Tandem ſuperat multitudo. [16] Quadringenti omnes cum uno perfoſſi gladiis, [17] aut miſſilibus operti cadunt. [18] Conſul interibi dum ea pugna fit ſe in locos tutos atque editos ſubducit. Sed quod illi tribuno duci militum quadringentorum divinitus in eo prælio uſus venit, non jam noſtris ſed ipſius Catonis verbis ſubjecimus. [19] Verba Catonis: *Dii immortales tribuno militum fortunam ex virtute ejus dedere. Nam ita* [20] *evenit: quum ſaucius multifariam*

10 *Conſilium quidem fidum atque*] Rot. ignorat τὸ *fidum*. Regius, *Conſilium quidem iſtud æque providens ſibi viderier*. quæ vera lectio eſt. *Gronovius*.

11 *Cuneos*] Collectam & ſtipatam militum multitudinem. Quid proprie ſit cuneus docet Vegetius lib. 3 cap. 19. *Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ juncta acie, prima anguſtior, deinde latior procedit, & adverſariorum ordines rumpit: quia à pluribus in unum locum tela mittuntur, quam rem milites nominant caput porcinum*. Iſidorus nodum & cuneum hoc modo diſtinguit: *Nodus*, inquit, *proprie eſt denſa peditum multitudo, ſicut turma equitum. Dictus autem nodus pro difficultate, quod vix poſſit reſolvi. Cuneus eſt collecta in unum militum multitudo, &c. eo quod in unum omnes coguntur miſſilibus*.

12 *Conſul tribuno gratias laudeſque egit*] Reg. & Rot. *agit*. Gronovius.

13 *Quorſum ire pergant, in exſpectando ſunt*] Præpoſitio neſcitur à Regio. Sic ſupra hoc libro cap. 1. *Eo, inquam, longe diu & ipſe quærendo fui*. Idem.

14 *Apparuit ad eandem verrucam*] In Reg. & Lincoln. particula deeſt. Rot. quoque, *apparuit adem verrucam*. Lege, *Sed ubi apparuit ad eam verrucam*. Idem.

15 *Peditatum equitatumque illos quos in exercitu*] Pronomen *illos* in primo reperio Aldo. Romana & Veneta cum MSS id hinc arcent. Sed præterea Regius: *peditum equitumque quos*. Sic igitur ſcribe: *Mittit adverſum illos imperator Karthaginienſis peditum equitumque quos in exercitu viros habuit ſtrenuiſſimos*. Gronovius.

16 *Quadringenti omnes tum una perfoſſi*] Jo. Pricæus ad 4 Apul. metam. recte judicavit locum eſſe corruptum, eoque tentat, *omnes ad unum*. Eruditius Reg. & Rot. *omnes cum uno perfoſſi*. Genus eſt loquendi, qualia notavimus Obſervatorum in Script. Eccleſ. cap. 3. & Mantiſſa Pec. vet. cap. 1. *redire cum decimo, cum centeſimo aufugere, cum ſexageſimo capere*. Gronovius. Notam Pricæi totam exſcripſit & capiti undecimo libri ſextidecimi ſubjecit ut ſuam infamis fur Jacobus Oiſelius.

17 *Aut miſſilibus operti*] Telorum multitudine obruti.

18 *Conſul interibi dum ea pugna fit*] Lincoln. *interibi dum ea pugna ſe*. Rot. *Conſul inter ibi dum ea puga ſe*. Reg. *Conſul interim dum ibi pugnatur ſe in locos tutos atque editos ſubducit*. Gronovius.

19 *Verba Catonis*] Hæc non ſunt in Rot. neque manu prima in Regio, ubi ad margmem poſita ſunt, unde ab imprudenti librario inſerta videntur. *Idem*.

20 *Evenit cum ſaucius*] Reg. & Rot. *Evenit ut cum*. Lege igitur: *evenit, ut cum ſaucius multifariam*

fariam ibi factus esset; tum vulnus capiti nullum evenit: cumque inter mortuos defatigatum vulneribus [21] *ægreque spirantem,* [22] *quòd sanguen defluxerat, cognovere, eum sustulere. Isque convaluit: sæpeque* [23] *post illa operam reipublicæ fortem atque strenuam perhibuit: illoque facto, quòd illos milites subduxit, exercitum cæterum servavit. Sed idem* [24] *benefactum in quo loco ponas, nimium interest.* [25 26] *Leonidas Lacedæmonius laudatur, qui simile apud Thermopylas fecit. Propter ejus virtutes omnis Græcia gloriam atque gratiam præcipuam claritudinis inclutissimæ decoravere* [27] *monimen-*

riam ibi factus esset, tum vulnus capiti nullum evenerit. Idem.

21 *Ægreque spirantem*] Et hoc à Carrione vel Stephano. nam priores, *atque spirantem.* Scripti etiam *atque*, sed ignorant τὸ *spirantem.* Subest haud dubie aliquid gravioris vitii. nam Rot. *defatigatum vulneribus atque quod sanguen defluxerat.* Nec aliter Lincoln. nisi quod *sanguinem.* Scheff. *vulneribus atque quid sanguinis defl.* Regius, *defatigatum vulneribus atque quod sanguineis ejus defluxerat.* Ubi illud, *inter mortuos defatigatum vulneribus atque cognovere*, integrum & Catonis esse censeo quam quod maxime. *Atque* enim idem quod cito, celeriter. de quo ad Livii lib. 26, 39. & noster lib. 10, 29. Qui etiam utitur lib. 17, 20. *Hæc verba ubi lecta sunt, atque ibi Taurus mihi, Heus tu, inquit, rhetorisce.* Sed his interjecta monstrum aiunt. Suspicabar, *ut sanguen ore ejus effinxerant.* Etsi enim caput sauciatus non erat, tamen & suo & hostium cruore faciem poterat habere maculatam. *Effingere* autem sic Catonianum verbum, de re rust. cap. 68 *fiscinas spongia effingat.* Nec Ciceroni spretum, pro Sextio: *e foro spongiis effingi sanguinem.* Et fortassis hîc quoque Priscus ille: *cumque inter mortuos defatigatum vulneribus atque, ut sanguen spongia effinxerant, cognovere, eum sustulere.* Quando autem Stephanus edidit *defetigatum*, ne hoc quidem silendum puto, in Rot. esse *defatigatum*, sed τῇ A priori subjecto punctulo suprascribi *E.* Gronovius. Ex scriptura Regii codicis existit omnino simpliciter & perquam probabiliter *sanguen genis defluxerat.* Sed etiam ille ipse codex retinet *eumque*, ut est quoque in priscis editionibus; unde omnia optime sequuntur, *eumque inter mortuos defatigatum vulneribus atque quod sanguin* (nam sic notabiliter MS. Regius) *genis defluxerat, cognovere.*

22 *Quod sanguen*] *Sanguen* pro *sanguis* usurparunt Veteres, Ennius, Lucretius, Varro, alii.

23 *Post illa*] Sic edi curavit Stephanus, quum antea legeretur *post illam*, prout est etiam in MSStis. Quam vana igitur cura Freinshemii in notis ad Florum 2, 2. 14 notantis [Ubi tamen pro *post illam* rescribendum putem *post illa*, hoc est, postea; nisi quis ita malit; *sæpeque post illam, operam* &c. ut sit sensus: exhibuisse sæpe Reip. utilem operam, post illam, nempe de qua sermo erat] Hæc scilicet ignorabant illi proceres literarum, qui anno 1632 ævum agitabant.

24 *Benefactum in quo loco*] Aldus, Vascos. Gryphius, *loco in quo ponas.* Regius & Romana: *quo in loco.* Gronovius.

25 *Leonidas Lacedæmonius*] Vide Herodotum lib. 7. Strabonem lib. 9. Valerium Maximum lib. 2. cap. 2. Pausaniam in Laconicis. Ctesias in Excerptis nonnihil variat. Seneca Epist. 82 hunc Q. Cæditium cum Leonida quoque comparat. Audi ejus verba: *At ille Leonidas quam fortiter illos allocutus est? Sic, inquit, commilitones prandete, tanquam apud inferos cœnaturi. Non in ore crevit cibus, non hæsit in faucibus, non elapsus est manibus? Alacres illi & ad prandium promiserunt, & ad cœnam. Quid dux ille Romanus* (nomen tacet, quia in ejus nomine differunt auctores) *qui ad occupandum locum milites missos, cum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic allocutus est: Ire Commilitones illo necesse est, unde redire non est necesse.* Trecentis viris tam insigne facinus ausum fuisse Leonidam Herodotus scribit & Plutarchus in Parallelis cap. 4. uti & Cicero de Fin. 2. quingentos habet Diodorus, sexcentos Justinus. Mille autem Lacedæmonios eduxerat antea fine sociis, ut refert Diodorus. Verum in hoc conflictu trecentos tantum fuisse refert Herodotus; complures enim pugnam detractabant.

26 *Leonidas Lacedæmonius laudatur qui simile*] Neque in Regio neque in Rot. conspicuum est τὸ *laudatur.* Tum uterque, *Leonidas lacu qui simile.* Lego: *Leonidas Laco consimile apud Thermopylas fecit.* Gronovius.

27 *Monimentis*] Sepulti illi qui ceciderant, in loco, qui ideo πολυανδρεῖον appellatus fuit. Quinque quoque erectæ ibidem columnæ cum inscriptionibus. vide Strabonem lib. 2. Supra tumulum Leonidæ erectus lapideus leo, teste Herodoto.

nimentis, ſignis, ſtatuis, elogiis, hiſtoriis, aliisque rebus gratiſſimum id ejus factum habuere. At tribuno militum parva laus pro factis relicta, qui idem fecerat, atque rem ſervaverat. Hanc [28] Q. Cædicii virtutem M. Cato tali ſuo teſtimonio decoravit. Claudius autem Quadrigarius annali tertio, non Cædicio [29] nomen fuiſſe refert, ſed [30] Valerio.

doto. Spartanorum in columna hæc erat inſcriptio.

Ω ξέν' ἀπάγγειλον Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
Κείμεθα τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις.

Id eſt,

Hoſpes Spartanis dic nos hic eſſe ſepultos,
Præſtantes patriis legibus obſequium.

Ex qua inſcriptione liquet omnes fuiſſe cæſos. Ariſtodemum tamen & Eurytum pugnæ non interfuiſſe refert Herodotus, ex quibus tamen Eurytus pugnando poſtmodum occubuerit, Ariſtodemus Lacedæmonem reverſus ignominia multatus fuerit.

28 *Q. Cædicii virtutem*] Reg. & Rot. *Q. Cædicii tribuni virtutem.* Gronovius.

29 *Nomen fuiſſe refert, ſed Valerio*] Reg. & Rot. *fuiſſe ait ſed Lauerio.* unde *Laberio* Ro. Ven. Ald. Vaſc. Gryphius. nec video, quæ potior auctoritas fuerit ſive Carrioni, ſive Stephano, ut ſupponerent *Valerio.* Idem.

30 *Valerio*] Ita emendavit Carrio lib. 1. Emendat. cap. 7. fretus optimorum librorum auctoritate, eodemque modo ex membranis emendat locum Frontini lib. 4 cap. 5. antiquæ tamen editiones legunt *Laberio.*

CAP. VIII.

Literæ eximiæ conſulum [1] C. Fabricii & Q. Æmilii ad regem Pyrrhum à Q. Claudio ſcriptore hiſtoriarum in memoriam datæ.

QUUM [2] Pyrrhus rex in terra Italia eſſet, [3] [4] & unam atque alteram pugnas proſperè pugnaſſet, [5] ſatisque agerent Romani, & [6] pleraque Italia ad regem deſciviſſet: tum [7] Ambracienſis quiſpiam [8] Timochares, regis Pyrrhi amicus, ad C. Fabricium conſulem furtim venit, ac præmium petivit; &, ſi de præmio conveniret, promiſit regem venenis necare: idque facile [9] eſſe factu dixit, quoniam filii ſui [10] pocula in convivio regi miniſtrarent. Eam rem Fabricius ad ſenatum ſcripſit. Se-

1 *C. Fabricii & Æmilii*] Reg. *& quæ Æmilii.* Lege, *& Q. Æmilii.* Gronovius.

2 *Pyrrhus*] Qui à Tarentinis in Italiam vocatus contra Romanos, vario eventu pugnavit. vide Plutarchum in Pyrrho, & Juſtinum lib. 18 cap. 1. & Florum lib. 1 cap. 18.

3 *Unam atque alteram pugnam*] Poſt primam pugnam, teſte Plutarcho, hoc contigit. Quæ ab utraque parte cruenta admodum, Pyrrho periclitanti victoriam conceſſit. Poſt hanc itaque pugnam Timocharis facinus erupit. Prima autem pugna contigit inter Pandoſiam & Heracleam ad Sirin fluvium. Altera ad Aſculum, ubi iterum victoria Pyrrho ceſſit.

4 *Et unam atque alteram pugnam*] Cur diſplicuit, quod eſt in ſcriptis: *& unam atque alteram pugnas proſpere pugnaſſet.* Gronovius.

5 *Satisque angerentur Romani*] Uterque MS. *agerent*, ut olim Lipſius 1 Elect. 12. Lib. 19, 1. *complorantibus noſtris omnibus atque in ſententia ſatis agentibus.* Vide quæ ſcripſimus ad Plauti Bacchides 4, 3. *Idem.*

6 *Pleraque Italia*] Poſt primam pugnam caſtra à Romanis deſerta cepiſſe Pyrrhum teſtatur Plutarchus, ſocias civitates alienaſſe, agros late populatum non plus quam triginta ſex millibus ab urbe abfuiſſe.

7 *Ambracienſis*] Ambracia oriundus; quæ urbs in Epiro, Regia Pyrrhi.

8 *Timochares regis Pyrrhi am.*] MS. Regius *regis Timochares Pyrrhi am.* Quæ tranſpoſitio videtur docere incertam vocis *regis* ſedem, ut non ab Gellio venerit, ſed ex margine irrepſerit, qui etiam ſine prænomine edit *ad Fabricium.* Jac. Gronov.

9 *Eſſe factu dixit*] Sic Reg. ſic Lincoln. Dealiis nihil annotatum invenio. Expulſum fuit verbum ab Stephano, quum haberent priores. *Idem.*

10 *Pocula in convivio miniſtrarent*] Facile ſero.

natus legatos ad regem misit; mandavitque ut de Timochare [11] nihil proderent, sed monerent uti rex circumspectius ageret, atque à proximorum insidiis salutem tutaretur. Hoc ita, uti diximus, in Valerii Antiatis historia scriptum est. Quadrigarius autem in libro tertio non Timocharem, sed Niciam adisse ad consulem scripsit; neque legatos à senatu missos, sed à consulibus, & regem populo Romano laudes atque gratias scripsisse, captivosque omnes, [12] quos tum habuerit, vestivisse & reddidisse. Consules tum fuerunt C. Fabricius & Q. Æmilius. Literas, quas ad regem Pyrrhum super ea causa miserunt, Claudius Quadrigarius scripsit fuisse hoc exemplo: [13] *Consules Romani salutem dicunt Pyrrho regi. Nos pro tuis injuriis* [14] *continuo animo strenui, commoti inimiciter, tecum bellare studemus. Sed* [15] *communis exempli & fidei ergo visum est, uti te salvum velimus; ut esset quem armis vincere possimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus,* [16] *qui sibi precium à nobis*

siquis tamen liber antiquus ablegaret τὸ *pocula*, non repugnarem. Iustinus lib. 12. *Cassandrum, qui cum fratribus Philippo & Jolla ministrare regi solebat.* hoc est, ut ipse mox explicat, prægustare ac temperare regis potum. Tacitus 1 histor. *Servili deinceps probro respersus est, tanquam scyphum aureum in convivio Claudii furatus. Et Claudius postera die soli omnium Vinio fictilibus ministrari jussit.* Regius: *filius suus pocula in convivio ministraret.* Gronovius.

11 *Nihil proderent*] Timocharis nomen suppressum fuisse etiam Valerius Maximus affirmat lib. 6 cap. 5. Eutropius proditorem nominatum fuisse affirmat, sicuti hic postmodum Quadrigarius Niciam appellat, Cicero nomen subticet lib. 3. Offic. cap. 22.

12 *Quos tum habuerit restituisse & reddidisse*] Lincoln. *habuerit nesciviſse & reddidiſſe.* Reg. & Rot. *quos tum habuit vestivisse & reddidisse.* Quod profect› male mutarunt: nam dona hujusmodi, vestimentorum scilicet, & olim, & hodie præcipue in Oriente frequentia. Sacræ literæ meminerunt: & Ælianus inter Δῶρα τὰ ἐκ βασιλέως δίδωνα τοῖς παρ αὐτὸν ἥκουσι πρεσβευταῖς refert σολὴν Μηδικὴν, lib. 1. ποικ. 22. Præterea homines ab hostibus capti detractis spoliis quam culti esse ac nitidi veste soleant, nemo ignorat. Ut igitur gratius rex faceret munus suum, merito hanc eis injuriæ notam abstersit. *Gronovius.*

13 *Consules Romani*] Epistolam Consulum hoc modo citat Plutarchus. Γάϊος Φαβρίκιος καὶ Κόϊντος Αἰμίλιος ὕπατοι Ῥωμαίων Πύρρῳ βασιλεῖ χαίρειν. Οὔτε φίλων εὐτυχὴς ἕξεις κρίτης, ὅτε πολεμίων. Γνώσῃ δὲ τὴν παρ ἡμῶν ἐπιστολὴν ἀναγνὸς, ὅτι χρησοῖς καὶ δικαίοις ἀνδράσι πολεμεῖς, ἀδίκοις δὲ καὶ κακοῖς ἀπιστεῖς. Οὐδὲν δὲ τούτων σῇ χάριτι μηνύομεν, ἀλλ' ὅπως μὴ τὸ σὸν πάθος ἡμῖν διαβολὴν ἐνέγκῃ, καὶ δόλῳ δόξωμεν ὡς ἀρετῇ μὴ δυνάμενοι κατεργάσασθαι τὸν πόλεμον. Ita Plutarchus, additque Pyrrhum intellectis insidiis medicum punivisse, & Fabricio Populoque Romano gratiæ referendæ ergo gratis captivos donasse.

14 *Continuo animo strenui commoti*] Reg. & Rot. *animo tenui.* Vix audeo fateri, quod suspicor, nimirum fuisse: *Nos pro tuis injuriis continuis animotenus commoti inimiciter tecum bellare studemus.* Neque *animotenus* durius quam *pubetenus, capitetenus, oretenus* & similia. *Animotenus commoti* foret imitus, penitus, toto pectore commoti. *Gronovius.*

15 *Communis exempli & fidei visum est*] Omnes antea editi, ut Reg. & Rot. *communis exempli & fidei ergo visum est.* Fuerit fors aliquis codex, in quo legeretur *fidei gratiâ*, aut etiam *fidei gratiâ ergo:* non propterea utrumque amovendum est: ut voluit God. Stewechius ad Arnobii textum, id quod statim Carrio Stephanusque sunt secuti. Quos non minus peccasse puto, quum τὸ *armis* sustulerunt, ubi MSS. & editi, *quem armis vincere possemus.* Africanus apud Justinum lib. 31. captum ab Antiocho *armis se recepturum filium* dixit. Cicero Phil. 3. *in eam urbem rediit armis, è qua exciderat legibus.* Idem.

16 *Qui sibi pretium*] Rot. & Reg. *præmium.* Quæ est, ubi indifferenter ponantur. Ut in C. Gracchi oratione apud nostrum lib. 11, 10. *Neminem nostrum invenietis sine pretio huc prodire.* Et mox: *Hi quoque petunt non à vobis bonam existimationem, verum à Mithridate rei familiaris suæ pretium & præmium.* Est ubi alteri locus, alteri non sit. Vide 2 Obs. 25. *Idem.*

1 *Ga-*

nobis peteret, si te clam interfeciſſet. Id nos negavimus velle; neve ob eam rem quicquam commodi exſpectaret: & ſimul viſum eſt, ut te certiorem faceremus; ne quid ejuſmodi ſi accidiſſet, noſtro conſilio civitates putarent factum. & quòd nobis non placet precio aut præmio aut dolis pugnare. Tu, niſi caves, jacebis.

CAP. IX.

Quis & cujuſmodi fuerit, qui in proverbio fertur, equus Sejanus, & qualis color equorum ſit qui ſpadices vocantur: deque iſtius vocabuli ratione.

[1] GABIUS Baſſus in commentariis ſuis, item [2] Julius Modeſtus in ſecundo quæſtionum confuſarum hiſtoriam de equo Sejano tradunt dignam memoria atque admiratione. Cn. Seium quempiam ſcribunt fuiſſe; eumque habuiſſe equum natum [3] Argis in terra Græcia: de quo fama conſtans eſſet, tamquam de genere equorum progenitus foret, qui [4] Diomedis Thracis fuiſſent; quos Hercules Diomede occiſo è Thracia Argos perduxiſſet. Eum equum fuiſſe dicunt [5] magnitudine inviſitata, cervice ardua, [6 7] colore phœniceo, [8 9] flora & comanti juba; omnibus-

1 *Gabius Baſſus*] Apud Macrobium lib. 1. Saturnal. legitur *Gavius Baſſus*. In antiquis quoque inſcriptionibus Gavius & Gavia occurrit. Gaviam quoque gentem fuiſſe ſatis liquet, ſed cognomina aliquando in prænomina mutantur. Etiam ita legitur apud Gellium noſtrum lib. 10 cap. 17. Noct. Att. Sed leviculum eſt; V enim & B ſæpe in ſe invicem mutantur. Lactantio lib. 1. *C. Baſſus* vocatur; ſcribendum *G. Baſſus*. Fulgentius quoque corrupte, *Galbius Baſſus*. Carrio judicat, hunc eundem eſſe Gavium Baſſum, qui Trajano imperante oræ Ponticæ fuit Præfectus, quem laudat Plin. lib. 10. Epiſt. 22. Non rarò enim Gellius illos autores citat, qui ſuæ ætati æquales vel paulò ſuperiores fuere.

2 *Julius Modeſtus*] Aliquoties illum quoque citat Macrobius lib. 1. Saturnal.

3 *Argis*] Argos Hippium intelligit in Peloponneſo nobilem urbem. Horat.

Aptum dicit equis Argos, diteſque Mycenas.

Homerus ἵππιον & ἱππόβοτον appellat. Strabo notat cum Ἄργος ab Homero ſine adjectivo ponitur, Peloponneſon intelligi; cum Ἀχαϊκὸν additur, ipſam urbem. Vide Stephanum de Urbibus.

4 *Diomedis Thracis*] Qui rex Thraciæ cum equos, ut in fabulis eſt, humana hoſpitum carne paſceret, ab Hercule equis objectus eſt. Ovid.

Quid cum Thracis equos humano ſanguine pingues,
Plenaque corporibus laceris præſepia vidi?

Vide Diodor. Sic. lib. 5.

5 *Magnitudine inuſitata*] Reg. *inviſitata*. Gronovius.

6 *Colore phœniceo*] De hoc colore vide quæ ſupra dicta ſunt pag. 191. intelligit hic autem non dilutum puniceum colorem ſive badium obſcurum, ſed, ut poſtmodum loquitur, colorem exuberantiſſimum inſtar cocci vel purpuræ. Quod merito ſuſpectum eſt, an tales equi unquam fuerint reperti.

7 *Colore phœniceo*] Reg. *pœniceo*. quemadmodum infra quoque & hic & Rot. *pœniceum*. Vetuſtiſſima tabula ænea: *quei. eorum. in. ameicitiam. populei. Romanei. bello. Pœnicio. proxumo. manſerunt.* Muretus in Fulviano fuiſſe ait *puniceo*. Supra 2, 26. *Gronovius.*

8 *Flora & comanti juba*] Aliter, *flava*. Sed in in MS. R. *flora comanti juba*, id eſt, juba diffuſis & ſplendidis comis inſigni. *Flora* pro *florida*. Floridus autem color vegetus, multo lumine radians. Græcis λαμπρὸς vel εὐάνθης & ὀξὺς dicitur. Contrarius eſt color ſurdus Plinio. Vide Salmaſ. ad Solinum p. 200.

9 *Flava & comanti juba*] Rot. *flora & comanti juba*.

omnibusque aliis equorum laudibus quoque longè præstitisse: sed eumdem equum tali fuisse fato sive fortuna ferunt, ut quisquis haberet eum [10] posslideretque, ut is cum omni domo, familia, fortunisque omnibus suis ad internecionem deperiret. Itaque primum illum Cn. Sejum dominum ejus à M. Antonio, qui postea Triumvir Reipublicæ constituendæ fuit, capitis damnatum miserando supplicio affectum esse: eodem tempore Cornelium Dolabellam consulem, in Syriam proficiscentem fama istius equi adductum Argos devertisse; cupidineque habendi ejus exarsisse; [11 12] emisseque eum sestertiis centum milibus: sed [13] ipsum quoque Dolabellam in Syria bello civili obsessum atque interfectum esse: mox eumdem equum, qui Dolabellæ fuerat, C. Cassium, qui Dolabellam obsederat, abduxisse. Eum Cassium postea satis notum est [14 15] victis partibus fusoque exercitu suo miseram mortem oppetiisse: deinde Antonium post interitum Cassii, parta victoria, equum illum nobilem Cassii requisisse; & quum eo potitus esset, ipsum quoque postea victum atque desertum detestabili exitio interisse. Hinc proverbium de hominibus

juba, ut & Regius: unde jam Salmasius hunc locum emendavit ad Solinum p. 1330. De vocabulo præclare Servius ad Æneid. 12, 605. *Flavos Lavinia crines*] *Antiqua lectio FLOROS habuit, id est, florulentos, pulcros; & est Ennianus sermo. Probus sic annotavit: Neotericum erat FLAVOS. ergo bene FLOROS. nam sequitur, ET ROSEAS LACERATA GENAS. Attius in Bacchis: Nam flori crines viden ut propexi jacent? In iisdem, Genas lanugo flora nunc demum irrigat.* Pacuvius Antiopa: *cervicum floros dispergite crines.* Ita enim ibi legendum. Adde Colvium ad 8 Met. Apuleji. Muretus è Fulviano notat *florea*. Gronovius.

10 *Possideretque, is cum omni domo*] Sic quidem & Ro. Ven. Vascos. sive Ascensii. At Aldus Gryphiusque: *ut quisquis haberet eum possideretque, ut is cum omni domo* &c. Et sic MSS. Diximus de hac ejus particulæ iteratione ad Livium lib. 28, 9. Et occurret ea nobis iterum in nostro lib. 6, 10. *Atheniensis caverant, ut qui Megaris civis esset, si intulisse Athenas pedem prehensus esset, ut ea res homini capitalis esset.* Lib. 14, 1. *ut quoniam æstus oceani cum lunæ curriculo congruit, negotium quoque alicujus*, &c. *ut existimemus id negotium quasi habena quadam de cœlo vinctum gubernari.* Idem.

11 *HS. centum millibus*] Juxta Scioppii & Gronovii computationem fuerint scutati vel ducatones 2500. Vossius 3000 computaret, quia sestertius illi stufero fere Hollandico æstimatur, Gronovio duabus blancis Hollandicis. De Sestertiis & Re Nummaria omnium accuratissime scripsit Vir Cl. præstantissimusque & Collega amicissimus Joh. Fredericus Gronovius.

12 *Emisseque HS centum millibus*] Sic Ro. & Veneta. Aldus, Vasco. Gryphius cum MSS. *emisseque eum HS centum millibus.* Nec video causam, cur deleri pronomen meruerit. *Gronovius.*

13 *Ipsum quoque Dolabellam*] Dolabellæ, Cassii, M. Antonii & Cæpionis interitus toties descripti plane pleneque sunt, ut nihil minus necesse sit, quam eos pro notis Gellianis hîc subjectos memorare: immo Gellius propter eos non legitur nec editur, ut ex bellorum scriptoribus eos præstet petivisse.

14 *Victis partibus*] Ita & Badii editio. Antiquissima Veneta aliæque editiones *victis Parthis.* Sed quorsum hic Parthorum mentio, cum intelligat exitum Cassii in campis Philippicis bello civili? Emendat itaque Lipsius lib. 1. Elect. cap. 7. *victis partibus.* Partes sunt factiones & turbæ civiles. *Thys.* Itaque quod mireris, etiam Prousteus, admodum rarus inspectando Gellii chirographo, nunc sine Lambecii nomine, voces Lambecii pro suis ponit, tanquam sensus & historiæ fides id postularent. Quot sodes anni sunt, quum jam Gellianus lector id scivit, ut hinc vides? Pudeat Lambecium, si nihil aliud potuit dicere.

15 *Victis Parthis*] Hoc in Ven. Ald. & cæteris reperio. At Romana & Vascosani cum Regio: *Victis partibus*, idque monere prævertit Lipsius 1 Elect. 7. Gisanium quoque monuerat Muretus sic esse in Fulviano. *Gronovius.*

16 *Au-*

nibus calamitosis ortum, dicique solitum; *ille homo habet equum Sejanum.* Eadem sententia est illius quoque veteris proverbii, quod ita dictum accepimus: [16] *aurum Tholosanum.* Nam quum oppidum Tholosanum in terra Gallia Q. Cæpio consul diripuisset, multumque auri [17] in ejus oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periit. Hunc equum Gabius Bassus [18] vidisse se Argis refert haud credibili pulchritudine, vigoreque & [19] colore exuberantissimo. Quem colorem nos, sicuti dixi, [20] Phœniceum, Græce partim φοίνικα, alii σπάδικα appellant: quoniam [21] palmæ termes ex arbore cum fructu avulsus spadix dicitur.

16 *Aurum Tholosanum*] Justinus lib. 32. *Tectosagi autem cum in antiquam patriam Tholosam venissent, comprehensique pestifera lue essent, non prius sanitatem reciperavere, quam aruspicum responsis moniti, aurum argentumque bellis sacrilegiisque quæsitum, in Tholosensem lacum mergerent. Quod omne magno post tempore Cæpio Romanus Consul abstulit. Fuere autem argenti pondo centum decem millia, auri pondo quinquies decies centum millia. Quod sacrilegium causa excidii Cæpioni exercituique ejus postea fuit. Romanos quoque Cimbrici belli tumultus, velut ultor sacræ pecuniæ insecutus est.*

17 *In ejus oppidi templis*] Aliter hæc referabi Justino lib. 32. patuit. Templa autem uti auro donatitio utplurimum referta erant, ita & pecunias homines divites in templis securitatis causa deponebant, ut ex Herodiano lib. 1 de templo Pacis apparet, quod sub Commodo exustum est.

18 *Vidisse se Argis refert*] Pronomen nec in Regio vidi nec in Lincoln. Et solent frequenter malle omittere. *Jac. Gronov.*

19 *Colore exuberantissimo*] Reg. & Rot. *exsuperantissimo*, ut conjecit olim Colvius ad Apulejum de dogmate Platonis. Supra 2, 26. *Gronovius.*

20 *Phœniceum Græce partim*] Regius: *quem colorem nos, sicuti dixi, pœniceum dicimus.* Forsan & malis *Græci.* Idem.

21 *Palmæ termes*] An oblitus fuit Gellius tam propinquo loco id jam dictum esse? vide 11, 26.

CAP. X.

Quod est quædam septenarii numeri vis & facultas, in multis naturæ rebus animadversa; de qua M. Varro in Hebdomadibus disserit copiosè.

M. Varro in primo librorum, qui inscribuntur *Hebdomades vel de Imaginibus*, septenarii numeri, [1] quem Græci ἑβδομάδα appellant, [2] virtutes potestatesque multas variasque dicit. *Is namque numerus*, in-

1 *Quem Græci ἑβδομάδα appellant*] Reg. & Rot. *ebdoma.* ut dubitare possis, ἑβδομάδα an ἑπτάδα voluerint. *Gronovius.* Hæc vetustorum codicum varietas inde forsan orta est, quod alii Græcè, alii Latine hanc vocem scribentes (nam certe in Lincolniensi erat *ebdomadem* & infra de medicis musicis, haud dubie Græcis loquens, ait *hebdomadam*) monuerunt ailos ultimam syllabam potius omittere, quam sic frustrari. Nisi & ab Græcis τὰ ἑβδόμα eo modo fuerint usurpata. *Jac. Gronovius.*

2 *Virtutes potestatesque*] Nempe quia Pythagoras Arithmeticique & Musici hunc perfectum esse numerum censebant, sicuti affirmat quoque Cicero in Somnio Scipionis, ideo a plurimis similia collecta sunt. Hunc numerum quoque Virginem appellabant, quod neque gigneret ex se alium, neque genitus esset. Oribasius in Hippocratis Aphorism. lib. 2. Aph. 22. *Septenarius numerus maxime versatur in Arithmetico numero, & criticis diebus, quia in se continet parem & imparem: & intra denarium solus neque gere-*

inquit, [3] *ſeptentriones majores minoreſque facit in cælo, item* [4] *vergilias,* [5] *quas πλειάδας vocant. facit etiam ſtellas, quas alii* [6] *erraticas,* [7] *P. Nigidius errones appellat.* Circulos quoque ait in cœlo circum longitudinem axis ſeptem eſſe; è quîs duos minimos, qui axem extimum tangunt, [8] *πόλους* appellari dicit; ſed eos in ſphæra, [9] quæ *κρικώτη* vocatur, propter brevitatem non ineſſe. [10] Ac neque ipſe Zodiacus ſeptenario numero caret. [11] nam in ſeptimo ſigno fit ſolſtitium à bruma; in ſeptimo

rat, neque generatur, cum alii aut generent aut generentur. Similia habet Hierocles in Aurea Carmina, Philo de Mundi Opificio, aliique. Sicuti Virgo, ita & Minerva ideo appellata, ut Chalcidius in Timæum Platonis, Eulogius in Somn. Scipionis, aliique veteres teſtantur. Quinetiam in ſacra pagina ſeptimus dies ſacer & ſeptries ſeptenus annus, qui jubilæus vocatur, in veneratione fuit. Et uti ſeptimo die perfectus mundus, & ab opere ſuo quievit Deus, atque ideo ſacer fuit, ita Joſephus adverſus Appionem, & Philo non uni urbi, aut regioni, ſed univerſo feſtum diem fuiſſe affirmant. Et Dio Caſſius l. 32. morem per ſeptenos dies computandi ab Ægyptiis ad omnes homines profluxiſſe teſtatur, & vetuſtiſſimum affirmat Herodotus lib. 2. Veneratio itaque ſeptenarii numeri, quem & myſticum appellat D. Hieronymus, ex ſacra Scriptura per traditionem originem ſuam accepiſſe videtur, & ex multis Scripturarum locis teſtimonia afferri poſſunt.

3 *Septentriones majores minoreſque*] Urſam majorem & minorem intelligit. Hyginus: *utramque Arctον noſtri ſeptentriones vocarunt.* Urſa minor ſeptem habet ſtellas, major ſeptem clariores inter viginti ſeptem.

4 *Vergilias*] Ita dictæ *à vere* juxta Feſtum, *quod extremo vere oriantur.* Has Græci *πλειάδας* appellarunt. Proclus tantum ſex numerat in tergo tauri, Plinius in cauda ſeptem. Quæ recepta eſt opinio.

5 *Quas πλειάδας vocant*] Sic Aldus & Vaſc. & Gryphius. Ro. & Ven. *quas Græci πλειάδας vocant.* Regius: *quas πλειάδας Græci vocant.* Gronovius. Modo ante habebat MS. Reg. *minoreſque in cælo facit.*

6 *Erraticas*] Planetas intelligit.

7 *P. Nigidius*] Eſt hic P. Nigidius Figulus, qui Julii Cæſaris tempore vixit, omnium rerum ſingulari notitia excellens, quo in extinguenda Catilinæ conjuratione ſocio atque adjutore uſus eſt Cicero. Quæ autem hic citat Gellius noſter, ex libris de Sphæra proculdubio deſumpta ſunt. Servius ad 1. Georg. ex Sphæra Græcanica & Barbarica quædam citat, & compluta Commentat. in Germanici Aratea. Ejus fragmenta collegit Ianus Rutgerſius Var. Lect. lib. 3. cap. 16. Sed hæc jam oportuit dicta ad 11, 26.

8 *Πόλους*] Polos, ſive vertices, circa quos mundi Sphæra circumagitur. Cic. 2. de Nat. Deor.

Extremuſque adeò duplici de cardine vertex
Dicitur eſſe polus.

Proclus de Sphæra: *Ἄξων καλεῖται τὸ κόσμου διάμετρος αὐτῷ, περὶ ἣν φέρεται· τὰ δὲ πέρατα τοῦ ἄξονος πόλοι λέγονται τοῦ κόσμου· τῶν δὲ πόλων ὁ μὲν λέγεται βόρειος, ὁ δὲ νότιος.*

9 *Quæ κρικώτη vocatur*] Interpres Græcarum vocum Gellii *pertuſam* interpretatur. *κρίκος* ſignificat annulum vel circulum, hinc *κρικώτη* annulis vel circulis conſerta dicitur. Leontius Mechanicus Sphæram *κρίκων*, ſive circulorum appellavit, & *κρίκου* quoque & *ἡμικρίκιου* eadem ſignificatione indigetavit. vide Cœlium Rhodiginum Lect. Antiq. lib. 5. c. 13. Sed & ipſum H. Stephanum in Theſauro v. *Κρίκος.*

10 *Atqui neque ipſe Zodiacus*] Lincol. Ro. & vetuſtiores editi: *At neque.* Regius, *Ac neque.* Et vix videtur adverſativæ locus eſſe. Vulgo nunc *Atque.* Gronovius.

11 *Nam in ſeptimo ſigno*] Ita quoque Macrobius lib. 1. in ſomnium Scipion. cap. 6. *Sol quoque ipſe, de quo vitam omnia mutuantur, ſeptimo ſigno vices ſuas variat. Nam à ſolſtitio hyemali ad æſtivum ſeptimo pervenit ſigno, & à tropico verno uſque ad autumnalem tropicum ſeptimi ſigni peragratione producitur.* Intelligendum autem hoc ex veterum ratione computandi vel numerandi vulgo talia. Quum dicunt, *in ſeptimo ſigno fit ſolſtitium à bruma*, primum ſignum ſignificant, quo eſt ſolſtitium; poſtremum quo bruma: & viciſſim. Solſtitium fit, poſtquam ſol introitum fecit in Cancrum; bruma, poſtquam in Capricornum. Sunt igitur à ſolſtitio in brumam ſigna, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus. Et ſic à bruma in ſolſtitium, Capricornus, Aquarius, Piſces, Aries, Taurus, Gemini, Cancer. Eodem modo poſſunt menſes numerari. Et hæc ſolennis erat antiquis conſuetudo. Sic Olympias & Græcis & Latinis

ſeptimo bruma à ſolſtitio. In ſeptimo æquinoctium ab æquinoctio. Dies deinde quoque illos, quibus [12] halcyones hieme anni in aqua nidulantur, eos quoque ſeptem eſſe dicit. Præterea ſcribit [13] lunæ curriculum confici integris quater ſeptenis diebus. [14] *Nam duodetriceſimo luna*, inquit, *ex quo veſtigio profecta eſt, eodem redit:* auctoremque opinionis hujus Ariſtidem eſſe Samium: in qua re non id ſolum animadverti debere dicit, quod quater ſeptenis, id eſt, octo & viginti diebus conficeret iter luna ſuum; ſed quòd is numerus ſeptenarius, ſi ab uno profectus dum ad ſemetipſum progreditur, [15] omnes, per quos progreſſus eſt, numeros comprehendat, ipſumque ſe addat, facit numerum octo & viginti: quot dies ſunt curriculi lunaris. Ad homines quoque naſcendos vim numeri iſtius porrigi pertinereque ait: *nam quum in uterum*, inquit, *mulieris genitale ſemen datum eſt; primis ſeptem diebus conglobatur coagulaturque, fitque ad capiendam figuram idoneum. Poſt deinde quarta hebdomade,* [16] *quod ejus virile ſecus futurum eſt,* [17] *caput & ſpina, quæ eſt*

tinis dicitur pro tempore quinquennii, quum revera tantum modo quadriennium complecteretur. Et contra quinque anni pro Olympiade. Seneca: *Quinta cum ſacrum revocarit æſtas.* Nimirum idem annus habetur quintus prioris & primus incipientis Olympiadis. Notum ex inſtituto Cæſaris quartum quemque annum eſſe biſſextilem. Id *luſtrum* dicit Ovidius, quæ vox Romanis proprie quinque annos ſolidos ſignificat, ſine reſpectu præcedentis luſtri:

Hic anni modus eſt: in luſtrum accedere debet,
Quo conſummetur partibus, una dies.

In luſtrum, eſt, in quinque annos, in quintum quemque annum. Revera autem quartus eſt. Plinius de eadem intercalatione lib. 2. cap. 8. *quinis annis dies adjici: &, quinto anno unus intercalaris dies additur* Sic hodieque à priſcis accepto vocabulo Medici dicunt *tertianam:* Sic in faſtis numeramus *tertio Calendas, Nonas, Idus*, qui alter vel ſecundus eſt ab Calendis, Nonis, Idibus. Et plura talia obſervari poſſunt. Ita rectè annotavit *Cl. Gronovius.*

12 *Halcyones*] Nonius Marcellus: *Nidulatur, Varro hebdomadon primo: Dies deinde illos, quibus Halcyones hieme in aqua nidulantur, eos quoque ſeptem eſſe dixit.* Jac. Gronovius.

13 *Lunæ curriculum*] Vide Notas ad lib. 1. c. 10. Audi Macrobium: *Luna octo & viginti prope diebus totius Zodiaci ambitum conficit. Nam etſi per triginta dies ad ſolem, à quo profecta eſt, remeat: ſolos tamen fere viginti octo in tota Zodiaci circumitione conſumit: reliquis ſolem, qui de loco in quo eum reliquit abſceſſerat, comprehendit. Sol enim unum de duodecim ſignis integro menſe metitur. Ponamus ergo ſole in primâ parte arietis conſtituto ab ipſius, ut ita dicam, orbe emerſiſſe Lunam, quod eam naſci vocamus. Hæc poſt viginti octo dies & horas fere ſeptem ad primam partem arietis redit; ſed illic non invenit ſolem. Interea enim & ipſe progreſſionis ſuæ lege ulterius abſceſſit, & ideo ipſa necdum putatur eò unde profecta fuerat revertiſſe: quia oculi noſtri tunc non à prima parte arietis, ſed à ſole eam ſenſerant proceſſiſſe. Hunc ergo diebus reliquis, id eſt duobus, plus minus conſequitur, & tunc orbi ejus denuò ſuccedens, ac denuo inde procedens rurſus dicitur naſci.* Vide & Joſephum Scalig. lib. 1. Chron. c. 4.

14 *Nam duodetriceſimo*] Si modo ſic dixit Varro, & ex loco citato Macrobii patet aliquid reſiduum. Notabilis ſcriptura in Regio: *Nam die detriceſimo.* An exciderunt literæ *un*? Jac. Gronov.

15 *Omnes &c. numeros*] Etiam unitatem, quamvis non numerus, ſed principium numeri ſit. Nam unum, duo, tria, & quatuor faciunt decem: & quinque, ſex, & ſeptem faciunt octodecim: quæ ſimul octo & viginti faciunt. Hoc item obiter notandum, quod in omni ſupputatione quatuor prima conſtituunt denarium ſui generis, ſicuti 1. 2. 3. 4. decem, 10. 20. 30. 40. centum. 100. 200. 300. 400. mille, & ita deinceps. *Badius.*

16 *Quod ejus virile fœtus futurum eſt*] Lege cum Lipſio, *virile ſecus.* Sic enim plane regius codex. Vide etiam, ni grave eſt, quæ ſcripſimus ad Livium lib. 26, 47. *Gronovius.*

17 *Caput & ſpinam*] Putat hic Varro in fœtu formando ſeptenarium quoque numerum vim & efficâ-

est in dorso informatur. Septima autem fere hebdomade, id est, nono & quadragesimo die, totus, inquit, *homo in utero absolvitur.* Illam quoque vim numeri hujus observatam refert, quòd ante mensem septimum [18] neque masculus neque femina salubriter ac secundum naturam nasci potest; & quod hi, qui [19] justissime in utero sunt, post [20] ducentos octuaginta dies, postquam sunt concepti, quadragesima denique hebdomade ita nascuntur. Pericula quoque vitæ fortunarumque hominum, [21] quos climacteras Chaldæi appellant, [22] gravissimos quosque fieri affirmat septenarios. Præter hoc modum esse dicit summum adolescendi humani corporis septem pedes. Quod esse magis verum arbitramur, quàm quod [23] Herodotus, homo fabulator, in primo historiarum, inventum esse sub terra scripsit [24] Oresti corpus cubita longitudinis habens septem; quæ

ficaciam habere, & quidem per partes formari fœtum. Variæ de generatione hominis apud antiquos fuere sententiæ. Aristoteles lib. 3. de Part. Anim. cap. 4. cor primum formari arbitratur, quod hominis vitam maxime contineat. Hippon & Alcmæon caput, teste Plutarcho lib. 5. de Plac. Phil. cap. 17. Galenus de Fœt. Form. cap. 4. statuit jecur primum fœtus fundamentum esse. Hippocrates l. 1. περὶ Διαίτης omnia membra simul existere affirmat, & cum eo Stoici, ut Censorinus testatur.

18 *Neque masculus*] In Regio tantum *neque mas.* Jac. Gronovius.

19 *Justissime*] justo admodum tempore. Reg. *justissimo.*

20 *Ducentos octuaginta dies*] Unde exstiterit, ignoro. Sed priores Stephano editi habent *post ducentos septuaginta tres dies* vel *post* CCLXXIII. *dies.* Hunc numerum res ipsa poscit, quum quadraginta hebdomades dierum includantur ducentis & septuaginta diebus, & post eos incipit jam labi prima & quadragesima. Immo sic quoque habet explanata scriptura Regius codex: & Schefferi, & Lincoln. per notas numerorum, quum in Rott. hæc sint omissa. *Jac. Gronovius.*

21 *Climacteras Chaldæi*] Κλιμακτὴρ ἀπὸ τ῀ κλίμακος, quod certis numeris, velut per scalarum gradus ascendat, atque colligatur. *Scansilem* vocat Plin. lib. 7. cap. 49. Sunt autem climactericorum duo genera: aut enim ἑβδοματικοὶ sunt, (qui numero septenario constant.) aut ἐνεατικοὶ, qui novenario. Firm. lib. 4. cap. 14. De anno Climacterico sexagenario tertio agit quoque Gellius lib. 15. c. 7. quem præcipue videri periculis insignem Julius Maternus auctor est, quoniam numerus uterque septem & novem decretorii maleficique sunt, & ad vitam succidendam pollentes in unum quasi confluant. Sed utique hæc veterum deliria arbitror. Deus cuncta nutu suo gubernat temperatque.

22 *Gravissima quæque fieri adfirmat septenariis*] Regius & Lincolniensis *gravissimos quosque*, tum *septenarios.* Quam ob rem Salmasius in libro de annis climactericis corrigit: *Periculi quoque vitæ fortunarumque hominum quos climacteras Græci appellant.* Sed quid opus facere κλιμακτῆρας periculi, cum ipsa pericula sint κλιμακτῆρες, & κλιμακτῆρες pericula, ut ipse ibidem docet. Quid clarius verbis Valentis: Καὶ νόσους ἐπισφαλεῖς ἰδίωντε κλιμακτῆρας ἢ κινδύνους. Nimirum turbavit illum mutatio generis, cum *gravissimos quosque septenarios* non responderet τῷ *pericula.* Sed hæc nostri elegantia est: quum enim vel ad prius *pericula*, vel ad posterius *climacteras*, posset referre, quod dicendum restabat, posterius elegit, tanquam minus vulgare. Quintilianus lib. 5. Inst. 9. *Unde Sp. Melii Marcique Manlii popularitas signum affectati regni est existimatum.* In Rot. major pars hujus capitis desideratur. *Gronovius.*

23 *Herodotus homo fabulator*] Ita antiqui & recentiores complures censuerunt. Ælius Harpocration olim de ementita historia Herodoti integrum librum scripsit teste Suida. Falsitatis quoque illum arguit Strabo lib. ult. Geograp. suæ. Josephus lib. 1. contra Appionem errore deceptum potius existimat. Vide tamen H. Stephani Apologiam pro Herodoto.

24 *Oresti corpus*] Sicut Virg. *immitis Achilli, infœlicis Ulyssi.* Unde autem sic edant, viderint; in MS. Regio est *Orestis.* Non opus autem erat hic Herodotum mendacii accusare, cum ex antiqua & recentiori historia vasti & proceri corporis homines fuisse dubium non sit. Multa tamen fabulis immixta. Filios Anac gigantes fuisse affirmat sacra

Scriptura

quæ faciunt pedes duodecim & quadrantem : niſi ſi , ut [25] Homerus opinatus eſt, [26] vaſtiora prolixioraque fuerint corpora hominum antiquorum: & nunc [27] quaſi jam mundo ſeneſcente , rerum atque hominum decrementa ſunt. Dentes quoque & [28] in primis ſeptem menſibus & [29] ſeptenos ex utraque parte gigni ait, & [30] cadere annis ſeptimis, & genuinos annaſci annis ferè bis ſeptenis. Venas etiam in hominibus, [31] vel potius arterias, [32] medicos muſicos dicere ait numero moveri ſeptenario:

Scriptura Num. 13. ψſ. 29, 34. & terra Baſan Gigantum terra appellabatur , ut eſt Deut. 3. ψſ. 13. cujus lectum quoque deſcribit ejuſdem cap ψſ. 11. *Ecclectus ejus lectus ferreus, nonne in Rabboth filiorum Ammon? novem cubitorum longitudo ejus, & quatuor cubitorum latitudo ejus ad cubitum hominis.* Præterea multa alia vernilia de eodem gigante referunt Iudæi, quæ referre piget tædetque. Neque veriora quæ antiqui nonnulli autores prodiderunt. Nam de inventis oſſibus immanium gigantum, pleraque haud admitti poſſunt. Oſſa enim illa plerumque effodiuntur ex arenis, aliiſque locis maritimis , quæ forſan fuerint marinarum belluarum oſſa caſu quodam illic obruta. Neque reperire vix liceat virum fide dignum , qui ſepulchra fabrefacta ſuis uſurpaverit oculis. Suetonius certe alibi dixit, eſſe Capreis immanium belluarum ferarumque membra prægrandia, quæ dicebantur gigantum oſſa. Eundem errorem reperit Peireſcius, cum ad illum Tuneto molarem , ut putabat, hominis dentem miſiſſet Io. Arcoſius , ut teſtatur Gaſſendus lib. 4. in vita Peireſcii Aquæ Sextienſis Senatoris. Quod autem hic auctor noſter ſcribit de Oreſte, etiam Solinus ſcribit lib. 1. *Priſcorum autem* , inquit, *teſtantur molem etiam Oreſtis ſuprema, cujus oſſa Olympiade quinquageſima & octava Tegeæ inventa à Spartanis oraculo monitis diſcimus impleſſe longitudinem cubitorum ſeptem.*

25 *Ut Homerus opinatus eſt*] Illo ψſ.

Οἷοι νῦν βροτοὶ εἰσὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.

Quod expreſſit Virgilius,

Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

26 *Vaſtiora, prolixioraque fuerint corpora*] Primos initio mundi homines vegetos fuiſſe , corpore & animo excelluiſſe veriſimile , ut Philo Judæus lib. de Mundi opificio oſtendit. Sed ſingulis ſæculis decreſcere homines poëtarum vel malè feriatorum hominum commentum eſt. Juvenalis:

Nam genus hoc vivo jam decreſcebat Homero,
Terra malos homines nunc educat atque puſillos.

Ita etiam Plinius cenſuit : *In plenum cuncto mortalium generi minorem in dies menſuram fieri, varosque parentibus proceriores: conſumente ubertatem feminum exuſtione , in cujus vices nunc vergat ævum.* Et ſimilia quoquo habet Phlegon Trallianus. Ultimis verbis ad Ecpyroſin vergere ſuam ætatem voluit Plinius. *Quod ad decrementa hominum pertinet*, etiam teſte Columella, *Tremellius falſo credidit parentem omnium terram, ſicut muliebrem ſexum, anili jam ætate confectam , progenerandis eſſe fœtibus inhabilem.* Audi & Lucretium,

Jamque adeo affecta eſt ætas , effœtaque tellus ,
Vix animalia parva creat , quæ cuncta creavit
Sæcla , deditque ferarum ingentia corpora partu.

Sed hæc falſa. Eadem eſt natura , neque adhuc effœta. Ineptum quoque eſt decreſcere homines , cum per ter quaterque mille annos ejuſdem fuerint ſtaturæ.

27 *Quaſi jam mundo ſeneſcente*] Non temere eſt, quod Reg. & Rot. *mundum ſeneſcentem.* Vide an abolendum ſit bis verbum ſubſtantivum, ut habeamus: *niſi, ut Homerus, opinatus eſt vaſtiora prolixioraque corpora hominum antiquorum , & nunc quaſi jam mundum ſeneſcere rerum atque hominum decremento.* Gronovius.

28 *In ſeptem menſibus primis*] Hac ſerie placuit has voces digeſtas exhibere ex MS. Regio, ubi nunc edebant *in primis ſeptem menſibus*, olim *in ſeptem primis menſibus*, ut agnoſcas ineptiam.

29 *Septenos ex utraque parte*] Non omnes enim dentes ſimul ex gingivis erumpunt. Nam alioqui ubi perfectus eſt ordo dentium , ſimul vigenti octo vel triginta duo in utraque maxilla eſſe ſolent.

30 *Cadere annis ſeptimis*] Circa ſeptimum annum & decimum quartum ſolent alii prodire excidentibus prioribus, in utraque maxilla decem , quatuor inciſorii , duo canini , & quatuor maxillares. Vide Solonem in eo fragmento cujus initium eſt,

Παῖς, μὲν ἀνήβους ἐὼν ἔτι νήπιος , ἕρκος ὀδόντων ,
Φύσας ἐκβάλλει πρῶτον ὑπὲρ ἑπτ' ἔτεσιν.

vide & Cenſorinum cap. 14.

31 *Vel potius arterias*] Non hic agit de numero arteriarum vel venarum , ſed dicit ſeptenario numero vel modo muſico ipſas venas arteriaſque magis ſubſultare.

32 *Medicos muſicos*] Qui muſica medicinam factitabant. De qua arte egit quoque Theophraſtus, & Phrygio modulo levari iſchiacos ſcripſit. Quod

nario : quod ipsi appellant τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν[a], quæ fit in collatione quaternarii numeri. [33] Discrimina etiam periculorum in morbis majore vi fieri putant in diebus, [34] qui conficiuntur ex numero septenarii: eosque dies omnium maximè, ita ut medici appellant, [35 36] κριτικὰς ἢ κρισίμους cuique videri, primam hebdomadam & secundam & tertiam. [37] Nec non id etiam est ad vim facultatesque ejus numeri augendas, quod, quibus inedia mori consilium est, [38] septimo demum die mortem oppetunt. Hæc Varro de numero septenario scripsit admodum conquisitè, sed alia quoque ibidem congerit frigidiuscula; veluti [39] septem opera esse in orbe terrarum miranda, & sapientes item veteres septem fuisse, & curricula ludorum [40] circensium solemnia septem esse, [41] & ad oppugnandas Thebas duces septem delectos. Tum ibi

a *Per quaterna consonantiam.*

ex Theophrasto refert quoque Athenæus lib. 14 cap. 10 & 11. Censorinus de Die Natali cap. 14. *Plerique aliter moti, duos istos numeros subtiliter discreverunt, dicentes, septenarium ad corpus, novenarium ad animum pertinere. Hunc medicinæ corporis & Apollini tributum, illum Musis, quia morbos animi, quos appellant πάθη, Musica lenire ac sanare consueverit.* De Musica veterum, quamque vim ad affectus movendos habeat, vide Aristot. lib. 8. Pol. cap. 5. De Harmoniis quoque egit Plato lib. 3. de Republ. De consonantiis illis, vide Aristoxenum lib. 2. Harmon. Audi Martianum Capellam lib. 9. de Nuptiis Philologiæ. *Et in his alia sibi congruunt, alia discrepant; sed discrepantium nimia multitudo: convenientia per singulos tropos sunt sex, id est, διὰ τεσσάρων, quod de quatuor dicimus: διὰ πέντε, quod de quinque: διὰ πασῶν, quod ex omnibus concinit. Illud etiam quod ex omnibus & quatuor constat, vel ex omnibus, & ex quinque, vel bis ex omnibus, quod δὶς διὰ πασῶν dicitur. Sed illud quod διὰ τεσσάρων hoc est ex quatuor dicitur, recipit sonos quatuor, spatia tria, tonos duo semis, hemitonia quinque, diesis verò decem, & est in epitriti ratione, ut sunt quatuor ad tres.*

33 *Discrimina etiam periculorum in morbis*] Hippocrates lib. 4. de Morbis, *morbos judicari diebus imparibus* dixit. In morbis autem acutis dies septimus (nonnunquam etiam quartus pro vehementia morbi) dies criticus censebatur, quo die de salute vel periculo ægri medici judicabant,

34 *Qui conficiuntur ex numero septenarii*] Reg. *septenario*. Gronovius. Sed in eodem est etiam *putat*, non *putant*.

35 Κριτικὰς ἢ κρισίμους] Criticus dies est qui judicat; Κρίσιμος, id est, judicabilis, in quo de morbo vel ægro judicatur à medico. Celsus: *Est autem & alia etiam de diebus ipsis dubitatio, quoniam antiqui potissimum impares sequebantur, eosque tanquam de ægris judicaretur*, κριτίμους nominabant. Alexander Aphrodiseus l. 2. Probl. 47. Καὶ τὰ νοσήματα δὲ ἀναλόγως τῷ ἑπτὰ ἀριθμῷ κρίνεται, id est, *morbi quoque eodem modo numero septenario judicantur*. Apollini quoque septenarius numerus sacer, ut testatur Proclus in Timæum lib. 3.

36 Κρισίμους *cuique videri*] Vetustæ edd. *cuiquam*. Regius & Lincoln. tantum modo *cui*. Forte: κρισίμους *eis videri*. nempe medicis musicis. *Gronovius.*

37 *Nec non id etiam est ad vim*] Reg. *Neque non id etiam sumit ad vim facultatesque ejus numeri augendas*, Varro scilicet. *Idem.*

38 *Septimo demum die mortem oppetunt*] Illi qui calidioris ficciorisque sunt temperamenti, difficilius famem ferunt, quam qui frigidioris & humidioris. λιμὸς autem teste Hippocrate ξηραίνει τὰ σώματα. Non eadem itaque omnium ratio, sicuti etiam valetudine adversa correpti diutius inediâ vitam protrahunt. Quousque fame quis vitam protrahere possit, vide Levinum Lemnium de occult. Nat. mirac.

39 *Septem opera in orbe terrarum miranda*] Reg. & Lincol. *in orbe terræ miranda*. nam Rot. finit hoc caput in verbis *rerum atque hominum decrementa sunt*. Gronovius.

40 *Circensium solemnia septem esse*] Si hoc potuit ab Varrone tam religiose spectari, quam fuerat ille Domitiano dissuasurus, ne Circensium die missus singulos à septenis spatiis ad quina corriperet, ut ab eo factum tradit Suetonius cap. 4? *Jac. Gronov.*

41 *Ad oppugnandas Thebas duces septem electos*] Non invenio in editis ante Gryphium. Omnes enim ut

ibi addit se quoque jam [42] duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse: [43] ex quibus [44] aliquammultos, quum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse.

ut Reg. & Pal. apud Gebhardum 2 Antiq. 4. *delectos*. Gronovius.

42 *Duodecimam annorum Hebdomadam*] Id est, Octuagesimum quartum annum, quo hæc conscripserat Varro.

43 *Ex quibus aliquantum, quum proscriptus*] Ro. Ven. Ald. Vascos. Gryph. *aliquamdiu*. Optime Regius: *aliquammultos*. Cicero lib. 4 in Verr. *Sunt vestrum, judices, aliquammulti, qui Pisonem cognorunt*. Et restituendum id vocabuli quoque censeo Apulejo lib. v. *Sed antequam multum viæ laboranti vestigio pererrasset, inscio quodam tramite delabente accedit quamdam civitatem*. Florentinus: *Sed aliquammultum*. Lege: *Sed cum aliquammultum viæ*. Gronovius.

44 *Septuaginta hebdomadas librorum*] Id est, quadringentos nonaginta libros. Divus Hieronymus scribit Origenem sex M. librorum scripsisse, quod nequaquam fuerat crediturus, nisi omnes perlegisset.

CAP. XI.

Quibus & quam frivolis argumentis Accius in Didascalicis utatur, quibus docere nititur Hesiodum esse quam Homerum natu antiquiorem.

SUPER [1] ætate Homeri atque Hesiodi non consentitur. Alii Homerum quam Hesiodum majorem natu fuisse scripserunt, in quîs [2] Philochorus, & [3] Xenophanes: alii minorem; in quîs L. Accius poëta & [4] Ephorus historiæ scriptor. Marcus autem Varro, in primo de imaginibus, [5] uter prior sit natus parum constare dicit; sed non esse dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint; [6] [7] idque ex epigrammate ostendi,

1 *Ætate Homeri atque Hesiodi*] De qua utraque disputandi materiam sumsit Ill. Salmasius in Plinianis Exerc. pag. 865, quas violare describendo non oportet; certe non has chartas impleri quum illic pateant: nunc Gellium solum audivisse satis est.

2 *Philochorus*] Cujus passim meminerunt antiqui scriptores, Strabo, Plutarchus, Laërtius in Protagora, Ælianus, alii. Scripsit Historiam de Rebus Atticis, Olympiadum libros duos, & nonnulla alia.

3 *Xenophanes*] Intelligitur, ut puto, Xenophanes Colophonius, qui contra Homerum & Hesiodum jambos & elegias scripsit. Vide Diogenem Laërtium.

4 *Ephorus*] Historicus, Isocratis discipulus. Scripsit xxx. libris historiam Græcam; sed qui vir mire sollicitus de patriæ laude hunc quoque illi vindicare voluit, & qua fabulæ serie, docet Plutarchus apud Allatium cap. 6 Qu. qui eum *non religiosissimæ fidei, sæpe decipi, sæpe decipere* dixit. Quod & Diodorus Siculus lib. 1. affirmat, stylum tamen ejus lib. 5. laudat. Vide Vossium de Histor. Græc. lib. 1 cap. 7.

5 *Uter natus sit prior*] Numquid *natu*? Ut mox: *per quæ ostendi putat Hesiodum natu priorem*. Sic enim Reg. & Rot. non solum *ostendit*. Gronovius. At ordo verborum in editionibus est *uter natus prior sit*, quum in Regio legatur *uter prior sit natus*, quem ut Gellianum nunc reposui. Interim in Rott. non legebatur illud *natus*.

6 *Idque ex epigrammate ostendit*] Reg. & Rot. *ostendi*: pendet enim ex superiori, *Varro dicit*. Gronovius.

7 *Ex epigrammate*] Quod est Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τονδ' ἀνέθηκε Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον. Quod Salmasius judicat probabilius esse ab Hesiodi amatoribus & admiratoribus confictum fuisse, qui palmam illi & coronam dare contra Homerum parati erant. Et tamen contra hujusmodi adulteratores & præsertim sacrorum hymnorum falsos victores industriam Græcam quoque excubare solitam probabile est non minus. *Jac. Gronov.*

di, quod in tripode ſcriptum eſt, qui in monte Helicone ab Heſiodo poſitus traditur. Accius autem in primo Didaſcalico levibus admodum argumentis utitur, per quæ oſtendit Heſiodum natu priorem. *Quòd Homerus*, inquit, *quum in principio carminis Achillem eſſe filium Pelei diceret, quis eſſet Peleus, non addidit. Quam rem procul*, inquit, *dubio dixiſſet,* [8] *niſi ab Heſiodo jam dictum videretur. De Cyclope itidem*, inquit, *vel maximè quòd unoculus fuit, rem tam inſignem non præteriſſet, niſi æque prioris* [9] *Heſiodi carminibus vulgatum eſſet.* De patria quoque Homeri multo maximè diſſenſum eſt. Alii [10] Colophonium, alii Smyrnæum, ſunt qui Athenienſem, ſunt qui Ægyptium dicant fuiſſe; Ariſtoteles tradit [11] ex inſula Io natum. M. Varro, in libro de Imaginibus primo, Homeri imagini hoc epigramma appoſuit:

[12] *Capella Homeri candida hæc tumulum indicat:*
[13 14] *Quod hac Ietæ mortuo faciunt ſacra.*

[15] Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου.
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, [16] Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

a *Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri, Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios, Arges, Athenæ,*

8 *Niſi ab Heſiodo jam dictum videretur*] Rot. & Lincol. *videret.* Gronovius.

9 *Heſiodi carminibus vulgatum eſſet*] Reg. & Rot. *invulgatum.* Verbum, quod neſciremus à Cicerone noſtrum accepiſſe, niſi exſtaret ad Atticum lib. 2, 1. *quo die Allobroges involgarunt.* Noſter & in præfatione: *non aſpernentur, quaſi nota invulgataque.* Lib. 4, 9. *reverenda & reformidanda ſunt magis quam invulganda.* Lib. 18, 1. *decreti cujuspiam ex philoſophia perperam invulgati purgatio.* Gronov. Ita quoque Lincolnienſis.

10 *Colophonium*] In quæ omnia inquiſivit diligentiſſime Leo Allatius de Patria Homeri.

11 *Ex inſula Io natum*] Τὸ *natum* amandant Reg. & Rot. quorum ille *ex inſul' cho:* alter, *ex inſul' co.* Scribe: *ſunt qui Ægyptium dicant fuiſſe, Ariſtoteles tradit ex inſula Io. M. Varro in libro &c.* Gronovius. In Regio tamen legitur *ſunt etiam qui Ægyptium.* qui & cum Lincoln. habet *tradidit*: ſed ample hic Lincoln. *tradidit ex Io inſula natum in conſulatu M.* qualicunque regione certantes augere conetur.

12 *Capella Homeri*] Inſculpta hæc ſepulchro, quod candida capra Homero Ietæ parentarent.

13 *Quod hac Ietæ*] Ita Salmaſius emendat, ex vetere ſcriptura, quam ita ſe habere dicit, *quod acietæ.* Antiquiſſima Veneta & Badiana editio, *quod ariete*, quod Petrus La Sena in Cleombroto tentavit ingenioſe nimis explicare, & citat Allatius cap. XIV. Legitur quoque, *quoi ara Ietæ*, (quod in nupera Pariſina ex prioribus repetivit Prouſteus, incredibili vanitate, quum tanto meliora eſſent inventa) &, *quoia ara rite* quæ videnda in ejuſdem Allatii capite XI, ubi ipſe conjicit *Quod* vel *Quoi capra Ietæ.* Quinam autem ſunt Ietæ? Qui inſulam Ion incolebant, & ſepulchrum Homeri monſtrabant, ac ſeorſim Clymenes matris, ut teſtatur Pauſanias in Phocicis. Quum igitur Salmaſius tam commode & molliter & ex vetere ſcriptura rem conſtituiſſet, mirari oportet Philippum Carolum notantem ex duobus Varronis verſibus colligere eſſe, Homeri tumulo capram inſculpi conſueviſſe, eique in ſacris arietem mactatum eſſe, cujus rei cauſas videas apud Fr. Luiſinum. Quum omnia illa ſint nugacia & falſa. Non enim dicitur conſueviſſe inſculpi, ſed ab ſolis Ietis ita factum eſſe. Et ſane inaniora ſunt, quæ ibi prodit Luiſinus.

14 *Quod ari a Ietæ mortuo*] Vett. edd. *Quod ariete.* Reg. *Quod acieto.* Rot. *Quod acietem.* Unde belle Salmaſius: *Quod hac Ietæ.* nam & in Rott. primæ literæ τῆ *acietem* ſuperpoſita eſt aſpiratio. Stephanus: Ἴος, νῆσος ἡ Κυκλάδων ἀπὸ Ἰώνων οἰκησάντων, ὅθεν ἦν Ὁ μήρου μητης. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Φοινίκη ἡ Ἰος. Ἐστι καὶ Λυδίας. Ὁ πολίτης, Ἰήτης καὶ Ἴητης. Gronovius.

15 Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι] Ante Aldum ἐ ῥίζουσι. Reg. & Rot. his Græcis carent. E Pal. profert Gebhardus 2 Antiq. 23. ἐρίζουσι κλυτὸν περὶ, conjicit autem ἐρίσουσι.

ἐρίσασι. Posset legi ἐριδαίνεσιν· aut, si retines τὸ κλυῖς, quando in editionibus priscis adjecerunt Latine, de stirpe insignis Homeri, placeat, Ἑπτὰ πόλεις ἐρίδασι κλυῖς περὶ ῥίζαν Ὁμήρου. Solent enim τῇ Δ ἀντὶ τοῦ Ζ abuti. *Idem.*

16 Γ'ος] Quædam editiones habent Χίος. Utrumque recte. De Io supra Aristoteles dixit. Sed & olim ibi lectum *Chios* fuisse ingerit Allatius cap. 6 de Patria Homeri.

CAP. XII.

Largum atque avidum bibendi à P. Nigidio doctissimo viro novo & [1]propemodum absurdo vocabulo biboſum *dictum.*

BIBENDI avidum P. Nigidius [2]in commentariis grammaticis *bibacem* & *biboſum* dicit. *Bibacem* ego, ut *edacem* à pleriſque aliis dictum lego. [3] [4]*Biboſum* dictum nondum etiam uſquam reperi, niſi apud [5]Laberium; neque aliud eſt quod ſimili inclinatu dicatur. Non enim ſimile eſt, ut, *vinoſus*, aut, *vitioſus*, ceteraque, quæ hoc modo dicuntur: quoniam à vocabulis, [6]non à verbis, inclinata ſunt. [7]Laberius in mimo (vel primo) qui Salinator inſcriptus eſt, verbo hoc ita utitur:

Non mammoſa, non annoſa, non biboſa, non procax.

1 *Propemodum absurdo vocabulo*] Regius: *Largum atque avidum bibendi P. Nigidio doctissimo viro nova & prope absurda vocabuli figura biboſum dictum.* Gronovius.

2 *In commentariis Grammaticis*] Quorum quid reliquum ſit, & quis progreſſus, vide in Jani Rutgerſii Variis lectionibus III, 16.

3 *Biboſum*] Clamoſus tamen, quo vocabulo utitur Quintilianus & Juvenalis, à *clamo* derivari videtur, niſi ab antiquo *clamos*, pro clamore, originem capiat.

4 *Biboſus dictum etiam nuſquam reperi*] Rot. *biboſum etiam nondum dictum uſquam inveni.* Reg. *biboſum dictum nondum etiam uſquam reperi.* Gronovius.

5 *Laberium*] Qui in mimis ſcribendis non mediocrem laudem judicio M. Tullii & aliorum conſecutus eſt. Sæpe à Gellio, Nonio, aliiſque veteribus Grammaticis citatur. Supra lib. 1 cap. 7.

6 *Non à verbis*] Regius *verbo.* Jac. Gronov.

7 *Laberius in mimo vel primo*] Sic jam Ro. & Veneta. Aldus, Vaſcoſ. Gryphius, *in mimo libro primo.* Reg. & Rot. *Laberius in mimo, qui Salinator inſcriptus eſt.* Recte igitur Phil. Rubenius ea verba cenſet adtexta à ſcriptore hæſitanti *primo* ſcriberet an *mimo*, Electorum lib. 2, 22. *Gronovius.*

CAP. XIII.

Quod Demoſthenes etiam tum adoleſcens, quum Platonis Philoſophi diſcipulus foret, audito forte Calliſtrato rhetore in concione populi deſtitit à Platone, & ſectatus eſt Calliſtratum.

[1]HERMIPPUS hoc ſcriptum reliquit, Demoſthenem admodum adoleſcentem ventitare in Academiam, Platonemque audire ſolitum. Atque is, inquit, Demoſthenes domo egreſſus, ut ei mos erat, quum

1 *Hermippus*] Qui vitas præſtantium virorum ſcripſit, ut ex Laërtio in Thalete, Athenæo pluribus locis perſpicuum eſt. Hunc quoque Plutarchus in Vita Demoſthenis commemorat ex aliorum libris teſtari, Demoſthenem Platonis auditorem fuiſſe.

quum ad Platonem pergeret, [2] [3] complurisque populos concurrentis videret; [4] percontatur ejus rei causam, cognoscitque currere eos auditum [5] Callistratum. Is Callistratus Athenis [6] [7] orator in republica fuit. Illi δημαγωγὸς appellant. Visum est paulum devertere, experirique an ad digna auditu tanto properatum studio foret. Venit, inquit, atque audit Callistratum nobilem illam τὴν [8] περὶ Ὠ̓ρωπῦ δίκην [a] dicentem: atque ita motus & demulctus & captus est, ut Callistratum jam inde sectari cœperit; [9] Academiam cum Platone reliquerit.

a *De Oropo causam.*

2 *Complurisque populos*] Suspecta mihi sunt ista verba. Quomodo enim complures populi in una eademque civitate esse dicantur? nam etiamsi in unam eandemque civitatem complures è diversis populis ac gentibus convenerint, non tamen ut opinor, ea multos habere populos dicenda est. Esto igitur (quod tamen mihi non fit verisimile) magnam hominum multitudinem tota è Græcia ad audiendum Callistratum, sicut ad audiendos celeberrimos illos antagonistas, Demosthenem & Æschinem, Athenas confluxisse: nemini tamen ita loqui licuit, meo quidem judicio. Quomodo igitur locus hic parva cum mutatione emendari poterit? scribendum: *complureſque è populo concurrentis viderit* H. Stephan. Verum non opus est eâ emendatione, cum per populos intelligat δήμους. Urbs enim Athenienſis in Κώμας, χώρα in δήμους distributa fuit, ut testatur Isocrates in Areopagitico. ubi Interpres male δήμους *municipia* vertit. Φρατρίας καὶ δήμους conjunxit Plato lib. 6. de leg. Δημάρχοι autem τοὺς δήμους convocabant, quando necesse erat, eandemque potestatem habebant quam antea habuerant Ναυκραροι, ut scribit Harpocration in Lexico suo. *Thys.* At id totum scivit quoque Stephanus, & nihil inde boni ad Gellii verba. Nempe hæc concio non debet spectari velut contubernium Thaidis, ad quam conventus ex omni Græcia celebres erant, ut dixit lib. 1 cap. 8, sed qui ad Academiam pergeret, poterat videre complures populos concurrentes, non utique singulos ex illis δήμοτας, sed multos eorum hinc inde venientes & in urbem festinantes ad audiendum. Et id vult indicare Gellius. *Jac. Gronov.*

3 *Complurisque populos concurrentes*] Hen. Stephanus & Guil. Ranchinus 1 Var. 3. corrigunt, *complureſque è populo concurrentes.* Gronovius.

4 *Percunctatur ejus rei causam*] Reg. & Rot. *percontatur.* Idem.

5 *Callistratum*] Varii fuere Callistrati. An hic idem sit, quem Harpocration citat, cuique opus περὶ Ἀθηνῶν tribuit, quod tamen alii Menecli Baceleo adsignabant, dubium est.

6 *Orator in Rep. fuit. illi δημαγωγὸς appellant*] Dubitari potest juxta H. Stephanum, an omnes absque ullo discrimine, qui Athenis in Rep. Oratores essent δημαγωγοὶ vocarentur, quamvis revera populum oratione sua ducerent flecterentque. Julius tamen Pollux per δημαγωγὸς publicos Oratores intelligit: & Diogenes Laërtius ita Demosthenem appellat. Apud Isocratem ad Nicoclem δημαγωγεῖν denotat Populum sive Remp. moderari. Oratorum illorum in Rep. Athenienſi summam fuisse potestatem ex antiquis monumentis satis perspicuum est. Oratores itaque publici Demagogi quidem etiam appellabantur, verum non omnes Demagogi erant Oratores. Namque & exercitus ductores, & qui principem in Rep. locum obtinebant, ita appellabantur. Hinc Hesychius: δημαγωγὸς ἀρχων, ἐκ τοῦ τὸ δῆμον ἄγειν καὶ διοικεῖν. nonnunquam, ut idem testatur, δημαγωγεῖν idem quod ὀχλοποιεῖν, id est, *turbas movere & concitare in populo.* Vide Loënsem lib. 9. Miscell. cap. 16.

7 *Orator in republica fuit*] Reg. *oratorum unus fuit.* Gronovius. Quod nempe in ora libri sui notavit Lambecius; sed nemo alius vidit.

8 Περὶ Ὠ̓ρωπῦ] Quæ urbs diversis temporibus concitavit molestias Athenienſibus, ut patet ex libro etiam VII cap. 14, quo utroque loco intelligitur eadem urbs, confinis Attico imperio & Bœotico. Prousteus tamen illic notat esse Bœotiæ civitatem, in hoc autem loco urbem Macedoniæ. Ineptior est Phil. Carolus, dum ad hæc scribit *Callistratum dixisse causam de ὄροπῳ quodam, de quo Plutarchus dicto loco.*

9 *Academiam cum Platone reliquerit*] Aliter hæc referuntur à Plutarcho in Demosthene. Dicit enim audito Callistrato eum disciplinis studiisque puerilibus relictis, declamationibus operam dedisse sub Isæo. Nulla mentio Academiam & Platonem reliquisse, cum postmodum Platonis auditor fuerit, multumque ex ejus floridâ facundia in dicendo profecerit.

CAP.

CAP. XIV.

Dimidium librum legi, *aut*, dimidiam fabulam audivi, *aliaque ejuſcemodi qui dicat, vitiosè dicere, ejuſque vitii cauſas reddere M. Varronem:* [1] *nec quemquam veterum uſce verbis ita uſum eſſe.*

Dimidium librum legi, aut *dimidiam fabulam audivi*, vel quid aliud hujuſmodi, malè ac vitiosè dici exiſtimat Varro; *oportet enim*, inquit, *dicere dimidiatum librum; non, dimidium. & , dimidiatam fabulam, non dimidiam. Contra autem* [2] [3] *ſi ſextario hemina fuſa eſt, non dimidiatum ſextarium fuſum dicendum eſt: & qui ex mille nummum, quod ei debebatur, quingentos recepit, non dimidiatum recepiſſe dicemus, ſed dimidium. At ſi ſcyphus*, inquit, *argenteus mihi cum alio communis* [4] *in duas partes disjectus ſit; dimidiatum eum dicere eſſe ſcyphum debeo, non dimidium:* [5] *argenti autem, quod in eo ſcypho ineſt, dimidium meum eſſe, non dimidiatum.* [6] Differitque ac dividit ſubtiliſſimè, quid *dimidium dimidiato* interſit. & Q. Ennium ſcienter hoc in annalibus dixiſſe ait:

Sicuti ſi quis ferat vas vini dimidiatum.

ſicuti [7] pars, quæ deeſt ei vaſi, non *dimidiata* dicenda eſt, ſed *dimidia.* Omnis autem diſputationis ejus, quam ſubtiliter quidem; ſed ſubobſcurè explicat, ſumma hæc eſt; *Dimidiatum* eſt quaſi *dismediatum*, & in partis duas pares diviſum. *Dimidiatum* ergo niſi ipſum quod diviſum eſt dici haud convenit. *Dimidium* verò eſt non quod ipſum *dimidiatum* eſt, ſed quæ ex *dimidiato* pars altera eſt. Quum igitur partem libri dimidiam legiſſe volumus dicere, aut partem dimidiam fabulæ audiſſe: ſi *dimidiam fabulam*, aut *dimidium librum* dicimus, peccamus; totum enim ipſum quo *dimidiatum* atque diviſum eſt, *dimidium* dicis. Itaque Lucilius eadem ſequutus, *Uno*

1 *Nec quenquam veterum iiſce*] Reg. *veterem hiſce.* Jac. Gronov.

2 *Si è ſextario hemina*] Congius capiebat ſex ſextarios, ſextarius cotylas binas, quæ & heminæ dicuntur. Fannius,

At cotylas, quas ſi placeat dixiſſe licebit
Heminas, recipit geminas ſextarius unus.

3 *Si e ſextario hemina fuſa eſt, dimidium, non dimidiatum*] Sane ita priores editi, quum tamen Pariſina anni 1584 *ſi à ſextario*, in qua viciſſim editione, ut & Vaſcoſani, exſtat vox *dimidium*, quæ in Gryphianis tam anni 1534, quam 1539, non habetur. Vaſcoſanus addidit, & ſequutus fuit Stephanus, quum in MS. Regio tantum appareat *ſi ſextario hemina fuſa eſt, non dimidiatum.* An hic ſenſus non bene conſtare poteſt, ſi intelligatur ſextario hemina affuſa vel infuſa? ut debuerint præpoſitionem a vel e interponere? Immo eſt dativus, & ſi ſextario ſit affuſa hemina, tam bene dici debet dimidiatus ſextarius fuſus, quam ſi inde tantum fuerit effuſum. Itaque delevi iſta adſcitícia & nullum uſum adferentia vocabula. Dimidium enim hoc optime intelligitur ex ſequentibus. *Jac. Gronov.*

4 *In duas partes disjectus ſit*] Lege vel invitis ſcriptis cum Vaſcoſano, *diſſectus.* Gronovius.

5 *Argenti autem*] Reg. *argentum autem.* Jac. Gron.

6 *Differt ac dividit ſubtiliſſime*] Reg. & Rot. *differitque ac dividit ſubtiliſſime.* Jungit enim particula hæc verba cum eo, quod præceſſit, *dici exiſtimat.* Gronovius.

7 *Pars quæ deeſt ei vaſi*] Editiones priſcæ *deeſt a vaſe.* vel *e non vaſe.* Lincoln. *ei vaſe.* Reg. & Rot. *ei vaſo.* Recte omnino & antique. Cato apud noſtrum 13, 22. *Neque mihi ædificatio, neque vaſum, neque veſtimentum ullum eſt manu pretioſum.* Soſipater lib. 1. *Vaſi. Genitivo ſingulari I finita nomina geni-*

Uno oculo, inquit, *pedibuſque duobus dimidiatus*
Ut porcus.

& alio loco:

Quid ni? & ſcruta quidem ut vendat ſcrutarius laudat
[8] *Præfractam ſtrigilem*, [9] *ſoleam improbus dimidiatam.*

Jam in viceſimo manifeſtius *dimidiam horam* dicere ſtudioſe fugit: ſed pro, *dimidia*, *dimidium* ponit in hiſce verſibus.

Tempeſtate ſua atque eodem uno tempore [10] *& horæ*
Dimidio, & tribus confectis dumtaxat eamdem
Et quartam.

Nam quum obvium proximumque eſſet dicere:

—— *& hora*
Dimidia tribus confectis:

vigilatè atque [11] attentè verbum non probum mutavit. Per quod ſatis apparet ne *horam* quidem *dimidiam* rectè dici, ſed vel *dimidiatam horam*, vel *dimidiam partem horæ*. Propterea [12] Plautus in Bacchidibus *dimidium auri* dicit, non *dimidiatum aurum*. Item in Aululari *dimidium obſonii*, non *dimidiatum obſonium* in hoc verſu:

[13] *Ei adeò obſonii hinc juſſit dimidium dari.*

In Menæchmis autem *dimidiatum diem*, non *dimidium*, in hoc verſu:

[14] *Dies quidem jam* [15] *ad umbilicum dimidiatus mortuu-ſt.*

[16] M. Cato in libro, quem de agricultura conſcripſit: *Semen cupreſſi ſerito*

genitivo plurali RVM ſyllabam capiunt vaſorum. Et nominativus erit hoc vaſum. Cledonius: *Antiqui rectius dicebant vaſum, quomodo ſcamnum.* Caper de verbis dubiis: *Vas, alii vaſum.* Idem.

8 *Præfractam ſtrigilem*] Sive quâ equi, vel in balneis homines ſtringebantur. Strigilis balnearis figuram vide apud Mercur. Artis Gymnaſt. lib. 1 cap. 8. hinc *ſtrigmenta*, ſordes, quæ deſtringuntur ex corpore. Martialis in Apophoretis curvum inſtrumentum fuiſſe ſcribit,

Pergamus has miſit curvo diſtringere ferro,
Non tam ſæpe teret lintea ſullo tibi.

Sympoſius Ænigmate 86.

Rubida, curva, capax, alienis humida guttis,
Luminibus falſis auri mentita colorem,
Dedita ſudori, modico ſuccumbo labori.

Sive ut nonnulli quoque ſtrigilem pro vaſe apud Plautum in Perſa, & Ciceronem lib. 2. de Finibus exponunt. Strigles quoque vel potius ſtrigiles dicuntur apud Vitruvium canaliculi depreſſi in columnis, quod canaliculis ſtrigilum ſimiles ſint.

9 *Soleam*] Solea dicta quæ ſolum ſive plantam pedis tegebat. vide Gellium lib. 13 cap. 21.

10 *Et horæ Dimidio, tribus*] Reg. Lincoln. Rot. *Dimidio & tribus confectis.* Item poſt paullo, *nam quum obvium eſſet dicere, Dimidia & tribus confectis*, iidem. *Gronovius.* Sane illud *& tribus* legebatur in prioribus editis, unde nuperi prave expulerunt. Mox etiam Reg. *Ac* vel *At quartam.*

11 *Attente verbum non probum mutavit*] Reg. & Rot. *vitavit.* nam unde ſciri poterat Lucilium prius verbum non probum poſuiſſe, & deinde correxiſſe. *Gronovius.*

12 *Plautus in Bacchidibus*] Scripti, *Plautus quoque in Bacchidibus.* Idem.

13 *Ei adeo obſonii*] Occurrit locus in Aululari Act. 1. Scen. VI.

14 *Dies quidem*] In Menæchmis hic locus eſt Actu 1. Sc. 2.

15 *Ad umbilicum*] Ad meridiem: umbilicus enim media pars corporis.

16 *M. Cato in libro quem*] Hic iterum ſcripti: *M. etiam Cato.* Gronovius.

17 *Eo*

vito crebrum, ita uti linum ſeri ſolet. [17] *Eo cribro terram inſternito, dimidiatum digitum. Jam id bene tabula aut pedibus aut manibus complanato. Dimidiatum* autem, inquit, *digitum*, non, *dimidium.* Nam digiti quidem *dimidium,* [18] digitum autem ipſum *dimidiatum* dici oportet. Item M. Cato de Carthaginienſibus ita ſcripſit: *Homines* [19] *defoderunt in terram dimidiatos, ignemque circumpoſuerunt. Ita interfecerunt.* Neque quisquam omnium, qui probè locuti ſunt, [20] his verbis ſecus, quàm dixi, uſus eſt.

17 *Eo crebro terram inſternito dimidiatum digitum. Jam id bene*] Quæ nunc tractamus exemplaria Catonis, præterunt: *Eo terram cribro incernito, altum digitum transverſum. eam terram tabula aut pedibus complanato*, cap. 49. Utcumque autem quædam horum non inſpecto libro ex memoria fallente facile ſic edidiſſe auctor poſſit videri, tamen Reg. & Rot. oſtendunt eum non mutaſſe, *Eo cribro terram incernito.* Gronovius.

18 *Digitum autem dimidiatum*] Stephanus omiſit *ipſum*, idque probatur ab ſequutis editionibus, quum tamen MS. Regius *digitum autem ipſum dimid.* ut fuit olim in editis, quod idcirco reſtitui. *J. G.*

19 *Defoderunt in terram dimidiatos*] Qua crudelitate etiam alios fuiſſe uſos docent exempla collecta in paternis notis ad Senecam lib. 3 de Ira cap. 3.

20 *His verbis ſecus, quam dixi, uſus*] Parum intereſt: ſed tamen & Reg. & Rott. *ſequius quam.* Plautus Aulular. 3. 2. *quid diximus tibi ſequius quam velles.* Gronovius. Exempla poſt alios collegit Pricæus ad Apuleji Apolog. pag. 187.

CAP. XV.

Exſtare in literis perque hominum memorias traditum, quòd repentè multis mortem attulit gaudium ingens inſperatum, intercluſa anima & vim magni novique motus non ſuſtinente.

COGNITO repentè inſperato gaudio expiraſſe animam refert Ariſtoteles philoſophus [1] [2] Polycritam nobilem feminam [3] Naxo inſula. [4] Philippides quoque comœdiarum poëta haud ignobilis, [5] ætate jam edita,

1 *Polycritam*] Hiſtoriam hujus mulieris ita ſcribit Plutarchus de Virt. Mul. Cum bellum eſſet inter Mileſios & Naxios, Diognetus ex munimento contra Naxiorum urbem ſito, magnam abſtulit prædam, mulieres quoque ac virgines liberas. Inter illas Polycritam amore captus uxoris loco habuit. Cum feſtus in caſtris Mileſiorum ageretur dies, permittente Diogneto, Polycrita fratribus placentas miſit, tabellamque plumbeam inſeruit, qua hortabatur Naxios, ut noctu hoſtes vino ſomnoque ſepultos adorirentur. Id factum. Occupato itaque à Naxiis Caſtello, multiſque hoſtium interfectis, Diogneti ſalutem precibus Polycrita à civibus impetravit. Ipſa autem civibus ad portam occurrentibus, & ſerta offerentibus, impenſeque eam laudantibus, magnitudine lætitiæ in ipſa porta exanimis concidit. Ita Naxii Hiſtorici commemorant. Verum Ariſtoteles, teſte Plutarcho, non captam fuiſſe Polycritam affirmat, ſed Diognetum amore ejus flagrantem cuncta illi juramento addito promiſiſſe, quæ poſtularet, ſin ea poriretur. Illam Delium caſtellum petiiſſe, Diognetum promiſſa præſtitiſſe. Ita cum Mileſiis pacem factam.

2 *Polycritam nobilem feminam*] Fulvianus *Policritan.* Gronovius.

3 *Naxo*] Vulgò, *è Naxo.* Ita legit Carrio ex veteribus libris. Utrumque recte dicitur. Ita *Vinum Chio*, vel *Lesbo*, more Græco dicitur. & Plautus in Mercatore, *Hoſpes Zacyntho.*

4 *Philippides*] Inſignis hic Comicus, cujus quædam fragmenta apud Plutarchum alioſque auctores invenias. Citat quoque ejus Comœdias aliquoties Athenæus. Hic Lyſimacho familiaris fuit, multaque per eum Populus Athenienſis ab eo ſuſcepit beneficia.

5 *Ætate jam edita*] Sic omnes libri. Lipſius

edita, quum [6] in certamine poëtarum præter ſpem viciſſet, & [7] lætiſſime gauderet; inter illud gaudium repente mortuus eſt. [8] De Rhodio etiam Diagora celebrata hiſtoria eſt. Is Diagoras tres filios adoleſcentes habuit unum [9] pugilem, [10] alterum pancratiaſten, [11] tertium luctatorem: eoſque omnes vidit [12] vincere coronarique [13] Olympiæ eodem die: & quum ibi eum tres adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſaviarentur, quumque populus gratulabundus flores undique in eum jaceret. [14] ibi in ſtadio, inſpectante populo, in oſculis atque in ma-

cum fatetur ſe ignorare an vocis *Edita* vis hæc ſit, & ſubjicit *exita*, paſſus eſt aliquid humani. Neque opus τῷ *media* Scioppii. Eſt enim *edita*, quæ Ciceroni *acta decurſaque*, *provecta & decrepita*, *confecta*, eidemque & Livio *exacta*. Sic *edere vitam* pro finire lib. 5 de finibus: *locum ubi Pythagoras vitam ediderat*. Phil pp. 12. *libenter extremum vitæ ſpiritum ederim*. Pro Sextio: *ſi tunc in templo Caſtoris animam, quam vix retinuit, edidiſſet*. Apulejus de Deo Socratis: *ubi vita edita remeandum eſt*. Lipſio videtur occaſionem corrigendi dediſſe Feſti: *Ad exitam ætatem, ad ultimam ætatem*. Gronovius. Unde etiam patet audiri non debere illum, qui quum ſcripſiſſet edi vulgo *ætate jam edita*, inde ſubjicit ſe leviſſima & fere nulla mutatione formare *victa*. Editur enim ſic vulgo, ſed caſte & ex fide optima codicum MSS. qui manum Gellii ſervant; ut error & contumacia plane ſit vel leviſſimum quid in eo mutaviſſe; utique vietam ætatem Gellio non placuiſſe colligas ſatis ex XIII, 2. Et ludit Phil. Carolus, quum cenſet non male etiam legas *ætate jam exacta*. Nec enim agitur, ut appareat quid non male etiam legas, ſed quid Gellius dederit. *Jac. Gronov.*

6 *In certamine Poëtarum*] Ita de aliis teſtatur Plinius lib. 7 cap. 53. *Gaudio*, inquit, *obiere præter Chilonem, de quo diximus, Sophocles & Dionyſius Siciliæ tyrannus, uterque accepto tragicæ victoriæ nuntio.*

7 *Lætiſſime gauderet*] Id eſt, effuſiſſime. gaudio placide movetur animus, lætitiâ exultat, & geſtit, ut teſtatur, Cic. 4. Tuſcul. Annotatum à Medicis eſt, plures nimio gaudio, quam triſtitia mortem oppetere. Nimio gaudio diffluunt ſpiritus, triſtitia conſtipantur.

8 *De Rhodio etiam Diagora*] Hujus Diagoræ pugilis meminit quoque Cicero lib. 1. Tuſc. Qu. & Pindarus integra Oda VII in Olympicis illum laudibus extollit. Quam odam aureis literis in fano Minervæ collocatam affirmat ejuſdem ſcholiaſtes, quem vide.

9 *Pugilem*] Pugnis (unde nomen) vel cæſtibus pugnare conſuetum.

10 *Alterum Pancratiaſtem*] Pancratium conſiſtebat lucta & pugilatu. Quique eo pugnabant non tantum pugnis, ſed cubitis, calce, intenſis viribus, conſerto corpore cum adverſario certabant. Quint. lib. 2. inſt. cap. 4. *Sicut ille exercendi corpora peritus, non ſi docendum pancratiaſtem ſuſceperit, pugno ferire, vel calce tantum, aut nexus modo certos aliquot docebit; ſed omnia quæ ſunt ejus certaminis.* Quod convenit cum verbis Ariſtotelis, quibus ſcribitur ὁ δυνάμενος βλάπτειν καὶ κατέχειν, παλαιστικὸς· ὁ εἰς ὥσαι τῇ πληγῇ, πυκτικὸς· ὁ εἰς ἀμφότερα τούτοις, παγκρατιαστικὸς, ubi vides hos ipſos tres manifeſte ſeparari, prout etiam Suidas pancratiaſtas dictos ait, ὅτι ταῖς χερσὶ καὶ ποσὶ πυκτεύουσι. Ex quibus Quintilianum & Suidam citavit jam Budæus & ex illo Stephanus; Ariſtotelem Faber in Agoniſt. 1, 9. & poſteà Falconerius in Athleticis.

11 *Luctatorem*] Luctatores omni modo corpore conſerto, brachiiſve implicitis nitebantur ſe invicem in terram proſternere. Hi nudi pudendis velatis luctabantur, & oleo injungebantur, etiam pulvere addito.

12 *Vincere coronarique*] Victores enim ſive ὀλυμπιονίκαι corona oleagina donabantur. Quanquam autem hæc exigua eſſent virtutis præmia, tamen tanto apud ſuos in pretio habiti fuere, ut veluti triumphantes quadrigis in ſuas civitates inveherentur. Audi Vitruvium in præfatione lib. 9. *Nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia., Iſthmia, Nemea viciſſent, Græcorum majores ita magnos honores conſtituerunt, uti non modo in conventu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed etiam cum revertuntur in ſuas civitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia & in patrias vehebantur, è reque publica perpetua vita conſtitutis vectigalibus utantur.*

13 *Eodem Olympiæ die*] Commodiori ordine verborum Reg. & Rot. *Vincere coronarique Olympiæ eodem die.* Idem cum Fulviano & Lincoln. *eos omnes.* non *eosque.* Gronovius.

14 *Ibi in ſtadio inſpectante populo*] Quatuor MSS. *ibidem in ſtadio.* Idem.

manibus filiorum animam efflavit. Præterea in noſtris annalibus ſcriptum legimus, quà tempeſtate [15] apud Cannas exercitus populi Romani cæſus eſt, anum matrem nuncio de morte filii allato, luctu atque mærore affectam eſſe, [16] ſed is nuncius non verus fuit; atque is adoleſcens non diu poſt ex ea pugna in urbem rediit: anus repentè filio viſo, copia atque turba & quaſi ruina incidentis inopinati gaudii oppreſſa exanimataque eſt.

15 *Apud Cannas*] Valerius Maximus lib. 9 cap. 12. ad lacum Thraſymenum hoc contigiſſe commemorat. Audi Valerium: *Vix veriſimile eſt in eripiendo ſpiritu idem gaudium potuiſſe, quod fulmen: & tamen potuit. Nunciata enim clade, quæ ad lacum Thraſymenum inciderat, altera mater ſoſpiti filio ad ipſam portam facta obviam, in complexu ejus expiravit. Altera cum falſo mortis filii nuntio domi mœſta ſederet, ad primum conſpectum redeuntis exanimata eſt. Genus caſus inuſitatum: quas dolor non extinxerat, lætitia conſumpſit.* Plinius tamen lib. 8 cap. 54. cum Gellio ſentit.

16 *Sed is nuntius non verus fuit, atque is adoleſcens*] Dele cum Regio poſterius *is*. Gronovius.

CAP. XVI.

Temporis varietas in puerperiis mulierum quænam ſit & à medicis & à philoſophis tradita: atque inibi poëtarum quoque veterum ſuper eadem re opiniones: multaque alia auditu atque memoratu digna; verbaque ipſa Hippocratis medici ex libro illius ſumta, qui inſcriptus eſt περὶ τροφῆς.

ET medici & philoſophi illuſtres de tempore humani partus quæſiverunt, πόσος ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος[a]: & multa opinio eſt, eaque jam pro vero recepta, [1] poſtquam mulieris uterus conceperit ſemen, gigni hominem [2] ſeptimo rarenter, [3] nunquam octavo, ſæpe nono, [4] ſæpiusnumero decimo menſe; eumque eſſe hominem gignendi ſummum finem, decem menſes non inceptos, ſed exactos. Idque Plau-

a *Quantum ſit hominis geſtationis in utero tempus.*

1 *Poſtquam mulieris uterus ſemen conceperit*] Hoc ordine verborum Reg. & Rott. ſed uterque præterea, *uterum*. Quod correxerunt, quibus obſervatum aut in memoria non erat, veteres *Uterum* & *Uterus* dixiſſe, ut ex Plauto & Turpilio notavit Nonius. Ille Aululatia: *Perii, mea nutrix, obſecro te, uterum dolet.* Hic Philopatro: *Diſperii miſera, uterum cruciatur mihi.* Poſſet igitur alicui naſci ſuſpicio apud Arnobium lib. 1, ubi legitur: *Nonne alius hæc utria, alius dicitis hos utres? Cœlus & cœlum* &c. olim ſcriptum fuiſſe: *hæc utera, alius dicitis hos uteros.* Gronovius. Apulejus Apolog. *O infelix uterum tuum, Pudentilla! o ſterilitas liberis potior!*

2 *Septimo*] Quod auctoritate Hippocratis probat IC. Paul. l. 12. de Stat. Hom.

3 *Nunquam octavo*] Jo. Meurſius *nonnunquam*, Animad. miſcell. 4, 9. Scripti vulgatum confirmant. Eam enim opinionem vulgi ſcribit noſter, quam poſtea refutat. *Gronovius.*

4 *Sæpenumero decimo*] Reg. Lincoln. Rot. *ſæpius numero*, ut Carrio fecit, & Stephanus edidit. Cujus etſi exemplum nunc in mundo non eſt, non tamen dubitamus, quin ex antiquiore aliquo hanc formam vocabuli hauſerit. Mox etiam ſcripſiſſe cenſeo: *eumque eſſe hominum gignendi ſummum finem.* Sic enim & alibi loquitur. *Idem.*

Plautum veterem poëtam dicere videmus [5] in comœdia Ciſtellaria his verbis:

——— *tum illa quam compreſſerat,*
[6] *Decumo poſt menſe exacto hic peperit filiam.*

Hoc idem tradit etiam Menander poëta vetuſtior, humanarum opinionum vel peritiſſimus. Verſus ejus ſuper ea re de fabula Plocio poſui:

Γυνὴ κυεῖ δεκάμηνον [a].

Sed noſter Cæcilius, quum faceret eodem nomine & ejuſdem argumenti comœdiam, ac pleraque à Menandro ſumeret; in menſibus tamen genitalibus nominandis, non prætermiſit octavum, quem præterierat Menander. Cæcilii [7] verſus hi e ſunt:

Inſoletne mulier decimo menſe parere?
[8] *Pol nono, etiam ſeptimo, atque octavo.*

Eam rem Cæcilium non inconſideratè dixiſſe, neque temere à Menandro atque à multorum opinionibus deſciviſſe M. Varro uti credamus facit. Nam menſe nonnunquam octavo editum eſſe partum in libro quartodecimo rerum divinarum ſcriptum reliquit: quo in libro etiam undecimo menſe aliquando naſci poſſe hominem dicit; ejuſque ſententiæ, tam de octavo quam de undecimo menſe, [9] Ariſtotelem auctorem laudat. Sed hujus de menſe octavo diſſenſionis cauſa cognoſci poteſt [10] in libro

a *Mulier parit decimo menſe.*

5 *In Comœdiâ Ciſtellaria*] Verba hæc tertia à principio Scena inveniuntur.

6 *Decimo poſt menſe*] Reg. & Rot. *Decumo*. Sic & infra Regius *Nona*, *Decuma*, *Morta*. Gronovius. Ita jam edidit Vaſcoſanus, etiam Pariſina anni 1584. Itaque cur non reſtitueretur? Sed & bis infra tuetur hanc ſcripturam ille prior codex *nono atque decumo menſe*, & loco jam citato.

7 *Verſus hice ſunt*] Olim hæc edebantur *hi ſunt*. Stephanus dedit, ut modo citavi. Poſtea ediderunt *hicce ſunt*. MS. Reg. habet *hiſce ſunt*, ut & Lincoln. Manus dare oportuit Stephano, ut fecimus libentes. *Jac. Gronov.*

8 *Pol nono, etiam*] Reg. Rot. Lincoln. *Pol nonoque, etiam ſeptimo & octavo*. Gronovius.

9 *Ariſtotelem laudat auctorem*] Locus hic eſt apud Ariſtotelem lib. 7. de Hiſtor. Animal. cap. 4. Hunc locum expreſſit Plin. lib. 7 cap. 5.

10 *In libro Hippocratis*] Hippocrates in Aphoriſmis & lib. de Octimeſtri partu, & περὶ διαιτῶν negat partum octimeſtrem eſſe extra Ægyptum vitalem. Locus autem quem hic citat auctor noſter, aliter in impreſſis libris habetur. Ariſtoteles tamen ſupra allegato loco, & lib. 4. de Generat. Anim. cap. 4. & Prob. 40. Sect. 10. octimeſtrem partum recipit. Plinius lib. 7 cap. 5. dicit *tranſlaticium in Ægypto eſſe octavo gigni & in Italia jam tales partus eſſe vitales, contra priſcorum opiniones.* De Naxiis mulieribus idem ſcribit Stephanus de Urbibus. Quid de octimeſtri partu ſentiendum ſit, vide Cæl. Rhod. lib. 20. Lect. Antiq. cap. 1. & lib. 22. cap. 13.

In libro Hippocratis qui inſcriptus eſt, περὶ τροφῆς] Liber Hippocratis περὶ τροφῆς, ſive de Alimento, valde mutilus, neque hæc verba inveniuntur, quæ hic citat Gellius. Expoſuerat Hippocrates varias ſuper tempore puerperii ſententias, dixeratque aliis quidem videri tempus id eſſe dierum CCX. qui quidem efficiunt ſeptem menſes, ſi quis Ægyptiorum more, quem tum fere ſequebantur, tricenos dies ſingulis menſibus tribuat: aliis trecentorum, qui eadem ratione efficiunt decem menſes, aliis denique CCXL. qui eadem ratione octo menſes efficiunt. Deinde ad hanc poſtremam opinionem reſpiciens ſubjicit ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα. Quæ verba quid

libro Hippocratis, qui inſcriptus eſt περὶ τροφῆς[a], ex quo libro verba hæc ſunt : ἐστὶ δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος γένεσις[b]. [11] Id tam obſcurè atque præcisè [12] tamque adversè dictum [13] Sabinus medicus, qui Hippocratem commodiſſimè commentatus eſt, his verbis enarravit : ἔστι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν. οὐκ ἔστι δὲ, ὡς θνήσκοντα μετὰ ταῦτα. καὶ ἔστιν οὖν φαντασίᾳ μὲν παραυτίκα ὄντα, δυνάμει δὲ οὐκ ἔστι[c]. Antiquos autem Romanos Varro dicit non recepiſſe hujuſmodi quaſi monſtruoſas raritates ; ſed nono menſe aut decimo, neque præter hos aliis partionem mulieris ſecundùm naturam fieri exiſtimaſſe : iccircoque eos [14] [15] nomina Fatis tribus feciſſe à pa-

a *De alimento.*

b *Eſt vero & non eſt octimeſtris partus.*

c *Videntur quidem tanquam animantia poſt abortum. Non vero ſunt, utpote ſtatim morientia; atque in præſens quidem apparent, poteſtate non exiſtunt.*

---

quid ſibi velint ne Mopſus quidem aut Oedipus divinarit. Sed legendum hoc modo ex Gellio noſtro, ἐστὶ δὲ καὶ οὐκ ἐστὶν ὀκτάμηνος γένεσις, id eſt, *eſt autem & non eſt octimeſtris partus.* Atque ita intelligendum, eſſe quodammodo octimeſtrem partum, & quodammodo non eſſe. Poteſt enim menſe octavo mulier parere, ſed fœtus vitalis non eſt. Ita *Muretus* lib. 15. Var. Lect. cap. 12.

11 *Tam obſcure atque præciſe tamque adverſe*] Reg. & Rot. & Lincoln. *tanquam.* Sed id recte mutatum, & illa particula ab hoc loco prorſus aliena eſt. Cauſantur tamen non eſſe Gellii tam male de Hippocrate judicaſſe, quaſi ſibimet his in verbis parum conſtaret. Quaſi non æque liberi ſit judicii aliquid ab eo, ut præciſe atque obſcure dictum, accuſare. Sed non criminatur Coorum & medicinæ principem noſter : tantum de una ſententia pronuntiat, quod αἰνιγματώδη verba ſolummodo conſideranti & latentis ſub iis ſenſus ignaro cuivis in mentem veniret. *Eſt idem & non eſt*, quis neget obſcure atque ἀποτόμως & inconſtanter dictum ? At non hac ſtitiſſe Gellium, nec reprehenſionem illam veram putaſſe, ſubjecta Cœlii Sabini enodatio ænigmatis hujus demonſtrat. *Gronovius.*

12 *Tamque adverſe*] Non probo hæc verba. Abſit enim ut credamus Gellium noſtrum de Hippocrate tam male judicaſſe, quaſi ſibimet in hiſce verbis non conſtaret. Dico legendum : *id tam obſcure atque præciſe, tanquam adverſe dictum*, &c. Ita profecto ſcripſerat Gellius. Videntur enim primo intuitu Græca iſtæc Hippocratis, ἐστὶ δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος γένεσις, adverſe eſſe dicta, ſed revera non ſunt, uti liquet ex ſubjunctâ Sabini interpretatione : ἔστι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν, οὐκ ἔστι δὲ, ὡς θνήσκοντα μετὰ ταῦτα. Lambecius.

13 *Sabinus medicus*] Qui antiquior Galeno, ab eodem in hoc loco citatur.

14 *Fatis tribus*] Ita legit optimus liber Regiæ Bibliothecæ, ubi legitur in vulgatis *parcis tribus.* Ammianus *partilia fata* dixit, ut Græcorum Μοίρας interpretaretur, lib. 14 de Adraſtia : *Subſtantialis tutela generali potentia partilibus præſidens fatis.* ταῖς μοίραις, quas Græci quoque ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι appellatas volunt. Sed & μοῖρα idem quod μερίς. Videntur & μορτὴν dixiſſe ab eadem origine & cauſa. Unde μορτίτης, *partitarius :* ſicuti Livium poëtam *mortam* pro *moera* dixiſſe Gellius hic teſtatur, ex quo Livii loco Cæſellius Parcæ unius de tribus nomen eſſe colligebat. Pernere hominis vitam credebantur illæ μοῖραι. Quibus ea per vim adimeretur, filo abſciſſo id fieri putabant, plena ſcilicet adhuc colo. Ideo πρὸ μοίρας θανεῖν de his proprie dici obtinebat. Adraſtum, qui vivus abſorptus eſt, nentes adhuc Parcas & plenas colos deprehendiſſe canit Statius. Ideo raptim rumpenda fuiſſe ſtamina. Supererat illi nempe quod viveret, niſi manus fatis per vim injecta eſſet. At qui per ſe & ſponte naturæ ſuæ moriebantur, exhauſto ſubtemine & vacua colo decedere exiſtimabantur, etiamſi ante diem obirent, quod longius illis filum diſpenſatum non eſſet. Sic fato ſuo mori is demum intelligitur, qui cauſa ex ſe nata, nec extraria aut foris arceſſita, moritur. Nam cauſæ mortis extraneæ & ab aliqua vi afflictæ, videntur fatum accelerare, ſtamen rumpere, & tempora vitæ conſtituta mutilare & abbreviare. Quando aliquis autem nulla alia cauſa aut vi extrinſecus illata decedit, tum ex ſorte naſcendi ſua non videtur longiora vitæ tempora habuiſſe deſtinata. Ita ſane *fatum* Latini & μοῖραν Græci proprie acceperunt. Præter fatum igitur cenſentur omnes cauſæ leti violentæ & arceſſitæ. Salmaſ. ad Solin. pag. 1120. Ab hac trium Fatorum reſtitutione & illuſtratione quî potuit Salmaſius abſtinere ab Tribus Fatis in foro Romano ?

à pariendo & à nono atque decumo menſe. Nam [16] *Parca*, inquit, *immutata litera una à partu nominata: item Nona & Decima à partus tempeſtivi tempore.* Cæſellius autem Vindex in lectionibus ſuis antiquis, [17] *Tria*, inquit, *nomina Parcarum ſunt, Nona, Decuma,* [18] *Morta*, & verſum hunc [19] Livii antiquiſſimi poëtæ ponit ex Ὀδυσσείᾳ:

Quando dies adveniet, quem profata Morta eſt?

Sed homo minimè malus Cæſellius, *Mortam*, [20] quaſi nomen accepit, quum accipere [21] quaſi Mœram deberet. Præterea ego de partu humano, præterquam quæ ſcripta in libris legi, hoc quoque veniſſe uſu Romæ comperi: Feminam bonis atque honeſtis moribus, non ambigua pudicitia, in undecimo menſe, poſt mariti mortem, peperiſſe; [22] factumque

Illa enimvero ſunt tantopere nota, ut inde nonnulli voluerint locum Cypriani expolire, quem tangunt Obſervata paterna in Eccleſ. ſcript. cap. XIV. & in quo nimium abſurdus nuper fuit Epiſcopus Oxonienſis, de quo alibi.

15 *Nomina Parcis tribus feciſſe*] Quatuor MSS. *nomina Fatis tribus.* quod Salmaſius ad Solinum jam ex regio produxit. Nos eandem vocem reſtituimus Martiano Capellæ lib. 1. *Hæc mox, ut Fata conſpexit omnia, quæ gerebantur in Jovis conſiſtorio, ſubnotare, ad eorum libros & pugillarem paginam cucurrit.* Ita lege, quum edatur, *facta ſubnotari.* Sed ipſe antea dixerat. *Clotho vero, Lacheſis Atropoſque, quoniam ſententias Jovis orthographæ ſtudio veritatis excipiunt, utpote librariæ ſuperûm archivique cuſtodes, cum ſenatum curiamque contrahi & ipſum Tonantem exuviis induſiari publice cernerent, magiſtratus in acta cœleſtiumque conſultum ſtilos acuunt, ceraſque componunt.* Latinus Pacatus: *An ut illi majeſtatis tuæ participi Deo feruntur aſſiſtere Fata cum tabulis, ſic tibi vis aliqua divina ſubſervit, quæ, quicquid dixeris, ſcribat & ſuggerat.* Gronovius.

16 *Parca*] Tertullianus Partulam deam nominat, quæ partui præeſt. Locus ita ſe habet lib. de anima. *Hæc æſtimando etiam ſuperſtitio Romanam deam finxit Alemonam alendi in utero fœtus, & Nonam & Decimam à ſollicitioribus menſibus, & Partulam quæ partum gubernet, & Lucinam quæ producat in lucem.* Fortaſſe & Parta dea dicta fuerit, unde diminutive Partula appellata ſit. Durior utique hæc immutatio Parcam à partu nominatam eſſe. Sicuti autem tres finguntur Parcæ, ita hæc ſpeciali nomine dicta fuerit quod extra nonum decimumque menſem partui præeſſet. MS. Reg. *Parga.*

17 *Tria inquit nomina*] At in MS. Regio eſt *tria ſinequod nomina*, quaſi ſenſum verbi hujus putaret retroagendum ex inferiore verbo *ponit.* Quid lateat, ambigo. An voluit *Tria ſanequam nomina?* Jac. Gronov.

18 *Morta*] Eadem quæ μοῖρα. Quæ etiam pro bona aut mala fortuna dicitur. Moera quoque & Morta ejuſdem originis, à partiendo nimirum, quod Græcis μείρειν, & proprie eſt fatalis portio. Εἱμαρμένην Græci vocant fatum, ſive concatenatam rerum omnium neceſſitatem, μοῖραν fatum ſingulare. A Morta quoque mortis nomen apud Latinos. namque & Heſychius μορτὸν, θνητὸν appellat.

19 *Livii*] Livium Andronicum merito hic antiquiſſimum vocat, quem primum fabulas egiſſe Diomedes, & Gellius noſter lib. 17 cap. ultimo teſtantur. unde hi verſus,

Punico bello ſecundo Muſa pennato gradu,
Intulit ſeſe in bellicoſam Romuli gentem feram.

Cicero in Tuſculana prima: *Annis fere* CCCCXIV. *poſt Romam conditam Livius fabulam dedit C. Clodio, Cæci filio, M. Tuditano Coſſ. anno ante natum Ennium.*

20 *Quaſi nomen*] Scilicet mortis. Nonnulli quoque, teſte Badio, ita legerunt, *Mortam quaſi mortem accepit, cum accipere quaſi* μοῖραν *deberet.* Alii ſic, *mortam quaſi nomen* (ſcil. unius Parcarum) *accepit, cum accipere quaſi mortem deberet.*

21 *Quaſi Mœram*] Per μοῖραν vel unam Parcarum, vel fatalem portionem denotabant. hinc & μοιρολογεῖν, themate genituræ propoſito futura prædicere. Et Mathematici ab hoc nomine μοῖρας gradus ſignorum dixere. Cenſorinus de die Natali cap. 8. *ſunt autem hæ particulæ in unoquoque ſigno tricenæ, totius vero Zodiaci numero* CCCLX. *Has Græci Mœras cognominarunt, eò videlicet quod deas fatales vocant Mœras, & eæ particulæ nobis veluti fata ſunt.* Haſce μοίρας Julius Firmicus lib. 2 cap. 4. ait *eſſe infinitæ poteſtatis & licentiæ, & quæ fata hominum poteſtatis ſuæ auctoritate deſignent.*

22 *Factumque eſſe negotium*] Videtur auctor ſcripſiſſe:

que esse negotium propter rationem temporis, quasi marito mortuo postea concepisset, [23] quoniam decemviri [24] in decem mensibus gigni hominem, non in undecimo scripsissent: sed divum Hadrianum, causa cognita, decrevisse in undecimo quoque mense partum edi posse; idque ipsum ejus rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus id statuere se dicit requisitis [25] veterum philosophorum & medicorum sententiis. Hodie quoque [26] in satira forte M. Varronis, quæ inscribitur *testamentum*, legimus verba hæc: *Si quis mihi filius unus pluresve in decem mensibus* [27] *genuntur; ei si erunt* [28] Ὄνοι λύρας [a], *exheredes sunto: quod si quis undecimo mense*, [29] καὶ Ἀριστοτέλη [b], *natus est; Accio idem quod Titio jus esto apud me.* Per hoc vetus proverbium Varro significat, sicuti vulgo dici solitum erat de rebus inter se nihil distantibus, [30] *idem Accii quod Titii:* ita pari eodemque jure esse in decem mensibus natos & in undecim. Quod si ita, neque ultra decimum mensem fetura mulierum protolli potest: quæri oportet, cur Homerus scripserit Neptunum dixisse puellæ à se recens compressæ:

[31] Χαῖρε γυνὴ φιλότητι· θεὶπλομένω δ' ἐνιαυτῷ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα, ἐπεὶ οὐκ ἀποφάλιοι εὐναὶ
Ἀθανάτων.

Id

a *Asini lyræ.* b *Iuxta Aristotelem.*
c *Gaude mulier amore, circumvoluto autem anno*
Liberos splendidos paries, quoniam non inanes concubitus
Immortalium.

---

pisse: *factumque ei negotium propter rationem temporis*, Quintilianus lib. 5 Instit. 12. *quando si negotium innocenti facit, liberet noxia, qui admiserit* Gronovius.

23 *Quoniam decemviri*] In legibus XII Tabularum.

24 *In decimo mense gigni hominem*] MSS. *in decem mensibus*, ut Carrio & Stephanus. Mox noster: *pari eodemque jure esse in decem mensibus natos & in undecim.* Lib. 14, 1. *Quum in decem mensibus proximis in lucem ederetur.* Lib. 29 pr. D. de liberis & post. *Si quis mihi ex eo nepos sive quæ neptis post mortem meam in decem mensibus proximis natus nata erit.* Quare Marcilius ad l. XII Tabb. legit etiam, *non in undecim.* Sed proxime sequitur: *D. Hadrianum, causa cognita, decrevisse in undecimo quoque mense partum edi posse.* Gronovius.

25 *Veterum philosophorum*] Inter quos Aristoteles lib. 7. de Hist. Animal. cap. 4. verum improbat hos partus tanquam illegitimos. Ulpianus in L. si ab intestato 3. §. post decem D. de suis & legit. Hæred.

26 *In Satira M. Varronis*] Reg. & Rot. *Hodie quoque in satura forte M. Varronis.* Et habent τὸ *forte* editiones ante Carrionem & Stephanum. *Gronov.*

27 *Genuntur*] Antiquo modo locutus est, pro *gignuntur.* Ita loquuntur Varro, Lucretius, Censorinus, Apulejus, etiam Jurisconsulti. *gignere* & *parere* aliquando confunduntur, sicut ex Gellio liquet; & Plin. lib. 7 cap. 5. *Vestilia quatuor partus enixa, Sempronium septimo mense genuit.* Thys. Si modo constiterit Stephano illisve qui sic mutarunt, fides calami Gelliani. Nam in prioribus editionibus habetur *gignuntur*, quod exstat etiam in Regio & Rottendorff. *Jac. Gronov.*

28 Ὄνοι λύρας] Arbitrantur nonnulli natos decimo mense homines esse ineptos, & obtusi ingenii.

29 Καὶ Ἀριστοτέλη] Sensum nonnemo horum verborum hunc esse existimat, *si decimo mense nati, asini ad lyram, id est, inepti, insulsi, quia meos negare possum, exhæredes sunto; si qui undecimo, quia plane mei non sunt, licet Aristoteles putavit undecimo gigni posse.*

30 *Idem Accii, quod Titii*] Hoc titulo Satiram scripserat Varro, quæ laudatur à Nonio. Henr. Valesius. Quum interim MS. Regius nunc habeat *Atti quod Teti* & supra *Atcio idem quod Tecio*, quod Salmasius adnotavit esse *Attio.*

31 Χαῖρε γυνὴ] Extant hi versus οδ. λ. vers. 247.

pro

Id quum ego ad compluris grammaticos attuliſſem ; [32] partim eorum diſputabant Homeri quoque ætate, [33] ſicuti Romuli, annum fuiſſe non duodecim menſium, ſed decem: alii conveniſſe Neptuno majeſtatique ejus dicebant, ut longiore tempore fetus ex eo grandeſceret : alii alia quædam nugalia. Sed Favorinus mihi ait ἀξιπλομένῳ ἐνιαυτῷ non confecto eſſe anno, ſed affecto. In qua re uſus verbo eſt non vulgariæ ſignificationis. [34] *Affecta* enim, ſicuti M. Cicero & veterum elegantiſſimi locuti ſunt, ea propriè dicebantur, quæ non ad finem ipſum, ſed [35] proximè finem progreſſa deductave erant. Hoc verbum ad hanc ſententiam [36] in Ciceronis oratione fuit, quam dixit de provinciis conſularibus. Hippocrates autem in eo libro de quo ſuprà ſcripſi, quum & numerum dierum, quibus conceptum in utero coagulum conformatur, & tempus ipſius partionis nono aut decimo menſe definiſſet, neque id tamen ſemper eadem eſſe fini dixiſſet, ſed aliàs ocius fieri, alias ſerius; hiſce ad poſtremum verbis uſus eſt : [37] γίνεται δὲ ἐν τούτοις καὶ πλείω καὶ ἐλάσσω [38] καὶ ὅλου κατὰ μέρος, καὶ εἴπομεν δὲ καὶ πλείω πλειόνων, καὶ ἐλάσσω ἐλασσόνων [a]. Quibus verbis ſignificat quod aliquando ociùs fieret, non multo

a *In hiſce vero & plures naſcuntur, & pauciores, & ex toto ac per partes, dicimus autem plures pluribus, & pauciores paucioribus.*

---

pro eo quod vulgò legitur νῦν, γυνὴ, vel γυναῖ legendum eſt. per φιλοτησία φιλοτήσιον ἔργον intelligit.

32 *Partim*] id eſt, *pars eorum*. vide libri 10. c. 13.

33 *Sicut Romuli*] Decem enim tum fuere menſes. Verum Romulus annum ita primus non inſtituit, cum ante Romam conditam decimeſtrem fuiſſe in Latio conſtet, quod etiam apud alias plerunque gentes, ſicut Athenis quoque in uſu fuit. Ammonius Hermeas, Πρυτανεῖα ϑαλυκῶς ὁ χρόνος. Διῃρητο γὰρ παρ' Ἀθηναίοις ὁ ἐνιαυτὸς εἰς δέκα πρυτανείας, ὅσαι καὶ φυλαὶ ἦσαν, καὶ ἐπρυτάνευσαν ἑκάστη φυλὴ κατὰ ἐνιαυτὸν ἅπαξ. ὅθεν καὶ τὰς μισθὰς, καὶ τὰ οἰκόσια καὶ τὰς πρυτανείας κατὰ μῆνα ἐτέλουν. De Romulo audiendus & Ovidius lib. 1. Faſtor.

Tempora digereret cum conditor urbis, in anno
Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo.
Scilicet arma magis, quam ſidera, Romule, noras,
Curaque finitimos vincere major erat:
Eſt tamen & ratio, Cæſar, quæ moverit illum,
Erroremque ſuum quo tueatur habet.
Quod ſatis eſt, utero matris dum prodeat infans,
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.

34 *Affecta enim*] Ciceronis verba ſunt : *Bellum affectum videmus, & fere, ut dicam, bene confectum.*

35 *Proxime fini progreſſa*] Sic. Ro. Ven. Gryphii. At MSS. Aldus, Vaſcoſ. *proxime finem*, ut cap. 2. *proximus eam noctem*. Lib. 15, 16. *quercum vidit proxime viam*. Alia dedimus ad Livium & in Obſervationibus. *Gronovius.*

36 *In Ciceronis oratione fuit quam*] Rot. *ſententiam Cicero in h' fuit quam*. Lincol. *ſent. Cicero in hoc fuit*. Reg. *ſententiam Cicero in hoc fecit*. Fortaſſis : *Hoc verbum ad hanc ſententiam Cicero in hac poſuit, quam dixit de provinciis conſularibus*. Quis enim non intelligit, τὸ *in hac* requirere *oratione?* Niſi mavis *fecit:* nec *facere verbum* minus videtur dici poſſe quam *facere verba*. Cogitabam etiam aliquando: *Cicero adhibuit, quum dixit*. Gronovius. Minus diſcefleris à ſcripta lectione, ſi legas *Ciceroni inhæſit, quum*. Jac. Gronov.

37 Γίνεται δὲ] In Hippocrate libro περὶ τροφῆς hic locus ita legitur. Γίνεται δὲ ἐν τούτοισι καὶ πλέω καὶ ἐλάσσω. Καὶ ὅλου καὶ κατὰ μέρος, ἐκ πολλοῦ δὲ πλέω ἢ ἐλάσσω. τὰ δ' ἐλάσσω τοσαῦτα, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοισιν ὅμοια. Accipiunt autem Interpretes de longiore & breviore fœtuum tempore, neque tamen multo productiore aut contractiore. Quod tamen non adeo certum eſt, quin aliquando variet. Gellius de velociore actardiore partuum editione exponit. Atque hanc lectionem Galenus quoque in ſuos commentarios tranſtulit.

38 Καὶ ὅλου κατὰ μέρος] Apud Hippocratem exſtat:

multo tamen fieri ociùs; neque quod ſerius, multo ſerius. Memini ego Romæ accuratè hoc atque ſolicitè quæſitum, negotio non rei tunc parvæ poſtulante, an octavo menſe infans ex utero vivus editus & ſtatim mortuus jus trium liberorum ſuppleviſſet; quum abortio quibuſdam, non partus, videretur menſis octavi intempeſtivitas. Sed quoniam de Homerico annuo partu ac de undecimo menſe diximus quæ cognoveramus; viſum eſt non prætereundum quod in Plinii Secundi [39] libro ſeptimo naturalis hiſtoriæ legimus. Id autem quia extra fidem eſſe videri poteſt, verba ipſius Plinii poſuimus: *Maſſurius auctor eſt, L. Papirium prætorem, ſecundo herede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe, quum mater partum ſe tredecim menſibus tuliſſe diceret, quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatum ei videretur.* In [40] eodem libro Plinii Secundi verba hæc ſcripta ſunt: [41] *Oſcitatio in nixu lethalis eſt,* [42] *ſicut ſternuiſſe à coitu abortivum.*

ſtat: καὶ ὅλον καὶ κατὰ μέρος. Ut eodem libro: ταῦτα καὶ ὅλως καὶ μέρει. Et, ἡ μὲν ἐς ζωὴν καὶ ὅλε καὶ μέρεος. Pro iſtis autem, καὶ εἴπομεν δὲ καὶ πλείω πλειονων καὶ ἐλάοσω ἐλαοσόιων, illic habetur, ὅ πολλὸν δὲ πλείω καὶ ἐλάοσω. Gronovius.

39 *Libro ſeptimo*] Cap. V.

40 *In eodem libro*] Cap. VI.

41 *Oſcitatio*] Quia lapſas & languidas vires oſtendit, quibus integris ad nixum opus eſt. Quinetiam compreſſione ſpirituum nixus adjuvatur, oſcitatione vires enitendi flacceſcunt.

42 *Sicut ſternuiſſe*] Quia ſternutatio valido impetu corpus movet, ſemenque conceptum ejicit. Scribit tamen Hippocrates, *mulieri quam uteri vitia infeſtant, aut quæ difficulter parit, ſi ſternutamentum ſuperveniat, bono eſſe.*

CAP. XVII.

Id quoque eſſe à graviſſimis viris memoriæ mandatum, [1] *quòd tres libros Plato Philolai Pythagorici & Ariſtoteles pauculos Speuſippi philoſophi, mercati ſunt preciis fidem non capientibus.*

MEMORIÆ mandatum eſt Platonem philoſophum [2] tenui admodum pecunia familiari fuiſſe: atque eum tamen tris Philolai Pythagorici libros decem millibus denariùm mercatum. Id ei precium donaſſe

1 *Quod tres libros Plato*] Carrio & Stephanus locupletius: *Id quoque eſſe à graviſſimis viris memoriæ mandatum, quod tres libros Plato.* Hoc ne quemquam offendat, ſciendum ſic legi in codice Regio. *Gronovius.*

2 *Tenui admodum pecunia familiari*] Non videtur tum fuiſſe tenui re familiari, cum à Dionyſio octoginta accepiſſet talenta. Audi Diogenem Laërtium in vita Platonis: Λέγεσι δέ τινες (ὧν ἐστὶ καὶ Σάτυρος) ὅτι Δίωνι ἐπέστειλεν τὶς Σικελίαν ὠνήσασθαι τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάε μνῶν ἑκατὸν, καὶ ἦν ὁ εὐπορία (φασὶν) ἣν παρὰ Διονυσίε λαβὼν ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα τάλαντα, ὡς καὶ Ὀνήτωρ φησὶν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Εἰ χρημαλιστέον ὁ σοφός. Id eſt, *Ajunt quidam (ex quibus & Satyrus) Dioni illum ſcripſiſſe in Siciliam, uti tres libros Pythagoricos ſibi emeret à Philolao centum minis. Erat enim ſatis opulentus, acceptis à Dionyſio pluſquam octoginta talentis, ſicut etiam Onetor ſcribit in libro cujus eſt titulus, an pecunioſum oporteat eſſe ſapientem.* Non dicit hos libros Philolaum auctorem habere, ſed à Philolao emtos, quem Platonem audiviſſe, ſicuti etiam Eurytum Pythagoricum ſatis conſtat.

naſſe quidam ſcripſerunt [3] [4] amicum ejus Dionem Syracoſium. Ariſtotelem quoque traditum libros pauculos [5] Speuſippi philoſophi, poſt mortem ejus, emiſſe [6] talentis Atticis tribus. Ea ſumma fit numi noſtri [7] HS. duo & ſeptuaginta. Timon amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit, qui [8] σίλλος inſcribitur. In eo libro Platonem philoſophum, [9] quem dixeramus tenui admodum pecunia familiari fuiſſe, contumelioſe appellat, [10] quòd impenſo precio librum Pythagoricæ diſciplinæ

3 *Amicum ejus Dionem*] Laërtius magnam ſummam octoginta talentorum ei dono dediſſe Dionyſium refert, nihil de Dione, niſi illi fuiſſe amicum; utpote cum Dionyſius Platonem propter liberiora de tyrannide verba occidere conſtituiſſet, commemorat idem auctor à Dione & Ariſtomene exoratum fuiſſe. Venditum deinde Platonem in Ægina inſula, cum capitali pœna ſancitum eſſet, ſi quis Athenienſium illam intraviſſet inſulam, ab Anniceride Cyrenæo, vel ut alii, à Dione ad redimendum miſſam pecuniam. Extat quoque Platonis in Dionem Epigramma, quod Syracuſis ejus ſepulchro inciſum idem Laërtius commemorat.

4 *Amicum ejus Dionem Syracuſanum*] Lincol. *Syracuſum*. Reg. & Rot. *Syracoſium*. Virgilius: *Prima Syracoſio*. Gronovius.

5 *Speuſippi*] Succeſſit in Academia Platoni, cujus ſoror Potona ejus mater erat. vide Laërtium in ejus vita. Extant Speuſippi Ὅροι cum verſione Ficini.

6 *Talentis Atticis tribus*] Talentum Atticum valet LX. minas, ſive Philippeos vel Ducatones ſexcentos. Tria igitur talenta fuerint 1800 Philippei. vide quoque Petitum lib. 1. obſ. cap. 4.

7 *HS. duo & ſeptuaginta*] Seneca, & Priſcianus dixerunt talentum eſſe viginti quatuor ſeſtertia, hæc ſunt denarium ſex millia, & ter ducta, ſeptuaginta duo ſeſtertia. Vide Gronovium noſtrum lib. 3. de vetere pecunia cap. 3. *Tayſ.* Interim MS. Regius perinde ut Lincoln. habet *ea ſumma nummi noſtri ſeſtertia duo & LXX milia*. Ubi quum certe ita pateat vocem *milia* ab Gellio venire, etſi ſcribatur integris literis *ſeſtertia*, videtur ea vox ab ſcriba veniſſe, eandem terminationem attribuente, quam videbat eſſe in *milia*, quum deberet nota HS aut ſimilis explanari *ſeſtertium*. Utique ſic non opus integrum vocabulum *milia*, quod exſtat in antiquis, non ſine violentia delere. Sane etiam lib. III cap. 3 de Pecunia Vetere ſcribit Pater apud A. Gellium *tria talenta Attica* explicari *ſeptuaginta duo millia ſeſtertium*. Et Gelliana exemplaria V, 2 ſcribunt *æris noſtri ſumma eſt ſeſtertia trecenta duodecim*, ut certo ſcias ab librariis non additum eſſe *millia*, ubi adeſſe non oportebat. Nam τὸ *fit* nequaquam requiſierim. *Jac. Gronov.*

8 Σίλλος] Heſychius: σίλλος, ἐμμετρον σκῶμμα, hinc & σιλλαίνειν, *irridere*. Quam vocem Pollux lib. 2 cap. 4. interpretatur ἐπὶ χλευασμῷ σίειν τὰς ὀφθαλμὰς, ὅθεν καὶ χλευαστικὸν ποίημα σίλλος. ἰλλαίνειν etiam Hippocrati torquere oculos, & ἴλλος quoque oculum denotat, ἰλλὸς ſtrabum. Quicquid ſit, Sillorum celebris ſcriptor fuit Timon, ſectæ Pyrrhonianæ, qui à Phliunte Peloponneſi civitate Phliaſius appellatus fuit. Suidas: Τίμων φλιάσιος, καὶ αὐτὸς φιλοσοφος τῆ Πύῤῥωνος ἀγωγῆ, ὁ γεράψας τὰς καλουμένας σίλλας, ἤτοι ψόγους ἢ φιλοσόφων βιβλία γ. Id eſt, *Timon Phliaſius, & ipſe Philoſophus ſectæ Pyrrhoniæ, qui ſcripſit quos vocant Sillos, ſive vituperationes Philoſophorum libris tribus.* Hoc opere dicteria ac convitia in Philoſophos dogmaticos maxime jaciebat. Citant illius verſus Diogenes Laërtius, Sextus Empiricus, Plutarchus, Athenæus, Stephanus de urbibus, Euſebius, Clemens Alexandrinus.

9 *Quem dixeramus tenui admodum pecunia familiari fuiſſe*] Neque in Regio neque in Rot. neque in Lincoln. viſuntur, *quem dixeramus*. Quare & illa, *tenui admodum pecunia familiari fuiſſe* cancellanda exiſtimo, tanquam per imprudentiam librarii, poſtquam iterum *Platonem Philoſophum* ſcripſiſſet, oculis in ſuperiorem partem aberrantibus repetita. qui quum litura maculare ſcriptum ſuum noluiſſet, & hæc ſupervacua reliquiſſet, ubi inculcaverat, ſequutus aliquis audaculus allevit quaſi ferrumen illud, *quem dixeramus*, ut viderentur commodius cohærere iis, quæ præcedunt, quæque ſequuntur. Nam *impenſo pretio* ſane Regius *immenſo*: ſed retinet *impenſo* Rottendorfianus: & id impendio elegantius eſſe quam alterum, neminem præterit. *Gronovius.*

10 *Quod impenſo pretio &c. continuaſſet*] Quem non prima facie offendit verbum *continuaſſet?* Repone ejus loco ex MS. R. *concinnaſſet*, & ſalva res erit. Concinnare, conficere, colligere, proprietatem habet à cinno, quod erat apud veteres potionis genus ex variis liquoribus confectum. Pro *impenſo pretio* MS. legebat *immenſo pretio*. Lambec.

11 Ti-

plinæ emiſſet, exque eo [11] [12] Timæum nobilem illum dialogum concinnaſſet. Verſus ſuper ea re Timonis hi ſunt:

[13] Καὶ σὺ Πλάτων. καὶ γάρ σε μαθητιῶ ὁ πόθος ἔσχε.
Πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον.
Ὅθεν ἀπαρχόμενος γεάφειν ἐδιδάχθης [a].

a *Et tu, Plato: nam te quoque diſcipulum cupido tenuit;*
Multis autem argenteis nummis exiguum redemiſti librum.
Unde initiatus ſcribere doctus es.

Καὶ σὺ Πλάτων. Καὶ γάρ σε μαθητεύειν πόθος ἔσχε.
Πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον,
Ἔνθεν ἀπαρχόμενος τοιαῦτα γεάφειν ἐδιδάχθης.

Id eſt,

Et tu Plato. Nam te diſcendi deſiderium cepit,
Multa autem pecunia exiguum tibi comparaſti librum,
Unde incipiens ſcribere talia didiciſti.

Ultimus verſus apud Lipſium de Stoica Philoſophia lib. 1 cap. 6. ita legitur,

Ὅτθεν ἀπαρχόμενος Τιμαιογεαφεῖν ἐδιδάχθης.

Cum autem ex Timone hæc citet auctor noſter, Καὶ σὺ Πλάτων, minime ſuſpecta eſſe debent; cum enim Timon etiam alios Philoſophos carperet, per apoſtrophen utendo ellipſi ad Platonem ſermonem convertit, ut recte monuit H. Stephanus. Sane illud Τιμαιογεαφεῖν etiam confirmat Jamblichus in Nicomachi Arithmeticam pag. 148 editus ab avunculo meo Samuele Tennulio. Etiam Henr. Valeſius in ſuo libro annotaverat: *Scribe*, ἠλλάξαο βίβλον, Ἔνθεν ἀφορμηθεὶς Τιμαιογεαφεῖν ἐδιδάχθης ex Jamblichi libro 3 de vita Pythagoræ, qui exſtat MS. in Biblioth. Regia. Prouſteus tamen ſoli glandi adſuetus ample annumerat ſuum ſtudium, quo hos verſus, ſcilicet mirum in modum deformatos ac mutilos, correxerit ex H. Stephani conjecturis. *Fruatur.*

11 *Timæum nobilem illum dialogum*] In quo de principio mundi, & natura univerſi agit. Pythagoras multa à Judæis accepit teſte Clemente Alexandrino lib. 1. περὶ στρωμάτων, & Origene lib. 1. contra Celſum. Idem ex Hermippo Fl. Joſephus lib. 1. contra Appionem teſtatur. Plato autem uti Pythagoram, ita & Moſen ſecutus videtur. Unde etiam Numenio Pythagorico apud Clementem Μωϋσῆς ἀττικίζων, id eſt, Moſes atticiſſans dicitur. Nomen autem huic dialogo à Timæo Pythagorico ſcriptore, quem hic introducit Plato, unde & τιμαιογεαφεῖν Sillographo dicitur, ut Proclus in principio commentariorum in Timæum teſtatur.

12 *Nobilem illum dialogum continuaſſet*] *Concinnaſſet* Reg. Rot. Fulvii codex: & ita conjecit olim Jo. Meurſius in Critico Arnobiano & Miſcellis. Tum

Ἔνθεν ἀπαρχόμενος τοιαῦτα γράφειν ἐδιδάχθης.

Gronovius.

13 Καὶ σὺ Πλάτων] Verſus hos ita legendos arbitratur H. Stephanus.

CAP. XVIII.

Quid ſint pedarii ſenatores, *& quam ob cauſam ita appellati: quamque habeant originem verba hæc ex edicto tralaticio conſulum:* SENATORES. QVIBVS. Q. IN. SENATV. SENTENTIAM. DICERE. LICET.

NON pauci ſunt qui opinantur *pedarios ſenatores* appellatos, qui ſententiam in ſenatu non verbis dicerent, ſed in alienam ſententiam pedibus irent. Quid igitur? quum [1] ſenatuſconſultum per diſceſſionem

1 *Senatusconſultum per diſceſſionem fiebat*] Duplex forma erat Senatusconſulti, vel enim ſenatores à conſule rogati ſententias dicebant, (atque hoc in cauſis graviſſimis ut plurimum obtinebat) vel per diſceſſionem, quid approbarent, indicabant. Conſul hac formula utebatur: *Qui hæc ſentitis, in hanc partem; qui alia omnia, in illam partem ite, quam ſentitis.* Et hoc vocant antiqui pedibus in ſententiam ire, vel in ſententiam diſcedere, vel in eandem concurrere. Et ſæpe hæc dicta ſunt.

sionem fiebat, nonne universi senatores sententiam pedibus ferebant? atque hæc etiam vocabuli istius ratio dicitur, quam Gabius Bassus in commentariis suis scriptam reliquit. Senatores enim dicit in veterum ætate, qui [2] curulem magistratum gessissent, [3] curru solitos honoris gratia in curiam vehi. [4] in quo curru sella esset, supra quam considerent; [5] quæ ob eam causam *curulis* appellaretur: sed eos senatores, qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus itavisse in curiam: propterea [6] senatores nondum majoribus honoribus functos *pedarios* nominatos. Marcus autem Varro in satira Menippea, quæ Ἱππολύων inscripta est, equites quosdam dicit pedarios appellatos: videturque eos significare qui [7] nondum à censoribus [8] in senatum lecti erant, senatores quidem non

2 *Curulem magistratum*] Cui jus erat Sellæ curulis, ut Dictator, Consul, Censor, Prætor, Ædilis Curulis.

3 *Curru solitos, &c.*] Videtur Gellius curulem Sellam à curru derivare. Quod Isidorus apposite firmat. *Consules olim* (inquit) *& prætores ob longinquitatem viæ curru in forum provectos: ideoque & sellas quæ post eos vehebantur, in quibus sedentes jura redderent, curules dictas.* Verius Lipsius arbitratur à Curibus Sabinorum oppido nomen accepisse. Curru autem in curiam vehi L. Cæcilio Metello honoris causa primum concessum fuisse vetus marmor in ejus elogium sculptum ostendit. *Thys.* Hoc marmor relinquimus viro Docto. Decreti hujus exemplum profert Gruterus pag. CCCLXXVII, 4, sed Plinius finem ait fuisse *Tribuit ei populus Romanus*, quomodo bis id ex Plinio citat Schefferus de re vehicul. lib. I pag. 256 & lib. II pag. 200, non *tributum ei*, ut hic citabatur. Sed quum Zamoscius hinc dissereret contra istum Bassum, quia sic videtur filius occupatus in laudando patre referensque cætera summa, nunc etiam relaturus, quod mediocres homines omnes sunt consecuti; excipit hunc Schefferus, & excusato Basso voces *in curiam* pro suspectis delet, quippe aliud esse jus urendi curru, aliud eundi curru in senatum. Eum vide. Hinc & disputare potuit Harduinus ad Plinium VII, 44 deceptum videri Gellium, qui dicat senatores omnes qui sella curuli usi essent, in veterum ætate curru solitos honoris gratia in curiam vehi, quum id sit uni concessum Metello; neque tam dignitati datum, quam pietati, & ex pietate profectæ luminum orbitati. Posterius hoc vel cœcus videat; immo diserte annotat Schefferus I, 255 *pro oculis datum*, quos nimirum rapto ex incendio ædis Vestæ Palladio amiserat. Tum liceat Gavio Basso aliquid peculiare habere. *Jac. Gronov.*

4 *In quo curru sella esset*] Isidorus sellas post illos vehi solitas refert.

5 *Quæ ob eam causam curulis appellaretur*] Forma ejus in nummis crebra expressa: nec dissimilis sellis iis, quas Hispanicas appellamus, & quarum in aulis usus. Describit Plutarchus in Mario, & incurvis pedibus eas fuisse ostendit. Itaque in glossis priscis, sella curulis explicatur ἀγκυλοπὺς, θρόνος βασιλικὸς. Illæ fuere sublimes. Silius lib. 8.

Hæc altas eboris decoravit honore curules.

Et Lucanus lib. 5.

Lentulus è celsa sublimis sede profatur.

Non quod sellæ ipsæ altissimæ, sed quod adjuncti plures gradus. Cassiodorus lib. 6. Epist. *Sellam curulem pro sua magnitudine multis gradibus enisus ascendit.* Ebore autem ex tectæ, vel ex ebore: ideoque Horatius lib. 1. Epist.

—— *Dabit eripietque curule*
Cui volet importunus ebur ——

Et Athenæus lib. 5 cap. 4. de Antiocho Rege, *sedisse cum* ait *eburnea sede ritu Romanorum*: significans curulem. Nec aliter Græci vertunt ἐλεφάντινον θρόνον aut ἐλέφαν. Cælatum & sculptum illud fuisse Ovidius ostendit lib. 4. de Ponto eleg. 9.

Signa quoque in sella nostrum formata curuli,
Et totum Numidæ sculptile dentis opus. Lipsius.

6 *Senatores nondum majoribus honoribus functos*] Postremum vocabulum nec in Regio nec in Rot. comparet. Neque adeo dubito, quin abesse possit, atque elegantius subaudiatur: & *Senatores nondum majoribus honoribus* sit dictum, ut noster defendit, *Ipse Quirinali lituo*, lib. 5, 8. Statim Rot. *in futura Menippea.* Gronovius.

7 *Nondum à censoribus*] Censorum enim munus erat singulis lustris legere Senatum, quamvis bello Punico secundo M. Fabius Buteo Dictator ex SC. illud officium præstiterit. Ex Livio lib. 23. modus legendi senatores, & quinam potissimum legerentur,

non erant; sed quia honoribus populi [9] usi quidem erant, in senatum veniebant & sententiæ jus habebant. Nam & curulibus magistratibus functi, qui nondum à censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant: [10] & quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias, sed, quas principes dixerant, in eas discedebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoque consules quum senatores in curiam vocant, servandæ consuetudinis causa [11] tralaticio utuntur. Verba edicti hæc sunt: SENATORES. QVIBVS. Q. IN. SENATV. SENTENTIAM. DICERE. LICET. Versum quoque Laberii, in quo id vocabulum [12] positum est, notari jussimus, quem legimus [13] in mimo, qui, *Scriptura*, inscriptus est:

Caput sine lingua [14] *pedaria sententia est.* Hoc vocabulum à plerisque

tur, apparet, qui ita loquitur. *Recitato vetere senatu, inde primum in demortuorum locum legit, qui post L. Æmilium & C. Flaminium censores curulem magistratum cepissent, necdum in senatum lecti essent, ut quisque eorum primum creatus erat: tum legit, qui Ædiles, Tribuni pl. Quæstoresve fuerant: tum ex iis qui magistratus non cepissent, qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberent, aut civicam coronam accepissent. Ita* CLXXVII *cum ingenti approbatione omnium in senatum lectis, extemplo se magistratu abdicavit.* Verum censorum hoc proprie munus fuit, sicuti quoque Principem Senatus legere, ut Plutarchus & Livius referunt. Sequebantur tamen ut plurimum priorum censorum judicium, mortuo autem vel senatu moto alium sublegebant.

8 *In senatum lecti erant, senatores quidem non erant*] Non video causam, cur prius illud *erant* Carrio & Stephanus obtrudant nobis, quod neque in MSS. olimque editis exstat, & manifeste turbat orationem. Cæterum mirum est tantos viros in re, quam quotidie oculis usurpabant, neque valde ardua & difficili lolio victitasse. Vix erat quisquam, opinor, senatorum, qui non aliquando pedibus iviset in sententiam. Numquid igitur omnes *pedarii*? Haudquaquam. Neque enim *pedarii* dicti, quotquot pedibus in sententiam discederent, sed qui tantum pedibus irent, aut rarissime aliter; sive ipsi fiduciam non haberent dicendi, sive non rogarentur, ut qui essent in postremis scripti. Ut Brutus *accusator* vocatus, non quod non alii omnes nobiles adolescentes idem officium reipublicæ aliquando præstarent, quantumvis invidiosum, sed quod hic toties & quotidie & nonnunquam insontibus periculum facesseret. *Gronovius.* Sane olim hic edebatur *in senatum lecti, Senatores quidem non erant* cui bene convenit cum MS. Rottend: Verum MS. Reg. habet *in senatum lecti erant, quidem non erant.*

9 *Usi quidem erant*] Tolle τὸ *quidem*, quod item non est in MSS. & inepte hic reperitur. *Gronovius.*

10 *Et quia in postremis scripti*] Lego, *& qui in postremis.* Duo enim genera sunt diversa, curulibus magistratibus functi, & in postremis scripti. hi enim consequebantur locum per censores, illi per magistratum à populo mandatum. *Idem.*

11 *Tralaticio*] Alludit Gellius ad edictum prætoris, quod tralaticium dicitur, de quo Asconius Pedianus. *Henr. Valesius.*

12 *Positum est notari jussimus*] Reg. & Rot. *positum & notarius sumus.* Videntur velle: *Versum quoque Laberii, in quo id vocabulum positum, enotari jussimus.* Puta per anagnosten vel librarium nostrum. Loquitur enim, ut qui dictasset opus suum. Vide quæ supra diximus ad lib. 2 cap. 23. *Gronov.*

13 *In mimo, qui Scriptura inscriptus est*] Rot. *qs te cure inf e.* Reg. *Strictura inscriptus est.* Sunt equidem *Strictura* ferri aut æris. Cæsar lib. 3 Gall. *Cujus rei* (cuniculorum agendorum) *sunt longe peritissimi Aquitani, propterea quod multis locis apud eos æraria strictura sunt.* Plinius lib. 34, 14. *Differentia ferri numerosa* &c. *Strictuæque vocantur eæ omnes, quod non fit in aliis metallis, ab stringenda acie vocabulo imposito.* Isidorus tamen lib. 16 Or. 17. *In notitiam autem formarum metalla ita venerunt. Dum enim quacumque causa ardentes silvæ excoquerent terram, ex calefactis venis fudit rivos cujuscumque strictura. Sive igitur æs illud fuerat, sive aurum.* &c. Harum qualiscumque mentio nomen mimo facere potuit. *Gronovius.*

14 *Pedaria sententia*] MS. Reg. *pedarii.* Lincoln. *pedue.* Verum videtur illud codicis Regii,

que barbarè dici animadvertimus. Nam pro *pedariis*, [15]*pedaneos*, appellant.

si id resolveris in *pedarii*; quippe pedarii senatoris sententiam esse caput sine lingua, quod se exhibet in senatu, sed non loquitur. *Jac. Gronov.*

15 *Pedaneos appellant*] Pedanei senatores non dicuntur, sed judices, qui de levioribus causis cognoscebant. l. 4. & l. fin. C. de Pedan. Judic. Theophilus χαμαιδικαστὰς appellavit, quod in imis subselliis assiderent. vide Nov. 82. & ibi Cujacium.

CAP. XIX.

Qua ratione Gabius Bassus scripserit, parcum hominem *appellatum*, *&* [1]*quam ejus vocabuli causam putarit: & contrà, quem in modum, quibusque verbis Favorinus hanc traditionem ejus eluserit.*

APUD cœnam Favorini philosophi quum discubitum fuerat, cœptusque erat apponi cibus; servus assistens mensæ ejus legere inceptabat aut Græcarum quid litterarum aut nostratium: velut eo die, quo affui ego, legebatur Gabii Bassi eruditi viri liber de origine verborum & vocabulorum. In quo ita scriptum fuit: *Parcus composito vocabulo dictus est, quasi par arcæ: quoniam sicut in arca omnia reconduntur, ejusque custodia servantur & continentur; ita homo tenax parvoque contentus omnia custodita & recondita habet sicuti arca. Quam ob causam parcus, quasi par arcæ nominatus est.* Tum Favorinus ubi hæc audivit, Superstitiosè, inquit, & nimis molestè atque odiosè confabricatus commolitusque magis est originem vocabuli Gabius iste Bassus, quam enarravit. Nam, si licet res dicere commenticias, cur non probabilius videatur ut accipiamus *parcum* ob eam causam dictum, quòd pecuniam consumi atque impendi arceat & prohibeat, quasi *pecuniarcus*. Quin potius, inquit, quod simplicius veriusque est, id dicimus? [3]*Parcus* enim neque ab arca, neque ab arcendo sed ab eo quod, est *parum*, & *parvum*, denominatus est.

1 *Quam ejus vocabuli causam putarit*] Reg. *quam esse ejus vocabuli*. Gronovius.

2 *Servus assistens mensæ legere inceptabat*] Reg. *temptabat* m. p. Rot. *legere tentabat*. Forte, *legere cœptabat*. Idem.

3 *Parcus*] Parcere etiam servare denotat. Virg. Æneid. 1.

Argenti atque auri memoras quæ multa talenta
Gnatis parce tuis ——

parce, i. e. *serva* juxta Servium. Atque ita *parcus* à parcendo dici potest, quin parci parcunt, id est, conservant res suas.

A. GEL-

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

Sermo quidam Favorini philosophi cum grammatico jactantiore factus in Socraticum modum: atque inibi in sermone dictum, quibus verbis penus *à Q. Scævola definita sit.*

[1]IN vestibulo [2]ædium Palatinarum [3]omnis fere ordinum multitudo opperientes [4]salutationem [5]Cæsaris constiterant, atque ibi, in circulo doctorum hominum, Favorino philosopho præsente, ostentabat quispiam [6]grammaticæ rei scitior [7]scholica quædam nugalia, de gene-

1 *In vestibulo ædium*] Eodem scilicet loco, quem innuit Suetonius, quum scribit Caligulam stetisse in vestibulo ædium Kal. Januariis ad captandas stipes cap. 42. Sicut XVI, 1 in area Palatina Gellius cum aliis salutationem Cæsaris opperiebatur. Ex quibus locis quemadmodum quid fieri in hoc officio soleret, gemino exemplo declaratur, ita describendo id vestibulum ostenditur XVI, 5, ibique de eo dici oportebit. *Jac. Gronov.*

2 *Ædium Palatinarum*] Palatium sive Palatinus mons antiqua imperii sedes, non tantum Euandri, Romuli, verum etiam ab Octavii Augusti temporibus Imperatorum, nunc suffossionibus & subterraneis meatibus totus quasi pensilis, ruinis deformis aut hortis occupatus.

3 *Omnis fere ordinum multitudo*] Nimium hoc & quantum turbæ ne Cæsareum quidem atrium capiat. Rectius Reg. & Rot. *Omnium fere ordinum multitudo.* Etenim, *omnis ordinum multitudo*, sunt omnes, qui sunt in tot ordinibus: *omnium ordinum multitudo*, est ingens hominum quovis ex ordine numerus. *Ordines* autem multi & varii; quin & plus quam unus *amplissimi.* Quod apud Suetonium viros summos Lipsium & Casaubonum offendere non debuit. Vespasiano cap. 9. *Amplissimos ordines & exhaustos cæde varia & contaminatos veteri negligentia purgavit.* Sic enim & Cicero pro Sulla: *ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriæ videretur.* Pro Milone: *si denique unquam locus in amplissimorum ordinum delectis viris datus est, ubi sua studia erga fortes & bonos viros, quæ vultu & verbis sæpe significassent, re & sententiis declararent.* De haruspicum responsis: *Injecta est fax fœda ac luctuosa reipublicæ: petita est auctoritas vestra & gravitas amplissimorum ordinum, consensio bonorum omnium, totius denique civitatis status.* Quæ si recte atque acute inspicias, facile colligas, præter senatum, qui κατ' ἐξοχὴν *ordo* & *ordo amplissimus*, hunc titulum datum judicibus, in quorum numero & equestris & tribunorum ærariorum decuriæ, qui non essent de senatu. Sic pro Sextio, *ordinum maximorum homines, quibus patet curia.* Poterant enim venire in senatum non lecti quidam à censoribus senatores. Hinc & pro Milone: Pompejus qui judicarent, *delegit è florentissimis ordinibus ipsa lumina.* Gronovius.

4 *Salutationem*] Cui apud potentiores hora prima & secunda matutina destinatæ erant. Martialis:

Prima salutantes atque altera continet hora.

5 *Cæsaris*] Hadriani, ut arbitror.

6 *Grammaticæ rei doctor*] Quædam edd. *doctior.* Reg. & Rot. & Lincoln. *ditior.* Lege, *Grammaticæ rei scitior* id est, nonnihil supra vulgum peritus. Plautus Cistel. 4, 2. *Non sum scitior, quæ hos rogem.* Ovidius 9 de Nesso: *membrisque valens scitusque vadorum.* hoc est, gnarus. *Gronovius.*

7 *Scholica quædam*] Annotarunt hunc locum editores

neribus & casibus vocabulorum differens, cum arduis superciliis, vocisque & vultus gravitate composita, tanquam interpres & arbiter [8] Sibyllæ oraculorum. Tum adspiciens ad Favorinum, quamquam ei nondum etiam satis notus esset: *Penus quoque*, inquit, *variis generibus dictum & varie declinatum est.* [9] *Nam & hoc penus & hæc penus, & hujus peni &* [10] [11] *peneris & peniteris & penoris veteres dictaverunt. Mundum quoque muliebrem Lucilius in Satirarum sextodecimo non virili genere, ut ceteri, sed neutro appellavit his versibus:*

Legavit quidam uxori [12] *mundum omne penumque.*
[13] *Quid mundum; quid non? nam quis dijudicet isthuc?*

Atque horum omnium & testimoniis & exemplis constrepebat. quumque nimis odiosè sibi placeret, intercessit placidè Favorinus, [14] & jam bone, inquit, magister, quicquid est nomen tibi, abundè multa docuisti, quæ quidem ignorabamus, & scire haud sanè postulabamus. Quid enim refert mea, ejusque quîcum loquor, quo genere *penum* dicam, aut in quas extremas literas declinem; [15] si nemo id non nimis barbarè fecerit? Sed hoc planè [16] indigeo addiscere, quid sit *penus*, & quo sensu

tores catalogi Bibliothecæ Cæsareæ, in quo sunt Ιωαννε Φιλοπόνε τῦ Αλεξανδρέως σχολικὰ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνεσεων Αμμωνίε.

8 *Sibyllæ oraculorum*] Tanquam isti sacerdotes ita se gesserint.

9 *Nam & hoc penus, & hæc penus*] Nonius neutrum esse negat. Sed Festus *penora* dixit, idemque ex Afranio Priscianus & Charisius testantur. Fœminino genere etiam posuit Lucilius:

Magna penus parvo spatio consumpta peribit.

Et in Pandectis titulus *de Penu legata* legitur. *Penum* plurali numero carere ait Phocas; nam *penora*, quod apud Columellam & Festum occurrit, derivatur à *penus*. *Peni* in genitivo fit à *penum*, quo utitur quoque Terentius in Eunucho.

10 *Peniteris*] Hoc ab inusitato nomine *penitus* derivari videtur.

11 *Peneris & Peniteris*] Notavit Thysius [Vet. Ed. *Peniris & penitiris.*] Quod equidem est in Gryphianis etiam, & Parisina 1584. At Vascosanus dedit *penetiris*. Puto interesse, ut scias in codice Reg. legi *penuris*, unde manus secunda fecit *penoris*. Sequentes quinque voces idem codex ignorat, in quibus Gryphiana anni 1534 pro *penoris* habet *penois*. Jac. Gronov.

12 *Mundum*] Hunc priorem versum citat quoque Nonius Marcellus. Mundum dicit Festus esse *ornatum muliebrem*, sed distinguit Ulpianus in l. 25. §. 10. ff. de Auro & Arg. Leg. ubi cum primum de ornamentis muliebribus egisset, postmodum ita loquitur: *Mundus muliebris est, quo mulier mundior fit. Continentur eo specula, unguenta, vasa unguentaria, & si qua similia dici possunt.* Crebro tamen pro quocunque ornamento muliebri mundus vel mundum sumitur.

13 *Quid mundum, quid non?*] Vetus editio Ven. *Quod mundum atque penum?*

14 *Et, jam, bone, inquit, Magister, quicquid est*] Reg. cum Rottend. *& ambo inquit magister.* Lincoln. *& amabo ne inquit.* Forte: *&, Abunde, inquit, magister, quicquid est nomen tibi, abunde multa docuisti.* Suavis enim & ἐμφατικὴ adverbii repetitio. *Gronovius.* Non videntur tamen illuc conjecturam salubrem dirigere prisca exemplaria; quorum sane Regium vult, *&, amabo, inquit* &c.

15 *Si nemo id non nimis barbare fecerit*] Reg. & Rott. membranæ, *fecerimus*, ut se scilicet una ibidem trahat. Poterat autem particula negans abesse: ideo Vascosanus expunxit. Sed Græcos secutus est & Plautum, qui in Milite 5, 2. *Jura te non nociturum esse hominum hac de re nemini.* Πιπλεόνακε γὰρ τὸ Οὐ καλὰ Αττικὴν συνήθειαν, inquit Scholiastes Homeri. *Gronovius.*

16 *Indigeo addiscere quid sit penus & quo sensu*] Rursus uterque codex cum Fulviano: *indigeo discere.* Sed & duo priores: *& quo fini.* Non temere est. Facile suspicari, quod & Salmasius exemplari suo adscripserat: *& qua fini id vocabulum dicatur.* hoc est, quousque sensu sese extendat & porrigat, quantum rerum complectatur. *Idem.*

17 *In*

ſu id vocabulum dicatur, ne rem cotidiani uſus, tamquam [17] [18] qui in venalibus Latinè loqui tentant, alia, quàm oportet, voce appellem. Quæris, inquit, rem minimè obſcuram. Quis adeò ignorat *penum* eſſe vinum & triticum & oleum & lentem & fabam atque hujuſcemodi cætera? Etiamne, inquit Favorinus, milium [19] & panicum & glans & ordeum *penus* eſt? ſunt enim propemodum hæc quoque ejuſmodi. Cumque ille reticens hæreret: nolo, inquit, hoc jam labores, an iſta, quæ dixi, *penus* appellentur. Sed poteſne mihi, non ſpeciem aliquam de penu dicere, ſed definire genere propoſito & differentiis appoſitis [20] quid ſit *penus?* [21] Quæ genera & quas differentias dicas, non hercle, inquit, intelligo. [22] Rem, inquit Favorinus, [23] planè dictam poſtulas, quod eſt difficillimum, dici planius. Nam hoc quidem pervulgatum eſt, definitionem ex genere & differentia conſiſtere. [24] [25] Sed ſi item mihi præmandere,

17 *In venalibus*] In magine Voſſiani codicis *venabulis*. Thyſ. Talem variam lectionem qui profert, videtur fere ignoraſſe, quid intelligatur in his venalibus. Sicut certe non intellexiſſe ſe oſtendit Prouſteus, dum interpretatur, *ut non appellem alio nomine quam oportet, rem qua utimur quotidie, ſicut utuntur, qui res venales volunt nominibus Latinis appellare.*

18 *Qui in venalibus Latine loqui tentant*] Ambo, *cæptant*. Fere autem venales è Dacia, Cappadocia, Syria, Ægypto, & hujuſmodi regionibus remotis advehebantur, eoque Latini ſermonis erant ignari. *Gron.*

19 *Et panicum & glans & hordeum genus eſt*] Iidem ambo *glandem*. Lincoln. *glande*. Utrum ſcripſit *glandes*, an *glandis* nominativo ſingulari? Certe Nonius: *Glandis eſt plumbum in modum* glandis *informatum*. Idem.

20 *Quid ſit penus. Quot ſint penus genera & quas differentias*] Sic edebatur, quum Carrio fecit: *Quæ genera & quas differentias*. Scripti, *qui ſit penus, quod ſint penus & quas differentias*. Lege: *definire genere propoſito & differentiis appoſitis qui ſit penus. Quod tu, inquit, genus & quas differentias dicas, non hercle intelligo*. Nam & ubi vulgo τὸ *inquit* ponitur, nempe poſt *hercle*, in MSS. non apparet. *Idem.*

21 *Quæ genera*] Antiquiſſ. Ven. *Quot ſint penus genera*. Ita ut grammaticus philoſophum non intellexiſſe videatur.

22 *Rem, inquit Favorinus, plane dicam. poſtulas quod non eſt difficillimum*] Reg. & Rot. *dictam* ſine τελείᾳ ὑποστιγμῇ, merito probante Lambecio. Quod ſequitur, Carrio fecit: nam Ro. Ven. Ald. Vaſc. Gryp. *quod difficilius eſt*. Quatuor calamo exarati, *quod difficillimum eſt*. Unde extrico: *Rem, inquit Favorinus, plane dictam poſtulas* (*quod difficile non eſt*) *dici planius*. Cur enim difficillimum ſit, quod plane dictum eſt, alio modo & planius dici? Niſi εἰρωνικῶς locutum velimus. *Planius*, ἁπλούστερον καὶ σαφέστερον. Gronovius.

23 *Plane dicam*] Corruptum hunc & male divulſum locum ita reſtituo: *Rem, inquit Favorinus, plane dictam poſtulas* (*quod eſt difficillimum*) *dici planius*. Vide quantum unica litera in ſenſu valeat, & quam temere & abſque ulla ratione in novitiis aliquot Gellii editionibus particula negativa verbis hiſce inſerta ſit. *Lambecius.*

24 *Sed ſi item mihi præmandere*] Vulgo male, *præmandare*. Apud Ciceronem lib. 2. de Oratore hujuſmodi proverbium uſurpatur, *omnia minima manſa tanquam infantibus pueris, ut ajunt nutrices, in os inſerere*. Cibum præmanſum in os inſerere idem eſt, atque rudius, craſſius planiuſque explicare rem haud difficilem, niſi ſit puer, vel rudis & imperitus. vide Eraſmum in Proverbiis.

25 *Sed ſi item mihi præmandare*] Eraſmus Deſiderius: *ſed ſi idem me tibi præmandere*, quod ſecutus Gryphius. Ios. Mercerus, *ſi id me tibi præmandare*. Neuter ſine magna ſpecie. Regius *ſed ſiſte mihi præmandere*. Unde Salmaſius: *ſi iſta mihi præmandare*. In Rot. video: *ſed ſi te mihi præmandate*. Alia excerpta: *ſi ita mihi præmandare*. Equidem *poſtulas te mihi præmandare* videtur eſſe Plautinum. Ut Aſinaria 1, 3. *Maledictis te meam ductare poſtulas*. Caſina 1. *Quod te poſtules Guſtare quidquam*. Et ibidem: *Nunc ne tu te mihi reſpondere poſtules*. Ejuſdem verbum *præmandare* Truculento 2, 4. *Mater ancillas jubet, Quoniam jam decimus menſis adventat prope, Aliam aliorſum ire, præmandare & quærere Puerum aut puellam, qui*

dere, quod ajunt, poſtulas; faciam ſane id quoque [26] honoris tui habendi gratia. [27] Atque deinde ita exorſus eſt: Si, inquit, ego nunc te rogem uti mihi dicas & quaſi circumſcribas verbis, quid *homo* ſit; non, opinor, reſpondeas hominem eſſe te atque me. Hoc enim, quis homo ſit, oſtendere eſt; non, quid homo ſit, dicere. Sed ſi, inquam, peterem ut ipſum illud, quod homo eſt, definires, tum profecto mihi diceres, hominem eſſe [28] mortale animal rationis [29] & ſcientiæ capiens; vel quo alio modo diceres, ut eum à cæteris animalibus omnibus ſeparares. Proinde igitur nunc te rogo, [30] ut, quid ſit *penus*, dicas, non ut aliquid ex *penu* nomines. Tum ille oſtentator voce jam molli atque demiſſa, [31] Philoſophias, inquit, ego non didici nec diſcere appetivi; &, ſi ignoro [32] an ordeum ex *penu* ſit, aut quibus verbis *penus* definiatur, [33] non ea

ſupponatur mihi. Sed id verbum hic quam vim habeat, parum aſſequor: vix & in Plauto. Sic quidem MSS. & retinent ſpretis conjecturis *pervenari* & *percontavi*: qui explicet, nuſquam. Uno modo videtur tolerari poſſe, ſi accipias poſitum, quaſi ſupra non exſtet τὸ *jubet*. quemadmodum ſolent abrupta interjectis quibuſdam oratione verbum, quod jam adhibuerunt, repetere aut ipſum aut ejus συνώνυμον, de quo ad Senecam & Livium. Sic foret, *mater*, inquam, *ancillas præmandare* (i. præmandat ſive jubet) *aliam aliorſum ire & quærere Puerum aut puellam.* Nam quod ex Cicerone pro Plancio addunt: *Emiſſus aliquis è carcere, & quidem emiſſus (ut cognoſtis) neceſſarii hominis optimique adoleſcentis rogatu: idem poſtea præmandatis requiſitus*; miror eſſe quemquam, qui corruptum & omnis ſenſus expers eſſe non ſtatim animadvertat. Nec melius Manutianum *propere mandatis* aut *per mandata.* Qui ſic conjicere poteſt, eum non miror Turnebi, quod ſolum πεπυσαι, *prætoris mandato*, vel *mandatu*, rejicere. In Vatinii epiſtola eſt ſine dubio: *ego tamen terra marique ut conquireretur, præmandavi.* Et hoc ſatis aſſequimur. Sed & τὸ *quod ajunt*, proverbio quodam uſum ſignificat. Itaque ſubſcribam Eraſmo & ego legamque: *Sed ſi me tibi præmandere, quod ajunt, poſtulas.* Vidi qui tentaret: *Sed ſi idem εἰπεῖν ἀμαθέστερον quod ajunt, poſtulas.* At ille nimium ſibi licere voluit. *Gronovius.*

26 *Honoris tui habendi gratia*] Hic idem *moris tui gerendi gratia.* neque enim *honorem habere* dixiſſe, nec voluiſſe Favorinum, ſed *morem gerere* potius. Cur non igitur, *moris tibi gerendi?* nam *alicui morem gerere* dicimus, non *alicujus.* Haud videtur tamen ſine cauſa hic offendiſſe: quamquam vocabulo *honoris* offendi non debebat. Redundat τὸ *habendi.* nam *honoris tui gratia* vel *cauſa* eo ſenſu quo dicimus alias *in tuam gratiam*, *ut tibi morem geram*, *ut te demerear*, Plauto, Ciceroni, Livio frequens ſatis. *Idem.*

27 *Atque deinde ita*] Secundam vocem ignorat Rott. Pro prima Reg. habet *ac*, Lincoln. *at.* Vides vulgatum certe nullo niti. Tu elige. *Jac. Gronov.*

28 *Mortale animal rationis*] Iſtud *animal* nec in Reg. nec Rott. nec Lincoln. exſtat: ſicut ſequens *animalibus* itidem omittitur in Reg. & Lincoln. In Rott. annotatum nihil eſt. Videre potes quid ex Cardano attulerit Philipp. Carolus. Etiam Regius, *tu profecto mihi dic.* Idem.

29 *Et ſcientiæ capiens*] Superfluum hoc in definitione eſſe videtur, cum ſufficiat dixiſſe hominem eſſe animal rationale. *Capiens* autem dixit, pro *capax.*

30 *Ut quid ſit penus dicas*] Scripti uterque: *ut qui ſit penus, dicas*, quemadmodum ſupra; in Regio etiam *uti.* Gronovius.

31 *Philoſophias*] Ita loqui amat Gellius, plurali pro ſingulari utens.

32 *An ordeum*] Inter penum recenſet Ulpianus lib. 3. §. 8. de Penu legata.

33 *Non ea re literas neſcio*] Quid voces *ea re* ſibi velint, non videre ſeſe ait vir doctus, & credere legendum *non propterea literas.* At volunt illæ idem quod apud Plautum Aulul. 4, 10. *Ea re repudium remiſit avunculus cauſa mea.* Et Ciceronem 4 Acad. Quæſt. *Eſt hoc quidem rei illius ſignum aut argumentum, & ea re id ſequor.* Salluſtius 4 hiſtor. *Scio equidem tibi magnas opes virium, armorum & auri eſſe: & ea re à nobis ad ſocietatem, ab illis ad prædam peteris.* Gronovius. Notaverat ſane ad hæc verba Lambecius [Quid voces iſtæ *ea re* ſibi velint, non video. Credo legendum *non propter-*

ea re litteras quoque alias nescio. [34] Scire, inquit ridens jam Favorinus, quid *penus* sit, [35] non ex nostra magis est philosophia quam ex grammatica tua. Meministi enim credo quæri solitum, [36] quid Virgilius dixerit, [37] *penum instruere* vel *longam* vel [38] *longo ordine*. Utrumque enim profecto scis legi solitum. Sed, [39] ut faciam te æquiore animo ut sis; ne illi quidem veteris juris magistri, [40] qui Sapientes appellati sunt, definisse satis recte existimantur quid sit *penus*. Nam [41] Q. Scævolam, [42] ad demonstrandum *penum*, his verbis usum audio: *Penus est*, inquit, *quod esculentum aut poculentum est.* [43] *Quod ipsius patrisfamilias, aut liberûm patrisfamilias ejusque familiæ, quæ circum eum aut liberos ejus est* [44 45 46] *& opus eorum facit, causa paratum est, ut Mucius ait, penus vide-*

propterea literas quoque alias nescio] Verum in Emendandis attentior factus itidem notavit [retinenda particula *ea re* pro ob eam rem, qua præter ipsum Gellium aliquoties utuntur Lucretius, Cicero, Phædrus] Quod sane sufficiebat excusando. Nihilominus & Marq. Gudius acer ad Phædri fabulam XI acerbe satis Lambecii castigandi hanc occasionem arripuit. Verius fuerat Lambecium sibi reliquisse.

34 *Scire inquit*] Reg. *scire n̄ inquit*. Quasi vellet, *scire næ inquit*. Jac. Gronov.

35 *Non ex nostra magis est philosophia, quam grammatica tua*] Reg. & Rot. *quam ex Grammatica tua*. Gronovius.

36 *Quid Virgilius dixerit*] Extant versus lib. I. Æneid. vers. 707.

Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere penates.

37 *Penum instruere*] *Instruere* hic legit Favorinus, apud Virgilium hodie *struere* legitur, id est juxta Servium, *ordinare, componere. Unde & structores dicuntur ferculorum compositores.*

38 *Longo ordine*] Servius hæc ita interpretatur: *id est, dispositione secundum Tullium: qui in Oeconomicis dicit, quid ubi ponendum sit. Nec enim debent universa confundi.* Donatus ad quinquaginta famulas refert, *ad quarum curam pertinebat procuratio cellarii, & Deorum Penatum cultus: illas sine dubio vicissitudo longo ordine tangebat.* Nulla apud illos interpretes mentio in quibusdam libris *ordine longam* legi.

39 *Ut faciam æquiore animo ut sis*] Et hic deleverunt genus Plautinæ in loquendo festivitatis. Nam Reg. & Rot. *ut faciam te æquiore animo ut sis*, pro, æquiore animo esse. Aulular. 4, 10. *Quem ego avum feci jam ut esses filiæ nuptiis.* Mostellar. 2, 1. *Si ego advenientem ita patrem faciam tuum, Non modo ut introeat, verum etiam ut fugiat.* Epidic. 4, 2. *Exitiabilem ego illi faciam hunc ut fiat diem.* Persa 5, 1. *ego omnes hilaros, lubentes, lætificantes faciam ut fiant.* Gronovius.

40 *Qui Sapientes appellati sunt*] Pomponius JC. in l. 2. De Origine Juris, §. 37. P. Sempronium à à populo Romano sapientem appellatum refert, nec quenquam ante hunc aut post hunc hoc nomine cognominatum fuisse. Idem tamen de L. Acilio paragrapho sequenti refert, & Cicero in Lælio: *Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem, quia prudens esse in Jure Civili putabatur.* Hinc & Jurisperiti prudentes appellantur, & Jurisprudentia Ulpiano sapientia civilis dicitur. Eadem ipsa annotavit Philipp. Carolus.

41 *Q. Scævolam*] Quem citat quoque in hanc rem JC. in l. 3. ff. de Penu legata, sicuti & Sabinum, qui eadem fere verba proponit, Aristonem, aliosque.

42 *Ad demonstrandum penum*] Reg. *ad demonstrandam penu*. Voluit fortasse mutare genus, ut esset aut *ad demonstrandum penu*, aut *ad demonstrandam penum*, ut erat in Rott. quemadmodum juris consultis, *De penu legata*. Gronovius.

43 *Quod enim ipsius patris familias*] Particula causalis nec in Reg. nec in Ro. nec in Lincol. est. Dein Rot. *liberûm*, ut plerumque malebant. Rursus Reg. & Rot. *patris familias ejus, quam circum eos*. Nec cerno, quid opus sit, *ejusque familiæ*: quasi religio esset dicere *pater familias ejus quæ*: & *ro familias*, quum effertur *paterfamilias*, ita foret tanquam glebæ adscriptum, ut de eo nihil possit prædicari & affirmari, sed tantum de patre. *Familias* utique nihil hic aliud quam *familiæ*. Scribe igitur: *Quod ipsius patrisfamilias aut liberûm patrisfamilias ejus, quæ circum eum aut liberos ejus est*. Gronovius.

44 *Opus eorum*] Nam servi & famuli ad familiam pertinebant. Vet. Edit. *opus non facit*, quæ

videri debet. [47] *Nam quæ ad edendum bibendumque in dies singulos prandii aut cœnæ causa parantur, penus non sunt: sed ea potius, quæ hujusce generis longæ usionis gratia contrahuntur & reconduntur, ex eo quod non* [48] *in promtu sint, sed intus & penitus habeantur, penus dicta sunt.* Hæc ego, inquit, quum philosophiæ me dedissem, non insuper tamen habui discere: quoniam civibus Romanis Latine loquentibus rem non suo vocabulo demonstrare non minus turpe esset, quam hominem non suo nomine appellare. Sic Favorinus [49] sermones in genus communes à rebus parvis & frigidis abducebat ad ea, [50] quæ magis utile esset audire ac discere, non allata extrinsecus, non per ostentationem, sed indidem nata acceptaque. Præterea de penu adscribendum hoc etiam putavi, [51] Servium Sulpicium in reprehensis Scævolæ capitibus scripsisse, [52] [53] Cato

lectio si servetur, intelligenda juxta l. 3. §. 6. de penu legata: *Sed quod diximus*, inquit, *usus sui gratia paratum: accipiendum erit, & amicorum ejus, & clientium, & universorum quos circa se habet, non etiam ejus familiæ, quam neque circa se neque circa suos habet: puta si qui sunt in villis deputati, quos Q. Mucius sic definiebat, ut eorum cibaria contineri putet, qui opus non facerent. Sed materiam præbuit Servio notandi, ut textorum & textricum cibaria adjiceret contineri. Sed Mucius eos voluit significare, qui circa patremfamilias sunt.* Familiam itaque sive famulos alienos exclusit Mucius.

45 *Et opus non facit*] Quorsum hæc verba? Rescribendum ex MS. Reg. *& opus eorum facit.* Lambecius.

46 *Et opus non facit*] MS. uterque: *& opus eorum facit:* quod ex altero jam laudavit Lambecius. Videntur negandi particulam subjecisse ex l. 3. π. 6 D. de penu legata: *Sed quod diximus usus sui causa paratum, accipiendum erit & amicorum ejus & clientium & universorum, quos circa se habet: non etiam ejus familiæ, quam neque circa se neque circa suos habet; puta, qui sunt in villis deputati: quos Q. Mucius sic definiebat, ut eorum cibaria contineri putet, qui opus non facerent. Sed materiam præbuit Servio notandi, ut textorum & textricum cibaria adjiceret contineri: sed Mucius eos voluit significare, qui circa patremfamilias sunt.* At Mucius verba illa tantum de villaticis facit, qui opus in villis & agris facerent. Eoque respiciunt etiam Basilica. Καὶ ὅπερ ἦν διὰ τὴν χρῆσιν τῶν φίλων αὐτοῦ ἢ τῶν προσφύγων καὶ πάντων τῶν περὶ αὐτὸν καὶ τῶν ὑπουργούντων αὐτῷ καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῦ καὶ τῶν ζώων· οὗ μὲν διὰ τὰ ἀγροικικὴν φαμιλίαν οὐδὲ διὰ τὰ ἐν ἀγρῷ ἐργαζόμενα ἢ μισθούμενα ζῶα. Ergo *qui opus eorum faciunt*, sunt οἱ μὴ μισθούμενοι, qui non locantur. *Gronovius.*

47 *Nam quæ, &c. in dies singulos*] Servius: *Inter penum & cellarium hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum, unde & in cella dicitur importatum frumentum, penus vero temporis longi.*

48 *In promptu sint, sed intus & penitus habeantur, penus dicta sunt*] Rot. *ex eo quod non in promptu est, sed intus & penitus habeatur, penus dicta est.* Nec discedere ab hoc Regium & Lincoln. voluisse inde conjicio, quod ex eis excerptum video dumtaxat *in promptu est.* Fac igitur & *habetur.* Illud autem, *ea potius quæ* &c. *contrahuntur & reconduntur, penus dicta est*, elegans & antiquum. Terentius: *Amantium iræ amoris redintegratio est.* Ovidius de arte lib. 3. *Vestes, quas geritis, sordida lana fuit.* Seneca de vita beata cap. 21. *Seculum illud, in quo censorium crimen erat paucæ argenti laminæ.* Ubi frustra Freinshemius ad Florum corrigit *erant.* Gronovius.

49 *Sermones in genus communes*] Scripti *commune.* Sed recte opinor Mercerus: *sermones id genus communes.* Mox uterque: *quæ magis utile esset.* Idem.

50 *Quæ esset magis utile*] Ordinem hunc mutavi ad indicium paternum ex Regio exemplari. A quo etiam, perinde ac Rott. offertur *rem non vocabulo demonstrare* omissa voce *suo.* Et sane si id postulat Gellius ex Favorino, quid fiet rebus, quæ in Latino sermone suum vocabulum non habent, & ubi Tiberius requirebat rem per ambitum verborum describi? Etsi id quidem nunc non videatur tangere, id tamen agit, ut quæ vocabula sunt, accurate iis res designentur, nec misceantur, & ad aliquam rem notandam adhibeantur, quum ad eam non pertineant, sed ad diversam. Hinc rem non vocabulo demonstrare videntur, qui ita agunt. *Jac. Gron.*

51 *Servium Sulpicium*] Vide quæ diximus p. 145.

52 *Seio*

[52] [53] Cato Ælio placuiſſe non quæ eſui tantum & potui forent, ſed [54] tus quoque & cereos in *penu* eſſe, [55] quodque eſſet ejus ferme rei cauſa comparatum. [56] [57] Maſſurius autem Sabinus, [58] in libro juris civilis ſecundo, etiam [59] quod jumentorum cauſa apparatum eſſet, quibus dominus uteretur, *penori* attributum dicit. [60] Ligna quoque & virgas & carbones, quibus conficeretur *penus*, quibuſdam ait videri eſſe in *penu*. Ex his autem, [61] quæ promercalia & [62] uſuaria in locis iſdem eſſent, ea ſola eſſe *penoris* putat, [63] quæ ſint uſui annuo.

52 *Seio Ælio*] Antiq. Veneta *Saco Helio*. lege *Sexto Ælio*. De quo Cicero in Bruto: *Numeroque eodem fuit Sextus Ælius, juris quidem civilis omnium peritiſſimus, ſed etiam ad dicendum paratus.* De quo Ennius, teſte Cicerone lib. 1. de Oratore:

Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus.

Conſul fuit cum T. Quintio Flaminino, Anno V.C. DLV, cujus conſulatus meminit quoque Plutarchus in Flaminino. Tantæ fuit integritatis & continentiæ, ut tantum duo pocula argenti, quæ acceperat à ſocero L. Paullo, devicto Rege Perſeo, habuerit, ut teſtatur Plinius lib. 33 cap. 11. Scripſit in jure complures libros, inprimis, Jus Ælianum, Tripartita, & Commentaria, quæ, ut puto, hoc in loco intelliguntur. Thyſii hæc ſæpius dicta & congeſta ſunt, ut poſt hæc utique repeti nequeant ab viro χαρίεντος ingenii. In nomine autem quid certius poteſt ex tanta varietate, non tam MSStorum (hi enim ſibi conſtant & exigunt dativum prorſus integre ſcriptum, eumque quatuor modo literarum, quum & Lincoln. habeat *Saco*) quam typis editorum codicum, quorum præſidibus placuit crebro ludere, eligi, quam *Cato Ælio*, quod plane ibi indicatur, & eſt maxime ſpecificum? Itaque id plane reſtitui. Taceo enim de Prouſteo, & ejus pronunciatione [legendum Sexto Ælio] quia is ſemper ſapit alieno ingenio. *Jac. Gronov.*

53 *Sejo Ælio placuiſſe*] Ald. *Sejo Helio*. Ro. & Ven. *Saco belio*. Reg. & Rot. *Sato Aelio*. Sed *Sex. Cæcilium* poſcit l. 3 D. de penu leg. *Sex. autem Cæcilius etiam thus & cereos in domeſticum uſum paratos contineri legato ſcribit.* Et meminit ejuſdem lib. 20, 1. Vide Menagium cap. 23 Amœnitatum. *Gronovius.*

54 *Tus quoque & cereos*] Ita & Sextus Cæcilius ſcripſit, ſi in domeſticum uſum parati fuerint. vide leg. 3. §. 9. in fine de Penu legata. Ubi S. Cæcilio tribuitur, quod Ælio Gellius adſcribit, unde forſan hic ſupra emendandum *Sexto Cæcilio.*

55 *Quodque eſſet ejus ferme rei cauſa comparatum*] Id eſt, ſine quo penus non recte haberi poteſt. Audi Ulpianum in dictâ l. 3. §. ult: *Vaſa quoque penuaria quin contineantur, nulla dubitatio eſt. Ariſto autem ſcribit dolia non contineri. Et eſt verum ſecundum illam diſtinctionem, quam ſupra in vino fecimus. Nec frumenti, nec leguminum theccæ, arculæ forte, vel ſportæ, vel ſi quæ alia ſunt, quæ horrei penuarii, vel cellæ penuariæ inſtituendæ gratia habentur, non continebuntur. Sed ea ſola continentur, ſine quibus penus haberi non recte poteſt.*

56 *Maſſurius Sabinus*] Perſius alique *Maſurium* appellant. Vide ſupra lib. 3 cap. 16.

57 *Maſſurius autem Sabinus in libro juris civilis ſecundo*] Sic Carrio. nam priores edit. cum ſcriptis: *in juris civilis ſecundo*: excluſo τῷ *libro*. Et cur hoc auctori non permittamus? *Gronovius.*

58 *In libro, &c. ſecundo*] *Libro* in antiquis editionibus omittitur. In Catalogo Pandectis Florentinis præpoſito numerantur Sabini tres Juris Civilis libri, ſed ex iis nulla legum capita in Digeſtorum libros relata reperiuntur.

59 *Quod jumentorum cauſa*] Ulpianus dicta l. 3. §. 7. *Simili modo & jumentorum cibaria penu continentur: ſed eorum jumentorum, quæ uſibus ipſius & amicorum deſerviunt: ceterum ſi quæ jumenta agris deſerviebant vel locabantur, legato non cedere cibaria eorum.*

60 *Ligna quoque & virgas*] Q. Mucius & Oſilius negaverunt penori ineſſe, Rutilius affirmabat, ſed ea quæ non vendendi cauſa parata eſſent. vide dictam l. 3. §. 9.

61 *Quæ promercalia*] Promercalia dicuntur, quæ reſervatis iis quæ ad proprium uſum pertinent, paterfamilias vendit. Ita Julius Cæſar, cum in Gallia ſana templaque Deûm atque urbes expilaſſet, auroque abundaret, ternis millibus nummum in libras promercale per Italiam provinciaſque divendit, ut teſtatur Suetonius in vita Cæſaris cap. 54.

62 *Uſuaria in locis isdem eſſent, ea ſola eſſe penoris*] Scripti: *Ex his autem, quæ promercalia & uſuaria isdem in locis eſſe, ea ſola penoris putat, quæ ſatis ſint uſu annuo.* Gronovius.

63 *Quæ ſint uſui annuo*] Paulus JC. in l. 4. de Penu legata: *Item ſi quis ſolitus fructus ſuos vendere, penum legaverit, non omnia quæ & promercii cauſa habuit legaſſe videtur: ſed ea ſola, quæ in*

penum sibi separabat. Quod si promiscue uti solebat, tunc quantum ad annuum usum ei sufficeret, familiæque ejus, cæterorumque, qui circa eum sunt, legato cedet. Quod fere, inquit Sabinus, evenit in personis mercatorum, aut quotiens cella est olei & vini, quæ venire solebant in hæreditate relicta. vide & l. 60. §. 2. de Leg. 2.

CAP. II.

Quid differat morbus & vitium, & quam vim habeant vocabula ista in edicto ædilium: & an eunuchus & steriles mulieres redhiberi possint, diversæque super ea re sententiæ.

IN edicto [1] ædilium curulium, qua parte de mancipiis vendundis cautum est, scriptum sic fuit: [2 3] TITVLVS. SCRIPTORVM. SINGVLORVM. [4] VTEI. SCRIPTVS. SIT: [5] COERATO. ITA. VTEI. INTELLEGI. RECTE. POSSIT. QVID. MORBI. VITII. VE. QVOI. Q. SIT. QVIS. FVGITIVVS. ERRO. VE. SIT. [6] NOXA. VE. SOLVTVS. NON. SIT. Propterea quæsierunt jureconsulti veteres, quod *mancipium morbosum* quodve *vitiosum* rectè diceretur: [7] quantumque *morbus* à *vitio* differret. [8 9] Cælius

1 *Ædilium Curulium*] Utpote qui inter alia munera etiam rebus emendis & vendendis præessent.

2 *Titulus servorum singulorum*] Tituli, in quo virtutes & vitia servorum scribebantur, nulla mentio in verbis Ædilitii edicti, unde plura quædam Gellius ad hunc locum transtulit, ibique inspici possunt, nec opus sit hîc subjici. Hic titulus servorum collo appendebatur. Propertius lib. 4.

At quorum titulus per barbara colla pependit,
Cælati medio cum saliere foro.

Seneca de servis loquens, *cui dominus titulum impegit.*

3 *Titulus servorum singulorum*] Vix quidem unquam potui acquiescere hac formula, tanquam cum fateatur de mancipiis agi, debeat mentio fieri *servorum*; præsertim postquam didici in Regio codice legi *scriptorum*. Id video exstitisse & in Rottend. Hinc opinor *servorum* fecisse eos qui sequens masculinum genus ita fulciri ab Gellio debuisse crediderunt, præsertim quum scripturam veterem non intelligerent. Sed cogitari oportuit non aliter loquutos fuisse ædiles, & quum dicant QVI MANCIPIA VENDVNT, addunt in edicto CERTIORES FACIANT EMPTORES QVID MORBI VITIIVE CVIQVE SIT, QVIS FVGITIVVS ERROVE SIT &c. Itaque id sequuntur etiam juris consulti hæc interpretantes, generis ratione ad intellectum, non ad vocem relata. Ergo & Gellius agnoscit exigi titulum singulorum scriptorum nempe in libello, vel palam proposito & nomina eorum, qui venales modo ducuntur, complexo, vel quem præco habet in manu, ut ex eo persequatur ordinem vendendorum nominibus singulorum pronunciatis. *Jac. Gronov.*

4 *Uti scriptus sit, curato*] Guil. Ranchinus 1 Var. 4. *curanto*. scilicet mangones sive venaliciarii. *Gronovius.*

5 COERATO] id est, *curato*. Ita apud Ausonium *cœbus* pro *cubus*, *gœrus* pro *gyrus*, ita enim apud poëtam legitur,

Octo & octoginta gœris, & super triborio
Additis ad hos priores gœros geminis orbibus.

Scaliger hic legit, *coirato.*

6 *Noxave solutus non sit*] Id est noxali judicio subjectus, ut interpretatur JC. in l. 17. §. 1. Eod. Noxis tamen solutus etiam servus dici potest, ob cujus noxam nihil debetur, vel qui nemini est obnoxius, solutus omni obligatione, quæ ex noxa contrahitur, sive noxam nullam commiserit, sive quod satis factum sit. De Noxalibus Actionibus vide titulos Instit. & Pandectarum.

7 *Quantumque morbus à vitio differret*] Quid sit morbus & vitium Cicero lib. 4. Tusc. ostendit: *Morbum appellant*, inquit, *totius corporis corruptionem, ægrotationem morbum cum imbecillitate; vitium cum partes corporis inter se dissident, ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas.*

8 *Cæcilius Sabinus*] Legitur quoque *Cælius*. Verba fere eadem occurrunt apud Ulpianum l. 1. §. 7. ff. de Ædilitio Edicto. Verba ita se habent: *sed sciendum est morbum apud Sabinum* (omissum videtur *à Labeone*) *sic definitum esse, habitum cujusque cor-*

lius Sabinus, in libro quem de edicto ædilium curulium composuit, Labeonem refert, quid esset *morbus*, hisce verbis definisse: *Morbus est habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus facit deteriorem.* Sed *morbum* aliàs in toto corpore accidere dicit, aliàs in parte corporis. Totius corporis *morbum* esse, [10] [11] veluti sit phthisis aut febris: partis autem, veluti sit cæcitas aut pedis debilitas. [12] *balbus autem*, inquit, & [13] *atypus vitiosi magis quàm morbosi sunt: ut equus mordax, aut calcitro, vitiosus non morbosus est.* [14] [15] *Sed cui morbus est, idem etiam vitiosus est. Neque id tamen contra fit. Potest enim, qui vitiosus est, non morbosus esse. Quamobrem, quum de homine morboso* [16] *ageretur, nequaquam*, inquit, *ita diceretur:* [17] QVANTI. OB. ID. VITIVM. MINORIS. ERIT. De

corporis contra naturam, qui usum ejus ad id facit deteriorem, cujus causa (hæc verba apud Gellium non habentur) *natura nobis ejus corporis sanitatem dedit. Id autem alias in toto corpore, alias in parte accidere, namque totius corporis morbus est, puta phthisis id est tabes, febris: partis, velut cæcitas* (Addit Gellius *aut debilitas pedis*) *licet homo itaque natus sit.*

9 *Cæcilius Sabinus in libro*] Reg. & Rot. & Lincoln. *Cælius Sabinus*, quemadmodum Carrio & Stephanus ante annos LXXXV ediderunt. Adde Menagium cap. 22 Amœnitatum. *Gronovius.*

10 *Veluti phthisis aut febris*] Morbi quidam totius corporis atque substantiæ sunt, ut phthisis, gangræna. Febres etiam putridæ non totius substantiæ, sed simplicis intemperiei morbi sunt.

11 *Veluti phthisis aut febris, partis autem veluti cæcitas*] Hæc quoque mutilari necesse non erat. Scripti *veluti fit phthisis.* dein, *veluti fit cæcitas.* Gronovius.

12 *Balbus autem, inquit, & atypus*] L. 10. π. ς. D. de ædil. edict. *balbus & blæsus & atypus, isque qui tardius loquitur.* Glossarium vetus: *Atubus* μογιλάλος, μογγός. Et rursus: *Hatubus* μογιλάλος. Scaliger 2 Auson. Lect. 9 *attubus* facit, & Ausonii epist. 22 legi vult: *Canus, comosus, hispidus, trux, attubus.* Satis placet τὸ ἄτυτος. Idem.

13 *Atypus*] Occurrit quoque illud vocabulum in l. 10. §. ult. ff. de Ædilit. Edicto. ubi ita legendum esse ex Pandectis Florentinis monet Budæus, nam vulgo *antripus* legebatur, vel etiam *atraphus. Athiphus* legitur in antiquissima Veneta, in Badiana *atypus*, recte. Glossæ Philoxeni, *batubus* (lege *atypus*) μογιλαλος, id est, qui ægre & impedite loquitur: μογιλάλοι Aëtio lib. 8 cap. 38. οἱ μόγις διαλεγόμενοι. Dicuntur & ἀγκυλώγλωσσοι, nisi quod Aëtio ωογιλάλοι dicantur, qui ex affectione quadam, alii qui etiam ex nativitate impedite loquuntur. Paniciatus apud Gyraldum legit *aphtha*, Egnatius *aphthicus*, id est, qui aphtis sive serpentibus oris ulceribus laboraret. Sed hoc non vitium sed morbum esse ex medicorum libris liquet. Gyraldus legebat *alphicus*, id est, qui vitiligine vel impetigine laborat. De qua ita loquitur C. Celsus: *Vitiligo quoque, quamvis per se nullum periculum adfert, tamen fœda est, & ex malo corporis habitu fit. Ejus tres species sunt, alphos vocatur, ubi color albus est & fere subasper, & non continuus, ut quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur: interdum etiam latius & cum quibusdam intermissionibus serpit, &c.* Ex quibus Celsi verbis elici quoque arbitratur, *alphon* vitium tantum, non morbum esse. Utique & JC. Trebatius in l. 6. de Æd. Ed. *impetiginosum, non esse morbosum* dixit, *si eo membro ubi impetigo est, æque recte utatur.* Omissis aliorum divinationibus, *atypus* retinendum est. Atypi autem Budæo appellantur, qui non satis expedito plectro linguæ utuntur, neque expressa verba pronunciant. Sicuti enim ἔκτυπος *expressum*, ita ἄτυπος contrarium denotat.

14 *Sed cui morbus est*] Forsan legendum, *qui morbosus est.* Primis enim editionibus leguntur sequentia verba, *is etiam vitiosus est* & quæ sequuntur de *morboso*, & *vitioso* idem confirmare videntur.

15 *Cui morbus est, id etiam vitiosum est*] Sic Carrio. Priores, *is etiam vitiosus est.* Lincoln. *id etiam vitiosus est.* Reg. & Rott. *idem etiam vitiosus est.* Gronovius. Vetustissima sequi præstat.

16 *Ageretur, nequaquam, inquit, ita diceretur*] Lege cum tribus membranis: *Quamobrem, cum de homine morboso agetur, nequaquam, inquit, ita dicetur.* Gronovius. Sed in Regio & Lincoln. est *neque inquit.*

17 *Quanti ob id vitium minoris erit*] Non male: sed quia scripti, *quando*, videtur auctor reliquisse, *quanto ob id vitium minoris erit.* Gronovius.

18 *Sues*

De eunucho quidem quæsitum est, an contra edictum ædilium videretur venundatus, si ignorasset emtor eum eunuchum esse. Labeonem respondisse ajunt, redhiberi posse quasi morbosum: [18] [19] sues autem feminas, si steriles essent, & venum issent, ex edicto ædilium posse agi Labeonem scripsisse. De sterili autem muliere, si nativa sterilitate sit, Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt. Nam quum redhiberi eam Labeo, quasi minus sanam, [20] [21] putasset necesse: *non oportere* ajunt Trebatium [22] ei edicto apposuisse, *si ea mulier à principio genitali sterilitate esset.* At si valetudo ejus offendisset, exque ea vitium factum esset, ut concipere fetus non posset; tum sanum non videri, & esse in causa redhibitionis. [23] De myope quoque, [24] qui *luscitiosus* Latinè appellatur,

18 *Sues autem feminas*] Hæc pertinent ad secundam partem edicti, quæ agit de jumentis & pecore. vide l. 38. ff. de Æd. Ed. Male hæc Gellius cum prima parte, quæ agit de servis, commiscuit. *Thys.* At has edicti partes non respicit Gellius, & jungit, quæ putabat jungi posse commode, ut sunt exempla sterilitatis in eunucho, sue, muliere.

19 *Sues autem fœminas si steriles essent*] Rot. & Reg. *Sues etiam fœminas.* Gronovius.

20 *Necesse*] Abest à veteri editione.

21 *Putasset necesse non oportere ajunt Trebatium ei edicto apposuisse*] Locus satis vexatus. Romæ datum & Gryphio repetitum: *putasset non oportere Trebatium ex edicto apposuisse.* Aldus, *putasset necesse autem Trebatiam ex edicto apposuisse.* Vascosanus & Ascensius; *putasset necesse ajunt Trebatium.* Fulvii quoque Ursini codex exsulatum mittit τὰ *non oportere*, & Lincoln. qui *necesse autem Trebatium.* Rott. & Reg. *putasset necesse esset Trebatium ex edicto apose.* Lege: *Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt. nam cum redhiberi eam Labeo, quasi minus sanam, putasset, negavisse Trebatium ex edicto agi posse, si ea mulier à principio genitali sterilitate esset.* In illo *negavisse* intelligimus ex superioribus *dicunt*: itaque cur interjicerent τὸ *ajunt*, nihil erat causæ. *Negavisse* autem, ut mox: *Labeo in causa esse redhibendi negavit. Ex edicto agi posse*, i. redhiberi mulierem posse: ut paullo ante, *Sues autem fœminas, si steriles essent & venum issent, ex edicto ædilium posse agi Labeonem scripsisse. Genitali sterilitate* Reg. Rot. nec non Fulvianus, sine media præpositione *IN*, ut item supra: *si nativa sterilitate sit.* Gronovius. Hæc quum procedant optime; tum sane in Regio codice notavi *putasse ajunt Trebatium*, quod nescio quî fugerit oculos: unde patet τὸ *necesse* degenerasse ex *negasse* non *negavisse*, (quod quidem oportune hîc excogitatum est) & verbum *ajunt* prorsus venisse ex manu Gellii: sicut enim nec ipsum verbum *dicunt* necessarium hoc loco est, & ab præcedente *ajunt* commode poterant omnia pendere, quod tamen Gellio placuit interponere; ita hoc postremum *ajunt*, quod sane potest abesse, ita quoque videtur etiam appositum voluisse. *Jac. Gronov.*

22 *Ei edicto*] Vetus editio, *ex edicto.*

23 *De myope quoque*] Myopem cum luscitioso hic confundit auctor noster. Sed myopes juxta quosdam acute vident propinqua & noctu acutius, remota non vident. Auctor Isagoges: μύωπας δέ λέγουσι τὰς τὰ μὲν σύνεγγυς ἐλλιπούσας τὰ δὲ πόρρωθεν μὴ ὁρῶντας. Ita & Aristot. Probl. Sect. 31. P. Ægineta lib. 3. cap. 32. Aphrodiseus lib. 1. Prob. 74. Luscitiosi interdiu vident, non vesperi aut noctu. Plinius lib. 28. cap. 11. luscitiosos Græcis νυκτάλωπας dici testatur. Quos Galenus nocturno tempore non videre affirmat. Ulpianus JC. in l. 10. §. 4. ff. de Ædil. Ed. *Sed & νυκτάλωπα, id est, luscitiosum, morbosum esse constat, id est, ubi homo neque matutino tempore videt, neque vespertino, quod genus morbi Græci* νυκταλωπίαν (ita legendum) *appellant. Luscitionem eam quidam esse putant, ubi homo lumine adhibito nihil videt.* Contra Hippocrates lib. 2. Prædict. νυκτάλωπας noctu acutius cernere commemorat. Cæterum duplex & contrarium oculorum vitium esse videtur, quod Latini luscitionem appellant. Plinius lib. 11. cap. 37. *Multorum visus fulgore solis constat, nubilo die non cernentium nec post occasus. Alii interdiu hebetiores, noctu præter cæteros cernunt.* Myopia itaque diversa antiquis; illam quæ primo membro à Plinio ponitur, amplectuntur Varro, Nonius, apud quem corrupte μώωπες legitur, & Ulpianus, alteram Festus Pompejus & Fulgentius Planciades.

24 *Luscitiosus*] Idem & nuscitiosus Festo appellatur, cum inquit: *Nuscitiosum Attejus Philologus ait appellari solitum, qui propter oculorum vitium parum*

tur, [25] & περὶ ὀδόντα[a] dissensum est; [26] alii enim redhiberi omnimodo debere, alii contra, nisi id vitium morbo contractum esset. Eum verò, cui dens deesset, Servius redhiberi posse respondit; Labeo in causa esse redhibendi negavit. *Nam & magna*, inquit, *pars dente aliquo carent: neque eo magis plerique homines morbosi sunt. & absurdum admodum est dicere, non sanos nasci homines, quoniam cum infantibus non simul dentes gignuntur.* Non prætereundum est, id quoque in libris veterum jurisperitorum scriptum esse *morbum* & *vitium* distare: [27] quòd *vitium* perpetuum, [28] *morbus* cum accessu discessuque sit. Sed hoc si ita est; neque cæcus neque eunuchus morbosus est, contra Labeonis, quam suprà dixi, sententiam. Verba Massurii Sabini apposui ex libro juris civilis secundo: *Furiosus* [29] *mutusve, cuive quod membrum lacerum læsumque est, aut obest quominus ipse aptus sit, morbosi sunt.* [30] *Qui non longè videt, tam sanus est, quam* [31] *qui tardius currit.*

a *De edentulo.*

parum videret, ac P. Opilius Aurelius nuscitiones esse cæcitudines nocturnas, Ælius Stilo, qui plus videret vesperi, quam meridie, nec cognosceret, nisi quod usque ad oculos admovisset.

25 *Et περὶ ὀδόντα quoque dissensum*] Sic Gryphius. Romæ & Venetiis: *Demum ope περὶ ὀδόντων id est de edentulo quoque.* Aldus & Vascos. omiserunt *τὰ id est edentulo quoque.* Sed in scriptis nec τ' & περὶ ὀδόντα ullum vestigium est. Et sane quæ sequuntur, id additamentum spernunt segregantque; tantummodo enim de myope pronuntiantur: quum si junctim nominasset ambos & quasi divisionem dicendorum fecisset, de priore sic loquendum habuisset: *myopem vel luscitiosum alii redhiberi debere.* Homo non indoctus quum ad marginem posuisset exemplaris sui περὶ ὀδόντ, hoc tanquam auctoris in idl, quod parabat, exemplar retulit librarius. *Gronovius.*

26 *Alii enim redhiberi omnimodis debere*] A Carrione: olim enim *omnino.* Ego ut illud haudquaquam improbo, ita ex mera libidine inculcare antiquis incivile censeo. Regius, *alii eum.* & hoc quoque argumentum est τὰ περὶ ὀδόντα *quoque* supposita esse. Dein Reg. Rott. Lincoln. *omnimodo.* Idem.

27 *Quod vitium perpetuum*] Ita quoque loquitur JC. in l. 101. §. pen. D. de V. S. *Verum est morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, vitium vero perpetuum corporis impedimentum.* Et Nonius Marcellus: *Morbum à vitio prudentia veterum sic voluit separari: ut sit morbus, quum accessit, utique aut temporis aut contagii; vitium perpetua & insanabilis atque irrevocabilis causa.* Medici tamen hæc vocabula quoque confundunt. Ita Celsus lib. 3. c. 6. *Vitium levius & vehementius* pro *morbo* dixit, & lib. 7. c. 14. Atque ita Scribonius Largus passim loquitur.

28 *Morbus cum accessu discessuque fit*] Ambo scripti *decessuque.* Cornelius Celsus lib. 3 cap. 3. *Aliæ diem noctemque accessione & decessione implent, aliæ minus, aliæ plus: aliæ cum decedunt, sudorem movent, aliæ non movent.* Gronovius.

29 *Mutus*] Ulpianus in l. 9. *Mutum morbosum esse Sabinus ait: morbum enim esse, sine voce esse, apparet. Sed qui graviter loquitur, morbosus non est, nec qui ἀσαφῶς, id est, obscure. Plane qui ἀσημως, id est, sine ulla significatione loquitur, hic utique morbosus est.*

30 *Qui non longe videt*] Reg. Rot. Lincol. *Qui natura longe minus videt.* Scilicet *natura* est imbecillitate oculorum, ut supra loquitur, nativa; non orta ex valetudine. *Gronovius.*

31 *Qui tardius currit*] Antiquiss. Ven. Ed. *Qui tardus currit.*

CAP. III.

Quòd nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante Carvilianum divortium: atque inibi quid sit propriè pellex: quæque ejus vocabuli ratio sit.

MEMORIÆ traditum est, [1] [2] quingentis fere annis post Romam conditam, nullas [3] rei uxoriæ neque actiones [4] neque cautiones [5] in urbe Romana aut in Latio fuisse: [6] quia profectò nihil desiderabantur, [7] nullis etiam tunc matrimoniis divertentibus. Servius quoque Sulpicius in libro, quem composuit de dotibus, tùm primùm cautiones rei uxoriæ [8] necessarias esse visas scripsit, quum Sp. Carvilius, cui Ruga cognomentum fuit, vir nobilis, divortium cum uxore fecit; quia liberi ex ea, corporis vitio, non gignerentur, [9] [10] anno urbis conditæ IↃXXIII [11] M. Ati-

1 *Quingentis fere annis*] Puto hîc excidisse vocem *plus*, & scriptum olim fuisse à Gellio: *quingentis plus fere annis P. R. C.* uti supra lib. 17. cap. 21. *Post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere centum sexaginta.* Si enim simpliciter legas *quingentis fere annis P. R. C.* idem prorsus valet particula *fere*, quod formula *non longe minus*, qua consimili ratione utitur lib. 20 cap. 1. *A quo tempore*, inquit, *ad hunc diem anni esse non longe minus septingenti videntur.* Hanc autem significationem hoc loco particulæ *fere* attribuere, contra ipsum Gellium est, qui paulo post expressim ait, Sp. Carvilium Rugam primum fecisse divortium sub Consulatu M. Atilii & P. Valerii, qui, uti volunt accuratiores Chronologi, incidit in annum v. c. IↃXXVII. Quare aut vocula *plus* hîc inserenda est, aut cum Tertulliano legendum *sexcentis fere annis P. R. C.* Tertulliani locus est Apologetici cap. 6. *Ubi est illa*, inquit, *felicitas matrimoniorum de moribus utique prosperata, quâ per annos ferme sexcentos ab Urbe condita nulla repudium domus scripsit?* &c. *Lambecius. Fere* tamen pro *circiter* hic poni videtur, & in ea particula continetur paulo plus aut minus, ut ajebat Ennius; prout nempe res poscebat, ut hoc loco plus.

2 *Quingentis fere annis*] Numero rotundo: ut Florus à Romulo in Cæsarem Augustum septingentos computat. Neque aliter MSS. Cujacius tamen *sexcentis* malit ex Tertulliani de Monogamia & Apologetico, 1. Observ. 39. Lambecius, *quingentis plus fere annis.* Gronovius.

3 *Rei uxoriæ neque actiones*] Quoties nimirum post divortium de dote contentio est, juxta Boëthium in Topica Ciceronis. Ejus actionis hæc formula erat, QUANTUM ÆQUIUS MELIUS, ut Cicero lib. 3. offic. testatur. vide tit. Dig. & C. *Soluto matrim.* & l. un. C. de Rei uxor. Actione.

4 *Neque cautiones*] Cautiones dicuntur promissiones, fidejussiones, vel satisdationes.

5 *In urbe Romana*] Antiq. Edit. *in urbe Roma.* Imo sic legitur in codice Regio.

6 *Quia profectò*] Legitur quoque, *quum profectò non desiderabantur*, vel *quia profectò nihil desiderabatur*, ut est in Regio.

7 *Nullis etiam tunc matrimoniis divertentibus*] Dionysius Halicarnasseus lib. 2. ne quidem fuisse eam libertatem primis & antiquis temporibus testatur, ideoque tam longo temporis spatio nulla divortia fuisse.

8 *Necessarias*] Recte, quia antea nulla erat libertas divertendi.

9 *Anno urbis conditæ* IↃXXIII.] De anno primi divortii ipse sibi Gellius non constat. Infra enim lib. 17 cap. 21 id factum dicit anno v. c. IↃXIX. hîc contrà anno IↃXXIII. Utrobique haud dubie in scriptura numeri erratum est. Rescribendum censeo IↃXXVII, in quem annum V. C. incidit consulatus M. Atilii Reguli & P. Valerii Flacci, uti placet Varroni, Verrio Flacco, & aliis diligentioribus temporum scriptoribus. *Lambecius.*

10 *Anno V. C. DXXIII*] Scriptus uterque, *quingentesimo vigesimo tertio.* At lib. 17 cap. 21 eum annum edit quingentesimum undevicesimum. ad quem annum vide Stephanum Pighium in annalibus. *Gronovius.*

11 *M. Atilio P. Valerio Coss.*] Dicit hoc factum Dionysius anno post quingentesimum vicesimo, centesima tricesima septima Olympiade, M. Pomponio & C. Papirio coss.

12 *Ca-*

Atilio, P. Valerio coss. atque is Carvilius traditur uxorem, quam dimisit, egregiè dilexisse, [12] carissimamque morum ejus gratia habuisse; [13] sed jurisjurandi religionem animo atque amori prævertisse; quod [14] jurare à censoribus coactus erat uxorem [15] [16] se liberûm quærendûm gratia habiturum. *Pellicem* autem appellatam, [17] probrosamque habitam [18] eam, quæ juncta consuetaque esset cum eo, [19] in cujus manu mancipioque alia

12 *Carissimamque morum ejus gratia habuisse*] Christ. Colerus *morum ejus gratiam*, Parergorum cap. 20. Non videtur necessarium. *Gronovius.*

13 *Sed jurisjurandi*] Dionysius Halicarnasseus lib. 2. etiam testatur jurare cõactum à censoribus liberorum gignendorum gratia se matrimonium colere: erat autem ei conjux sterilis.

14 *Jurare à censoribus coactus*] Iisdem pæne verbis refert hoc divortium Dionys. Halicarn. lib. 2. Πρῶτος ἀπολυσας λεγεται την ἑαυτῦ γυναικα Σπύριος Καρβίλλιος, ἀνηρ ὐκ ἀφανὴς, ἀναγκαζομενος ὑπὸ τῶν Τιωητῶν ὀμόσαι, τέκνων ἕνεκα γυναικι συνοικεῖν. Solennis autem formula legitimi conjugii, *liberorum quærendorum gratia*, quam Aristænetus elegantissime Græce reddidit, ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησιων γαμετην ἀγειν· Damascius in vita Isidori γυναῖκα παιδοποιοι ἄγειν, Pythagoras in Symbolis γυναικὶ πλησιάζειν ἐπὶ τεκνοποιίᾳ. Similem habes divortii causam apud Photium in Excerptis ex Isidori Philosophi vita: ὁ δὲ πάντων σωφρονέσταλος Θεοσέβιος, κὴ την πρὸς γυναῖκα παιδοποιὸν ὁμιλίαν ἐδέξατο. ἐπὶ δὲ παίδας ὐκ ἐγεννάτην, κατασκευασάμενος ὁ Θεοσέβιος τὸν τῆς σωφροσύνης δακτύλιον, ὦ γύναι, φησὶ τῇ γυναικὶ, πάλαι μὲν σοι ἐπιδέδωκα δακτύλιον παιδαγωγὸν συμβιώσεως ἀσωσην· τὰ νῦν δὲ τοῦτον ἐπιδίδωμί σοι σωτρονισην, ἐπίκουρόν σοι παρεσόμενον ἀεὶ τῆς σώφρονος οἰκειίας. εἰ μὲν ὃν δυνήσῃ τε καὶ θελήσεις ἐμοὶ συμβιῶναι τὸν καθαρώτερον τροπον· εἰ δὲ μη, ἔξεσιν ἀπαλλαττεσθαι πρὸς ἕτερον, εὐσεβῶς κὴ πράως ἐκδιδομένην παρὰ φίλῳ φίλην &c. Ubi inprimis nota elegantissime vocari annulum pronubum seu sponsalicium, ἁρμοσην παιδαγωγὸν συμβιωσεως, & cum uxore legitime congredi την πρὸς γυναῖκα παιδοποιὸν ὁμιλίαν δέχεσθαι. Lambecius. Illustrare se venditat, quod diu ante illum fuit nemini ignotum: & formulam solennem fuisse, notavit Lipsius ad Taciti undecimum annalem cap. 27, seu dicas *suscipiendorum* ex Tacito, seu *procreandorum* ex Augustino aliisque, sed melius & magis proprie *quærendûm*, ut retinuit Valerius Maximus, quæ omnia ibi citantur, & ad Valerium retulit Rupertus pag. 479, & clarissima fide testantur exempla prisca ab Festo Pompeio servata in v. Quæso; eaque rursus annotata fuerunt ad Des. Heraldo ad Arnobii librum VII pag. 263, ubi plena vela pandit & verbi hujus & rei declarationi, ut nunc ob causam singularem refert Pater. Itaque hinc etiam voluit Gellius scribere 14, 1. *Nuptiarum tempore, ex quibus liberi quærerentur*, ut & 17, 21. ubi rursus ait *uxorem se liberûm quærendorum causa habere*, non *ducere*, ut citat ibi Heraldus. Verum omnia Romanæ hujus loquutionis pignora præponderat id quod Valerius Probus nobis reliquit, nempe literas solitas usurpari I. N. Q. Q. easque notare JVSTIS NVPTIIS QVÆSITVS QVÆSITA. *Jac. Gronov.*

15 *Se liberûm quærendorum*] Hoc in ipso matrimonio hîc contigisse liquet. Initio matrimonii antiquitus hoc curabant auspices, postmodum proxenetæ veteris consuetudinis vestigia ipso nomine usurparunt. Valerius Maximus lib. 2 cap. 1. *Apud antiquos non solum publice, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto: quo ex more nuptiis etiamnum auspices interponuntur. Qui quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpant.* Idem Cicero l. 2. de Divinatione refert. De liberis quærendis ita loquitur ex Varrone Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16. *Mundus cum patet, deorum tristium atque inferûm quasi janua patet, &c. propterea uxorem liberorum quærendorum causa ducere religiosum est.*

16 *Liberum quærendorum gratia*] Regius, *quærendum*. Rott. *quærundum*. Ut Ennius Andromeda: *Liberum quæsendum familiæ matrem suæ.* Cresphonte: *Ducit me uxorem liberum sibi quæsendum gratia.* Gronovius.

17 *Probrosamque habitam eam quæ*] Nec Regius nec Rott. nec Lincoln. τῳ *eam* utuntur. *Gronovius.*

18 *Eam*] Abest à Badiana editione.

19 *In cujus manu, mancipioque*] In manu esse uxores dicuntur, & in manum mariti convenire, quotiens per coëmptionem matres familias fiebant. Mancipium quoque dominium vocabatur, quod per nexum acquisitum esset. Mulieres autem, quæ erant in perpetua tutela, tutorum potestate emancipabantur, atque ita in manum mariti conveniebant. Fiebat itaque per hanc emancipationem minima capitis deminutio, sicut Boëthius testatur, & expressè Ulpianus: *minima capitis deminutio est, per quam libertate & civitate salva status duntaxat*

alia matrimonii causa foret, hac antiquissima lege ostenditur, quam Numæ regis fuisse accepimus: [20] [21] PELEX. ASAM. IVNONIS. [22] NE. TAGITO. SI. TAGET. [23] IVNONI. [24] CRINIBVS. DEMISSIS. [25] ARNVM. FEMINAM. CAIDITO. [26] Pellex autem quasi πάλλαξ, id est, quasi [27] παλλακὶς: ut pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est.

hominis mutatur. Quod fit adoptione, & in manum conventione.

20 *Pellex asam Junonis*] *Aram* Carrio à Festo in Pellices mutuatus est; *asam* fecit ipse, quod antiquissimos hanc pro canina litera tradatur adamasse. Cæterum scripti ambo, ut superiores editi *aedem*: deinde *agnum*, non *arnum*, quod L. Fruterius in epist. ad Muretum finxit ex Festi *Arnæ caput*. Gronovius.

21 ASAM] *Aram* antiquos etiam *asam* appellasse satis constat. Causam Macrobius ex Varrone refert lib. 3. Saturn. cap. 2. cujus hæc verba sunt: *Varro Divinarum libro quinto dicit aras primum asas dictas; quod esset necessarium à sacrificantibus eas teneri. Ansis autem teneri solere vasa, quis dubitet? Commutatione ergo literarum aras dici cœptas, ut Valesios, & Fusios dictos prius, nunc Valerios & Furios.*

22 NE. TAGITO] Antiquo more loquendi, pro NE TANGITO, uti vulgo hic legitur.

23 JUNONIS] Juno enim nuptiarum præses censebatur.

24 CRINIBUS DEMISSIS] Fruterius legit, *crinibus demessis*, quod erat magnum probrum, cum in honorem Junonis comere capillos solitæ essent mulieres. Tibullus lib. 4. Eleg. 6.

Lota tibi est hodie, tibi se lætissima comsit,
Staret ut ante tuos conspicienda focos.

25 ARNUM FEMINAM] Veteres editiones, *agnum feminam*. ARNUS ἀπὸ τῦ ἀρνὸς, genitivo casu ex ἀρὴν derivatur. Ἄρνα autem masculino & fœminino genere Græci agnum vel agnam appellabant. *Arnam* fœminino genere quoque dixit Festus: *Arnæ caput, agnæ caput*. Oves & agnas sacrificari solitas Junoni satis constat. Fulgentius de Prisco sermone: *Bæbius Macer, qui fastalia dierum scripsit, ait, Iunoni eas, quæ geminas parerent, oves sacrificare, cum duobus agnis altrinsecus alligatis, quas oves ambignas* (Ita emendandum pro *ambiguas*) *vocari, quasi ex utraque parte agnos habentes.*

26 *Pellex autem*] Ab inusitato verbo *lacere*, quo verbo Lucretius non semel utitur, *pellicere* derivatur, hinc *pellices* dictæ, quæ amatoriis verbis alienos viros ad se pellicerent. Ex eodem fonte *pellacem* Ulyssem dixit Virgilius 2. Æneid. & *pellacia ponti* Lucretio. Alii pellicem à pellendo dictam existimant, quod legitimam uxorem à marito fere pellat.

27 Παλλακὶς] Adolescentula, vel etiam concubina. Hinc Hesychio ἐκπαλλακίδιοι, spurii, nothi.

CAP. IV.

Quid Servius Sulpicius in libro, qui est de dotibus, scripserit de jure atque more veterum sponsaliorum.

SPONSALIA in ea parte Italiæ, [1] quæ *Latium* appellatur, hoc more atque jure solita fieri scripsit Servius Sulpicius in libro, quem scripsit [2] de dotibus: *Qui uxorem*, inquit, *ducturus erat*, [3] *ab eo, unde du-*

1 *Quæ Latium*] In margine mei codicis adscriptum, *quod Latium*. Antiquum Latium situm erat inter Tiberim & Circeios ad quinquaginta millia passuum, ut scribit Plinius lib. 3. cap. 5. Auctis finibus, teste Servio inter Tiberim & Vulturnum. Vide Cluveri Italiam.

2 *De Dotibus*] Id juxta Gellium testatur Neratius lib. 2. Membranarum in l. 8. D *Causa data, causa, &c.* Ex eodem proculdubio libro sunt, quæ citantur in l. 79. *De Iur. Dot. & in l. 6. de Dote Præleg.*

3 *Ab eo unde ducenda erat*] Interpretatur Prousteus: postulabat ut is, a quo erat accipienda in uxorem, promitteret fore ut illam certo haberet conju-

ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri ; [4] *cui daturus erat, itidem ſpondebat* [5] *daturum. Is contractus ſtipulationum* [6] *ſponſionumque dicebatur ſponſalia. Tum, quæ promiſſa erat,* [7] *ſponſa appellabatur; qui ſpoponderat ducturum, ſponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur; qui ſtipulabatur ex ſponſu agebat. Judices cognoſcebant. Judex, quamobrem data acceptave non eſſet uxor, quærebat. Si nihil juſtæ cauſæ videbatur, litem pecunia æſtimabat : quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum, qui ſpoponderat aut qui ſtipulatus erat, condemnabat.* Hoc jus ſponſaliorum obſervatum dicit Servius ad id tempus, quo civitas [8] univerſo Latio [9] lege Juliâ data eſt. Hæc eadem [10] Neratius ſcripſit, in libro, quem de nuptiis compoſuit.

conjugem. Quod ſi is ſenſus eſt, qui ſane videtur eſſe; quid igitur? an non & is ipſe intelligitur per voces præcedentes *qui uxorem ducturus erat*? Omnino quidem. atque ita is qui uxorem ducturus erat poſtulabat talem promiſſionem ab ſeſe ipſo: nam ab ipſo erat accipienda in uxorem, ut interpretatio eſt Prouſtei. Debuerat igitur edere *qui uxorem daturus erat*, ut edidit Stephanus; quod videtur placuiſſe patri, unde intelligit qui collocaret filiam pater aut puellam auctor, ſtipulabatur à proco ductum iri: idque videtur ſententia requirere, ſed contra MSStos, qui habent illic *ducturus*, vel *dicturus*. Jac. Gronov.

4 *Qui daturus erat, itidem ſpondebat daturum*] Non aliter Romana & Veneta. Aldus, Vaſcoſ. Gryphius ignorant τὸ *daturum*. Ignorant & Reg. & Rot. qui præterea cum tertio: *cui ducturus erat*. Lego: *cui daturus erat, idem ſpondebat*. Nam qui collocaret filiam pater aut puellam auctor, ſtipulabatur à proco ductum iri. Procus id ipſum, nempe ab ſeſe domum ductum iri, ſpondebat & repromittebat. Quod ſequitur, mancum & numeris defectum videtur: *Sed ſi poſt eas ſtipulationes uxor non dabatur aut non ducebatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat*. Nam τὸ *non dabatur* reſpicit ſtipulantem, τὸ *non ducebatur* ſpondentem: non igitur nec ſtipulationes ſolas, nec ſolum qui ſtipulabatur, commemorari ſufficit; verum dicendum erat: *Sed ſi poſt eas ſtipulationes ſponſioneſque uxor non dabatur aut non ducebatur, qui ſtipulatus fuerat aut qui ſpoponderat, ex ſponſu agebat*. vel *agebant*. Sic ſequitur: *quamobrem data acceptave non fuiſſet uxor*. nam ita ſcripti, non *eſſet*. Item, *quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari*. Denique: *qui ſpoponderat, quive ſtipulatus erat*. Sic enim ſcribo, quia τὸ *aut* in utroque ſcripto ἀπροσδιόνυσον. Gronov.

5 *Daturum*] Ita ant. Ven. Ab Aldina Edit. & quibuſdam aliis abeſt.

6 *Sponſionumque dicebatur*] Bourdelotius, Salmaſius, Lambecius, frater in codice Regio non viderunt has voces; ego autem notavi abfuiſſe modo *quæ dicebatur*, ut legatur illic *is contractus ſtipulationum ſponſionum ſponſalia*, quod mihi videtur præclarum etiam. Sed & infra legebatur ibidem *eum, qui ſpoponderat, qui ſtipulatus erat*, absque *aut*, ut jam notavit pater. Jac. Gronov.

7 *Sponſa appellabatur*] Huc quoque pertinet l. 2. & 3. D. de Sponſal. primo Virgo *ſperata* dicebatur; cum conventa erat conditio, *pacta*; ubi interpoſitæ ſtipulationes, *ſponſa*. Arnobius lib. 4. contra Gentes: *Habent ſperatas, habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas*. Vide Briſſonium de Formulis p. 543.

8 *Quo civitas univerſo Latio*] Civitatis jus, ferendi ſuffragii, & adipiſcendorum magiſtratuum, ſociis & Latinis omnibus tributum, belli Italici extinguendi cauſa. Vide Sigonium de Antiquo jure Latii. Velleius Paterculus lib. 2. *Tam varia atque atrox fortuna belli Italici fuit, ut per biennium continuum duo Romani Conſules, Rutilius ac deinde Cato Porcius ab hoſtibus occiderentur, exercitus P. R. multis in locis ſunderentur, utque ad ſaga iretur, diuque in eo habitu maneretur. Caput imperii ſui Corſinium legerant, quod appellarunt Italicum. Paulatim deinde recipiendo in civitatem (quod jus antea efflictim petierant) qui arma aut non ceperant aut depoſuerant maturius, vires refectæ ſunt.*

9 *Lege Iulia*] Hanc legem tulit Sextus Julius Cæſar Conſul cum L. Martio anno DCLXII. L. Cæſarem hujus legis auctorem eſſe cenſet Manutius, qui cum P. Rutilio conſul fuit. Lex autem Julia appellata, quod Rutilio in prælio occiſo, ſolus eam Cæſar tuliſſet.

10 *Neratius*] Neratium Priſcum intelligit, quem admodum familiarem fuiſſe Trajano conſtat. Membranarum, Reſponſorum, & Regularum libros conſcripſiſſe ex Jure Civili liquet. Liber quidem hic de Nuptiis in Jure Civili, quod ſciam, non citatur.

sed huc referri posse videntur, quando Neratius l. 5. & l. 20. D. de Jur. Dotium citatur. *Thysius.* Interim MSS. Reg. & Lincoln. habent *Veratius*, quod ipsum nomen & eruditione clarum testatur Macrobius, quem vide, nisi sit is idem Veranio: nam quum à Macrobio citatur in Pontificalibus Quæstionibus, ejus mentionem ex hoc scripto antiquoties facere videtur Festus ille Pompejus. *Jac. Gronov.*

CAP. V.

Historia narrata de perfidia haruspicum Etruscorum: quodque ob eam rem versus hic à pueris Romæ urbe tota cantatus est; Malum consilium consultori pessimum est.

STATUA Romæ [1] in comitio posita [2] Horatii Coclitis fortissimi viri [3] de cælo tacta est. [4] Ob id fulgur [5] [6] piaculis luendum, haruspices ex Etruria acciti, inimico atque hostili in populum Romanum animo, instituerant eam rem contrariis religionibus procurare. Atque illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperam transponi, quem sol [7] oppositu circum undique aliarum ædium nunquam illustraret. Quod quum ita fieri persuasissent, delati ad populum proditique sunt; & quum de perfidia confessi essent, necati sunt. constititque eam statuam, proinde ut veræ rationes post compertæ monebant, in locum editum subducendam, atque ita [8] in area Volcani sublimiori loco statuendam: [9] eaque res benè & prosperè reipubl. cessit. Tunc igitur, quòd in

1 *In comitio*] Fuit comitium foro conjunctum, imo pars fori à Palatii porta incipiens, & finiens ad templum quod nunc vocatur D. Mariæ Novæ, quo S.P.Q.R. etiam coïre solitus fuit. Hinc Varro lib. 4. de Ling. Lat. dicit comitium inde primum nomen accepisse, quod comitiis curiatis Populus illuc conveniret. Et frequentes illic fuere statuæ.

2 *Horatii Coclitis*] Qui sustinuit solus exercitum Hetruscorum, & ponte sublicio rupto incolumis ad suos transnatavit. Cocles autem appellatus, quod unum oculum in alio prælio amisisset. Cocles enim μονόφθαλμος.

3 *De cælo tacta est*] Fulmine percussa.

4 *Ob id fulgur*] Fulgur sæpe cum fulmine confunditur. Ita Plinius, aliique dixerunt, *sacra fulgura terris condi.* Hinc & Fulgurales libri apud Ciceronem lib. 1. de Divinat. *Quod*, inquit, *Hetruscorum declarant aruspicini, & fulgurales, & rituales libri.* In primis celebrantur Fulgurales Tagetis libri. *Thys.* Quum potuerit Thysius ita scribere, & observare ex Plinio *sacra fulgura terris condi*, non debuit in nota sequente scribere fulmine icta à Pontifice sub terra certis ritibus condebantur, idque ex Lucani loco, ubi is id ipsum innuit, quod indicavit Plinius: unde eam partem delevi. *Jac. Gronov.*

5 *Piaculis luendum*] Sacrificio, vel quocunque alio modo expiandum. Variæ autem erant locorum fulguritorum expiationes. Primo ovem vel bidentem sacrificabant, unde bidental ipse locus appellatus fuit fulmine tactus & expiatus ove, ut Cornelius Fronto loquitur.

6 *Piaculis luendum*] Livius 1, 26. *Itaque ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur.* Infr. cap. 6.

7 *Oppositu circum undique aliarum ædium*] Reg. *quem sol oppositu circum montis aliarumque ædium nunquam illustraret.* Gronovius.

8 *In area Volcani*] Nam Vulcanale erat supra Comitium, ut scribit Festus in v. Statua. In qua etiam erat ædes Concordiæ, teste Livio lib. IX, ita ut lib. X. aream Vulcani & Concordiæ connectat. Itaque recte Gellius statuit aream istam esse superiorem Comitio locum. *Fam. Nardinus.*

9 *Eaque res bene & prospere reipubl. cessit*] Reg. *ex quo r. b. ac prospere P. R. cessit*, quasi voluerit *reipublicæ populi Romani.* qui codex etiam infra modo habet: *in Etruscos haruspices male consulentes vindicatum fuerat.* Jac. Gronov.

10 *An-*

in Etruſcos haruſpices malè conſulentes animadverſum vindicatumque fuerat, verſus hic ſcitè factus cantatuſque eſſe à pueris urbe tota fertur.

Malum conſilium conſultori peſſimum eſt.

Ea hiſtoria de haruſpicibus ac de verſu iſto ſenario ſcripta eſt in [10] Annalibus Maximis libro undecimo, & in Verrii Flacci libro primo rerum memoria dignarum. Videtur autem hic verſus de Græco illo Heſiodi verſu expreſſus:

Η' δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

10 *Annalibus Maximis libro undecimo*] Citat hunc locum G. J. Voſſius in principio operis de Hiſtoricis Latinis, ſed ut finiat in voce *maximis*; duas reliquas voces omittat, quæ tamen eximie docent modum, quo confecti erant iſti Annales Maximi, nempe digeſti per libros, & quidem octoginta, ut teſtatur Servius in loco, quem citat Theod. Ryckius in diſſertatione. Quod tamen mira quadam ratione compoſitum corpus fuit, ſi quum in Annali Pontificum lib. IV narratio habeatur Penatium Deorum Lavinium revertentium ſub Aſcanio, & Reges Albanos dictos Silvios, Aremuli caſuum libro VI, libro 11 habuerit hiſtoriam Remi per luſum vincti Albamque abſtracti, mox à Romulo manu paſtorum in manipulos diſtributorum oppreſſo Amulio vinculis liberati, ut cenſet colligitque & ſcribit idem ibi pag. 437 Rycquius. Certe non iſto ordine reponuntur à viris doctis Fragmenta Ennii. Sed Originis gentis Romanæ auctor dicit *At vero lib.* 11 *Pontificalium proditur*; & cogitare oportuerat etiam citari ab eo *Cæſar Pontificalium libro* 1.

CAP. VI.

Verba veteris S. C. in quo decretum eſt hoſtiis majoribus expiandum, quòd in ſacrario haſtæ Martiæ moviſſent: atque inibi enarratum quid ſint hoſtiæ ſuccidaneæ: [1] *quid item* porca præcidanea: *quòdque Capito Atejus* ferias *quaſdam* præcidaneas *appellavit.*

VT *terram moviſſe* [2] nunciari ſolet, [3] eaque res procuratur. ita in veteribus memoriis ſcriptum legimus, nunciatum eſſe ſenatui, [4] in ſacrario [5] in regia [6] haſtas Martias moviſſe. Ejus rei cauſa ſenatuſconſultum

1 *Quid item tempora præcidanea*] Lepidum hoc, ſed nuſquam lectum. *Subſeciva* novimus *tempora*, non *præcidanea*. Niſi putarunt, quia & feriæ temporis rationem habent, ut *feriæ præcidaneæ*, ſic & *tempora* dici *præcidanea*. Sed in hoc toto capite nihil de temporibus præcidaneis. Quid lectorem moror? Prima ſyllaba *ra tempora* repetita eſt poſteriore vocis præcedentis. Gellius autem ſcripſit: *quid item porca præcidanea*. Gronovius.

2 *Nunciari ſolet*] De quo ritu Romanorum egit lib. I cap. 28.

3 *Eaque res procuratur*] Id eſt, certis ritibus expiatur. Proprium hoc vocabulum in prodigiorum expiatione. Cicero de Divinat. *In monſtris interpretandis, procurandiſque magna vis eſſe videtur in Aruſpicum diſciplina.*

4 *In ſacrario in regia*] Recte diſtinguit, quum Romæ eſſent etiam plura & Collinis Saliis & Palatinis ſua fuerint ſacraria, & publica illic fuerint, quale præter Opis Conſivæ (citatum ab Feſto *Præſericum vas æneum ſine anſa appellatur, quo ad ſacrificia utebantur in ſacrario Opis Conſivæ*, quod prætereunt indemonſtratum deſcriptores Urbis) etiam Saturni aliud citatur, aut Numæ. Hoc *Saliorum Sacrarium* vocat Valerius Max. I, 8, 11. *Sacrarium Martiale* Feſtus in v. Oletum: idque annexum videtur fuiſſe regiæ ex loco Dionis, quem ſupplevi in Supplementis cap. 16, ubi ὅπλα τὰ Ἄρεια παρὰ τῷ ἀρχιερεῖ κατά τι πάτριον κείμενα dicuntur, & idem eorum motus contigiſſe narratur. *Jac. Gronov.*

5 *In regia*] Vel in Palatio, vel in Regia proprie dicta pontificum, quæ erat in Sacra Via non procul à Veſta.

tum factum est M.[7] Antonio A. Postumio coss. ejusque exemplum hoc est: QVOD. C. IVLIVS. L. F. PONTIFEX. NVNCIAVIT. IN. SACRARIO. IN. REGIA. HASTAS. MARTIAS. MOVISSE. DE. EA. RE. ITA. CENSVERVNT. VTI. M. ANTONIVS. CONSVL. [8] HOSTIIS. MAIORIBVS. IOVI. ET. MARTI. PROCVRARET. ET. CÆTERIS. DIS. QVIBVS. VIDERETVR. PLACANDIS. VTI. PROCVRASSET. SATIS. HABENDVM. CENSVERVNT. SI. QVID. SVCCIDANEIS. [9] [10] OPVS. ESSET. ROBIGVS. ACCEDERET. Quòd

à Vesta. Regia Numæ antiquissimis temporibus, atque templum Vestæ juxta se posita, ut testatur Victor in descriptione urbis. Post exactos reges, reges quoque sacrorum, qui absolute quoque reges dicebantur, & regio in sacris officio fungebantur, juxta Vestam habitabant, & quia ædes contiguæ erant Vestæ, eas Vestalibus donavit Augustus. Vide Dionem lib. LIV. & Festum in vocabulo, *Sacram Viam*, &c.

6 *Hastas Martias movisse*] Sponte vel vi divina commotas fuisse. Hasta autem Romanis & Sabinis Martis simulachrum fuit. Clemens Alexandrinus in Protreptico: Ἐν Ῥώμῃ τὸ παλαιὸν, τὸ δόρυ φησὶν γεγονέναι τῆ Ἄρεως ξοανον Οὐάρρων ὁ συγγραφεὺς. Sabini quoque Curinum Martem dixere, quod curis illis esset hasta teste Festo. Pro quibus postmodum nomina *quiris* & *Quirinus* usurpata sunt. Hinc quoque Romulus post mortem Quirinus appellatus fuit.

7 *Antonio & Postumio coss.*] Anno urbis Romæ 674 in Annalibus Pigii.

8 *Hostiis majoribus*] Hostiæ & victimæ sæpe confunduntur. Victimas tamen majora esse sacrificia, quam hostias, Isidorus & Fronto testantur. Ita maxima victima taurus, maxima hostia ovis. Sed hic quæcunque majores in genere suo hostiæ intelliguntur, & quidem eximiæ.

9 *Opus esset, Robigus accederet*] Possis interpretari, præter Jovem & Martem cæterosque deos, & Robigo, ne rubigo, non solum frumenta & arbores, sed nec hastarum & armorum Romanorum ferrum, corrumperet adederetque, fieri voluisse Patres. Meminit ejusdem lib. 5, 12. Sed Reg. & Rott. *robus succideret*. quod præfert Salmasius ad Solinum pag. 1359. & explicat acute ex Festi, *Robum rubro colore & quæ rufo* (corrigit *quasi rufo*) *significari, ut bovem quoque rustici appellant, manifestum est*. Ubi, ut sæpe nimius & vehemens erat, nihil in his succidaneis vidisse Gellium arguit: à *succedendo* enim eas dici, non à *succidendo*. Atqui utraque opinio subscriptores priscos habuit. Festus: *Succidanea hostia appellabatur, quæ secundo loco cædebatur, quod quasi succideretur, dicta. Quidam à succedendo, non à succidendo dictam putant*. Et quam facile in SC. potest scriptum fuisse, *robus succideretur*? Nec videtur ab alia origine hostia *succidanea* deduci quam *præcidanea*, de qua non dubitant, quin à *præcidendo* dicatur. Festus: *Præcidanea agna, quæ ante alias cædebatur. Item porca quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo justa non fecisset, id est, glebam non objecisset: quod mos erat eis facere priusquam novas fruges gustarent*. Rursus: *Præcidere, ante cædere, id est, ante immolare*. Nonius Marcellus: *Præcidaneum est præcidendum*. Varro de vita Po. Romani lib. 3. *Quod humatus non sit, hæredi porca præcidanea suscipienda Telluri & Cereri: aliter familia pura non est*. Denique vix est in talibus aliquid pro explorato decernere. At ὁ πάνυ quam intelligenter, quum advocat: *satis habendum censuerunt si quid succidaneis?* nam tria illa prima vocabula non ad hoc membrum, sed ad præcedens pertinent, hoc modo: *uti procurasset, satis habendum censuerunt*. Idque eo sensu, quo apud Livium lib. 22 in sacro vere voto: *Qui faciet, quando volet, quaque lege volet, facito: quoque modo faxit, probe factum esto* &c. Ita sibi cavebant à piaculis. *Gronovius*.

10 ROBIGUS ACCEDERET] Intelligi hic existimant nonnulli Robigum deum, de quo Varro lib. 5. de R. R. *Quarto Robigum ac Floram, quibus propitiis neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent: itaque publicæ Robigo feriæ, Robigalia; Floræ, ludi Floralia instituti*. Festus: *Robigalia dies festus VII. Calendas Majas, quia Robigo deo suo, quem putabant rubiginem avertere, sacrificabant*. De hoc Festo agit Ovidius lib. 4. Fastorum. Sed quorsum hic mentio Robigi Dei, nisi forsam Sctum factum mense Aprili. VII. enim Calendas Majas fuere Robigalia. Robigus tamen Deus hic locum non habere videtur. Namque antea dictum, JOVI. MARTI. ET. CÆTERIS. DIS. QUIBUS. VIDERETUR. PLACANDIS. In margine Vossiani codicis, ex Ms. pro ROBIGUS ACCEDERET, habebatur, ROBUS SUCCEDERET. In alio codice inveni, ROBIUS. Robi autem boves à colore robo, quem Græci ξανθὸν appellant, Festo appellantur. In antiqua quoque inscriptione robius vitulus occurrit, quæ ita se habet: VT PRÆTOR, CUI HÆC REGIO SORTI OBVENERIT, LITATURUM SE SCIAT, ALI-

USQUE

Quòd *succidaneas hostias* senatus appellavit, quæri solet quid verbum id significet. In Plauti quoque comœdia, quæ Epidicus inscripta est, super eodem ipso verbo requiri audio in his versibus:

[11] *Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,*
Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?

[12] *Succidaneæ* autem *hostiæ* [13] dicuntur, *e*, litera per morem compositi vocabuli in, *i*, literam commutata. Nam quasi *succædaneæ* appellatæ: quoniam, si primis hostiis litatum non erat, aliæ post easdem ductæ hostiæ cædebantur. Quæ, quasi prioribus jam cæsis, luendi piaculi gratia, subdebantur & succidebantur; ob id *succidaneæ* nominatæ, litera, *i*, scilicet [14] tractim pronunciata. Audio enim quosdam eam literam in hac voce barbarè corripere. Eadem autem ratione verbi [15] *præcidaneæ* quoque hostiæ dicuntur, quæ ante sacrificia sollemnia pridie cæduntur. *Porca* etiam *præcidanea* appellata, quam piaculi gratia [16] ante fruges novas captas immolari Cereri mos fuit, [17] [18] si qui familiam funestam aut non purgaverant, aut aliter eam rem, quàm oportuerat, procuraverant. Sed porcam & hostias quasdam præcidaneas, sicuti dixi, appellari vulgo notum est; *ferias præcidaneas* dici, [19] id, opinor, à vulgo remotum

USQUE QUIS MAGISTRATUS VOLCANALIBUS, X. CAL. SEPTEMB. OMNIBUS ANNIS VITULO ROBIO ET VERRE. Servius, *Multi ob hoc dictum putant, quod robus color deorum sit.*

11 *Men' piacularem*] Extant hi versus in Epidico, Actu 1. Scena 2.

12 *Succidaneæ autem hostiæ*] Festus: *Succidanea hostia appellatur, quæ secundo loco cædebatur, quod quasi succideretur, dicta. Quidam à succedendo, non à succidendo dictam putant.* Ita enim Festi locus legendus videtur. Paulus: *Succidanea hostia dicebatur, quæ secundo loco cædebatur. Sic appellata est à succedendo*, vel uti etiam legitur, *à succidendo.* Servius quoque ad VIII. Æneid. *Si per marem litare non possent, succidanea dabatur femina, si autem per feminam non litassent, succidanea adhiberi non poterat.*

13 *Dicuntur E literæ per morem*] Reg. & Rott. *dicuntur aliter per morem.* deinde, *in literam nam quasi*, sine τῷ *commutata*: ut & Lincoln. Forte: *Succidaneæ autem hostiæ videntur A & E literis per morem compositi vocabuli in I literam versis, quasi succaedaneæ appellatæ.* Gronovius. Sed figuram æ patet ab Gellio agnitam pro litera; & hinc ostendunt libri veteres scripsisse eum *æ litera per morem comp.*

14 *Tractim pronunciata*] Producte, longo tractu.

15 *Præcidaneæ quoque hostiæ*] Præcidanea hostia, ut rectè Scaliger, imitabatur Græcorum προτέλειαι. Præcidariam appellari debere Marius Victorinus lib. Art. Gramm. voluit. sed utrunque rectè dicitur *præcidanea*, & *præcidaria*, *succidanea*, & *succidaria.*

16 *Ante fruges captas*] Festus: *priusquam novas fruges gustassent.* Item, *antequam novam frugem præciderent.* Forsan igitur, *ante fruges carptas.* Virgilius tertio Georg. *Sed frumenta manu carpes sata.* Gronovius.

17 *Si qui familiam*] Reg. *si quid fam.* Jac. Gronov.

18 *Familiam funestam*] Festus: *Præcidanea agna vocabatur, quæ ante alias cædebatur. Item porca, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo justa non fecisset, id est, glebam non objecisset: quod mos erat eis facere prius, quam novas fruges gustarent.* Similiter Marius Victorinus: *Non est ut emendastis, porca præcidanea, sed præcidaria, quæ frugum causa immolatur, qui justa defuncto non fecerunt, aut in faciendo peccarunt, his porca contrahitur; quam omnibus annis immolari oporteat, antequam novam quasi dapem mereat de se capere.*

19 *Id, opinor, à vulgo remotum est*] Vide ut magni viri obliviscantur interdum pudoris & gravitatis suæ, dum insultant aliis, & nimis volunt plus scire videri. Scaliger ad locum Festi, cujus meminimus: Si Gellius considerasset *præcidaneum sacrum* dici,

tum est. Propterea verba Ateji Capitonis ex quinto librorum, quos de pontificio jure [20] composuit, scripsi: [21] *Tib. Coruncanio pontifici maximo* [22] *feriæ præcidaneæ* [23] *in atrum diem inauguratæ sunt. Collegium decrevit* [24] *non habendum religioni, quin eo die feriæ præcidaneæ essent.*

nunquam miratus esset *præcidaneas* etiam *ferias* dictas fuisse. At, o bone, ubi miratur Gellius *ferias* fuisse dictas *præcidaneas?* Ille vero non hoc miratur, sed, ut sibi satis, vulgo minus notum, non sibi tantummodo credi vult, sed & Atejo Capitoni, atque ita operam dat, ut alii mirari desinant. *Gronovius.*

20 *Composuit, scripsi. Ibi Coruncanio*] Sic in Aldo primo reperi. Romæ & Venetiis dederunt *scripsi Lib. Cornucario.* Reg. & Rott. *Corin* vel *Coruncario*, & Lincoln. *scripsit ibi Coruncanio.* Emenda: *propterea verba Ateji Capitonis ex quinto librorum, quos de pontificio jure composuit, adscripsi. Ti. Coruncanio pontifici maximo feriæ præcidaneæ in diem atrum inauguratæ sunt.* Idem.

21 *Tib. Coruncanio*] Quem laudat Pomponius in l. 2. §. 38. De Orig. Jur. & Cicer. lib. 3. de Orator.

22 *Feriæ præcidaneæ*] Quæ sunt Atejo Capitoni feriæ præcidaneæ, Græcis ex προτέλειος ἡμέρα, ut Scaliger ad Festum monet, succidanea, τὰ δευτερα ἀμείνω. Et videntur à præcedendo nomen accepisse. Ita apud Jctos succedaneus vel succidaneus usurpatur apud Ulpianum in l. 3. in fin. ff. de Administr. tut. & in l. 4. ff. de Mag. conven.

23 *In atrum diem*] De dierum differentia vide infra lib. 5. cap. 17. & Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.

24 *Non habendum religioni*] Sic loquitur & M. Tullius 2 de Officiis: *Nec tamen, ut hoc fugiendum est, ita habendum religioni contrarium, nocentem aliquando defendere.* Lib. 1 de divinat. *Nec eam rem habuit religioni, objecto signo, ut peritis videbatur, ne committeret prælium.* Festus: *Salinum cum sale in mensa ponere figulis religioni habetur.* Convenit autem hoc decretum Pontificum cum illo Livii lib. 22. *Si atro die faxit insciens, probe factum esto.* Gronovius.

CAP. VII.

De epistola Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta super accentu nominum quorundam Pœnicorum.

VALERIUS Probus grammaticus [1] inter suam ætatem præstanti scientia fuit. Is [2] *Hannibalem* & *Hasdrubalem* & [3] *Hamilcarem* ita pronunciabat, ut [4] [5] penultimam circumflecteret: ut testis est epistola ejus scripta ad Marcellum, in qua Plautum & Ennium multosque alios vete-

1 *Inter suam ætatem*] Id est, inter suæ ætatis homines. Plautus in Sticho: *Quæ inter continuum perdidi triennium.* Titinnius: *Quæ inter decem Annos nequisti unam togam detexere.* Vide Acidal. Divinat. in Stichum cap. 3. *Phil. Carol.* Adscripsit tamen Lambecius exemplari suo *intra.*

2 *Hannibalem*] Ultima syllaba in Hannibal producitur, quia בעל i. e. *baal* orientalium exprimit. Atque hinc Græcorum Βῆλος, Hannibal autem Pœnis denotabat *dominum gratiæ.*

3 *Hamilcarem*] Derivari videtur à מלך & ערץ quæ *regem fortem* denotant, Hinc & Melicartus nomen accepit, & ex Aritz Ἄρης Græcorum. sicut autem hæc propria nomina, ita & numina fuere Orientalium & Pœnorum. Ex eodem fonte Molech, & Milicus apud Sil. Italicum lib. 3. vide Seldenum De dîs Syris Syntagma. c. 6. Scaligerum in Append. de Emend. Temp. De his quoque Punicis vocabulis late Aldubretus Cordubensis Libro Hispanico quem de Antiq. Hisp. edidit.

4 *Penultimam circumflecteret*] Penultima longa existente natura, & ultima brevi, necesse est penultimam circumflexo tono enunciare, id quod Latinis Græcisque commune est. Vide Voss. de Arte Gramm. lib. 2. c. 9.

5 *Circumflecteret ut testis est epistola ejus*] Reg. & Rott. & Lincoln. *circumflecteret ut est epistola*, sine vocabulo *testis.* Scribendum est: *ita pronunciabat, ut pœnultimam circumflecteret, teste epistola ejus scripta ad Marcellum.* Gronovius.

6 *Ex*

veteres eo modo pronunciasse affirmat. Solius tamen Ennii versum unum ponit [6] ex libro, qui *Scipio* inscribitur. Eum versum [7] quadrato numero factum subjecimus; in quo, nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine [8] circumflexa ponatur, numerus clausurus est. Versus Ennii, quem dixit, ita est:

[9] *Qui propter Hannibalis copias considerant.*

6 *Ex libro qui Scipio inscribatur*] Poëma ab Ennio compositum fuisse videtur de Rebus gestis P. Cornelii Scipionis Africani. Ex quo libro trochaicos quoque versus citat Macrobius lib. 6. Saturn. cap. 2. & cap. 5.

7 *Quadrato numero*] Vide ad libri 11 cap 29.

8 *Circumflexa ponatur, numerus claudus est*] Reg. & Rott. *circumflexe promatur*. Lege: *nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine circumflexe pronuntietur*. Dein uterque idem liber: *numerus clausurus est*. Rectissime. Sic enim dixit pro *claudicaturus*. Placuisse autem *claudere* & producta media & correpta pro *claudicare* copiose ad Livium disputavimus. Lincoln. eodem alludit exhibendo *clausus est*. Gronovius.

9 *Qui propter*] In marg. Cod. Voss. *Quapropter*. Thys. Id vero est codicis Regii, nec id solum, sed *Qua propter Hannibalis copias Consederat*. Quod adeo non placet G. I. Vossio, ut in Historicis Latinis pag. 10 scribat apud Gellium perperam *Qui* pro *Et qui* vel *Quique* legi vulgo, unde edit *Quique propter Annibalis copias consederant*. Qua tandem auctoritate? Et quid non potuit his fragmentis contingere? *Jac. Gronov.*

CAP. VIII.

Quid C. Fabricius de Cornelio Rufino homine avaro dixerit; quem quum odisset inimicusque esset, designandum tamen consulem curavit.

[1] FABRICIUS Luscinus magna gloria vir magnisque rebus gestis fuit. P. Cornelius Rufinus [2] manu quidem strenuus & bellator bonus, [3] militarique disciplina peritus admodum fuit; sed furax homo & avaritia acri erat. Hunc Fabricius non probabat, neque amico utebatur: osusque eum morum causa fuit. Sed quum in temporibus reipubl. difficillimis consules creandi forent; & is Rufinus peteret consulatum; competitoresque ejus essent imbelles quidam & futiles: summa ope adnisus est Fabricius, uti Rufino consulatus deferretur. Eam rem plerisque [4] ammirantibus, quòd hominem avarum, [5 6 7] cui esset inimicissimus,

1 *Fabricius Lucinus*] Lege cum MS. Reg. *Luscinus*, approbante Valerio lib. 2 cap. 9. Emendo obiter Porphyrionem, qui ad illud Horatii od. 12 lib. 1. *Gratus insigni referam Camœna Fabriciumque*, Fabricium, inquit, *Licinium* scilicet. Lege, *Luscinum*. Lambecius. Miror à viro docto sic citari Gellium, quum posset, debebat certe nosse, Henr. Stephanum recte jam edidisse, nec aliter in editione Lugdunensi ann. 1644. exhibitum esse.

2 *Manu quidem strenuus & bellator bonus*] Regius, *manus quidem strenuus*. quod forte non adspernabile. *Gronovius.*

3 *Militarisque disciplinæ admodum peritus fuit*] Sic Carrio & Stephanus. Priores, *militarique disciplina peritus admodum fuit*. Rott. *militarisque disciplina præditus admodum fuit*. Non possum dedignari olim vulgatum, quod & in Regio esse suspicor. Sic enim Suetonius Claudio 42. *Quum utroque, inquit, sermone nostro sis peritus*. Ubi etiam nonnulli infuscare voluerunt, *paratus* fingendo. L. 19. D. de instr. & instrum. *arte fabrica peritus*. Gronov. In MS. Regio plane legitur in genitivo *militarisque disciplinæ per*.

4 *Ammirantibus*] Ita in MS. pro *Admirantibus*. uti in Vett. libris sæpe *pro admitto, ammitto* legitur.

mus, creari consulem peteret, quem hostiliter oderat: Fabricius inquit, *Nihil est quod miremini, si malui compilari,* [8] *quàm venire.* Hunc Rufinum postea [9] bis consulatu & dictatura functum censor Fabricius [10] senatu movit, ob luxuriæ notam; [11] [12] [13] quod decem pondo libras [14] ar-

5 *Cui esset inimicissimus*] Laborant hæc verba manifesto glossematis vitio: quis enim non videt, inani & inepta geminatione idem dici, *cui esset inimicissimus, & quem hostiliter oderat?* Quare alterutrum omnino tolli debet, malim ego posterius. In MS. R. hic locus mutilus erat, concipiebatur autem hoc modo: *Eam rem plerisque admirantibus, quod hominem avarum, cui esset inimicissimus creari compilet quam hostis vendat.* Quantum quidem ex hisce verborum reliquiis conjici potest, puto scriptum fuisse: *Nihil est quod miremini, si malim, ut Consul me compilet, quam hostis vendat.* Censeo tamen vulgatam lectionem potius retineri posse, cum brevitate sua majus acumen habeat. Interim quam ex MS. eruimus παραφράσεως loco sit. *Lambecius.*

6 *Cui esset inimicissimus*] Locus vulgò etiam in antiq. Ven. Ed. ita legitur, *cui esset inimicissimus creari Cos. peteret, quem hostiliter oderat.* Alterutrum certo glossematis vitio insertum est. In MS. R. locus mutilus hoc modo concipiebatur: *quod hominem avarum cui esset inimicissimus creari compilet quam hostis vendat.* Ex quibus verborum reliquiis conjicit Lambecius scriptum fuisse: *Nihil est quod miremini si malim, ut Consul me compilet, quam hostis vendat.* Sed vulgata lectio majus acumen habet.

7 *Cui esset inimicissimus*] Subjungitur statim, *quem hostiliter oderat:* quorum alterumutrum non potest non esse suspectum. Sed prius MSS. habet auctores: posterius an habuerit, ambiguum reddunt exemplaria, quibus utimur, hic mutila. Regius enim & Rott. *quod hominem avarum, cui esset inimicissimus, creari compilet quam hostis vendat. Hunc Rufinum* &c. Lincoln. *creari complet quam hostino vendat. Hunc Ruf.* Schefferi: *creari cuperet quem hostino dat hunc Rufinum.* Numquid fuit: *crearit consulem; Malo, inquit, me inimicus compilet, quam hostis vendat.* Gronovius. Ergo hactenus adjutum ab MSS. agnosco Gellium, ut appareat audacia primorum editorum, quos non puduit ita ex arbitrio suo replere Gellium indecoro & longo narrationis tractu & diverso, quam is dederat quantum video, componentes omnia ad exemplum Quintiliani sic narrantis *Malui à cive meo spoliari*, quum Gellius subjunctivum usurpandi prætulerit lubidinem. Sed ex conatibus novis restituendi & emendandi non video causam & originem corruptelæ, ut solet illa plerumque apparere in geminatione aliqua vocis, per quam oculus scribentis in frustrationem incidit, & postremæ attendit omissa prima, quod per verbum *creari* hoc loco opinarer contigisse, etsi nunc eò pervenire mihi non liceat. *Jac. Gronov.*

8 *Quam venire*] Vendi ab hoste, si per ignaviam alterius consulis vincerentur Romani. Quintilianus lib. 12: Instit. cap. 1. ita παραφράζει, *Malui à cive meo spoliari, quam ab hoste venire.*

9 *Bis Consulatu*] Primum consul fuit cum Man. Curio Dentato, secundò cum C. Junio Bruto Bubulco. De Dictatura ejus vid. Liv. lib. 8. c. 17.

10 *Senatu movit*] Censorum enim hæc auctoritas, ut Senatorem Senatu movere possent, quod sola præteritione fiebat tempore lustri.

11 *Quod decem pondo libras*] In Antiquissima Ven. Ed. quam Aldina aliæque veteres sequuntur, corrupte legebatur, *quod decem pondo argenti factitaret.* Ita enim Gellius quoque noster loquitur lib. 17 cap. 21. ibidemque dicit causam notæ subscriptam, quod eum comperissent Censores C. Fabricius Luscinus & Q. Æmilius Papus *cœnæ gratia decem pondo argenti facti habere.* Vide & Valerium Max. lib. 2. c. 9. & Tertullianum in Apolog. cap. 6. Porro in MS. recte legitur *decem pondo libras* usitato more loquendi veteribus, ita ut pondo accessio sit libræ, partiumque assis. Ita non tantum pondo libram, verum etiam pondo bessem vel semissem dicebant. Vide Gronovium de Pec. Vet. pag. 59. Simpliciter autem pondo libram denotat. Festus: *Centenas pondo dicebant antiqui, referentes ad libras.*

12 *Quod decem pondo argenti factitaret*] Corrige Gellium ex Gellio, & lege: quod decem pondo argenti facti *haberet.* Ita infra lib. XVII cap. 21. Ita Tertullianus eadem de re loquens Apolog. cap. 6. *Quonam*, inquit, *illæ leges abierunt sumptum & ambitionem comprimentes? quæ patritium, quod decem pondo argenti habuisset, pro magno titulo ambitionis senatu summovebant.* Nec dubium quin etiam Varronis illud fragmentum ex eadem historia desumtum sit, quod in vulgatis Nonii editionibus corrupte ita citatur: *Multitudo*, inquit Nonius, *cum sit numeri populorum, ut quidam putant, Varro pro multo non absurde adscripsit de vit. pop. Ro. lib. 2. Nihilo magis propter argenti facti multitudinem miserat furandum, quod propter censoriam severitatem nihil luxuriosum habere licebat.* Mercerus maluit legi pro *miserat furandum, iis erat furandum:* Quod quid sibi velit, non capio. Legendum puto: *Nihilo magis*

[14] argenti facti haberet. Id autem, quod supra scripsi, Fabricium de Cornelio Rufino [15] ita, ut in pleraque historia scriptum est, dixisse, M. Cicero non aliis à Fabricio, sed ipsi Rufino gratias agenti, [16 17 18] quòd ejus

magis propter argenti facti multitudinem jus erat excuriandi &c. Ut scilicet subintelligatur Varronem postquam in præcedentibus de Rufini duobus consulatibus & dictatura mentionem fecerat, hæc subjecisse eum nihilo magis à censoribus excuriatum fuisse, propter luxuriæ notam, quod decem pondo argenti facti haberet, Vide Valerium Max. lib. 2 cap. 9. Sed ut id quoque addam, voce *excuriare* pro senatu movere, seu curia excludere, ipse Varro similiter usus est in ἱπποσύνη: *Apollonium*, inquit, *excuriabant, quia nihil habebat.* Quare ne quis putet temere hîc à nobis eam vocem adhibitam esse. Vide Nonium in v. excuriari. *Lambecius.*

13 *Quod decem pondo argenti factitaret*] *Pondo libras argenti* rectè Cartio & Stephanus. Sic enim & Regius Rottendorfianusque ac Lincolniensis: & genus loquendi in Pecunia vetere illustravimus. Sed *factitaret* nihili est, pro quo rectè Freinshemius ad Flori 1, 18 *facti haberet.* Quod autem Varronis fragmentum è lib. 2 de vita po. Romani nobis conservavit Nonius: *Nihilo magis propter argenti facti multitudinem miserat furandum, quod propter censoriam severitatem nihil luxuriosum habere licebat:* ei præclare consuluit Jos. Mercerus, scribendo, *iis erat furandum.* Sensus, quem vir doctissimus requirit, hic est. Hodie, quando *Unde habeas, quærit nemo, sed oportet habere*, & nisi exposito argento abacos rumpas, sordidus & μικρόψυχος audis, necessario furandum est viris nobilibus, si bono modo nimias opes invenire non potuerunt. Felicius agebant majores nostri, quibus furandi (hoc est rempublicam depeculandi, privatos aut fraudandi aut concutiendi) nulla erat necessitas: quippe quos luxuriæ instrumentum, propter quod infames divitiæ petuntur, possidere censoria notio atque animadversio non pateretur. *Gronovius.* Ita est. Freinshemius in Floro illam notam absolutam esse non censuit, nisi hunc Gellii locum illic adductum sic corrigeret, & *factum argentum* exponeret. Sed jam decem annis ante eum Ludov. d'Orleans ipsum istud purgaverat ad Tacitum 3 annal. 53, cui justior honor habebitur; siquidem ita acquiescere nos oportebit. Sed sicut libro 17 c. 21 potuit Gellius scribere *decem pondo argenti facti habere*, ita certe in hoc loco potuit illud *facti* omisisse. Et sictamen nemo non intelligeret argentum factum. Itaque videndum, an non indicare nunc voluerit Gellius, quo modo ad id cognoscendum venerint censores, & ipse Rufinus in culpa fuerit, ut sic notaretur, nimirum *quod decem pondo libras argenti factitaret.* vel verbis prædicando tantum à se possideri, vel semper ostentando. Quidquid sit, certe putida admodum est Lambecii ambitio. *Jac. Gronov.*

14 *Argenti facti*] Libra argenti ut centum denariis, ita quadringentis æstimabatur sestertiis.

15 *Ita ut in pleraque historia est*] Scripti, *uti in pleraque historia scriptum est.* Sed & τὸ *Scriptum* omnes editi ante Stephanum: qua auctoritate vel ipse vel Carrio id delerint, ignoramus. *Gronovius.* Voculam *in* non agnoscit Reg.

16 *Quod ejus gratiam dedignatus non esset*] Attende & deridebis ridiculam hanc lectionem. Emendo auctore Cicerone & vestigio veteris scripturæ: *Quod ejus gratia designatus consul esset.* Ita profecto dictarat Gellius, sed ob ultimam syllabam vocis *Consul* male ab exscriptore omissam, pro *con* quod ex veteri scriptura supererat, *non* substitutum est: & ne reliqua quoque verba omni prorsus sensu carerent, alii porro ex *gratia gratiam*, & ex *designatus dedignatus* fecerunt. *Lambecius.*

17 *Quod ejus gratias dedignatus consul esset*] In antiquiss. Veneta legitur, *quod ejus gratiam dedignatus non esset.* quam Aldina & aliæ veteres & recentiores sequuntur. Lambecius ex vestigio veteris Scripturæ legit, *quod ejus gratia designatus consul esset*, & putat ultimam syllabam vocis *consul* à librario omissam fuisse, & postmodum pro *con*, *non* substitutum fuisse. Quod uti verisimile est, ita integra sententia *dedignatus* hic servari potest.

18 *Quod ejus gratiam dedignatus non esset*] Genus loquendi non reprehendimus. Plautus Captiv. 5, 3. *Mos est oblivisci hominibus, Neque noviisse, cujus nihili sit facienda gratia.* Cicero pro Plancio. *Neque enim ad negligendam meam gratiam debet valere, quod dixit idem vos nec nocentes nec litigiosos esse.* Rursum Plautus Curcul. 2, 3. *Scires velle gratiam tuam, noluit frustrarier.* Livius lib. 6. *quod ex errore gratiam potius ejus sibi quam suam gloriam petiit.* Sed tres scripti codices: *quod ejus dedignatus esset:* sine τῷ *gratiam*, sine adverbio negandi. Lambecius igitur: *quod ejus gratia designatus consul esset.* Idem ex Fulvii Ursini libro notatum habeo: sed & hujus conjecturam esse suspicor. Prior vox, fateor, aut aliqua idem significans, abesse non potest: posterior facile intelligitur, & perinde, ut prior, manum antiquam non habet suffragantem. Sit igitur, *quod ejus gratia designatus esset.* Sive malis, *ejus studio, beneficio, opera.* Gronovius. Nisi etiam aliud evanuerit, quod per primæ syllabæ in verbo *designatus* similitudinem probabilius

ejus gratias dedignatus consul esset, dictum esse refert in libro secundo de Oratore. [19] [20] Verba Ciceronis hæc sunt. *Arguta etiam significatio est, quum parva re & sæpe verbo res obscura & latens illustratur: ut quum C. Fabricio P. Cornelius homo, ut existimatur, avarus & furax, sed egregiè fortis & bonus imperator gratias ageret, quòd se homo inimicus consulem fecisset, bello præsertim magno & gravi: Nihil est quo mihi gratias agas*, inquit, *si malui compilari quàm venire.*

reddi videtur, *quod ejus ope designatus*, quum toties Cicero *opes & potentiam* jungat, Livius *opem auxiliumque*.

19 *Verba Ciceronis hæc sunt*] Eadem hodie extant apud Ciceronem lib. 2. de Orat. cap. 66. ubi de facetiis sententiarum risuque argute captando agitur.

20 *Verba Ciceronis hæc sunt*] Horum usque ad finem capitis in MSS. nullum vestigium est: & dubito, an auctor adscribenda ea judicarit. *Gronov.*

CAP. IX.

Quid significet propriè, religiosus, *& in quæ diverticula significatio vocabuli istius flexa sit, & verba Nigidii Figuli ex commentariis ejus super ea re sumta.*

NIGIDIUS Figulus, homo, ut ego arbitror, juxta M. Varronem doctissimus, [1] in undecimo commentariorum grammaticorum refert versum ex antiquo carmine memoria hercle dignum:

Religentem esse oportet; religiosum nefas.

[2] Cujus autem id carmen sit, non scribit. Atque in eodem loco Nigidius, *Hoc*, inquit, *inclinamentum semper hujuscemodi verborum, ut, vinosus, mulierosus, religiosus,* [3] *nummosus, signat copiam quamdam immodicam rei, super qua dicitur. Quocirca* [4] *religiosus is appellabatur, qui nimia & superstitiosa religione sese alligaverat, eaque res vitio assignabatur.* Sed præter ista, quæ Nigidius dicit, [5] alio quodam diverticulo significationis [6] *religiosus* pro [7] casto atque observanti cohibentique sese certis

1 *In undecimo commentariorum grammat.*] Trigesimus quoque liber à Nonio citatur. An plures fuerint, dubium. Citat quoque Nonius Nigidium in voce *Religio*, sed male Gellium exscripsit. Sicut autem crebro ejus verba exprimit, ita nomen ejus supprimit, forte quia recentior: sæpe tamen veterem auctorem, sed obscurum laudat. Passim quoque Gellium intelligit, cum *sapientes & prudentes* dicit.

2 *Cujus autem id carmen sit, non scribit*] Rott. *non refert*. neque absurde id verbum repetitum videtur. *Gronovius.*

3 *Nummosus signat copiam.*] Prima vox neque in Reg. neque in Rot. conspicua est: dein uterque, licet parum interfit, *significat*. Idem.

4 *Religiosus is appellabatur*] Refutat postea hanc sententiam Gellius. Putarunt nonnulli religionem à relegendo dictam, ut Cicero lib. 2. de Natur. Deorum, cujus verba citat G. I. Vossius in Etymologico, ubi etiam patet discedere ab eo Lactantium ad *rò religare*, quo respicere etiam videtur Nigidius per verba *religione sese alligaverat*.

5 *Alio quodam diverticulo*] Flexione nominis à solita significatione.

6 *Religiosus pro casto*] Festus: *religiosi sunt qui facienda & vitanda discernunt*, ut citat Macrobius.

Hodie

certis legibus finibusque dici cœptus. Simili autem modo illa quoque vocabula, ab eadem profecta origine, diversum significare videntur, *religiosi dies*, &, *religiosa delubra*. [8] *Religiosi* enim *dies* dicuntur tristi omine infames impeditique; in quibus & res divinas facere & rem quampiam novam exordiri temperandum est: quos multitudo imperitorum pravè & [9] perperam *nefastos* appellant. Itaque M. Cicero in [10] libro epistolarum nono ad Atticum, *Majores*, inquit, *nostri funestiorem diem esse voluerunt* [11] *Allienſis pugnæ*, [12] *quam urbis captæ*; [13] *quòd hoc malum ex illo. Itaque alter religiosus etiam nunc dies*, [14] *alter in vulgus ignotus*. Idem tamen M. Tullius, in oratione de accusatore constituendo, *religiosa delubra* dicit, [15] non ominosa nec tristia, sed majestatis veneratione-nisque plena. Massurius autem Sabinus, in commentariis [16 17] quos de indi-

Hodie apud Festum ita reperitur: *Religiosi dicuntur, qui faciendarum prætermittendarumque rerum divinarum secundum morem civitatis dilectum habent, nec se superstitionibus implicant*. Et mox apud eundem: *Religiosus est non modo Deorum sanctitatem magni æstimans, sed etiam officiosus erga homines*.

7 *Casto*] Vitæ probatæ atque integræ.

8 *Religiosi enim dies*] Dies atri, *quibus aliquid, nisi quod necesse erat, nefas habebatur facere*, teste Festo Pompejo.

9 *Perperam nefastos appellant*] Suetonio tamen & Tacito nefasti dies pro atris nonnunquam ponuntur. Neque id mirum, cum omnis ater nefastus etiam sit, sed non omnis nefastus ater, cum dies festus etiam sit nefastus, quo jus non dicebatur. Dies nefasti etiam Græcis ἀποφράδες dicuntur, qui cum ταῖς μελαίναις sive atris etiam confunduntur Dioni Cassio, Luciano, aliis. Plato lib. 6. de L. L. ὁπόταν ἡμέραν μὴ καθαρεύτινες ἀλλ' ἀποφράδες ὦσι. Ἀποφράδες tamen dies proprie nefasti apud Græcos scriptores, qui de rebus Romanis scribunt. Hinc Dionysius Halicarnasseus lib. 9. Antiquit. Rom. atram diem μέλαιναν τὴν ἀποφράδα dixit.

10 *Libro Epistolarum nono ad Atticum*] Epistola quarta.

11 *Allienſis pugnæ*] Allia fluvius ex Crustuminis montibus ortus in Tiberim defluit. Distabat juxta computationem Plutarchi nonagintа ab urbe stadiis. Livius ad undecimum lapidem statuit. Ad hunc fluvium postridie Idus Quinctiles tribuni militum (nam hoc anno Urbis CCCLXV Roma non Coss. sed tribunos militares pro Coss. habebat. Vide Liv. lib. 5. cap. 37.) legiones ad Alliam flumen educentes à Gallis pugna sunt victi.

12 *Quam urbis captæ*] Quod tamen postmodum insecutum est.

13 *Quod hoc malum ex illo*] Id est, quod ex malo cladis Allienſis orta calamitas urbis à Gallis occupatæ.

14 *Alter in vulgus ignotus*] Abest vocabulum *ignotus* apud Nonium, sed ex Gellio & Cicerone restituendum.

15 *Non ominosa*] Ad marginem Voss. Cod. ex MS. *non ignominiosa*.

16 *Quos de indigenis composuit*] Justus Lipsius putat probabilius legendum esse titulum, *de indigitamentis*, qui ad religionem & sacra apte referri potest. Qualem quoque librum Granius Flaccus teste Censorino cap. 3. scripsit. Indigitamenta sunt βιβλία ἱερατικὰ in veteribus glossis, in quibus sacrorum ritus, ac deorum nomina velut catalogo comprehendebantur. Cæterum, uti probabilis hæc Lipsii emendatio, ita in Veteribus Editionibus & MSS. constanter legitur *de Indigenis*, nisi quod in Editione Parisiensi Jo. Ludovici Tiletani, quæ cum Ascensionis notis prodiit anno ɔIↃ IↃXXXVI. legatur corrupte, *Ingeniis*. An de Indigenis vocabulis vel potius hominibus, qui popularium suorum ritus & vocabula optime norunt, intelligendum sit, dubium est. Potuerunt hæc historico libro inserto esse, sicut idem Fastorum & Memoriales libros conscripsit.

17 *In commentariis, quos de indigenis composuit*] Lipsius mallet *de indigitamentis*, 1 Elect. 7. *Gronovius*. Eique se assentiri scribit Rupertus ad Enchiridion Pomponii pag. 436. Brevius tamen possis *de Indigetibus*, ubi potuit occasio attrahi agendi de religioso: nisi forsan etiam dixerit *de Indigetis*. Jac. Gronov.

18 *Propter*

indigenis composuit, *Religiosum*, inquit, *est quod* [18] *propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum à nobis est, verbum* [19] *à relinquendo dictum,* [20] *tanquam cærimoniæ à carendo.* Secundùm hanc Sabini interpretationem templa quidem ac delubra, quia horum cumulus in vituperationem non cadit, ut illorum, [21] quorum laus immodesta est, [22] *religiosa* sunt, quæ non vulgo ac temere, sed [23] cum castitate cærimoniaque adeunda & reverenda & reformidanda sunt magis quàm invulganda: sed dies *religiosi* dicti, quos ex contraria causa, propter ominis diritatem, relinquimus. [24] Iccirco ait Terentius in Heautontimorumeno:

Tum, quod dem ei, recte est. Nam, nihil esse mihi, religio est dicere.

Quòd si, ut ait Nigidius, omnia istiusmodi inclinamenta nimium ac præter modum significant, & iccirco in culpas cadunt, ut, *vinosus, mulierosus, verbosus, morosus, famosus:* cur *ingeniosus, formosus & officiosus* & *speciosus*, quæ pariter ab ingenio & forma & officio inclinata sunt; cur etiam [25] *disciplinosus, consiliosus, victoriosus*, quæ [26] M. Cato ita

18 *Propter sanctitatem*] Ut ex Macrobio lib. 3. Saturn. c. 3. iiquet *sanctum interdum idem esse quod venerabile, incorruptum, inviolatum.* Vide Festum in voce, *Religiosus.*

19 *A relinquendo dictum*] Ita etiam ex Servii Sulpicii mente refert Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 5. & Aggenus Urbicus de Limitibus agrorum, quia nimirum exempta sunt usibus humanis. Lactantius aliique ex Patribus à religando religionem deducunt.

20 *Tanquam cærimoniæ à carendo*] Ita quoque Macrobius eodem, quem modo citavi, libro & capite. Alii à Cære Thusciæ opido, vel à Cereris sacris, qui *ceremonias* scribunt. Scaliger à *cerus*, quod antiquis *sanctum* denotat.

21 *Quorum laus immodesta est*] Lege cum Reg. & Rott. *quorum laus in modo stat.* id est, quæ laudantur, si modica & pauca sunt, quorumque cumulus in vituperationem cadit. *Gronovius.*

22 *Religiosa sunt*] Hoc verbum, quod ab editionibus omnibus prioribus abest, recte inseruit H. Stephanus. Nullus alioquin fuerit sensus. *Thysius.* Dubito an recte efferat, quod in animo habebat. Non enim verbum, sed utrumque quod citatur ab Stephano additum est contra editiones perinde præcedentes ac MSStos antiquos. An laudabili exemplo, patebit ita. In Regio codice pro illis *immodesta est* legitur *in modo estat.* Hinc videtur Gellius scripsisse. *Secundum hanc Sab. interpretationem templa quidem ac delubra* (nempe sic vocantur, ut in antecedentibus dictum est,) *quia horum cumulus in vituperationem non cadit, ut illorum, quorum laus in modo est, ac quæ non vulgo* &c. *Jac. Gronovius.*

23 *Cum castitate cerimoniaque adeunda*] Rott. *adeundem*, sed penultimam literam *V* superpositâ significans corrigendam. Regius etiam & Lincoln. *adeundum. Quæ adeundum* docte atque antique, ut *pœnas in morte timendum.* Varro de re rusti. 1, 17. *Præfectos alacriores faciundum præmiis.* Et mox: *de operariis, qui præstabunt aliqui, communicandum quoque cum iis, quæ facienda sunt, opera.* Eodem lib. c. 20. de bubus: *quos rudes neque minores trimos neque majores quadrimos parandum.* Adde si lubet 1 Observ. 7. Dices numquid ergo & *reverendum & reformidandum*, tum *involgandum.* Potuisset utique sic etiam hæc efferre; tamen quia vulgatis hic scripri consentiunt, nihil mutem, & crediderim utroque loquendi genere adhibito ludere auctorem voluisse, præsertim cum τὸ *Quæ* sit ambiguum, & commode ad τὸ *adeundum* casu quarto, ad sequentia primo accipi possit. *Gronovius.*

24 *Iccirco ait Terentius in Heautontimorumeno*] Aldus edidit *Terentius in cunu.* In Regio pro his verbis tantum legitur *& terrenti justum.* in Lincoln. *ac Terentius tum.* Certe nomen Comœdiæ vix videtur ab Gellio additum. Ex Rott. nihil video notatum. *Jac. Gronov.*

25 *Disciplinosus*] Similia multa vocabula collegit Barthius Adversl. lib. 36 cap. 9.

26 *M. Cato*] Intelligitur M. Porcius Cato Censorius. Citat Nonius in verbo *disciplinosus* Catonem de *Re militari.* Vegetius lib. 1. cap. 8. eundem citat de *Disciplina militari.*

27 *As-*

ita [27] affiguravit; cur item *facundiosa*, quod [28] Sempronius Asellio tertiodecimo rerum gestarum ita scripsit, [29] *Facta sua spectari oportere; non dicta, si minus facundiosa essent:* cur, inquam, ista omnia nunquam in culpam, sed in laudem dicuntur; [30] quamquam hæc quoque incrementum sui nimium demonstrent? an propterea, quia illis quidem, quæ supra posuit, adhibendus est modus quidam necessarius? nam & *gratia*, si nimia quidem atque immodica, & *mores*, si multi atque varii, & [31] *verba*, si perpetua atque infinita & obtundentia, & *fama*, si magna & inquieta & invidiosa sit, neque laudabilia neque utilia sunt. *Ingenium* autem & *officium* & *forma* & *disciplina* & *consilium* & *victoria* & *facundia*, sicut ipsæ virtutum amplitudines, nullis finibus cohibentur; sed [32] quanto majora auctioraque sint, etiam tanto laudatiora sunt.

27 *Affiguravit*] Sic legitur in cod. Rott. at Reg. simpliciter *ita figuravit*. Lincoln. *Ita afiguravit*, ut mirer unde venerit hesternum *effiguravit*. Jac. Gronov.

28 *Sempronius Asellio*] Vide Lib. 2. Noct. Attic. cap. 13. & lib. 13. c. 20. ubi & decimumquartum lib. Histor. citat. Similiter & Charisius lib. 2.

29 *Facta sua spectari oportere, dicta non*] Quid opus naturalem ordinem orationis inverti, cum scripti *non dicta?* Gronovius.

30 *Quamquam hæc quoque incrementum*] Reg. & Rott. & Lincoln. *hæc cum incrementum*. Forte: *Cur, inquam, ista omnia nunquam in culpam, sed in laudem dicuntur, quamquam æque incrementum sui nimium demonstrent?* Gronovius. Equidem illo *hæc* carere facillime sermo Gellii potest. Sed si consideres codices vetustos, in iis plane agnoscas latere, *quanquam eccum incrementum sui n.* Jac. Gron.

31 *Verba si perpetua atque infrunita*] Et scripti & antehac editi: *perpetua atque infinita*. quod omnino necessarium est. ἀπεραντολογίαν enim significat. Si roges Carrionem, cur *infrunita* maluerit, nihil habebit respondere, quam quia minus vulgare vocabulum est, etsi ad mentem auctoris nihil faciat. *Gronovius.*

32 *Quanto majora auctioraque sint, etiam tanto*] Rott. *sunt m ito etiam tanto*. Reg. *into etiam tanto*. vel *iuito*. Scribe: *sed quanto majora auctioraque sunt, multo etiam tanto laudatiora sunt*. Plautus Menæch. 5, 2. *Si ille quid deliquerit, Multo tanto illum accusabo, quam te accusavi amplius.* Sticho 2, 2. *Nimio impertior multo tanta plus quam speres.* Apulejus Apolog. *Accipe aliud pari quidem stultitia, sed multo tanto vanius & nequius excogitatum.* Idem.

CAP. X.

Quid observatum de ordine rogandarum sententiarum in senatu, jurgiorumque in senatu C. Cæsaris consulis & M. Catonis diem dicendo eximentis.

ANTE legem, quæ nunc de senatu habendo observatur, [1] ordo rogandi sententias varius fuit. Aliàs primus rogabatur, qui à censoribus princeps in senatum lectus fuerat, [2] aliàs qui designati consules erant:

1 *Ordo rogandi sententias, &c.*] Dionysius Halicarnasseus multis in locis testatur, olim apud Rom. morem fuisse, ut primi seniores, deinde minores natu interrogarentur: idque ita intelligendum, ut secundum magistratuum ordinem sententiam dicerent; Consulares primo, Prætorii secundo, Ædilitii tertio, Tribunitii quarto, Quæstores quinto loco.

2 *Alias qui designati consules erant*] Post comitia consularia designati consules primo rogabantur.

erant : quidam è conſulibus ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti, quem iis viſum erat, honoris gratia, extra ordinem ſententiam primum rogabant. Obſervatum tamen eſt, quum extra ordinem fieret, ne quis quemquam, ex alio quàm [3] ex conſulari loco, ſententiam primum rogaret. C. Cæſar in conſulatu, quem cum M. Bibulo geſſit, quatuor ſolos extra ordinem rogaſſe ſententiam dicitur: ex iis quatuor principem rogabat M. Craſſum; ſed, poſtquam filiam Cn. Pompejo deſponderat, primum cœperat Pompejum rogare. Ejus rei rationem reddidiſſe eum ſenatui [4] Tiro Tullius M. Ciceronis libertus refert: itaque ſe ex patrono ſuo audiſſe ſcribit. Id ipſum [5] Capito Ateius in libro, quem [6] de officio ſenatorio compoſuit, ſcriptum reliquit. In eodem libro Capitonis id quoque ſcriptum eſt, *Cajus*, inquit, *Cæſar conſul M. Catonem ſententiam rogavit. Cato* [7] *rem quam conſulebatur, quoniam non è rep. videba-*

Cicero Philipp. v. *Qui ordo in ſententiis rogandis ſervari ſolet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur conſule deſignato, more majorum exordium capiamus.* Qui autem priore loco conſul deſignatus erat, primus rogabatur, ſicut primus quoque conſul rogabat ſententias. Itaque honos erat conſulem priori loco creari. Ita refert Plutarchus M. Lepidum ante Q. Catulum, Cn. Pompejo adnitente, conſulem eſſe renunciatum. Quare autem Coſſ. deſignati primi rogarentur vide Appianum Civilis Hiſtoriæ lib. 2.

3 *Ex conſulari loco ſententiam*] Hinc colligit vir ὁ τυχὼν (eſt Reineſius lib. III Var. Lect. pag. 593) primum ſententiam rogatum conſularem, qui quod plures conſulatus geſſiſſet, primæ ſententiæ fuerit, & *Princeps ſenatus* appellaretur, tum *princeps ſententiæ*, teſte Cicerone de haruſpicum reſponſis. Atqui non tradit Gellius *principem ſenatus* dictum, qui plures conſulatus geſſiſſet; neque id verum eſt, ſed princeps ſenatus habebatur, qui primus à cenſoribus eſſet in ſenatum lectus. Rurſum Cicero non docet iſtum talem *principem ſententiæ* appellatum: nihilque ibi reperio, quod huc pertineat, niſi ſenatum aliquid ſtatuiſſe principe Cn. Pompejo ſententiam dicente. Quem tum primum rogatum facile conceſſerim: ſed is adeo non fuit princeps ſenatus, ut ne ſenator quidem fuerit. *Principes ſententiarum* alicubi nominari memini eos, qui primi aut in primis ut plurimum rogarentur. Neque aliter Cicero 3 de Orat. *Ab eo viro quem quærimus auctorem publici conſilii & regendæ civitatis ducem & ſententiæ atque eloquentiæ principem, in ſenatu, in populo, in cauſis publicis eſſe volumus.* Quemadmodum apud Juſtinum & alios *princeps Thebanorum* Iſmenias, *princeps Eliorum* Hellanicus, id eſt, unus è primoribus. Sed quemquam unum & ſolum perpetuo fuiſſe ac dictum eſſe *principem ſententiæ*, ut erat per quinquennium & appellabatur *princeps ſenatus*, nuſquam ad hoc traditum obſervavi. *Gronovius.*

4 *Tiro Tullius*] Cujus varia ſcripta citat Agellius, *Epiſtolas* lib. 7 cap. 3. lib. 10 c. 1. *Pandectas, de variis atque promiſcis Quæſtionibus, de uſu atque oratione linguæ Latinæ*, lib. 13 c. 9. Citantur quoque ejus ſcripta à Plutarcho.

5 *Capito Ateius*] Hic ſtudiis civilibus excellens Labeoni ſemper in juris tractatione & in Rep. gubernanda adverſus fuit. Cui cum ſucceſſiſſet Maſſurius Sabinus, Labeoni vero Nerva, auctæ quoque illæ fuere diſſenſiones. Scripſit *Commentaria ad* XII. *Tabulas. Conjectaneorum libros*, ut auctor noſter refert lib. XIV. cap. VII. *De Pontificio jure* citante iterum Gellio lib. 4. cap. 6. Librum ſextum Pontificalem in partes vocat Feſtus in voce, *Mundus*, & Macrobius lib. 7. Saturnal. cap. 13. ejuſdem verba ex libro de Pontif. jure adſcribit, de annulorum geſtatione, eâ occaſione, quod nefas eſſe ſanciret deorum formas anulis inſcribi. Ex *Collectaneorum* libris auctor quoque noſter librum nonum, qui inſcriptus erat, *de Publicis Judiciis* citat lib. 4. cap. 14. & de Jure Sacrificiorum lib. x. Macrobius lib. 3. Saturn. Denique occurrit hic liber ſingularis de *officio Senatorio*, pro quo quædam editiones habent, *Senatoris.*

6 *De officio ſenatoris*] Operarum errorem in Carrionis & Stephani editione cenſeo, quum & in ſcriptis & antiquitus impreſſis ſit *ſenatorio.* Gronovius.

7 *Rem quam conſulebatur*] Colerus ad Valerium Maximum corrigit, *quam conſulebat.* Quid opus? Sed

debatur, perfici nolebat. [8] *Ejus rei gratia ducendæ, longa oratione utebatur* [9] *eximebatque dicendo diem.* [10] *Erat enim jus ſenatori, ut, ſententiam rogatus, diceret antè* [11] *quicquid vellet aliæ rei & quoad vellet. Cæſar conſul* [12] *viatorem vocavit; eumque, quum finem non faceret,* [13] *prehendi loquentem & in carcerem duci juſſit. Senatus conſurrexit: proſequebatur Catonem in carcerem. Hac,* inquit, *invidia facta Cæſar deſtitit, & mitti Catonem juſſit.*

Sed Reg. & Rott. *quæ conſulebatur.* Cicero 10 famil. 22. *Propter tarditatem ſententiarum moramque rerum cum ea, quæ conſulebantur, ad exitum non pervenirent.* Pro Muræna: *Quæ conſuluntur autem, minimo periculo reſpondentur.* Idem.

8 *Ejus rei gratia ducendæ*] Colerus expungit τὸ *ducendæ.* Injuria: eſt enim ut *ducere comitia, ducere bellum, ducere judicium.* Gronovius. Regius vero *ejus rei ducendæ gratia.*

9 *Eximebatque dicendo diem*] Id eſt, diem conſumebat. Poſt ſolis autem occaſum Sctum perſcribi nequibat. *Extrahere diem* dixit Valerius. Idem enim refert *invito C. Cæſare conſule adverſus publicanos dicendo in curia diem extraxiſſe.*

10 *Erat enim jus ſenatori, &c.*] Hinc Tacitus Annal. lib. 13. ex perſona Thraſeæ, *licere Patribus, quoties jus dicundæ ſententiæ accepiſſent, quæ vellent expromere, relationemque in ea poſtulare.*

11 *Quicquid vellet alii rei*] Jo. Meurſius Anim. Miſc. 4, 9, tentat *ali rei*, tanquam ab *alis* pro *alius.* Sed ſcripti plane: *quicquid vellet aliæ rei.* Quod mutandum non fuit. Cælius apud Priſcianum lib. 6. *Nullius aliæ rei, niſi amicitiæ cauſa.* Neſter 9, 4. *Emoriantur repente hæc omnia nulli aliæ cauſæ obnoxia.* Gronovius.

12 *Viatorem*] Apparitorem. Columella in Præfat. lib. 1. *Illis temporibus proceres civitatis in agris morabantur, & cum conſilium publicum deſiderabatur, à villis arceſſebantur in Senatum. Ex quo qui eos evocabant, viatores nominati ſunt.* Vel etiam cives qui ruſticabantur frequenter à magiſtratibus vocabantur. Vide Feſtum in *Viatores.*

13 *Prehendi loquentem*] Scripti *prendi.* Gronov.

CAP. XI.

Quæ qualiaque ſint, quæ Ariſtoxenus, quaſi magis comperta, [1] *de Pythagora memoriæ commendavit. & quæ item Plutarchus eundem in modum de eodem Pythagora ſcripſit.*

[2] OPINIO vetus falſa occupavit & convaluit, Pythagoram philoſophum [3] non eſitaviſſe ex animalibus, item abſtinuiſſe [4] fabulo, quem κύαμον Græci appellant. Ex hac opinione Callimachus poëta ſcripſit:

[5] Καὶ κυάμων ἄπο χεῖρας [6] ἔχειν ἀνιώντων ἔδεσδ᾽,
Κἀγὼ, Πυθαγόρας ὡς ἐπέλθω, λέγω.

Ex

1 *De Pythagora memoriæ commendavit*] Reg. *memoriæ mandavit.* Et id ſufficere puto, ut cap. 13 hujus libri. *Gronovius.*

2 *Opinio vetus falſa*] Reg. *Opinio vetus & falſa.* Idem. Prout nempe à Lambecio annotatum eſt.

3 *Non eſitaviſſe ex animalibus*] Communis hæc veterum fuit ſententia. Laërtius inde corporis ſalubritatem & mentis ſagacitatem provenire ſtatuit. Utique inter antiquos Patres Tertullianus de cibis Judaicis, & Hieronymus I. ad Jovin. carnis uſum ante diluvium illicitum fuiſſe exiſtimant. Vide c. 1. Geneſ. ψſ. 29. & c. 9 ψſ. 3. multis rationibus hoc probat Menaſſe Ben-Iſrael. Qu. 9 in Geneſ.

4 *Fabulo*] Faba. Ita loquitur Gellius.

5 Καὶ κυάμων, &c.] Corrupte priore verſu legitur ἀνιώντεν, pro quo quædam editiones ἀνιώντων. H. Stephanus legit,

Ex eadem item opinione M. Cicero in libro de Divinatione primo, hæc verba posuit: *Jubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur,* [7] [8] *quod habet inflationem magnam is cibus tranquillitatem mentis quærentibus contrariam.* Hæc quidem M. Cicero. Sed [9] Aristoxenus musicus vir literarum veterum diligentissimus, [10] [11] Aristotelis philosophi auditor, in libro,

Καὶ κυάμων ἀπὸ χυτρας ἔχειν, ϗ ἀναιμον ἔδεσθαι. Et Latine reddit,

Evitare fabas, nihil auctum sanguine vesci,
Quondam ut Pythagoras, sic ego præcipio.

Quid si legatur ἀνιωντος ἐδεσθαι, ut molestum ac triste esse dicat fabas comedere? Posset quoque ἀιάτον legi, ut innuat Poëta fabas attingere nefas esse, immedicabile autem esse comedere.

6 Ἔχειν ἀνιώντον ἐδεσθαι] Tentaveram ἀιαίχντον· ut esset ἀτέχειν ἔδεσθαι κυάμων χυτρας ἀμαίαιτεν. Sed fortemelius H. Stephanus, ἔχειν ϗ ἀναιμον ἔδεσθαι. Gronovius. Et id quidem satis molle ac benignum. Interim doleo in hodiernis MSS. codicibus hæc Græca non reperiri, atque etiam non exstare causam, cur quum ad annum usque 1534 ediderint ἀνιώντων, ita repente sequuti editores parere potuerint prælis Ascensianis, à quibus primum anno 1536 exhibitum fuit ἀνιώντον, ut habet Gryphiana anni 1539, quum præcedens anni 1534 retineat geminum ω. Quæ vero causa fuit mutandi, quum utrumque esset venæ pessimæ? nec melior erat versio, quam idcirco Stephanus ad suam scriptionem transtulit; Græcum adscivit Prousteus, vocans *Stephani conjecturam, qui sic emendat*, quum neutra voce utatur Stephanus. Latinam interpretationem à Thysio accepit. Et sane licet ille vocis hujus ἄνιμον vestigia, id est, quasdam reliquas ejus literas ανιον habeat, an & voculam ϗ tueri ita potest? Ferocius & acerbius tamen multo est, quod nuper ex Anglia Bentlejus trajecit, quum edidisset ἔχειν ὁ ἀνίωντον, monens, versiculum priorem ita poteris emendare ἔχειν ἀΐ̈ωτά τ' ἔδεσθαι, & ἀΐ̈ωτα addit se hîc intelligere ἄψυχα. Tanquam verbum ἔχειν non fuisset centum annis ante ab Stephano emendatum. Alia Græca sic defendit, ut dum ipse in noxa est unus, Callimachum velit traduci maximum novatorem. Quæ vel exigua propinquitas est inter ἀΐ̈ωτά τ' & ἀνίωντον? Mihi quidem semper adhæsit, nec etiamnum ab eo discedo ἔχειν, ἀ πνευστον ἔδεσθαι. Ita nihil credo rarum nunc scripsisse. Si scribas ἀπνευστον, videre potes viciniam literarum. *Jac. Gronov.*

7 *Quod habet inflationem magnam*] Dioscorides lib. 1 c. 98 dicit non tantum inflare, & concoctu difficilem esse, verum etiam tumultuosa somnia facere. Vide & Galen. lib. 1 de Alim. facult. & lib. VII simpl. medicam. Plutarchus quoque Symposiacôn lib. 8 quæstione decima ait, *cibos certos esse, qui difficiles somnos faciant, & animam perturbent: testatumque id fieri fabarum exemplo & polypodis capite, quibus abstinere jubentur, qui divinare per somnos cuperent.*

8 *Quod habet inflammationem magnam is cibus*] Editiones antehac: *quæ res habet inflationem magnam. is cibus tranquillitatem mentis quærentibus constat esse contrarius.* Ex Ciceronis, quæ nunc exstant, exemplaribus videtur mutationem sumpsisse Carrio: quamvis ibi quoque sit, *tranquillitati mentis quærenti vera.* In scriptis nihil video ab editis olim distans, nisi quod *contrariam* Rot. quoque Reg. & Lincoln. non *contrarius*. Itaque suspicor, si non apud ipsum Tullium, apud Gellium dumtaxat fuisse: *ne faba vescerentur, quæ res habet inflationem magnam, tranquillitatem mentis quærentibus contrariam.* Nam illud, *quæ res*, non est plebejum, sed alibi & ipsius Ciceronis, ut notavimus 3 Observ. 24. Ad Atticum 4, 10. *Ego hic pascor bibliotheca Fausti. Fortasse tu putabas his rebus Puteolanis & Lucrinensibus. ne ista quidem desunt.* Vix est ut non horum verborum explicatio sit *is cibus*, quo in contextum recepto ab imprudenti librario malus aliquis medicus & interjecit *constat esse*, (quas voces Stephanus ex editione sua omisit) ac barbare fecit *contrarius ἀντὶ τῆ contrariam.* Quid est autem, cur triumphet Stephanus *inflammatione* pro *inflatione*, quam tenent omnes libri, subjecta? Vide Lud. Nonnium de re cibaria 1, 9. *Gronovius.*

9 *Aristoxenus musicus*] Citat quoque Athenæus Δειπν. lib. 12. librum ejus τῶ Συμμικτῶν Συμποτικῶν, sive *miscellanearum convivialium quæstionum.* Hujus Harmonicorum libri tres hodieque extant, nuper meliori versione & notis à Meibomio aucti. Adhibendus Th. Reinesius lib. III Variar. lect. cap. 9.

10 *Aristotelis &c. auditor*] Quem mortuum probris laceravit, quod scholæ successorem reliquisset Theophrastum, cum ipse inter ejus auditores magnam gloriam esset consecutus, ut testatur Suidas. Idem Xenophilum Pythagoricum audivit, quem hoc eodem capite familiarem Aristoxeni appellat auctor noster.

11 *Ari-*

libro, quem de Pythagora reliquit, nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum quàm fabis: quoniam is cibus & subduceret sensim alvum & lævigaret. [12] [13] Verba ista Aristoxeni subscripsi: Πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασε· λίαν [14] κινητικόν τε γὰρ εἶναι, καὶ διαφορητικόν. διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ [a]. [15] Porculis quoque minusculis & hœdis tenerioribus victitasse idem Aristoxenus refert. Quam rem videtur [16] cognovisse ex Xenophilo Pythagorico familiari suo, & ex quibusdam aliis natu majoribus, qui ab ætate Pythagoræ haud multum aberant. Ac de animalibus [17] Alexis etiam poëta in [18] comœdia, quæ Pythagoræ vita inscribitur, docet. Videtur autem de [19] κυάμῳ non esitato cau-

a *Pythagoras inter legumina fabam maxime approbavit. movendi enim & discutiendi vim habere. Ideoque maxime illa utebatur.*

11 *Aristotelis philosophi auditor*] Reg. *Aristoteli.* Ut post paullo *carmina Empedocli.* Sic enim etiam hujus terminationis vocabula in casu patrio inclinabant. Et *Sophocli*, *Euripidi*, *Oresti*, similiaque noster alibi. *Gronovius.*

12 *Ista*] Aliter, *ipsa.*

13 *Verba ista Aristoxeni subscripsi*] Regius *ipsa.* Gronovius.

14 Κινητικόν τε γὰρ εἶναι καὶ διαφορητικόν] Gebhardus notavit in Palatino κυητικόν τε γὰρ εἶναι· neque aliter Romana & Veneta editiones. Aldus mutavit, &, puto, jure. *Idem.*

15 *Porculis quoque minusculis*] Lactantes porculos intelligit, qui Græcis γαλαθηνοί. Abstinuisse iis quam maxime juxta quorundam opinionem refert Diogenes Laërtius in vitâ Pythagoræ. Porphyrius in ejusdem vita gallinas & teneriores porcellos sacrificasse commemorat. Idem Porphyrius lib. 1 περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. ἱστοροῦσι δὲ τίνες καὶ αὐτοὺς ἀπτεσθαι τῶν ἐμψύχων Πυθαγορείους, ὅτι θύοιεν θεοῖ. Id est, *Sunt qui narrant Pythagoreos ipsos non omnino animatis abstinuisse, cum sacrificarent Diis.*

16 *Cognovisse ex Xenophilo*] Lenius scripti: *è Xenophilo.* Gronovius.

17 *Alexis*] Quem ducentas & quadraginta quinque fabulas scripsisse Suidas testatur. Plutarchus præcepta quoque voluptatis ab Alexide tradita scribit. Platonem philosophum in comœdiis traduxisse Diogenes Laërtius testatur. In Pythagoricos hi versus citantur,

Οἱ Πυθαγορίζοντες γὰρ, ὡς ἀκούομεν,
Οὔτ' ὄψον ἐσθίουσιν, οὔτ' ἄλλο οὐδὲ ἓν
Ἔμψυχον, οἶνό τ' οὐχὶ πίνουσιν μόνοι.
Ἐπιχαρίδης μὲν τὰς κύνας κατεσθίει
Τῶν Πυθαγορείων εἷς, ἀποκτείνας γε μὴν·
Οὐκ ἔτι γὰρ ἐστὶ ἔμψυχον ———

Id est,

Pythagorici enim, ut audimus,
Nec obsonio vescuntur, nec alio quopiam
Animato, vinumque soli non bibunt.
Epicharides quidem canes devorat
Unus Pythagoricorum, occidens tamen,
Nam tum non amplius est animatum.

An hos versus respexerit Gellius, dubito. De Alexide vide supra 11, 23.

18 *Comœdia quæ Pythagoræ Vita inscribitur*] Rot. *pythagoruua inscribitur.* Reg. & Lincoln. *pythagoræ via.* Cum βίος Πυθαγόρου historicus, non comicus, titulus videatur, & Athenæus lib. 3 laudet Alexin Πυθαγοριζούσῃ, Gellium quoque edidisse, *quæ* Πυθαγορίζουσα *inscribitur*, probabiliter censet Th. Reinesius 3 Var. 3. *Gronovius.* Quæ quidem conjectura nobis tanto favorabilior accidere debet, quia in omnibus MSS. esse *Pythagori*, non *Pythagoræ* scimus, in quo labebatur calamus patris. Ita vidi eundem alicubi annotavisse à Cratino similiter scriptam Πυθαγορίζουσαν, quam citat Suidas in Ξενοφάνης. Sed de sententia Reinesii audi tamen ita judicantem Joh. Johnsium in Historia Philosoph. 1, 19. [Est qui Gellium hîc ex Athenæo corrigendum censeat, neque magnopere repugno] Apparet tamen ex hac codicum veterum scriptura non fuisse id vocabulum Græce scriptum, sed Latine, sicut eorum scribæ omnes Latinis literis ediderunt: unde judicabam Pythagoræ vel Pythagori viam inscriptam esse respectu habito ad literam Y, quam Pythagoræ literam vocat Ausonius, cui Philosophus ille vitam & duas ejus vias comparabat. *Jac. Gronov.*

19 Κυάμῳ *non esitato*] Lucianus Pythagoram apud inferos dicentem introducit, par esse scelus comedere fabas, & capita parentum. Citatur à Clemente lib. 3. Στρωμ. hic versus,

Ἴσον τὶ κυάμους τρώγειν, κεφαλάς τε τοκήων.

Id est,

Est æquale fabas comedere, atque capita parentum.

cauſam erroris fuiſſe, quia in Empedocli carmine, [20] [21] qui diſciplinas Pythagoræ ſecutus eſt, verſus hic invenitur:

Δειλοὶ, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε a.

Opinati enim ſunt plerique [22] κύαμον legumentum vulgo dici. Sed [23] qui diligentius ſcitiuſque carmina Empedocli arbitrati ſunt, [24] κυάμους hoc in loco teſticulos ſignificare dicunt; eoſque [25] more Pythagoræ opertè atque ſymbolicè κυάμους appellatos, [26] quia ſint εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ καὶ αἴτιοι ὦ κυεῖν b; [27] & genituræ humanæ vim præbeant, [28] iccircoque in Empedocli verſu iſto non à fabulo edendo, ſed à rei venereæ proluvio voluiſſe homines deducere. Plutarchus quoque homo in diſciplinis gravi auctoritate in primo librorum, quos de Homero compoſuit, Ariſto-

a *O miſeri, miſeri, tactum vitate fabarum.*

b *Ad implendum uterum validi, atque adeo in cauſa ſeturæ.*

---

20 *Qui diſciplinas Pythagoræ ſecutus eſt*] Rutgerſius legit, *Quo diſciplinas Pythagoræ ſecutus eſt. Sequi* autem interpretatur narrare, deſcribere, more Græcorum, qui ἕσπετε μοὶ μῦσαι, nonnunquam dicunt ἀντὶ τοῦ εἴπατε. Empedoclem autem Pythagoræ dogmata carmine divulgaſſe, ac ob id eorum cœtu prohibitum fuiſſe manifeſto tradit Laërtius. Vide Rutgerſ. lib. IV. Var. cap. XIX. Uſitata tamen lectio hic ſervari poteſt. Pythagoræ enim diſciplinas ſectatum Empedoclem ſatis conſtat. neque opus eſt hic λεπτολογεῖν.

21 *Qui diſciplinas Pythagoræ ſecutus eſt*] Rutgerſius 4 Var. 19 *quo. Secutus* ab Aldo eſt & firmant ſcripti. Ro. & Ven. *ſectatus*. Gronovius.

22 Κύαμον *legumentum vulgo dici*] Rot. *cianius*. Dein Rot. *legumentum dicitur*. Lincol. *legumentum à vulgo dicitur*. Regius, *legumentum dicitur à vulgo dicitur*. Nimirum legendum: *Opinati enim ſunt plerique* Κυάμους (puta in verſu Empedoclis) *legumentum dici, ut à vulgo dicitur*, quod etiam odoratus fuit Salmaſius. *Gronovius*.

23 *Qui diligentius anquiſitiuſque*] Et hoc Carrionis: nam ſcripti & editi veteres, *diligentius ſcitiuſque*. Alludit Lincoln. qui *fatiuſque*. Gronovius.

24 Κυάμους *hoc in loco*] Κύαμος quoque Græcis pars illa, qua ſecus mulicbre cenſetur; ἀπὸ τοῦ κύειν. Sed & κύαμον, id eſt, fabam pudendi fœminini formam referre ait Ariſtoteles apud Laert. Hinc forſan κυαμίζειν puellæ dicuntur, quæ maturæ virum appetunt. hinc Iacchus κυαμίτης (ita illum Heſychius appellat) dicebatur, à muliebris membri contrectatione; cujus Orphica meminerunt apud Clementem Alexandrinum. Gellius hic interpretatur teſticulos. Certe fabam in ſacris Eleuſiniis nominari fas non erat, ut Pauſanias teſtatur. Vide Salmaſ. ad Sol. p. 751. Cælius Rhodiginus l. 17. Antiq. Lect. cap. 17. per κυάμους ova intelligit, quod in iis ſit animalium κύησις, à quibus abſtinebant quoque Pythagorici teſte Laërtio. Alii, inter quos Plutarchus De educandis liberis, fabis abſtinere ita interpretantur, ut magiſtratus fugerent, qui olim ſuffragiis per fabas latis in primis apud Athenienſes creabantur. Juxta literam tamen hæc Plutarch. in Probl. (à ſeipſo diſſentiens l. περὶ τῶν παίδων ἀγωγῆς) Cicero, Laërtius, Lucianus, alii acceperunt. Ex Ægyptiorum placitis forſan hæc hauſit Pyrhagoras. Namque Herodotus ſcribit, neque ſerere fabam, neque comedere Ægyptios, atque etiam à conſpectu ejus abhorrere.

25 *More Pythagoræ operte atque ſymbolice*] Quam ſententiam ideo & Phil. Carolus amplectitur; ut enim pleraque alia in ænigmate protulit, ſic nunc ſecretum aliquem & moralem ſenſum hoc vocabulo nominaſſe, neque ſecundum literam accipi debere fabam pronunciat, etſi eum non explicet.

26 *Quia ſint* εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ καὶ αἴτιοι τοῦ κυεῖν] Rot. *quod ſint Gr. & genituræ*. Reg. *quod ſint* αἴτιοι τοῦ κυεῖν *& genituræ humanæ vim præbeant*. Illa εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ καὶ non agnoſcit. Lincoln. *quid ſint*. Gron.

27 *Et genituræ*] Hæ quinque voces ſunt interpretis verba, non Gellii, & à Bad. & Ald. Ed. abſunt. *Thyſius*. Nequaquam, & abſtinuiſſet talia ſcribere, ſi cognitam habuiſſet ſcripturam codicis Regii.

28 *Iccircoque in Empedocli verſu*] Hoc ab Aldo eſt. Ro. Ven. Gry. *Iccircoque Empedoclem*. Scripti, *iccircoque in Empedoclem*, vel *in Empedocle*. Lege: *iccircoque & Empedoclem verſu iſto, non à fabulo edendo, ſed à rei venereæ proluvio voluiſſe homines deducere*. Nam in minuta ſcriptura, quoties compendia ſectatur, inter præpoſitionem iſtam & conjunctionem parum intereſt. *Gronovius*. Niſi innuant auctorem dediſſe *iccirco eum Empedoclem*.

29 Ἀρι-

ristotelem philosophum scripsit eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse; quòd non abstinuerunt edundis animalibus, nisi pauca carne quadam. Verba ipsa Plutarchi, quoniam res inopinata est, subscripsi: [29] Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας, καὶ καρδίας, καὶ ἀκαλύφης, καὶ τοιούτων ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς Πυθαγορικούς· ἔνιοι δὲ τοῖς ἄλλοις[a]. [30] Ἀκαλύφη autem est animal marinum, quod urtica appellatur. [31] [32] Sed & piscibus nonnullis abstinere Pythagoricos [33] Plutarchus in Symposiacis dicit. Pythagoram verò ipsum sicuti celebre est [34] Euphorbum [35] primo se fuisse dictitasse; ita hæc remotiora sunt his, quæ [36] Clearchus & [37] Dicæarchus memoriæ tradiderunt, fuisse eum postea [38] Pyrandrum, deinde Callicleam, deinde feminam pulchra facie [39] meretricem, [40] [41] cui nomen fuerat Alce.

a *Aristoteles à vulva, corde, & urtica marina, atque id genus quibusdam aliis abstinere Pythagoricos dixit, uti vero aliis.*

29 Ἀριστοτέλης δὲ] In dictis Pythagoræ quoque habetur *cor non comedendum*, quod tamen allegorice exponit Laërtius. Idem dicit ex Aristotele abstinuisse usu μήτρας καὶ τρίγλης. Per τρίγλην mullum intelligit H. Stephanus, Casaubonus in Athenæum apuam triglitidem, vilem piscículum. Operæ pretium est Laërtii Græca verba apponere: Παντὸς δὲ μᾶλλον ἀπηγόρευεν μήτ' ἐρυθρὸν ἐσθίειν, μήτε μιλάνουρον, καρδίας τε ἀπέχεσθαι καὶ κυάμων. Ἀριστοτέλης δὲ φησὶ καὶ μήτρας καὶ τρίγλης. id est, *maxime omnium prohibuit neque erythinum comedere* (ita & Plinio vocatur, Aristoteli ἐρυθρῖνος à rubore. ἔρυθρος tamen & ἐρυθραίνειν quoque dicitur) *neque melanurum* (cujus meminit quoque Aristoteles & Plinius) *abstinere item à corde & cyamis. Aristoteles vero dicit etiam matrice & trigla.* Item jecinore, sicut idem Aristoteles in Deliorum Rep. teste Laërtio commemorat.

30 Ἀκαλύφη] Alii legunt ἀκαλήφη, quod ἄκαλος sit τῇ ἁφῇ, sive noxia tactu, sicuti urtica Latinis dicitur, quod uredinem capientibus infligat. Videtur autem ἀκαλήφη & plantam & piscem denotare, sicut urtica apud Latinos. Atque huc facit proverbium Pherecratis apud Athenæum lib. 3. cap. 12. ἀκαλήφαις ἐστεφανῶσθαι, id est, *urticis coronatum esse.* Cujus meminit quoque Scholiastes Aristophanis ad Comœdiam ἱππεῖς, uti & Suidas Grammaticus. De hoc pisce vide Aristot. Hist. Anim. lib. 4.

31 *Sed & piscibus nonnullis*] Athenæus lib. 7. ne gustasse quidem pisces refert. Verba ejus hæc sunt: *οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν μὲν ἄλλων ἐμψύχων μετρίως ἀπτοῦσιν, τινὰ δὲ καὶ θύοντες, ἰχθύων μόνων οὐ γεύονται τὸ παράπαν*: id est, *Pythagorici cum modo aliis quidem animatis vescuntur, quædam etiam sacrificant, solos omnino pisces ne gustant quidem.*

32 *Piscibus nonnullis abstinere Pythagoricos Plutarchus*] Reg. & Rot. *piscibus mullis*, (ita quidem ut in Reg. prima linea in voce *mullis* sit erasa) Lincoln. *piscibus nullis.* Dein nomen philosophi Chæronensis nescit hic Rot. atque id sane potest integro sensu abesse. Sed neque de *nonnullis* neque de *mullis* Plutarchus, Locus est 8 συμποσ. ubi legis, ὅτι δὴ μάλιστα τῶν ἰχθύων ἀπείχοντο. Et, ἄλλα μὲν ἔστω ὅτε μετρίοις προσφερομένοις, καὶ νὴ Δία θύουσιν, ἰχθύος δὲ μὴ γεύσασθαι τὸ παράπαν ὑπομένουσιν. Et, ἡ τῶν Πυθαγορικῶν πρὸς τὸ ἰχθὺν ἐκεχειρία. Numquid igitur fuit? *piscibus nullis non*: aut *piscibus mάλιστα abstinere.* Gron.

33 *Plutarchus in Symposiacis*] Vide lib. 8. Qu. 8. ubi quærit, quare Pythagorici ex animalibus maxime pisces pro cibo sint aversati.

34 *Euphorbum*] Heraclides Ponticus apud Laërtium refert dixisse Pythagoram, se aliquando fuisse Æthalidem, dein Euphorbum, postea Hermotimum, & Pyrrhum, post quem fuisse Pythagoram.

35 *Primo se fuisse dictitasse*] Pronomen *se* non apparuit in ullo ex tribus MSS. *Jac. Gronov.*

36 *Clearchus*] Hic fuit Solensis, Aristotelis discipulus, cujus libros περὶ βίων aliquotiens citat Athenæus. In quibus proculdubio de Pythagoræ quoque vita agebatur.

37 *Dicæarchus*] Messenius, qui præter alia etiam vitas teste Laërtio conscripsit.

38 *Pyrandrum*] Quem hominem astutum & nequam fuisse refert Suidas. Unde technæ Pyrandri in proverbium abiere pro versutissimis fraudibus. *Thys.* MS. autem Regius *Pyrrandrum*, qui præterea exhibet *deinda & halidena*, sicut & Lincoln. *thalidena*, at Rott. *callideria.* Itaque pro verissima apparet habendam suspicionem Cl. Menagii statuentis legendum videri *dein Æthaliden.* Jac. Gronov.

39 *Meretricem*] Scortum Periclis fuisse Lucianus in Gallo affirmat, ubi Micyllus miratur insolens transformationis genus, quod scilicet ex scorto prodierit Philosophus. *Mosell.*

40 *Alce*] Alii *Aspasiam* dictitant, inter quos Lucianus in Gallo. Legitur quoque *Alco.*

41 *Cui nomen fuerit Alce*] Non incommoda vox Ἀλκή, Lincoln. tamen *alio*: Reg. & Rott. *Alco*, quasi fuerit Ἄλκω, ut Ἄκκω. Gronovius.

CAP.

CAP. XII.

Notæ & animadverſiones cenſoriæ in veteribus monumentis repertæ memoria dignæ.

SI quis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eumque indiligenter curabat, ac neque araverat, neque purgaverat; ſive quis arborem ſuam vineamque habuerat derelictui: [1] non id ſine pœna fuit; ſed erat opus cenſorium: cenſoreſque ærarium faciebant. Item ſi quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum viſus erat, *impolitiæ* notabatur. Id verbum ſignificat quaſi ſi tu dicas, *incuriæ*: [2] cujus rei utriuſque auctoritates ſunt: & M. Cato id ſæpenumero atteſtatus eſt.

1 *Ærarium faciebant*] Hæc nota ad plebeios pertinebat, quos aut tribu movebant, & ex honeſta ſive ruſtica tribu in urbanam ſive minus honeſtam transferebant, aut ærarios faciebant, qui privati jure ſuffragii æra pro capite tributi nomine perſolverent. Qui etiam in cæritum tabulas relati dicebantur. Vide Gellium noſtrum lib. 16 cap. 3. & Aſconium Pædianum in Divinat. Cic.

2 *Cujus rei utriuſque*] Utriuſque notæ cenſoriæ.

CAP. XIII.

Quod incentiones quædam tibiarum certo modo factæ iſchiacis mederi poſſint.

[1] CReditum hoc à pleriſque eſt & memoriæ mandatum; [2 3] iſchiaci quum maximè doleant, tum, ſi [4] modulis lenibus tibicen incinat, minui

1 *Proditum hoc à pleriſque eſt*] Reg. & Rot. *Creditum*. Melius; nam *proditum* & *memoriæ mandatum* ſenſu nihil differunt. Lib. 9, 7. *Vulgo & ſcriptum & creditum eſt folia olearum* &c. Ibidem verbum ſubſtantivum mihi ſuſpectum. *Gronovius.*

2 *Iſchiaci*] Ἰσχίας morbus dicitur coxendicis. ἰσχίον coxarum vertebra. Dicuntur autem ἰσχιακοὶ, & ἰσχιαδικοί.

3 *Iſchiaci cum maxime*] Liber uterque *iſchia cum maxime*. Scribe, *iſchiacis, cum maxime*. ut referatur ad τὸ *minui dolores*. Gronovius. Niſi probabilius ſit retineri ſimpliciter ſcripturam veterem, Gellio ſtudioſe eligente vocabulum Græcum ἰσχία, *iſchia*, ut magis diſerte alluderet ad dolores vel ægrotos inde ab Græcis appellatos iſchiacos vel iſchiadicos. *Jac. Gronovius.*

4 *Modulis lenibus*] Vereor, ut hæc ſatis fideliter relata ſint. Certe quidem Theophraſtus non lenibus modulis levari iſchiacos ſcripſerat: ſed harmonia Phrygia, quæ omnium vehementiſſima eſt, & aptiſſima ad animos audientium divino quodam furore incitandos. Ideoque eam adhibebant in orgiis Bacchi & Berecynthiæ; & hoc eſt quod ait Catullus:

Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo.

Et propterea ait Ariſtoteles tibiam adhibendam eſſe, ὃν οἷς ἡ θεωρία κάθαρσιν μᾶλλον δυνατὴ ἢ μαθησιν. quod non animadverterunt, qui eum Ariſtotelis locum interpretati ſunt. Verum autem eſſe quod dixi de Theophraſto, conſtat ex his quæ ſunt apud Athenæum libro XIV. Ὅτι δὲ καὶ ἰᾶται μουσικὴ, Θεόφραστος ἱστόρησεν ὁ τῷ περὶ ἐνθουσιασμῶν, ἰσχιακοὺς φάσκων ἀνόσους διατελεῖν, εἰ καταυλησοι τὶς τῇ τότε τῇ Φρυγιστὶ ἁρμονίᾳ. Sed & quod ſtatim ſubjicit de morſu viperarum, vereor ne non de viperis ſcripſerit Theophraſtus, ſed de iis phalangiis, quæ hodie vulgò Tarantulæ vocantur, quarum morſus, in Apulia ſi negligatur, lethalis eſt: neque aliud mali uſitatius aut exploratius remedium, quam in citharœdis & tibicinibus: quibus auditis, velut è gravi ſomno excitatus, qui morſus eſt, attonitus & extra ſe poſitus ſaltare ac tripudiare incipit; neque unquam deſinet, dum ne illi quidem intermittant, donec delaſſatus, ac ſudore fluens, propè exani-

minui dolores. Ego nuperrimè in libro Theophrasti scriptum inveni [5] viperarum morsibus tibicinium scitè modulateque adhibitum mederi. [6] Refert etiam idem Democriti liber, qui inscribitur [7] [8] περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν [a]. In quo docet [9] [10] plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum. [11] Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum mentibusque; [12] & propterea quoque vitiis aut medelis animorum & corporum.

a *De pestibus aut pestiferis modis.*

exanimis concidat. Hoc quidem & certissimum & notissimum est, & à præstanti medico Matthiolo literis proditum. *Muret. lib.* 14. *cap.* 6. Var. Lect.

5 *Viperarum morsibus tibicinem*] Lincoln. *tibicinum.* Reg. & Rot. *tibicinum scite modulateque adhibitum mederi.* Haud dubie suavius. Apulejus in Floridis: *Marsyas cum in artificio patrissaret tibicinii.* Et de Antigenida: *cum esset in tibicinio apprime nobilis.* Eadem vox forsan restituenda Frontoni apud Sosipatrum in *Duum* lib. 1. *Vestrorum duum principem & gnarum modulorum & tibicinii.* Vulgo *dictum & navum & tibicinum.* Usus quoque noster lib. 1 cap. 37. *Gronovius.*

6 *Refert etiam idem Democriti liber*] Τὸ *idem* Carrionis est emblema. nam priores omnes, *Refert & Democriti.* Scripti, *Refert etiam Democriti.* Adjectum illud *idem*, ut sanarent vitium, quod luxando periodos & male distinguendo, verboque *est* interponendo contraxerant. Sic igitur omnia concipe: *Creditum hoc à plerisque & memoriæ mandatum, ischiacis, cum maxime doleant, tum, si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores, ego nuperrime in libro Theophrasti scriptum inveni. Viperarum morsibus tibicinium scite modulateque adhibitum mederi, refert etiam Democriti liber.* Idem.

7 Περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν] Ita ex ingenio suo edidit H. S. T. cum in superioris temporis editionibus legeretur περὶ λοιμῶν ἢ λογικων κανών. Utrumque æque mendosum. Legerim ex Laertio περὶ λοιμων κανὼν ά. β΄. γ΄. Hoc enim titulo inter Democriti libros unum fuisse refert. *Lambecius.*

8 Περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακων] In utroque scripto hæc Græca desunt. Ro. Ven. Ald. Vasc. Gryph. ἢ λογικῶν κανών. Unde Hier. Magius ἢ λογικων κακῶν (quod & Gryphii margines habent) reprehensum Reinesio 2 Var. Lect. 1. Carrio, an Stephanus, fecerunt, quod editur. P. Lambecius è Diogene Laërtio: περὶ λοιμῶν κανῶν ά β΄ γ΄. Gronovius.

9 *Plurimis hominum morsibus*] Restituo ex MS. R. pro *morsibus morbis.* Ita Musica apud Marcianum Capellam de se ipsa loquitur: *Perturbationibus animorum corporeisque morbis medicabile crebrius carmen insonui.* Sed fefellit correctores, quod paulum præcedit, morsibus viperarum tibicinii medelam adhibitam fuisse. Quippe non animadverterunt non Ischiada solum & morsus viperarum, sed ipsam adeo Phrenesin, Febrim, Pestilentiam, Surditatem, & plures alias animi & corporis afflictationes veteres modulorum præsidio curasse: quod hoc loco innuitur, dum ait, plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiarum. *Lambecius.*

10 *Plurimis hominum morsibus medicinam fuisse*] Ab Aldo *morsibus* est sicut idem est in Lincoln.: nam Ro. Ven. Vas. *morbis.* Regius cum Rottendorf. *plurimis hominum morbidis.* Recte omnino: affectos intelligit, ægrotos. Varro; de re rust. 16. *Cum sunt apes morbidæ propter primores vernos pastus.* Plinius lib. 8 cap. 26. *Atque ita profluvio sanguinis morbidum alias corpus exonerat.* Sed & utræque membranæ, *medicinæ fuisse*, ut Plinio toties *remedio esse.* Quod cur spernamus, nihil est causæ. *Gronovius.*

11 *Tanta prorsus est adfinitas corporibus*] Parum refert, sed quæ libido mutandi vetera? Scripti enim hoc ordine verborum: *Tanta prorsus adfinitas est corporibus hominum, mentibusque & propterea vitiis quoque aut medelis animorum & corporum.* Idem.

12 *Et propterea quoque vitiis*] Ita Aristoteles quoque judicat lib. 8. Polit. cap. 5. & Athenæus lib. 14. Δειπνοσ. cap. 5. & 6. & Hermogenes περὶ τῶν ἰδεῶν. Quintilianus: *Pythagoram accepimus, concitatos ad vim pudicæ domui inferendam juvenes, jussa mutare in spondeum modos tibicina, composuisse.* Cæterum etiam Galenus & Cœlius Aurelianus talis incentionis meminerunt.

CAP. XIV.

Narratur historia [1] de Hostilio Mancino ædili & Mamilia meretrice : verbaque decreti tribunorum, ad quos à Mamilia provocatum est.

QUUM librum nonum Atei Capitonis Conjectaneorum legeremus, qui inscriptus est *de judiciis publicis :* decretum tribunorum visum est gravitatis antiquæ plenum. Propterea id meminimus ; idque ob hanc causam [2] & in hanc sententiam scriptum est : A. Hostilius Mancinus ædilis curulis fuit. Is Mamiliæ meretrici [3] diem ad populum dixit, quod de tabulato ejus noctu lapide ictus esset, vulnusque ex eo lapide ostendebat. Mamilia ad tribunos plebei provocavit. Apud eos dixit [5] comessatorem Mancinum ad ædes suas venisse : [5] eum sibi fas recipere non fuisse æde sua ; sed quum vi irrumperet, lapidibus depulsum. Tribuni decreverunt ædilem ex eo loco jure dejectum, quo eum venire cum [6] coronario non decuisset : propterea, ne cum populo ædilis ageret, intercesserunt.

1 *De Hostilio Mancino ædili & Mamilla*] Reg. *Mantino edulium &*, Numquid *ædili, ut & Mamilia*. Gronovius.

2 *Et in hanc sententiam*] Rot. Regiusque, *& in hac sententia*. , Delenda præpositio, quæ inserta est ab aliquo dubitante, *ET* an *IN* nota compendii duarum literarum in minutis characteribus significaret. *Idem.*

3 *Diem ad populum dixit, quod de ambulacro*] Scripti : *dixit & quod & ambulato*. Lege : *Is Mamiliæ meretrici diem ad populum dixit eo quod de tabulato ejus noctu lapide ictus esset*. Juvenalis : *tabulata tibi jam tertia fumant*. Noster 15, 1. *insulam quandam occupatam igni, multis arduisque tabulatis editam*. Prævertit hoc monere Salmasius ad Solinum p. 1218. Statim uterque : *vulnusque ex eo lapide ostendebat*. non *ostentabat*. Gronovius. Ex scripta autem lectione videtur ab Salmasio designatas fuisse literas, scribendo *quod è tabulato*. Itaque & Henr. Valesius ad Gellii sui editionis Lugdunensis apud Barthol. Vincentium MDLXXI calcem notaverat [132. *De ambulacro ejus*. Cod. Reg. *& ambulato ejus*. Unde Salmasius conjicit, *è tabulato ejus*, Id est, ἐκ τοῦ στέγους] Jac. Gronov.

4 *Comessatorem*] Qui post cænam convivium in multam noctem protraxerat. Hoc enim proprie est *comessare*. Antiq. Ven. Ed. & Aldus *comesatorem* legit. Sed plane Reg. *comessatorem*, prout incepit Gryphius edere anno 1539, forsan ex emendatione Vascosani : is enim anno 1536 sic exhibuit, ut nemo miretur id nunc repeti, præsertim quum sic citaret Pigius supponens hanc ædilitatem incidisse in annum v. c. DLXXI, ubi & vocatur *Manulia*, & *ostentabat*, & *eum sibi recipere in æde sua non fuisse*. Manuliam vocat quoque Dan. Heinsius ad Maximum Tyrium, & quamvis habeat ante oculos ἐκώμασεν, vocavit tamen *commessatorem*. Denique citat *venire cum corona*. Sed perperam & leviter. Credibilius est fuisse appellatam Mamillam. Sed Reg. & Rott. vocant *Maniliam*, ut libertinam in illa gente. *Jac. Gron.*

5 *Eum sibi fas recipere non fuisse in æde sua*] Carrionis, opinor, est : nam τὸ *fas* & scriptis & editis prius exsulat. In marginibus Gryphii alii *visum non fuisse*, alii *non voluisse*. P. Scriverius, *Animum sibi recipere non fuisse*. Quæ omnia non intellecto exquisito sermone, de quo diximus 4 Observat. 8. Magis autem foret ex usu loquendi, *in ædes suas*. etsi Rott. *eum sibi recipere non fuisse æde sua*, quomodo & Reg. ubi si possis admittere *ædes suas*, dictum foret, ut *recipere domum*. Gronovius.

6 *Coronario*] Corona. Qui enim genio indulgebant, coronis caput cingere soliti. Penes ædiles quidem popinarum, & fornicum, scortationum meretricum coërcitio ; cæterum hic comissator libidinis causa eo venerat. Pro *coronario* forsan legendum, *corollario*, quo etiam corona intelligitur, ut ex Suetonii August. cap. 45. & ex Plinio lib. 21. liquet. Badius & Mosellanus per *coronarium* vel coronarum convivalium concinnatorem vel coronarium aurum, quod magistratus insigne gerebat, intelligunt : sed ab Phil. Carolo explicatur de habitu ebriosorum.

CAP.

CAP. XV.

Defensa à culpa sententia ex historia Sallustii, [1] *quam inimici ejus cum insectatione malignè reprehenderint.*

ELEGANTIA orationis Sallustii [2] [3] verborumque fingendi & novandi studium cum multa prorsus invidia fuit; multique non mediocri ingenio viri conati sunt reprehendere pleraque & obtrectare: in quibus plura inscitè aut malignè vellicant. Nonnulla tamen videri possunt non indigna reprehensione; quale illud in Catilinæ historia repertum est, quod habeat eam speciem, quasi parum attentè dictum. Verba Sallustii hæc sunt: *Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem* [4] *& auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere: primùm quòd facta dictis exæquanda sunt; dein, quòd plerique, quæ delicta reprehenderis, malivolentiâ & invidiâ dicta putant. Ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores; quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit:* [5] *suprà; veluti ficta pro falsis ducit.* Proposuit, inquiunt, dicturum causas, quamobrem videatur esse arduum res gestas scribere: [6] atque ibi non primum causam, sed querelas dicit. Non enim causa videri debet, cur historiæ opus arduum sit, quod ii, qui legunt, aut iniquè interpretantur quæ scripta sunt, aut vera esse non credunt. Obnoxiam quippe & objectam falsis existi-

1 *Quam inimici ejus*] Antiq. Venet. Ed. *quam inimici antea, &c. reprehenderunt.*

2 *Novandi studium*] Vide lib. 1 caput 15.

3 *Verborumque facundia & novandi studium*] Reg. & Rot. *Verborumque findi.* Monstrant, *verborumque fingendi & novandi studium.* id est, verborum fingendorum & novandorum, vel verba fingendi & novandi. Sic enim loquebantur. Plautus Captiv. 4, 2. *Nominandi tibi istorum erit magis quam edundi copia.* Varro 2 de r. rust. 1. *Sive enim aliquod fuit principium generandi animalium.* Cicero Phil. 5. *Agitur utrum M. Antonio facultas detur opprimendæ reipublicæ &c. urbis, agrorum suis latronibus condonandi.* Noster lib. 16, 8. *Sui magis admonendi quam aliorum docendi gratia.* Ad rem pertinet, quod Pindarus Ολυμπ. θ' optat εἶναι εὑρεσιεπὴς ἀναγεῖσθαι πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ. Scholiastes, λόγων καινοπρεπῶν εὑρετὴς ἐπὶ τὸ διηγεῖσθαι. Gronovius.

4 *Auctorem*] Charisius lib. 2. legit, *actorem.* Et sic habent etiam nonnulli MSSti, sed aliter meliores.

5 *Supra*] Vetus Edit. *Supra ea.*

6 *Atque ibi non primum causam sed querelat*] Reg. Lincoln. & Rot. *ibi cum primam causam.* Corrupta hæc certum habeo: ut commode instaurentur, ambigo. Nisi forte: *Atque ibi post primam causam pro secunda querelas dicit.* Gronovius. Mira equidem est doctorum hominum taciturnitas in loco tam pravo, qui adeo multi cognitam habuere veterem istam scripturam, & ita futilem inutiliter supposuerunt. Interim multum opinor præstat perditum sinere, quod perditum est, prout ex vetere prorsus censuerim aliquas voces excidisse per illud *am* vel *causam* repetitum. *Atque ibi cum primam causam . . . sed querelas dicit.* Hoc vides indicari plane ab MSStis. Quæ autem exciderunt, fuerunt his similia: *dixisset, mox non procedit ad alteram*, vel *secundam, causam.* In Lincoln. legitur: *ibi cum primam causam scilicet querelas.* Lepide interim intelligit & interpretatur Prousteus: *Atque ibi non primum causam* difficultatis in historia, *sed querelas* historicorum *dicit.* Hæc nimirum conveniunt sententiæ, quam Gellius declarat! Sallustius nihil agit de historicorum querelis, sed suis. *Jac. Gronovius.*

existimationibus [7] eam rem dicendam ajunt quàm arduam; quia, quod arduum est, sui operis difficultate est arduum, [8] non opinionis alienæ erroribus. [9] Hæc illi malivoli reprehensores dicunt. Sed, *arduum*, Sallustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, [10] quod Græci δυσχερὲς aut χαλεπὸν appellant: quod est tum difficile, tum molestum quoque & incommodum & intractabile. Quorum verborum significatio à sententiâ Sallustii suprà scriptâ non abhorret.

7 *Eam rem dicendam magis ajunt quam arduam*] In scriptis ignoratur particula *magis*, nota veterum elegantia. *Gronovius.*

8 *Non opinionis alienæ erroribus*] Rot. *aliæ*. ut hoc ipso libro restituimus *aliæ rei*. Nec pejore sensu *opinionis aliæ error* dicitur quam *diversæ opinionis error*. *Opinio diversa* & *opinio alia*, est alius opinio, adversantis aut dissentientis sententia. *Gronovius.*

9 *Hæc illi malivoli*] Video quatuor postremas literas ultimæ vocis in Rott. non exstitisse. Verum Reg. *Hæc illi mali malivoli*. Utrum despici oporter, ut cap. xx videbis fieri in *memorum* vel *memor memoriali*? An voluit librarius *male malivoli*? Jac. Gronov.

10 *Quod Græci δυχερὲς aut χαλεπὸν appellant*] Neuter scriptus habet δυσχερὲς *aut*. Rott. *quod Græci Xalepon appellant*. Uterque autem *intractabile*, ut olim edebatur, non *intrectabile*. Gronovius.

CAP. XVI.

De vocabulis quibusdam à Varrone & Nigidio contra quotidiani sermonis consuetudinem declinatis: atque inibi id genus quædam cum exemplis veterum relata.

M. Varronem & P. Nigidium, viros [1] Romani generis doctissimos, comperimus [2] non aliter locutos esse & scripsisse, quàm [3] *senatuis*, & [4] *domuis*, & *fluctuis*; qui est patrius casus, ab eo, quod est, *senatus*, *domus*, & *fluctus*: [5] hinc *senatui*, *domui*, *fluctui*, cæteraque his consimilia pariter dixisse. [6] Terentii quoque comici versus in libris veteribus itidem scriptus est:

Ejus anuis, opinor [7] *causa, quæ est mortua.*

Hanc eorum auctoritatem quidam è veteribus grammaticis ratione etiam firmare voluerunt, quòd omnis [8] dativus singularis litera finitus, *i*, si non similis est genitivi singularis, *s* litera addita genitivum singularem facit,

1 *Romani generis disertissimos*] Carrionis & hoc. Scripti & olim editi *doctissimos*. Hæc laus illis convenientior. Lib. 3, 12. *à P. Nigidio doctissimo viro*. Hoc lib. 4 cap. 9. *Nigidius Figulus, homo, ut ego arbitror, juxta Varronem doctissimus*. Lib. 17, 7. *P. Nigidius civitatis Romanæ doctissimus*. Gronovius.

2 *Non aliter locutos esse & scripsisse*] Rott. *elocutos*. Lib. 5, 9. *planeque & articulate elocutus est*. Idem.

3 *Senatuis*] Hoc etiam teste Charisio Helenius Acro adnotavit in Adelphos Terentii.

4 *Domuis*] Ita Varro *παρὰ Μενίππῳ*: *Perrexit in interiores partes domuis.*

5 *Hinc*] Antiquæ Edit. *huic*.

6 *Terentii quoque comici versus*] In Heaut. Actu 2. Scena 3.

7 *Causa quæ est mortua*] Reg. & Rott. *quæ est emortua*. Gronovius.

8 *Dativus singularis litera finitus I*] Rott. *Dativus singularis I litera finitus*. Idem.

9 *Cum*

facit, ut, *patri patris*, *duci ducis*, *cædi cædis*. [9] Quum igitur, inquiunt, in casu dandi, *huic senatui*, dicamus; genitivus ex eo singularis *senatuis* est, & non *senatus*. Sed non omnes concedunt in casu dativo [10] *senatui* magis dicendum, quàm *senatu*. Sicut Lucilius in eodem casu, *victu*, & *anu*, dicit, [11] non, *victui*, & *anui*, in hisce versibus;

Quod sumtum atque epulas victu præponis honesto,

& alio in loco, *Anu noceo*, inquit. [12] Virgilius quoque in casu dandi *aspectu*, dicit, non *aspectui*.

——— *Teque aspectu ne subtrahe nostro.*

& in Georgicis:

Quòd nec concubitu indulgent.

[13] Cajus etiam Cæsar gravis auctor linguæ Latinæ [14] in Anticatone, *Unius*, inquit, *arrogantiæ superbiæque*, *dominatuque*. Item [15 16] in Dolabellam actionis III. *Ibi isti quorum in ædibus fanisque posita & honori erant & ornatu.* [17] In libris quoque Analogicis omnia istiusmodi sine, *i*, literà dicenda censet.

9 *Cum igitur, inquiunt, in casu*] Verbum nescit Rott. *Gronovius.*

10 *Senatui magis dicendum*] Sicut à *Senatui* per contractionem *Senatus* quoque dicitur, ita etiam Veteres usurparunt *senatu* in dativo casu pro *senatui*. Atque ita in similibus nominibus. Vide Vossium de Analogia lib. 2 cap. 18.

11 *Non victui & anui*] Reg. item Rot. *non victui nec anui*. Gronovius.

12 *Virgilius quoque*] Æneid. 6. & Georg. 4. Ita idem Poëta lib. 1. Æneid. *Parce metu Citherea.*

13 *Cajus Cæsar*] Nunquam aliter in Commentariis suis Cæsar loquitur. Priscianus itaque errat, qui existimat solos ita loqui poëtas. Namque & Sallustius, & Tacitus ita loquuntur.

14 *In Anticatone*] Duos libros Julius Cæsar contra Catonem scripsit, cum ægre ferret Ciceronem in libro, cui titulus est *Cato*, Catonem Uticensem suis laudibus cumulasse, quod sibi hanc laudationem opprobrio esse duceret. Vide Plutarchum in Cæsare.

15 *Dolabellam*] Quem adolescens repetundarum postulaverat, cum esset annorum XXI, ut testatur Auctor Dialogi de Oratoribus. Vide Suetonium in Cæsare & Plutarchum in eodem. De hac accusatione ita Val. Max. lib. 8 cap. 9. *Divus quoque Iulius, quam cœlestis numinis, tam etiam humani ingenii perfectissimum columen vim facundiæ propriæ expressit, dicendi in accusatione Cn. Dolabellæ, quem reum agit, extorqueri sibi causam optimam L. Cottæ patrocinio.*

16 *Is Dolabellam actionis III. Ibi isti*] Carrionis fœtus. Romana, *actionis illubuisti*. Aliæ, *actionis illibuisti*. Reg. & Rott. *actionis in libusti*. Scribe: *Item in Dolabellam actionis III lib. 1. Isti, quorum in ædibus fanisque posita & honori erant & ornatu.* Quemadmodum Ciceronis duæ sunt actiones in Verrem, & posterioris libri quinque. *Gronovius.* Nisi illud *libu* innuat *lib.* 11.

17 *In libris quoque Analogicis*] Quos duos Cæsar sub tempus prælii Mundensis conscripsit, teste Suetonio.

CAP. XVII.

De naturâ quarumdam particularum, quæ præpositæ verbis intendi atque produci barbarè atque insciè videntur, exemplis rationibusque pluscu-lis disceptatum.

LUCILII ex undecimo versus sunt:

Scipiadæ magno improbus [1] *objiciebat* [2] *Aſellus*
[3] *Luſtrum, illo cenſore, malum infelixque fuiſſe.*

objiciebat, o, literâ productâ multos legere audio, idque eo facere dicunt, ut ratio numeri ſalva ſit. Idem infra:

——— *& jam*
Conjicere in verſus dictum præconis volebam
[4] *GranI.*

[5] in hoc quoque prima verbi præpoſitio ob eandem cauſam producitur. Item quintodecimo:

[6] *Subjicit hinc* [7] *humilem &* [8] *ſufferctus poſteriorem.*

ſubjicit, u, literâ longâ legunt, quia primam ſyllabam brevem eſſe in verſu heroico non convenit. Item apud Plautum in Epidico, *con*, ſyllabam productam pronunciant,

Age nunc jam, orna te, Epidice, & pallium in collum conjice.

[9] Apud Virgilium quoque, *ſubjicit*, verbum produci à pleriſque audio.

——— *& jam*

1 *Objiciebat*] In Voſſiano codice ex MS. legebatur, *obiciebat*. atque ita *conicere*, *ſubicit*, & ita porro. Idque verum arbitror, quia addit Auctor noſter, *idque eo facere dicunt, ut ratio numeri ſalva ſit*. Salva autem ratio ſi duplex *i* apponatur, ubi unum *j* vim conſonantis habet, quod monet poſtmodum Gellius.

2 *Aſellus*] Hic eſt ille in quem apud Ciceronem l. 2. de Oratore Scipionis jocus extat. *Cum* enim *Aſellus omnes provincias ſtipendia merentem ſe peragraſſe gloriaretur, agas*, inquit Scipio, *Aſellum*. Eſt autem Aſellus cognomen familiæ ex gente Sempronia: quo etiam referri debet Sempronius Aſellio hiſtoricus, qui ſub P. Scipione Africano tribunus militum fuit, & bellum Numantinum conſcripſit. lib. 2 cap. 13.

3 *Luſtrum*] Proprie Latinis quinquennale tempus denotat. Quo tempore cenſores cenſum inſtituebant, & niſi funeſtus eſſet annus, luſtrum condebant. Itaque cenſus aliquando agebatur, luſtrum non condebatur. Livius lib. 4. *Cenſus actus eo anno: luſtrum propter Capitolium captum, conſulem occiſum, condi religioſum erat*.

4 *GranI*] De Granio præcone Cicero in Bruto, vel potius Atticus: *Ita*, inquit, *tacitus tribunatus* (*Craſſi*) *ut niſi in eo magiſtratu cœnaviſſet apud præconem Granium, idque nobis narraviſſet Lucilius tribunum plebis neſciremus fuiſſe*. Atque huc verſus referendi videntur. Namque L. Craſſo, P. Naſicæ, aliiſque optimatibus aſperiorem fuiſſe ex Cicerone quoque conſtat.

5 *In hoc quoque prima verbi præpoſitio*] Carrionis manus. Ante illum: *In has quoque prima verbi præpoſitione ob eandem cauſam producunt*. In quo nihil aliud mutari jubent membranæ, quam *producitur* in *producunt* & *prima* in *primi*, Scilicet quod inchoat verſum Lucilii. Nam quod de præcedente verſu vulgo additur *& jam*, nec in Reg. nec Rot. nec Lincoln. viſitur. Intelligimus autem *producunt* literam O: quemadmodum paullo ante, *Objiciebat O litera producta*. Gronovius.

6 *Subjicit hinc*] In Voſſ. cod. annotatum *ſubicit huic*.

7 *Hinc humilem & ſufferctus poſteriorem*] Scripti *huic, non hinc*. Deinde Ro. Ven. Ald. Gryph. *ſuffercatus poſteriorem*. Vaſcoſ. & Aſcenſius *ſuffectus*. Gryphii margo, *ſuffractus*. Vulgatum Carrionis eſt, ut puto, & ſequitur Fr. Douza: etſi nihil tinniat ſufferti. Reg. & Rott. *ſuffer citus*. Fortaſſe: *Subjicit huic humilem & Sufes catus poſteriorem*. Exemplum aut hiſtoriolam Carthagine petit, & Magiſtratum Punicum ait prudenter in locum neſcio cujus nobilis & contumacis aut ignavi ſuffeciſſe hominem humilem & fortunæ inferioris, ſed ſtrenuum atque idoneum. *Gronovius*.

8 *Sufferctus*] A ſufferciendo dicitur. Antiq. Ven. *ſuffercatus*, Badiana *ſuffectus*. *ſufferti* vocabulo etiam utitur Suetonius in Vita Neronis c. 20. Alii quoque legunt juxta Maſerium *ſuffert catus*. Thyſ. L. *ſufferctus* à ſuffarciendo, aut *ſuffertus*, quod idem eſt c litera euphoniæ gratia ſublata, ut *conſertus* pro *conferctus*. Henr. Valeſius.

9 *Apud Virgilium*] Lib. 2. Georg.

——— *& jam Parnasia laurus*
Parva sub ingenti matris se subjicit umbra.

Sed neque, *ob*, neque, *sub*, præpositio producendi habent naturam; neque item, *con;* nisi quum eam literæ sequuntur, [10] quæ in verbis, *constituit*, & *confecit*, secundùm eam primæ sunt, vel quum eliditur ex eâ, *n*, litera: sicut Sallustius, *Facinoribus*, inquit, *coopertus*. In his autem, quæ suprà posui, & metrum esse integrum potest, & præpositiones istæ possunt non barbarè protendi: secunda enim litera in his verbis per duo *ii*, non per unum scribenda est. Nam verbum istud, cui suprà dictæ particulæ præpositæ sunt, non *icio* est, sed *jacio*, [11] & præteritum non *icit* facit, sed *jecit:* idque, ubi compositum est ex *a* literâ, *a* in *i* mutatur; sicuti fit in verbis *insilio* & *incipio;* atque ita vim consonantis capit. & idcirco ea syllaba productius latiusque paulò pronunciata priorem syllabam brevem esse non patitur; [12] sed reddit eam positu longam; proptereaque & numerus in versu & ratio in pronunciatu manet. Hæc, quæ diximus, eo etiam conducunt, [13] ut, quod apud Virgilium in sexto positum invenimus,

Eripe me his invicte malis, aut tu mihi terram
Injice:

sic esse *injice*, ut supra dixi, & legendum & scribendum sciamus: nisi quis tam indocilis est, ut in hoc quoque verbo *in* præpositionem [14] metri causâ protendat. Quærimus igitur in *obicibus*, *o*, litera quâ ratione intendatur, quum id vocabulum factum sit à verbo, *obicio;* & nequaquam simile sit, quod à verbo *moveo motus*, *o*, literâ longâ dicitur. Equidem memini [15] Sulpicium Apollinarem, virum præstanti literarum scientiâ, *obicis* & *obicibus*, *o*, literâ correptâ dicere; in Virgilio quoque sic eum legere;

——— *quâ vi maria alta tumescant*
[16] *Obicibus ruptis.*

sed

10 *Quæ in verbis*] Id est, quando consonantes sequuntur.

11 *Et præteritum non icit sed jecit*] Reg. & Rott. verbo auctiores: *& præteritum non Icit facit, sed Iecit.* Neque aliter Ro. & Veneta. Aldus delevit primus; eum alii secuti. *Gronovius.*

12 *Sed reddit eam positu longam*] Videtur esse, quam alioqui *positione* longam dicunt. Rott. tamen & Lincoln. *pro situ*, quod etiam in Palatino Ja. Gebhardus notavit 2 Antiq. l. 4. *Idem.*

13 *Ut quod apud Virgilium*] Reg. Rot. Lincoln. ignorant τὸ *quod.* An igitur & τὸ *invenimus* delendum? *Idem.*

14 *Metri causâ protendat*] Iidem tres, *metrî gratia.* Idem.

15 *Sulpicium Apollinarem*] Quem aliquoties citavit Gellius, atque idem vel ejus filius est, cujus meminit Capitolinus in Vita Pertinacis.

16 *Obicibus ruptis*] Versus extant lib. 2. Georg. v. 480. *Obicibus* autem hic pro *objicibus* ponitur consonante, *j*, interjecta. Ita Claudianus quoque L. 1. de Rapt. Proserpinæ loquitur,

Sive-

ſed ita, ut diximus, *i*, literam, quæ in vocabulo quoque gemina eſſe debet, paullo uberius largiuſque pronunciabat. Congruens igitur eſt, ut *ſubices* etiam, quod proinde ut *obices* compoſitum eſt, *u*, literâ brevi dici oporteat. Ennius in tragœdiâ, quæ Achilles inſcribitur, *ſubices* pro aëre alto ponit, qui cœlo ſubjectus eſt, in his verſibus:

Per ego [17][18] *deûm ſublimes* [19] *ſubices*, [20] *humidus*
Unde oritur imber ſonitu ſævo & [21] *ſpiritus.*

pleroſque homines tamen legere audias, *u*, litera producta. Id ipſum autem verbum M. Cato ſub alia præpoſitione dicit, in oratione, quam de conſulatu ſuo habuit. *Ita hos*, inquit, *fert ventus* [22] *ad priorem Pyrenæum quos projicit in altum.* & [23][24] Pacuvius item in Chryſe: *promontorium, cujus* [25] *linguam in altum projicit.*

Sive quod objicibus diſcurrens ventus opertis.
Silius Italicus l. 4. corripit, cum inquit,
Et fidos certant obices arceſſere ſylvæ.
Sed tum conſonans *j* omittitur, vel non ſubintelligitur.

17 *Sublimes*] Legitur apud Nonium Vett. Cod. *ſublimas*. Ita & Accius & Salluſtius apud Nonium loquuntur. Lucretius eodem modo uſurpat,

At nunc per maria & terras ſublimaque cœli,
Multa modis multis varia ratione moveri
Cernimus.

18 *Deum ſublimes ſubices*] Feſtus: *Subices Ennius in Achille pro ſubjectis poſuit, cum dixit: nubes * Per ego deum ſubices humidas Unde oritur imber ſonitus aerio ſpiritu.* Reg. Rottendorfianuſque, *ſublimas ſubices humidas:* ut & apud Nonium. Non enim tantum *Sublimis* antiqui dicebant. Attius Phinidis: *Aut ſæpe ex humili ſede ſublimæ avolant.* Salluſt. 3 hiſtor. *ſublima nebula cœlum obſcurabat.* Idem probarunt & Joſ. Mercerus & Ger. Jo. Voſſius. *Spiritu* e Feſto Carrionem ſumpſiſſe puto: nam ſcripti & ante illum editi: *Sonitu ſævo & ſtrepitu.* Gronov. Quum ita firmi ſint codices antiqui in illo *humidas* offerendo, vide, an non te componant ad probandum, *humigans unde oritur imber*, quomodo inde *confluges inhuminant* ex Lævio ſervavit Nonius, ut ſciverunt docti viri. *Jac. Gronov.*

19 *Subices*] Uti *obex* dicitur ab *objiciendo*, ita *ſubex* à *ſubjiciendo*. Hinc ſubices dicuntur nubes teſte Feſto, quod Diis ſubjiciantur. Scaliger ad Manilium *ſubices* dici exiſtimat, quod *ſubeant cœleſtia*. Græci μετέωρα appellant. *Subire* autem apud Manilium & Plinium etiam *aſcendere* denotat. Ita quoque Nonius ab altitudine dici ſubices affirmat, citatque Virgilii verſum Ec. IX.

Quantum vere novo viridis ſe ſubjicit alnus.

Ubi *ſubjicere* ſignificat ex inferiori loco ſe in altum attollere. Ita Lucretius l. 1. *ſubmittere* dixit,

—— *tibi ſuaves dædala tellus*
Submittit flores.

Et Virg. 12. Æn. *Et corpora ſaltu Subjiciunt in equos*, id eſt, ſurſum jaciunt.

20 *Humidus*] Feſtus & Nonius *humidas*.

21 *Spiritus*] Feſtus, *ſpiritu*, antiq. Ed. *ſtrepitu*.

22 *Ad priorem Pyrenæum*] Unum ex montibus Pyrenæis primum aſpectu, vel propiorem. Moſellanus intelligit Pyrenæum ſaltum Hiſpaniæ citerioris, à quo diſtenduntur montes Pyrenæi, qui Galliam ab Hiſpania ſeparant.

23 *Pacuvius item in Anchiſe*] Legebat MS. R. *Pacuvius item in Chryſe*, optime. Pacuviani Anchiſæ, quod equidem ſciam, præter unum hunc Gellii locum nulla apud Auctores fit mentio.. at Chryſæ ſæpius, cujus fragmenta à Cicerone, Varrone, Feſto, Nonio & aliis crebrò citantur. Quare hîc pro *in Chryſe*, *Anchiſe* ſubſtitutum cenſeo, ut conſimili errore apud Nonium in v. Auſcultare pro *Chryſe*, *qui ſe*: quod etiam doctiſſimo Mercero viſum eſſe gaudeo. *Lambecius.*

24 *Pacuvius item in Anchiſe*] Rott. quoque, *in Chryſe*. quod ex Regio jam prompſit & merito laudavit Lambecius. Lincol. *in chiſe*. Gronovius.

25 *Linguam*] *Lingua* Vet. Editio. Intelligit autem caput promontorii, quod in altum tenditur.

CAP.

CAP. XVIII.

[1] *De Africano superiore sumta quædam ex annalibus memoratu dignissima.*

SCIPIO Africanus antiquior quanta virtutum gloria præstiterit, [2] quàm fuerit altus [3] animo atque magnificus, & qua sui [4] conscientia subnixus; plurimis rebus quæ dixit quæque fecit declaratum est. Ex quibus sunt hæc duo exempla ejus fiduciæ atque [5] exsuperantiæ ingentis. [6] Quum M. Nævius tribunus plebei accusaret eum ad populum, diceretque [7] accepisse à rege Antiocho pecuniam, ut conditionibus gratiosis ac mollibus pax cum eo populi Romani nomine fieret; & [8] quædam item alia crimini daret indigna tali viro: tum Scipio pauca præfatus, quæ dignitas vitæ suæ atque gloria postulabat, *Memoria*, inquit, *Quirites, repeto diem esse hodiernum, quo Hannibalem Pœnum* [9] *imperio nostro inimicissimum, magno prælio vici in terra Africa: pacemque & victoriam vobis peperi* [10] *insperabilem. non igitur simus adversum deos ingrati: sed*

1 *De Africano sup.*] Reg. *de paffr.* Vult nihil aliud, sed etiam certo certius indicare ab Gellio adscriptum prænomen *de P. Afric.* Jac. Gronov.

2 *Quam fuerit altus animo atque magnificus*] Scribe cum Reg. & Rott. *altus animi.* Ut *egregius animi, felix curarum* & similia. *Gronovius.*

3 *Animo*] In MS. *animi.*

4 *Conscientia nixus pluribus rebus*] Ante Carrionem editi cum scriptis: *conscientia subnixus.* Quod male truncatum, quum sit idem quod confidens, elatus, in utramvis partem. Livius lib. 4. *Ubi illi patricii spiritus, ubi subnixus & fidens innocentiæ animus?* Silius lib. 4. *Subnixus rapto plebeji muneris ostro.* Dein Rott. *plurimis rebus quæ dixit quæque fecit declaratum est.* Ubi τὸ *rebus quæ* debetur Carrioni, & defenditur iis, quæ notavimus 3 Observ. 2. nam priores, *quas dixit quasque fecit.* Alterum sancit & Regius. Lincoln. *quæ dixerit quæque fecit.* Gronovius. Prout quidem annotatum ab Bourdelotio, Salmasio, Lambecio. Sed ipse & frater plane etiam in eo notavimus *plurimis*, unde sic edidi.

5 *Exsuperantiæ*] Eminentiæ. Cicero v. Tusc. *Nonne omnem exuperantiam virtutis oderunt?*

6 *Quum M. Nævius*] Eandem historiam ita narrat Val. Max. lib. 3. c. 7. *Diem illi ad populum M. Nævius tribunus pleb. aut (ut quidam memorant) duo Petilii dixerant: quo ingenti frequentia in forum deductus, vostra conscendit, capitique suo corona triumphali imposita, Hac, inquit, Quirites, die Carthaginem magna sperantem leges vestras accipere jussi: proinde æquum est vos mecum ire in Capitolium supplicatum. Speciosissimam ejus deinde vocem æque clarus eventus secutus est: siquidem & senatum totum, & universum equestrem ordinem, & cunctam plebem Jovis opt. max. pulvinaria petens comitem habuit. Restabat ut tribunus apud populum sine populo ageret, desertusque in foro cum magno calumniæ suæ ludibrio solus moraretur: cujus devitandi ruboris causa in Capitolium processit, deque accusatore Scipionis venerator est factus.* Vide etiam Livium libr. XXXVIII c. 50. & seqq. qui in indice orationis P. Scipionis nomen M. Nævii inveniri affirmat.

7 *Accepisse à rege Antiocho*] Hic est ordo vocum in MS. Reg. & prioribus editis, quem nescio cur Stephanus mutaverit in *à rege Antiocho accepisse.*

8 *Quædam item alia crimini daret*] Non male. Livius lib. 1. *Crimini maxime dabant in Numitoris agros ab his impetum fieri.* Sed tres scripti *crimina.* Numquid *crimina jaceret?* Gronovius.

9 *Imperio nostro inimicissimum*] At ego attentus notavi vocis secundæ literam primam esse u, & scribi *uro* superducta lineola, qua notatur *vestro*, non *nostro*; quod quidem ego opinor nunc multo oportunius dici & blandius. Qua occasione indicium indignationis meæ facio, quod in Justino 11, 12 edant viri docti *Quin vos in hæc nostra castra ex illa obsidione transitis*, quum & in publicæ hujus bibliothecæ codice & in Thuaneo legerim *vestra*, itemque sic in Mediceis uno pluribus notaverit frater, & sit longe efficacius. *Jac. Gronov.*

10 *Insperabilem*] Insperatam, quæ evenerit Ro-

ſed cenſeo relinquamus nebulonem hunc, [11] *eamus* [12] *hinc protinus Jovi optimo maximo gratulatum.* Id quum dixiſſet, avertit, & [13] ire in Capitolium cœpit. Tum concio univerſa, [14] quæ ad ſententiam de Scipione ferendam convenerat, [15] relicto tribuno, Scipionem [16] in Capitolium comitata, atque inde ad ædes ejus cum lætitia & gratulatione ſollemni proſecuta eſt. Fertur etiam oratio, quæ videtur habita eo die à Scipione, &, qui dicunt eam non veram, non eunt inficias, quin hæc quidem verba fuerint, quæ dixi, Scipionis. Item aliud eſt factum ejus præclarum. [17] Pœtilii quidam tribuni plebei à [18] Marco, ut ajunt, Catone inimico Scipionis [19] comparati in eum atque immiſſi deſiderabant in ſenatu inſtantiſſimè, ut pecuniæ Antiochenæ, [20 21] prædæque, quæ

manis nihil tale cogitantibus. Sed MSS. Reg. & Rott. *inſpectabilem*, quaſi vellent *inexſpectabilem*.

11 *Eamus nunc protinus*] Reg. & Rot. *hinc*. Forſan tota oratio ſic conſtitit: *Ne igitur ſimus adverſum deos ingrati, cenſeo relinquamus nebulonem hunc, & eamus hinc Jovi optimo maximo gratulatum.* Habes autem hic verbum *gratulari* ea proprietate, de qua diximus 2 Obſerv. 19. *Gronovius.* Sed optime procedit ſenſus & verba ex ſcripta lectione: *Non igitur ſimus adverſum Deos ingrati, cenſeo: relinquamus nebulonem hunc, eamus hinc protinus Jovi* &c. Lincoln. *ingrati, & cenſeo*, prout quoque edidit Henr. Stephanus; ut videas eam vocalem jactatam varie ab illis, qui Gellio aliquid voluerunt addere. *Jac. Gronov.*

12 *Nunc*] Voſſ. cod. *hinc*.

13 *Ire in Capitolium*] Reg. *ad Capitolium*, & poſtea ex vocibus *Scipionem in Capitolium comitata* duas medias eradi jubet plane ignorans.

14 *Quæ ad ſententiam de Scipione dicendam*] Superiores cum ſcriptis: *ad ſententiam de Scipione ferendam.* Et hoc magis judiciale verbum, quum alterum ſenatorium ſit. Cicero pro Cluentio: *Sua illum ſententia, quam palam omnes laturi eſſent, condemnatum iri.* Lib. 4 in Verrem: *De quo vos ſententiam per tabellam feretis.*

15 *Relicto tribuno*] Valerius in Capitolium quoque proceſſiſſe tribunum commemorat, Livius ſolum relictum cum ſervili comitatu, & cum præcone, qui ex Roſtris reum citabat, affirmat.

16 *In Capitolium*] Addit Livius etiam alia Deorum templa circuiiſſe. Poſtmodum tamen Scipio iterum vocatus, cum frater L. Scipio valetudine abſentiam ejus excuſaſſet, Liternum abiit, ubi defunctus eſt. variant tamen auctores, teſte Livio l. 38. Vide eundem cap. 56, ubi pro illo egregia oratio occurrit Tib. Sempronii Gracchi.

17 *Petillius quidam tribunus plebei*] Reg. & Rott. *Petilii quidam tribuni:* deinde *comparati in eum atque immiſſi deſiderabant.* Ut obſervavit Salmaſius ad Solinum pag. 1222. Sed quod ille *Petillios* dictos vult pro *Petillio*, ut apud Græcum illum, Ἐξῆλθεν Ἐλλερές τε καὶ Σαρπηδόνες, fefellit ſummum virum memoria Livius lib. 38. *P. Scipioni Africano, ut Valerius Antias auctor eſt, duo Q. Petillii diem dixerunt.* Valerius Maximus lib. 3 cap. 7. *Diem ad populum M. Nævius tribunus plebis, aut, ut quidam memorant, duo Petillii dixerant.* Ex Livii verbis etiam poſſis ſuſpicari noſtrum ſcripſiſſe: *Petillii Quinti tribuni plebei*, pro eo quod eſt *Petillii quidam.* Lincoln. *petunt quidam tribuni* &c. *comparati i. e. a. immiſſi deſiderabant.* Gronovius.

18 *A Marco &c.*] Cujus etiam extitiſſe orationem de pecunia Regis Antiochi teſtatur Livius.

19 *Comparati*] Vel mercede vel alio quocunque modo. *Thyſ.* Comparatus Κατασκευασθεὶς ſimiliter dicunt Græci & Demoſth. ſæpius. Porro in MS. Regio legitur plurali numero *Pœtilii comparati in eum atque immiſſi deſiderabant.* Henr. Valeſius.

20 *Prædæque*] Præda in publicis belli actibus erat populi Romani, ejus diſpenſandæ arbitrium aliquod Imperatoribus belli concedebatur, ita tamen ut rationes reddere deberent, alioqui in peculatus crimen incidebant. Vide Grot. de Jur. Bell. lib. 3. cap. 6.

21 *Prædæque quæ eo in bello capta erat, rationem redderet*] Annotavit jam Bourdelotius & Lambecius τὸ *quæ* non exſtare in MS. Regio, prout etiam ipſe vidi. Et Stephanus quid voluerit neſcio, dum adſcripſit Σημείωσαι, *que quæ*. Itaque licet ſileant alii, accipio manifeſtum indicium ulceris Gellio moleſti, quod latet in verbo *erat* prorſus inſiticio ex repetitione trium literarum, à quibus incipit vox ſequens. Scripſit Gellius: *prædæque eo in bello captæ rationem redderet.* Etiam in Lincoln. codice legitur *Antiochinæ*, & rectius, adhibendaque paterna ad VII, 19. *Jac. Gronovius.*

quæ eo in bello capta erat, rationem redderet. Fuerat enim [22] L. Scipioni Asiatico fratri suo imperatori in ea provincia legatus. [23] Ibi Scipio exsurgit; & prolato [24] è sinu togæ libro, rationes in eo scriptas esse dixit omnis pecuniæ omnisque prædæ. [25] [26] Illi tum, ut palàm recitaretur, & ad ærarium deferretur. Sed enim id jam non faciam, inquit, nec meipse afficiam contumelia. Eumque librum statim coram discidit suis manibus, & concerpsit; ægrè passus, quod [27] cui salus imperii ac reip. accepta ferri deberet, rationem [28] pecuniæ prædaticiæ poscerétur.

22 *L. Scipioni Asiatico fratri*] Rott. *Asiaco fratri*. Regius. *Asiacum fratri*. Lincoln. *Asia cum fratre*. Prorsus puto Gellium scripsisse: *L. Scipioni Asiageni*. Quod cognomen ei & apud T. Livium restituimus. *Gronovius*. In Regio plane est etiam *Asiaco*, ut bene notavi.

23 *Ibi Scipio exurgit*] Livius scribit P. Scipionem, quum librum rationis ejus Lucium fratrem adferre jussisset, *inspectante senatu suis ipsum manibus concerpsisse, indignantem quod quum bis millies in ærarium detulisset, quadragies ratio ab se poscerétur*. Vide quoque Val. Max. lib. 3. cap. 7.

24 *E sinu togæ*] Contractis togæ oris in medio fit sinus vel capacitas. Vide tamen Turn. lib. 2. Adv. c. 26.

25 *Illi tum*] Scilicet Petilii instabant. Vetus Edit. *ille tum*, & supra pro *Petilii*, *Petilius*. Aldus legit *illa tum*, Badius *illatum*, Stephanus *allatum*.

26 *Allatum, ut palam recitaretur*] Et hoc Carrionium. Ro. & cæteræ: *Ille tum ut palam*. Scripti, *illatum*. Repone: *Illi tum* (sc. Petillii tribuni plebei poscere vel desiderare) *ut palam recitaretur & ad ærarium deferretur*. Gronovius.

27 *Cui salus imperii ac reipub. accepta ferri deberet*] Veneta, *accepta fieri*. Et hoc malo. Norat enim Gellius auctores, quos ille in scribendo sectabatur *acceptum referre* quam *ferre* dicere maluisse. Vide quæ ad majorem Plinium annotavimus. *Idem*.

28 *Ab eo ratio pecuniæ prædaticiæ poscerétur*] Scripti ejurant τὸ *ab eo*, & pro *ratio* habent *ratione*. Recte igitur Carrio: *rationem pecuniæ prædaticiæ poscerétur*, nisi *rationes* malis, ut *rationes in eo scriptas esse*. *Posci aliquid*, ut *doceri aliquid*: quia & *poscere aliquem aliquid*, ut *docere aliquem aliquid*, dicimus. Sic *exigi portorium*, de quo noster alibi. *Idem*.

CAP. XIX.

Quid M. Varro in logistorico scripserit de moderando victu puerorum impubium.

[1] PUEROS impubes compertum est, si plurimo cibo nimioque somno uterentur, hebetiores fieri, [2] [3] ad veterni usque aut eluci tarditatem; cor-

1 *Pueros impubes*] Ita edidi, quum clare ita efferat codex Regius, idque ipsum ut Pichena, sic ego in codice Mediceo Taciti, ut & Oxoniensi, variis locis animadverti, etiam Livio lib. 2 ex MSS. similiter reddidit pater, ut miret adeo conspectum monumentum negligi aut sperni, præsertim quum Gellius sic edatur in titulo capitis. *Jac. Gronov*.

2 *Veterni*] Quo morbo qui laborant, gravi somno & stupore premuntur.

3 *Advertimusque hinc elici tarditatem*] Rott. *à due terniis que aut eluci tarditatem*. Quod addo, ut agnoscatur fides librarii, quod non intelligebat, corrigere religioni habentis, & ut literas adsequi poterat, reddentis, quamquam discerptis vocibus. Nihil enim aliud vult quam quod è Regio docte collegit Salmasius ad Solinum pag. 1280. *hebetiores fieri ad veterni usque aut eluci tarditatem*. Festus: *Elucum significat languidum ac semisomnum, vel, ut alii volunt alucinatorem & nugarum amatorem*. Ex Gellio apparet affectum potius quam personam significare, ut sit languor & marcor semisomni. Sic & libro 16, 2 *elucum* interpretatur *tarditatem quandam animi ac stuporem*. Neque hinc abest Tertulliani de corona: *Liberum apud Ægyptios Osirin Harpocration industria hederatum interpretatur, quod hederæ natura sit cerebrum ab eluco defensare*. Intelligit enim, quam inter ebrietatis incommoda refert Seneca epist. 83, illam *ignorationem sui, ver-*

corporaque eorum improcera fieri, minusque adolescere. Idem plerique alii medicorum philosophorumque, & M. Varro in logistorico scripsit, quæ inscripta est [4] [5] *Capys aut de liberis educandis.*

tiginem capitis, tecta ipsa mobilia velut aliquo turbine circumagente totam domum. Gronovius. Quid ergo in editionibus particula *ad* non conspicitur? Eam sane nunc reponendam censui, ut vides. Nam Prousteus quid nisi hebet instar alucinatoris, dum glande vescitur? Adde I. Pricæi notas in Apulei Apologiam pag. 140. *Jac. Gronovius.*

4 *Capys*] Legendum arbitror *Cato*, ita Nonius pluribus locis Varronem citat, quanquam ablativo casu *Cato*, corrupte pro *Catone*, nisi *Catus* fuerit inscriptio, ut prudentiam in educandis liberis denotet.

5 *Capys aut de liberis educandis*] Jos. Mercerus correxit *Catus*, ut apud Nonium persæpe liber hic appellatur, & Gellio ipsi lib. 20, 1. Idem animadvertit Gerh. Jo. Vossius in Originibus adversus Ausonium Popmam, qui voluit *Cato*.

CAP. XX.

Notati à censoribus, qui audientibus iis dixerant joca quædam intempestiviter: [1] *ac de ejus nota deliberatum, qui steterat fortè apud eos oscitabundus.*

[2] INTER censorias severitates tria hæc exempla in literis sunt castigatissimæ disciplinæ. Unum est hujusmodi. [3] Censor adigebat de uxoribus sollemne jusjurandum. Verba ita erant concepta: VT. TV. [4] EX. ANIMI. TVI. SENTENTIA. VXOREM. HABES. Qui jurabat, cavillator quidam [5] [6] & canalicula & [7] nimis [8] ridicularius fuit. [9] Is locum esse sibi joci

1 *Ac de ejus nota delib.*] Regius ample magis *ac de ejus quoque nota del.* Imo etiam habebat *acce de ejus q. n. d.* Et mox *castissimæ discipl.* tum *hujuscemodi.*

2 *Inter censorias severitates*] Scriptus uterque *Intercessorum.* Ergo lege: *Inter censorum severitates.* Gronovius.

3 *Censor agebat de uxore solenne*] Scripti *acebat.* Legendum, *adigebat.* Lib. 7, 18. *Hos, priusquam proficiscerentur, jusjurandum adegit.* Lib. 16, 4. *Cum delectus antiquitus fieret & milites scriberentur, jusjurandum eos tribunus militaris adigebat.* Seneca epist. 95. *Deinde facile cætera exiguntur mandanturque jusjurandum adactis.* Sic & Fulvius Ursinus, immo P. Ciacconius ad Cæsarem lib. 1 de bello civili. Dein scripti, *de uxoribus*, quemadmodum & editi ante Carrionem. Sed & Rott. *Verba erant ita concepta*, cum Aldo & Vascosano: nam Ro. & Ven. *Verba hæc erant ita concepta.* Gronovius. Ubi Regius omisso τῷ *ita* habet tantum *verba erant concepta*, nec aliter Lincoln. Neque sane plus requiritur. *Jac. Gronov.*

4 *Ex animi tui sententia*] Hæc verba in jurejurando exigendo præmittebantur, quæ significabant, *jura bona fide ad id quod rogabo*, deinde addebant censores, *tu uxorem habes?* Cicero in Academicis: *Quam rationem etiam majorum nostrorum comprobat diligentia, qui primum* EX SUI ANIMI SENTENTIA *quemque jurare voluerunt.* Hanc formulam jurisjurandi etiam proponit Eumolpus apud Petronium. Livius quoque hæc solennia verba usurpat.

5 *Canalicula*] Vulgo, *canicula*, à morsu. Sed canalicolæ dicti olim *homines forenses, quod circa canales fori consisterent*, ut Festus testatur. Plautus in Curculione:

In foro infimo boni homines, atque dites ambulant,
In medio propter canalem ostentatores meri.

Canalicula itaque dictus homo scurrilis dicacitatis. Per canales autem intelligit Salmasius cancellos tribunalis, quos Græci δυρρέκλας appellant, atque ita Festi locum interpretatur. Canalicola igitur homo forensis, dicax, qui jura cavillationibus perturbat. Vide Salmas. ad Histor. Augustam pag. 484. & ad Tertullianum de Pallio, Lipsium quoque lib. 2. Elect. cap. 3.

6 *Et canicula*] Probabiliter Lipsius: *& canalicola*, 2 Elect. 3. Festus: *Canalicolæ, forenses, homines pauperes dicti, quod circa canales fori consisterent.* Juvat Plautus in Curculione. *Gronovius.*

7 *Nimis ridicularius*] Similiter fere Cicero in Bruto: *Longe autem post homines natos improbissimus C. Ser-*

joci dicundi ratus, quum ita, uti mos erat, [10] censor dixisset; VT. TV. EX. ANIMI. TVI. SENTENTIA. [11] VXOREM. HABES? *Habeo equidem*, inquit, *uxorem*, [12] [13] *sed non hercle ex animi mei sententia.* Tum censor eum, quòd intempestive lasciviisset, [14] in ærarios retulit; [15] causamque hanc joci scurrilis apud se dicti subscripsit. Altera severitas ejusdem sectæ disciplinæque est. Deliberatum est de nota ejus, qui ad censores ab amico advocatus est, &, in jure stans, clarè nimis ac sonorè ofcitavit: [16] atque inibi, ut plecteretur, fuit; tamquam illud indicium [17] [18] vagi animi foret & alucinantis, & fluxæ atque apertæ securitatis. [19] Sed

C. Servilius Glaucia, sed peracutus & callidus inprimisque ridiculus. Idem loquendi genus puto olim fuisse in epistola 17 lib. 9 ad familiares, quæ vulgo ita incipit: *Non tu homo ridiculus es, qui cum Balbus noster apud te fuerit, ex me quæras, quid de istis municipiis & agris futurum putem?* In antiquis excusis & manuscriptis aliquot codicibus, quos inspexi, legitur: *Num tu homo ridiculus es? qui* &c. Ego vocem *num* truncam censeo, & scripsisse absque interrogatione Ciceronem: *Nimium tu homo ridiculus es, qui* &c. Ita alibi Cato apud Gellium: *Nætu*, inquit, *Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare.* Lambecius. Hic tamen citavit *nimis ridiculus*, nescio quare, & in ora codicis sui adscripserat *mimus l.*

8 *Ridicularius*] Gaudet talibus antiquis vocabulis Auctor noster. Ita alibi *vulgarius*, *singularius*.

9 *Is locum esse sibi joci dicendi ratus*] Lincoln. *joci dici ratus.* Rot. *sibi oci dicunt ratus.* Regius: *joci dicunt iratus.* Palam monstrant, *joci dicundi ratus.* Gronovius.

10 *Censor dixisset, Tu ex animi tui sententia*] Sic Carrio. priores *Et tu*, quemadmodum superius quoque. Scripti rursus, *censor dixisset, Ut tu ex animi tui sententia.* Hæc enim particula huic rei propria est. Vide 4 Observ. 14. *Gronovius.*

11 *Uxorem habes?*] Censores cum primis curam habuere rei uxoriæ, ne quis civis Romanus cœlebs & sine uxore esset, quia propagatio sobolis tum ad dignitatem, tum ad æternitatem urbis pertinebat. Cœlibatus itaque legibus coërcebatur, matrimonia privilegiis & favore publico fulciebantur. Ideoque cœlibes pœnæ nomine pendebant æs, quod *uxorium* Festo dicitur, quod primi exegisse videntur M. Furius Camillus & M. Postumius censores anno ab V.C. CCCL. quorum memorabilia contra cœlibatum extant verba.

12 *Sed non ex animi tui sententia*] Vetus Edit. Ven. *non hercle.* Justus Lipsius legebat, *ex animi mei sententia.* Petebat censor, ut jurans ex animi sui sententia verum diceret, utrum cœlebs esset, vel uxorem haberet; alter verba intorquens respondit præter expectationem, se non habere uxorem, qualem ex animi sui voluntate vellet habere. Eundem vel similem saltem jocum habes apud Ciceronem lib. 2. de Orat. inter Catonem censorem & Porcium Nasicam. Et huc respexisse videtur Auctor noster. Vide Lips. lib. 1. Var. Lect. cap. 1. si retineamus, *ex animi tui sententia*, censorem cavillatus est, quasi pronior in uxorem suam fuerit, neque ex animi sententia illa potiri posset, vel quod illi fortunam suam invideret.

13 *Sed non ex animi tui sententia*] Quæ vero causa esset censori invidendi matrimonio hominis? Recte scriptus uterque: *Habeo equidem, inquit, uxorem, sed non hercle ex animi mei sententia.* Ubi peccavit etiam vel Carrio vel Stephanus, quum *rò hercle*, quod priores editiones salvum habebant, sustulit. *Gronovius.*

14 *In ærarios retulit*] Asconius in Divinat. *Qui plebejus erat in Cæritum tabulas referebatur, & ærarius fiebat ac per hoc non erat in albo centuriæ suæ, scilicet ad hoc ut civis esset: sed tantummodo ut pro capite suo tributi nomine æra penderet.* Suffragiis itaque privabatur, ut testatur Auctor noster lib. 16. cap. 13. Vide & Strabonem lib. 5. & Horatium lib. 2. Epist. 6. Censorum munus erat, adimere senatori curiam, equiti equum, plebeio tribum, aut suffragium. Nonnunquam tamen, si gravius incideret peccatum, etiam senatores vel equites tribu moti, aut ærarii facti sunt. Vide Livium lib. 4. & lib. 44.

15 *Causamque*] His animadversionibus semper subscriptæ fuere causæ, nisi in præteritione senatorum, cui rationem adscribi haud veteris instituti fuisse tradit Livius lib. 39.

16 *Atque inibi prope, ut plecteretur, fuit*] Non putarunt impleri sententiam, nisi *prope* suo inculcato. Tu vero auctoribus membranis id dele, & vererem scripturam non aliter intellige, parum scilicet abfuisse, quin plecteretur. *Gronovius.*

17 *Allucinantis*] Soluti, torpidi. Nonnulli hoc

[19] Sed quum ille dejeraſſet invitiſſimum ſeſe ac repugnantem oſcitatione victum, tenerique eo vitio quod [20] *oſcedo* appellatur; tum notæ jam deſtinatæ exemtus eſt. P. Scipio Africanus Pauli F. utramque hiſtoriam poſuit in oratione, quam dixit in cenſura, quum ad majorum mores [21] populum hortaretur. Item aliud refert Sabinus [22] [23] Maſurius in ſeptimo memoriali ſeverè factum, *Cenſores*, inquit, *P. Scipio Naſica & M. Popillius quum equitum cenſum agerent: equum nimis* [24] *ſtrigoſum & malè habitum, ſed equitem ejus* [25] *uberrimum & habitiſſimum viderunt. Et cur, inquiunt, ita eſt, ut tu ſis quam equus curatior? quoniam, inquit, ego me curo,* [26] [27] *equum Statius nihili ſervus. Viſum eſt*

nomen ab ἀλύκη derivant, quod languorem cum oſcitatione denotat. Pſellus de veteribus medicinæ vocabulis: ἀλύκη ἡ μετ' ἐκλύσιος ἀπορία. Ita *alucinari* ſcribendum eſſet.

18 *Vagi animi foret & allucinantis*] Reg. & Rot. *alucinantis*, ut id verbum ſcribendum eſſe diſputavit Salmaſius. *Gronovius.* In Regio legitur *eſſet vagi animi & alucinantis*, quod etiam notatum video ex Rottend.

19 *Sed cum ille dejeraſſet*] Reg. Rot. Lincoln. *dejuraſſet*. Gronovius.

20 *Oſcedo*] Vitium quo ſæpe oſcitando os diducimus. Sereno tamen ulcera oris denotat,

Hinc oſcedo fugit, cedunt quoque vulnera linguæ.

Sicuti Iſidorus quoque interpretatur, lib. 4. Orig. cap. 8. Vide Turneb. Adverſ. pag. 314. Marcello Empirico etiam ſcorbutus ita appellari videtur.

21 *Populum adhortaretur*] Acceſſio Carrionia. nam ſcript. & olim editi *hortaretur*. Gronovius.

22 *In ſeptimo memoriali*] Quædam veteres editt. *memorali*, aliæ *memorabilium*, lege *memoralium*. Nonius eundem locum citat ſed *lib.* 17. In vulgatis tamen legitur quoque *lib.* 7.

23 *Maſſurius in ſeptimo memoriali*] Reg. *in ſeptimo memorum memoriali*. Rott. *in ſeptimo memor memoriali*. Neuter *memorabilium*. Lincol. quoque *memoriali*. Gronovius. Et hoc loco manifeſte Regius *Maſurius*. Cæterum quum ita nunc conſtet legi in Gellii codicibus ſinceræ fidei & vetuſtatis probatiſſimæ; quid fiet verbis If. Caſauboni ad Suetonii Julium cap. 7. „ Maſſurii Sabini libros Paulus „ JC. Memoralium appellat *in Pandectis l.* CXLIV. „ *De verborum ſignif.* qui conſtanter apud A. Gel„ lium & Macrobium *Memorabilium* inſcribuntur. „ Nam quod in nuperis A. Gellii editionibus mu„ tatum id eſt, contra veterum librorum auctori„ tatem factum, quos nos vidimus antiquiſſimos. Inique tangit ac damnat curam fidemque Henr. Stephani, cujus conatuum varietas nota eſt, ita ut habere potuerit etiam veteres codices, & antiquiſſimos. Sed præſtaret ea nunquam excidiſſe Caſaubono. Adeo præter hoc vitium quoque fallit lectores, quum in ea lege tantum fiat mentio libri memorialium, prout etiam citavit Chr. Colerus in principio notarum ad Valer. Maximum, ſed ubi ipſe infeliciter alia confundit, de quo alibi. *Jac. Gron.*

24 *Strigoſum*] Morbum hunc eſſe jumentorum Nonius teſtatur, *qui corpora ſtringat aut fame aut alia vitii cauſa*. Intellige hic *macilentum*.

25 *Uberrimum & habitiſſimum*] Succi admodum plenum & pinguem.

26 *Statius meus ſervus*] Duo iſthæc verba *meus ſervus* ſpuria eſſe cenſeo, & à quodam alio gloſſematis loco adtexta. Nam ſi genuina ſunt, quorſum illa, quæ ſequitur explicatio nominis Statii? Cum quid ſibi velit nomen Statius, per adjunctum gloſſema *meus ſervus* jam antea clarum ſatis ac manifeſtum ſit. Quare ut in MS. R. ſimpliciter legendum, *Ego me curo, equum Statius*. Lambecius. Quod ſane permirum, quum ipſe adſcripſerit in libro ſuo *nich ſervo*. Sed quod monſtri ſimile eſt, Lambecio ſe committens penitus Prouſteus & hinc ejus inopem opem commendans ſcribit [In omnibus fere editionibus legebatur *Statius ſervus meus*] Habeo ante oculos Aldinam, tres Gryphianas, quarum una fuit uſus Lambecius, Cervicorni, Stephani, quæ omnes habent *meus ſervus*, aliæ omittunt τὸ *ſervus*. Quanto melius erat Lutetiæ viventem ire & inſpicere ipſum codicem Regium, præſtantiæ equidem inæſtimabilis? *Jac. Gronov.*

27 *Equum Statius meus ſervus*] Reg. & Rott. plane: *Equum Statius nihil ſervos*. Lege: *quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius nihili ſervos*. hoc poſtremum terminatione antiqua pro *ſervus*. Sic lib. 17, 6. *Quod eum ſervus nihili petendæ pecuniæ cauſa compellaret*. Quem paullo ante dixit *nequam & nulli pretii*. Plautus Menæch. 5, 6. *Recordetur* (bonus ſervus) *id, qui nihili ſunt, quid iis pretii Detur ab ſuis heris*. Gronovius.

28 *Ca-*

est parum reverens esse responsum, relatusque in ærarios, ut mos est. Statius autem servile nomen fuit. Plerique apud veteres servi eo nomine fuerunt. [28] Cæcilius quoque ille comœdiarum poëta inclutus servus fuit: & propterea nomen habuit [29] *Statius*. Sed postea versum est quasi [30] in cognomentum; appellatusque [31] [32] *Cæcilius Statius*.

28 *Cæcilius quoque ille*] Pronomen abest à MS. Reg.

29 *Statius*] Is fortasse aut alius ejusdem nominis libertinus Scauro stomachanti paupertatem patris objecerat, qui quamvis patritius & nobilis, carbonariam tamen exercuisset. Ex eo natam ferunt legem Liciniam & Mutiam, auctore Scauro, Coss. latoribus, de regundis civibus, quæ bellum Italicum magna ex parte conciliavit, quod cum vix liber esset aut civis, aut ne civis quidem, tam superbe principem senatus appellasset. Turn. lib. 1. p. 109.

30 *In cognomentum*] Serius stirpis nomen factum, ut ostendit de Statio Papinio Gevartius.

31 *Cæcilius Statius*] Cujus versus in Scaurum extant apud Cic. l. 2. de Orat.

32 *Cæcilius Statius*] Uti aliis aliquot signis, sic etiam appellatione antiquitus liberi à servis distinguebantur. Olympiodorus: Πάλαι, inquit, τοῖς ὀνόμασιν διεκρίνοντο οἱ ἐλεύθεροι τῶν δούλων. Atque ideo in libertatem vindicati aut nomen prorsus mutabant, aut quod fuerat nomen in cognomen vertebant, assumto novo prænomine, patroni plerumque, à quo manumissi erant. Exemplo sit Cæcilius Statius, de quo in præsens Gellius agit. Elegantissime ad hunc morem alludit Persius Sat. 5.

—— Heu steriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit? Hic Dama est non tressis agaso.
Verterit hunc Dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama, papæ ——— ———
Hæc nova libertas, hoc nobis pilea donant.

Lambecius.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER QUINTUS.

CAPUT I.

Quòd Musonius philosophus reprehendit improbavitque laudari philosophum differentem à vociferantibus & in laudando gestientibus.

[1] MUSONIUM philosophum solitum dicere accepimus: quum philosophus, inquit, hortatur, monet, suadet, objurgat, aliudve quid disciplinarum differit; tum, qui audiunt, [3] si summo

1 *Musonium philosophum*] De quo Philostratus in vita Apollonii, atque ejusdem, ut puto, sunt fragmenta, quæ leguntur apud Stobæum. Alter quoque Musonius fuit Juliani tempore, cujus mentionem fecit Eunapius in vita Proæresii. vide Suidam.

2 *Musonium philosophum solitum dicere accepimus*] Et Reg. & Rottendorfianus & Lincolniensis τῷ *dicere* nuntium remittunt. Aliquid latet. Forte: *Musonium philosophum locutum accepimus*. Gronovius.

3 *Si summo*] Vett. Editt. *de summo*. id est, ex intimo pectore. *Thys.* Itane? potius superficiaria parte ejus; atque ita prorsus contraria ei, quod dixit 1, 15 *vinculis de pectore imo ac de corde aptis*. Jac. Gronov.

4 *Si*

ſummo & ſoluto pectore obvias vulgataſque laudes effutiunt; [4] [5] ſi clamitant etiam, ſi vocum ejus feſtivitatibus, ſi modulis verborum, ſi [6] quibuſdam quaſi frequentamentis orationis moventur, exagitantur, & geſtiunt; tum [7] ſcias & qui dicit & qui audiunt fruſtra eſſe: [8] neque illic philoſophum loqui, ſed tibicinem canere. [9] [10] Animus, inquit, audientis philoſophum, [11] [12] ſi, quæ dicuntur, utilia ac ſalubria ſunt & errorum atque vitiorum medicinas ferunt, laxamentum atque otium [13] prolixè profuſeque laudandi non habet. Quisquis ille eſt qui audit, niſi ille eſt planè deperditus, inter ipſam philoſophi orationem & perhorreſcat neceſſe eſt [14] & pudeat tacitus & pœniteat & gaudeat & admiretur. Varios adeò vultus diſpariſeſque ſenſus gerat; proinde ut cum conſcientiamque ejus affecerit utrarumque animi partium aut ſincerarum aut ægrarum philoſophi pertractatio. Præterea dicebat magnam laudem non abeſſe ab admiratione: admirationem autem, quæ maxima eſt, non parere verba ſed ſilentium: iccirco, inquit, [15] poëtarum

4 *Si clamitant etiam*] Formulam proponit Cicero lib. 3. de Orat. BENE ET PRÆCLARE! BELLE ET PRÆCLARE! vel ut Græci, καλῶς, σοφῶς, ἀληθῶς. Vide Plutarchum de Audit. Nonnunquam & nutu, geſtu, vel manuum applauſu laudabant. Videndus Lud. Creſollius in Theatro Sophiſt. lib. 3.

5 *Si clamitant etiam ſi vocum*] Et calamo propagati & typis ante Stephanicum: *ſi clamitant etiam ſi geſtiunt ſi vocum*. Ubi τὰ *geſtiuntſi* induxerunt, quia id verbum paullo poſt adhibetur. Suſpicor pro illo *geſtiunt* alterutro loco fuiſſe *exſiliunt*. Hoc enim quoque faciebant. Quintilianus Inſtit. 2, 2. *Minime vero permittenda pueris, ut ſit apud pleroſque, aſſurgendi exſultandique in laudando licentia*. Et mox: *At nunc proni atque ſuccincti ad omnem clauſulam non exſurgunt modo, verum etiam excurrunt, & cum indecora exſultatione conclamant*. Gronovius.

6 *Quibuſdam quaſi frequentamentis*] Sic & lib. 1 cap. 11. *Si, ut planipedi ſaltanti, ita Graccho concionanti numeros & modos & frequentamenta quædam varia tibicen incineret*. Scriptus tamen uterque *ſretamentis*. Unde Salmaſius conjiciebat *irritamentis*. Idem.

7 *Scias & qui dicit & qui audit*] Alii, *audivit*. Reg. & Rot. *audiunt*. Dicit enim unus, audiunt multi. *Idem*.

8 *Neque illic philoſophum loqui*] Membranacei ambo: *neque illi philoſophum loqui*. Hoc quoque Plautinæ indolis. Amphitruonis prol. *Quæ illi ad legionem facta ſunt*. Captivis 2, 2. *Me ſaturum ſervire apud te ſumptu & veſtitu tuo Potius, quam illi, ubi minime honeſtum eſt, mendicantem vivere*. Idem.

9 *Animus is*] Ad (*inquit*) quoque vocula *is* referri poteſt. Henric. Petri & Gryphiana Editio habet, in margine, *Amicus enim*.

10 *Animus is, inquit, audientis philoſophum*] Scripti neſciunt pronomen; nec ſane, quid huc faciat, apparet. *Gronovius*.

11 *Quæ dicuntur utilia*] Lipſ. in Electis, *quæ dicundo utilia*.

12 *Si quæ dicuntur utilia*] Conditionalem particulam inſeruit Carrio. Scripti & prius editi, *philoſophum quæ dicuntur*. Igitur Lipſius 2 Elect. 3 tentat: *quæ dicundo utilia*. Malim: *Animus, inquit, audientis philoſophum dicentem, quæ utilia ac ſalubria ſunt*. Gronovius.

13 *Prolixe profuſeque laudandi*] Sic membranæ utræque, non *profundeque*, quod venditat è Palat. Gebhardus 2 Antiq. lect. 11. Suetonius Nerone: *A quibuſdam ex his rogatus, ut cantaret ſuper cœnam, exceptuſque effuſius, ſolos ſcire audire Græcos ait*. Plinius lib. 6 epiſt. 26. *Amo quidem effuſe, judico tamen*. Idem.

14 *Et pudeat tacitus & pœniteat*] Cum cætera ſint perſonalia, etiam hæc eſſe videntur. Quod râro apud idoneos auctores invenias. *Pudent* etiam occurrit apud Terentium, *pœnitent* apud Juſtinum. Vide Voſſium de Anal. lib. 3 cap. 42.

15 *Poëtarum ſapientiſſimus*] Cum Ulyſſes lib. 12 Od. labores ſuos recenſuiſſet, lib. ſequenti hic verſus occurrit:

Ὡς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.

Quod expreſſit Virg. lib. 2

Conticuere intentique ora tenebant.

16 *Uly-*

tarum ſapientiſſimus auditores illos [16] Ulyxi labores ſuos illuſtriſſimè narrantis, ubi loquendi finis factus, non exſultare nec ſtrepere nec vociferari facit, ſed conſiluiſſe univerſos dicit, quaſi [17] [18] attonitos & obſtupidos [19] delenimentis aurium [20] ad origines uſque [21] vocis permanantibus.

16 *Ulyxi*] De talibus genitivis affatim Voſſ. de Analog. lib. 2 cap. 9.

17 *Obſtupidos*] Legitur quoque in MS. *obſtipidos*. Pierius Valerianus in multis MSS. variorum auctorum *obſtipuit* ſe inveniſſe teſtatur, pro *obſtupuit*. Palmerius in Spicilegio legebat *obſtitos*, quod *attaſtos cælo* apud Feſtum Cloatius & Ælius Stilo interpretantur: atque ita attonitos & obſtitos recte jungi idem Palmerius arbitratur. Sed ſerva vulgatam lectionem.

18 *Attonitos & quaſi obſtipidos*] Quid voluit Carrio cum ſuo *obſtipidos*? niſi occaſio præbenda fuit bono Schegkio, ut *obſtitos* juxta in ſubjiceret. Recte ſcripti & editiones priſcæ, *obſtupidos*. Plautus Milite 4, 6. *Quid ſtas, obſtupida? quare non pultas?* Gronovius.

19 *Delenimentis*] Ita legitur in tribus MSS. & in editione ſua pater exhibuit, quod non intelligo, cur identidem mutetur in *delinimentis*.

20 *Ad origines uſque vocis permanentibus*] Vett. Editt. *permanantibus*. Vult dicere delinimenta aurium ira ad linguam perveniſſe, ut præ oblectatione nimia frenum linguæ cohiberetur. Illud delinimentum κηληθμὸν Homerus appellavit, cum ſuperiori verſui, quem citavi, addit,

Κηληθμῷ δ' ἔχοντο καλὰ μεγαρα σκιόεντα.

Didymus κηληθμὸν, θέλξιν, τέρψιν, κλησις γὰρ δι' ὠδῆς τέρψις, καὶ ἡδονή. *Delinimentum* vocavit hic Gellius.

21 *Vocis permanantibus*] Regius addit ὡς φα· quod indicium videtur Græca quædam ſuis attexuiſſe Gellium, quæ perierunt. Sed facile poſſunt reſtitui ex Οδυσ. Ν. principio:

Ὡς ἔφατ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ·
Κηληθμῷ δ' ἔχοντο καλὰ μέγαρα σκιόεντα.

Gronovius. Non debet eſſe dubium hoc indicium; nam id ipſum ſupra aliquoties jam occurrit, ut in libri IV capite XI. in priore citatione habet *ſcripſit* Κα, in poſteriore *ſubſcripſit* Πυθ. in tertia *invenitur* Διιλ. in quarta *ſubſcripſit* Αριστο, & antea ſæpius. *Jac. Gronov.*

CAP. II.

Super equo Alexandri regis, [1] *qui Bucephalas appellatus eſt.*

EQUUS Alexandri regis & capite & nomine *Bucephalas* fuit. Emptum [2] Chares ſcripſit [3] talentis tredecim & [4] regi Philippo donatum: [5] æris noſtri ſumma eſt HS. CCCXII. Super hoc equo dignum memoria viſum; quòd, ubi ornatus erat armatuſque ad prœlium, haud umquam

1 *Qui Bucephalus appellatus eſt*] Regius *Bucephalas*. Et mox in ipſa narratione *& capite & nomine Bucephalas*, non modo Reg. & Rot. ſed etiam Ro. Ven. Aldina editiones. Vaſcoſanus mutavit. Et ſic in optimis fere libris id vocabulum terminatur: ſic Strabo, Curtius, Oppianus. Sic etiam Plinius lib. 8 cap. 42. etſi vulgo id non appareat: *Bucephalan eum vocarunt*. Ita MSS. etiam vulgares. *Gronov.*

2 *Cares*] Chares Mytilenæus intelligitur, qui hiſtoriam Alexandri Magni conſcripſit. Citatur aliquoties ab Athenæo, & Plutarcho in vita Alexandri. *Thyſius.* Atqui ſi ſcivit hunc eſſe & ita vocari, cur in Gellii contextu relinquitur *Cares?* Voſſius pater in Hiſtoricis Græcis pag. 62 egit de Charete, & citavit hunc locum. Id Iſaaco filio non ſatisfecit, & in notis ad Juſtinum XII, 8 judicavit ponendum, *hiſtoriam fuſius ab Gellio narrari ex Charete, ita legendum*, Freinshemio hunc locum prætermittente in Indice ſcriptorum hiſtoriæ Alexandri. In MS. Reg. eſt *IKares*.

3 *Talentis tredecim*] Id eſt, 7800 Scutatis ſive Philippeis, eandem ſummam referunt Hs. CCCXII.

4 *Regi Philippo donatum*] Philonicus Theſſalus hunc equum Philippo obtulit venalem, ut teſtatur Plutarchus in vita Alexandri.

5 *Æris noſtri ſumma eſt HS CCCXII*] Reg. & Rot. expreſſis literis: *ſeſtertia trecenta duodecim.* Gronovius.

umquam inscendi sese [6]ab alio nisi à rege passus sit. Id etiam de isto equo memoratum est; quod, quum in eo insidens Alexander, [7]bello Indico, & facinora faciens fortia, in hostium cuneum non satis sibi providens immisisset, conjectis undique in Alexandrum telis, [8]vulneribus altè in cervice atque in latere equus perfossus est: moribundus tamen ac prope jam exsanguis è mediis hostibus regem vivacissimo cursu retulit: atque, ubi eum extra tela extulerat, illico concidit, [9] [10] & domini jam superstitis securus, quasi cum sensus humani solatio animam exspiravit. Tum rex Alexander, parta ejus belli victoria, oppidum in iisdem locis condidit; [11] [12] atque, ob equi honores, Bucephalon appellavit.

6 *Ab alio nisi à rege*] Reg. *nisi ab rege*. Idem.

7 *Bello Indico*] Contra Porum juxta Hydaspem fluvium. Vide Curtium lib. 8 & Plutarchum in Alexandro, Diodorum Siculum lib. 17. Arrianum lib. 5.

8 *Vulneribus alte in cervice*] Scripti *altis*. Seneca Troadibus: *Alto nefandum vulneri ferrum abdidit*. Gronovius.

9 *Animam expiravit*] Plutarchus in Alexandro: *Ex prælio cum Poro commisso Bucephalas mortuus est, non extemplo, sed post, ut plerique produnt sub vulnerum curatione; ut Onesicritus est auctor, ob senium labore confectus, nam triginta annorum ætate eum decessisse refert.*

10 *Et deinde jam superstitis securus q. cum s. h. solatio exspiravit*] Scripti, Romana, Veneta; *& domini jam superstitis securus, quasi cum sensus humani solatio, animam exspiravit.* Quæ mens Aldo fuit, ut hoc, quemadmodum fecit, interpolaret? Quæ Carrioni aut Stephano, ut una cum Vascosano & Gryphio interpolanti aurem præberent? *τὸ domini* è Palat. etiam protulit Gebhardus 2 Antiq. Lect. 1. *Animam* autem *exspirare* dixit & lib. 3, 15. *Cognito repente insperato gaudio exspirasse animam*. Gronovius.

11 *Bucephalon appellavit*] Salmasius legit *Bucephalen*. Straboni lib. 15. Stephano & Hesychio Βυκεφάλεια appellatur, Bucephala, vel potius Bucephale Plinio & Ptolemæo. Ita Græci dicunt Εὐρώπη, & Εὐρώπεια, Κασιόπη & Κασιόπεια, Καλλιόπη, Καλλιόπεια. Vide Salmas. ad Solin. pag. 893.

12 *Atque ob equi honores*] Scripti *idque*. Dein *Bucephalon* & illi quidem: vix tamen est, ut non *Bucephalen* scripserit Gellius, quod & Salmasio visum ad Solin. p. 893. etsi sint, qui & isto modo appellant. *Gronovius.*

CAP. III.

Quæ causa, quodque initium fuisse dicatur Protagoræ ad philosophiæ literas adeundi.

[1]PROTAGORAM, virum in studiis doctrinarum egregium, cujus nomen [2] [3] Plato libro suo illi incluto inscripsit, adolescentem ajunt, victus

1 *Protagoram*] Hujus historiæ Laërtius meminit hunc in modum. Καὶ πρῶτος τὴν καλεμένην τυλὴν, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βασάζουσιν, εὗρεν, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ παιδείας. Φορμοφόρος γὰρ ἦν, ὡς καὶ Ἐπίκουρός που φησὶ, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἤχθη πρὸς Δημόκριτον, ξύλα δεδηκὼς ὀφθείς. id est, *& primus quidem invenit* τύλην (τύλη vel τυλος Scholiasti Aristophanis denotat clavum ligneum) *in qua onera portant, ut Aristoteles in libro de Disciplina refert. Erat enim, ut commemorat Epicurus, bajulus. Atque hoc modo delatus est ad Democritum, quum ligna ligasse visus est.* Cæterum neque Plato, neque Plutarchus, neque Laertius tam diffuse atque Gellius historiam hanc commemorant.

2 *Plato libro illi inclyto*] In dialogo, qui Protagoras, sive Sophistæ, inscribitur.

3 *Libro illi suo inclito*] Quis neget operæ pretium fecisse Carrionem & Stephanum, quum sic maluerint, quam cum scriptis editisque ante ipsos, *libro suo illi inclito?* Reg. Rot. Lincoln. *scripsit* pro *inscripsit*. Gronovius.

4 *In*

victus quærendi gratia, [4] in mercedem missum; vecturasque onerum corpore suo factitavisse. [5] Quod genus Græci ἀχθοφόρους vocant; Latinè *bajulos* appellamus. Is de proximo rure [6 7] Abdera in oppidum, cujus popularis fuit, [8] caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. Tum forte [9] Democritus civitatis ejusdem civis, homo ante alios virtutis & philosophiæ gratia venerandus, quum egrederetur extra urbem, videt eum cum illo genere oneris tam impedito ac tam [10] incohibili, facilè atque expeditè incedentem: & propè accedit; & [11] junctura[m] posituramque ligni scitè periteque factam considerat, petitque ut paulum acquiescat. Quod ubi Protagoras, uti erat petitum, fecit, atque itidem Democritus acervum illum & quasi orbem caudicum, brevi vinculo comprehensum, ratione quadam quasi geometrica librari continerique animadvertit: [12] interrogavit quis id lignum ita composuisset: &, quum ille à se compositum dixisset, desideravit uti solveret, ac denuo in modum eumdem collocaret. At postquam ille solvit, ac similiter

4 *In mercedem*] Vet. Ven. *mercede*.

5 *Quod genus Græci βαξάριον vocant*] Excogitatum ab aliquo, in cujus exemplari Græca vox deerat. Præclare Regius: *quod genus Græci ἀχθοφόρους vocant*. Gronovius.

6 *Abderam oppidum*] Urbem Thraciæ non longe à Nessi fluminis ostio, quam Teïorum coloniam fuisse Herodotus lib. 1. testatur. Hinc forsan Eupolis apud Laërtium illum Teïum appellavit.

7 *In Abdera oppidum*] Ternæ membranæ sine præpositione: *rure Abderam oppidum*. Dicebant autem τὰ Ἄβδηρα· Ergo scribendum: *Is de proximo rure Abdera in oppidum, cujus popularis fuit*, &c. *Abdera in oppidum* ut apud Tacitum, *Capreas in insulam se abdidit*. Vide ad Livii librum 28, 42. Auctor bello Africano: *Itaque postquam castris non potuerant potiri, Uticam se in oppidum conjecerunt*. Valerius Maximus lib. 1 cap. 1. *Atque in id Virgines, & sacra inposita omisso cœpto itinere, Cære in oppidum pervexit*. Ubi non agnosco, quod agnoscit ex uno libro Colerus lubens, *Cære oppidum*. Gronovius.

8 *Caudices ligni*] Caudex vel codex veteribus appellatur plurium tabularum contextus, ut testatur Seneca c. 13. de Brev. vitæ. vide & Nonium, ubi de codicariis navibus agit.

9 *Democritus*] Qui ex atomis, quibus figura & varietas innumera, coagmentata omnia tradidit, omnemque motum ab iisdem fieri. Quæ sententia quoque Epicuri fuit. Idem sentiebat atomorum vertiginem causam omnis generationis esse, ipsumque solem ex hujusmodi vertiginibus, tumorumque circumferentiis esse compositum, infinitos esse mundos. Vide Laërtium in ejus vita, Hesychium Illustrem, Valer. Maxim. lib. 8 cap. 7 Euseb. lib. 10. προπ. cap. 2.

10 *Incohibili*] Quod cohiberi nequibat. Pleræque tamen Vett. Editt. legunt *incoibili*. Sed MSSti sancte servant literam h.

11 *Vincturam posituramque ligni*] Carrionis hoc. Plinius 16, 37 de salicis generibus: *aliæ* (pariunt) *virgas sequacis ad vincturas lenticiæ*. Scripti tamen & superiores editiones, *junctura*m. Gronovius. Idque omnino præferendum: non enim hîc agitur de vinciendo sarmenta fruticibus salicum, aut ramulis frugiferarum arborum alligandis vimine, sed de lignis variis commode jungendis, ut portentur instar fascis, unde suavissime describit acervum & orbem. Quod si id huc pertinere potest, *junctura* Horatii in Arte ab Acrone exponitur *compositio, structura partium*. Cæterum in Regio etiam mox *paululum*.

12 *Interrogavit quis id lignum ita comp.*] MS. Reg. *interrogavitque quis*, quod opinor exstabit & in aliis codicibus, etsi nihil annotatum videam. Sed neque in editionibus id animadverto. Et tamen potuit ita citare Pricæus in notis ad Apulejum pag. 178 nescio unde, nec ipse indicat. Mirum ni deleta sit hæc copulativa ab illis, qui non attendebant, potuisse illud præcedens *atque* ab Gellio usurpari, ut notaret statim, in verbis *atque itidem Democritus* &c. Vide paterna ad 11, 29 & alibi. Sic enim perquam oportune copula immittitur. *Jac. Gronov.*

ter compoſuit: tum Democritus, animi aciem ſollertiamque hominis non docti demiratus, *Mi adoleſcens*, inquit, *quum ingenium* [13] *benefaciendi habeas, ſunt majora melioraque quæ facere mecum poſſis:* abduxitque eum ſtatim, ſecumque habuit, & ſumtum miniſtravit, & philoſophias docuit, & eſſe eum fecit, quantus poſtea fuit. Is tamen Protagoras [14] inſincerus quidem philoſophus, ſed [15] acerrimus ſophiſtarum fuit; [16] pecuniam quippe ingentem quum à diſcipulis acciperet annuam, pollicebatur ſe id docere, quanam verborum induſtria cauſa infirmior fieret fortior. Quam rem Græcè ita dicebat, [17] τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν a.

a *Inferiorem cauſam ſuperiorem efficere.*

13 *Benefaciendi*] Solerret aliquid agendi.

14 *Inſincerus quidem philoſophus*] Hic primus relicto ſincero & ingenuo philoſophandi more, ad ſophiſmata, & ineptas argutias & contortiunculas animum appulit. Exemplum ejuſmodi argutiarum extat apud Auctorem noſtrum lib. 5 c. 10. & Apuleium Flor. 18. Plato in Zenone teſtatur eum, cum annos ſexaginta vixiſſet, gloriatum fuiſſe, ſe per quadraginta annos juventutem corrupiſſe. Sophiſticen quoque exagitat Plato, in Dialogo cui nomen *Protagoras*. vide Laërtium in vita Protagoræ, Athenæum lib. 8. & Suidam.

15 *Acerrimus ſophiſtarum*] Cicer. lib. 1. de Nat. Deor. *Abderites quidam Protagoras, cujus à te modo facta eſt mentio, ſophiſtes temporibus illis quam maximus.*

16 *Pecuniam quippe ingentem*] Laërtius centum minas exegiſſe à diſcipulis ſingulis affirmat. Centum minæ valent mille ſcutatos ſive ducatones. Singulæ enim minæ valent centum drachmas ſive denarios. Hic autem primus philoſophorum mercede docuit, magnaſque divitias poſſedit, ut auctor eſt Plato in Zenone.

17 Τὸν ἥττω λόγον &c.] Meminit quoque τῶν λόγων Ariſtophanes ὀν. νεφ. ψ. 114. & ψ. 881. ubi innocentiſſimo Socrati inſultat. De Gorgia Leontino refert Cicero lib. 2. de Fin. de quacunque quæſtione dicere ſolitum. *Audax*, inquit Cicero, *negotium; dicerem impudens, niſi hoc inſtitutum poſtea tranſlatum ad philoſophos noſtros eſſet. Sed & illum quem nominavi, & cæteros Sophiſtas, ut è Platone intelligi poteſt, luſos videmus à Socrate.* Vide Baſilium magnum ad Libanium Sophiſtam.

CAP. IV.

De verbo, duoetviceſimo, [1] *quod vulgo incognitum eſt, à viris doctis multifariam in libris ſcriptum eſt.*

[2] APUD Sigillaria forte in libraria ego [3] & Iulius Paulus poëta vir memoria noſtra [4] doctiſſimus conſederamus: atque ibi [5] expoſiti erant

1 *Quod vulgo incognitum*] Verbum *eſt*, quod additur in editionibus plurimis, venit ex MSS. ſicut certe exſtat in Regio, unde nec oportuit omitti, nec debet anxietas noſtra eſſe nimia, ubi Gellius ipſe eam reſolvit alibi geminando, ut proxime in principio capitis 6, unde reſtitui. *Jac. Gronov.*

2 *Apud Sigillaria*] Vicum intelligit Romæ, ubi ſigna & imaguncuæ, ſigilla, aliæque merces, etiam libri venales exponebantur. vide ſupra lib. 2 cap. 3.

3 *Et Iulius Paullus vir*] Omnes ante Stephanum: *Paullus poeta vir memoria noſtra doctiſſimus.* Nec ſecus ſcripti. Hunc titulum Paullo cur inviderint, ipſi viderint. Certe noſter & lib. 16, 10. *Iulium Paullum poëtam memoriæ noſtræ doctiſſimum.* Lib. 19, 7. *Iulius Paullus poëta vir bonus & rerum literarumque veterum impenſe doctus.* Gronovius.

4 *Doctiſſimus conſederamus*] Scriptus uterque, *conſideramus*. Et ſic interdum malebant. Cicero 3 Orat.

erant [6] [7] Fabii annales, bonæ atque ſinceræ vetuſtatis libri, quos venditor ſine mendis eſſe contendebat. Grammaticus autem quiſpiam de nobilioribus, ab emtore ad ſpectandos libros adhibitus, reperiſſe unum in libro mendum dicebat, ſed contrà [8] librarius in quodvis pignus vocabat, [9] ſi in una uſpiam litera delictum eſſet. Oſtendebat grammaticus ita ſcriptum in libro quarto: *Quapropter tum primum* [10] *ex plebe alter conſul factus eſt, duoetviceſimo anno, poſtquam Romam Galli ceperunt.* Non,

Orat. *In ſilvam venitur, atque ibi magna cum audientis exſpectatione conſiditur.* Lib. 2 de Legib. *Sed ſi videtur, conſidamus in umbra.* Gronovius.

5 *Expoſiti erant*] In reliqua ſerie ad ſpectandum & promendum bene digeſta proſtabant venales.

6 *Fabii annales*] Intelligitur Q. Fabius Pictor, qui tempore Hannibalis, cum bellum Punicum ultima Italiæ minaretur, vixit, & hiſtorias ſcripſit, ſicut ex Appiano in Hannibalicis, & Livio lib. 21. & Dionyſ. Halic. lib. 1. Antiq. liquet. vide ſupra lib. 1 cap. 12.

7 *Fabii annales, bonæ atque ſinceræ vetuſtatis libri*] In omnibus exemplaribus ſic interpunctum video. At aut tollendum comma poſt *annales*, aut alterum addendum poſt *vetuſtatis*, ſi mentem auctoris aſſequi volumus. Non enim ille dicit Fabii annales, qui eſſent libri bonæ & ſinceræ vetuſtatis, ſed libros annales Fabii, qui bonæ & ſinceræ vetuſtatis eſſent. Et ita gaudet loqui cum Sempronio Aſellione, ex quo advocat hoc libro cap. 18. *Annales libri tantummodo, quid factum quoque anno geſtumque ſit, ea demonſtrabant.* Item, *neque ſegniores ad rem perperam faciundam annales libri commovere quicquam poſſunt.* Gronovius.

8 *Librarius*] Sic enim etiam Latina voce dicebatur bibliopola, ut docemur ex Soſiis, qui duo fratres fuere librarii & bibliopolæ nobiliſſimi, ut ſcribit Acron ad Horatii Artem Poeticam, ad quos neſcio an alludat Jo. Wouwerius in Polymathiæ cap. 6, quum certe potuerit & ſcriptio librorum & venditio in eoſdem concurrere, prout hic etiam recenſuiſſe & contuliſſe cum ſimilibus exemplaribus potuit, ut de fide ejus foret certus. Alioquin ut erat plerumque id genus ignarum earum rerum, quas manu tractabat, ita hic venditor etiam glorioſus eſſe potuit aliena fide, ut βιβλιοκάπηλος mercem ſuam laudans, quo nomine traducitur ab Luciano in dialogo adverſus indoctum. Interim apparent hîc Sardi venales ſicut librarius lucro inhians, ita grammaticus non ſine pactione mercedis aut ſaltem ſpe adhibitus, quorum hic multo peſſimus eſt, quia in eo quod promittit, ultra modum indecore aberrat; niſi ea natio iſto tempore artem ſuam vehementer arctaverit, & notitiam temporis ac hiſtoriæ chronologis & hiſtoricis delegandam rata in ſolis vocabulis ſyllabiſque, & illis uſu aſſiduo percognitis, non etiam illis excellentius compoſitis, ſe occupaverit. Cæterum ſic quum traductus & oſtentatus ſit turpitudinis & inſcitiæ ergo ab Gellio iſte grammaticus, mihi quidem videtur id ſufficere, & nunc augere increpando ſerum videtur, præſertim quum Gellius non tam aperiat vetuſtiſſimum librum fuiſſe aut ſinceram ſcripturam, quam bonæ & ſinceræ vetuſtatis. Sed & in irritum cadit tota illa vehementia, qua in Gellium inſurgi poteſt, quaſi non decorum ſatis illi poſt tam accurate & ex profeſſo relatam adeo inſulſam & audacem iſtius mutationem nihil tamen aliud ſubjeciſſe, niſi *alio quoque loco ita* Fabium ſcripſiſſe: quippe id omne vanum eſſe oſtendunt probantque codices antiqui nec illa verba habentes & inde locum hunc mancum eſſe evincentes, multoque inde inanior omnino putari debet eſſe interpoſitio, qua ſcribetur *at alio quoque l.* Ego enim non ambigo plura excidiſſe occaſione repetitæ vocis *viceſimo* ante voculam *hic*, quod ſatis apparet ex eo, quod exemplari Salmaſiano adſcriptum video: [*Idem* exemplum affert Nonius è Varronis humanar. XVI] ut etiam ad Nonium obſervavit Ioſ. Mercerus, ubi ego in MS. legi *mortuus eſt anno duodecimo.* Jac. Gronov.

9 *Ni in una nuſpiam litera delictum eſſet*] Et ſcripti & olim editi: *ſi in una uſpiam litera.* Carrio alterum de conjectura feciſſe videtur, ex eo, quod Pithæus, Briſſonius, alii monuerunt ſponſiones fere particula *Ni* concepras fuiſſe. Neque immemor hujus formulæ potuit eſſe noſter, qui lib. 7, 11, ex verbis Africani minoris ter repetitum ponit: *ni hoc ita eſt, quis ſpondet mille nummum?* Et lib. 14, 2, ex oratione M. Catonis: *ni vir melior eſſet Gellius quam Titius.* Sed illud *nuſpiam* meliori ætate ſermonis Latini nuſquam: nec Gellium id dedicare voluiſſe credibile eſt. Aut igitur faciamus *nuſquam*, aut, *ni in nulla uſpiam litera delictum eſſet.* Gronovius.

10 *Ex plebe alter conſul factus eſt*] L. Sextius primus ex plebe factus conſul, & collegam habuit L. Æmilium Mamercum. vide Livium lib. 6. contigit hoc anno ab V. C. 388.

Non, inquit, [11] *duoetviceſimo*, ſed, *duodeviceſimo* ſcribi oportuit. Quid enim eſt, *duoetviceſimo?* [12] Alio quoque loco hic ita ſcripſit; *mortuus eſt anno duoetviceſimo.* [13] *Rex fuit annos viginti & unum.*

11 *Duoetviceſimo*] Nonius tamen legit *duodeviceſimo*. Ubi legendum *duoetviceſimo*, *vel duoviceſimo*. nam *duodeviceſimus* decimum octavum denotat. Juxta Nonium autem viceſimum ſecundum ſignificat. Emendandus itaque Nonius cum exemplis, quæ adducit. Ex Gellio autem hæc mutuatum fuiſſe more ſolito non vane arbitror. Finis enim hujus capitis mutilus eſt.

12 *Alio quoque loco ita ſcripſit*] Vix eſt, ut hic non ſit aliquid mutili & defecti. nam ſcripti τὰ *alio quoque loco* ignorant. Præterea hoc ipſum exemplum non Fabii annalibus, ſed Varronis humanarum rerum lib. 16 acceptum refert Nonius Marcellus: etſi vulgo ibi *duodeviceſimo*, ſed *duoetviceſimo* legendum eſſe jam monuit Ioſias Mercerus. *Gronovius.*

13 *Rex fuit annos viginti & unum*] Hinc apparet ſupra legendum eſſe, *mortuus eſt anno duoetviceſimo*: quomodo enim duodeviceſimo anno, id eſt, decimo octavo, mortuus eſt, ſi rex fuerit per annos viginti & unum. *Thyſ.* Quum jam in Vaſcoſani editione eſſet annotatum: Rex fuit anno viceſimo primo indicat bene tranſcriptum ex archetypo *duo et viceſimo*: nam ſi duodeviceſimo mortuus eſſet, 1. decimo octavo, non fuiſſet creatus rex anno viceſimo primo, ætatis videlicet ſuæ.

CAP. V.

[1] *Cujuſcemodi joco cavillatus ſit Antiochum regem Pœnus Hannibal.*

[2] IN libris veterum memoriarum ſcriptum eſt Hannibalem Karthaginienſem apud regem Antiochum facetiſſimè cavillatum eſſe. Ea cavillatio hujuſcemodi fuit. Oſtendebat ei Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum populo Romano facturus comparaverat: [3] convertebatque exercitum inſignibus argenteis & aureis florentem. Inducebat etiam [4] currus cum falcibus, & elephantos cum turribus; equitatumque frenis, ephippiis, [5] monilibus, phaleris præfulgentem. Atque ibi rex contemplatione tanti ac tam ornati exercitus gloriabundus Hanniba-

1 *Cujuſmodi joco cavillatus ſit Antiochum*] Veruſtiores: *ſit in Antiochum*. Regius: *joco incavillatus ſit Antiochum*. Gronovius.

2 *In libris veterum*] Exſcripſit hæc Macrob. lib. 2 cap. 2.

3 *Convertebatque*] Exercitum producendo monſtrabat. *Thyſ.* At Prouſteus, monſtrabat ad oſtentationem. At commodius jam diu antea expoſuerat Aſcenſius, ante conſpectum ſuum procedere faciens, quod vulgus monſtram facere vocat. Plane enim intelligitur velut in decurſione campeſtri flectens ſpatia modo ad lævam, modo ad dextram, vel ut illi dicebant, modo ad ſcutum, modo ad haſtam, ita ab omni parte præbebat ſpectandum.

4 *Currus cum falcibus*] Perſarum hæc militia, qui falcatis curribus obvia quæque proterebant. vide Stewechium ad Vegetium, qui icones quoque exhibuit. De falcatis curribus Curtius lib. 4.

5 *Monilibus, phaleris*] Monile proprie ornamentum muliebre ex gemmis, quod ex collo dependet, teſte Iſidoro lib. 19 c. 31. περιτραχήλιος κόσμος Græcis dicitur. Et Virgilius lib. 1. Æneid. collo monile tribuit. Lib. 7. Æneid. ῾ſ. 278. monilia cum phaleris confundit, cum inquit,

Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.

De phaleris vide quæ dicta ſunt lib. 2 c. 12. Quicquid autem fronti, maxillæ, pectori equorum ornamenti addebatur, communi vocabulo phaleras nominaſſe videntur. Fronti Suidas, maxillæ Herodotus, pectori Servius & Plinius tribuunt. Proprie autem phaleræ equorum, monilia hominum dicuntur. Phaleræ tamen etiam hominibus aliquando tribuuntur. Juvenal. Satir. ult. *Ut læti phaleris omnes, & torquibus omnes.* Phaleræ demiſſæ ad pectus pendebant, torques collum magis ſtringebant & ambibant. Vide Lipſ. l. 5. de mil. Rom. cap. 17. Interim hanc locupletis copiæ in iſta virium

nibalem [6]adſpicit: &, Putaſne, inquit, conferri poſſe, [7]ac ſatis eſſe credis Romanis hæc omnia? tum Pœnus eludens [8]ignaviam imbelliamque militum ejus pretiosè armatorum: Satis planè, inquit, ſatis eſſe credo Romanis hæc omnia, etiamſi avariſſimi ſunt. Nihil prorſus neque tam lepidè neque tam acerbè dici poteſt. Rex de numero exercitus ſui ac de æquiparatione æſtimanda quæſierat: reſpondit Hannibal de præda.

rium parte deſcriptionem Jo. Pricæus confert cum ſimilibus ad Apulejum lib. x Miles. pag. 621.

6 *Adſpicit*] MS. Macrobianum *inſpicit*. Quod probat Scriverius ad Martialem, ad illum locum,

Inſpectum velut emptor aut laniſta.

Petronius: *anumque inſpicere diligentius cœpi*. Thyſ. Locus iſte Martialis exſtat VI, 82. Sed ad eum illic nihil Scriverianum. Itaque miror ſic ambigue deſcribi, quod à Scriverio privatim indicatum fuit Pontano, prout is fatetur in notis ad Macrobium 2 Saturn. 2. Sed & ipſe inſpexi codices ſcriptos Macrobii, eoſque bene vetuſtos; nec tamen in illis aliter legebatur, quam *adſpicit*. Jac. Gronov.

7 *Ac ſatis eſſe credis Romanis*] Rott *credo*. Regius, *credam*. Quod foret, jubeſne me confidere? auctorne es, ut credam? *Gronovius*.

8 *Ignaviam imbelliamque militum*] Qua factum fuiſſe innuit Florus, ut tam facile ceſſerit lib. 2 cap. 8, ubi apparatum illius circa elephantos quoque deſcribit hoc modo: *Elephantis ad hoc immenſæ magnitudinis, auro, purpura, argento, & ſuo ebore fulgentibus, aciem utrinque vallaverat. Imbellia* autem hic nove pro imperitia belli ponitur.

CAP. VI.

De coronis militaribus; quæ ſit earum triumphalis, *quæ* obſidionalis, *quæ* civica, *quæ* muralis, *quæ* caſtrenſis, *quæ* navalis, *quæ* ovalis, *quæ* oleaginea.

MILITARES coronæ multifariæ ſunt. Quarum quæ nobiliſſimæ ſunt, has fermè eſſe accepimus, *triumphalem*, *obſidionalem*, *civicam*, *muralem*, *caſtrenſem*, *navalem*. Eſt ea quoque corona quæ *ovalis* dicitur. Eſt item poſtrema *oleaginea*, qua uti ſolent qui in prœlio non fuerunt, [1]ſed triumphum procurant. [2]*Triumphales* coronæ ſunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgo dicitur [3]*aurum coronarium*. [4]Hæ antiquitus [5]è lauru erant; poſt fieri ex auro cœptæ.

1 *Sed triumphum procurant*] Virtutis tamen cauſa oleagineam militibus quoque donatam Dio lib. 49. teſtatur. Quos auctores habuerit Gellius, quia ipſe non adſignat, dici vix poteſt. Forſan Claudium Saturninum ſecutus eſt, quem præſtantiſſimum in hac materia citat Tertullianus c. 5. de Corona mil.

2 *Triumphales coronæ*] Quæ à ſociis & amicis gentibus mittebantur Imperatoribus, atque in triumpho præferebantur, numero frequenti. In Scipionis Aſiatici triumpho aureas coronas 234. Livius numerat, Appianus in Cæſaris 2822. *Thyſ.* Exemplum occurrit in loco Valerii Maximi citato ad 4, 18.

3 *Aurum coronarium*] Non tantum coronæ, ſed aurum poſtmodum ad coronas miſſum, etiam cum gravi exactione in aliis cauſis. Lege Lipſ. de magn. Rom. lib. 2 cap. 9.

4 *Hæ antiquitus è lauru erant*] Rott. *antiquitus laurea*. Forte: *Hæ antiquitus laureæ erant*. Gronovius.

5 *E lauru erant*] Propter paupertatem, ut Feſtus affirmat.

cœptæ. [6] *Obsidionalis* est, quam ii, qui liberati sunt obsidione, dant ei duci, qui liberavit. Ea corona graminea est: observarique solitum [7] ut fieret è gramine, [8] quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant, qui obsidebantur. Hanc coronam gramineam senatus populusque Romanus Q. Fabio Maximo dedit bello Pœnorum secundo, quòd urbem [9] Romam obsidione hostium liberasset. *Civica* corona appellatur, quam civis civi, à quo servatus est in prœlio, testem vitæ salutisque perceptæ dat. Ea fit [10] è fronde querna, quoniam cibus victusque antiquissimus [11] quernus capi solitus sit: [12] etiam ex ilice; quod genus superiori proximum est, sicut scriptum est in quadam comœdia Cæcilii:

Advehuntur, inquit, *cum ilignea corona & chlamyde.*
Di vostram fidem!

[13] Masurius autem Sabinus in undecimo librorum memorialium, [14] civicam coronam tum dari solitam dicit, quum is, qui civem servaverat, eodem tempore etiam hostem occiderat; neque locum in ea pugna relique-

6 *Obsidionalis*] Castris totis obsidione liberatis, ut Plinius testatur lib. 22 cap. 5. Idem innuere videtur militem Imperatori hanc dedisse, si totus exercitus unius virtute obsidione liberatus esset. Cæterum ad alios quocunque modo obsessos recte hoc extenditur.

7 *Ut fieret è gramine*] *Quia*, ut loquitur Plinius, *summum victoriæ indicium erat herbam porrigere victos.*

8 *Quod in eo loco generatum esset*] Reg. & Rott. *gnatum*. Lib 7, 11 ex Q. Claudio affert: *qui adprime summo genere gnatus erat.* Gronovius.

9 *Romanam*] Vet. Ed. *Romam*. Thys. Hinc & sequuti tum Aldus, tum Gryphius. At sic quoque codex Regius. In Lincolniensi vidi *Romanam*, ut hoc ita existimari debeat inolevisse serius.

10 *E fronde querna, quoniam cibus victusque antiquissimus quernus capi solitus sit*] Quatuor scripti *quernea*. Reg. & Rott. etiam *ciuus* mutatione literæ frequenti librariis: uterque item *fuit*. Tum pro *quernus* Reg. *quercus*: sed neutra vox in Rott. habeturque *antiquis solitus fuit capi*. Possis conjicere: *è fronde quernea, unde cibus victusque antiquis solitus fuit capi.* Aut etiam, *quoniam cibus victusque antiquis è quercu carpi solitus fuit.* Gronovius. Contra Lincoln. *antiquitissimis* sic amplificans vocem, quantum Rott. imminuit, ut omnino videatur lectioni Regii codicis acquiescendum, quum de antiquis non satis designate adfirmetur. Certe optime procedit, *quoniam cibus victusque antiquissimis è quercu capi solitus fuit.* Aldina etiam Gryphianæque & Ascensiana *querceus capi*, in quo patet proxime incedere eas voluisse ad MSStos, quod cur ab Stephano quantum video, mutatum sit, vix assequor. *Jac. Gronov.*

11 *Quernus*] Vet. Edit. *querceus*. Ex glandibus victitari solitum etiam Plinius & Gal. lib. 2. de Alim. fac. testantur.

12 *Etiam ex ilice*] Plinius: *Civica iligna primo fuit, postea magis placuit ex esculo Iovi sacra. variatumque & cum quercu est, ac data ubique quæ fuerat, custodito tantum honore glandis.*

13 *Masurius*] Ita clare habebant Reg. & Lincoln. Utique Prousteus non debuerat ex Persio adducere *Massuri rubrica*. Mox nescio cur in tam multis editionibus servetur *solitum*, quum in MS. Reg. plane exstet quod reposui. *Jac. Gronov.*

14 *Civicam coronam tum dari solitum*] Leges has præscribit Plinius lib. 16 cap. 4. *Civem servare, hostem occidere, utque eum locum, in quo sit actum, hostis obtineat eo die, utque servatus fateatur, alias testes nihil prosunt, ut civis fuerit. Auxilia* (i. e. auxiliares copiæ) *quamvis Rege servato decus id non dant. Nec crescit honos idem Imperatori conservato, quoniam conditores in quocunque cive summum esse voluere. Accepta licet uti perpetuo. Ludos ineunti semper assurgi etiam ab senatu in more est. Sedendi jus in proximo senatui. Vacatio munerum omnium ipsi, patrique, & avo paterno.* Causas cur querna daretur corona, Plutarchus Qu. Rom. 92. proponit.

15 *Quod*

liquerat: aliter jus civicæ coronæ negat conceſſum. Tiberium tamen Cæſarem conſultum, an civicam coronam capere poſſet, qui civem in prœlio ſervaſſet & hoſtes ibidem duos interfeciſſet, ſed locum, in quo pugnabat, non retinuiſſet, eoque loco hoſtes potiti eſſent, reſcripſiſſe dicit, eum quoque civica dignum videri; [15] quòd appareret tam iniquo loco civem ab eo ſervatum, ut etiam à fortiter pugnantibus retineri non quiverit. Hac corona civica [16] L. Gellius vir cenſorius in ſenatu [17] Ciceronem conſulem donari à republica cenſuit, quod ejus opera eſſet atrociſſima illa Catilinæ conjuratio detecta vindicataque. *Muralis* eſt corona, qua donatur ab imperatore qui primus murum ſubiit, inque oppidum hoſtium per vim eſcendit. Iccirco quaſi muri pinnis decorata eſt. *Caſtrenſis* eſt corona, qua donat eum imperator, qui primus hoſtium caſtra pugnans introivit. Ea corona [18] inſigne valli habet. *Navalis* eſt, qua donari ſolet maritimo prœlio qui primus in hoſtium navem [19] armatus vi tranſiluit. Ea quaſi [20] navium roſtris inſignita eſt. Et *muralis* autem

15 *Quod appareret tam iniquo*] Olim edebatur, *appareret è tam iniquo*. Scripti Reg. & Rot. *apparet & tam iniquo*. Lincoln. *apparet & tam*. Gronovius.

16 *L. Gellius*] Qui circa annum v. c. DCLXXXII. conſulatum geſſit cum Cn. Cornelio Lentulo, & cum eodem annis tribus poſt cenſor factus eſt. Vide Ciceronem pro Balbo, & in Verrem, Plutarchum in Craſſo, alioſque.

17 *Ciceronem conſulem donari è republica cenſuit*] Vetuſtiores Carrione, *à republica*: neque aliter ſcripti. Et ſenſu non deficitur. Nam *cenſere*, apud Latinos ſæpe ſic ponitur, ut ei præſens infinitivi pro gerundio jungatur. Juſtinus lib. 13. *Perdicca cenſet Roxanes exſpectari partum*. Plinius lib. 23, 1. *His nucleis ad purgationem non cenſuerim uti*. Sic ergo *cenſuit à republica donari* eſt cenſuit vel pro ſententia dixit eſſe donandum à ſenatu populoque Romano. *Gronovius*. Eadem mutatione denuo uſus fuit mox Stephanus ex conſilio Carrionis lib. 1 Emend. 5, quum edidit *inque oppidum hoſtium per vim eſcendit*. Bene, ſi ita graſſatus fuit ex MSS. quos obſcure prætendit Carrio. Sed priores editi habent *aſcendit*, & in Regio exſtat *aſcenderit*. Nuſpiam mihi occurrit τὸ *eſcendit*. Jac. Gronov.

18 *Inſigne valli*] Ideo & vallaris appellata. *Thyſ.* Quod hauſtum ex Paſchalio lib. 7 c. 3, ubi caſtrenſem & vallarem vix duas fuiſſe putat. Hoc vellem clare ab eis dictum fuiſſe, quid Gellius intellexiſſet per inſigne valli. Sed non deſerit Paſchalius (cujus miror in his Thyſianis nullam fieri mentionem, qui certe adhiberi debuit; ſic magna pars harum notarum potuit ſine damno non ſcribi) ſcribens [Ergo inſigne caſtrenſis coronæ fuit Vallus ex auro.] Quod ſi ita eſt, videtur debuiſſe etiam diſtincta fuiſſe caſtrenſis ab vallari, ſicut & caſtra ab vallis. Equidem per vallos etiam munita fuiſſe caſtra nemo ignorat. Sed tamen etiam caſtra potuerunt eſſe ſine vallis, & ſolis terreuis aggeribus munita, ut ſic quum inter munitionem valli & caſtrorum eſſet differentia, etiam fuerit inter præmia; & caſtrenſis hinc corona habuiſſe videatur inſigne valli ex terra confecti, vallaris autem vallorum caſtrenſium, prout ſunt in nummo familiæ Numoniæ cui Vaalæ cognomentum fuit. *Jac. Gronov.*

19 *Armatus vi tranſilivit*] Reg. & Rot. *tranſiluit*. Gronovius.

20 *Navium roſtris*] Navalem ſimplicem roſtris navium non diſtinctam fuiſſe arbitratur Lipſ. l. 5. de mil. Rom. cap. 17. aut certe aliqua nota diverſam fuiſſe à Roſtrata. Hæc enim in ſummo pretio, & non iis data, qui in navim aliquam tranſcendiſſent, (ſæpe id factum) ſed qui navale aliquod magnum decus aut victoriam magna induſtria peperiſſent. Data ducibus, & ſimilis aliquatenus obſidionali. Claſſicam quæ ducibus dabatur, majoris fuiſſe pretii, vix dubitari poteſt, & raro vel vix unquam illam conceſſam fuiſſe Dio Caſſius lib. 49. oſtendit, cum dicit, *Agrippam corona roſtrata aurea donavit, quod neque ante neque poſtea cuiquam contigit*. Vide & Vellejum lib. 2 cap. 81. Livium Epitoma 129. Senecam lib. 3. de Benef. c. 32. Duo exempla refert Plin. lib. 16 cap. 4.

autem & *caſtrenſis* & *navalis* fieri ex auro ſolent. [21] *Ovalis* corona myrtea eſt. Ea utebantur imperatores, qui ovantes introibant urbem. [22] ovandi ac non triumphandi cauſa eſt, quum aut bella non ritè indicta, neque cum juſto hoſte geſta ſunt; aut hoſtium nomen humile & non idoneum eſt, ut ſervorum piratarumque: aut, deditione repente facta [23 24] impulverea, ut dici ſolet, incruentaque victoria obvenit. Cui facilitati aptam eſſe Veneris frondem crediderunt, quòd non Martius [25] ſed quaſi Veneris quidam triumphus foret. Hanc [26] myrteam coronam M. Craſſus, quum [27] bello fugitivorum confecto ovans rediret, inſolenter aſpernatus eſt: [28] ſenatuſque conſultum faciundum per

21 *Ovalis vero corona*] Neuter ſcriptorum codicum habet τὸ *vero*: neuter ut nec Lincoln. mox τὸ *autem*: & ſunt hæ particulæ, quibus quaſi hiantem orationem connectere ſe male ſeduli putabant. Sed & vocabula tranſpoſuerunt. Hæc enim manus priſca: *Ovalis corona murtea eſt. ea utebantur imperatores, qui ovantes urbem introibant. Ovandi ac non triumphandi cauſa eſt.* Gronovius. Et hanc ut veriſſimam ſequi debui. Non enim hæc pertinent ad proxime antecedentia; ſed redit auctor ad recenſionis formulam antea inſtitutam, ut patet ex ipſo capitis titulo, quem ordine exſequitur, ubi ſemper illas particulas neglexit, unde neque nunc apponi decuit. *Jac. Gronov.*

22 *Ovandi autem*] Plutarchus in Marcello ab ove nomen arceſſit, quod in ovatione oves non tauri vel boves ſacrificarentur, uti in triumpho fieri ſolitum. Et recte. Feſtus tamen à militari gratulantium clamore originem accepiſſe arbitratur, Dionyſius Halicarn. ἀπὸ τῆς ἰωάσης. De ovatione vide Alex. ab Alex. Gen. Dier. lib. 6. cap. 17. & Onuphrium Panvinium de Triumpho.

23 *Impulverea*] Vett. Ed. *in pulvere*. Conjectura facilis legendum, *ſine pulvere*. Badius legit *impulvere*, adjective, unde alii legunt *impulverea*.

24 *Impulverea, ut dici ſolet, victoria*] Volunt hoc ipſum ſcripti exhibendo, *quibus in pulvere aut dici*. Neque inepte tamen Chriſt. Colerus Parergon cap. 20 ſuſpicatur, *impulvere, ut dici ſolet, victoria*. Sed juxta bene *impulvereus* formatur ἀπὸ τοῦ *pulvereus*, quam *impulvis* ἀπὸ τοῦ *pulvis*: quemadmodum à *cœna* fit *incœnis*, à *cœnatus incœnatus*. Nam *invulnerea*, quod homo doctus libro ſuo adſcripſerat, ludibrium eſt. *Gronovius.* Iſtud *impulvere* jam fuit in mente Moſellani, ut patet ex notis Aſcenſianis, ut vidit Thyſius notavitque attribuens Badio. Explicat autem Gellius Græcum ἐκονιτί, prout illuſtrat hanc vocem H. Stephanus in Theſauro Græcæ Linguæ.

25 *Sed quaſi Veneris*] Id concoquere Paſchalius nequivit; ideo quum circuiviſſet ad myrtum honori ſuo reſtituendam, negat ſententiam Gellii eſſe dignam ut referatur inter probas, miraturque quî Gellio lubitum ſit eam deprimere, & ovationem vocare triumphum Venereum. Et tamen ipſe potuit tandem colligere non agi de comeſſante & qui gratam noctem extorſit amicæ, non de Venere procace ac libidinoſa, ſed frondem intelligendam Veneris bellacis, victricis, triumphatricis, & quæ inter fortiora numina à ducibus fuit collocata, prout hinc Victoriæ ædes erat juncta ædi Veneris ſuper Pompeji theatrum, non aliter ac Pergami *Nicephorium* Veneriſque templum junguntur ab Livio 32, 33, & Ultrajecti in Juliæ Domnæ nummo memini vidiſſe literas apud politiſſimum D. Modeum VENUS VICTOR, ſi non in eis lateat VICTORIA. *Jac. Gronov.*

26 *Myrteam coronam*] De qua ita Plinius lib. 15 cap. 29. *Bellicis quoque ſe rebus inſeruit: triumphanſque de Sabinis Poſtumius Tubertus in conſulatu (qui primus omnium ovans ingreſſus urbem eſt, quoniam rem leviter ſine cruore geſſerat) myrto Veneris victricis coronatus inceſſit, optabilemque arborem etiam hoſtibus fecit. hinc poſtea ovantium fuit corona.* A myrto quoque Venus olim Myrtea dicta, quam poſtmodum Murciam appellarunt. Ita Plinius eodem cap. Varro lib. 4. de L. L. Plutarchus Qu. Rom. 20. teſtantur. Murcia tamen etiam marcoris & deſidiæ dea, de qua Arnob. lib. 14. Tertullianus lib. de Spectac. c 8. Auguſtinus lib. 4. de Civ. Dei cap. 16.

27 *Bello fugitivorum*] Duce Spartaco. De hoc bello agit Vellejus Paterculus lib. 2 c. 30. ubi ſermonem ita finit: *Hujus patrati gloria penes M. Craſſum fuit, mox Romanorum omnium principem.* Vide Florum lib. 3 c. 20. Plutarchum in Craſſo. Liv. Epit. 96. Eutrop. 6. Oroſ. l. 5. c. 24. & Appianum.

28 *Senatuſque conſultum faciendum*] Neſcio quomodo

per gratiam curavit, ut lauro, non myrto, coronaretur. M. Cato objecit M. Fulvio Nobiliori, quòd milites per ambitionem coronis, de causis leviſſimis, donaſſet. De qua re verba ipſa appoſui Catonis: [29] *Nam principio quis vidit corona donari quemquam, quum oppidum captum non eſſet, aut caſtra hoſtium non* [30] *incenſa eſſent?* Fulvius autem, in quem hoc à Catone dictum eſt, coronis donaverat milites, quia vallum curaverant, aut quia puteum ſtrenuè foderant. Prætereundum non eſt, quod ad ovationes attinet: ſuper quo diſſenſiſſe veteres ſcriptores ſcio. Partim enim ſcripſerunt, qui ovaret introire ſolitum [31] equo vehentem: at Sabinus Maſſurius pedibus ingredi ovantes dicit, ſequentibus eos non militibus ſed univerſo ſenatu.

modo id irrrepſerit in poſtremas editiones, quum omnes priores edant conſenſu *faciundum*, nec ſcripti codices nunc adhibiti ab eo diſcrepent; unde ne propagaretur, monere debui & rebus interceſſi. Clare 4, 20 *dicundi* reſtitutum, & 5, 13 *faciundoque* ubi in Regio eſt *en*. Jac. Gronov.

29 *Nam principio quis vidit*] Membranarum ξυναιρὶς, *Jam principio*. Gronovius.

30 *Incenſa eſſent*] Sermo dignus reprehenſorio ſpiritu Catonis, qui rem ipſam modo in ſe exiſtimans cavillatur. Nam ad faciendum illud actus fuit Fulvius non gratia aut ambitione, ſed æſtimatione laboris in illis operibus exhauſti, utpote ad Ambraciam, de cujus obſeſſæ miraculo ſtupebant annales Romani; idque debuerat Gellius admoniſſe, quum alioquin illa ſimpliciter inſpecta non ſolerent donari coronis, nec mererentur; ſed omnia fuerunt extra ordinem. *Jac. Gronov.*

31 *Equo vehentem*] Id eſt, vectum. Ita cum Lucretius Tricipitinus de Æquis & Volſcis triumpharet, Veturio conceſſum à ſenatu, ut ſine legionibus equo veheretur. Ita Claudius Nero bello Punico ſecundo eques ſine militibus urbem introivit. Plerunque tamen pedites urbem ingrediebantur. *Thyſius.* Attamen MSS. *vehentes*, ut Reg. & Rott. aut *vehente*, ut Lincoln.

CAP. VII.

Perſonæ *vocabulum quàm lepidè interpretatus ſit, quamque eſſe vocis ejus originem dixerit Gabius Baſſus.*

LEPIDE [1] mehercules & ſcitè Gabius Baſſus in libris, quos de origine vocabulorum compoſuit, unde appellata [2] *perſona* ſit, interpretatur: à *perſonando* enim id vocabulum factum eſſe conjectat. *Nam caput*, inquit, *& os* [3] *cooperimento perſonæ tectum undique, unaque tantum vocis emittendæ via pervium, quoniam non vaga neque diffuſa eſt, in unum tantummodò exitum* [4] *collectam coactamque vocem ciet, & ma-*

1 *Mehercules*] Reg. & Lincoln. *mi hercules.*

2 *Perſona*] Non admittit hanc derivationem Scaliger lib. 4. de L. L. Vide Voſſ. lib. 2. Inſt. Poët. c. 28. forſan à Græco περιζώνη, ut voluit Scaliger: ζώσθαι autem induere Græcis teſte Pauſania denotat. Ita ab integumento perſona dici potuit. At Scaliger de Comœdia cap. 9 putat περὶ σῶμα.

3 *Cooperimento perſonæ tectum, undique tantum*] Non opinor de induſtria factum eſſe, ut in poſtremis editionibus ita ederetur mutata diſtinctione & omiſſa integra voce; certe cauſam non video, & omnino depravatur ſententia auctoris: unde veterem repoſui. *Jac. Gronov.*

4 *Collectam coactamque vocem & magis*] Rott. *vocem ciet magis.* Reg. *vocem ciet magisque.* Fiat igitur: *vocem ciet magis, magisque claros.* Sed præterea legendum: *quæ non vaga*: nempe via emittendæ vocis. non *quoa*, ut vulgo: non *quoniam*

& magis [5] claros canoroſque ſonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris clareſcere & reſonare vocem facit ; ob eam cauſam perſona dicta eſt , o , litera [6] propter [7] vocabuli formam productiore.

ut Carrio licet cum ſcriptis manu. *Ciet vocem*, movet, rumpit, emittit, incitat. *Gronovius.* Equidem conveniunt ſcripti codices, & quod eſt in Rottend. id ipſum exſtat non aliter in Regio. Sed Salmaſius poſt notatum verbum *ciet* majore charactere ſcriptum adjecit, ſed ſpatio interjecto & minore eodem charactere *magiſque*, non ut lectum in MS. Regio, ſed ex conjectura ſua, quam itta lectionis varietas ſtatim illi ſubjiciebat, nempe *vocem ciet magiſque & magis claros.* Plane MSSti innuunt *vocem ciet & magis claros*, (notabiliter in Regio vidi *ci&t*, ut rurſus in cap. 8 *& t eſt autem*) quaſi copulativa interciderit ob antecedens verbum *ciet* in eam deſinens, ut edidi. *Jac. Gronov.*

5 *Claros canoroſque*] Imo obſcuriores.

6 *Propter*] Forſan legendum, *præter* ; quam ſuſpicionem effudit Aſcenſius.

7 *Vocabuli formam*] Derivatione literam productam eſſe innuit. quod in derivativis aliquoties contingit, cum in primitivis brevis ſit litera, vel ſyllaba.

CAP. VIII.

Defenſus error à Virgilii verſibus, quos arguerat Julius Higinus grammaticus: & ibidem quid ſit lituus ; *deque etymologia vocis ejus.*

[1] *Ipſe Quirinali lituo parvaque ſedebat*
Succinctus [2] trabea ; lævaque ancile gerebat.

in his verſibus erraſſe Virgilium Higinus ſcripſit, tanquam non animadverterit deeſſe aliquid hiſce verbis:

Ipſe Quirinali lituo.

Nam, ſi [3] nihil, inquit, deeſſe animadvertimus, videtur ita dictum, ut fiat, *lituo & trabea ſuccinctus*, quod eſt, inquit, abſurdiſſimum : quippe quum *lituus* ſit virga brevis, in parte, qua robuſtior eſt, incurva, qua augures utuntur ; [4] quonam modo *ſuccinctus lituo* videri poteſt? Immo ipſe Higinus parum animadvertit ſic hoc eſſe dictum, ut pleraque dici per defectionem ſolent. Veluti quum dicitur, *M. Cicero homo magna eloquentia*, [5] [6] &, *Q. Roſcius hiſtrio ſumma venuſtate.* Non plenum hoc

1 *Ipſe Quirinali lituo*] Extant verſus lib. 7. Æneid. ℣ſ. 187. Hoc baculo augures cœli ſpatia deſignabant, quia manu non licebat, & uti ſolebat Romulus augurii peritus, ſicut Plutarchus in Romulo refert. Quirinalem itaque lituum dixit, qualem poſtea Quirinus vel Romulus habuit, niſi Martis baculum quis intelligat, nam ante Romulum Mars Quirinus appellatus fuit. Quemcunque tamen regium baculum ſive ſceptrum intelligere hic quis poteſt. vide & Macrobium lib. 6 cap. 8. Saturn. qui ſuo more hæc ex Gellio tranſcripſit. Illuſtrat Turnebus lib. 9 c. 10. & lib. 30 cap. 5.

2 *Trabea*] Toga Regum & augurum de cocco & purpura, teſte Servio. Vel erat veſtis ſegmentata trabibus purpura expreſſis.

3 *Nihil deeſſe animadvertimus*] Reg. & Rott. *animadverterimus.* Gronovius.

4 *Quonam modo ſuccinctus lituo*] Ita habebant editi priores, ita codex Regius: cur hunc ordinem turbavit Stephanus edendo *lituo ſuccinctus* ? Jac. Gronov.

5 *Atque Roſcius hiſtrio*] Manifeſte peccatum eſt in editione H. S T. ubi legitur *& quaſi Roſcius* &c. Utrobique reſcribendum : *& Q. Roſcius* &c. Prænomen

hoc utrumque, [7] non perfectum est: sed enim pro pleno atque perfecto auditur. Ut Virgilius alio in loco [8] dixit:

[9] *Victorem Buten immani corpore,*

id est, corpus immane habentem. & item alibi:

[10] *In medium geminos immani pondere cæstus*
Projecit.

ac similiter:

——— *domus sanie dapibusque cruentis,*
Intus opaca, ingens.

Sic igitur id quoque videri dictum debet, *Picus Quirinali lituo erat:* sicuti dicimus, [11] [12] *statua grandi capite erat. Est* autem, *erat*, & *fuit*, plerumque absunt, cum elegantia, sine detrimento sententiæ. Et, quoniam facta *litui* mentio est, non prætermittendum est, quod posse quæri animadvertimus, utrum lituus auguralis [13] à tuba, quæ *lituus* appellatur, an tuba à lituo augurum *lituus* dicta sit. Utrumque pari forma [14] & pariter incurvum est. Sed si, ut quidam putant, tuba à sonitu lituus appellata est [15] ex illo Homerico verbo, [16] Λίγξε βιὸς[a]: necesse est ita accipi ut virga auguralis à tubæ similitudine *lituus* vocetur. Utitur autem vocabulo isto Virgilius & pro tuba:

[17] *Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.*

a *Insonuit arcus.*

nomen *Quinti* in particulas *que* & *quasi* mutatum est propter abbreviationem. *Lambecius.*

6 *Et quasi Roscius histrio*] Sic Carrio, quum esset: *atque Roscius histrio.* Sed ex scriptis legendum, *& Q. Roscius histrio*, ut notavit Lambecius. *Gronovius.* Atqui non solus ita Stephanus edidit, sed jam & Aldus, quod notatum Thysio, idque plane exstat in Lincoln. expressum; nec videtur aliter in nota innuisse scriptor codicis Regii ϑ. Equidem prænomen sive adsit, sive abigatur, nihil confert, etsi id jam Badius adhibuerit: & debuit Lambecius id noviisse, non ex suo nomine hanc lectionem venditare; majus dedecus est Proustei scribentis *ita legendum conjicere Lambecium.* Jac. Gronov.

7 *Non*] Vetus Ed. *neque.*

8 *Dixit*] Abest in Vett. Editt.

9 *Victorem Buten*] Virg. v. Æneid.

10 *In medium &c.*] Extat versus l. v. Æneid. ℣. 401.

11 *Statua*] Voss. cod. in margine, *fatua.*

12 *Statua grandi capite erat*] Utraque membrana: *Fatua grandi capite erat.* Quando mentionem fecit Pici, non mirum est addere aliquid de nutu ejus Fauni uxore. Justinus lib. 43. *Fauno uxor fuit nomine Fatua, quæ divino spiritu impleta, velut per furorem futura præcinebat.* Bonam deam putatam scribit eandem Plutarchus in Cæsare. *Gronovius.*

13 *A tuba*] Cicero lib. 1. de Dinatione. *Romuli lituus, id est, incurvum & leviter à summo inflexum bacillum, quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit.*

14 *Et pariter*] Addunt quædam Edd. *in capite*, sed refragatur vetustissima Ven. Ed. & MSS.

15 *Ex illo Homerico versu*] Scripti quatuor, *Homerico verbo.* Mutatum opinor, quia duo verba sunt & initium versus. Sed *verbum* etiam dictum significat complurium vocum. Suetonius Julio: *Verbum M. Catonis est, unum ex omnibus Cæsarem ad evertendam rempublicam sobrium accessisse.* Gronovius. Et jam in præfatione dixit Gellius, *Heracliti Ephesii verbum* πολυμαθίη νοὸν ἔ διδάσκει.

16 Λίγξε βιός] Extat locus Iliad. Δ. ℣. 125. λίγχω *sono, stridео.* Didymus λίγξε, ποιόν τινα ἦχον ἀπετέλεσε. Hesychius λιγαλὲ interpretatur ἠχήσασλα. Sed potius à λιτὸς lituus deducitur, quod tenuis & acuti soni sit. Ennius:

Inde loci lituus sonitus effundit acutos.

17 *Et lituo*] Versus extat Æneid. 6. ℣. 167.

CAP. IX.

Historia de Crœsi filio sumta ex Herodoti libris.

FILIUS Crœsi regis, [1] quum jam per ætatem fari posset, infans erat, &, quum jam multum adolevisset, item nihil fari quibat. Mutus adeò & elinguis diu habitus est. [2] Quum in patrem ejus [3] bello magno victum, & urbe, in qua erat, capta, hostis gladio [4] ducto regem esse ignorans invaderet: diduxit adolescens os clamare nitens, [5] eoque nisu atque impetu spiritus vitium nodumque linguæ rupit, planeque & articulatè elocutus est, clamans in hostem, ne rex Crœsus occideretur. Tum & hostis gladium reduxit, & rex vita donatus est, & adolescens loqui prorsus deinceps incœpit. Herodotus in historiis hujus memoriæ scriptor est: ejusque verba sunt, quæ prima dixisse filium Crœsi refert; [6] Ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον [a]. Sed & quispiam Samius athleta, [7] nomen illi fuit [8] Αἴγλης, quum antea non loquens fuisset, ob similem dicitur causam loqui cœpisse. Nam quum in sacro certamine sortitio inter [9] ipsos & adversarios non bona fide fieret; & sortem nominis falsam subjici animadvertisset: repente in eum, qui id faciebat, [10] sese videre, quid faceret, magnum inclamavit. Atque is oris vinculo solutus, per omne inde vitæ tempus, non turbidè neque [11] adhæsè locutus est.

a *O homo ne occidas Crœsum.*

1 *Quum jam per ætatem*] Id est, cum jam ætas idonea esset ad loquendum: *Semestris tamen*, juxta Plinium, *locutus est Crœsi filius in crepundiis, quo proœigio totum id concidit regnum.* Ita ante ætatem locutus, & postmodum mutus factus fuisset. Sed potuit hic alter esse Crœsi filius, de quo Plinius loquitur.

2 *Cum vero in patrem ejus*] Hic quoque fulcrum labanti orationi se supponere crediderunt per τὸ *vero*, quod neque in Regio est, neque in Rottendorfiano neque in Lincoln. Primus etiam caret præpositione *In*. Dicimus autem utrumque *invadere aliquem* & *in aliquem*. Potius erit aliquid demi: nam pro *ducto* legendum videtur *ducto*, & verbum substantivum removendum, hoc modo: *Mutus adeo & elinguis diu habitus, quum in patrem ejus, bello magno victum, & urbe, in qua erat, capta, hostis gladio ducto, regem esse ignorans, invaderet.* Possemus quoque τὸ *Et* tollere: sed maneat, licet accipiatur pro Etiam. *Gronovius.*

3 *Bello magno*] Contra Cyrum, qui urbem Sardes regiam Crœsi occupaverat.

4 *Ducto*] Aliter, *ducto.* forsan *diducto*, ut alludat ad idem vocabulum, *diducto gladio*, & *diduxit os.*

5 *Eoque nisu &*] Vett. Edd. *eoque nixu, atque.*

6 Ἄνθρωπε] Vide Herod. l. 1. Ven. Vet. ὦνθρωπε.

7 *Nomen illi fuit* Αἴγλης] Rott. *fuit etlaoys.* Regius *fuit exλλoγς.* Forte, *nomen ei fuit* Ἐξάδιος. Gronovius.

8 Αἴγλης] Valerius Max. lib. 1. tit. de Miraculis. *Ægles Samius athleta mutus, cum ei victoriæ quam adeptus erat, titulus & præmium eriperetur, indignatione accensus vocalis evasit.*

9 *Ipsos*] Forsan, *ipsum.* per *ipsos* alioqui intelligit, qui ejusdem partes sequebantur.

10 *Sese videre quid faceret*] Reg. & Rott. *videre sese quid faceret.* Gronovius.

11 *Adhæse*] Glossarium Gellii, quod edidit Barthius, *adhæse loqui, balbutire, male pronunciare.* Per omne itaque vitæ tempus expedite locutus est.

CAP.

CAP. X.

De argumentis quæ Græcè ἀντιστρέφοντα appellantur, à nobis reciproca dici possunt.

INTER vitia argumentorum longè maximum [1] esse vitium videtur quæ [2] ἀντιστρέφοντα Græci dicunt. Ea quidam ex nostris non hercule nimis absurdè *reciproca* appellaverunt. Id autem vitium accidit hoc modo. Quum argumentum propositum referri contrà [3] convertique in eum potest à quo dictum est; & utrumque pariter valet: quale est pervulgatum illud, quo [4] Protagoram sophistarum acerrimum usum esse ferunt adversus Euathlum discipulum suum. Lis namque inter eos & controversia super pacta mercede hæc fuit. Euathlus adolescens dives [5] eloquentiæ discendæ causarumque orandi cupiens fuit. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit, daturumque promisit mercedem [6] grandem pecuniam, quantam Protagoras petiverat; dimidiumque ejus dedit tunc jam statim prius quàm disceret: pepigitque, ut reliquum dimidium daret, [7] quo primo die causam apud judices oraret & vicisset. Postea quum

1 *Esse vitium videtur eorum quæ*] Quatuor scripti: *longe maximum esse vitium videtur, quæ ἀντιστρέφοντα Græci dicunt. sine τῶν eorum*, quod insulsisse censeo, qui mirabantur nihil esse, quo referrent *τὸ quæ*. At est id ex genere scitamentorum, de quibus diximus ad lib. 4, 1. *ea quæ reconduntur, penus dicta est*. Gronovius.

2 Ἀντιστρέφοντα] Vide Aristotelem lib. 2. Rhetor. Certe *reciproca* potius dicerentur ἀναστρέφοντα, quippe cujus verbi usus ad talia frequens est, deque eo satagunt viri docti ad Stephanum in voce ΑΓΚΥΡΑ; quum in nostro particula ἀντὶ plane sic non exprimatur.

3 *Convertique potest in eum, à quo dictum est & utrumque*] Scripti & editi ante Stephanum, *convertique in eum potest*. quorum mutandi unde libido vel ipsi vel Carrioni exstiterit, haud sane intelligo. Melius autem Reg. & Rot. *& utrimque pariter valet* nempe & à parte actoris in reum aut unde petitur, & hinc adversus illum. *Gronovius*. Id quidem tanto mirabilius est, quia ipse Stephanus in Thesauro linguæ Græcæ inque isto verbo citat hunc Gellii locum, nec aliter, quam vulgo recte legebatur, ut videre licet.

4 *Protagoram*] De hoc Philosopho vide supra cap. 3. Quintilianus lib. 3. Instit. Euathlum à Protagora decem millibus artem didicisse testatur. Scribit Aristoteles lib. 9. Ethic. Protagoram solitum discipulos interrogare, quanti artem æstimarent, & tantum ab iis accipere solitum. Cæterum quæ hic de Protagora & Euathlo dicuntur, alii auctores Coraci & Tisiæ tribuunt, quos artis illius inventores & principes in Sicilia fuisse testatur M. Tullius. Huic quidem similia refert Lud. Cresollius lib. 11 Theatri Soph. cap. 6.

5 *Eloquentiæ discendæ causarumque orandi cupiens*] Rectius Saresberiensis *causasque orandi*, inquit Colerus cap. 20 Parergon. Immo pejus. est enim, quale *verborum fingendi*, quod asseruimus lib. 4, 14. *Gronovius*.

6 *Grandem pecuniam*] Quum Lud. Cresollius libro 5 Theatri Soph. cap. 4 ex Quintiliano attulisset definitam summam, nempe decem millia denariorum, apponit; *quod idem ponitur ab Agellio lib.* 5. Nescio ubi id viderit; neque enim procedit hic auctor ultra istam declarationem, ut & c. 3. *Jac. Gron.*

7 *Quo primo die causam apud judices oraret & vicisset*] Reg. *primum*. Forte: *quo primam die causam*. Apulejus in Floridis: *Aut enim vinco, & judicio dimittor; aut vincor & pacto absolvor, ex quo non debeo mercedem, si hanc primam causam fuero penes judices victus*. Mar. Becichemo puerilis in his verbis error videtur ita corrigendus, *hac prima causa*: & sic ajunt Florentiæ legi. At ego *victus causam* Apulejo dignum hellenismum puto, quam qui maxime: & tam molliter dici *causam vinci* quam *causam vincere*, *judicium vincere*, *Olympia vincere*, *Pythia cantare & certare*: quæ omnia certos auctores

quum diutulè auditor assectatorque Protagoræ fuisset, & in studio quidem facundiæ abundè promovisset, causas tamen non reciperet, tempusque jam longum transcurreret, & facere id videretur, ne reliquum mercedis daret; capit consilium Protagoras, ut tum existimabat, astutum. [8] Petere institit ex pacto mercedem: litem cum Euathlo contestatur. & quum ad judices, [9] conjiciendæ [10] consistendæque causæ gratia, venissent, tum Protagoras sic exorsus est; Disce, inquit, stultissime adolescens, [11] utroque id modo fore ut reddas quod peto, sive contra te pronunciatum erit, sive pro te. Nam, si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego vicero: sin verò secundum te judicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris. Ad ea respondit Euathlus: [12 13] Potui, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni [14] isse obviam, si verba non ipse facerem, atque alio patrono uterer. Sed majus mihi in ista victoria [15] prolubium est, quum te non in causa tantùm sed in argumento quoque isto vinco. Disce igitur tu quoque, magister sapientissime, [16] utroque modo fore, uti non reddam quod petis: sive [17] contra me pronunciatum erit, sive pro me. Nam,

res habent, Ovidium, Tullium, Ennium, Horatium, Apulejum ipsum. Etenim in omnibus his intelligitur præpositio *Per*. At, quod sequitur, etsi, quod sciam, dissimulent omnes, correctione indiget: *Ita me omnimodo liberat, si vinco, conditio; si vincor, sententia*. Plane contrarium verum est: nam vincentem stringebat conditio, non liberabat; ut & victum sententia cogebat solvere. Scribendum igitur: *si vincor, conditio;* (pactus enim erat, ne daret, ni vicisset) *si vinco, sententia*, scilicet judicum lite secundum me data. Et hoc ex Flor. statim recipere debuerunt. *Gronovius*.

8 *Petere instituit ex pacto*] Sic & Rottendorfianus. Sed Regius cum prius editis, *institit*. Idem.

9 *Conjiciendæ, &c. causæ gratia*] Conjicere causam est argumentum causæ judici strictim & per indicem breviter exponere, sive, ut Asconius loquitur, in breve cogere, antequam ipsa causa ageretur. Quod Pandectæ quoque Florentini ostendunt. videtur autem causæ conjectio ex XII. tabulis originem accepisse, in quibus ita habetur. IN. FORO. AUT. COMITIO. ANTE. MERIDIEM. CAUSAM. CONJICITO. Ita regulam quasi causæ conjectionem Sabinus appellavit l. 1. de R. I.

10 *Consistendæque*] Consistere quidem dicitur in judicio congredi, sed *causam consistere* Gellianum est, qui neutra pro activis crebro sumere solet. Notavit Gifanius in Indice Lucretii.

11 *Utroque id modo fore ut reddas*] Scriptus uterque cum editionibus ante Stephanum, *uti reddas*. In Regio deest τὸ *id*. Gronovius.

12 *Potui, inquit, huic tuæ* &c.] Non satisfacit mihi hic locus, neque adeo ipsi rationi. Veterem lectionem ex MS. R. erui, quæ hæc est: *Opto, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni isse obiam* &c. *Sed majus mihi in ista victoria prolubium est, cum* &c. Erroris causa fuit vox *prolubium*, quæ cum paulo rarior esset, in *proludium* mutata est & sono vicinam, & vulgo magis notam. Eadem voce in simili significatione usus est idem Gellius lib. 16 c. 19. *Feros*, inquit, *& immanes nautas prolubium tamen audiendi subit*. Lambecius.

13 *Potui, inquit, huic tuæ tam ancipiti*] Sic Rott. non *Opto*, ut Regius adversus auctoris mentem. nam si alio patrono uteretur, id signum esset ipsum sibi diffidere, atque ideo necdum satis didicisse. At illud, *majus mihi in ista victoria prolubium est*, ita prorsus Rott. ut Regius, atque ex eo Lambecius. *Majus* quoque Ro. & Veneta. Aldus primus *magis*. Gronovius.

14 *Esse obviam*] Vet. Ven. *isse obviam*; id est occurrere, diluere alia captione.

15 *Prolubium*] Quo vocabulo etiam utuntur antiqui, teste Nonio in *Prolubium*.

16 *Utroque modo fieri, ut non reddam, quod petis*] Reg. & Rott. *utroque modo fore*, ut supra. *Gronovius*.

17 *Contra me pronunciatum erit*] Voss. cod. in notis MSS. legit, *fuerit*. Sic & MS. Regius.

18 *Du-*

Nam, si judices pro causa mea sensserint, nihil tibi ex sententia debebitur: quia ego vicero. Sin contra me pronunciaverint: nihil tibi ex pacto debebo, quia non vicero. Tum judices [18] dubiosum hoc inexplicabileque esse, quod utrimque dicebatur, rati, ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem injudicatam reliquerunt: causamque in diem longissimam distulerunt. Sic ab adolescente discipulo [19] magister disciplinæ eloquentiæ inclutus [20] suo sibi argumento confutatus est, & [21] captionis versutè [22] excogitatæ frustratus fuit.

18 *Dubiosum*] Pro *dubio*. dixit etiam alibi Gell. lib. 3 c. 3. De hoc autem capite & duobus actionum his modis videndus Marq. Freherus in principio Decisionum Areopagit.

19 *Magister disciplinæ eloquentiæ inclutus*] Regius & Rottendorfianus vocem *disciplinæ* nulli agnoscunt. *Gronovius.*

20 *Suo sibi*] In Vossiani cod. notis *sibi* expungitur.

21 *Captionis versutæ excogitatu frustratus fuit*] Rott. cum editis antiquitus, *versute excogitatæ.* Colerus Saresberiensis scripturam & hic minime tegendam monet *versute & cogitate.* Stephanus equidem Carriove injuria offensi sunt genere loquendi *frustrari captionis*, quod est, ut Plauti *falli sermonis.* Regius, *versutæ & excogitatæ.* Quod maxime probo. Suetonius Caligula: *Templum etiam numini suo proprium & sacerdotes & excogitatissimas hostias instituit.* Gronovius.

22 *Excogitatæ*] Quædam editiones, inter quas H. Stephani, *excogitatu.*

CAP. XI.

Biantis de re uxoria syllogismum [1] *non videri posse* ἀντιστρέφοντα.

[2] EXISTIMAVIT quidam etiam illud [3] Biantis, viri sapientis ac nobilis, responsum consimile esse atque est Protagorion illud, de quo dixi modò, antistrephon. Nam quum rogatus esset à quodam Bias, deberetne uxorem ducere, an vitam vivere cœlibem; [4] [5] Ἤτοι, inquit, καλὴν ἕξεις, ἢ αἰσχράν. καὶ εἰ καλὴν, ἕξεις κοινήν. εἰ δὲ αἰσχράν, ἕξεις ποινήν. ἑκάτερον δὲ οὐκ ἀγαθόν. οὐ λητέον ἄρα [a]. Sic autem hoc responsum convertunt: [6] εἰ μὲν καλὴν ἕξω, οὐχ ἕξω ποινήν. εἰ δὲ αἰσχράν, οὐχ ἕξω κοινήν. γαμητέον ἄρα [b]. Sed minime hoc esse videtur ἀντιστρέφον, quoniam ex altero latere conversum frigidius est infirmiusque. Nam Bias proposuit non esse ducen-

a *Aut pulchram habebis, aut deformem. Et si pulchram, habebis communem; si vero deformem, habebis pœnam. Utrumque autem non bonum. Non sumendum igitur.*

b *Si quidem pulchram habebo, non habebo pœnam. si vero deformem, non habebo communem. Ducenda igitur uxor.*

1 *Non videri ἀντιστρέφοντα*] Regius ἀντιστρέφειν.

2 *Existimavit quidam*] At cur non *existimant*, ut palam Regius? quum utique sequatur *convertunt.* Jac. Gronov.

3 *Biantis*] Bionis hoc dictum fuisse refert Diogenes Laërtius.

4 Ἤτοι καλὴν ἕξεις] Ven. Vet. pro ἕξεις legit ἄξεις. Citat Hieronymus l. 1. contra Jovinianum Theophrasti librum, in quo quæritur, an sapienti ducenda sit uxor.

5 Ἤτοι καλὴν ἕξεις ἢ αἰσχράν] Ab Aldo provenit hoc. Romana Venetaque, Ἤτοι καλὴν ἄξει. & mox: Εἰ μὲν καλὴν ἄξω. quæ laudat etiam è Pal. MS. Gebhardus 2 Antiq. Lect. 23. *Gronovius.*

6 Εἰ μὲν καλὴν ἕξω] Ven. Vet. legit ἄξω.

cendam uxorem propter alterutrum incommodum, quod neceſſario patiendum erit ei qui duxerit. Qui convertit autem, non ab ſe defendit incommodum quod adeſt: ſed carere ſe altero dicit quod non adeſt. Satis eſt autem tuendæ ſententiæ, quam Bias dixit; quòd cum, qui duxit uxorem, pati neceſſe eſt ex duobus incommodis alterum, ut aut κοινὸν habeat aut πονηρόν. Sed Favorinus noſter, quum facta forte mentio ſyllogiſmi iſtius, quo Bias uſus eſt, cujus prima πρόθεσις eſt, ἢ καλὴν ἕξεις, ἢ αἰσχρὰν[a]; non ratum id [7] neque juſtum [8] disjunctum eſſe ait: quoniam non [9] neceſſarium eſt alterum ex duobus, quæ disjunguntur, verum eſſe. Quod in proloquio disjunctivo neceſſarium eſt. Eminentia enim quadam ſignificari formarum turpes & pulchræ videntur. Eſt autem, inquit, tertium quoque inter duo iſta, quæ disjunguntur: [10] cujus rationem proſpectumque Bias non habuit. Inter enim pulcherrimam feminam & deformiſſimam [11] media quædam forma eſt; [12] quæ & à nimiæ pulchritudinis periculo [13] & à ſummæ deformitatis odio vacat. Qualis à [14] Q. Ennio in Menalippa perquam eleganti vocabulo, *ſtata*, dicitur; quæ neque κοινὴ futura ſit, neque πονηρά. Quam formam modicam & modeſtam Favorinus non mehercle inſcitè appellabat uxoriam. Ennius autem in iſta, quam dixi, tragœdia, eas ferè feminas ait incolumi pudicitia eſſe, quæ ſtata forma forent.

a *Propoſitio eſt, aut pulchram habebis, aut deformem.*

7 *Neque juſtum disjunctum eſſe ait*] Reg. *neque juſtum disjunctivum eſſe ait.* Rott. *neque juſtum disjunctivum ait eſſe.* Satim Reg. & Rot. *quoniam non neceſſum ſit.* Lincoln. *quoniam non . . . eſt ſit.* Gronov.

8 *Disjunctum*] Voſſ. C. *disjunctivum.*

9 *Neceſſarium*] Aliter, *neceſſum.*

10 *Cujus rationem proſpectumque Bias non habuit*] Regius *perſpectumque.* Inde Salmaſius conjiciebat *reſpectumque.* Gronovius.

11 *Media forma quædam eſt*] Hac ſerie vocum ſcripti. *Idem.*

12 *Quæ & à nimiæ*] Ita Regius & Rott. ubi vulgo τὸ & negligitur. *Jac. Gronov.*

13 *Et ſummo deformitatis odio*] Immo *ſummæ*, ut tres membranæ. *Gronovius.*

14 *Q. Ennio in Menalippa*] Ex hac quoque tragœdia citant verſus Nonius, Priſcianus lib. 10. Macrobius lib. 6 c. 4. Juvenalis Satira VIII.

Ante pedes Domiti longum tu pone Thyeſtæ
Syrma, vel Antiopes, ſeu perſonam Menalippes.

Menalippe autem à Neptuno compreſſa, expoſuit liberos in ſtabulo patris; Varro lib. 2. de Re Ruſt. cap. 5. *Hunc eſſe qui filios Neptuni è Menalippa ſervarit, ne in ſtabulo infantes grex boum obtereret.* Dionyſius quoque Halicarnaſſ. De Fig. Locut. & Euſebius de Præp. Euang. Euripidem ſimilem tragœdiam ſcripſiſſe refert, in qua ſapiens Menalippe egregie ſuam perſonam agebat. Ad hanc fabulam agendam geſtu maxime opus fuiſſe Cicero l. 1. de Offic. teſtatur: *Qui voce freti ſunt Epigonem, Medeamque; qui geſtu Menalippam, Clytæmneſtram eligunt.* Pro Menalippa Ennii legunt quoque nonnulli *Menalippo*, qui Tydeum occidit. Ita quoque verſus Juvenalis ſupra citatos legit vetus ejuſdem Poëtæ Scholiaſtes. Aliquid momenti huc attulerint forſan ea, quæ colligit Reineſius lib. III Var. Lect. cap. 2 pag. 374.

CAP. XII.

De nominibus deorum populi Romani Dijovis & Vejovis.

IN

[1] IN antiquis ſpectionibus nomina hæc deorum ineſſe animadvertimus, [2 3] *Dijovis & Vejovis*. Eſt autem etiam [4] ædes Vejovis Romæ inter arcem & capitolium. [5] Eorum nominum rationem eſſe hanc comperi. *Iovem* Latini veteres [6] à juvando appellavere: eumdemque alio vocabulo juncto patrem dixerunt. [7] Nam quod eſt in eliſis aut immutatis quibusdam literis Iupiter, id plenum atque integrum eſt *Iovispater*. Sic & [8] *Neptunuspater* conjunctè dictus eſt, & *Saturnuspater*, & *Ianuspater*, & *Marspater* (hoc enim eſt, *Marspiter*) [9] itemque Iovis *Diespater* appellatus, id eſt, diei & lucis pater. Iccircoque ſimili nomine [10] *Dijovis* dictus eſt, & [11] Lucetius; quòd nos die & luce quaſi vita ipſa afficeret & juvaret. *Lucetium* autem *Iovem* Cn. Nævius in libris belli Pœnici appellat. Quum Iovem igitur & Dijovem à juvando nominaſſent: [12] eum quoque contrà deum, qui non juvandi poteſtatem, ſed vim nocendi haberet (nam deos quoſdam ut prodeſſent celebrabant, [13 14] quoſdam ut ne

1 *In antiquis ſpectionibus*] Vulgo *ſpectationibus*. *Spectio in auguralibus ponitur pro adſpectione*, ut teſtatur Feſtus. Varro lib. 5. de L. L. *Spectare dictum à ſpecio antiquo, quo etiam Ennius uſus: Vos epulo poſtquam ſpexit. Et quod in auſpiciis diſtributum eſt, qui habeant ſpectionem, qui non habeant.* Intelligit hic vel antiqua auguralia verba, vel inſcriptiones, quæ ſpectando leguntur.

2 *Vejovis*] Cod. Voſſ. in notis *Vedejovis*. paſſim per totum caput.

3 *Dijovis & Vejovis*] Non diſſimulandum videtur in quatuor calamo exaratis eſſe, *Dijovis & vedijovis*. neque hic modo, ſed & mox, *ædes vedijovis*: tum *vedijovem appellaverunt*. denique, *ſimulacrum igitur dei vedijovis*. Sane *Vedius* etiam appellatur Martiano Capellæ, & Papiæ in Gloſſis: *Vedius Pluto vel Orcus, id eſt malus divus*: ut ad illum notavit H. Grotius. *Gronovius*.

4 *Ædes Vejovis*] A Romulo Nonis Martiis dedicata. Quæ erat in regione VIII, juxta P. Victor. vide Faſtos Ovidii lib. 3. & Dion. Halic. l. 2.

5 *Eorum nominum rationem*] Regius, *Quorum*. Gronovius.

6 *A juvando*] Alii à Jova vel Jehova deducunt. Certe ab hac voce corrupte ἰαω, & ἰάζω, & ἰώω nomen ſuum accepere, & hinc fortaſſe Græcorum ζεύς. Jupiter autem tanquam Jovis Pater, ſicut Græcis ζεὺς πατὴρ.

7 *Nam quod eſt in eliſis aut immutatis*] Regius expoſita præpoſitione: *Nam quod eſt eliſis aut immutatis quibuſdam literis Iupiter*. Gronovius.

8 *Neptunus pater* &c.] Prorſus alludit Gellius ad verſiculos Lucilii Sat. 1. *Ut nemo ſic veſtrum, quin pater optimus divûm Ut Neptunus pater, Liber, Saturnus pater, Mars, Janus, Quirinus pater nomen dicatur ad unum.* Qui locus ex Lactantii libro III adſcriptus eſt exemplari Salmaſiano.

9 *Item, Iovis Dieſpater*] Ambo ſcripti: *itemque Iovis Dieſpiter*. Gronovius. Quorum Regius mox etiam non legit *appellatus eſt, id eſt*; ſed prius verbum ſubſtantivum ei ignoratur, & recte, quippe quod appoſitum fuit ab Stephano, quum in anterioribus non conſpiciatur, præſertim ſi ex Regio adſciſcatur *itemque*, quod omnino fieri debet, ut feci. Nam illud *itemque* animadvertes eſſe in Aldina & Vaſcoſani: cur citeriores omiſerunt? Contra paulo ante Reg. & Lincoln. *Sic & Neptunus pater conjunctè dictus eſt, Saturnus pater*, absque &, quod interponunt vulgo. Utrum recte, an innuit *ſic & Neptunus pater conjunctè dictus, & Saturnus pater? Jac. Gronov.*

10 *Dijovis*] Quaſi Deus Jovis, ut Diana quaſi Dea Jana.

11 *Lucetius*] Ita & Juno Lucetia dicta, quod lucis auctor ſit parturientes adjuvans. Feſtus: *Lucetium Iovem appellabant, quod eum lucis eſſe autorem credebant.* Gloſſæ, *Lucerius*, ζεὺς. lege *Lucetius*.

12 *Eum quoque contra Deum*] Regius *eumque contra*.

13 *Quoſdam ne obeſſent placabant*] Ita Paveri & Pallori conſtituta fana. Liv. lib. 1 c. 27. Etiam publice Febri fanum in Palatio dicatum fuit, ut teſtatur Plin. lib. 2 cap. 7. Prudentius Hamartigenia:

Par furor illorum, quos tradit fama dicatis
Conſecraſſe Deas, Febrem Scabiemque, ſacellis.

Ita Plutonem, Furias, Infernaleſque Deos placabant. Arnobius lib. 3. *Non commemorabimus hoc loco*

ne obeſſent placabant) [15] *Vejovem* appellaverunt demta atque detracta juvandi facultate. *Ve* enim particula, quæ in aliis atque aliis vocabulis [16] variatim per has duas literas, cum *a*, litera media [17] immiſſa dicitur, duplicem ſignificatum eumdemque inter ſeſe diverſum capit: nam & augendæ rei & minuendæ valet, ſicut aliæ particulæ plurimæ; propter quod accidit, ut quædam vocabula, quibus particula iſta præponitur, ambigua ſint [18] [19] & utroqueverſum dicantur: veluti [20] *veſcum*, [21] *vehemens*, & [22] *vegrande*; de quibus alio in loco, uberiore tractatu facto, admonuimus: [23] *veſani* autem & *vecordes* ex una tantùm parte, quæ

Deam Lavernam furum, Bellonas, Diſcordias, Furias, & læva illa quæ conſtituitis numina, taciturnitatis ſilentio præteribimus. Vide & Auguſtinum lib. 4 de Civ. Dei c. 21. Etiam tempeſtates conſecratas fuiſſe refert Cicero lib. 3. Nat. Deor.

14 *Quoſdam, ne obeſſent, placabant*] Iidem ambo, ut & olim editi: *quoſdam ut ne obeſſent, placabant.* Gronovius.

15 *Vejovem appellaverunt*] Feſtus tamen *parvum Iovem*, id eſt, adoleſcentem interpretatur. Ovid.

Vis ea ſi verbi eſt, cur non ego Vejovis ædem,
Ædem non magni ſuſpicor eſſe Iovis?

Vetus marmor, FORTUNÆ. JOVIS. PUERI. PRIMIGENIÆ. ita & Jupiter Anxurus in Anxure opido imberbis colebatur, & Juno Virgo, quæ Feronia dicebatur teſte Virg. lib. 7. Æneidos, *Axurus* tamen legendum Urſinus de Fam. Rom. arbitratur, quaſi ἄξυρος, ut in nummo argenteo Panſæ indigitatur, ab uno latere, JOVIS. AXUR. VIBIVS. C. F. C. N. ab altero PANSA. Ipſa etiam urbs Anxur, vel potius Axur, à Jove Axuro nomen accepit, ut præter Servium etiam Acron teſtatur, ad Horatii lib. 1. Sat. v. Ovidius itaque ſuſpicatur *Iovi non magno* ſive adoleſcenti vel puero ædem illam à Romulo conſecratam. Sed Gellius hic noxium numen intelligit. Quem non tantum Vejovem, ſed etiam Vedium appellarunt. Martianus Capella de Nupt. Philol. *In eo perenni ſtrepitu colliditur animarum, quam Vedius adjudicarit impietas, id eſt, Pluton, quem etiam Ditem Vejovemque dixere.* Papias: *Vedius, Pluto, vel Orcus.* Vejovis igitur idem qui Jupiter Stygius. Ita enim Plutonem appellavit Virg. lib. 4. Æneidos:

Sacra Iovi Stygio quæ rite incepta paravi.

Inter ſupremum, id eſt, cœleſtem & Stygium Jovem diſtinguit Arnob. lib. 2 & 3. Silius Italicus lib. 8. nigrum Jovem appellavit, cum inquit:

Nigro ſorte Iovi cui tertia regna laborant.

16 *Variatim per has duas*] Mira eſt & noſcenda editio Stephani, quæ hunc locum in MSS. & editis ita expreſſum longe aliter transformans exhibuit: *quæ in aliis atque aliis vocabulis varia, tum per has duas litteras tum, a, littera media immiſſa* &c. Quod quisque conſideret.

17 *Immiſſa*] Voſſ. cod. *immiſta.*

18 *Utroqueverſum*] In utramque partem.

19 *Et utroqueverſum dicantur; veſcum, vehemens*] Reg. & Rott. cum Fulviano: *dicantur; veluti veſcum, vehemens.* Gronovius.

20 *Veſcum*] Phylargyrius in IV. Georg. *Veſcum*, inquit, *tria ſignificat, minutum, edule, & multum.* & in 3. Georg. *Veſcas, teneras & exiles. Nam veſcum apud antiquos ſignificabat macrum, & quaſi quod eſcam non reciperet.* Feſtus: *Veſcus, faſtidioſus:* ve *enim pro puſillo utebantur. Lucretius veſcum dixit edacem, cum ait,*

Nec mare quæ impendent veſco ſale ſaxa pereſa.

Item: *Veſculi male curati & graciles homines,* ve *enim ſyllabam rei parvæ præponebant. Unde Vejovem parvum Iovem, & vegrandem fabam minutam dicebant.* Ita & Plin. lib. 7 c. 20. *corpore veſco, ſed eximiis viribus Tritanum.* Ovid. lib. 3. Faſtor.

—— *Vegrandia farra coloni*
Quæ male creverunt, parvaque veſca vocant.

Gloſſæ: *Veſcus* ὀλιγόσιτος, ὀλιγοδεής. vide Gellium lib. 16 cap. 5.

21 *Vehemens*] Quaſi vemens, à *ve* & *mente*, quod mens perturbata ſit. hinc vehemens inferta aſpiratione. vide ſupra lib. 2. Noct. Att. c. 3.

22 *Vegrande*] Auget hoc vocabulum, & minuit. Auget in illo verſu Perſii,

Ut ramale vetus vegrandi ſubere coſtum.

Minuit in citatis jam verſibus Ovidii. Ita Varro de Re ruſt. lib. 2 cap. 2. *Vegrandes & imbecillas oves* dixit. Sentit cum Gellio etiam Feſtus.

23 *Veſani*] Vet. Ed. *Veſanos*, & poſt illa verba *ex una tantum parte*, additur, *dici.* Thyſ. Ita & Aldus. Sed etſi poſterior mutatio recepta eſt auctoritate codicum, ut ipſius Regii, & ſententia ad plenum conſter, quum referri poſſint ad præcedens *dicantur*, ſcire tamen oportet in Regio eſſe *veſani autem & vecordes ex una tantum parte dicti, quæ* &c.

Tale

quæ privativa eſt, [24] quam Græci κατὰ στέρησιν [a] dicunt. Simulachrum igitur dei *Vejovis*, quod eſt in æde, de qua ſuprà dixi, [25] ſagittas tenet, quæ ſunt videlicet paratæ ad nocendum. Quapropter cum deum plerique [26] Apollinem eſſe dixerunt; [27] immolaturque illi ritu [28] humano [29] capra: ejuſque animalis figmentum juxta ſimulacrum ſtat. Propterea Virgilium quoque ajunt, multæ antiquitatis hominem ſine oſtentationis odio peritum, numina læva in Georgicis [30] deprecari: ſignificantem quandam vim eſſe hujuſcemodi deorum in lædendo magis quàm in juvando potentem. [31] Verſus Virgilii hi ſunt:

[32] *In*

a *Per privationem.*

Tale participium delere non eſt noſtri juris. *Jac. Gronov.*

24 *Quam Græci* στρητικὸν μερίον *dicunt*] Regius: *quam Græci* κατὰ στέρησιν *dicunt.* Heſychius: Ἀ ψιλόμενον στέρησιν δηλοῖ. Etymologicon magnum in Ἀαγὲς. ἢ τὸ ἄθραυστον κατὰ στέρησιν. Noſter lib. 2, 6. *Nam ſicut inlaudatum* κατὰ *laudis* στέρησιν, *ita inamabilem* κατὰ *amoris* στέρησιν *deteſtatus eſt.* Gronovius.

25 *Sagittas tenet, quæ ſunt videlicet paratæ*] Earum inſtar videre eſt in nummis gentis Cæſiæ & Liciniæ. *Gronovius.* Ubi Urſinus quoque jam loci

hujus Gelliani dedit indicium. Cælaturas vero has placuit ex imitatione editionis Pariſinæ afferri, etſi peſſimæ, quum jam in Romana editione Urſini addatur Liciniano Vejovi clare ſatis diadema, quod integrum neglexit Patinus. Sed tam Cæſiæ gentis nummo dantur ſagittæ tres, quam Liciniæ; quod neſcio cur ſic recidere voluerit in Cæſiano Urſinus. Hinc placet ex meis nummis dare nunc verum an-

tiquitatis hujus conſpectum, quia is vere confirmat ſagittas Gellianas, eaſque paratas ad nocendum, ubi tamen MSS. Reg. & Rottend. habet *partæ*, Lincoln. *parte*. Sciendum ab Urſino etiam agnoſci Vejovis caput, cui ſupponitur fulmen, in gente Fonteja. *J. Gron.*

26 *Apollinem*] Macrobius l. 1. Saturn. cap. 17. *Hinc eſt quod arcu & ſagittis Apollinis ſimulachra decorantur, ut per ſagittas intelligatur vis emiſſa radiorum . . . Sed quia perpetuam præſtat ſalubritatem, & peſtilens ab ipſo caſu varior eſt: ideo Apollinis ſimulachra manu dextra Gratias geſtant, arcum cum ſagittis ſiniſtra: quod ad noxam ſit pigrior; & ſalutem manus promptior largiatur. Alii*, ut ſuperius eodem capite loquitur, *cognominatum Apollinem putant*, ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα; *Exanimat enim & perimit animantes, cum peſtem intemperie caloris immittit.* Itaque morbo tali implicitos Ἀπολλωνοβλήτους appellabant, tanquam ſagittis Dei tactos. Apollo quoque λυκίους Lyndiis colebatur.

27 *Immolaturque illi ritu humano capra*] Τὸ *illi* neque in Regio neque in Rottend. neque in Lincoln. conſpectui. Suſpicor autem ſcribendum quod & Ant. Thyſio viſum, *ritu Romano*. Gronovius.

28 *Humano*] Forſan, *Romano.*

29 *Capra*] Ovid. lib. 3. Faſtorum,

Stat quoque capra ſimul; Nymphæ paviſſe ferentur
Cretides: infanti lac dedit illa Iovi. Thyſ.

Ex his verſibus patet honor capræ habitus à Romanis, plane ut Nymphis, quò adſtent Iovi huic: idque Ovidius ſcribit ex ſenſu Romano, qui plane diverſus à ritu aliorum & præſertim illo, quem codices Gelliani appellant *humanum*, in quo propterea non poteſt latere ritus Romanus, ut tamen exiſtimant viri docti, qui de eo nihil poſſunt dicere. Unde conjiciebam *ritu Cumano*, ſicut ex Virgilio conſtat ſingularem cultum Apollinis fuiſſe circa Cumas, idque notatum ab omnibus. *Jac. Gronov.*

30 *Quoque deprecari*] Abeſt prima vox in Vett. Editt. Sed neque eſt in Regio MS. unde induxi.

31 *Verſus Virgilii hi ſunt*] Reg. Rot. Lincol. τῷ *hi* dant commeatum. *Gronovius.*

[32] *In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem*
[33] *Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo.*

In istis autem diis, quos placari oportet, [34] uti mala à nobis vel à frugibus natis [35] amoliantur, [36] *Averruncus quoque* habetur & [37] *Robigus.*

32 *In tenui labor*] Extat l. 4. Georg.

33 *Numina læva*] Servius tamen & Philargyrius interpretantur prospera, ut alibi, *intonuit lævam.*

34 *Uti mala à nobis vel à frugibus natis amoveantur*] Lege cum Reg. & Rott. *amoliantur.* nempe illi ipsi dii. Petronius: *jamdudum enim cupiebam amoliri custodem molestum.* Tacitus 3 histor. *Eaque confessione, sive aptum tempori mendacium fuit, invidiam crimenque agnovisse & à partibus Vitellii amolitus videbatur.* Noster 19, 1. *His tunc verbis Stoicus divitem illum Asiaticum à se se amolitus est.* Cæterum pro *Averruncus* Reg. Rot. Lincol. *Aurungus.* Gronovius.

35 *Amoveantur*] Codex Vossianus in margine, *amoliantur.*

36 *Averruncus*] Θεὸς ἀποτροπαίος. *averruncare* enim significat *avertere.* ut ex Cicerone, Livio, Varrone, aliis, liquet. Legitur quoque *arungus* in vet. edit. Ita legendum *Aruncus*, vel *Auruncus*, ut in Philoxeni Glossis. etiam *auruncare* Festo dicitur.

37 *Robigus*] Qui robiginem à segete averruncare credebatur, ut scribit Varro lib. 5. de L. L. Ejus festum Robigalia VII Kal. Majas, quia tum fere segetes robigo occupat, ut testatur Plinius lib. 18 cap. 29. vide & Festum in *Robigalia.* Huic Deo canis & ovis extis sacrificabant. Ovid. lib. 4. Fast.

Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ovis.

Instituit hæc sacra Numa Pompilius. Lucum & ædem in regione V. ponit Panvinus, Ædem via Nomentana extra portam Catulariam. De cane cæso & quidem lactente etiam Columella ita loquitur:

Hinc mala rubigo, virides ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur & extis.

Etiam cane rufa sacra faciebant Caniculæ sideri; Festus: *Catularia porta Romæ dicta est, quia non longe ab ea ad placandum Caniculæ sidus frugibus inimicum rufæ canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perduceverentur.* sicut Romani, ita & Rhodii Deum habuere, qui rubiginem propelleret. Templum enim iis erat Apollinis Erythræi. Ἐρυθίβην enim rubiginem Græci appellant. Rubigo autem tum segetes lædit, cum udos imbre culmos sol ardens torret, sicuti Plutarchus de Primo frigido testatur. Contra tamen Plinius lib. 18 cap. 27. *Plerique dixere vorem inustum sole aëri, frugibus rubiginis esse causam, & carbunculi vitibus: quod ex parte falsum arbitror, omnemque uredinem frigore tantum constare, sole innoxio.*

CAP. XIII.

De officiorum gradu atque ordine moribus populi Romani observato.

SENIORUM hominum & Romæ nobilium, atque in morum disciplinarumque veterum doctrina memoriaque præstantium, disceptatio quædam fuit, præsente & audiente me, de gradu atque ordine officiorum; quumque quæreretur, quibus nos ea prioribus potioribusque facere oporteret, si necesse esset in opera danda faciundoque officio [1] alios aliis anteferre, non constabat. Conveniebat autem facilè, constabatque, ex moribus populi Romani, primum juxta parentes locum tenere pupillos debere fidei tutelæque nostræ creditos; secundùm eos proximum locum [2] clientes habere, qui se itidem in fidem patrocinium-

1 *Alios aliis anteferre, non constabat*] Regius & Lincoln. *constituebat.* Rott. *confatuebat.* Sed quodcumque horum admiseris, si attendas, apparebit orationem parum constare. Quin ego duas illas voces qualescumque improba manu insertas censeo, postquam *cumque quæreretur*, per errorem syllaba repetita, pro *cum quæreretur*, fecisset antiquus librarius. Quid enim, quæso, consummatius hoc sermone? *disceptatio quædam fuit præsente & audiente me de gradu atque ordine officiorum, cum quæreretur, quibus nos ea prioribus potioribusque facere oporteret, si necesse esset in opera danda faciundoque officio alios aliis anteferre.* Gronovius.

2 *Clientes*] Ex Romuli lege hoc profluxit, ut clien-

nſumque noſtrum dediderunt; tum in tertio loco eſſe [3] hoſpites; poſtea eſſe cognatos affineſque. Hujus moris obſervationiſque multa ſunt teſtimonia documentaque in antiquitatibus perſcripta; ex quibus unum hoc interim, de clientibus cognatiſque, quod præ manibus eſt, ponemus. M. Cato in oratione, quam dixit apud cenſores in Lentulum, ita ſcripſit: [4] *Quod majores ſanctius habuere defendi pupillos, quàm clientem non fallere.* [5] *Adverſus cognatos pro cliente teſtatur;* [6] *teſtimonium adverſum clientem nemo dicit:* [7] *patrem primùm, poſtea patronum proximum nomen habere.* Maſſurius autem Sabinus, in libro juris civilis tertio, antiquiorem locum hoſpiti tribuit quàm clienti. Verba ex eo libro hæc ſunt: *In officiis apud majores ita obſervatum eſt, primùm tutelæ, deinde hoſpiti, deinde clienti, tum cognato, poſtea affini.* [8] *De qua cauſa feminæ viris* [9] *potiores ſunt habitæ,* [10] [11] *pupillarique tutelæ muliebris prælata: etiam adverſus quem* [12] *affuiſſent,* [13] *ejus filii tutores relicti in eadem cauſa*

clientes à patronis in capite & fortunis protegerentur. De quorum jure vide Dion. Halic. & Plutarchum in Romulo.

3 *Hoſpites*] Hæc neceſſitudo non tantum erat inter privatos, ſed etiam inter populos, vel ſingulos & civitates. Inter Eumenem Regem & Pop. Rom. publicum hoſpitium fuiſſe ſcribit Liv. lib. 7. cujus nota erat teſſera hoſpitalis, & Jupiter hoſpitalis vindex illius neceſſitudinis violatæ.

4 *Quod majores ſanctius habuere defendi pupillos*] Lud. Aurelius ad tertium Taciti annalem tentat: *Quid majores ſanctius habuere, quam defendi pupillos? quam clientem non fallere?* Gronovius. At hæc mutatio obliterat in hoc loco notationem gradus & ordinis, quem Roma in talibus ſervari ſtatuebat. Cato quidem ordinem ſcribendi ſic tenebit; ſed non utique eum, ut ſimul pateat eum judicare ſic obſervari debere, prout ipſe enumerat; quod affirmatiſſime ex eo probat lectio vulgata, quæ eſt & MSStorum, & interrogatio eſt aliena. *Jac. Gronov.*

5 *Adverſus cognatos pro cliente teſtatur*] Quis? nempe patronus. ſed id ſic intelligi durum. Malim M. Catonem ſcripſiſſe: *Adverſus cognatos pro cliente teſtamur.* Gronovius. Sed Gellianus ille *nemo*, qui mox ſequitur, reſolvi debet in *non aliquis*. Et hinc intelligi integre. Sic vult auctor: *adverſus cognatos pro cliente teſtatur aliquis; teſtimonium adverſum clientem nemo dicit.*

6 *Teſtimonium adverſum clientem*] Utriſque tam patrono quam clienti hanc legem impoſuit Romulus, ut neque inter ſe accuſare, neque aut teſtimonio aut ſuffragio lædere, inimicitiaſve exercere licitum eſſet. vide Dion. Halicarn. lib. 1.

7 *Patrem primum, deinde patronum*] Magnum vero ἀνδραγάθημα Carrionis & Stephani, qui *deinde* ſubjecerunt, ubi priores editiones cum ſcriptis *poſtea*. Sic enim illi: *patrem primum, poſtea patronum*. Gronovius.

8 *De qua cauſa fœminæ viris potiores ſunt habitæ*] Verbum ſubſtantivum tres expellunt membranæ. *Gronovius.* Reg. etiam vocem *viris*.

9 *Potiores habitæ*] Prælatæ ſunt viris, quod magis defenſione egeant non ſecus atque pupilli.

10 *Pupillarique tutelæ*] Vett. Editt. *pupillariſque tutela mulieri prælata*. Stephanus ſecutus Badium legit *muliebris*, & bene. Pupillaris enim tutela muliebri præfertur propter teneram ætatem. mulieres autem jure antiquo, quamvis pupillæ non eſſent, in perpetua erant tutela.

11 *Pupillariſque tutela muliebri prælata*] Reg. *mulieris lata*. Rottend. *mulieri prælata*. Guilhelmus Ranchinus divinat *pupillarique tutela muliebris prælata*, lib. 1 Var. lect. 4. *Gronovius.*

12 *Affuiſſent*] Senſus eſt: Qui tutores pupillum alium defenderant contra aliquem, qui putabat ſibi aliquid ex bonis pupilli deberi, idque judicio publico petebat; hi, inquam, ipſi tutores, qui in iſto judicio contra illum ſteterant, ſi ab eodem moriente in tutoribus filii eſſent relicti, etiam in iſta ipſa cauſa adjuvabant pupillum ab eo relictum. Nam quæ Thyſius aut ex ſe aut ex Moſellano affert, & quæ vides apud Prouſteum, aliena ſunt. *Filii* eſt genitivus, non plurale; vel ſi ita placet ac caſus fert, habeatur *filiis*, quando oportet etiam legas *pupillis*. Jac. Gronov.

13 *Ejus filii tutores relicti*] Reg. & Rot. *filiis tutores relicti*. Gronovius.

14 *Clarum*

ſa pupillo aderant. Firmum atque [14] clarum iſti teſtimonium rei perhibet auctoritas C. Cæſaris pontificis maximi; qui in oratione, quam pro Bithynis dixit, hoc principio uſus eſt: *Vel pro* [15] *hoſpitio regis Nicomedis, vel pro horum neceſſitate quorum res agitur,* [16] *defugere hoc munus* [17] *M.V. non potui. Nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin à proximis retineatur: neque clientes ſine ſumma infamia deſeri poſſunt:* [18] *quibus etiam à propinquis noſtris* [19] *opem ferre inſtituimus.*

14 *Clarum iſti rei teſtimonium perhibet*] Hoc ordine verborum ſcripti. *Idem.*

15 *Hoſpitio*] De quo Suetonius in Cæſ. cap. 49.

16 *Defugere hoc munus Mumi non potui*] Sic edebatur. Carrio & Stephanus maluere *M.V. non potui*. Reg. *M vince non potui*. Rott. *M. unite n.p.* Lincol. & quartus. *M. Vincere*. Num fuit, *M. Vinici?* id certe nomen gentis Romanæ. Viſumque idem Ant. Thyſio. *Gronovius.* Vides poſtrema in nomine proprio jactari, quæ idcirco ferant agantque ſcribæ librarii pro lubitu. Cæſaris fuit *M. Vini*, ex qua ſtirpe eſt Vinius ſub Galba potens. *Jac. Gronov.*

17 *M.V.*] Vetus Ed. *Mumi Vinici*. lege *M. Viniei*.

18 *Quibus etiam à propinquis noſtris opem ferre*] Videtur dixiſſe Cæſar, *ante propinquos noſtros.* Gronovius.

19 *Opem*] Vet. Ven. Ed. *auxilium.*

CAP. XIV.

Quòd Appion doctus homo, qui Pliſtonices appellatus eſt, vidiſſe ſe Romæ ſcripſit recognitionem inter ſe mutuam ex vetere notitia hominis & leonis.

[1] APPION, qui Pliſtonices appellatus eſt, literis homo multis præditus, rerumque Græcarum plurima atque varia ſcientia fuit. Ejus libri non incelebres feruntur, quibus [2] omnium fermè, quæ mirifica in Ægypto viſuntur audiuntur que [3] hiſtoria comprehenditur. Sed in his quæ audiviſſe vel legiſſe ſeſe dicit, [4] fortaſſe à vitio ſtudioque oſtentationis fit loquacior; [5] eſt enim ſanè quàm in prædicandis doctrinis ſuis venditator. Hoc autem, quod in libro Ægyptiacorum quinto ſcripſit, neque

1 *Appion, qui Pliſtonices appellatur*] Vulgo, *qui Polybiſtor*. Pliſtonicæ meminit Plin. 37 cap. 15. Clemens lib. 1. στρωμ. Tiberii tempore & ultra vixit, nam ab Alexandrinis ad Caligulam legatus fuit, ut Philo pro Judæis. Rerum Ægyptiacarum lib. quinque ſcripſit, ut teſtatur Tatianus Orat. ad Gentes. Etiam contra Judæos, cui reſpondit Joſephus adverſus Apionem. Legendum hic potius *Apion*, non *Appion*, ut recte annotavit Voſſius. Regius quidem non agnoſcit niſi unum p.

2 *Omnium*] Vet. Ed. *omnibus.*

3 *Hiſtoria*] V. Ed. *Hiſtoriam comprehendit*. MS. Reg. *quibus omnibus . . . hiſtoria comprehendit.*

4 *Fortaſſe à vitio ſtudioque oſtentationis*] Rot. & Reg. *fortaſſean vitio*. Quod conjectura olim deprehendit Euſtat. Suartius Analect. 3, 3. Habet etiam auctor lib. 7 cap. 3. lib. 11 cap. 9. & reſtituemus cum Deo volente lib. 17, 5. *Gronovius.* Quod utinam licuiſſet illi conſummare! Nunc quod his addendum videbatur, eſt, quod in Regio legitur *quæ vel audiſſe, vel.*

5 *Eſt enim ſane quam in prædicandis doctrinis*] Hic non ita felix Suartius: cauſatus enim neſcio quid horridum & moleſtum auribus ordinem ſonumque faciens, corrigit: *Eſt enim ſane nequam.* Aliter viſum veteribus. M. Cœlius ad Ciceronem lib. 8 famil. ep. 1. *Sane quam eos ſermones repreſſit.* Epiſt. 5. *Sane quam in quodam incili jam omnia adhæſerunt.* Ep. 6. *Appium à Dolabella reum factum, ſane quam non ea, qua exiſtimaveram; invidia.* Epiſt. 10. *Sane quam literis C. Caſſii & Dejotari ſumus commoti.* Ut alias *mirequam, valdequam, nimisquam, oppidoquam* adhibere ſolent. *Gronovius.*

6 *Re-*

neque audiſſe neque legiſſe, ſed ipſum ſeſe in urbe [6] Romana vidiſſe oculis ſuis confirmat. [7] In circo maximo, inquit, venationis ampliſſimæ pugna populo dabatur. Ejus rei, Romæ quum forte eſſem, ſpectator, inquit, fui. Multæ ibi [8] ſævientes feræ, magnitudines beſtiarum excellentes, [9] omniumque inviſitata aut forma erat aut ferocia. Sed præter alia omnia leonum, inquit, immanitas admirationi fuit; præterque omnes ceteros unius. Is unus leo corporis impetu & vaſtitudine [10] terrificoque fremitu & ſonoro, [11] toris [12] comiſque cervicum [13] fluctuantibus, animos [14] oculoſque omnium in ſeſe converterat. Introductus erat inter complures cæteros [15] ad pugnam beſtiarum [16] datus ſervus viri conſularis. Ei ſervo [17] Androclus nomen fuit. Hunc ille leo ubi vidit procul, repente, inquit, quaſi [18] admirans ſtetit: ac deinde ſenſim atque placidè tamquam noſcitabundus ad hominem accedit: tum caudam more atque ritu adulantium canum clementer & blandè movet, hominiſque fere corpori adjungit; cruraque ejus & manus propè jam exanimati metu lingua leniter demulcet. Homo Androclus inter illa tam atrocis feræ blandimenta amiſſum animum reciperat: paulatim oculos ad contuendum leonem refert. Tum, quaſi mutua recognitione facta, lætos, inquit, & gratulabundos videres [19] hominem & leonem. Ea re prorſus tam ad-

6 *Romana*] Vet. Ed. *Roma*. Sic quoque MS. Regius.

7 *In circo maximo, inquit*] Verbum hoc non legitur in MS. Regio. qui neque iſtud agnoſcit in ſequentibus illis *ubi vidit procul, repente, inquit, quaſi*.

8 *Sævientes feræ magnitudine beſtiarum excellentes*] Lege cum memb. *ſævientes feræ, magnitudines beſtiarum excellentes*. Sic Cicero lib. 3 de orat. *Diſtributione partium ac ſeparatione magnitudines ſunt artium deminutæ*. Et ſic legendum conjecit Pricæus ad 4 met. Apuleji. *Gronovius*.

9 *Omniumque inuſitata aut forma*] Uterque *inviſitata*, ut & Pricæus ibidem advocat, contempta invidia Luſinini, cui moribus ſunt inviſis, qui ubique pœne *inuſitata* in *inviſitata* permutant. *Idem*.

10 *Terrificoque fremitu ac ſonoro*] Sic & vett. libri: neque eſt, cur aſpernere. Poſſet tamen aliquis ſuſpicari fuiſſe: *terrificoque fremitu ac ſonore*. Lucretius lib. 1. *Quæ belle tangere poſſunt Aures & lepido quæ ſunt fucata ſonore*. Sæpiuſque idem & alii. *Idem*.

11 *Toris*] Tori ſunt eminentes muſculoſæ partes, quæ nervis vel toris tanquam funibus ſunt compactæ.

12 *Comiſque*] Jubis. jubati ætate leones, generoſi. Leænis nullæ teſte Plinio lib. 8 cap. 16.

13 *Fluctuantibus*] Forſan, *fluitantibus*. ad comas refertur.

14 *Oculoſque omnium in ſe convertit*] Quanto melius hoc eo, quod libido Carrionis immutavit: *in ſeſe converterat*. Sic ſcripti, ſic ante illum editi. *Gronovius*.

15 *Ad pugnam beſtiarum*] Hæc pro ratione delicti fugitivorum pœna. Aliquando ſtigmata & notæ iis inurebantur, qui ſubverbuſtæ Feſto appellantur.

16 *Datus*] Vet. Ed. *Dacus*, quaſi ſervus è Dacia. Et ſic eum citat Pet. Faber lib. 2 Semeſtrium.

17 *Androclus*] Vulgo *Androdus*, Æliano etiam Ἀνδρόκλῆς appellatur. vide Hiſt. lib. 7 c. 48.

18 *Ammirans*] Ita paſſim in MS. legitur pro *admirans*. Immo apud ſolum H. Stephanum.

19 *Hominem & leonem*] Similis hiſtoria, quam Seneca lib. 2. de Benef. cap. 19. refert, *Leonem*, inquit, *in amphitheatro ſpectavimus, qui unum è beſtiariis agnitum, cum quondam ejus fuiſſet magiſter, protexit ab impetu beſtiarum*. Putat Lipſius eandem eſſe hiſtoriam cum hac Gelliana. Tempora quidem conveniunt, nam Appion eodem tempore vixit, ut ex Joſepho, Plinio, aliiſque auctoribus liquet. Sed non omnia conveniunt. Scribit Seneca, beſtiarium quondam leonis fuiſſe magiſtrum, deinde protectum ab impetu ferarum. Quæ hic paulo ali-

admirabili [20] maximos populi clamores excitatos dicit, arceſſitumque à Cæſare Androclum, [21] quæſitumque cauſam cur ille atrociſſimus leonum uni [22] peperciſſet. Ibi Androclus rem mirificam narrat atque admirandam. Quum provinciam, inquit, Africam proconſulari imperio meus dominus obtineret, ego ibi iniquis ejus & cotidianis verberibus ad fugam ſum coactus; &, ut mihi à domino [23] terræ illius præſide tutiores latebræ forent, in camporum & harenarum ſolitudines conceſſi: ac, ſi defuiſſet cibus, conſilium fuit mortem aliquo pacto quærere. [24] Tum ſole, inquit, medio [25] rapido & flagrante [26] ſpecum quamdam nactus remotam latebroſamque, in eam me [27] penetro & recondo. Neque multò poſt ad eamdem ſpecum venit hic leo, debili uno & cruento pede, gemitus edens & murmura dolorem cruciatumque vulneris commiſerantia: atque illic primo quidem conſpectu advenientis leonis territum ſibi & pavefactum animum dixit. Sed poſtquam introgreſſus, inquit, leo, uti re ipſa apparuit, in habitaculum illud ſuum, vidit me procul deliteſcentem, [28] mitis & manſues acceſſit: ac ſublatum pedem [29] oſtendere ac

ter narrantur. Extat quoque hiſtoria leonis à juvene quodam, dum in Africa exercitum Rex Maurorum Juba duceret, ſagitta percuſſi, qui cum in ſylvam ſe recepiſſet, & anno poſt copias illuc Rex iterum traduceret, ab eodem leone juvenis ille correptus, & dilaceratus eſt. De Cretenſi puero à dracone latronibus occiſis erepto, quod illi aliquando familiaris fuiſſet, vide Ælian. Var. Hiſt. lib. 13 c. 46. & Photium in Biblioth.

20 *Maximus populi clamor excitatur. accerſitur*] Et hic ſibi multum Carrio permiſit. Romana editio: *maximos populi clamores excitatos dicit arceſſitumque à Cæſare Androdum, quæſitum cauſam, cur ille atrociſſimus leonum uni parciſſet.* Similiter aliæ vulgares, præter quæ ex Aldina *quæſitam* adoptarunt. Nec ſcripti ſecus, niſi quod nomen *Androclum* reddunt, de quo primus monuit Lipſius. *Quæſitum* Regius, *quæſitamque* Rott. ut tamen alteram lectionem foveat in margine. Poteſt videri auſum dicere, *quæſitum cauſam* Androclum, ut *interrogatum ſententiam* dicimus. Denique Regius, *leo uni parſiſſet*; Rott. *leoni parſiſſet*. Scribe: *cur illi atrociſſimus leo uni parſiſſet*. Gronovius.

21 *Quæſitumque*] Aliter, *quæſitamque*, vel *quæſita ab eo cauſa*.

22 *Peperciſſet*] Vett. Ed. *parſiſſet*.

23 *Terræ illius præſide*] Confundit proconſulem cum præſide. Macer J C. l. 1. ff. de Offic. proconſ. *Nomen præſidis generale eſt, eo quod & proconſules, & legati Cæſaris, & omnes Provincias regentes, licet ſenatores ſint* (legendum *non ſint*, intelligit enim equites) *præſides appellantur*.

24 *Tum ſole, inquit, medio*] Scriptus uterque: *Tum ſole medio, inquit*. Eodemque ordine verborum hæc ſuis inſerit Priſcianus lib. 6. Fulvii codex *meridiano*. Parum abeſt, quin ſuſpicer auctorem noſtrum ſcripſiſſe, *ſole meridie*. Quod ſequitur, *& arido & flagranti*, habet Priſcianus: unde Lipſius *ardido* 2 Elect. 5. Noſtræ membranæ, *rapido & flagranti*. Puto non aliter febrim dici *rapidam* lib. 12, 12. Et igneam ſignificat. Quippe ignis ἐν μάλιστα ὠρμώτατον καὶ ὀξύτατον, ut ait Maximus Tyrius diſſert. 38. *Gronovius*.

25 *Rapido*] Legunt alii *ardido*, Priſcianus *arido*.

26 *Specum quandam*] Specus in maſculino, fœminino & neutro dicitur.

27 *Penetro*] Penitus abdo. nove dixit Gellius.

28 *Mitis & manſuetus acceſſit*] Quare hoc maluerunt, quam quod habent binæ membranæ, & ſine dubio quicquid eſt meliorum? *mitis & manſues acceſſit*. Attius Meleagro: *Nunc ſi me matrem manſues miſericordia capſit*. Varro Οἶος λόρας. *Non vidiſti ſimulacrum leonis ad Idam eo loco, ubi quondam, eum ſubito cum vidiſſent quadrupedem, Galli tympanis adeo fecerunt manſuem, ut tractarent manibus?* Gronovius.

29 *Oſtendere ac porrigere*] Sic in Stephani editione inceptum legi, & durant editiones ſequutæ in id ipſum, ut vocem *mihi* intervertant, quæ tamen eſt in prioribus editis & MS. Regio ita *oſtendere mihi & pergere*, pro *porgere*. Jac. Gronov.

30 *Veſti-*

ac porrigere, quasi opis petendæ gratia, visus est. Ibi, inquit, ego stirpem ingentem [30] vestigio pedis ejus hærentem [31] revelli: conceptamque saniem vulnere intimo expressi: accuratiusque, sine magna jam formidine, siccavi penitus atque detersi cruorem. Ille tunc mea opera & medela levatus, pede in manibus meis posito recubuit & quievit. Atque, ex eo die, triennium totum ego & leo in eadem specu [32] eodemque victu viximus. Nam, [33] quas venabatur feras, membra opimiora ad specum mihi suggerebat; quæ ego, ignis copiam non habens, [34] [35] sole meridiano torrens edebam. Sed ubi me, inquit, vitæ illius [36] ferinæ jam pertæsum est, leone in venatum profecto, reliqui specum: &, viam ferme tridui permensus, [37] à militibus visus apprehensusque sum, & ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim rei capitalis damnandum, dandumque ad bestias curavit. Intelligo autem, inquit, hunc quoque leonem, me tunc separato, captum gratiam mihi [38] nunc etiam beneficii & medicinæ referre. Hæc Appion dixisse Androclum tradit, eaque omnia [39] scripta circumlataque tabella populo declarat: atque ideo, [40] cunctis petentibus, dimissum Androclum & pœna solutum, leonemque ei suffragiis populi donatum. Postea, inquit, videbamus Androclum & leonem loro tenui revinctum urbe tota circum tabernas ire: donari ære Androclum; floribus [41] spargi leonem: omnes ferè ubique obvios dicere: *Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis.*

30 *Vestigio pedis*] Ima parte pedis.

31 *Revelli*] Vett. Editt. *revulsi*.

32 *Eodemque victu*] MS. Reg. *eodemque & victu*.

33 *Quas*] Aliter, *earum, quas*.

34 *Sole meridiano tosta*] Vett. Editt. *sole meridiano torrens*. sed in MS. *tosta*.

35 *Sole meridiano tosta edebam*] Carrionis. Edebatur, quod & boni adfirmant codices: *torrens edebam*. Gronov. In Regio est *meridiano sole torrens*.

36 *Ferinæ*] In cod. Voss. annot. *ferme*.

37 *A militibus*] Militibus stationariis ea cura incumbebat fugitivos servos inquirendi & custodiendi, ut ex toto tit. ff. de servis fugitivis apparet.

38 *Nunc etiam beneficii*] Vox *etiam* abest à vet. ed. *Thys*. Nec est in Reg. aut Rott. unde nec causa erat, ut repeteretur.

39 *Scripta circumlataque tabella populo declarat*] Vellem: *eaque omnia scriptâ circumlatâque tabellâ populo declarata*. nempe tradit Apion. Ejusmodi tabula est, cujus meminit Suetonius in Claudio, *Quum essedario, pro quo quatuor filii deprecabantur, magno omnium favore indulsisset rudem, tabulam illico misit, admonens populum, quantopere liberos suscipere deberet, quos videret & gladiatori præsidio gratiæque esse*. Gronovius. Sed & in Reg. legitur *tabula*.

40 *Cunctis petentibus*] Populi in arena præcipuum jus, & ad voluntatem ejus Domini se conformabant. pollex autem pressus signum erat favoris & liberationis, conversus contra aversi animi indicium. vide Lipsium lib. 2. Saturn. cap. 22.

41 *Spargi leonem, omnes fere ubique obvios dicere*] Lincoln. *leonem, ubique omnes obvios dicere*. Regius, *leonem. Omnes ubique obvios dicere*. Rotten. *leonem. Omnes undique obvios dicere*. Nusquam τὸ *fere*. Olim & copulativam adjecerant. *Gronovius*.

CAP. XV.

[1] *Corpusne sit vox, an ἀσώματον, varias esse philosophorum sententias.*

VETUS atque perpetua quæstio inter nobilissimos philosophorum agitata est; corpusne sit vox an incorporeum. Hoc enim vocabulum quidam finxerunt proinde quod Græcè dicitur ἀσώματον. Corpus autem est, quod aut efficiens est aut patiens: id Græcè [2] definitur τὸ δρῶμενον ἢ πάσχον σῶμα ἐπι[a]. Quam definitionem [3] significare volens Lucretius ita scripsit:

Tangere enim aut tangi nisi corpus nulla potest res.

Alio quoque modo corpus esse Græci dicunt [4] τὸ τριχῇ διαστατόν[b]. Sed vocem Stoici corpus esse contendunt: [5] eamque esse dicunt ictum aëra: Plato autem non esse vocem corpus putat. Non enim percussus, inquit, aër, [6] sed [7] plaga ipsa atque percussio, vox est. οὐχ ἁπλῶς πληγὴ ἀέρος

a *Agens aut patiens corpus est.*
b *Trina dimensione distans.*

1 *Corpusne sit vox an incorporeum*] Sic & Rott. At Regius *an incorpora*. Gronovius. Ita plane notavit Lambecius. Sed ego ex eodem scripsi *incorpm.*

2 *Definitur*] Vett. Editt. *dicitur*.

3 *Significare volens Lucretius ita scripsit*] MSS. Reg. & Rott. *Lucretius poeta ita scripsit*. Gronovius.

4 Τὸ τριχῇ διαστατόν] Constat enim longitudine, latitudine, & profunditate.

5 *Eamque esse dicunt ictum aëra*] Diogenes Laërtius in vita Zenonis: ἐστὶ φωνὴ ἀὴρ πεπληγμένος. Eandem definitionem Seneca lib. 2. Nat. Qu. Diomedes lib. 2. & Priscianus repetunt. Ideoque Stoici vocem corpus esse affirmabant. verba Laërtii in Zenone hæc sunt: καὶ σῶμα δέ ἐστιν ἡ φωνὴ κατὰ τοὺς Στωϊκούς, ὡς φησὶν Ἀρχεδήμός τε ἐν τῇ περὶ φωνῆς, καὶ Διογένης, καὶ Ἀντίπατρος καὶ Χρύσιππος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν φυσικῶν. Πᾶν γὰρ τὸ ποιοῦν σῶμα ἐστί· ποιεῖ δὲ ἡ φωνὴ προσιοῦσα τοῖς ἀκούουσιν ἀπὸ τοῦ φωνοῦντος, id est, *Sed & corpus est vox juxta Stoicos, ut ait Archedemus in libro de Voce, & Diogenes, & Antipater, & Chrysippus secundo Physicorum. Omne enim quod facit corpus est, facit autem vox, quæ à loquentibus ad audientes pervenit.* Idem legas apud Plutarchum lib. 4. de Placit. Philos. cap. 20. & Galenum in tractatu de Præcogn. cap. 5. & Eustathium Il. B. Quinetiam eidem omnia esse corpora statuebant, ne accidentibus quidem exceptis, ut testatur Sextus Empiricus adversus Mathem. & Lucianus in Hermotimo.

6 *Sed plaga ipsa atque percussio*] Primus inter Philosophos, teste Laërtio, vocem πλῆξιν τοῦ ἀέρος appellavit. Facit huc locus Platonis, quem citat Plutarchus de Placitis Philos. lib. 4 c. 10. Πλάτων, inquit, τὴν φωνὴν ὁρίζεται, πνεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας ἠγμένον καὶ πληγὴν ὑπὸ ἀέρος δι' ὤτων καὶ ἐγκεφάλου, καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς διαδιδομένην, id est; *Plato vocem definit spiritum per os à cogitatione* (vel *animo*) *impulsum, & plagam ab aëre per aures ac cerebrum, & sanguinem ad animam usque traductam.* Aliud proculdubio est plaga ipsa atque percussio, quam aër percussus. Simili modo loquitur Aristoteles lib. 2. de Anim. c. 8. ὥστε ἡ πληγὴ τοῦ ἀναπνευμένου ἀέρος ὑπὸ τοῦ ἐν τούτοις τοῖς μορίοις ψυχῆς πρὸς τὴν καλουμένην ἀρτηρίαν φωνή ἐστι. Inter πεπληγμένον ἀέρα & πληγὴν etiam recte distinguit Origenes lib. 2 & 4. contra Celsum, & Nemesius de Nat. hom. c. 4. Neque illis vox corpus fuit. Concludam Latinis verbis Plutarchi lib. 4 cap. 40. *Pythagoras, Plato, Aristoteles incorpoream vocem statuunt, non enim aërem esse, sed figuram aëri hærentem & superficiem certo quodam pulsu factam esse vocem. Omnis autem superficies incorporea est. Movetur quidem cum corporibus, nullo tamen prorsus corpore constat, sicuti flexa virga superficies quidem nihil patitur, materia autem flectitur.* Vox itaque non est aër ictus, sed plaga aëris & alterius corporis. Quæ ita juxta rerum naturalium peritos fieri solita. Aër à pulmonibus attractus impellitur ad laryngem, (cujus pars, quæ glottis dicitur proximum & adæquatum est organum) quæ duriuscula est, & per musculos varie aperitur, clauditurque, ibidemque collisus fit vox vel resonantia, cui edendæ inserviunt inprimis lingua, palatum, dentes, labia. vide Galenum, Aristotelem, alioſque medicos, Philosophosque veteres.

7 *Plaga*

ἀέρος ἐστὶν ἡ φωνή· πλήττει γὰρ τὸν ἀέρα καὶ δάκτυλος παραγόμενος, καὶ οὐδέπω ποιεῖ φωνήν· ἀλλ' ἡ πόση πληγὴ, καὶ σφοδρὰ, καὶ τόση δὲ ὥστε ἀκουστὴν γένεσθαι[a]. [8] Democritus ac deinde Epicurus ex [9] individuis corporibus vocem constare dicunt, eamque, ut ipsis eorum verbis utar, ῥεῦμα λόγων[b] appellant. [10] Hos aliosque tales argutæ delectabilisque desidiæ aculeos quum audiremus, vel lectitaremus; neque in his scrupulis aut emolumentum aliquod solidum ad rationem vitæ pertinens, aut finem ullum quærendi videremus: Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait;

[11] *Philosophandum est paucis. Nam omnino haud placet.*

a *Non simpliciter plaga aëris est vox. nam digitus quoque adactus aërem ferit, & vocem nequaquam edit. Sed plaga magna & vehemens & tanta ut exaudiri possit.*

b *Flumen sermonum.*

---

7 *Plaga ipsa atque percussio vox est*] Tres membranæ auctiores vocula: *sed plaga ipsa atque percussio, id vox est.* Gronovius.

8 *Democritus ac deinde Epicurus*] De quibus ita loquitur Plutarchus lib. 4. περὶ τῶν ἀρέσκ. c. 19. Ἐπίκουρος τὴν φωνὴν εἶναι ῥεῦμα ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῶν φωνούντων, ἢ ἠχούντων, ἢ ψοφούντων. τοῦτο δὲ τὸ ῥεῦμα εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι θραύσματα. ὁμοιοσχήμονα δὲ λέγεται τὰ στρογγύλα τοῖς στρογγύλοις, καὶ σκαληνὰ καὶ τρίγωνα τοῖς ὁμοιογενέσι. τούτων δὲ ἐμπιπτόντων ταῖς ἀκοαῖς, ἀποτελεῖσθαι τὴν αἴσθησιν τῆς φωνῆς. φανερὸν δὲ τοῦτο γίγνεσθαι ἀπὸ τῶν ἀσκῶν ἐκρεόντων, καὶ τῶν ἐκφυσάντων κναφέων τοῖς ἱματίοις. Δημόκριτος καὶ τὸν ἀέρα φησὶν εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι σώματα καὶ συγκαλιδεῖσθαι τοῖς ἐκ τῆς φωνῆς θραύσμασι. Id est, *Epicurus vocem esse emissum à loquentibus profluvium, sonantibusve aut strepentibus. Illam autem fluxionem in conformia comminui fragmenta. Conformia vero dicuntur teretia teretibus, & scalenà & triangula sui generis figuris. His fragmentis in aures incidentibus sensum vocis confici. Manifestum autem hoc esse ab utribus effluentibus, fullonibusque vestes efflantibus. Democritus quoque aërem in corpora uniformia frangi, & cum fragmentis sive particulis vocis una volvi.*

9 *Individuis corporibus*] Atomis.

10 *Hos aliosque*] De voce tamen & visu non tantum jucunda, sed etiam utilis contemplatio est.

11 *Philosophandum est paucis*] Turnebus, ut senarius sit, legit:

Philosophandum est mi paucis: nam omnino haud placet.

Sed putat Vossius fuisse trochaicum quadratum istiusmodi:

Philosophari mihi est necesse: at paucis: nam omnino haud placet.

Saltem propius ita acceditur ad verba hæc Ciceronis, quæ sunt lib. 2. Tus. Qu. *Neoptolemus quidem apud Ennium, philosophari sibi ait necesse esse:*

Sed paucis: nam omnino haud quidem placere.

Voss. ad Fragm. Ennii.

CAP. XVI.

De vi oculorum atque videndi rationibus.

[1] DE videndi ratione deque cernendi natura diversas esse opiniones philosophorum animadvertimus. Stoïci causas esse videndi dicunt, radiorum ex oculis in ea quæ videri queunt, emissionem, aërisque simul

1 *De videndi ratione*] Videndus & Plutarchus lib. 4. de Plac. Philos. cap. 13. ubi veterum sententias proponit, & Galenus lib. 7. de Placitis Platonis & Hippocratis, & Macrob. lib. 7. Sat. c. 14. Non vana est eorum opinio, qui visum simul receptione specierum, & emissione radiorum oculi ad aliquod intervallum fieri existimant. Ejus sententiæ fuit Empedocles, similisque Platonis συναύγεια. vide illum in Timæo. atque ita species radiis junctæ cum ad oculum pervenerint in retina tunica demum agnoscuntur, quia ibi opaco corpore sistuntur, non primario in crystallino, ut voluit Galenus. vide Plempii Ophthalmographiam.

mul intentionem. [2 3 4] Epicurus autem affluere ſemper ex omnibus corporibus ſimulachra quædam corporum ipſorum, eaque ſeſe in oculos inferre, atque ita fieri ſenſum videndi putat. Plato exiſtimat genus quoddam ignis luciſque de oculis exire: idque conjunctum continuatumque vel cum luce ſolis vel cum alterius ignis lumine, ſua vi & externa nixum, efficere, ut, quæcunque [5] offenderit illuſtraveritque, cernamus. [6 7] Sed hæc ea, quæ non diutius muginandum: ejuſdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo ſuprà ſcripſimus, conſilio utendum eſt, qui deguſtandum ex philoſophia cenſet, non in eam ingurgitandum.

2 *Epicurus*] Atque etiam Democritus. vide Gaſſendum de Phil. Epic. part. 2. Sect. 1. cap. 11 & 12.

3 *Autem*] Abeſt à vett. ed.

4 *Epicurus autem affluere*] Ita prima, quantum video, Aſcenſiana, quum priores *effluere*. Illam ſecutus fuit Stephanus, ſed ut adverſativam interjecerit, quæ ubique ignoratur, etiam in MS. Regio, ut neſciam quid moverit Stephanum. Hanc eſſe ſortem hujus loci non videtur ſciviſſe Æg. Menagius, dum ad Diog. Laertii librum X citans hæc verba ſcribit *affluere* (an *effluere?*) *ſemper*. Certe verbum *affluere* eſt prorſus ſupervacuum: ejus enim vis eſt in verbo proxime ſequuto *in oculos inferre*. Itaque ut hoc fiat, debet præcedere notitia effluvii ex corpore, quod oculis objicitur. Prouſteus incondite quum ſequeretur Stephanicam, in notis tamen ſcribit [Scilicet ex corporibus ſimulacra corporum ipſorum effluunt] Etiam in titulo hujus capitis mutavit Stephanus, quum ederetur *de vi oculorum deque vid. rat.* quod ipſum penitus eſt in MS. Reg. *Jac. Gronov.*

5 *Offenderit*] In MS. *oſtenderit*.

6 *Sed & hic ea quæ diſſerimus imaginandum*] Sic Romana cæteræque, niſi quod Gryphiana omiſit τὸ *ea*. Regius & Rott. *ſed hæc* (Reg. proprie *hæc*) *eaque non diutius muginandum*. Ergo conjecit vir doctus: *ſed neque hic diutius immorandum*. Mitius conſulere licet ſcribendo: *ſed hæc quoque non diutius muginandum*. De verbo habes apud Feſtum & Nonium Marcellum. *Eſt nugari*, inquit ille, *& tarde conari*. Dixit autem, *muginandum eſt hæc*, ut illa, de quibus ad lib. 4, 9 egimus. *Gronovius.*

7 *Sed & hic ea quæ diſſerimus imaginandum*] Vide miram metamorphoſin corruptiſſimi hujus loci. In MS. erat: *Sed hic eaque diutius imurnandum*. Latent hic veſtigia veteris & veræ lectionis, quæ profecto ita eſt: *ſed neque hic diutius immorandum* &c. Poſtquam enim Gellius in præcedentibus diſſeruerat de videndi ratione ex diverſis philoſophorum opinionibus petita, hæc concluſionis inſtar addit. Reſpicit autem ad antecedens caput, ubi de philoſophica iſtac quæſtione agens, corpuſne ſit vox an incorporeum, ſimiliter concludit hoc Enniani Neoptolemi dicto: *philoſophandum eſt paucis: nam omnino haud placet*. Lambecius. Indignum ſane eſt lectionis ſcriptæ verba ita proponi & recenſeri ab Lambecio, ut voculam *non* penitus quoque emittat, quia ſic torquet eam propius ad ſuam conjecturam, quum ipſe chirographo ſuo eam agnoverit in exemplari, quo uſus eſt.

CAP. XVII.

Quam ob cauſam dies primi poſt kalendas, nonas, idus, ātri habeantur: & cur diem quoque quartum ante kalendas, vel nonas, vel idus, quaſi religioſum plerique vitant.

VERRIUS Flaccus, [1] in quarto de verborum ſignificatione, dies, qui ſunt [2] poſtridie kalendas, nonas, idus, quos vulgus imperitè [3] *ne-*

1 *In quarto de Verborum ſignificatione*] Reg. & Rot. *ſignificatu*. ut & capite ſequenti editur. *Gronovius.*

2 *Poſtridie Kalendas, &c.*] Ita etiam Feſtus, & ex Feſto Paulus. Locus ſimilis, ſed paulò aliter apud Macrobium occurrit lib. 1. Saturn. cap. 16. *Dies*, inquit, *poſtridianos ad omnia majores noſtri cavendos putarunt; quos etiam atros, velut infauſtæ appel-*

[3] *nefaſtos* dicit, propter hanc cauſam dictos habitoſque atros eſſe ſcribit. *Urbe*, inquit, *à Gallis Senonibus reciperata, L. Atilius in ſenatu verba fecit, Q. Sulpicium tribunum militum* [4] *ad Aliam adverſus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratia poſtridie idus feciſſe: tum exercitum populi Romani occidione occiſum, & poſt diem tertium ejus diei urbem præter Capitolium captam eſſe: complureſque alii ſenatores recordari ſeſe dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res divina poſtridie kalendas, nonas, idus, à magiſtratu populi Romani facta eſſet, ejus belli proximo deinceps prœlio* [5] *rem publicam malè geſtam eſſe. Tum ſenatus eam rem ad pontifices rejecit, ipſi, quod videretur, ſtatuerent. Pontifices decreverunt nullum his diebus ſacrificium rectè futurum.* [6] Ante diem quoque quartum kalendas vel nonas vel idus, [7] [8] tamquam ominalem diem plerique vitant. Ejus obſervationis an religio ulla ſit tradita, quæri ſolet. [9] Nihil ſuper ea re ſcriptum invenimus: niſi quòd Q. Claudius Annalium quinto cladem illam pugnæ Cannenſis vaſtiſſimam factam dicit [10] ante diem quartum nonas Sextilis.

appellatione damnarunt: eoſdem tamen nonnulli communes velut ad emendationem nominis vocitaverunt. vide *reliqua*. Auguſtus etiam poſtridie nundinas & nonas tanquam inominatos dies vitabat, vel quod illi dies non bene ſibi vertiſſent, vel ad imitationem ſuperioris ſuperſtitionis. vide Sueton. in Auguſto cap. 92.

3 *Nefaſtos*] Vide ſupra IV, 9. Nonius tamen: *Atri dies dicuntur, quos nunc nefaſtos, vel poſteros vocant.*

4 *Ad Aliam*] Tacitus Hiſtor. lib. 2. *Funeſti ominis loco acceptum eſt, quod maximum Pontificatum adeptus Vitellius de ceremoniis* XV. *Kal. Aug. edixiſſet, antiquitus infauſto die Cremerenſi Alienſique cladibus.* MS. Regius plane ſcribit *Alliam*.

5 *Rem publicam*] Ita vet. Ven. A Bad. *publicam* abeſt. Aliæ vett. *Reip. malam geſtam*, nullo ſenſu. Alii legunt, *Reip. male geſtum*. In Voſſ. cod. pro *publicam* legitur, *populi*.

6 *Ante diem*] Eadem verba ex Gellio reperit Macrobius lib. 1. Sat. c. 16.

7 *Ominalem*] Macrobius, *inominalem*. & ita vett. edit. In Voſſ. cod. ad marginem, *innominalem*. Thyſ. Atqui hoc eſt in editione Pariſina Hieronymi de Marneſ 1584.

8 *Tanquam inominalem diem*] Regius *nominalem*. Unde Salmaſius *ominalem*, hoc eſt, ominoſum, de Climacter. p. 824.

9 *Nihil ſuper ea re ſcriptum invenimus*] Membranæ ambæ: *nihil nos ſuper ea re*. Mox item: *ante diem quartum nonas Sextiles*. Gronovius. Sed etiam quare edunt *cladem pugnæ Cannenſis* omiſſa voce *illam*, quæ eſt certe in Regio codice, & aliis bonis editionibus. Credidi me obſtrictum, ut ea reponeretur.

10 *Ante diem quartum*] Id eſt, die quarto ante nonas Sextilis, ſive Auguſti. De hoc more loquendi multis agit Salmaſius in Epiſt. lib. 1. Ep. CXXIV. *Ante diem* forſan dictum ut vitaretur ambiguitas, an ante an poſt Kalendas vel nonas dies intelligatur. Dicebatur quoque *in ante diem*. Priſcianus lib. 18. ex Ciceronis prima Invectiva: *meminiſti me in ante diem duodecimum Kalendarum Novembrium dicere in ſenatu, fore in armis certo die, qui dies futurus eſſet in ante diem ſextum Kalendarum Novembrium.*

CAP. XVIII.

In quid & quantum differat hiſtoria ab annalibus: ſuperque ea re verba poſita ex libro rerum geſtarum Sempronii Aſellionis primo.

HISTO-

HISTORIAM ab annalibus quidam differre eo putant, quod, quum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen propriè rerum sit historia, quibus rebus [1] gerendis interfuerit is, qui narret. Eamque esse opinionem quorundam [2] [3] Verrius Flaccus refert, in libro de significatu verborum quarto; ac se quidem dubitare super ea re dicit: posse autem videri putat nonnihil esse rationis in ea opinione, quod historia Græcè significet rerum cognitionem [4] præsentium. Sed nos audire soliti sumus [5] annales omnino id esse quod historiæ sint; historias [6] non omnino esse id quod annales sint; [7] sicuti, quod est homo, id necessario animal esse; quod est animal non id necesse est hominem esse. Ita historias quidem esse ajunt rerum gestarum vel expositionem vel demonstrationem, vel quo alio nomine id dicendum est; annales verò esse, quum res gestæ plurium annorum, observato cujusque anni ordine, deinceps componuntur. Quum verò non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, ea historia Græco vocabulo ἐφημερὶς dicitur, cujus Latinum interpretamentum scriptum est in libro [8] Sempronii Asellionis primo: ex quo libro pluria verba adscripsimus, ut simul ibidem quid ipse inter [9] res gestas & annales [10] esse dixerit ostenderemus: *Verùm inter eos*, inquit, *qui annales relinquere voluissent, & eos, qui res gestas à Romanis perscribere conati essent,* [11] *omnium rerum hoc interfuit.* [12] *Annales*

1 *Gerendis interfuerit*] Id quidem durum & nimium, & ne quidem comprehensum in ipso verbo ἱστορῶ: quare de hoc loco agit pater in Observat. ad Ecclesiasticos cap. IX, & principio notarum ad Tacitum. Sufficit per ætatem potuisse interesse. *Jac. Gronov.*

2 *Verrius Flaccus*] Ejus opinionem sequitur Servius ad l. 1. Æneid.

3 *Verrius Flaccus refert in libro de significatu verborum quarto*] P. Scriverius ad marginem exemplaris sui notaverat: *in libro de significatu verborum VIII.* hoc est, litera H. ubi de Historia tradiderat, etsi nunc de illa nihil sit in fragmentis superstitibus. Singulos autem libros Verrii singulæ constituebant literæ. Inde capite præcedenti; *Verrius Flaccus in quarto de Verborum significatione.* hoc est, Litera D. egit enim ibi de Diebus atris. *Gronovius.*

4 *Præsentium*] Dure ad eos qui præsentes fuerint hoc refert Stephanus, ut ex textu liquet.

5 *Annales omnino id esse, quod historiæ*] Huc igitur pertinet, quod aliquoties idem scriptum nunc annalium, nunc historiarum nomine appellatum legimus. Id contigit Originibus Catonis. & scriptis Tanusii, ut docet Vossius in Histor. Latin. pag. 21. & 50. Id Calpurnii Pisonis operi, ut ibidem pag. 25. Itaque & ipse Vossius, quum sciret ab Tacito dici annales Cremutii Cordi, ipse tamen aliquoties vocat historiam pag. 112. Hinc igitur & Cicero ipse libro 1 ad Quint. frat. epist. 1 cap. 3. *De quibus honore præstat Tubero, quem ego arbitror, præsertim quum scribat historiam, multos ex suis annalibus posse deligere, quos velit & possit imitari.* Jac. Gronov.

6 *Non omnino*] In Voss. cod. *omnino non.*

7 *Sicuti, quod est homo,*] Sicut genus & species inter se differunt.

8 *Sempronii Asellionis*] Vide supra 1, 13.

9 *Res gestas*] Rerum gestarum historiam.

10 *Esse*] Legendum credit H. Stephanus, *interesse*, ut postea Sempronius loquitur. Alioqui *discrimen*, sive *discriminis* aut simile aliquid intelligi existimat. Sed nihil mutandum.

11 *Omnium rerum*] Badius distinguit commate post *rerum*. Stephanus, sed dure, suspicatur legendum, *omnino nimirum.*

12 *Annales libri*] Cicero lib. 2. de Orat. ubi de Annalibus maximis, quibus res gestas singulorum annorum Pontifex Maximus annotabat, verba fecisset, ita de Annalibus subjungit: *Hanc similitudinem*

les libri tantummodò [13] *quod factum quoque anno gestum sit*, [14] *id demonstrabant*, [15] *id est eorum quasi qui diarium scribunt, quam Græci* ἐφημερίδα *vocant. Nobis non modò* [16] *satis esse video quod factum esset id pronunciare, sed etiam quo consilio quaque ratione gesta essent demonstrare.* Paulo pòst idem Asellio in eodem libro: *Nam neque alacriores* [17] *ad rempublicam defendundam, neque segniores ad rem perperam faciundam annales libri commovere quicquam possunt. Scribere autem bellum quo initum consule,* [18] *& quo modo confectum sit, &* [19] *quis triumphans introïerit,*

dinem scribendi multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum reliquerunt. Eidem *unam dicendi laudem putabant esse brevitatem*, ut ibidem Cicero.

13 *Quod factum quoque anno gestum sit, id demonstrabant*] Regius *gestumque sit*. Idem cum tribus aliis: *ea demonstrabant*. Hanc mutationem numeri ferre non quiverunt. Atqui quod gestum quoque anno factumque est, non unum est, sed multiplex, sed multa, ut merito eis plurale pronomen respondeat. *Gronovius*. Equidem ita notari ab Lambecio his oculis video, quasi τῷ *gestum* apponi debeat particula *que*, idque ut conferente codicem Regium. Sed non eadem advertit Bourdelotium, Salmasium, me aut fratrem, ut vix credam ibi in isto codice literas *que* aut notam *q3* quomodo scribit exstare. Sed idem codex aliam ansam considerandi ex vero hujus loci præbet, dum in voce *tantummodo* quatuor posteriores literas ignorat, ut notavit Bourdelotius, Salmasius, ipse ac frater, at Lambecius prætermisit. De quo propterea non ambigens, existimo Gellium longe aliud quid in animo habuisse, nempe *annales libri tantum quod factum, quoque anno gestum sit, ea demonstrabant*. Videlicet in annalibus annotatum erat, quid unoquoque anno olim gestum fuisset; etiam simulatque modo & nuper & hoc tempore esset factum aliquid, similiter annotatum licebat cernere, atque ita forma diarii præbebatur. Non enim tantum sic apparet à Gellio divisa esse *factum* & *gestum*, sed uti quoque ei placuisse elegantia junctarum vocalarum *tantum quod*, quam illustrant noræ paternæ ad Livium 33, 4. Audacter edebatur, *gestumve*. Jac. Gronov.

14 *Id*] F. Ursinus in vett. codd. legi testatur, *ea nos demonstrabant*.

15 *Id est eorum quasi qui diarium scribunt*] Tres iterum membranæ non tolerant τὸ *eorum*. Quid si deleamus insuper τὰ *qui* & *scribunt*? Longe quidem commodius vulgato videtur: *Id est quasi diarium, quam Græci ἐφημερίδα vocant*. Gronovius.

16 *Satis esse*] Exponit Barthius, *satius esse*. Ita Cœlius, *satis videtur*, & *commodum est* conjunxit apud Charisium l. 2. de tenuitate enim Annalium jam ante locutus est. *Satis* tamen servari potest. *bene est, quod satis est, satius autem melius est*, ut Priscianus loquitur.

17 *Ad rempublicam defendendam*] Rot. *defundam*. Reg. & Lincoln. *defendundam*. Sed graviore morbo hæc verba laborare videntur. Qui enim cognita facta majorum, vel nuda, nullam vim habent alacrioribus commovendis ad rempublicam defendendam? habent profecto & quavis in re σπεύδοντες καὶ αὐτοὶ ὀτρύνοντες. Dein quid est *segniores ad rem perperam faciendam commovere?* ut ne scilicet nimis ad peccandum segnes sint & cunctabundi? At quo quisque ad hoc strenuior & promptior est, eo nequiorem putabam. Voluit, opinor, dicere, simplicem illam narrationem actorum non reddere alacriores, qui per se non sint alacres & ingenerata ignavia marcent ac torpent; nec segniores ad flagitia & scelera facere, quos ab iis insitus non revocat pudor. Hoc quomodo dixerit, videndum. *Gronovius*. Istud *defendundam* admisi; quum perinde Gellianum videretur, ac 5, 19 *gignundis*. 6, 13 *edundi*.

18 *Et quomodo confectum sit*] Regius: *& quo confectum sit*. nempe etiam consule. Aurigatur eodem Rott. in quo est: *& quoquo confectum sit*. Gronovius. Sed etiam Regius *initum quo consule*.

19 *Quis triumphans introierit & quæ eo in bello gesta sint*] Sic Carrio, quum propagaretur: *introierit exque eo libro quæ in bello*. Regius & Rott. *introierit ex eo libro quæ in bello*. Emenda: *& quis triumphans introierit ex SC. quæque in bello gesta sint iterare*. Nam τὸ *libro* adjectum, postquam τὸ *ex SC.* degeneravit in *ex eo*. Livius lib. 5. *De Patribus, non de hostibus, consules triumphare velle. nunquam ante de triumpho per populum actum. semper æstimationem arbitriumque ejus honoris penes senatum fuisse*. Gronovius. Opinor unicuique egregium visum iri istud *ex SCto*. In voce *libro* quid lateat, quum expellere sit violentum, id vero inquirendum supereſt. Et mihi cogitanti, quod ad hanc materiam pertinet, in mentem venit id suppositum esse ex *ubi &*. Habes totidem apices. Et est locus præclarus ad existimationem justam de

rit, & [20] quæ eo in bello gesta sint [21] iterare: non prædicare autem interea quid senatus decreverit, aut quæ lex [22] rogatiove lata sit, neque quibus consiliis ea gesta sint: id [23] fabulas pueris est narrare, non historias scribere.

studio historiæ Romanæ, ad quod parum statuit hic Sempronius conferre illum, qui docuerit lectorem tempus inchoati belli & finiti, item quo duce sit peractum, qui ideo triumphaverit: addiderit descriptionem regionis, in qua sit gestum & quæ in eo bello contigerint. Hæc nimirum ipsa sunt, quæ habet Annæus Florus. Quod si verum volumus, ait Sempronius, talis scriptor si interim nihil cognoscendum præbeat de reliquis, quæ ad gubernandam rempubl. sunt necessaria, quæ nova senatus consulta prodierint, aut per alios magistratus ac tribunos jussa populi emanarint, & quibus artibus ea in hanc sententiam constituta sint; nisi, inquam, hæc quoque interveniant, omnino is narratiunculis oblectare proponit, non docere historiam Romanam. Hinc igitur contigit, ut talia compendia fuerint detestata ab eruditis, qui vixerunt, dum bona mens Romæ mansit, ut ad hoc exemplum nostra etiam formare oporteat. *Jac. Gronov.*

20 *Et quæ eo in bello*] Ita restituendus locus ex MS. vulgo in antiq. edit. *exque eo libro, quæ in bello gesta sunt prædicare, id fabulas esse prædicare ait.* Atque ita, ut supra, etiam H. Stephanus edidit.

21 *Iterare*] Antique, pro memorare, referre.

22 *Rogatiove*] Leges, plebiscita atque id generis alia decreta rogationes appellabantur, quod tribus rogarentur, *Velitis jubeatis id fieri.* Cum respondissent, *uti rogas*, lex erat. Legitur quoque *qua rogatione.* Quod non contemnendum existimat Barthius, quia multum interest scire, qua occasione & causa, quibus rogantibus lex perlata sit.

23 *Fabulas pueris est narrare*] Ita hyperbolice loquitur, quia illis narrationibus non augetur prudentia civilis. Fabula autem dicitur apud antiquos scriptores non tantum de fictis sed etiam veris narrationibus. Pro *pueris* in antiqua edit. Roman. anno CIↃ CCCC LXXII, *puris*, forsan legendum, *puras.*

CAP. XIX.

Quid sit adoptatio, *quid item sit* arrogatio, *quantumque hæc inter se differant; verbaque ejus quæ qualiaque sint, qui in liberis arrogandis super ea re populum rogat.*

QUUM in alienam familiam inque liberorum locum extranei sumuntur, aut per prætorem fit aut [1] per populum. Quod per prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Adoptantur autem, quum à parente, in cujus potestate sunt, [2] tertia mancipatione

1 *Per populum*] Jus antiquum hic proponit Auctor noster. Sub principibus fiebat arrogatio principali rescripto, ut ex jure civili liquet. Sed quando per populum fieri desierit, ab eruditis dubitatur. Populi, non vero Principis mentionem facere Gellium ne mireris, quia antiquus mos tum adhuc in usu fuit. Certe & Cajus in Instit. lib. 2. antiquum jus proponit, etiam Ulpianus in Fragm. tit. 8. Accedit quod curiatæ legis usum, quæ in comitiis fieret, in arrogationibus sub Imperatoribus perduralle, ex Dionis lib. 39 & 43. Appiano lib. 3. Belli Civ. apparet. ita Tiberium, & Neronem adoptatum, ex lib. 1. Ann. & lib. 12. liquet. Quinetiam Tacitus lib. 1. hist. his verbis utitur, *si te privatus lege curiata apud Pontifices, ut moris est, adoptarem.* Ita loquitur Galba ad Pisonem. vide *Magium*, Miscellan. lib. 4 cap. 6.

2 *Tertia mancipatione*] Boëthius lib. 3. in Topica Ciceronis ex Caji Institutionibus de mancipatione hæc citat. *Est autem mancipatio imaginaria quædam venditio, quod ipsum jus proprium Romanorum est civium, eaque res ita agitur, adhibitis non minus quam quinque testibus Rom. civibus puberibus, & præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam tenet, qui vocatur libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit; Hunc ego hominem ex Jure Quiritium meum esse ajo, isque mihi emptus est hoc ære, æneaque libra, deinde ære percutit libram,*

tione in [3] jure ceduntur; atque ab eo qui adoptat, apud eum [4] apud quem legis actio est, vindicantur. Arrogantur ii, qui, quum sui juris sunt, in alienam sese potestatem tradunt: ejusque rei ipsi actores fiunt. Sed arrogationes non temerè nec inexploratè committuntur. Nam [5 6] comitia arbitris Pontificibus præbentur, [7] quæ *curiata* appellantur: ætasque ejus, qui arrogare vult, [8] an liberis potius gignundis idonea sit, bonaque ejus qui arrogatur ne insidiosè appetita sint, consideratur: jusque jurandum à Q. Mucio pontifice maximo conceptum dicitur, quod in arrogando juraretur. Sed arrogari non potest, [9] nisi jam vesticeps. Arrogatio autem dicta; quia genus hoc [10] in alienam familiam transitus per populi rogationem fit. Ejus rogationis verba hæc sunt: VELITIS. IVBEATIS. QVIRITES. VTI. LVCIVS. VALERIVS. LVCIO. TITIO. TAM. IVRE. LEGE. Q. [11 12] FILIVS. SIBI. SIET. QVAM. SI. EX. EO. PATRE. MATRE. Q. FAMILIAS. EIVS. NATVS. ESSET. VTI. Q. EI. [13] VITÆ. NECIS. Q. IN. EO. POTESTAS. SIET. [14 15] VTI. PATRI. ENDO. FILIO. EST. HÆC. ITA. VTI. DIXI. ITA. VOS. QVIRITES. ROGO. [16] Ne-

bram, indeque æs dat ei, à quo mancipium accipit. Interveniebant igitur tres mancipationes, & duæ manumissiones, ut ex l. ult. C. de Adopt. apparet. nam si filius tertia vice manumissus esset, fiebat sui juris. tertia autem mancipatione ita vendebatur, & mancipabatur adoptatori, ut ei in jure cederetur, isque illum tanquam filium suum assereret, & jure Quiritium adinstar quodammodo servi vindicaret. Mancipatio igitur hæc erat ficta venditio, olim lege Romuli vera, ut testatur Dionysius Halic. lib. 2. uno autem nummo vel duobus fiebat hæc venditio. vide Cajum lib. 1. & Theophilum lib. 1. tit. 9.

3 *In jure ceduntur*] Boëthius distinguit mancipationem, & in jure cessionem. Aliquis autem apud magistratum rem tenens ita loquebatur, *Hunc ego hominem ex Iure Quiritium meum esse ajo: deinde postquam vindicavit, prætor interrogabat eum qui cedit, an contra vindicaret, quo negante aut tacente, tunc ei qui vindicaverit, eam rem addicit, idque legis actio dicitur.* Ita ex Caji Institutionibus Boëthius.

4 *Apud eum apud quem legis actio est*] Legis actio est id, quod fit ex præscripto legis juxta solennem constitutumque morem: si lex igitur magistratum designaret, penes eum dicebatur esse legis actio l. 4. ff. de Adopt. l. 1. C. cod. l. 3. de offic. Proc.

5 *Arbitris etiam pontificibus*] *Quæ causa cuique sit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatum, quæ sacrorum, quæri à pontificum collegio solebat*, ut Cic. loquitur.

6 *Comitia arbitris etiam pontificibus*] Reg. & Rott. omittunt *etiam*. neque in ea particula hic est ὑπέρβατα. Gronovius.

7 *Quæ curiata appellantur*] Solita expediri per curias, quæ triginta fuere à Romulo institutæ. Gellius ex professo lib. 15 cap. 27.

8 *An liberis potius, &c.*] Cicero pro domo: *Quid est jus adoptionis, pontifices? nempe ut adoptet, qui nec jam procreare liberos possit, & cum possit sit expertus:* & mox: *tum ne qua calumnia, fraus aut dolus adhibeatur.*

9 *Nisi jam vesticeps*] Pubes, qui jam pubertatè vestitus est, ut Festus loquitur, sive qui major est quatuordecim annis. Contra *investis* impubes dicitur, ut ex Festo, Nonio, Macrobio, aliis perspicuum est.

10 *In alienam familiam transitus*] Arrogato vel adoptato competebat hæreditas nominis, pecuniæ, sacrorum, ut scribit Cicero pro Domo.

11 *Filius sibi fiet quam si*] Quatuor scripti condemnant τὸ *sibi*. & quid eo est opus, quum dictum sit *L. Titio?* Gronovius.

12 *Sibi fiet quam si*] Plane Bourdelotius adscripsit *sibi* esse ex Stephano, sicut etiam præcedens *Quirites*, quod certe non apparet in Regio. *Jac. Gronov.*

13 VITÆ NECISQUE] Ex lege Romuli, quæ à Decemviris confirmata. Jure novo castigare filium & corrigere tantum permissum; si vero gravius quid admisisset, ad magistratum rem deferri leges jubent. Hæc tamen verba usque ab *filio est*, decesse in MS. in margine antiqui codicis adscriptum invenio.

14 *Uti patri endo filio est*] Edebatur antea, *uti pariendo*, quod se putat asserere Joh. Livinejus ad

[16] Neque pupillus autem, neque mulier, [17] quæ in parentis poteſtate non eſt, arrogari poſſunt: quoniam & cum feminis [18] nulla comitiorum communio eſt; & tutoribus in pupillos tantam eſſe auctoritatem poteſtatemque fas non eſt, ut caput liberum fidei ſuæ commiſſum alienæ ditioni ſubjiciant. Libertinos verò ab ingenuis adoptari quidem jure poſſe [19] Maſurius Sabinus ſcripſit. Sed id neque permitti dicit, neque permittendum eſſe umquam putat, ut homines libertini ordinis [20] per adoptationem in jura ingenuorum invadant. Alioquin, [21] ſi juris iſta antiquitas ſervetur, etiam ſervus à domino per prætorem dari in adoptionem poteſt. Idque ait pleroſque juris veteris auctores poſſe fieri ſcripſiſſe. Animadvertimus in oratione P. Scipionis, quam cenſor habuit ad populum de moribus, inter ea, quæ reprehendebat, quod contra majorum inſtituta fierent, id etiam eum culpaviſſe, quod [22] filius adoptivus patri adoptatori inter præmia patrum prodeſſet. Verba ex ea oratione hæc ſunt: *In alia tribu patrem, in alia filium ſuffragium ferre;* [23] *filium adoptivum tam* [24] *procedere, quam ſi ex ſe natum habeat; abſentes cenſeri jubere,* [25] *ut ad cenſum nemini neceſſum ſit venire.*

1 Propertii eleg. 3. explicando, qui partu editus eſt: alterum ait eſſe Fr. Horomanni. Et eſt ejus, nec poſt hanc frugem inventam glans quærenda eſt. Porro non apice uno plus minuſve ſcripti. *Gronovius.*

15 *Endo*] Antique pro *in*.

16 *Neque pupillus*] Vide l. 17. ff. de Adopt. Non admittitur facile pupilli adrogatio, niſi quem vel naturali cognatione, vel alioqui ſanctiſſima affectione duci appareat. Impuberum autem & pupillorum eadem ferme fuere capita.

17 *Quæ in parentis poteſtate non eſt*] Sic utraque membrana: & ex ſuis, opinor, edidit Carrio: atque ita etiam legendum monuit Hier. Alexander ad Cajum. Ante Carrionem particula negandi aberat. *Gronovius.*

18 *Nulla comitiorum communio eſt*] Val. Max. lib. 3 cap. 8. *Quid feminæ cum concione? ſi patrius mos ſervetur, nihil.* Arrogatio autem auctore populo in comitiis fiebat. Atque in hanc rem facit l. feminæ 2. de R. I. & extat cap. 3 lib. 8. apud Val. Max. de Mulier. quæ cauſas egerunt.

19 *Maſurius*] Ita plane Regius.

20 *Per adoptationem*] Pergit igitur Gellius in uſurpanda voce, quam aliquoties ante præmiſit, ut quidem volunt viri docti. Quid ergo veteres editi habent *adoptionem*, perinde ut mox *in adoptionem*, ubi etiam ipſe Stephanus retinuit? Et ibi tamen video Bourdelotium appoſuiſſe literas *ta*, æque ac hoc loco *adoptationes*. Hanc mutationem literæ extremæ habet ex MS. Regio, ex quo ego & frater eam notavimus, quum reliqui prætermittant. Ego cur Gellius non ubique retinuerit vocem Juri veteri propriam, vix bene adſequor. *Jac. Gronov.*

21 *Si juris iſta antiquitas ſervetur*] Lipſius, *juris tantum æquitas*, 1 Elect. 21. *Gronovius.*

22 *Filius adoptivus*] Quod etiam traditum l. 2. §. 2. de Vacat. Mun. quia beneficia patribus data propter τὴν πολυπαιδίαν. Adoptivi autem liberi non erant liberi. Emancipati itaque proderant, non adoptivi.

23 *Filium adoptivum tam prodeſſe*] Sic perperam Carrio vel Stephanus pro eo, quod in ſcriptis & prius editis eſt *procedere*. Et id quam eleganter dictum ſit, monuimus ad Livium lib. 5, 49. *Gronovius.*

24 *Prodeſſe*] Vet. Ed. Ven. *procedere*, id eſt, *valere*, *prodeſſe*. Cato de R. R. c. 148. *Quot*, inquit, *dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum deguſtet, totidem dies emptori procedent.* Sed retine *prodeſſe*, ut in MS. legitur.

25 *Ut ad cenſum nemini neceſſe ſit venire*] Scripti, *neceſſum*, quod & ſupra etſi parum referat, iiſdem auctoribus repoſuimus. *Gronovius.*

CAP.

CAP. XX.

[1] *Quod vocabulum Latinum Solœciſmo fuerit Capitoni Sinnio. Quid autem id ipſum appellaverint veteres Latini, quibuſque verbis Solœciſmum definierit idem Capito Sinnius.*

[2] [3] *Solœciſmus* Latino vocabulo à Sinnio Capitone ejuſdemque ætatis aliis imparilitas appellatus, vetuſtioribus Latinis [4] ſtribligo dicebatur, à verſura videlicet & pravitate tortuoſæ orationis, [5] quaſi ſterobiligo quædam. Quod vitium Sinnius Capito in literis, quas ad Clodium Tuſcum dedit, hiſce verbis definit: Soloecismus eſt, inquit, impar & inconveniens compoſitura partium orationis. Quum Græcum autem vocabulum ſit ſolœciſmus; an Attici homines, qui elegantius locuti ſunt, uſi eo ſint, quæri ſolet. Sed nos neque ſolœciſmum neque barbariſmum [6] apud Græcorum idoneos adhuc invenimus. Nam ſicut βάρβαρον, ita σόλοικον dixerunt. Noſtri quoque antiquiores Solœcum facile, Solœciſmum [7] [8] haud ſcio an umquam dixerint. Quod ſi ita eſt; [9] neque in Græco neque in Latino ſolœciſmus probè dicitur.

1 *Quod vocabulum Latinum ſolœciſmo fuerit Capitoni Sinnio*] Sic Carrio. Romana, Veneta, Gryphii *ſolœciſmo fecerit Capito Aſinius.* Aldus, *ſolœciſmo fuerit Capitoni Aſinio.* Vaſcoſanus: *ſolœciſmus fuerit Capitoni Aſinio.* Scribendum: *Quod vocabulum Latinum ſolœciſmo fecerit Capito Sinnius.* Eoque alludit Regius, qui *capit ſinnius.* Gronovius. Recte, ſed oportet ſcire in MS. Regio exſtare tantum *ſolœciſmo fuerit Capito Siſinnius*, reliqua vero hujus breviarii abeſſe, quod cernis accidiſſe per repetitionem vocis *Capito*, ut ſupra notavimus ſimiliter factum. Hinc proculdubio verbum *fuerit* non debet mutari, utpote quod ſicut in Regio exſtat, etiam exſtitit in aliis, unde id translatum eſt in editiones primas, quod haud dubie ſequutus fuit dativus caſus, quem habent illæ ipſæ, etſi omiſſus in Regio codice cum cæteris. *Jac. Gronov.*

2 *Sinnio Capitone*] Cujus præter alios crebro meminit Feſtus Pompejus. Vett. editt. hic legunt, *Aſinio Capitone.*

3 *Solœciſmus à Sinnio Capitone*] Et hic mutilatum à Carrione an à Stephano, quod habent & ſcripti & editi ſuperiores: *Solœciſmus Latino vocabulo à Sinnio Capitone* (ſic ſcripti: editi *ab Aſinio*) *ejuſdemque ætatis aliis Imparilitas appellatus.* Gronovius.

4 *Stribligo*] Vox antiqua, qua utitur quoque verborum veterum affectator Arnobius lib. 1. στρεβλὸς Græcis *intortum*, *pravum* denotat, unde hoc vocabulum originem accepiſſe videtur.

5 *Quaſi ſterobiligo quædam*] Membranæ *ſtrobiligo.* Reſpicit enim τὸ στρόβιλος. Gronovius. Quum antea legeretur *ſtribiligo*, prout eſt etiam in Aldina & Gryphianis, Stephano primo corripiente ad triſyllabicum. Sed etiam in Regio eſt *tanquam ſtrob.* non *quaſi*, quod eſt Stephani & poſteriorum editionum. Etiam in Regio legitur *impar atque inconv.* Jac Gronov.

6 *Apud Græcorum idoneos*] Præter Ariſtotelem uſus quoque nitidiſſimus auctor Lucianus in vit. Auct. Plutarchus Symp. 8. cap. 9. *Thyſ.* Hinc Bourdelotius ſe non coerceet, quin notet ad Luciani Nigrinum ſe mirari Gellium ſcribere ſe apud Græcos hanc vocem non legiſſe. *Jac. Gronov.*

7 *Haud ſcio an unquam*] Ipſe tamen Gellius lib. 1 c. 7 utitur. Auctor quoque Rhetor. ad Herennium lib. 4. eodem vocabulo uſus. Inferiores ætate auctores crebro uſi, inter quos Martialis, Auſonius, alii.

8 *Haud ſcio an unquam dixerint*] MS. Reg. *dixerunt.* Quaſi Gellius diſtinxerit, *ſolœcum facile, ſolœciſmum haud ſcio an unquam, dixerunt*, ut ſic poſtremum hoc verbum reſpiceret non proxima, ſed anteriora. Quod quia præter exſpectatum, ideo corruperunt. *Jac. Gronov.*

9 *Neque in Græca neque in Latina ſolœciſmus probe dicetur*] Sic Stephanus. Priores, *neque in Græco neque in Latino.* Scripti planiſſime: *neque in Græca neque in Latina Lingua.* Gronovius.

CAP. XXI.

Pluria *qui dicat &* compluria *&* compluries, [1] *non barbarè dicere, ſed Latinè.*

Pluria fortè quis dixit fermocinans vir apprimè doctus, [2] amicus meus; [3] [4] non herclè ſtudio oſtentandi, neque quo *plura* dicendum non putaret. Eſt enim doctrina homo feria & ad vitæ officia devincta ac nihil de verbis laborante. Sed, opinor, aſſidua veterum ſcriptorum tractatione inoleverat linguæ illius vox, quam in libris ſæpe offenderat. Aderat, quum ille hoc dixit, reprehenſor audaculus verborum, qui perpauca eademque à vulgò protrita legerat: habebatque nonnullas diſciplinæ grammaticæ [5] inauditiunculas, partim rudes inchoataſque, partim non probas; eaſque [6] quaſi pulverem ob oculos, [7] quum adortus quemque fuerat, adſpergebat. Sicut tunc amico noſtro, Barbarè, inquit, dixiſti *pluria*. Nam [8] neque rationem verbum hoc neque auctoritatem habet. Ibi ille amicus ridens: Amabo te, inquit, vir bone, quia nunc mihi à magis feriis rebus otium eſt, velim doceas nos, cur *pluria* ſive *compluria* (nihil enim differt) non Latinè ſed barbarè dixerint M. Cato, Q. Claudius, Valerius Antias, L. Ælius, P. Nigidius, M. Varro; quos ſubſcriptores approbatoreſque hujus verbi habemus, præter poëtarum oratorumque veterum multam copiam. Ad quæ ille nimis arroganter, Tibi, inquit, habeas auctoritates iſtas ex [9] Faunorum

1 *Non barbare dici ſed Latine*] Quod hoc cacoethes omnia in pejus mutandi? Ro. Ven. Ald. Vaſcoſ. *non barbare dicere*, ut & Regius. Gryphius apud me primus *dici*: & hoc ſecutus eſt Stephanus: deinde inventus, qui ſubjiceret *dicit*. Gronovius.

2 *Amicus meus*] Hunc ordinem extulit Stephanus, quum priores editi habeant *meus amicus*, quod eſt & in Regio, ſicut mox *non dicendum*.

3 *Studio*] Additur in Vett. Ed. *ferens*, alii *fervens*.

4 *Non hercle ſtudio oſtentandi*] Scripti, Ro. Ven. Ald. Gryphius, *ſtudio ferens oſtentandi*. Vaſcos. *ſtudio fervens oſtentandi*. Forte, *ſtudio ſemet oſtentandi*. Gronovius. Mallem propius ſcriptam lectionem aliquid daretur; & ſolet Gellius ad talia eſſe aſperior, ut magis videatur dediſſe *fetens*. Tum in argumento legitur in MSS. *compluriens*, ut etiam in ipſo capite, non *compluries*. Jac. Gronov.

5 *Inauditiunculas*] Regulas vulgares, quas audiendo acceperat.

6 *Quaſi pulverem ob oculos*] Proverbium hoc natum vel à militia veterum, quando cineres pulvereſque oculis hoſtium objiciunt, quod feciſſe Sertorium in ejuſdem vita Plutarchus refert; vel ex natura petitum. Scribit Plinius lib. 10 cap. 4. de Aquilis: *Primo & ſecundo generi non minorum tantum quadrupedum rapina, ſed etiam cum cervis prælia. multum pulverem volutatu conjectum inſidens cornibus excutit in oculos pennis ora verberans, donec præcipitet in rupes.*

7 *Cum adortus quemque fuerat*] Perſuaſi mihi Gellium ſcita tmeſi dixiſſe: *quem adortus cumque fuerat*. Horatius 1 od. 16. *Quem criminoſis cumque voles modum Pones Iambis*. Sic in præfatione noſter: *in quas res cumque inciderant*. Gronovius.

8 *Neque rationem verbum hoc neque auctoritatem habere*] Membranæ Reg. & Rott. *auctoritates*. Ut mox, *Tibi habeas auctoritates iſtas*. Sic apud Ciceronem fecerant *SC. auctoritas* pro *Senatus conſulti auctoritates*. Idem.

9 *Faunorum & Aboriginum ſæculo*] Quod ad *Faunos* attinet, antiquiſſimum illud & fabuloſum ſæculum intelligit, quo Faunus Saturni nepos Latio imperabat, de quo Virg. 7. Æncid.

Hinc

rum & Aboriginum fæculo repetitas, atque huic rationi reſpondeas. Nullum enim vocabulum neutrum comparativum, numero plurativo, caſu recto, ante extremam, *a*, habet, *i*, literam; ſicuti, *meliora*, *majora*, *graviora*. Proinde igitur [10] *plura* & non *pluria* dici [11] conſuevit; ne contra formam perpetuam in comparativo, *i*, litera ſit ante extremam, *a*. Tum ille amicus noſter, quum hominem confidentem pluribus verbis non dignum exiſtimaret, Sinnii, inquit, Capitonis doctiſſimi viri epiſtolæ ſunt uno in libro multæ, opinor, poſitæ in [12] templo Pacis. Prima epiſtola ſcripta eſt ad [13] Pacuvium Labeonem, cui titulus præſcriptus eſt; PLVRIA [14] NON PLVRA DICI DEBERE. In ea epiſtola rationes Grammaticas poſuit, per quas docet [15] *pluria* Latinum eſſe, *plura* barbarum. Ad Capitonem igitur te dimittimus. Ex eo id quoque ſimul diſces, ſi modò aſſequi poteris quod in ea epiſtola ſcriptum eſt, *pluria* ſive *plura* [16] [17] abſolutum eſſe ſive ſimplex; non, ut tibi videtur, [18] comparativum. Hujus opinionis Sinnianæ id quoque adjumentum eſt, quod, *compluries* quum dicimus, non comparativè dicimus. Ab eo autem quod eſt, *compluria*, adverbium eſt factum *compluries*. [19] Id quoque quoniam minus uſitatum eſt, verſum Plauti ſubſcripſi, ex comœdia, quæ Perſa inſcribitur:

Quid

Hinc Fauni & vates conjunguntur. Ennius,

—— *Scripſere alii rem*
Verſibus, quos olim Fauni vateſque canebant.

Aborigines autem antiquiſſimi Italiæ populi, qui tanquam αὐτόχθονες dicti. vide Dionyſ. Halic. lib. 1. & Cluverium in Italia.

10 *Plura & non pluria*] Voculam & nec in Regio nec in Lincoln. vidi, ſed etiam editio Aldina & Vaſcoſani ignorat, ut mox ait *ſimplex, non, ut tibi videtur, comparativum*. Gryphianæ adeo auxerunt, ſicut Stephanus edidit bis *extremam*, quum ulteriores habuerint *extremum*: tum in quinque poſtremis locis, ubi id vocabulum occurrit, in Regio exſtat *compluriens*, ut quater in Lincoln. Etiam Regius VII, 3 *quæ compluriens acta*. *Jac. Gronov.*

11 *Conſuevit*] Ita in MS. Vet. Edit. *convenit*.

12 *In templum Pacis*] In eo enim per Veſpaſianum exſtructa fuit etiam Bibliotheca. Hinc rurſus XVI, 8. commentarium L. Ælii ſcribit ſe legiſſe repertum in Pacis bibliotheca, ut notavit Lipſius in ſcripto de Bibliothecis, & ipſius templi amplitudinem retulit in libri III caput VI de Magnitudine Romana.

13 *Pacuvium*] In MS. ut annotatum in Vet. cod. *Pancinium*. Thyſ. In Lincoln. *Pautumium*.

14 NON PLURA] In eodem MS. hæc verba deſunt. *Thyſ.*

15 *Pluria Latinum eſſe*] Priſcianus lib. 7. dicit ablativos in *i*, facere pluralia in *ia*, idemque alio loco teſtatur antiquos *pluria* ſolitos fuiſſe dicere. Vide & Chariſium lib. 1. Quando *plura* vel *pluria* dicuntur, ab ablativo ſingulari *plure* fit *plura*, à *pluri pluria*. In genitivo ſemper *plurium* dicitur. Donatus ad Terentii Phormionem dicit veteres dixiſſe, *complure*, *compluria*, & ut credit, *plure* & *pluria*.

16 *Abſolutum eſſe*] Hoc non admittit Voſſius de Anal. lib. 2 cap. 24. & Julius Scaliger lib. 2. de Cauſ. L. L. cap. 101. Ita Terentius *complures ſervos* comparative dixit. Aliquando tamen poſitive etiam poni non iverim inficias, non voce tamen, ſed ſignificatione. *Thyſ.* Ipſe Gellius 3, 13. *Complureſque populos concurrentes videret*.

17 *Abſolutum eſſe ſive ſimplex*] Reg. Rot. Lincoln. *abſolutum eſſe & ſimplex*. Gronovius.

18 *Comparativum*] In eodem MS. *comparatum*. Thyſ.

19 *Id quoque quoniam*] Pro his in Regio legitur *ad quem*, forſan depravata nota, quæ continebat vocem *quoniam*, ut quum Gellius dediſſet *Id quoniam*, pronomen in præpoſitionem verterit. Certe iſtud *quoque* hinc in ſuſpicionem venit, ut temere interjectum. *Jac. Gronov.*

Quid metuis? Metuo hercle verò. Senſi ego compluries.

item M. Cato, in quarto Originum, eodem in loco ter hoc verbum poſuit: *Compluries eorum milites mercenarii inter ſeſe multi alteri alteros occidere; compluries multi ſimul ad hoſtes transfugere; compluries in imperatorem impetum facere.*

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

[1]LIBER SEXTUS.

CAPUT I.

Quem in modum reſponderit Chryſippus adverſus eos, qui providentiam conſiſtere negaverunt.

[2 3]*** homines feciſſe dicatur: tantam vim eſſe ærumnarum & malorum. Adverſus ea Chryſippus quum in libro περὶ προνοίας[a] quarto diſſereret, Nihil eſt prorſus iſtis, inquit, imperitius, nihil [4]inſubidius, qui opinantur bona eſſe potuiſſe, [5]ſi non eſſent ibidem mala. Nam quum bona malis contraria ſint; [6 7]utraque neceſſarium eſt, oppoſita inter

a *De providentia.*

1 *Liber Sextus*] Voſſianus codex in margine teſtatur in MS. quodam librum ſeptimum ſexto præponi.

2 *Homines feciſſe dicatur*] Initium eſt ἀκέφαλον. Ex titulo autem liquet, notante Aſcenſio, contra providentiam diſputatum fuiſſe, aſſertumque arbitror caſum vel fortunam primos homines in lucem protuliſſe, cum tot calamitatibus & ærumnis affligantur, vel potius caſu cuncta mortalium circumrotari. Veteres editiones pro *dicatur* legunt *dicitur*. In margine vet. cod. annotatum in MS. legi *dicunt*. I. Bourdelotius in R. MS. lacunam, in Morelli nullam eſſe affirmat.

3 *Homines feciſſe dicatur*] Hic liber non eſt in Rottendorfiano. contexitur enim fini libri quinti ſtatim initium ſeptimi, uſque ad capitis XX locum è Catullo adductum: *Inger mi calices amariores*: reliquum ejus voluminis magno noſtro malo periit. In Regio liber hic ſeptimo poſtponitur. Principium primi capitis ubique deeſt. *Gronovius.*

4 *Inſubidius*] Ita recte. vulgo, *inſipidius*; eſtque reſtitutio Carrionis in libro 1 Emend. cap. 12. ſed qua auctoritate adjecit Stephanus *imperitius, nihil?* Nulla ante eum editio id novit; ex quo ſcripto libro id traxerit, ignotum: nec amata Gellio talium multiplicatio ubique locum habet, aut lectori jus dat addendi alicujus ex ſuo ſenſu. *Jac. Gronov.*

5 *Si non eſſent ibidem mala*] Sic ſane MSS. Editiones ſuperiores non ſine magna ſpecie *itidem*. Ut & in fine hujus ſectionis. *Gronovius.*

6 *Utraque neceſſarium*] Cum Chryſippo tamen ſentit quoque Plato in Theæteto, quem vide.

7 *Utraque neceſſarium eſt*] Angl. & Scheff. *neceſſe*: Regius, *neceſſum*. Gronovius.

inter ſeſe [8] & quaſi mutuo adverſo quæque fulta niſu, conſiſtere: [9] nullum adeò contrarium ſine contrario altero. Quo enim pacto juſtitiæ ſenſus eſſe poſſet, niſi eſſent injuriæ? aut quid aliud juſtitia eſt, quàm injuſtitiæ [10] privatio? [11] quid item fortitudo intelligi poſſet, niſi ex ignaviæ oppoſitione? quid continentia, niſi ex intemperantiæ? quo item modo prudentia eſſet, niſi foret contra imprudentia? proinde, inquit, homines ſtulti cur non hoc etiam deſiderant, ut veritas ſit & non ſit mendacium? Namque itidem ſunt bona & mala, felicitas & [12] infortunitas, dolor & voluptas. Alterum enim ex altero, [13] ſicuti Plato ait, verticibus inter ſe contrariis [14] deligatum eſt; [15] ſuſtuleris unum, abſtuleris utrumque. Idem Chryſippus in eodem libro tractat [16] conſideratque, dignumque eſſe id quæri putat, εἰ αἱ τ' ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνον[a]· id eſt, naturane ipſa rerum vel providentia, [17] quæ compagem hanc

a *An hominum morbi juxta naturam ſint.*

8 *Et quaſi mutuo, adverſo quæque*] Regius *adverſo quoque*. Lege, ut jam editum Gryphio: *mutuo adverſoque fulta niſu*. Gronovius. Video id ab Lambecio notatum, quum alii omnes, qui illum codicem inſpexerunt, ad has voces calamum non moverint. Opinor Gellio fuiſſe cauſam, ut ſcriberet *& quaſi mutuo adverſo quæque fulta niſu*, ſine diſtinctione. *Jac. Gronov.*

9 *Nullum adeo contrarium ſine*] Sic Carrio. Priores, *contrarium eſſe ſine*. Reg. Angl. Scheff. *Nullum adeo contrarium eſt ſine contrario altero*. Gronovius.

10 *Privatio*] Nulla bona definitio eſt per privationem vel negationem, juxta Ariſtotelem.

11 *Quid item fortitudo* &c. *quid continentia*] Sic equidem & noſtri. Verius tamen olim editum: *quî item fortitudo intelligi poſſet, niſi ex ignaviæ oppoſitione? quî continentia* &c. Hæc poſtulat, quod ſequitur *quo modo*. Gronovius.

12 *Infortunitas*] Gellianum hoc & inſolens vocabulum pro *infœlicitate* ponitur.

13 *Sicuti Plato ait*] Locus Platonis talis eſt in Phædone, ἐάν τις διώκῃ τὸ ἕτερον τῷ λαμβάνῃ, ἀνάγκη δοκεῖ μοι τῷ αὐτῷ καὶ τὸ ἕτερον ἀεὶ λαμβάνειν, ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς ἠρτημένω ἀμφοῖν ὄντε. Καὶ μοι δοκεῖ (ἔφη) εἰ συνόησεν αὐτὰ Αἴσωπος, μῦθον ἂν συνθεῖναι, ὡς ὁ θεὸς βουλόμενος αὐτὰ διαλλάξαι πολεμοῦντα, ἐπειδὴ οὐκ ἐδύνατο, συνῆψεν εἰς ταυτὸν αὐτῶν τὰς κορυφάς, καὶ διὰ ταῦτα ὡ ἂν τὸ ἕτερον παραγένηται, ἐπακολουθεῖ ὕστερον καὶ τὸ ἕτερον. i. e. *Si quis autem proſequatur capiatque unum, etiam alterum capere ſemper cogitur, quaſi ambo ex eodem vertice connexa. Et mihi videtur, (inquit) ſi hæc cogitaſſet Æſopus, fabulam facturum fuiſſe, videlicet Deum ipſum, cum hæc inter ſe pugnantia vellet conciliare, quandoquidem non poterat, in unum eorum vertices vel extremitates conjunxiſſe; ideoque cui unum adeſt, eidem ſtatim adfuturum per ſequelam alterum eſſe.*

14 *Deligatum*] Ita Aldus, & Badius. Vett. Editt. *deliquatum*. male.

15 *Suſtuleris*] Aliter, *ſi tuleris*, quod eſt in MS. Regio.

16 *Conſideratque dignumque eſſe id quæri*] Lib. 7. 17. *Et affers ea, quæ digna quæri tractarique ſunt*. Regius tamen *conſiderationeque*. Fortaſſe: *tractat conſiderationeque dignum & quæſitu putat*. Gronovius. Hoc etiam unius eſt Lambecii: quod ſi ita ſe habet, mirabiliter connivimus omnes aut ſtupuimus.

17 *Quæ compagem hanc mundi*] Deum mundum hunc condidiſſe ſaniores Philoſophi (Ariſtoteles tamen aliter cenſuit) & Poëtæ crediderunt. Ita Thales Mileſius, ita Anaxagoras, cujus hæc egregia ſunt verba: πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ πεφυρμένα. ὁ νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε, καὶ διεκόσμησε, καὶ ἐκ τῆς ἀταξίας ἐταξίωσε, id eſt, *cuncta ſimul erant immixta, at mens ea diſcrevit ornavitque, & quæ confuſa erant, ordinavit.* In primis videndus Plato in Timæo. Egregius hic locus occurrit Porphyrii in Timæum: *Opifex*, inquit, *ille univerſi, ſuo ſolo eſſe, quod & intelligere eſt, univerſo ſubſtantiam ſuppeditavit, individuus videlicet ipſe dividuo huic mundo. Cui enim mirum eſſe debeat, quod res incorporea corporeas producat, cum ex tenuiſſimo ſemine animal ingens, quod ex tot, tantis, tam variis partibus cöagmentatum eſt, prodeat & creſcat? Etſi enim ſemen exile eſt, ratio ſane ſeminalis minime exilis, quæ tam magna facit, nec rurſus magna, quæ vel in minimis particulis*

hanc mundi & genus hominum fecit, morbos quoque & [18] debilitates & ægritudines corporum, quas patiuntur homines, fecerit. Existimat autem non fuisse hoc principale naturæ consilium, ut faceret homines morbis obnoxios: numquam enim hoc convenisse naturæ auctori parentique rerum omnium bonarum. Sed quum multa, inquit, atque magna gigneret pareretque aptissima & utilissima, alia quoque simul [19] agnata sunt incommoda iis ipsis, quæ faciebat, cohærentia: [20] eaque non per naturam, sed per [21] sequelas quasdam necessarias facta dicit, quod ipse appellat, κατὰ παρακολούθησιν. Sicut, inquit, quum corpora hominum natura fingeret, ratio subtilior & utilitas ipsa operis postulavit, ut [22] tenuissimis [23] minutisque ossiculis caput compingeret. Sed hanc utilitatem rei majoris alia quædam incommoditas extrinsecus consecuta est; ut fieret caput tenuiter munitum, & ictibus offensionibusque parvis fragile. Proinde morbi quoque & ægritudines partæ sunt, dum salus paritur. Sic hercle, inquit, dum virtus hominibus per consilium naturæ gignitur, vitia [24] ibidem per affinitatem contrariam nata sunt.

culis conspiciatur, seseque exerat. At seminalis hæc ratio materia indiget, Ratio divina non item, quæ nullius indiga omnia facit & fabricat: & licet omnia producat, moveatque, in sua nihilominus materia permanet. Plutarchus quoque Sympos. 8. probl. 1. Platonem explicans, Deum ait mundi esse Patrem, non emissione seminis, sed alia quadam vi genitabili materiæ inserta. Dicunt autem Poëtæ amorem omnia condidisse. Hinc Orpheus vel quicunque hymnorum auctor est:

Πρεσβύτατόντε καὶ αὐτοτελῆ πολυμῆτιν ἔρωτα,
Ὅσσατ' ἔφυσεν ἅπαντα, διέκρινε τ' ἄλλα ἀπ' ἄλλου.

Id est:

Et antiquissimum ac ex se perfectum solertem amorem,
Quique produxit omnia, & secrevit alia ab alio.

Eusebius ex Phœnicum theologia lib. 1. scribit spiritum amore suorum principiorum tactum, factamque inde mixtionem, huic nexui nomen factum Cupidinis. Moses quoque spiritus meminit, & in voce מרהפת amoris significatio est. Inter Poëtas Latinos legendus hac de re maxime Ovidius, inter Græcos Hesiodus, & Aristophanes in Avibus.

18 *Debilitates*] Ἀσθενείας Græci dicunt.

19 *Agnata iis ipsis cohærentia*] Quasi describeret quædam extrinsecus corpori à principio adfixa & agglutinata, quæ simul sequerentur tunc, quum illa orirentur atque adeo συνεζευγμένα. Sed hæc tamen non intelligit. Gellius quippe sic vult interpretari illa συμφυῆ κακὰ, vel σύμφυτα, vel συγγενῆ ab Græcis dici solita, quum de formis imperiorum loquuntur, quibus singulis statuunt similiter inhærere aliquod nativum malum ad corrumpenda ea: à cujus modi similitudine videtur à Chrysippo petita esse tota hæc meditatio de origine mali, quum interim alii dixerint ἓν παρ' ἑσθλὸν πήματα σύνδυο δέονται βροτοῖς ἀθάνατοι. Non aliter agit de generibus dicendi lib. VII cap. 14, ubi *singulis orationis virtutibus vitia agnata* esse scribit, *quo earum modum simulachris falsis ementiuntur*. Jac. Gronov.

20 *Eaque non per naturam*] Negativam hanc nec in Regio nec in Lincoln. reperi. An igitur innuunt *neque per n.*

21 *Sequelas*] Naturæ corruptæ primæva transgressione.

22 *Tenuissimis*] Cranium tamen satis crassum est, cum ubique fere duplex sit. Vide Lactant. de Opif. Dei c. 8. *Thys.* Non hoc agitur: nam sit licet satis crassum, est tamen fragile.

23 *Minutisque*] Legitur quoque *munitisque* in Vos. cod.

24 *Ibidem*] Aliter, *itidem*.

CAP.

CAP. II.

[1] Quo itidem modo & vim necessitatemque fati constituerit, & [2] esse tamen in nobis consilii judiciique nostri arbitrium confirmaverit.

FATUM, quod [3] Græci πεπρωμένην, vel εἱμαρμένην vocant, ad hanc ferme sententiam Chrysippus Stoicæ princeps philosophiæ definit: *Fatum* est, inquit, sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum & catena, [4] volvens semetipsa sese & implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexaque est. Ipsa autem verba Chrysippi, quantum valui memoria, adscripsi; ut, si cui meum istud interpretamentum videbitur esse obscurius, ad ipsius verba animadvertat. In libro enim περὶ προνοίας quarto [5] εἱμαρμένην esse dicit φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων, [6] καὶ μετὰ πολὺ μὲν οὖν ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς a. Aliarum autem opinionum disciplinarumque auctores huic definitioni ita obstrepunt. Si Chrysippus, inquiunt, fato putat omnia moveri & regi, nec declinari transcendique posse [7] agmina

a *Fatum naturalem compositionem universorum, ab æterno, aliorum alia insequentium, & post multum nihilominus existente hac complicatione sine transgressu.*

---

1 *Quo itidem modo & vim*] Lege *idem*. nempe Chrysippus. *Gronovius.*

2 *Esse tamen in nobis consilii judiciique nostri arbitrium*] Τὸ *nostri* supervacuum est & inconspicuum in optimo codice. *Gronovius.* Ut quidem adscriptum est in editione Vascosani, nescio ab Bourdelotio, an alio. Reliqui enim in eo conspeximus.

3 *Græci* πεπρωμένην *vel* εἱμαρμένην] Secundum & tertium vocabulum nec Regius nec Schefferi codex agnoscunt. *Gronovius.* Et forsan voluit proprie *fatum* Græce exprimere, non congerere plura vocabula, quibus Græci in eo exprimendo fuerunt usi, sed quod Græci ex natura & proprietate linguæ suæ habuerunt Latino inprimis congruum. Πεπρωμένην tangit 13, 1. Sed & mox perseverat in ista una voce. *Jac. Gronov.*

4 *Volvens semet ipsa sese & implicans*] Tolle supervacaneum *sese*. Gronovius. Nisi placeat distinguere *volvens semet ipsa, sese & implicans*, aut trajicere *& sese impl.* Mox etiam Regius *apta nexaque*, prout infra per duo composita sequitur *coacta atque connexa*. Jac. Gronov.

5 Εἱμαρμένην *esse dicit* φυσικὴν σύνταξιν] Regius & Schefferi: φυσικήν τινα σύνταξιν. Deinde & posterior: καὶ κατὰ πολὺ. Gronovius.

6 Καὶ μετὰ πολὺ μὲν οὖν] Pro his verbis, ut veteres editiones habent, inter quas princeps Veneta, quæ prodiit ann. cIↃ cccc LXXVII, antiquior editio, anni LXXII, cui Gaza operam suam tribuit, legit καὶ μὲν οὖν, quam & Veneta anni cIↃ IↃ IX. & aliæ quædam sequuntur. Justus Lipsius de Physiol. Stoic. lib. 1 cap. 12, ubi hoc Chrysippeum fatum ample tractat quod vide, legit ἀμεταβόλου. Thys. Sed & Latine vertit hæc Græca: *Fatum esse naturalem compositionem universorum, ab æterno, mutuo sese consequentium, immutabili & inviolabili hac complicatione*, quum non dicatur in Græcis *universa sese consequi*, nec etiam possint; & cur non ex Aldina maluit repetere *aliis ad alia consequentibus?* ubi etiam est *& incommutabili manente ejuscemodi complicatione.* Attamen Phil. Carolus Lipsiana illa sic æstimat, ut scribat Græca Chrysippi verba verbatim significare, nisi quod Arnoldus vitiose edidit *contemplatione.* Non potui hæc æquis oculis aspicere. Non enim modo in his immutatio vel incommutatio vel inviolabilitas non conceditur, sed vel minimus transgressus aut transcensus in hac catena negatur, etsi hæc insecutio partium diuturno tempore contigerit. In Proustei editione sic vertitur: *naturalem connexionem omnium* rerum *ab æterno aliis alias consequentibus: & quidem post multum* tempus *immutabili permanente tali complicatione.* Jac. Gronov.

7 *Agmina*] *Actus, ductus*, ut Macrobius interpretatur lib. 6 cap. 4.

na fati & volumina: peccata quoque hominum & delicta [8 9 10] non ſuccenſenda neque inducenda ſunt ipſis voluntatibuſque eorum; ſed neceſſitati cuidam & inſtantiæ, quæ oritur ex fato; omnium quæ ſit rerum domina & arbitra, per quam neceſſe ſit fieri quicquid futurum eſt: & propterea nocentium pœnas legibus iniquè conſtitutas, ſi homines ad maleficia non ſponte veniunt, ſed fato trahuntur. Contra ea Chryſippus [11] tenuiter multa & argutè diſſerit. ſed omnium fere, quæ ſuper ea re ſcripſit, ſententia hujuſcemodi eſt: Quamquam ita ſit, inquit, [12 13] ut ratione quadam principali neceſſariò coacta atque connexa ſint fato omnia; ingenia tamen ipſa mentium noſtrarum proinde ſunt fato obnoxia,

8 *Non ſuſtentanda*] Ita vett. editt. præter Aldinam, quam Gryphius ſequitur, quæ habet, *non ſubſiſtenda, neque inducenda.* R. M. teſte Bourdelotio, habet quoque *inducenda.* Forſan pro *ſubſiſtenda* ſcribendum, *ſuccenſenda*, vel *ſubſcribenda*, id eſt, attribuenda, imputanda.

9 *Neque condicenda*] *Condicere* proprie eſt Feſto, *dicendo denuntiare*, veteribus Græcis συντάσσεσθαι μὴ παραγγελίας. *Condictio eſt in diem certum ejus rei, quæ agitur, denuntiatio*, Feſto itidem auctore. ita & *condicere cœnam* Ciceroni & Suetonio in Tiberio dicitur pro *denunciare ſe adfuturum. Peccata igitur*, dicit Auctor noſter, *non condicenda ipſis voluntatibuſque eorum*, id eſt, non iis culpa peccatorum communi conſenſu indicenda, adſcribenda eſt.

10 *Non ſuſtentanda neque condicenda*] Aldus & Gryph. ut Britannici duo & Schefferi: *non ſuſtentanda neque inducenda.* Sed quid eſt *ſuſtentanda*? Priſcæ editiones Ro. Ven. Aſcenſii, *non ſubſiſtenda, neque condicenda*; cui ſi faverent calamo exarati, controverſiam non referrem: acciperem enim, ut apud Livium *ſubſiſtere feras.* Sed Regius, *ſuſcenſenda.* Solent autem ſcripti *ſuſcenſere* pro *ſuccenſere* exhibere. Videntur autem hæc verba ſimillima illis, quæ exſtant lib. 7 cap. 3 propius finem: *interim autem facta ſola cenſenda dicit atque in judicium vocanda, ſed voluntates nudas inaneſque neque legibus neque pœnis fieri obnoxias.* Itaque parum abeſt, quin aut hic quoque ſcribendum decernam, *delicta non cenſenda*, aut ibi *facta ſola ſuccenſenda*: & hoc potius. nam quod ibi dicit *in judicium vocanda*, pro eo hic ponit *condicenda.* Sic in jure *ſtatus conditus dies.* Et apud Livium: *Quarum rerum, litium, cauſarum condixit pater patratus populi Romani Quiritium.* Gronovius. Quomodo tamen ſcribetur Gellius hîc ponere *condicenda*, quum & Britannici duo & Schefferi & Regius (uti & ipſe teſtor) præter Aldum & Gryphium confirment verbum *inducenda.* Omnino id mutari nequit, eſtque ipſum Ciceronis in Orat. 11 in Rullum cap. 36. *Ut iidem partim invidioſos agros à Sullanis poſſeſſoribus, partim deſertos, ac peſtilentes, à veſtris neceſſariis, à vobiſmet ipſis emtos, quanti velletis, populo Romano induceretis*, ubi ſimile exemplum præbet Manutius, ut notat Gellius imputanda & in rationibus purgandis obſervanda & inferrenda, ut debeant luere illa. *Peccata non ſuccenſenda* eſt uſus Gellianus, quem tam facile admitto, ac ſupra III, 10 *ad homines quoque naſcendos*; unde patet placere illi verba neutra ab Grammaticis dicta ſive regularia, ut eſt *ſuccenſeo*, ſive irregularia, ut eſt *naſcor*, interdum trahere ad activam & paſſivam ſignificationem, notetque ibi ad hominum principia, quibus nativitas eorum impletur, digerenda & abſolvenda. Talia ſunt V, 10. *Conjiciendæ conſiſtendæque cauſæ.* VII, 18 *jurejurando ſatisfacto.* Jac. Gron.

11 *Tenuiter*] Id eſt, *ſubtiliter.*

12 *Ratione quadam*] Vet. Ed. *Ratione quadam neceſſaria principali & coacta.*

13 *Ut ratione quadam principali neceſſario coacta*] Sic & Ro. Ven. Vaſ. niſi quod tranſpoſitis vocibus *ratione principali quadam.* Aldus & Gryp. *ratione quadam neceſſaria principali & coacta.* Unde Reg. tollit copulativam. Lincoln. *ut ratione quadam neceſſario & principali coacta.* Schefferi; *ut neceſſario ratione quadam & participali coacta.* Numquid, *ut neceſſaria ratione quadam & participatu coacta atque connexa ſint fato omnia.* Capitolinus Vero: *participatu etiam imperatoriæ poteſtatis indulto.* Spartianus Iuliano: *Claudium Pompejanum è Tarracinenſi ad participatum evocavit.* Gronovius. Sed in Regio clare notavi *ut ratione quadam neceſſario principali coacta.* Et id reperiri præſtat. Supponit primo eſſe rationem principalem: ſed unde? non ex conceſſu quodam elementorum aut aliarum partium, verum ab ipſa neceſſitate ortam; hinc *neceſſario principalem* vocat, aperte deſcriptionem hanc fato & ejus definitioni, quam præmiſit, accommodans. *Jac. Gronov.*

14 *Sca-*

noxia, ut proprietas eorum est ipsa & qualitas. Nam si sunt per naturam primitus salubriter utiliterque ficta; omnem illam vim, quæ de fato extrinsecus ingruit, inoffensiùs tractabiliusque transmittunt. Sin verò sunt aspera & inscita & rudia, nulliisque artium bonarum adminiculis fulta: etiamsi parvo sive nullo fatalis incommodi conflictu urgeantur; sua tamen [14] scævitate & voluntario impetu in assidua delicta [15] & in errores ruunt. Idque ipsum ut ea ratione fiat, naturalis illa & [16] necessaria rerum consequentia efficit, quæ fatum vocatur. [17] Est enim genere ipso quasi fatale & consequens, ut mala ingenia peccatis & erroribus non vacent. [18] Hujus deinde rei exemplo non hercle nimis alienè neque illepidè utitur. [19] Sicut, inquit, [19] lapidem cylindrum si per [20] spatia terræ prona atque [21] deruta jacias, causam quidem ei & initium præcipitantiæ feceris; mox tamen ille præceps volvitur, non quia tu id jam facis, sed quoniam ita sese modus ejus & formæ volubilitas habet: sic ordo

14 *Scævitate*] Perversa voluntate, vel fortuna. H. Steph. *lævitate*. Thys. Sane in notis pag. 134, sed non in ipso contextu.

15 *Et in errores ruunt*] Regius, *& in erro reserviunt*. Scribe: *in assidua delicta & in errores se ruunt*. Sic enim amant interdum. Plautus Trinum. 4, 1. *Imbres fluctusque atque procellæ frangere malum, Ruere antennas, scindere vela*. Terentius Adelphis: *cæteros ruerem*. Horatius 2 Sat. 3. *Unde Divitias erisque ruam, dic augur, acervos*. Ovidius lib. 12. *Cedentemque sequens instat turbatque ruitque*. Gronovius. Ita literas divisas in Regio proposuit pater, quia Bourdelotius notavit ad oram *in . . . . reserviunt*; exstat tamen in eo *& in errore serviunt*.

16 *Necessaria rerum consequentia*] Non videtur spernendum, quod eodem sensu, sed exquisitius, Regius: *naturalis illa & necessaria rerum continentia*. ab ea significatione τῶ *continens*, qua vicinum, contiguum, applicitum significat. Ut sit idem quod nexus, adhæsus, consequentia, participatus, continuatio. Cicero: *Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt*. Idem: *futura, quorum causas natura ita contineret, ut ea fieri necesse esset*. Gronovius. Vocem equidem istam Bourdelotius adscripsit suo exemplari, non addito utrum à Regia, an Morelli membrana. Illam utique quotquot postea inspeximus, vocem eam non notavimus.

17 *Est enim genere ipso quasi fatale & consequens*] Suspicor Gellium Ciceronis voce usum scribendo: *quasi confatale & consequens*. De fato: *At si ita fatum sit, Nascetur Oedipus Lajo, non potuit dici, sive fuerit Lajus cum muliere, sive non fuerit: copulata enim res est & confatalis*. Et mox: *Hæc, ut dixi, confatalia ille appellat*. Chrysippus συνειμαρμένα. Gronovius.

18 *Hujus deinde rei exemplo*] Reg. Lincoln. Schef. *deinde fieri exemplo*. mox Regius *illepido*. Lego: *Hujus deinde figuræ exemplo, non hercle nimis alieno neque illepido, utitur*. Idem.

19 *Lapidem cylindrum*] Cylindrus lapis est oblongus & teres, instar columnæ, quo rustici obvoluto areas æquare solent, ut ex Virg. 2. Georg. Catone, aliisque rei rusticæ auctoribus constat. Eandem sententiam & simile exemplum cylindri proponit Cicero de Fato: *Ut igitur*, inquit, *qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit: sic visum objectum imprimet illud quidem & speciem suam quasi signabit in animo, sed assensio nostra erit in potestate: eaque, quemadmodum in cylindro dictum est, extrinsecus pulsa, quod reliquum est suapte vi & natura movebitur*. Vide & Plutarchum de Fato, & de Repugnantiis Stoicorum.

20 *Spatia terræ prona atque deruta*] Meursius in Critico Arnobiano & in Miscellaneis *derupta*, ut & in quibusdam est olim editis, in aliis *dirupta*. Ciceronis est ad Atticum, *deruere de laudibus cumulum*. Itaque non facile moverim. Alioqui simplicius foret *prona atque declivia*. Sed *deruta* quoque sunt complanata, qua tumuli, verrucæ, colliculi fuerant, deruenda terra declivitatem nacta. *Gronovius*. Regius tamen & Lincoln. etiam *derupta*.

21 *Deruta*] Vet. Ed. *dirupta*, forsan *abrupta*.

ordo & ratio & neceſſitas fati genera ipſa & principia cauſarum movet; impetus verò conſiliorum mentiumque noſtrarum actioneſque ipſas, [22] voluntas cujuſque propria & animorum ingenia moderantur. Infert deinde verba hæc, [23] his, quæ dixi, congruentia. [24] Διὸ ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων οὕτως εἴρηται,

Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.

ὡς τῶν βλαβῶν ἑκάστοις παρ' αὐτοῖς γινομένων, καὶ καθ' ὁρμὴν αὐτῶν, ἁμαρτανόντων τε καὶ βλαπτομένων, καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ πρόθεσιν [a]. Propterea negat oportere ferri audirique homines aut nequam aut ignavos & nocentes & audaces: qui, quum [25] in culpa & in maleficio revicti ſunt, perfugiunt ad fati neceſſitatem, [26] tamquam in aliquod [27] fani aſylum, &, quæ peſſimè fecerunt, ea non ſuæ temeritati, ſed fato eſſe attribuenda dicunt. [28] Primus autem Homerus ſapientiſſimus & antiquiſſimus poëtarum dixit in hiſce verſibus:

[29] Ὦ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.

Ἐξ

a *Quare à Pythagoricis ſic dictum eſt,*
Cernas eſſe homini quæſitos ſponte dolores.
quia ſcilicet noxia cuique de ſemet adveniant, peccentque homines ſui appetitus motione, lædanturque ſuapte ſententia, & propoſito.

---

22 *Voluntas cujuſque propria*] Extat luculenta Chryſoſtomi Oratio, ὅτι οὐδεὶς βλάπτεται εἰ μὴ ὑφ' ἑαυτοῦ, id eſt, *quod nemo lædatur, niſi à ſeipſo.* Neque vero neceſſitas eſt reſpectu hominis, quod aliquid fiat, vel futurum ſit, neque Deus voluntatem humanam cogit. Videndus eſt Auguſtinus, qui luculente ea de re diſputat.

23 *His quæ dixit*] Fluctuat ſcriptura verbi in editis, quorum partem quum ſic edant, Aldina, Vaſcoſani, & aliæ *dixi*, quod eſt in Regio, & licet tertia perſona ſit in Lincoln. hoc tamen eſt verius. Præcedentia enim ſunt Gellii, qui præmonuit omnium, quæ ſcripſit, hujuſcemodi fere ſententiam eſſe. Propterea revocavi. *Jac. Gronov.*

24 Διὸ ὑπὸ] MS. Reg. Διὸ καὶ, & præter has nulla inſuper vox Græca adeſt, certo indicio voculam καὶ debere interponi. De verſiculo & prava olim lectione ejus agit Theod. Marcilius in comment. ad Carmin. Pythagor. pag. 381. *Idem.*

25 *In culpa & in maleficio revicti ſunt*] Gebhardus ex Pal. mem. *revincti* 2 Ant. Lect. 11. Scio jam olim ſic editum, ſed Carrio & ſenſum & meliores libros ſecutus mutavit. *Revicti* ſunt comperti & convicti. *Gronovius.*

25 *Tanquam in aliquod fati aſylum*] Hæc ſcriptura quomodo vel Carrioni vel Stephano manum adierit, difficile dictu eſt. Reſtitue ocius è prioribus & ſcriptis: *in aliquod fani aſylum.* Ecquis eſt mediocriter doctus, qui ignoret pleriſque templis jus aſyli fuiſſe? Salluſtius ad Cæſarem: *quam multi mortales poſtea ad Pompejum diſceſſerint, eoque per omne tempus belli, quaſi ſacro atque inſpoliato fano, debitores uſi.* Gronovius.

27 *Fani aſylum*] Aſylum fere templum erat, cui conſecrationis lege conceſſum fuit, ut inde rei ad ſupplicium rapi non poſſent. Quæ loca apud Romanos aucta. De quorum frequentia, præcipue ſi rei ad ſtatuas Principis fugiſſent, querela eſt apud Tacitum.

28 *Primus autem Homerus*] Regius alia parte uberius, alia reciſius: *Primus hoc Homerus ſapientiſſimus ille & antiquiſſimus poetarum dixit hiſce verſibus.* Gronovius. Ita ſane egit in notando Lambecius, quaſi voculam *hoc* immiſſam vellet codex Regius. Sed teſtes ſumus omnes in Regio legi tantum *Primus hoc ſapientiſſimus ille*, nomine proprio omiſſo, quod intelligi poteſt facillime, & ad ſummam veramque Homeri laudem non poteſt intelligi alius per hæc ſingularia & propria deſcriptus. Imo Bourdelotius id teſtatur non tantum de codice Regio, ſed & Morelliano. *Jac. Gronov.*

29 Ὦ πόποι] Extant hi verſus Οδ. α. ψſ. 23. Quos alii huic metro incluſerunt: *Hei mihi, quid damnant mortales numina cæli? Eſſe aiunt etenim per nos mala, quum tamen ipſis Vecordi præter fatum ſint mente dolores.*

30 *Chry-*

Ἐξ ἡμέων γὰρ φασὶ κακ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν[a].

Itaque M. Cicero in libro, quem de fato conscripsit, quum quæstionem istam diceret obscurissimam esse & implicatissimam, Chrysippum quoque philosophum non expedisse se in ea refert, his verbis: [30] *Chrysippus æstuans laboransque, quonam pacto explicet & fato omnia fieri, & esse aliquid in nobis,* [31] *intricatur hoc modo.*

a *Dîs fucere invidiam mortalis culpa laborans*
Clamitat à nobis nasci mala, cum tamen ipsi
Per scelus arcessant supra sibi fata dolores.

30 *Chrysippus æstuans*] Cicero cum ostendisset & eos qui concedebant anteire visa, nec tamen fato fieri assensiones, quod proxima illa & continens causa non moveat assensionem, & Chrysippum patefacta & explicata sententia sua ad eundem exitum venire, & illos non re sed verbis duntaxat dissidere: rationem subjunxit, qua hujusmodi Philosophorum ratiocinatio posset examinari, quam esse obscurissimam & implicatissimam, & à qua neque Epicurus neque Chrysippus ipse sese potuerint expedire, testabatur: tandem concludebat his verbis, *Hoc modo hanc causam disceptari oportet: non ab atomis errantibus, & de via declinantibus auxilium petere.* Sed locus ille verbis aliquot, & fortasse sententiis (quis enim his in rebus certi quid afferre se posse asseverabit?), locus, inquam, vacuefactus est. Hoc tamen liquet verbis illis: *Hoc modo hanc causam disceptari oportet*, alia fuisse adjuncta, adeoque cum his connexa, quæ existant apud Gellium, & in fragmentorum numerum à viris doctis, malo delectu, sint relata. Scripsit Cicero: *Chrysippus æstuans laboransque, quonam pacto explicet & fato fieri omnia, & esse aliquid in nobis, intricatur. Hoc modo hanc causam disceptari oportet, non ab atomis errantibus, & de via declinantibus auxilium petere.* Scilicet arbitror aut postrema ista verba è Noctibus Atticis excidisse, quod sæpenumero extremis illarum capitibus accidisse docuimus, aut voces duas, *hoc modo*, quæ mihi hujus observationis indicium fecerunt, ab alio fuisse adjecta, ut sequentis orationis designarent initium. Certe & eo apud Ciceronem loco hæc reponenda sunt, & Gellius vel hoc vel illo pacto corrigendus. Ita *Carrio lib. 1 Em. cap. 13.*

31 *Intricatur hoc modo*] Lud. Carrio vult aut τὰ *hoc modo* deleri, aut pluribus Ciceronis verbis auctorem usum 1 Emend. 13. *Gronovius.* Oportet igitur nosse verbum tum *refert*, tum *pacto* non legi in cod. Reg. Certe τὸ *refert* etiam non erat in Lincoln. Hinc vide, an ea sit manus & sententia Gellii; Chrysippum quoque philosophum non expedisse semet his verbis: *Chrysippus æst. lab. quonam explicet & fato o. fieri, & esse aliquid in nobis*, intricatur hoc modo. Gellius enim laudavit Chrysippea, & nunc succenset Ciceroni toties æstuantem Chrysippum alibi per istud scriptum inducenti, tum in his verbis, & ideo ait eum hoc modo intricari. Sed & *explicit* legitur in MS. *Quonam*, ut alibi *quomodo nam.* Jac. Gronov.

CAP. III.

Historia sumta ex libris Tuberonis [1] *de serpente invisitatæ longitudinis.*

[2] TUBERO in historiis scriptum reliquit, bello primo Pœnico Attilium Regulum consulem, in Africa, castris apud Bagradam flumen positis, prœlium grande atque acre feciisse [3] [4] adversus unum serpentem in illis locis stabulantem, invisitatæ immanitatis; eumque, magna

1 *De serpente inusitatæ longitudinis*] Regius, *invisitatæ magnitudinis.* Neque aliter mox idem: *invisitatæ immanitatis.* Gronovius.

2 *Tubero*] L. Ælius Tubero, Quinti Ciceronis in Asia Legatus, de quo M. Tullius ad Quintum fratrem lib. 1. Ep. Citant & laudant quoque illum Dionys. Halicarn. lib. 1. Antiq. Rom. Livius, Charisius, Nonius, alii. Et Bagrada notus ex Floro aliisque.

3 *Adversus unum serpentem*] De quo Valerius Maximus

magna totius exercitus [5] conflictione, [6] ballistis atque catapultis diu oppugnatum: ejusque interfecti corium longum pedes centum & viginti [7] Romam misisse.

Maximus hunc in modum: *Quæ quia supra usitatam rationem excedentia attigimus, serpentis quoque à T. Livio curiose pariter, ac facunde relata fiat mentio.* (Hæc narratio Livii intercidit) *Is enim ait in Africa apud Bagradam flumen, tantæ magnitudinis anguem fuisse, ut Attilii Reguli exercitum usu amnis prohiberet, multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudæ voluminibus elisis, cum telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum ballistarum tormentis undique petitum, silicum crebris & ponderosis verberibus procubuisse, omnibusque cohortibus & legionibus ipsa Carthagine visum terribiliorem. Atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisque jacentis pestifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde summovisse castra. Dicit belluæ etiam corium* CXX. *pedes longum, in urbem missum.*

4 *Serpentem illic stabulantem*] Sic Carrio & Stephanus. Nostri scripti cum prius editis, *serpentem in illis locis stabulantem.* Gronovius.

5 *Conflictione*] Vet. Ed. *conflictatione.*

6 *Ballistis & catapultis*] Ballista lapides & saxa jaciebat, aliquando ad trecenta pondo, catapulta tela, quamquam hæc non semel confundantur. Tormenta autem hæc funibus vel potius nervis intendebantur.

7 *Romam misisse*] Nempe Regulum Atilium. Tamen propter interposita, *eumque oppugnatum*, commodius foret *missum.* Gronovius.

CAP. IV.

[1] *Quid idem Tubero novæ historiæ de Attilio Regulo à Karthaginiensibus capto literis mandaverit; quid etiam Tuditanus super eodem Regulo scripserit.*

QUOD satis celebre [2] est de Attilio Regulo; id nuperrimè legimus scriptum in [3] Tuditani libris: [4] Regulum captum, ad ea quæ in senatu Romæ dixit, suadens ne captivi cum Karthaginiensibus permutarentur, id quoque addidisse; venenum sibi Karthaginienses dedisse non [5] præsentarium, sed ejusmodi quod mortem in diem proferret; eo consilio, ut viveret quidem tantisper quoad fieret permutatio; post autem [6] grassante sensim veneno [7] cor tabesceret. Eumdem Regulum

1 *Quid idem Tubero novæ historiæ*] Edebatur *Tubero in historiis.* Sed illud restituit Carrio. Neque sane aliter Regia & Schefferi membranæ: Regia quoque *memoriæ* pro *literis.* Conjiciebam: *Quid idem Tubero nona historia de Atilio Regulo à Carthaginiensibus capto memoriæ mandaverit.* Genus loquendi notæ suavitatis pro nono historiarum libro. *Gronovius.*

2 *Est*] Abest à Vet. Ed.

3 *Tuditani libris*] De quo dicenda collegit G. I. Vossius in opere de Historicis Latinis. Hic enim est C. Sempronius Tuditanus, qui consul fuit cum M. Aquilio anno Urbis IDC XXIV. Scripsit commentariorum libros, ex quibus commentarium tertium decimum citat Gellius noster lib. 13 c. 14.

4 *Regulum captum*] Non opinor necessarium de modo reducti in captivitatem Reguli multa hîc subjicere ex scriptis, quæ unicuique sunt in promtu, licet parum diversis. Prousteus amavit in hoc loco aliquid notare & exsuere se contra Hofmannum, qui lexicographus post Palmerium censeat omnino commentitium, & inter errata historica M. Attilii caveam & aculeos & palpebras resectas numerat. At Hofmannus nullo signo hanc suam causam facit, & tantum reponit ipsa Grentemesnilii verba, de se celans. *Jac. Gronov.*

5 *Præsentarium*] Aliter, *præsentaneum.*

6 *Grassante sensim veneno cor tabesceret*] Muretus ad Tacitum, *contabesceret.* Quemadmodum & Regius. Idem quoque *veneni*, quasi exciderit *ro vi.* Gronovius.

7 *Cor tabesceret*] In Voss. cod. annotatum, in MS. esse *contabesceret.*

8 *No-*

lum Tubero in hiſtoriis rediſſe Karthaginem, [8] noviſque exemplorum modis excruciatum à Pœnis dicit. *In atras*, inquit, & [9] *profundas tenebras eum claudebant; ac diu poſt, ubi erat viſus ſol ardentiſſimus, repente educebant, & adverſus* [10] *ictus ſolis oppoſitum* [11] *continebant, atque intendere in cœlum oculos cogebant. Palpebras quoque ejus, ne connivere poſſet, ſurſum ac deorſum* [12] *diductas inſuebant.* Tuditanus autem ſomno diu prohibitum atque ita vita privatum refert; idque ubi Romæ cognitum eſt, nobiliſſimos Pœnorum captivos liberis Reguli à ſenatu deditos, & ab iis in [13] armario muricibus præfixo deſtitutos, eademque inſomnia cruciatos interîſſe.

8 *Noviſque exemplorum modis*] De ſupplicio Reguli variant inter ſe ſcriptores antiqui. Cicero in oratione contra Piſonem machinæ illigatum fuiſſe ſcribit, & reſectis palpebris vigilando enecatum. Eam machinam Appianus caveam vocat, aculeis intus extantibus, nec ubi ſine corporis laceratione præclinare poſſet. Florus lib. 2 cap. 2. ſupplicio crucis affectum ſcribit, cæteri omnes inſomnia, etſi alio atque alio modo.

9 *Profundas*] Vet. Ed. Ven. *profundiſſimas.*

10 *Ictus*] MS. *ictum.*

11 *Continebant*] Hæc deſunt Cod. Reg. *Thyſ.* Vix intelligas, quid velit. Sed ab Bourdelotio ducta linea poſt vocem *oppoſitum* adſcriptum eſt *Hic deſinit C. Reg.* Ego tamen notavi vocem *Solis* eſſe poſtremam in illo MSto libro, prout vulgavi ex chirographo paterno in præfatione. *Jac. Gronov.*

12 *Diductas*] MS. *ductas.*

13 *Armario muricibus præfixo*] Interiori receſſu vel machina aculeatis ſtimulis præfixa, inſtar muricis piſcis, cui ſunt aculei plures habentes cuſpides. Vide Plin. lib. 9 c. 33.

CAP. V.

Quòd Alfenus jureconſultus [1] *in verbis veteribus interpretandis erravit.*

[2 3] ALFENUS jureconſultus, Servii Sulpicii diſcipulus, rerumque antiquarum non incurioſus, in libro [4] Digeſtorum trigeſimo & quarto, [5] Conjectaneorum autem ſecundo, *In fœdere*, inquit, *quod inter populum Romanum & Karthaginienſes factum eſt, ſcriptum invenitur, ut Karthaginienſes* [6] *quotquot annis populo Romano darent certum pondus ar-*

1 *In verbis interpretandis erraverit*] Scripti cum editis antehac *erravit.* Ut paſſim in his lemmaſi Gellius. *Gronovius.*

2 *Alfenus Iuriſconſultus*] Intelligitur P. Alfenus Varus, qui inter decem Servii Sulpicii diſcipulos Cæſaris ætate numeratur à Pomponio in l. 2 §. 44. De Orig. Iuris. Quem plurimum autoritatis habuiſſe, conſulemque fuiſſe idem refert. Citatur quoque aliquoties in Iure civili.

3 *Alfenus juriſconſultus*] Scripti cum Romana & Aldina *jureconſultus.* Gronovius.

4 *Digeſtorum trigeſimo & quarto*] Scripſit Digeſtorum libros quadraginta, quos Paulus in Epitomen redegiſſe videtur, ut ex inſcriptione l. 30 & 31. *D. Locati*, ſimilibuſque legibus liquet.

5 *Conjectaneorum autem ſecundo*] Quædam Editt. habent, *conlectaneorum.* Ex Servio præceptore ſuo quædam collegiſſe videtur, ut ex l. 65. §. 8. ff. pro Socio, & l. 77. de V. S. elici poſſe videtur.

6 *Quotquot annis populo*] Sic Aldus jam, Vaſcoſanus, Gryphius. Et habet ſuam venerem. Varro lib. 4 de L. L. *Ager fundus quod fundat quotquot annis multa.* Eodem: *Ager reſtibilis qui reſtituitur ac referitur quotquot annis.* Nec longe: *Quod in agris quotquot annis rurſum facienda eadem, ut rurſus capias fructus, appellata rura.* Ubi mens igitur aut memoria Gebhardo, cum turpe hoc mendum & Latino jurisconſulto indigniſſimum pronuntiaret; & quod Popma laudaverit eum locum ad Catonem tanquam purum, revinci eum mem. Pal. auctoritate, in quibus ſit *quotannis* lib. 2 Ant. l. 20? Atqui ſic olim Romæ ac Venetiis editum fuerat, ne-

argenti [7] *puri puti. Quæsitumque est,* [8] *quid esset argentum purum putum. Respondi ego*, inquit, *esse* [9] *purum putum valde purum : sicut novum novicium dicimus & proprium propicium, augere atque intendere volentes novi & proprii significationem.* Hoc ubi legimus, mirabamur eamdem affinitatem visam esse Alfeno *puri* & *puti*, quæ sit *novi* & *novicii*. Nam si esset *puricium*, tum sanè videretur dici, quasi *novicium*. Id etiam mirum fuit, quòd *novicium* per augendi figuram dictum existimavit; quum sit *novicium* non quod magis novum sit, sed quod à *novo* dictum inclinatumque sit. Iis ergo [10] assentimus, qui *putum* esse dicunt à *putando* dictum; & ob eam causam prima syllaba brevi pronunciant, non longa: uti existimasse [11] Alfenum videtur, qui à *puro* id esse factum scripsit. *Putare* autem veteres dixerunt, vacantia ex quaque re ac non necessaria aut etiam obstantia & aliena auferre & excidere, &, quod esse utile ac sine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores & vites, & sic etiam rationes *putari* dictæ. Verbum quoque ipsum *puto*, quod declarandæ sententiæ nostræ causa dicimus, non signat profectò aliud quàm id agere nos in re dubia obscuraque, ut, decisis amputatisque falsis opinionibus, quod videatur esse verum & integrum & incorruptum, retineamus. Argentum ergo in Karthaginiensi fœdere *putum* dictum esse, quasi *exputatum*, excoctumque, omnique aliena materia carens, omnibusque ex eo vitiis detractis emaculatum & candefactum. Scriptum est autem *purum putum* non in Karthaginiensi solùm fœdere, sed tum in multis aliis veterum libris, tum in Q. quoque Ennii tragœdia, quæ inscribitur *Alexander*, & in satira M. Varronis, quæ inscripta est Δὶς παῖδες οἱ γέγονλες[a].

a *Bis pueri senes.*

que ab eo Aldus sine membranarum auctoritate abscessit. Et tamen, vel si repugnarent omnes codices, nec turpe nec Latino scriptore indignum vocitandum erat, quod si non meminerat Varronem familiare habuisse, à Popma didicisse poterat. *Gronov.*

7 *Puri puti*] Purgati & excocti. Varro lib. 4. de L. L. *Putare valet purum facere : ideo antiqui purum putum appellarunt.* & Festus : *imputatum nondum purgatum; putum enim est purum, unde putare vites dicimus, hoc est, detrahere, quæ impedimento sunt ad fructum.* Alfenus Jurisconsultus pusulatum argentum in l. 3. Locat. appellavit. Pro *putum* dixisse etiam videntur veteres *pusum*, hinc *pusulum*, & *pusulatum*, Suetonio in Nerone & Martiali lib. 7 Epigr. *pustulatum*, vel *postulatum* dicitur. Argentum igitur purum putum, quod excoctum, purgatum est. Purum tamen etiam dicitur, cui signa detracta erant atque emblemata, vel quod sine ullis crustulis atque emblematis erat. Vide Fr. Luisinum lib. 1. Parerg. cap. 2.

8 *Quid esset argentum purum putum*] Gebhardus notat in Pall. abesse *τὸ argentum*: ut & in Lincoln. & Schefferi membranis. *Gronovius.*

9 *Purum putum valde purum*] Frustra contra nostrum & Budæum semetipse coronat Fr. Luisinus 1 Parerg. 26. Scimus *purum argentum* esse nonnunquam sine signis & emblematis. Sic Juvenalis Sat. 9. *argenti vascula puri.* Et alludit aliud tamen significans Martialis lib. 4 epigr. 39. Sed de eo insubidum est hîc cogitare. Nec *purum putum* aliter dictum quam per ἐπεξήγησιν, ut *sacrosanctum*, ut *sartum tectum*, ut *pransus paratus*, ut in arbitrio rei uxoriæ *quæ melius æquius*, in precibus *volens propitius.* Idem.

10 *Assentimus*] Lincoln. *assentimur.*

11 *Alfenum*] Vet. Ed. *Alfenus.*

CAP.

CAP. VI.

Temerè inepteque reprehensum esse à Julio Higino Virgilium, quod præpetes *Dædali* pennas *dixit: atque inibi quid sint* aves præpetes, *& quid illæ sint aves, quas Nigidius* inferas *appellavit.*

[1] *Dædalus, ut fama est, fugiens Minoïa regna*
Præpetibus pennis ausus se credere [2] *cœlo.*

In his Virgilii versibus reprehendit Higinus, *præpetibus pennis*, quasi impropriè & inscitè dictum. Nam *præpetes*, inquit, *aves* ab auguribus appellantur, quæ aut [3] oportunè prævolant, aut idoneas sedes capiunt. Non apte igitur usum verbo augurali existimavit in Dædali volatu nihil ad augurum disciplinam pertinente. Sed Higinus nimis herclè ineptus est, quum quid *præpetes* essent se scire ratus est: Virgilium autem [4] [5] & Cn. Mattium doctum virum ignorasse, qui in [6] septimo Iliadis, Victoriam volucrem, præpetem appellavit hoc versu:

Dum [7] *det* [8] *vincenti* [9] *præpes Victoria palmam.*

Cur autem non Q. quoque Ennium reprehendit, qui in annalibus, non pennas Dædali præpetes, sed [10] longè diversius, inquit;

——— *Quid*
Brunduſium pulchro præcinctum [11] *præpete portu?*

&, si vim potius naturamque verbi considerasset, neque id solùm quod augures dicerent, inspexisset; veniam prorsus poëtis daret similitudine ac

1 *Dædalus, ut fama est*] Extant versus Æneid. 6.

2 *Cœlo*] Vet. Edit. hunc versum addit,
Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.
Sed contra MS. Lincoln. qui tertium versum non agnoscit.

3 *Oportune*] Prospere.

4 *Cn. Mattium.* Male in Vett. Editt. legitur *Trimatium.* Est autem Mattius ille qui & mimijambos exemplo Herodoti λογομίμῳ scripsit, & Iliada Homeri transtulit, ut Livius Andronicus, qui ducentis aliquot annis antea Odysseam Homeri Latine verterat. Fuit & doctissimus, & C. Cæsaris amicissimus. Hujus nomen varie depravatum est apud veteres grammaticos. Apud Macrobium *Attilius*, apud Nonium *Crassus*, apud Priscianum *Nimius Cassius*, apud Diomedem *Cn. Atticus* appellatur. Ita *Scaliger* ad Varronem p. 15. Citat Cn. Mattium quoque Gellius noster lib. 9 *cap.* 14. Plura de illo collegit Læv. Torrentius ad Suetonii Julium cap. 52. ubi hunc quoque locum sic restituit.

5 *Et Cn. Mattium*] Sic rectè Scaliger in Conjectaneis. nam libri fere *& trimatium.* Versus Homeri Il. η. εἰσόκε δαίμων Ἀμφὶ διακρίνῃ, δώῃ δ' ἑτέροισιγε νίκην. Gronovius.

6 *Septimo Iliadis*] Ita legendum, non ut veteres editiones, *secundo.* Expressit enim versum Homeri Il. η.

——— εἰσόκε δαίμων
Ἀμφὶ διακρίνῃ, δώῃδ' ἑτέροισίγε νίκην.

7 *Det*] Vet. Ed. *dat.*

8 *Vincenti*] MS. *vincendi.*

9 *Præpes Victoria*] Celer, alata.

10 *Longe diversius inquit; Quid Brund.*] Varie jactatum istud *Quid.* Nam quum jam Aldus constituisset hunc locum, prout citavi; alii istud hinc ablatum trajecerunt ad superiora, *Quid? cur autem* &c. Quum interim duumviri colligendis Ennii fragmentis incliti etiam ab Ennianis abigerent illud ipsum *quid.* At MS. Lincoln. *sed longe diversius. Quid Brund.* Et certe τὸ *inquit* aut *appellavit* vel simile potest facile satis intelligi, ut videatur Gellii esse *sed longe diversius quid, Brund.* Jac. Gronov.

11 *Præpete portu*] Ad quem facilis & fausta navigatio.

ac tranſlatione verborum, non ſignificatione [12] propria utentibus. Nam quoniam [13] non ipſæ tantùm aves quæ proſperiùs prævolant, ſed etiam loci, quos capiunt, qui idonei feliceſque ſunt, *præpetes* appellantur; idcirco Dædali pennas *præpetes* dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat in loca tutiora pervenerat. *Locos* porrò *præpetes* & augures appellant; & Ennius in [14] annalium primo dixit,

[15] *Præpetibus hilares ſeſe pulchriſque locis dant.*

Avibus autem *præpetibus* contrarias [16] aves *inferas* appellari [17] Nigidius Figulus in libro primo augurii privati ita dicit: *Diſcrepat dextra ſiniſtræ,* [18] *præpes inferæ.* Ex quo eſt conjectare *præpetes* appellatas, quæ altius ſublimiùſque volitent; quum differre à *præpetibus* Nigidius *inferas* dixerit. Adoleſcens ego Romæ, tum quum etiam ad grammaticos itarem, audivi Apollinarem Sulpicium, quem in primis ſectabar, quum de [19] jure augurio quæreretur, & mentio *præpetum avium* facta eſſet, [20] [21] Erucio Claro [22] præfecto urbi dicere; *præpetes* ſibi videri eſſe alites, quas Homerus πανυπτέρυγας appellaverit: quoniam iſtas potiſſimum augures ſpectarent, quæ ingentibus alis patulæ atque porrectæ prævolarent. Atque ibi hos Homeri verſus dixit,

[23] Τύνη

12 *Propria*] Abeſt à Vet. Edit. Sed eſt in MS. Lincoln.

13 *Non ipſæ tantum aves*] Servius ita loquitur ad verſum ſupra poſitum PRÆPETIBUS PENNIS, *vel velocibus, vel felicibus. Præpetes autem dictæ quod priora petant, vel ſummi volatus* (videtur alludere ad τὸ πέτεσθαι, quod volare Græcis denotat) *vel quæ præpetit volatum, vel quæ ſecundum auſpicium facit, & quidam præpetes tradunt non tantum aves dici, ſed etiam locos quos capiunt, quod idonei feliceſque ſunt, unde bene Dædali pennas præpetes, quia de locis, in quibus periculum metuebat, in loca tutiora pervenit.* His ultimis verbis Servius Gellium expreſſit.

14 *Annalium primo*] Ita in vet. Ven. edit. & MS. invenio, in quibuſdam editt. additur, *non ut Virgilius.*

15 *Præpetibus*] Verſus conſtat, vel per cæſuram. Ita Virg. Æneid. 4. *Pectoribus inhians.* vel quod *h* pro litera habeatur. *Thyſ.* Sed Lincoln. ignorat vocem *hilares.*

16 *Aves inferas*] Servius Danielis ad 111. Æneid. *Sed præpetes aut ſuperiora petunt, & præpetes vocantur, aut inferiora, & dicuntur inferæ.* Aves itaque quæ felix præ ſe augurium alte volando ferebant præpetes dictæ. Infelices quoque *inebræ* dictæ, ut teſtatur Servius P. Danielis ab lib. 3. Æneidos. Feſtus: *inebræ aves, quæ in augurio aliquid fieri prohibent. Et prorſus omnia inebra appellantur, quæ tardant vel morantur agentem.*

17 *Nigidius Figulus*] De hoc ita Cicero de univerſ. *Fuit enim*, inquit, *ille tum cæteris artibus, quæ quidem dignæ libero eſſent, ornatus omnibus, tum acer inveſtigator ac diligens earum rerum, quæ à natura involutæ videbantur. Denique ſic judico poſt illos nobiles Pythagoricos, quorum doctrina extincta eſt quodammodo, cum aliquot ſæculis in Italia Siciliaque floruiſſet, hunc extitiſſe qui illam renovarit.* Vide ad 3, 10.

18 *Præpes inferæ*] Vet. Ven. ed. habet, *præpetibus inferæ.* Lincoln. *præpetes.*

19 *Iure augurio*] Ita & alibi locutus eſt. Aliter *augurum.*

20 *Erucio Claro*] Nominatur etiam in Pandectis l. 3. §. 2. de Off. Præf. Vig. Sed is alius ab iſto (fortaſſe ejus proles) qui ſub Antonino vixit, nec urbi ſed vigiliis præfuit. *Lipſ.* Elect. lib. 2 cap. 2.

Erucio Claro] Ita reſtituendum ex ipſo Gellio lib. 13 cap. 16. & Plinii Epiſtolis. In antiquis editionibus legitur *è L. Claro.*

21 *Erucio Claro*] Sic feliciter Lipſius, ex lib. 13, 16. nam *Lucio* (*elucio* Lincoln.) *Claro* codices. Lapidis exſtat titulus à ſacro Pæaniſtarum ordine poſiti. ΣΕΞΤΩΙ. ΕΡΟΥΚΙΩΙ. ΚΛΑΡΩΙ. Β. ΓΝΕΩΙ. ΚΛΑΥ-

23 Τύνη δ' ὀιωνοῖσι πανυπερτάτοισι κελεύεις
Πείθεσθ', τῶν ὅπι μετατρέπομ' ὐδ' ἀλεγίζω[a].

a *Tu vero avibus alas expandentibus jubes Obedire, quas ego minime moror, vel curo.*

ΚΛΑΥΔΙΩΙ. ΣΕΒΗΡΩΙ. ΚΩΣ. quibus annum aperientibus Severum Septimium natum testis Spartianus. *Gronovius.*

22 *Præfecto urbi*] Præfectus urbi, sub regibus & Coss., quando domo profecti, ne urbs sine imperio esset, eam pro tempore moderabatur. Sub Imperatoribus perpetua erat potestas & quicquid criminis intra urbem, vel intra centesimum lapidem admissum erat, ad illum pertinebat. Vide tit. ff. de Offic. Præf. urb. & Tacit. l. 6. Annal.

23 Τύνη δ' ὀιωνοῖσι] Extant hi versus Iliad. μ. v. 257.

CAP. VII.

De Acca Larentia & Caja Tarratia, deque origine sacerdotii fratrum Arvalium.

ACCÆ Larentiæ & Cajæ Tarratiæ, [1] sive illa Fufetia est, nomina in antiquis annalibus celebria sunt; earum alteræ post mortem, Tarratiæ autem vivæ amplissimi honores à populo Romano habiti sunt. Et [2] Tarratiam quidem virginem Vestæ fuisse lex Horatia testis est, quæ super ea ad populum lata, qua lege ei plurimi honores fiunt, inter quos jus quoque testimonii dicendi tribuitur; [3] *testabilisque* una omnium feminarum ut sit datur. [4] Id verbum est ipsius legis Horatiæ. Contrarium est in XII tabulis scriptum. [5] IMPROBVS. INTESTABILIS. Q. ESTO. Præterea [6] si quadraginta annos nata sacerdotio abire ac nubere voluisset, jus ei potestasque exaugurandi atque nubendi facta est, muni-

1 *Sive illa Fufetia est*] Aldus aliique *sive illa Suffetia est*, nec aliter Lincoln. nisi quod verbum abest.

2 *Tarratiam quidem virginem*] Plutarchus in Publicola Tarquiniam appellat, quæ vicinum campo Martio fundum Marti dedicaverit, ideoque magnos illam consecutam honores fuisse, inter quos fuerit testimonii dictio, quam inter mulieres sola obtinuit.

3 *Testabilis*] Idonea ad testimonium dicendum. Alioquin Vestales quoque minorennes, simul atque sacerdotium ingressæ erant, testamentum condere poterant, ut testatur Plutarchus.

4 *Id verbum est ipsius legis Horatiæ*] Sic restituimus Plinio lib. 35, 6. *Non præteribo C. Octavium ob unum Senatusconsulti verbum.* Gronovius.

5 IMPROBUS INTESTABILISQUE ESTO] Turnebus Adv. lib. 38 cap. 14. summotis alienis quibusdam & subditiciis verbis hanc legem ita legi debere arbitratur: *Qui si erit antestatus, libripensve fuerit, non testimonium fateatur, improbus intestabilisque esto.* Nescio unde hæc priora verba textui Turnebus inserat, multo minus, quæ verba summota velit, tanquam subditicia & aliena. Nihil hic suppositicium apparet, omnesque editiones eodem modo se habent. Intestabilis autem ille est, *qui lege jubetur, ne ejus testimonium recipiatur, neve ipsi dicatur testimonium*, ut Cajus JC. loquitur.

6 *Si quadraginta annos*] Quale hoc privilegium, cum per triginta annos Vestales Virgines ministerio tantum sacratæ essent? Audi Dionysium: *tempus tricennale manere eas oportet, castas & à nuptiis vacuas, sacra ex more facientes. Quo tempore decem annos discere debent, decem sacris operari, decem docere.* Eadem alibi divisio in Plutarcho. Atqui Labeo Antistius scripsit, *minorem quam annos sex, majorem quam annos decem natam, capi fas non esse.* Ita Vestales anno trigesimo quarto, vel summum quadragesimo potuerunt nubere. Quonam modo hæc conciliantur? Primis temporibus Virginitas perpetua fuisse videtur. Hinc Livius de Ilia dixit, *perpetua virginitate spem partus ei ademptam.* Neque etiam eadem terminatio annorum Albæ, unde oriundum hoc sacerdotium: quinquaginta enim

munificentiæ & beneficii gratia, [7] quòd campum Tiberinum sive Martium populo Romano condonasset. [8] Sed Acca Larentia corpus in vulgus dabat, pecuniamque emeruerat ex eo quæstu uberem. Ea testamento, ut in Antiatis historia scriptum est, Romulum regem, ut quidam alii tradiderunt, populum Romanum bonis suis hæredem fecit. Ob id meritum [9] à flamine Quirinali sacrificium ei publicè fit: & dies è nomine ejus in fastos additus. Sed Sabinus Massurius in primo Memorialium secutus quosdam historiæ scriptores Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. *Ea*, inquit, *mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit, in illius locum Romulus Accæ Larentiæ sese filium dedit; seque & ceteros ejus filios fratres arvales appellavit. Ex eo tempore* [10] *collegium mansit fratrum arvalium numero duodecim. Cujus sacerdotii insigne est* [11] *spicea corona & albæ infulæ.*

anni destinati: nam quod apud Dionysium πενταετεῖς χρόνον legitur, legendum πεντηκονταετεῖς. vide *Lipsium* de Vestal. c. 5 & 5.

7 *Quod campum Tiberinum sive Martium*] *Pulsis Regibus bona Tarquinii diripienda plebi tradiderunt, domum regiam & atrium solo æquaverunt. Amœnissimam campi Martii partem possidebat Tarquinius, quam Marti consecraverunt*, ut loquitur Plutarchus in Publicola. Vicinum autem illi alium fundum Tarquinia dedicavit. Non itaque Tarratia, vel Tarquinia (quam tamen vocem apud Plutarchum corruptam arbitror) totum campum Martium Populo Romano donavit, si vera sint quæ Plutarchus refert.

8 *Sed Acca Larentia*] Diversa ex variis veteribus vide apud Macrobium lib. 1 Saturn. cap. x.

9 *Flamine Quirinali*] Id est, *Martio*, sicut Plutarchus testatur; Mars enim & Quirinus confunduntur. Flaminis tamen Quirinalis in honorem Romuli à Numa instituti mentio quoque est apud Livium, alios.

10 *Collegium mansit fratrum, &c.*] Quorum officium erat Cereri & Baccho pro vini & segetis ubertate sacra facere. Hinc hostiæ ambarvales, quæ rei divinæ causa ter circum arva ducebantur.

11 *Spicea corona & albæ, &c.*] Quæ Cereri quoque acceptæ. Ovid. l. 4. Fastor.

Tum demum, vultumque Ceres animumque recepit,
Imposuitque suæ spicea serta comæ.

Et mox.

Alba decent Cererem: vestes Cerealibus albas
Sumite: nunc pulli velleris usus abest.

Colores cuique numini proprios enumerat Tertullianus de Pallio. *Infulæ autem sunt*, juxta Festum, *filamenta lanea, quibus sacerdotes, & hostiæ, templaque velabantur.*

CAP. VIII.

[1] *Notata quædam de rege Alexandro & de P. Scipione memoratu digna.*

[2] APPION Græcus homo, qui Plistonices est appellatus, facili atque alacri facundia fuit. Is quum de Alexandri regis laudibus scriberet, Victi, inquit, hostis uxorem facie incluta mulierem [3] vetuit in conspectum suum deduci: ut eam ne oculis suis quidem contingeret.

1 *Notata quædam de Alexandro*] Ita repleviſſe hoc lemma videtur H. Stephanus, quum ab ulterioribus editis duo priora vocabula abessent, idque opinor Stephanum ita egisse ab Regio codice edoctum. Sed cur illum non integre exhibuit? Nam ibi legitur *Notata quædam de rege Alexandro*. Immo sic quoque reddidit Stephanus in ipsa collectione pag. 558. ut inde etiam illic efferant sequutæ editiones. Unde istud sequutus fui, quum non debeant differre. *Jac. Gronov.*

2 *Appion*] Vide supra lib. 5 c. 14.

3 *Vetuit*] Matrem uxorem, & filias in ejus conspectum venisse Q. Curtius & Justinus referunt.

4 *Tem-*

ret. Lepida igitur quæstio agitari potest, utrum videri continentiorem par sit, Publiumne Africanum superiorem, qui, Karthagine ampla civitate in Hispania expugnata, virginem [4] tempestivam, forma egregia, [5] nobilis viri Hispani filiam captam perductamque ad se patri inviolatam reddidit; an regem Alexandrum, qui Darii regis uxorem eamdemque ejusdem sororem prœlio magno captam, quam esse audiebat exsuperanti forma, videre noluit, perducique ad sese prohibuit. Sed hanc utramque declamatiunculam super Alexandro & Scipione celebraverint, quibus abundè & ingenii & otii & verborum est. Nos satis habebimus, quod ex historia est, id dicere; Scipionem istum, verone an falso incertum, [6] fama tamen, quum esset adolescens, haud sincera fuisse, & propemodum constitisse hosce versus à Cn. Nævio poëta in eum scriptos esse;

Etiam qui res magnas manu sæpe gessit gloriose;
Cujus facta viva nunc vigent; qui apud gentes solus
Præstat: eum suus pater cum pallio uno ab amica [7] *abduxit.*

His ego versibus credo adductum Valerium Antiatem adversum cæteros omnes scriptores de Scipionis moribus sensisse; & eam puellam captivam non redditam patri scripsisse, contrà quàm nos suprà diximus, sed retentam à Scipione atque in deliciis amoribusque ab eo usurpatam.

4 *Tempestivam*] Quæ Virgilio *jam matura viro, jam plenis nubilis annis;* qualem quæsitis coloribus Tertullianus delineat; *Huic membra completa sunt, & pudor ubique vestitur, & menses tributa dependunt.* Vide eum in de Virginibus velandis cap. 11. Opponitur huic *virgo acerba* apud eundem & Varronem, qui aiunt: *Noluerunt majores nostri virginis acerbæ aures Veneris verbis imbui.* Phil. Carol.

5 *Nobilis viri Hispani filiam*] *Nobilissimo gentis Indibili desponsam arcessitis parentibus & sponso inviolatam tradidit. Aurum quoque quod pro redemptione puellæ allatum erat, summæ dotis adjecit. Qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus, Celtiberorum animos Romanis applicando, meritis ejus gratiam debitam retulit*, ut loquitur *Val. Max. lib.* 4 *c.* 3. Pro *Hispani*, in MS. citato in antiquo Codice, *Hispaniæ.*

6 *Fama tamen haud sincera*] Immo id tam notum fuit, ut etiam milites ejus sciverint φιλογύνην ὄντα τὸν Πόπλιον, ut loquitur Polybius x, 19. Sed ista fama aut etiam nota in vulgus indoles Scipionis non debuit prodesse Antiati ad id, ut illustrissimo facinori obtrectaret, cujus fidem vel certissimam facit hodieque clypeus argenteus in Rhodano repertus & ab Jac. Sponio publicatus, & inter sculpturas, hoc est, Græcarum manuum artificia, à me additus Thesauro Græcarum Antiquitarum. *Jac. Gronov.*

7 *Abduxit*] In MS. *deduxit.*

CAP. IX.

Locus exemtus ex annalibus L. Pisonis historiæ & orationis lepidissimæ.

QUOD res videbatur memoratu digna, quam fecisse [1] [2] Cn. Flavium Annii

1 *CN. Flavium*] Ita etiam Cicero Ep. ad Att. 6. & Plinius. Livius C. Flavium Cn. filium appellat. Locum corruptum arbitror. Causam hanc, cur ædilis curulis factus fuerit, ita refert Plin. lib. 33. cap. 1. *Hinc namque publicatis diebus fastis, quos populus à paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus est, alioquin libertino patre genitus, & ipse Appii Cæci scriba, cujus hortatu excepsrat*

Annii filium ædilem curulem [3] L. Piso in tertio annali scripsit, eaque res perquam [4] purè & venustè narrata à Pisone: locum istum totum huc ex Pisonis annali [5] transposuimus. *Cn.* inquit, *Flavius patre libertino natus* [6] *scriptum faciebat: isque in eo tempore ædili curuli* [7] *apparebat, quo tempore ædiles subrogantur: eumque* [8] *pro tribu ædilem curulem renunciaverunt. At ædilis, qui comitia habebat,* [9] *negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum ædilem fieri. Cn. Flavius Annii filius dicitur* [10] *tabulas posuisse;* [11] *scriptu sese abdicasse: isque ædilis curulis factus est. Idem Cn. Flavius Annii filius dicitur ad collegam venisse visere ægrotum: &, in conclave post quam introivit, adolescentes ibi complures nobiles sedebant contemnentes eum: assurgere ei nemo voluit. Cnæus Flavius Annii filius ædilis id arrisit. Sellam curulem jussit sibi afferri,* [12] *eam in limine*

ceperat eos dies consultando assidue sagaci ingenio, promulgaveratque ut ædilis curulis crearetur cum Q. Anicio Prænestino, qui paucis ante annis hostis fuisset, & præteritis C. Petilio & Domitio, quorum patres consules fuerant. Additum Flavio, ut simul tribunus plebis esset. Quo facto tanta senatus indignatione exarsit, ut anulos ab eo abjectos fuisse in antiquissimis reperiatur Annalibus. Ita Plinius. Livius innuit non ante ædilitatem, sed in ipsa civile jus repositum in penetralibus pontificum evulgasse, fastosque circa forum in albo proposuisse, ut quando lege agi posset sciretur. Idem scribit summa nobilium invidia concordiæ ædem dicasse. Addit idem, *Tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos & phaleras deponerent.*

2 *Cn. Flavium Annii F.*] Hoc quoque apud Plinium lib. 33, 1, patris prænomen editur. Sed non sine ratione Pighius, *Cn. F.* ut apud Ciceronem & Livium scribitur. Schef. *Anii.* Gronovius.

3 *L. Piso*] Hic est L. Calpurnius Piso, cognomento Frugi, ut Verrina V. Tuscul. III. & Oratione pro Fonteio à Cicerone appellatur: idemque cognomen in nummis reperitur. Passim ejus meminerunt Dionysius Halicarn. Plutarchus, Plinius, Censorinus, Arnobius, Lactantius, Macrobius, alii.

4 *Pure & venuste*] Annales exiliter scriptos fuisse refert Tullius. Gravem tamen auctorem esse scribit Plinius lib. 2. Hist. Nat. cap. 53. simplicissima suavitate & rei & orationis illum usum fuisse scribit Gellius noster lib. 11 cap. 14.

5 *Transposuimus*] In editionibus Cervicorni & Gryphii & Hieronymi de Marnef ita scriptum video: in reliquis *composuimus*, quod erat in MS. Lincoln. *Jac. Gronov.*

6 *Scriptum faciebat*] Id est, scribæ munus exercebat. Ita & Livius sub finem lib. 9. loquitur. Scribæ autem dicti, qui rationes publicas scribebant in tabulis, & mercenarii erant. Ideo dicit Livius, *quum appareret ædilibus, fierique se pro tribu ædilem videret, neque accipi nomen, quod scriptum faceret; tabulam posuisse, & juravisse se scriptum non facturum.*

7 *Apparebat*] Tanquam minister publicus. unde & Apparitores dicti. Cicero pro Cluentio: *Quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quid cæteri, quos apparere vides, volunt?* Viles erant apud Romanos scribæ, & vel servi vel liberti, contra atque apud Græcos, ut C. Nepos in Eumene testatur. Sicuti autem scribæ privati erant & publici, ita hi erant honestioris conditionis. Vide Barth. Adversar. 50. cap. 1.

8 *Pro tribu*] Ita antiquissimæ editiones. Aldina, Badiana, & Gryphiana legunt, *primæ tribus.* Thys. Exemplum par illis quæ contigerunt in Livio 24 7 & 8. tum 26, 22. De his autem verbis vide paterna ad eundem Livium 9, 46. *Jac. Gronov.*

9 *Negat accipere*] Nomen, sive ejus nullam rationem habiturum. Quorum petitio justa legitimaque videbatur, eorum nomina ab eo qui comitiis præerat, accipiebantur, eorumque ratio habebatur: quorum illegitima petitio, eorum nomina non accipiebantur, & licet suffragiis populi renunciarentur, se non admissurum comitii Præses testabatur. Nomen autem Flavii non accipiebatur, quod esset scriba, qui ad majores dignitates aspirare nequibat, ut ostendit Cujacius ad Tit. de Orig. Jur.

10 *Tabulas posuisse*] Putat Barthius tabulas semper in promptu habuisse. *Tabellas* in MS. legitur.

11 *Scriptu sese abdicasse*] Scribæ muneri renunciasse.

12 *Eam in limine apposuit*] Potius *opposuit.* Huic verbo iniquior, quem minime vellem; orta tamen

à li-

mine appoſuit, ne quis illorum exire poſſet: utique ii omnes inviti viderent ſeſe in ſella curuli ſedentem.

à librariis injuria, quorum non tanta fuit hic habenda ratio quam ſententiæ ac rei, quæ agitur. Paſſim enim inculcarunt illi *apponere* & *appoſitus*, ubi *opponere* & *oppoſitus* auctoribus placuerant. Nec difficile diſcrimen. nam ubicumque ſignificatur aliquid objectum, obtentum, adverſum, obſtans, impediens, obvium, ibi *opponere* & *oppoſitus* ſcriptitarunt: ubi vicinum, propinquum, adjacens, additum, ibi *apponere* atque *appoſitus*. Sic, *Menſibus antiquis appoſuitque duos*, item *hoc noſtris appone libellis*, bene habent. At etiam bene, *Oppoſitæ frondes velleraque alba tegunt*, & *frondem cunis oppoſuiſſe*, & *Partibus o. oppoſuiſſe manus*, & *oppoſita texit ſua corpora myrto*, & *oppoſita velatur janua lauro*, & *oppoſita lumina veſte tegit*, & *foliorum oppoſitu p. velatus*, & *ante oculos oppoſuitque manum*: quæ profecto ἀμείνω mihi ὑποψίας, καὶ τοῖς γνησίοις ἐγγεγραπται, quicquid promiſcui codices delirent. Omnia enim hæc objecta, prætenta, obtenta intelligimus, ut prohibeant videri, quod poſt ea latet; non tantum juncta vel contigua. Pariter, *in oppoſita lumina fixus humo*: eſt enim adverſa & objacens oculis. Quemadmodum etiam ſuavius, *in oppoſiti nemoris ſubiere latebras*, opinor, & eſt obvii, oblati. Nam *ſeras opponi*, *oppoſita janua fulta* vel *firma* vel *dura ſera*, & *dempſerat oppoſitas inſidioſa ſeras* ſine contatione recipio, nec quemquam veterum in his *apponi* vel *appoſitas* toleraviſſe cenſeo: atque id ſatis evincere in eadem re aut ſimili frequentata *obex*, *obdere*, *obſerare*, *oppilare*, *obturare*, *obſtruere*. non enim applicatio nuda & conjunctio exprimenda eſt, ſed adjunctio obſtaculi, moræ, impedimenti. Procris etiam meo judicio *oppoſitas agitato corpore frondes Movit*: non enim tantummodo juxta erant, ſed eam quoque operiebant, ut à Cephalo videri non poſſet nec agnoſci. Etiam *oppoſitis vincitur vitibus ulmus*, quas non tantum junctas habet, ſed etiam circumfluentes atque obvolutas. Tale & Nigidii apud auctorem noſtrum 7, 9 *Serpens ſi memordit*, *gallina deligitur & opponitur*. Plautus Vidularia: *Oppoſita eſt claxendix: at ego dicam quid ſigni ſiet*. Varro lib. 4 de L. L. *Ocrea*, *quod opponebatur ob crus*. Bellum vero & hic noſtri *oppoſuit*, ſive januam reſpicias, quam pro fore obſidens claudebat; ſive nobiles adoleſcentes. quorum adverſa imminensque invidos & invitos feriebat oculos. *Gronovius.*

CAP. X.

Hiſtoria [1] ſuper Euclide Socratico; cujus exemplo Taurus philoſophus adhortari adoleſcentes ſuos ſolitus eſt ad philoſophiam gnaviter ſectandam.

[2] PHILOSOPHUS Taurus, vir memoria noſtra in diſciplina Platonica celebratus, cum aliis bonis multis ſalubribuſque exemplis hortabatur ad philoſophiam capeſſendam, tum vel maximè iſta re animos juvenum [3] expergebat, [4] Euclidem quam dicebat Socraticum factitaviſſe.

1 *Super Euclide Socratico*] Regius *Euclidas*. Videtur ingerere: *ſuper Euclida Socratico*. Gronovius. Ibidem legitur *hortari adoleſc. ſuos ſolitus ad philoſophiam naviter ſect.* non *adhortari*, non *gnaviter*, & ſine verbo *eſt*.

2 *Philoſophus Taurus*] Cujus & commentaria in Gorgiam Platonis auctor noſter infra cap. 14. citat. Scripſit idem de differentiis Platonis & Ariſtotelis, de corporeis & incorporeis, & alia complura, teſte Suida.

3 *Expergebat*] Antique dixit, pro expergefaciebat. Exempla in eam rem ex antiquis auctoribus adducit Nonius. Hinc etiam *expergitus* Varro lib. 6. de L. L. Lucretius lib. 3. aliique veteres dixerunt.

4 *Euclidem, &c. Socraticum*] Hujus hiſtoriæ apud Laërtium nulla mentio. Fuit autem Euclides Socratis diſcipulus, & alius à Mathematico, qui floruit temporibus Ptolemæi Lagidæ, & primus matheſin Alexandriæ docuit, ut Proclus Diadochus 2. Commentar. teſtatur, hoc eſt xc. annis poſt Euclidem hunc Megarenſem. Meminit quidem Valerius Maximus lib. 8 c. 12. Platonem quoſdam ad *Euclidem geometram* miſiſſe, ſed mendum ibi latet, & recte. Mitalerius in Ed. ſua reſtituit, *Eudoxum geometram*. Ita legendum oſtendit Plutarchus de Deo Socratis, qui in geometrica quæſtione Eudoxi Cnidii Platonis diſcipuli meminit. Euclidem hunc noſtrum extremæ Socratis diſputationi interfuiſſe Plato in Phædone teſtatur. Hic, cum Megarenſis eſſet,

taviſſe. *Decreto*, inquit, *ſuo Athenienſes caverant, ut*, [5] *qui Megaris civis eſſet, ſi intuliſſe Athenas pedem prehenſus* [6] *eſſet, ut ea res ei homini* [7] *capitalis eſſet. Tanto Athenienſes*, inquit, *odio flagrabant finitimorum hominum Megarenſium. Tum Euclides, qui* [8] *indidem* [9] *Megaris erat, quique* [10] *ante id decretum & eſſe Athenis & audire Socratem conſueverat, poſtquam id decretum ſanxerunt, ſub noctem,* [11] *quum adveſperaſceret, tunica longa muliebri indutus &* [12] *pallio verſicolore amictus, & caput* [13] *rica velatus è domo ſua Megaris Athenas ad Socratem commeabat; ut vel noctis aliquo tempore conſiliorum ſermonumque ejus fieret particeps: rurſuſque ſub lucem milia paſſuum paulo amplius viginti, eadem veſte illa* [14] *tectus redibat. At nunc*, inquit, *videre eſt philoſophos ultro currere, ut doceant, ad fores* [15] *juvenum divitum; eoſque ibi ſedere atque operiri prope ad meridiem, donec diſcipuli* [16] *nocturnum omne vinum edormiant.*

Megaricorum ſectam conſtituit, uti Cic. l. 2. Tuſc. Qu. & Strabo teſtantur lib. 9. Qui & ἐριστικοὶ vocantur. Alii tamen Zenonem Eriſticæ ſectæ faciunt auctorem.

5 *Qui Megaris civis eſſet*] Ita Græci plurali numero appellant. Plinius Megaram vocavit. Ea civitas ſita erat in Hellade poſt Iſthmum ad oram Corinthiaci maris. Vide Stephanum de Urbibus. Pro *Megaris* autem legitur quoque *Megarenſis*.

6 *Eſſet, ea res homini*] Sic Carrio non modo in editione Stephani ſed etiam 1 Emendat. 3. At omnes & editi & ſcripti: *eſſet, ut ea res:* idque mutandum non fuiſſe ad 3, 9, monuimus. Idem ait in membranis extra ordinem correctum ſe reperiſſe, *capital eſſet*. Quæ vereor, ne fuerint Buſlidianæ, unde tales extra ordinem correctiones, interdum non bonas, hominem adſciviſſe ſupra notavimus. Sed & ipſe vulgatam ſe non mutare teſtatur, quum & calamo exarati libri eam defendant nec memineri uſquam legi *eam rem capital eſſe*. Lincol. *prenſus eſſet ut ea res*. Gronovius.

7 *Capitalis*] Carrio in membranis correctum invenit, *capital*.

8 *Indidem*] Ex eodem loco. Ita vett. editt. vulgo *indiem*. Thyſ. Nota elegantem formulam & uſum loquendi. Sic Cicero pro Roſcio: *Servoſne, an liberos? Quos homines? Indidemne Ameria, an boſce ex urbe ſicarios?* Cornelius Nepos in Epaminonda: *Habuit obtrectatorem quendam indidem Thebis*. Philipp. Carolus.

9 *Megaris erat*] Quidam teſte Laërtio illum Γελῶου fuiſſe voluerunt, ex Gela Siciliæ oppido oriundum.

10 *Ante*] Vet. Ed. *etiam ante*.

11 *Quum adveſperaſceret*] Ita melius in membranis legi teſtatur Carrio. vulgo, *priuſquam adveſperaſceret*. Forſan ita legi poteſt, *ſub noctem primam, quum adveſperaſceret*.

12 *Pallio verſicolore*] Tale pallium etiam *recinium* vocatur. Feſtus: *Recinium omne veſtimentum quadratum ii qui duodecim* (ſc. leges) *interpretati ſunt, eſſe dixerunt, vel togam qua mulieres utebantur, prætextam clavo purpureo*. Ricinium igitur pro toga vel pallio erat mulieribus. toga erat rotunda, pallium autem quadratum, ſub quo tunicam geſtabant. Vide *Salmaſ.* ad Hiſtor. Aug. p. 389. & ſeq.

13 *Rica velatus*] Vulgo, *& ora velatus. Rica autem eſt palliolum, ad uſum capitis factum*, ut Feſtus loquitur. *Ricæ* itaque ſunt *parva vicinia* adcaput velandum.

14 *Tectus*] Aliter, *intectus*.

15 *Iuvenum divitum*] Vide Lucianum περὶ τῶ ἐπὶ μισθῷ συνόντων.

16 *Nocturnum omne vinum*] Quia vino madidi nocturno poſt cœnam tempore fuerant.

CAP. XI.

Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, quæ libuit meminiſſe, [1] *ad officium gravitatis dignitatiſque vitæ decentia.*

1 *Ad officium gravitatis dignitatiſque vitæ decentia*] Reg. & Scheſ. *ducentia*. Haud dubie melius. *Gronovius*.

2 *Ve-*

CUM inquinatissimis hominibus non esse convicio decertandum, neque in maledictis adversus impudentes & improbos [2] velitandum, quia tantisper similis & compar eorum fias, dum paria & consimilia dicas atque audias, non minus ex oratione [3] Q. Metelli Numidici sapientis viri cognosci potest, quam ex libris & disciplinis philosophorum. Verba hæc sunt Metelli adversus [4] Cn. Manlium tribunum plebei, à quo apud populum in concione lacessitus jactatusque fuerat dictis petulantibus: *Nunc quod ad illum attinet, Quirites, quoniam se ampliorem putat esse, si se mihi inimicum* [5] *dictitaverit, quem ego mihi neque amicum recipio neque inimicum* [6] *respicio, in eum ego non sum plura dicturus. Nam eum indignissimum arbitror, cui à viris bonis benedicatur; tum ne idoneum quidem, cui à probis maledicatur. Nam si in eo tempore hujuscemodi homunculum nomines, in quo pœnire non possis; majore honore quàm contumelia afficias.*

2 *Velitandum*] In MS. quodam *volutandum*. male.

3 *Q. Metelli Numidici*] Hic est Q. Cæcilius Metellus, vir magni animi, qui in exilium abire maluit, quam in legem Saturnini jurare. De hoc luculente loquuntur Cicero in Orat. post reditum ad Quirites, & in Senatu, pro Cornelio Balbo, pro Sestio, in Pisonem, de Claris oratoribus, & in Epist. ad Lentulum. Epitome Livii 66. Paterculus lib. 1. Auctor de Viris Illustr. cap. 62. (qui illum Smyrnæ exulasse scribit, Livius & Plutarchus, Rhodi) Val. Max. lib. 3 cap. 8. & lib. 4 cap. 1. Orosius lib. 5 cap. 15 & 17. Appianus Bellor. Civ. lib. 1. & Plutarchus in Mario & Lucullo.

4 *Cn. Manlium tribunum plebei*] Lincol. *C. Mallium*. Schef. *C. Manilium*. sed *C. Mamilium* legi suadet Pighius in annalibus a. V. C. 643. *Gronovius.*

5 *Dictitaverit*] Vulgo, *dictaverit*.

6 *Respicio*] Quidam codices non habent hanc vocem.

CAP. XII.

Quòd neque testamentum, *sicuti Servius Sulpicius existimavit; neque* sacellum, *sicuti C. Trebatius, duplicia verba sunt, sed à* testatione *alterum productum,* [1] *alterum à sacro diminutum.*

[2] SERVIUS Sulpicius jureconsultus, vir ætatis suæ doctissimus, in libro [3] de sacris detestandis secundo, qua ratione adductus testamentum

1 *Alterum à sacro diminutum*] Reg. *imminutum*. Gronovius. Sed profecto notabilius est, quod latet ac nescio cur celetur, quum in codice Regio legatur: *sed à testatione productum, alterum à sacro imminutum*, ut vox *alterum* semel modo ab Gellio fuerit positum, ut crebro fecerunt eruditiores ex Latinis, sed quia non intelligebatur hæc illorum dulcedo, hinc frequenter intrusum. Livius 5, 20. *Duæ senatum distinebant sententiæ, senis P. Licinii . . altera Appii Claudii*, ubi Sigonius immittere voluit vocabulum *una* præter MSS. Adde paterna ad 29, 33. *Jac. Gronov.*

2 *Servius Sulpicius*] Vide quæ diximus ad 2, 10.

3 *De sacris detestandis*] Ita in veteribus excusis & calamo exaratis codicibus. Vulgo legebatur, *libro de Testamentis secundo*. Sed quid hic intelligitur per sacra detestanda? Notandum veteri Jure Pontificio contineri, ut sacra privata conserventur, ac deinceps familiis prodantur. Hæredes itaque bonorum, etiam erant sacrorum. Introducti postmodum modi, quibus peractis fraus legi fieret, quibus sacra perimerentur. Id autem fiebat aut per emancipationem per æs & libram adhibito libripende, aut alio genere imaginatiæ venditionis, quæ vocabatur coëmptio, adhibitis senibus coëmptionalibus, qui asse Cajano, hoc est nummo sestertio

mentum verbum esse duplex scripserit, non reperio. Nam compositum esse dixit à mentis contestatione. Quid igitur *calceamentum*, quid *paludamentum*, quid *pavimentum*, quid *vestimentum*, quid alia mille per hujuscemodi formam producta; etiamne ista omnia composita dicemus? Obrepsisse autem videtur Servio, vel si quis alius est qui id prior dixit, falsa quidem, sed non abhorrens, neque inconcinna [4] quasi mentis quædam in hoc vocabulo significatio; sicut hercle [5] C. quoque Trebatio eadem concinnitas obrepsit. Nam in libro [6] de religionibus secundo, *Sacellum est*, inquit, *locus parvus deo sacratus cum ara.* Deinde addit verba hæc: *Sacellum ex duobus verbis arbitror compositum sacri & cellæ; quasi sacra cella.* Hoc quidem scripsit Trebatius: sed quis ignorat *sacellum* & simplex verbum esse, & non ex *sacro* & *cella* copulatum, sed ex *sacro* diminutum?

ter accepto, & rursus reddito hæredem absolverent, ut Cicero pro Murena testatur. aut denique perimebantur sacra detestatione, quæ solemnibus verbis calatis comitiis celebrabantur, ut refert Gellius noster lib. 15 c. 27. *Thys.* Addendus Jac. Gutherius lib. 11 de Jure Pontif. cap. 6. Verum & hic & ille, qui Gellio ista subnexuit, nihil aliud quam Scaligeriana descripserunt ad Festum in voce *Puri*. In Lincoln. erat *sacris discentandis*.

4 *Quasi mentis quædam*] Hanc allusionem tantum esse nemo non videt. Similes allusiones inveniuntur l. 1. in pr. de Acquir. Poss. l. 1. de Novat. l. 3. de Damn. inf. l. 35. §. 1. de Mort. caus. don. l. 2. §. 2. de Reb. cred. Immerito itaque in Justinianum invehitur Valla lib. 6. Eleg. c. 36. Goeddæus in l. Nomen 164. de Verb. sign.

5 *C. quoque Trebatio*] Qui tempore Julii Cæsaris & Augusti floruit, Ciceroni admodum familiaris, ut Epistolæ ejus ad Trebatium, & Topica ostendunt. In Jure Civili suo tempore principatum maximamque auctoritatem obtinuit, ita ut Augustus illum aliosque sapientes de Codicillorum usu consuluerit, ut apparet ex pr. tit. Inst. de Codicillis. Vocatur autem C. Trebatius Testa, diversus à Trebatio Sergiano, cujus mentio est in 2. 5. ff. de Hær. petit.

6 *De Religionibus*] Citatur quoque à Macrob. lib. 1. Sat. cap. 16. & lib. 3 cap. 3. & cap. 5. Atque ad hos libros pertinere quoque videtur l. 14 §. 11. de Relig. & sumpt. fun.

CAP. XIII.

De quæstiunculis apud Taurum philosophum in convivio agitatis, [1] *quæ symposiacæ vocantur.*

FACTITATUM observatumque hoc Athenis est ab iis, qui erant philosopho Tauro junctiores. Quum domum suam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur, immunes & [2] asymboli veniremus, conjectabamus ad cœnulam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. Unusquisque igitur nostrûm commentus paratusque ibat quod quæreret: eratque

1 *Quæ symposiacæ vocantur*] Non male, sed mutandum non erat, quod in Regio est & Schefferiano: *sympoticæ*. Gronovius.

2 *Asymboli*] Qui nihil in commune conferunt. Utitur Terentius in Phormione. Symbola proprie est quando communi sumptu cœnaturi pecuniam conjectant, ut alibi loquitur Gellius. Græcum est συμβολὴ ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν. Symbolum pro annulo, arrha, vel tessera ponitur, ejus qui convivium exhibet. Sed ad alias quascunque tesseras extenditur.

3 *Edun-*

que initium loquendi, [3] edundi finis. Quærebantur autem non gravia nec [4] reverenda, sed ἐνθυμήματα [a] quædam lepida & minuta & florentem vino animum lacessentia. Quale hoc ferme est subtilitatis ludicræ, quod dicam. Quæsitum est, quando [5] moriens moreretur; quum jam in morte esset, an tum etiam quum in vita foret: & quando surgens surgeret; quum jam staret, an tum etiam [6] quum sederet: &, qui artem disceret, quando artifex fieret; quum jam esset, an tum quum etiam non esset. Utrum enim horum dicas, [7] absurdè atque ridiculè dixeris: multoque absurdius esse videbitur, si aut utrumque esse dicas aut neutrum. Sed ea omnia quum captiones esse quidam futiles & inanes dicerent: Nolite, inquit Taurus, hæc quasi nugarum aliquem ludum aspernari. Gravissimi philosophorum super hac re serio quæsiverunt: & alii moriendi verbum atque momentum manente adhuc vita dici atque fieri putaverunt; alii nihil in eo tempore vitæ reliquerunt; totumque illud, quod mori dicitur, morti vindicaverunt. Item de cæteris similibus in diversa tempora & in contrarias sententias discesserunt. Sed Plato, inquit, noster [8] neque vitæ id tempus neque morti dedit; idemque in omni consimilium rerum disceptatione fecit. Vidit quippe utrumque esse pugnans: neque posse ex duobus contrariis, altero manente alterum constitui: quæstionemque fieri per diversorum inter sese finium mortis & vitæ cohærentiam: & idcirco peperit ipse expressitque aliud quoddam novum in confinio tempus, quod verbis propriis atque integris τῷ ἐξαίφνης φύσιν [b] appellavit; idque ipsum ita, uti dico, inquit, in libro cui Parmenides titulus est, scriptum ab eo reperietis: τὸ γὰρ ἐξαίφνης τοιοῦτόν τι ἔοικε σημαίνειν, ὡς ἐξ ἐκείνου μεταβάλλον εἰς ἑκάτερον [c]. [9] Ta-

a *Cogitata, menti obversantia, ratiocinationes.*

b *Repentinam naturam, vel ex occulto venientem.*

c *Nam repentinum tale quid significare videtur, tanquam ex illo trajiciens in alterutrum.*

3 *Edundi*] Ita Ven. editio. vulgo, *eundique.*

4 *Reverenda*] Aliter, *verenda.*

5 *Moriens moreretur*] Eo fit temporis punctо, quod inter mortem & vitam medium est. Vide S. Empir. Pyrrh. Hypot. lib. 3 cap. de Gen. & Cor.

6 *Quum sederet*] Eos qui motum negabant, vel potius nihilo magis esse quam non esse dicebant, solitos hoc quæstionum genere uti discimus ex eo, quod Herophilus medicus Diodoro philosopho dixit, quum luxato humero ad ipsum venisset ut curaretur: *Aut in quo erat loco humerus existens excidit, aut in quo non erat: at neque in quo erat, nec in quo non erat: Non ergo excidit.* Vide *Stephanum in Præfat.*

7 *Absurde atque ridicule dixeris*] Sic apud me primus Aldus. Romana & Veneta cum Regio & Scheff. *ridiculose.* Hen. Stephanus in Pseudocicerone negaverat *ridiculosus* Latine dici. Quod arguit Io. Ladislaus apud Scioppium 4 Verisim. 14. nam in Sticho Plaurina a. 2. sc. 1. *Advexit secum parasitos ridiculosissimos.* Imitatus Rufinus histor. Eccles. 10, 17. *Tunc omnes ridiculosus pudor habere cœpit, quod tam facile, tacente reo, factio compositi criminis patuisset.* Sic enim pro *docente eo* restituit ex MS. Gebhardus. *Gronovius.*

8 *Neque vitæ neque morti*] Quum tamen hujus causa tunc magis vigeat, quam prioris, unde sapienter Florus scribit 1, 6 *Inter Tarquinii mortem*, sive pro mortuo illum habeat, sed qui lateat & celetur,

[9] Tales apud Taurum ſymbolæ, taliaque erant ſecundarum menſarum, ut ipſe dicere ſolitus erat, τραγήματα [a].

a *Bellaria.*

letur, ſive pro vivo etſi lethaliter vulnerato cui fomenta adhibentur vel adhiberi ſimulantur; ut morti magis attribuendum id tempus ſtatuerit. *Jac. Gronov.*

12 *Tales apud Taurum ſymbolæ*] Aliter, *talia Symbola.* male. Symbolum & ſymbolam aliud eſſe ſupra diximus.

CAP. XIV.

Pœniendis peccatis tres eſſe rationes à philoſophis attributas, & quamobrem Plato [1] tantum duarum ex his meminerit.

POENIENDIS peccatis tres eſſe debere cauſas exiſtimatum eſt. Una eſt, quæ [2] νουθεσία, vel κόλασις, vel παραίνεσις dicitur; [3] quum pœna adhibetur caſtigandi atque emendandi gratia, ut is, qui fortuito deliquit, attentior fiat [4] correctiorque: altera eſt, quam ii, qui vocabula iſta curioſiùs diviſerunt, [5] [6] τιμωρίαν appellant. Ea cauſa animadvertendi eſt, quum dignitas auctoritaſque ejus, in quem eſt peccatum, tuenda eſt, ne prætermiſſa animadverſio contemtum ejus pariat & honorem [7] levet: idcircoque id ei vocabulum à conſervatione honoris factum putant. Tertia ratio [8] vindicandi eſt, quæ [9] παράδειγμα à Græcis nomi-

1 *Tantum duarum ex his meminerit*] Auget Regius, *meminerit*, *non trium.* Gronovius. Sed ab eodem vox *tantum* ignoratur.

2 Νουθεσία, *&c.*] Mirum eſt quod autor noſter νουθεσίαν, & παραίνεσιν, quæ vocabula proprie admonitionem & adhortationem denotant, punitioni, quæ κόλασις dicitur, intermiſceat, quum nihilo magis hæc cum illis quicquam commune habeant, quam verba cum verberibus habere dici poſſunt. Vide *Steph. in Præfat.* Eleganter dicitur *Admonitio*, unde & verbum *Admonere* idem valet ac coercere & caſtigare. Sic *admonitio fuſtium* in l. 7 D. de pœnis. Item *admonitio flagrorum* apud Columell. 2, 1. *Phil. Car.*

3 *Cum pœna adhibetur*] Ut remedium, curatio, fomenta. Si quis tamen bonæ fidei codex præferret *inhibetur*, non repugnarem. Vide ad Livium. *Gronovius.*

4 *Correctiorque*] In vet. quoque edit. legitur, *correctior.* forſan *correctus.*

5 Τιμωρίαν *appellant*] Proprie dicitur reſpectu punientis, maxime magiſtratus, κόλασις reſpectu pœnas luentis. A dignitate & conſervatione honoris Gellius dici putat: Sed τιμὴ Græcis non tantum honorem, ſed pœnam, & ultionem quoque denotat. Plato lib. 5. de LL. & in Protagora ac Gorgia κόλασιν & τιμωρίαν confundit. Ariſtoteles autem in Rhetor. ad Theodectem 1. diſtinguit eo modo atque dixi: Διαφέρει δὲ, inquit, τιμωρία καὶ κόλασις ἢ μὲν γὰρ κόλασις πάσχοντος ἕνεκα ἐστὶν· ἡ δὲ τιμωρία τοῦ ποιοῦντος, ἵνα πληρωθῇ. Servius τιμωρίαν ἀπὸ τῆς τιμῆς, id eſt, pretio derivat. Ita Virg. lib. 12. loquitur,

Illum Tydides alio pro talibus auſis
Affecit pretio.

Terentius: *Ego ob ſtultitiam pretium fero.* Τιμὴ utique etiam pro τιμωρίᾳ ponitur. τιμωρία ἀπὸ τοῦ τιμήορος & τιμωρὸς deducitur, quaſi τῆς τιμῆς τοὺς καιροὺς ὁρῶν, id eſt, *pœnæ infligendæ & vindictæ occaſiones obſervans.* Thyſius. Sane quum eam σωματοποιεῖ in Tabula Cebes, nihil tale quod ad dignitatem punientis pertineret, cogitavit, ubi in ea nihil conſideratur, niſi quod ἔχει μάστιγα.

6 *Appellant*] In MS. *appellabant.*

7 *Levet*] Aliter, *Elevet.*

8 *Vindicandi*] Vet. Ed. *Vindictæ.*

9 Παράδειγμα] Quod exempli cauſa publice populo oſtendebatur. Appoſite ex Euſebio philoſopho Stobæus hæc adfert: ἀγνοεῖ δὲ τὸ μέγιστον, ὅτι καὶ ὁ θάνατος αὐτὸς παρὰ τῶν πρώτως δικαιωσάντων, οὐχ ὥστε κακὸν ἐπετιμήθη, ἀλλ' ὡς ἔσχατον, καὶ ἐν φαρμάκου λόγῳ, κατὰ τῶν δυναμένων τῆς κακίας ἐλευθερωθῆναι. ὅκως ἐπειδὴ οὐχ οἷά τε ἦν ἄλλως, τούτῳ γε οὖν τῷ τρόπῳ ἀπολυθέντες τοῦ ἐνταῦθα δεσμοῦ, αὐτῇ πορίσωνται φυγήν. Id eſt, *Ignorat vero quod maximum eſt, quod nec ipſa mors ab iis qui prima jura conſtituerunt, quaſi malum*

nominatur, quum pœnitio propter exemplum eſt neceſſaria, ut cæteri ſimilibus à peccatis, quæ prohiberi publicitus intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur. Idcirco veteres quoque noſtri [10] exempla pro maximis graviſſimiſque pœnis dicebant. Quando igitur aut ſpes magna eſt, ut is, qui peccavit, citra pœnam ipſe ſeſe ultro corrigat: aut ſpes contrà nulla eſt emendari eum poſſe & corrigi: aut jacturam dignitatis, in quam peccatum eſt, metui non neceſſum eſt; aut non id peccatum eſt, [11] cujus exemplo neceſſario metu [12] ſuccurrendum ſit: tum, quicquid ita delictum eſt, non ſanè dignum eſſe imponendæ pœnæ ſtudium viſum eſt. [13] Has tres ulciſcendi rationes & philoſophi alii plurifariam, & noſter Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgiam Platonis compoſuit, ſcriptas reliquit. Plato autem ipſe verbis apertis [14] duas ſolas eſſe pœniendi cauſas dicit: unam, quam primo loco propter corrigendum; alteram, quam in tertio propter exempli metum poſuimus. Verba ſunt hæc Platonis in Gorgia: [15] προσήκει δὲ παντὶ, τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ ἢ βελτίονι γίνεσθαι, καὶ ὀνίνασθαι, ἢ παράδειγμά τι τοῖς ἄλλοις γίνεσθαι, ἵνα ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχοι, φοβούμενοι βελτίους γίνονται [a]. In hiſce verbis, facile intelligas τιμωρίαν Platonem dixiſſe, non ut ſuprà ſcripſi quoſdam dicere, ſed ita ut promiſcuè dici ſolet, pro omni pœnitione. Anne autem quaſi omnino parvam & contemtu dignam præterierit pœnæ ſumendæ cauſam propter tuendam læſi hominis auctoritatem, an magis, quaſi ei, quam dicebat, rei non neceſſariam præ-

a *Convenit autem omnem, qui punitur, ab eo qui recte punit, aut meliorem fieri, atque utilitatem percipere, aut exemplum aliis eſſe, ut alii videntes eum pati, metuentes meliores exiſtant.*

malum aliquod impoſitum, decretumque ſit: ſed ut extremum, & medicinæ loco, adverſus eos qui malitia liberari non poſſent. ut quoniam alia ratio non eſſet, hac via ſaltem, abſoluti vinculis, eam effugerent.

10 *Exempla pro m. g. pœnis*] Præſertim in locutione, qua dixerunt *ſtatuere exemplum*, quo in ſenſu etiam uſurparunt *documentum*, ut monent Obſervationes paternæ libro IV cap. XI. Hoc igitur reſpexit auctor ſcribens 6, 4 *noviſque exemplorum modis excruciatum*. Jac. Gronov.

11 *Cujus exemplo neceſſario metu ſuccurrendum ſit*] Niſi ſcripſit *occurrendum*. Nam *occurritur exemplo*, quod prævenitur, ac prohibetur, ne fiat. Cicero act. 1. *Nunc id, quod facimus, ea ratione facimus, ut malitiæ illorum conſilio noſtro occurramus.* Gronovius.

12 *Succurrendum ſit*] Vett. editt. legunt *ſanciendum ſit*. ſed tum legendum, *exemplum*.

13 *Has tres ulciſcendi rationes*] Seneca lib. 1. de Clem. cap. 22. *Tranſeamus ad alienas injurias: in quibus vindicandis hæc tria lex ſecuta eſt, quæ Princeps quoque ſequi debet: aut ut eum, quem punit, emendet; aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat; aut ut ſublatis malis cæteri ſecuriores vivant.*

14 *Duas ſolas*] Primam etiam Plato in Protagora εὐθύνην appellavit.

15 Προσήκει δὲ παντὶ] Similis locus eſt apud eundem Platonem in Protagora: οὐδεὶς γὰρ κολάζει τοὺς ἀδικοῦντας πρὸς τοῦτο τὸν νοῦν ἔχων, καὶ τούτου ἕνεκα, ὅστις ὥσπερ θηρίον ἀλογίστως τιμωρεῖται. ὁ δὲ μετὰ λόγου ἐπιχειρῶν κολάζειν, οὐ τοῦ παρεληλυθότος ἕνεκα ἀδικήματος τιμωρεῖται, (οὐ γὰρ ἂν τὸ πραχθὲν ἀγένητον θείη) ἀλλὰ τοῦ μέλλοντος χάριν, ἵνα μὴ αὖθις ἀδικήσῃ, μήτε αὐτὸς οὗτος μήτε ἄλλος ὁ τοιοῦτον ἰδὼν κολασθέντα. i. e. *Nemo enim ſapiens injuſte agentes punit, vel ejus cauſæ quod injuſte egerit, qui tanquam bellua ſine ratione punit. Qui autem cum ratione conatur punire, non præteriti criminis cauſa pœnam infligit (neque enim quod factum eſt, infectum reddere poteſt) ſed futuri cauſa,*

prætermiserit, quum de pœnis, non in vita, neque inter homines, sed post vitæ tempus [16] capiendis scriberet, ego [17] in medium relinquo.

causa, ne iterum ipse peccet, neque alius qui illum punitum viderit. Eodem modo de Legibus XI. loquitur. Vide quoque Senecam lib. I. de Ira cap. 15. qui Platonem quoque citat, Eundem de Clem. lib. I c. 22. & Lactant. de Ira Dei c. 18.

16 *Capiendis*] In MS. quodam *capiendum*.

17 *In medium relinquo*] Ita dicunt probati Auctores, *in memoriam habere*, *in potestatem habere*, *in possessionem esse*, ut Terentius, Cicero, & JC. loquuntur.

CAP. XV.

De verbo, quiesco, *an* e *litera corripi an produci debeat.*

AMICUS noster homo multi studii atque in bonarum disciplinarum opere frequens, verbum, [1] *quiescit*, usitatè, *e*, litera correpta dixit. Alter item amicus homo, in doctrinis, [2] quasi in præstigiis, mirificus, communiumque vocum respuens nimis & fastidiens, barbarè eum dixisse opinatus est; quoniam producere debuisset, non corripere. Nam, *quiescit*, ita oportere dici prædicavit, ut *calescit*, *nitescit*, *stupescit*, atque alia hujuscemodi multa. Id etiam addebat, quod, *quies*, *e*, [3] producta, non brevi diceretur. Noster autem, qua est omnium rerum verecunda mediocritate, [4] ne si Ælii quidem, [5] [6] [7] Cincii, & Santræ dicendum ita censuissent, obsecuturum sese fuisse ait contra perpetuam Latinæ linguæ consuetudinem; neque se tam [8] insignitè locuturum, absona inauditaque ut diceret: literas autem super hac re fecit inter exercitia

1 *Quiescit. usitate, e, litera correpta dixit*] Non voluit hoc auctor noster secundam in *quiescit* corripi, quæ positione longa est, vel primam syllabam acui, cum accentus non meminerit, sed hoc tantum, *e*, exiliter sonare. Vocales enim istæ nunc tenuius exiliusque, nunc crassius productiusque ad imitationem Græcorum à Romanis efferebantur. Vide *Vossium* de arte Grammat. p. 61.

2 *Quasi in præstigiis*] Quando manuum celeritate quædam ita esse videntur, quæ non sunt. Præstinguitur itaque & eluditur acies oculorum à præstigiatoribus, qui mirifica ostentant.

3 *Producta*] Vet. ed. *producto*.

4 *Ne si Ælii quidem*] Intelligitur L. Ælius Stilo Præconinus, cujus meminit Gellius lib. 2 cap. 21. lib. 3 cap. 3. lib. 5 cap. 21.

5 *Cincii*] L. Cincii Alimenti meminit quoque Gellius lib. 16 cap. 4. & lib. 2 cap. 9. item Macrobius lib. 1 cap. 12.

6 *Satyri*] Non hic Fauni, ut supra locutus est, antiqui Italiæ populi, intelliguntur. In MS. quodam, *Sanre*, unde *Santræ* legendum, cujus mentio in Terentii vita, quæ Tranquillum non Donatum auctorem habet: item apud Terentium Scaurum in Orthographia, & passim apud Festum, qui & una in *Nuptiarum* verbo nominat tres hosce, quos Gellius conjunxit. Eorundem etiam libro primo, sed locis distinctis, meminit Charisius. Ita *Voss.* de Arte Gramm. lib. 1 c. 5.

7 *Cincii & Satyri*] *Sinnii*, opinor, *& Santræ* voluerunt docti viri. Recte posterius, & juvant hactenus scripti, ut referant *Satire*. Hujus Santræ *de verborum antiquitate* advocat Nonius Marcellus. Festus quoque sæpius ejus & Sosipater & Scaurus meminere. Sed *& Cincius de verbis priscis* Festo compluries memoratur, & nonnunquam ubi & Sinnii Capitonis meminit. Inventus est tamen, qui Satyros interpretaretur deos nemorum in Latio haud aliter ac Faunos celebratos. *Gronovius.*

8 *Insignite*] Vulgo, *insigniter*. Ita & Cicero loquitur lib. 2. de Oratore, & Plautus passim. Gryphius legit *insite*, typographorum, ut puto, errore, pro *inscite*. Notandum tamen *insignite* in pejorem quandoque partem accipi. Ita *insignite* & *insignitus* à Plauto sæpe usurpatur. *Thys.* Tres Gryphianæ mihi præsto sunt; in omnibus video *insignite*, in nulla istud *insite*, quod ignoro qua in editione latens produxerit.

9 *Græ-*

citia quædam ludicra: &, *quiesco*, non esse his simile, quæ suprà posui, nec à *quiete* dictum, sed ab eo *quietem*; [9] Græcæque vocis ἔχον καὶ ἔσχον Ionicè à verbo ἔχω ἴσχω & modum & originem verbum illud habere demonstravit: rationibusque haud sanè frigidis docuit, *quiesco*, *e*, litera longa dici [10] non convenire.

9 *Græcæque vocis*] Ridicula hæc derivatio. *Quiesco* dictum à *quieo*, quod forsan deducitur à κέω, *cubo*, unde κεῖμαι.

10 *Non convenire*] In antiquis Editt. verba seq. capitis extremis his verbis conjunguntur hoc modo: *ut diceret ejusmodi quispiam*, &c. Initium seq. capitis est, *quum in Lycio*, &c. In MSS. *ut diceret* non habebatur. Unde recte conjecit Carrio lib. 2. Em. cap. 8. inchoandum esse sequens caput, hoc modo, *Ejusmodi*, &c. nam aliquotiens nonnulla eorum capitum verba, quæ primore loco debebant collocari, vel capiti proxime præcedenti cohæserunt, vel in aliud longe caput sunt translata, ut ostendit quoque Lipsius in Antiq. lib. 1 cap. 10.

CAP. XVI.

[1] *Notatum verbum*, deprecor, *à poëta Catullo inusitatè quidem, sed aptè positum & propriè, deque ratione ejus verbi, exemplisque veterum scriptorum.*

[2] EJUSMODI quispiam qui tumultuariis & inconditis linguæ exercitationibus ad famam se facundiæ permiserat, neque orationis Latinæ [3] usurpationes veras didicerat, quum [4] in Lycio forte vespera ambularemus, ludo ibi & voluptati nobis fuit. Nam quum esset verbum, *deprecor*, doctiusculè positum in Catulli carmine; quia id ignorabat, frigidissimos versus esse dicebat, [5] omnium quidem meo judicio venustissimos, quos subscripsi:

Lesbia mî dicit semper malè, nec tacet umquam
De me Lesbia: me dispeream nisi amat.
[6 7] *Quo signo? quasi non totidem mox deprecer illi*
Assiduè: verùm dispeream nisi amo.

De-

1 *Notatum verbum*] Ante Carrionem, *Notum verbum*. In Regio utraque vox abest: neque illas magnopere requirimus. *Gronovius*.

2 *Ejusmodi quispiam*] Hæc verba usque ad *quum in Lycio* superiori capiti annexa erant, etiam in antiquis editionibus. Locum hunc ita restituit Carrio.

3 *Usurpationes veras*] Ita in membranis legi testatur Carrio lib. 2 Em. c. 8. In antiquis tamen editionibus legitur, *modos usurpationesve ullas*.

4 *In Lycio*] Gymnasium hoc illustre Athenis fuit, quod Theopompus à Pisistrato, Philochorus à Pericle conditum refert, ut testatur Harpocration. *Lyceum*, & *Lycium* dicitur, ἀπὸ τῦ λυκείου. Forsan ita dictum quod Apollini Lycio sacrum esset.

5 *Omnium quidem meo judic.*] Lincoln. *omnium in eo quidem meo jud.* seu probare libeat, sive ut ortum ex repetitione mala damnare. *Jac. Gronov.*

6 *Quo signo*] In veteribus Gellianis exemplaribus, quorum descriptionem penes se habuit Josephus Scaliger, ita hi versus leguntur. Vulgo legebatur, *Cui ego quasi eadem*.

7 *Quo signo? quasi non totidem*] Sic Jos. Scaliger constituit ex vetustis Gellii exemplaribus, quorum se penes ait esse descriptionem. Prius habebatur: *Cui ego quasi eadem totidem*. Lincoln. & Schef. *Quo signo quas in totidem ea deprecor illam*. Sane τὰς *quas in* mirum non est pro *quasi non* poni. *Totidem ea* subrepsisse videtur pro *totidem mala*. Ut integrum sit:

Quo signo? quasi non totidem mala deprecer illi
Assidue. verum dispeream, nisi amo.

De verbo sic sentio, compositum valere pro simplici, & *deprecor* nihil hic aliud esse quam *precor*:

Deprecor hoc in loco vir bonus ita dictum esse [8] putabat, ut plerumque à vulgo dicitur, quod significat valde precor & oro & supplico; in quo, *de*, præpositio ad augendum & cumulandum valet. Quod si ita esset; frigidi sanè versus forent. Nunc enim contrà omnino est: nam, *de*, præpositio, quoniam est anceps, in uno eodemque verbo diversitatem significationis capit; [9] sic enim, *deprecor*, à Catullo dictum est, quasi detestor, vel exsecror, vel depello, vel abominor. Contrà autem valet, quum Cicero pro P. Sulla ita dicit: *Quàm multorum* [10] *hic vitam à Sulla deprecatus.* Item in dissuasione legis agrariæ: *Si quid deliquero; nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur.* Sed neque solus Catullus ita isto

ut sæpius apud Justinum. Est autem & *precor* ambiguum, ut non tantum *bonæ* & *piæ preces* sunt, sed etiam *malæ*, *iratæ*, *Thyesteæ*, *Oedipodioniæ*. Cicero in Pisonem: *Neque vero ego, si unquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, in quo dii immortales preces meas audiverunt, morbum aut mortem aut cruciatum precarer. Thyestea illa exsecratio est.* Valerius Maximus lib. 4, 3. *Pro monstro eam vocem accepit; continuoque Pyrrho & Samnitibus istam sapientiam deprecatus est.* At in istis, quæ hinc componit Gellius, est equidem aliquid notatu dignum, non idem tamen, quod apud Catullum. Nam *deprecari vitam*, *deprecari se*, quæ proprie sunt precari, ut vivere, ut impunito esse liceat, efferuntur istic cum effectu pro eis, quæ sunt salvum præstare ratis & admissis precibus, deprecatione auferre atque eripere periculo. Dein audacior fit translatio, ut solo eventus intuitu, etiam sine illa precum via, *deprecari* sit periculo alicujus intercedere, periculum avertere ac depellere: sic *servitutem deprecari* alicui, *letum deprecari*, *invidiam deprecari*, *odium & crimen deprecari*. i. ab his omnibus liberare, securum atque inoffensum reddere. Et hoc eo modo, quo, quæ propria sunt oris & sententiæ, ad factum significandum converti. Sic *negare* pro non cedere, *revocare* pro referre aut revincire, *jubere*, *consulere*, *statuere*, pro facere, *excusare*, pro purgare rebus & facto ac talia plurima. Sic pro excusare & purgare accipit ipse noster 7, 3. *Legatosque Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur.* Quod si quis malit *deprecer illam*, ἀπλώσει vetusta, vel, ut *bene Messalam sua quisque ad pocula dicat*, & *maledic illam versibus*, facile concedam. *Gronovius.* Ex his patet pravam fiduciam fuisse Isaaci Vossii, tum juvenis non dubitantis, quin etiam in melioribus Gellii codicibus scriptum inveniatur *quia sunt totidem mea* in notis ad Ignatii Epistolas; tum senis in editione observationum ad Catullum perseverantis in semel admisso illo *quia sunt totidem mea. Deprecor illam Assidue.* Quo nihil aliud evincit, quam ut Catullo impingat indecens ὕστερον πρότερον, quum ista ratio testandi amoris per exsecrationem fuerit causa, cur assidue illam deprecetur, unde antecedere debuit. Inepta est confessio deprecationis assiduæ, ut tunc per adversativam rationem attexas amoris tui declarationem. MSSros clare patet velle *quasi non totidem mea deprecer illam Assidue.*

8 *Putabat*] Vet. ed. *putat.*

9 *Sic enim, deprecor, à Catullo dictum*] *Deprecari* hic significat, amoliri in caput ejus. Nam quum aliquis male imprecaretur, qui audiebat, ἀφοσιούμενος, respondebat: *Quod quidem ætati tuæ atque capiti vertat.* Quicquid igitur imprecabatur Catullo Lesbia, id omne à se in ejus caput imprecabundus amolhebatur. Precari ne sibi accidat, hoc est deprecari proprie. Itaque recte veteres Latini dicebant deprecari à capite & fortunis suis malam rem, aut periculum. ac verbum id Græcis est ἀφοσιόομαι. Conati sunt quidam Gellium super hujus epigrammatis enarratione reprehendere. Sed næ ipsi frustra sunt. Non animadverterunt Catullum totidem verbis eadem convicia in caput Lesbiæ regerere. Itaque id plane est *deprecari à se alicui*, *deprecari à se in aliquem.* Nam nusquam factum, ut *deprecor* simpliciter sit *imprecor.* Neque Lesbia, quæ prima convitiatur Catullo, potest videri proprie deprecari Catullo. Id enim non patitur Latini sermonis castitas. Sed Catullus, qui non vulchæc convitia in se cadere, religione ac superstitione vulgari ea in eam regerit. Idque, ut dixi, palam est deprecari. Ita *Scaliger ad Catullum p.* 109. Carpit tamen immerito Catullum Valla, de quo vide Floridum Sabin. lib. 1. Lect. Succis. cap. 8.

10 *Hic vitam à Sulla*] Lincoln. Schef. Excerpta bibliothecæ publicæ: *vitam sit à Sulla.* Legendum: *quam multorum hic vitam est à Sulla deprecatus.* ut apud ipsum Ciceronem habetur cap. 26. *Gronovius.*

11 *Unum*

isto verbo usus est. Pleni adeò sunt libri veterum similis in hoc verbo significationis, ex quibus [11] unum & alterum, quæ suppetierant, apposui. [12] Q. Ennius in Erechtheo non longè secus dixit quam Catullus:

[13] *Quibus nunc*, inquit, *ærumna mea libertatem paro,*
Quibus servitutem mea miseria deprecor?

[14] significat abigo & amolior, vel prece [15] adhibita, vel quo alio modo. Item Ennius in [16] Cresphonte:

Ego quum meæ vitæ parcam; letum inimico deprecor.

Cicero in libro [17] sexto de republica ita scripsit: *Quod quidem eo fuit majus,* [18] *qui quum causa pari collegæ essent,* [19] *non modò invidia pari non erant, sed etiam Claudii invidiam* [20] *Gracchi caritas deprecabatur.* Hic quoque item non est valde precabatur, sed quasi [21] propulsabat [22] & defendebat invidiam. Quod Græci [23] propinqua significatione ἀποτρέπομαι [a] dicunt. [24] Item pro A. Cæcina [25] consimiliter Cicero verbo isto utitur. *Quid*, inquit, *huic homini facias? nonne concedas interdum ut excusatione* [26] *summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium deprecetur?* item in Verrem actionis secundæ [27] primo; *Nunc verò quid faciat Hortensius? avaritiæne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? an hominem flagitiosissimum, libidinosissimum, nequissimumque defendat?* Sic igitur Catullus eadem se facere dicit, [28] quæ Lesbiam, quòd & malediceret ei palam, respueretque & recusaret detestareturque assiduè; & tamen eam penitus deperiret.

a *Deprecor, depello, removeo veluti petendo.*

11 *Unum & alterum*] Ovidius 1 Tristium 3. *Qui modo de multis unus & alter erant.* Petronius cap. 68. *Aderat interpellanti mercenarius comes, & unus alterque infirmissimus vector.*

12 *Q. Ennius in Erechtheo*] Præter Gellium citant hanc tragœdiam Macrob. lib. 6 c. 4. Festus, Nonius in *Deprecor.*

13 *Quibus nunc, &c.*] Verba sunt Colophoniæ, cum pater Erichthonius ex sortibus pro Atheniensibus sacrificaturus esset. Vide Hyginum fab. CCXXXVIII.

14 *Significat*] In MS. *signat.*

15 *Adhibita*] Vet. ed. *addita.*

16 *Cteśphonte*] Legendum *Cresphonte*, cujus fabulæ aliquoties meminit Nonius, alique. *Thys.* Recte. Sed jam Stephanus ipse, imo & varii ante eum jam ediderant, ut typorum error sit in postremis. Sed aliud magis peculiare in hac fabulæ Ennianæ appellatione notavit Th. Reinesius, quod apud eum vide libro III Var. lect. c. 2. *Jac. Gron.*

17 *Sexto*] Vett. ed. *quinto.*

18 *Qui*] Vet. ed. *quia.*

19 *Non modo invidia*] Citat hæc verba quoque Nonius in *deprecor.*

20 *Gracchi caritas*] Uterque & Tib. & C. Gracchus accepti fuere populo ob agrarias leges. Sed uterque postmodum occisus.

21 *Propulsabat invidiam*] Rom. & Ven. *propulsabat & defendebat invidiam.* Aldus, Vascos. Gryp. *propulsabat & defensabat injuriam*, quod Scheff. & Lincoln. affirmant. *Gronovius.*

22 *Et defendebat*] In quodam MS. hæc absunt.

23 *Propinqua*] In MS. *propria.*

24 *Item pro A. Licinio*] Schef. *paulo cēna.* Lincoln. *paulo cenua.* Scribe *pro A. Cæcina.* nam in ea oratione cap. 11 exstant hæc verba. *Gronovius.*

25 *Consimiliter*] Vet. ed. *similiter.*

26 *Summæ*] Ita Vet. ed. A quibusdam editt. abest.

27 *Primo*] Vet. ed. *proœmio.*

28 *Quærens veniam quod & malediceret*] Schef. *que res qui & malediceret.* Lincol. *quæ res viam q. & maled.* Demonstrant opinor: *Sic igitur Catullus eadem se facere dicit, quæ Lesbiam, qui & malediceret ei palam* &c. *Gronovius.*

CAP. XVII.

Quis omnium primus libros publicè præbuerit legendos; quantusque numerus fuerit Athenis ante clades Persicas librorum in bibliothecis publicorum.

LIBROS Athenis disciplinarum liberalium publicè ad legendum præbendos primus posuisse dicitur [1] Pisistratus tyrannus: deinceps studiosius accuratiusque ipsi Athenienses auxerunt: sed omnem illam postea librorum copiam Xerxes Athenarum potitus, [2] urbe ipsa [3] præter arcem incensa abstulit asportavitque in Persas. Hos porrò libros universos multis post tempestatibus [4] Seleucus rex, qui Nicanor appellatus est, referendos Athenas curavit. Ingens postea numerus librorum in Ægypto [5] à Ptolemæis regibus vel conquisitus vel [6] confectus est ad milia fermè voluminum septingenta: sed ea omnia [7] bello priore Alexandrino, [8] dum diripitur ea civitas, non spontè neque [9] opera consulta, sed à militibus forte auxiliariis [10] incensa sunt.

1 *Pisistratus*] Athenienſium tyrannus, ingenio & facundia pollens, quique ſtudia literarum plurimum fovit, & dignus, cujus vitam peculiari induſtria proponeret Cl. Meurſius, ubi ne hoc quidem Gellianum remiſſe præterivit.

2 *Urbe ipſa*] Deſerta nimirum & vacua civitate. Infirmos tamen affectæque ætatis multos relictos fuiſſe ſcribit Plutarchus. Ab iis qui armis inepti eſſent, arcem ligno munitam, ut oraculo ſatisfacerent, tradit Pauſanias in Atticis. Cui & Herodotus aſtipulatur, paupereſque relictos affirmat.

3 *Præter, &c.*] Herodotus tamen l. 8. magno molimine obſeſſam incenſamque fuiſſe teſtatur, cujus verba apud ipſum legi debent.

4 *Seleucus rex*] De quo vide Appianum in Syriacis.

5 *A Ptolemæis regibus*] Audi Vitruvium in Præfatione lib. 7. *Reges Attalici magnis Philologiæ dulcedinibus inducti cum egregiam Bibliothecam Pergami ad communem delectationem inſtituiſſent, tunc item Ptolemæus* (Philadelphus) *infinito zelo cupiditatiſque incitatus ſtudio, non minoribus induſtriis ad eundem modum contenderat Alexandriæ comparare.* Magnam quoque in libris comparandis inter illos reges fuiſſe contentionem affirmat Galenus in lib. Hippocr. de Natura Humana. Vicit tamen Ptolemæus. Nam in Pergamenſi Bibliotheca fuere ducenta librorum millia, ut teſtatur Plutarchus in vita M. Antonii: in Alexandrina autem Bibliotheca ſeptingenta ferme millia fuere juxta Gellium noſtrum & Ammianum, juxta Joſephum quingenta, quadringenta juxta Senecam. Meminerunt quoque ejus Euſebius lib. 8. de Præpar. Euang. Ammianus lib. 22. Epiphanius in lib. de Ponder. duas ait publicas fuiſſe Alexandriæ bibliothecas, primam in Bruchio, à Ptolemæo Philadelpho conſtructam, ſecundam longo poſt tempore ædificatam fuiſſe in Serapeo, quæ & prioris ſoror dicebatur. In hac Bibliotheca, cui Philadelphi tempore præfectus erat Demetrius Phalereus, variarum gentium libri, vel ſua lingua vel converſi continebantur, ſicuti vetus teſtamentum à 70. interpretibus Ptolemæo auctore tranſlatum fuit in linguam Græcam. Primus igitur Ptolemæus Philadelphus bibliothecam hanc erexit, auxere admodum ſequentes reges.

6 *Confectus*] Comparatus.

7 *Bello priore Alexandrino*] Bello civili Pompejano, cum Cæſar in ipſa Urbe Alexandria bellum cum incolis gereret, & tuitionis ſuæ cauſa ignem in naves miſiſſet, qui vicina navalibus ipſamque bibliothecam corripuit.

8 *Dum diripitur ea civitas*] Hoc apud Dionem & Plutarchum non habetur.

9 *Opera conſulta*] Ex induſtria.

10 *Incenſa ſunt*] Periere juxta Senecam quadringenta millia librorum. Forſan igitur non tota Bibliotheca conflagravit, vel cum duæ fuerint, una tantum. Periit Olympiade CLXXXII. cum vix CCXXIV. annos ſtetiſſet.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER SEPTIMUS.

CAPUT I.

[1] *Admiranda quædam de P. Africano superiore ex annalibus sumta.*

[2] QUOD de Olympiade, Philippi regis uxore, Alexandri matre, in historia Græca scriptum est; idem de P. Scipionis quoque matre, qui prior Africanus appellatus est, memoriæ datum est. Nam & [3] C. Oppius & [4] Julius Higinus, aliique, qui de vita & rebus Africani scripserunt, matrem ejus diu sterilem existimatam [5] tradunt; Publium quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos desperavisse. Postea in cubiculo [6] atque in lecto [7] mulieris, quum absente marito cubans sola obdormisset, visum repente juxta eam cubare [8] ingentem anguem; eumque, iis qui viderant territis & clamantibus, [9] elapsum inveniri non quisse: idipsum P. Scipionem ad haruspices retulisse: eos, sacrificio facto, respondisse [10] fore ut liberi [11] generentur: neque multis diebus [12] postquàm ille anguis in lecto

1 *Admiranda quædam de P.*] Regius ignorat τὸ *quædam*. Gronovius.

2 *Quod de Olympiade*] Idem referunt Plutarchus in vita Alexandri & Justinus lib. 9.

3 *C. Oppius*] Qui vitas illustrium virorum scripsisse videtur. Plutarchus citat eum de vita Pompeji; vitam Marii Plin. lib. 11. Hist. Nat. c. 45. Eundem de vitâ Cassii citat Charisius.

4 *Julius Higinus*] Vide supra 1, 14. *Thys.* Itaque declarat G. I. Vossius se non dubitare, quin ex eodem opere de vita rebusque illustrium virorum sint, quæ Gellius nunc ex Higino inter alios referre se dicit.

5 *Tradunt*] In MS. quodam, *cedunt*.

6 *Atque in lecto, cum absente marito cubans sola obdormisset*] Editi scriprique *in lecto mulieris*; quod cur truncarint Carrio aut Stephanus, ipsi rationem reddant. Dein Reg. & Rot. *sola condormisset*, verbo Plautino & minus vulgato: ideo mutandum fuit. Milite 3, 2. *qui libitum est illi condormiscere?* Rudente 2, 7. *da mihi aliquid, ubi condormiscam, loci.* Sc. *Istic, ubi vis, condormisce.* Mostellaria 2, 2, *Abimus omnes cubitum, condormivimus.* Tum Reg. & Rott. *visum repente esse juxta eam.* Gronovius.

7 *Mulieris*] Quædam edit. non habent hanc vocem.

8 *Ingentem anguem*] Ab Ægyptiis, Phœnicibus, Græcis, Romanis numinis vice serpens cultus fuit. An à primo impostore Adami & Evæ? Certe in antiquis Græcorum mysteriis acclamatum εὐοῖ, & simul monstratus serpens. Meminere Hesychius, Clemens in Protreptico, Plutarchus Alexandro, Chalcidius ad Timæum.

9 *Elapsum inveniri nequisse*] Scripti editique ante Stephanum, *non quisse*. idque potius interdum visum antiquis monuimus ad Plinium. *Gronovius.*

10 *Fore ut liberi generentur*] Sic Carrio: neo mihi excidit Lucretii, *extra corpus durare genique*. Sed Reg. Rot. & quicquid est nostrum, *gigenerentur*. Idem.

11 *Generentur*] Vett. ed. *gigenerentur*.

12 *Postquam*] Vet. edit. *posteaquam*.

lecto visus est, [13] [14] [15] mulierem cœpisse concepti fetus signa atque sensum pati: exinde [16] mense decimo peperisse; natumque esse hunc [17] P. Scipionem Africanum, qui Hannibalem & Karthaginienses in Africa bello Pœnico secundo vicit. Sed & eum [18] impendio magis ex rebus gestis quàm ex illo ostento virum esse virtutis divinæ creditum est. Id etiam dicere haud piget, quod idem illi, quos suprà nominavi, [19] literis mandaverint Scipionem hunc Africanum solitavisse noctis extremo, prius quam [20] dilucularet, in Capitolium ventitare, ac jubere aperiri [21] cellam Iovis, atque ibi solum diu demorari quasi consultantem de republica cum Iove; [22] ædituosque ejus templi sæpe esse demiratos, quòd solùm id temporis in Capitolium ingredientem canes semper in alios sævientes neque [23] latrarent eum neque incurrerent. Has vulgi de Scipione opiniones confirmare atque approbare videbantur dicta factaque ejus pleraque [24] admiranda. Ex quibus est unum hujuscemodi. [25] Assidebat oppugnabatque [26] oppidum in Hispania, [27] situ, mœnibus, defensoribus validum & mœnitum, re etiam cibaria copiosum: nullaque ejus potiundi spes erat, & quodam die jus in castris sedens dicebat: atque ex eo loco [28] id oppidum procul videbatur. Tum è militibus, qui in jure apud eum stabant, interrogavit quispiam ex more in quem diem locumque [29] vadimonium promitti juberet. & Scipio manum ad ipsam oppi-

13 *Cœpisse*] Vet. edit. & MS. *concepisse*.

14 *Mulierem concepisse; concepti fœtus signa &c.*] Lege absque interpunctione: *mulierem cœpisse concepti fœtus signa atque sensum pati*. Et sensus hujus loci integer erit, qui alioquin hæret. *Lambecius*.

15 *Mulierem concepisse: concepti fœtus*] Reg. & Rot. *mulierem cepisse* Indicant nimirum: *mulierem cœpisse concepti fœtus signa atque sensum pati*. quod nec fugit Lambecium. *Gronovius*.

16 *Mense decimo*] Nono impleto.

17 *P. Scipionem Africanum*] Cognomen medium nec in Regio nec in Lincoln. animadverti, sed tantum *hunc P. Africanum*. Jac. Gronov.

18 *Impendio*] Supra modum, impense.

19 *Literis mandaverint*] Auctor de Viris Illustr. *P. Scipio ex virtutibus cognominatus Africanus, Iovis filius creditus: nam antequam conciperetur serpens in lecto matris ejus apparuit. Et ipsi parvulo draco circumfusus nihil nocuit. In Capitolium intempesta nocte eunti, nunquam canes allatrarunt. Nec hic quicquam prius cœpit, quam in cella Iovis diutissime sedisset, quasi divinam mentem occepisset*. Vide & Livium lib. 26. & Plutarchum in Scipione.

20 *Dilucularet*] Diluculum appeteret. Ita auctor noster locutus quoque est lib. 2 c. 19.

21 *Cellam Iovis*] Quam singulatim describere conatus fuit Justus Ryquius in libell. docto de Capitolio Romano.

22 *Ædituos ejus templi*] Reg. & Rott. *ædituosque*. de quo ipse disputat parum accurate 12, 10. Non enim *ædituus* dictum ut *finitimus*, *legitimus*, nec ex *ædituus* κατὰ συγκοπὴν extrita litera M factum est *ædituus*, ut volunt Etymologicon scriptores, sed quum esset formatum *ædituus* ab æde tuenda, εὐφωνίας χάριν litera *M* interposita. Id mihi satis probat ipsum Lucretii *ædituentes*. Gronovius.

23 *Latrarent eum*] Forsan, *inleum*. Thys. At Ovidius dixit *latrare alicui* in libro 11 de Tristibus, unde excitatus Heinsius etiam in libr. 11 Amorum eleg. 19 à verbis, *quid latrent nocte silente canes?* non potuit abstinere conjecturam, qua pro prima voce supponit *cui*.

24 *Admiranda*] MS. *ammiranda*.

25 *Assidebat*] Obsidebat, vel prope urbem castra posuerat.

26 *Oppidum in Hispania*] Cujus nomen Badium fuisse testatur Valerius Maximus.

27 *Situ*] MS. *situm*.

28 *Id oppidum procul videbatur*] Rot. & Reg. *visebatur*. Gronovius.

29 *Vadimonium*] Sponsionem se sistendi in judicio constituto die.

30 *Va-*

oppidi, quod obsidebatur, arcem protendens, Perendie, inquit, sese sistant illo in loco: atque ita factum. Die tertio, in quem [30] vadari jusserat, oppidum captum est: [31] eodemque die in arce ejus oppidi jus dixit.

30 *Vadari jusserat*] Vadimonium statui & promitti.

31 *Eodemque die*] Lincoln. *eodemque eo die.*

CAP. II.

De Cæsellii Vindicis pudendo errore; quem offendimus in libris ejus, quos inscripsit Antiquarum Lectionum.

TURPE erratum offendimus in illis celebratissimis commentariis Lectionum antiquarum [1] Cæsellii Vindicis, hominis Herclè [2] pleraque haud indiligentis. Quod erratum multos fugit, quamquam multa in Cæsellio reprehendendo etiam per calumnias rimarentur. Scripsit autem Cæsellius Q. [3 4] Ennium in tertiodecimo annali, *cor*, dixisse masculino genere. Verba Cæsellii subjecta sunt: *Masculino genere*, cor, *ut multa alia enunciavit Ennius. Nam in tertiodecimo annali, quem cor, dixit.* Adscripsit deinde [5] versus Ennii duo:

Hannibal audaci [6 7 8] *cum pectore dehortatur*
Ne bellum faciam: [9] *quem credidit esse meum cor?*

Antiochus est, qui hoc dicit, Asiæ rex. Is admiratur & permovetur, quòd Hannibal Karthaginiensis [10] bellum se facere populo Romano volentem dehortetur. Hos autem versus Cæsellius sic accepit, tamquam si Antiochus sic dicat: Hannibal me, ne bellum geram, dehortatur. Quod

1 *Cæsellii Vindicis*] De quo alibi diximus lib. 3 c. 16.

2 *Pleraque*] Notus Græcismus. τὰ πολλὰ, intelligitur κατὰ.

3 *Tertiodecimo*] Aliter *in* XII. & ita in MS. quodam.

4 *Ennium in tertio decimo libro annalium*] Reg. & Rot. *in* XIII *annali cor dixisse.* perinde ut mox in verbis Cæsellii, ubi admisit Carrio. *Gronovius.* Id Salmasius exponebat *in tredecimo annali.*

5 *Versus Ennii duos*] Reg. & Rot. *duo.* Recte atque antique. Vide ad Livii lib. 35 cap. 21. *Idem.*

6 *Cum*] Ver. edit. *dum.*

7 *Dehortatur*] Nonius legit *de me hortatur*, id est, *me dehortatur*; & ita quoque habent MS. codices Nonii, tmesi figura, quæ Lucilio ita erat familiaris, ut Ausonius Epistola ad Theonem illi domesticam esse dixerit.

8 *Cum pectore dehortatur*] Scribendum utrobique *dum pectore de me hortatur*, docuit primus Jacobus Schegkius. Et posteriore loco sic omnino exhibent Regius & Rottendorfianus. *Gronovius.*

9 *Quem credidit esse meum cor?*] Ita & Nonius cum Cæsellio judicat.

10 *Bellum se facere, &c. volentem dehortetur*] Auctor fuerat Hannibal non in Græcia sed in Italia sedem belli ponere, quippe Romanos vinci non nisi suis armis posse. Vide Justinum lib. 31 c. 5. Ita quoque Livius lib. 34 c. 59. *Sententia Hannibalis una atque eadem semper erat, ut in Italia bellum gereretur. Italiam & commeatus & militem præbituram externo hosti. Si nihil ibi moveatur, liceatque populo Romano viribus & copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere, neque regem neque gentem ullam parem Romanis fore.* De colloquiis Antiochi cum Hannibale & de bello Romanis inferendo, legendus quoque Polybius & Appianus.

11 *Æqua-*

Quod quum facit, [11] æquale cor putat habere me ei. quàm ſtultum eſſe me credit, quum id mihi perſuadere vult? hoc Cæſellius quidem, ſed aliud longè Ennius. Nam tres verſus ſunt, non duo, [12] ad hanc Ennii ſententiam pertinentes. Ex quibus tertium verſum Cæſellius non reſpexit:

Hannibal audaci cum pectore de me hortatur,
Ne bellum faciam: quem credidit eſſe meum cor
Suaſorem ſummum & ſtudioſum robore belli.

Horum verſuum ſenſus atque ordo ſic opinor eſt: Hannibal ille audentiſſimus atque fortiſſimus, quem ego credidi [13] (hoc enim eſt, [14] *cor meum credidit:* [15] proinde atque diceret, quem ego ſtultus homo credidi) fore ſummum ſuaſorem ad bellandum, is me dehortatur, diſſuadetque ne bellum faciam. Cæſellius autem forte [16] ῥαθυμότερον ῥαφῇ[a] iſta verborum captus *quem cor* dictum putavit, & *quem* [17] accentu acuto legit, [18] quaſi ad cor referatur, non ad Hannibalem. Sed non fugit me, ſi aliquis ſit [19] tam inconditus, ſic poſſe defendi *cor* Cæſellii maſculinum, ut videatur tertius verſus ſeparatim atque diviſè legendus. Proinde quaſi præciſis interruptiſque verbis exclamet Antiochus; *ſuaſorem ſummum!* ſed non dignum eſt eis, qui hoc dixerint, reſponderi.

a *Negligentius junctura iſta verborum captus.*

11 *Æqualem cor putat habere me ei*] Carrionium eſt *æqualem*. quaſi ſenſum, quem Cæſellius Ennii eſſe putavit, non poſſet exprimere Gellius, niſi & cum Cæſellio ſolœciſmum faceret. Omnes *æquale*. Scribo: *ecquale cor putat habere me? & quam ſtultum eſſe credit?* Scribendum eſſe *&* pro *ei* vidit & Phil. Rubenius. *Gronovius.*

12 *Ad hanc Ennii ſent.*] Reg. *ad hanccennii*. Leg. *ad hancce Ennii ſent.*

13 *Hoc enim eſt*] Reg. & Lincoln. *hoc eſt enim.*

14 *Cor meum credidit*] Id eſt, ego credidi. ſimili modo & Græci & Latini loquuntur, ἐς Πριάμοιο vis *Priami*, pro Priamo. Ita Horatius *Virtus Scipiadæ & mitis ſapientia Lælî* pro Scipiade, & Lælio. Ita *Error Vlyſſis* pro ipſo Ulyſſe apud eundem. Atque ita in aliis. *Thyſ.* Alludere ad hæc verba videtur Perſius Sat. 6. *Cor jubet hoc Ennî.*

15 *Proinde*] Vet. ed. *perinde.*

16 ῥαθυμότερον ῥαφῇ *iſta verborum*] Sic primus Aldus. MSS. *rathimoteron junctura iſta*: alii *rhathimoteron id eſt junctura iſta*. Ro. & Veneta: ῥαθυμώτερον *i. deſidioſius* ῥαφῇ i. *junctura iſta*. Bene opinor Aldus. *Gronovius.*

17 *Accentu acuto*] Ita pronunciabant in interrogationibus, in relativis utebantur gravi.

18 *Quaſi ad cor referatur*] Scribe cum melioribus, *referretur*. Schef. *refertur*. Gronovius.

19 *Tam inconditus*] Regius ſimul & Lincoln. *increditus*, pro *ineruditus*, ut ſeq. cap. *inerudite & ἀναγώγως*. Quin & ſtatim uterque *quaſi depræciſis*,

CAP. III.

[1] *Quid Tullius Tiro Ciceronis libertus reprehenderit in M. Catonis oratione, quam pro Rhodienſibus in ſenatu dixit; & quid ad ea, quæ reprehenderat, reſponderimus.*

1 *Quod Tullius Tiro*] Reg. *Quod Tiro Tullius.* Ut hoc ipſo capite. *Tiro autem Tullius M. Ciceronis libertus.* Et inferius: *His argumentis Tiro Tullius.* Et amaſſe ſic cognomen interdum nomini præponere notavimus alibi. *Gronovius.*

2 *Civi-*

[2] CIVITAS Rhodienſis & inſulæ oportunitate [3] & operum nobilitate & [4] navigandi ſollertia navalibuſque victoriis celebrata eſt. [5] Ea Rhodienſis civitas, quum amica atque ſocia populi Romani foret, [6] Perſa tamen Philippi filio Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano fuit, amico uſa eſt: connixique ſunt Rhodienſes [7] legationibus Romam ſæpe miſſis, id bellum inter eos componere. Sed, ubi iſta pacificatio [8] perpetrari nequivit, verba à pleriſque Rhodienſibus in concionibus eorum ad populum facta ſunt, ut, ſi pax non fieret, Rhodienſes regem adverſus populum Romanum adjutarent. Sed nullum ſuper ea re publicum decretum factum eſt. At ubi Perſes victus captuſque eſt, Rhodienſes pertimuere ob ea, quæ compluriens in cœtibus populi acta dictaque erant: legatoſque Romam miſerunt, qui temeritatem quorundam popularium ſuorum deprecarentur, & fidem conſiliumque publicum expurgarent. Legati poſtquam Romam venerunt, & in ſenatum intromiſſi ſunt, verbiſque [9] ſuppliciter pro cauſa ſua factis [10] è curia exceſſerunt, ſententiæ rogari cœptæ; quumque [11] partim ſenatorum de Rho-

2 *Civitas Rhodienſis*] Strabo lib. 14. dicit hanc urbem portubus, viis, muris, & reliqua ſtructura tantum antecellere alias, ut nullam ei æqualem nedum præſtantiorem dicere poſſimus. Locus hic dignus adſcribi. Θαυμαϛὴ δὲ καὶ ἡ εὐνομία, καὶ ἡ ἐπιμέλεια πρὸς τε τὴν ἄλλην πολιτείαν, καὶ τὰ ναυτικὰ, ἀφ' ἧς ἐθαλαϛοκράτησε πολὺν χρόνον καὶ τὰ ληϊήρια καθεῖλεν, καὶ Ῥωμαίοις ἐγένετο φίλη, καὶ τῶ βασιλέων τοῖς φιλορωμαίοις τε καὶ φιλέλλησιν, ἀφ' ὧν αὐτονομίϛ διετέλεσε, καὶ πολλοῖς ἀναθήμαϛιν ἐκοσμήθη, id eſt, *Admiranda vero etiam eſt præclara legum conſtitutio, diligenſque cura tum reliquarum Reip. partium, tum maxime rerum navalium, quo factum, ut multo tempore mari dominata ſit, ac prædones ſuſtulerit, & Romanorum, regumque qui cum Romanis & Græcis amicitiam coluere, fuerit amica: quorum gratia & manſit libera, & multis donariis ornari meruit.*

3 *Et operum nobilitate*] Scheſ. *notabilitate*. Reg. & Rot. *nobilitatibus*. Nec juſtius numero ſunt offenſi, quam apud L. Senecam ad Polybium c. 36. *Gronov.*

4 *Et navigandi ſollertia*] Hinc & leges nauticæ Rhodiorum fuere celeberrimæ, adeò quidem ut leges nauticæ apud JC. Romanos Rhodiæ appellentur. Vide tit. Dig. ad L. Rhodiam de jactu. Et Baſil. lib. 53 tit. 8. Harmenopulus legum nauticarum, quæ non interciderunt, veteſtiſſimas appellat, atque à Tiberii uſque tempore in mores Romanorum receptas fuiſſe.

5 *Ea Rhodienſis civitas*] Scio lib. 9, 13. *Ei Manlio cognomentum factum* Reg. & Rot. *Ea civitas*, abſque voce media. *Gronovius.*

6 *Perſa tunc Philippi filio*] Reg. & Rot. & quædam editiones *Perſa tamen*. Recte: nam τὸ *cum* interdum ea vi ponitur, qua *Quamvis, Etſi*. Cicero lib. 4. in Verr. *Cum omnia illa victoria ſua profana feciſſet, tamen religione impeditus non attigit*. Lib. 1 famil. ep. 9. *Qui cum illa ſentirent in republica, quæ ego, me tamen non ſatisfacere Pompejo gaudere ſe ajebant*. Idem.

7 *Legationibus Romam ſæpe miſſis*] Satis ſuperbe legatione uſi. Dicebant enim ſe ad Regem etiam legatos miſiſſe: per quos ſtetiſſet, quo minus belli finis fieret, adverſus eos, quid ſibi faciendum eſſet, Rhodios conſideraturos eſſe, ut teſtatur Liv. lib. 44 c. 14. Indecoræ erant illæ minæ. Quinetiam Perſeo Regi addictiores eſſe videbantur, immemores beneficii Romanorum, quando devicto Antiocho Syriæ Rege Lyciam & Cariam uſque ad Mæandrum fl. præter Telmeſſum Rhodiis dederant, ut idem teſtatur Livius.

8 *Perpetrari*] Forſan, *impetrari*.

9 *Suppliciter*] In quodam MS. *ſimpliciter*.

10 *E curia*] Idem MS. *ſecuri*. Thyſ. Equidem ita etiam Regius; ſed ſimul ſcire oportet in eo exſtare *facti ſecuri*. Unde apparet origo literæ unius *s*, & pravitas evincitur eorum, qui eam duplicarunt, & qui *de curia* ediderunt. Certiſſimum eſt, quod editur, cujus reſtituti laus debetur Malaſpinæ in notis ad Ciceronis epiſtolas ad Atticum 1, 1. *Jac. Gron.*

11 *Partim ſenatorum*] Pro *pars ſenatorum*. Elegans locutio. *Thyſ.* Ne ipſe quidem Gellius ſic appellat; ſed qua ratione dici potuerit, declarat 10, 13. Nunc autem menti Gellii obhæſit imitatio Catonis, ex quo mox producit *an partim eorum fuerint*.

Rhodienſibus quererentur, maleque eos animatos fuiſſe dicerent, [12] bellumque eò illis faciundum cenſerent: tum M. Cato exſurgit; & optimos fidiſſimoſque ſocios, quorum opibus diripiendis poſſidendiſque non pauci ex ſummatibus viris [13 14] intenti infeſtique erant, defenſum conſervatumque pergit: orationemque inclutam dicit, quæ & ſeorſum fertur, inſcriptaque eſt pro Rhodienſibus, [15 16] & in quintæ Originis libro ſcripta eſt. [17] Tiro autem Tullius M. Ciceronis libertus ſanè quidem fuit ingenio homo eleganti, & haud quaquam rerum literarumque veterum indoctus: eoque ab ineunte ætate liberaliter inſtituto [18] adminiculatore & quaſi [19] adminiſtro in ſtudiis literarum Cicero uſus eſt. Sed profecto plus auſus eſt, quàm ut tolerari ignoſcique poſſit. Namque epiſtolam conſcripſit [20] ad Q. Axium familiarem patroni ſui confidenter & nimis [21] calidè, in qua ſibimet viſus eſt orationem iſtam pro Rhodienſibus acri [22] ſubtilique ingenio & judicio percenſuiſſe. Ex ea epiſtola libitum forte nobis eſt reprehenſiones ejus quaſdam attingere; majore ſcilicet venia reprehenſuri Tironem, [23 24] quàm tum ille reprehendit Catonem. Culpavit autem primum hoc, quòd Cato ineruditè & ἀναγώγως[a], ut ipſe ait, principio nimis inſolenti nimiſque acri & objurgatorio uſus ſit; quum vereri ſeſe oſtendit, ne Patres, gaudio atque lætitia [25] rerum proſpere geſtarum de ſtatu mentis ſuæ deturbati, non ſatis

a *Sine inductione, vel ſequela.*

12 *Bellumque eo illis faciendum*] Lincol. & Scheff. & variæ edit. *eos illis*. Reg. & Rot. & *eo* & *eos* aſpernantur. *Gronovius.*

13 *Infeſtique*] Vet. ed. *infenſique*.

14 *Intenti infeſtique erant*] Reg. Rot. Scheff. *infenſique*. Forte, *intenti incenſique erant*. Gronovius.

15 *In quinto Originum libro*] Aliquotiens orationes Catonis Originum libris inſertas fuiſſe perſpicuum eſt. Epitome Livii lib. 49. *Cum L. Scribonius, tribunus plebis, rogationem promulgaſſet, ut Luſitani, qui in fidem populo Rom. dediti, à Sergio Galba in Galliam veniſſent, in libertatem reſtituerentur, M. Cato acerrime ſuaſit. Extat oratio annalibus ejus incluſa.*

16 *Et in quinto Originum libro ſcripta eſt*] Scheff. & Lincoln. *Originis*. In Rot. verſiculus hic deerat. Reg. *& in quintæ Originis libro ſcripta eſt*. Elegantius. nam ut *prima Origo*, ſic & *primæ Originis liber* eſt primus Originum liber. *Gronovius.*

17 *Tiro autem Tullius*] Vide ſupra 1, 7.

18 *Adminiculatore*] Adjutore. Effuſe eum laudat Cicero, & in quadam epiſtola ſtudiorum ſuorum regulam appellat. Redegit utique Tiro fere omnes Ciceronis libros in ordinem.

19 *Adminiſtro*] Vet. ed. *adminiſtratore*.

20 *Ad Q. Axium*] Axii meminit quoque Cicero apud Suetonium in Cæſare cap. 9. hoc modo. *De hac ſignificare videtur & Cicero in quadam ad Axium epiſtola referens, Cæſarem in conſulatu confirmaſſe regnum, de quo ædilis cogitaverat.* Pro *Axium* vulgo legebatur *Atticum*, ſecus atque eſt in MS.

21 *Calide*] Vet. ed. *callide*. In Regio eſt *confidenter nimis & cal.*

22 *Subtilique ingenio & judicio*] De ingenio Tironis ſupra jam teſtatus fuit. Hoc igitur loco habent Regius & Lincoln. *ſubtilique judicio*. Jac. Gron.

23 *Reprehendit*] Vet. ed. *reprehenderit*.

24 *Quam tum ille reprehendit Catonem*] Vetuſtiores editi, *reprehenderit*. To *tum* ignorat Schefferianus. Reg. & Rot. *cum ille reprehenderit Catonem*. Recte: nam hæc ipſa cauſa eſt, cur impetrabilior apud quosvis venia Gellio ſit reprehenſi Tironis, quod Tiro Catonem reprehendere non ſit veritus. *Gronovius.* Cæterum illud præcedens *reprehenſuri* non te offendit, mi lector? Editores negligenter prætermiſerunt; ſed tu vide, an non dederit Gellius *reprehenſuris?*

25 *Rerum geſtarum proſpere*] Reg. & Rot. *rerum proſpere geſtarum*. Gronovius.

26 *Con-*

satis [26] consiperent; neque ad rectè intelligendum consulendumque essent idonei: *In principiis autem*, inquit, *patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi & complacare judices debent: sensusque eorum exspectatione causæ suspensos* [27] *rigentesque honorificis verecundisque sententiis commulcere; non injuriis atque imperiosis minationibus* [28] *confutare.* Ipsum deinde principium apposuit, cujus verba hæc sunt: *Scio solere plerisque hominibus rebus secundis* [29] *atque prolixis atque prosperis* [30] *animum excellere, superbiam atque* [31] *ferociam augescere atque crescere, quod mihi nunc magnæ curæ est,* [32] *quod hæc res tam secundè processit, ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras secundas res* [33] *confutet: neve hæc lætitia nimis luxuriose eveniat. Adversæ res se domant & docent quid opus sit facto.* [34] *Secundæ res* [35] *lætitia transvorsum trudere solent à rectè consulendo atque intelligendo. Quo* [36] *majore opere dico suadeoque, uti hæc res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio* [37] *in potestatem nostram redeamus.* Quæ deinde Cato juxta dicit, *ea*, inquit, *confessionem faciunt, non defensionem: neque propulsationem translationemve criminis habent, sed cum pluribus aliis communicationem: quod scilicet nihil ad purgandum est. Atque etiam*, inquit, *insuper profitetur Rhodienses, qui accusabantur quòd adversus populum Romanum regi magis cupierint faverintque, id eos cupisse atque favisse utilitatis suæ gratia: ne Romani,* [38] *Perse quoque rege victo, ad superbiam ferociamque & immodicum modum insolescerent.* Eaque ipsa verba ponit, [39] ita uti infrà scriptum est. *Atque ego quidem arbitror Rhodienses noluisse nos ita depugnare, uti depugnatum est: neque regem Per-*

26 *Consiperent*] Annotatum in margine vet. cod. invenio, *consisterent;* in MS. quodam, *concipierent.*

Consiperent] Verbum antiquis usitatum, ut *adspio, præspio.* Visum aliter imperitis, qui idem verbum in Livio non concoxerunt lib. 1. *Romani ex arce hostium urbem cernentes, cum alia atque alia parte nova aliqua clades oriretur, non solum mentibus consipere, sed ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant.* Nam vulgo ubique leges, *concipere.* Lips. lib. 1. Elect. cap. 7.

27 *Rigentesque*] Rigidos, severos, qui haud facile à sententia sua flecti possunt.

28 *Confutare*] Vet. ed. *confricare.*

29 *Atque prolixis*] In quodam MS. desunt hæc verba.

30 *Animum excellere, superbiam atque ferociam*] Hoc Carrionis est. Prius, *excellentem atque superbiam.* Rot. & Reg. *animum excellere atque superbiam atque ferocitatem.* Gronovius.

31 *Ferociam*] Vet. ed. *ferocitatem.*

32 *Quia hæc res tam secunde processit*] Antea, *quod hæc res tam secunde processerit.* Reg. Rot. Schef. *quod hæc res tam secunde processit.* Gronovius.

33 *Confutet*] Vet. ed. *confricet.*

34 *Secundæ res*] Ita Sempronius Gracchus priore victoria exultans ab Annibale tandem fœde victus est, ut testatur Livius.

35 *Lætitia*] Deest in quodam MS.

36 *Majore opere edico suadeo*] Quid opus τῷ *edico*, cum scripti perinde ut antehac publicati *dico?* Gronovius.

37 *In potestatem nostram redeamus*] Qui enim immoderato gaudio exultat, impotens sui non advertit quid agat, sed totus fixus & occupatus in gaudio nullam aliarum rerum curam gerit.

38 *Perse quoque rege victo*] Schef. Lincol. Rot. Reg. *Perse.* qua inclinatione utitur sæpius Cato, etsi utraque legitima sit. *Gronovius.*

39 *Ita uti infra scriptum est*] Verbo *est* carent Reg. & Rot. *Idem.*

Perſen viciſſe, [40] [41] *non Rhodienſes id modò voluere, ſed multos populos ac multas nationes idem* [42] *noluiſſe arbitror. Atque haud ſcio an partim eorum fuerint, qui non noſtræ contumeliæ cauſa id noluerint evenire: ſed enim id metuêre, ſi nemo eſſet homo* [43] [44] *quem vereremur, & quicquid luberet faceremus: ne ſub ſolo imperio noſtro* [45] *in ſervitute noſtra eſſent. Libertatis ſuæ cauſa in ea ſententia fuiſſe arbitror. Atque Rhodienſes tamen Perſeî publicè numquam adjuvere.* [46] [47] *Cogitate quanto nos inter nos privatim cautius facimus. Nam unuſquiſque noſtrûm, ſi quis adverſus rem ſuam quid fieri arbitratur, ſumma vi contrà nititur, ne adverſus eam fiat. Quod illi tamen perpeſſi.* Sed, quod ad principium reprehenſum attinet, ſcire oportuit Tironem defenſos eſſe Rhodienſes à Catone, ſed ut à ſenatore & conſulari & cenſorio viro, [48] [49] id, quod optimum eſſe publicum exiſtimabat, ſuadente; [50] non ut à patrono cauſam pro reis dicente. Alia namque principia conducunt reos apud judices defendenti, & clementiam miſericordiamque undique indaganti; alia, quum ſenatus de republica conſulitur, viro auctoritate præſtanti ſententiis quorumdam iniquiſſimis permoto, & pro [51] utilitatibus publicis ac pro ſalute ſociorum graviter ac liberè indignanti ſimul ac dolenti. Quippe rectè & utiliter in diſciplinis rhetorum præcipitur, judices de capite alieno deque cauſa ad ſeſe non pertinenti cognituros, ex qua præter offi-

40 *Non*] MS. *nos*.

41 *Non Rhodienſes id modo voluere*] Reg. & Rot. *noluere*. nempe nos ita depugnare, uti depugnatum eſt &c. *Gronovius*. Sed & in Regio eſt hæc verborum ſeries *Non Rhodienſes modo id noluere*.

42 *Noluiſſe*] Vet. ed. *voluiſſe*.

43 *Et quicquid*] Vet. ed. *quia quid luberet*.

44 *Quem vereremur & quidquid luberet*] Tò & Carrionis eſt, ſcriptis editisque olim ignotum. Scribe: *ſi nemo eſſet homo quem vereremur, quodque luberet, faceremus*. i. & quod luberet, faceremus. *Gronovius*.

45 *In ſervitute noſtra eſſent*] Rot. *ſunt*. Rot. *nre ſunt*. Aliquid latet. Forte: *ne ſub ſolo imperio noſtro in ſervitute juſta eſſent*. id eſt, plena & mera. *Idem*.

46 *Quanto nos privatim cautius facimus*] Ita emendat Juſtus Lipſius lib. 1. Elect. cap. 7. Vulgò *nos noſtri nativi*, atque ita etiam in antiquis optimis editionibus habetur. *Noſtri* itaque delet Lipſius, & putat ex repetitione primæ voculæ *Nos* redundare. Quid ſi legamus, *nos* (ſenatores) *& noſtri nativi*, id eſt indigenæ. vel *noſtri nati vi*, nam poſtmodum additur, *ſumma vi contra nititur*. Sed nihil affirmo. In edit. Pariſ. Tiletani, quæ prodiit an. MDXXXVI. cum Badii Aſcenſii Annotationibus, *Nos conſternati vi cautius facimus*. Pro *nativi* legitur quoque *Latini*. Ita *Noſtri* tamen abundat.

47 *Cogitate quanto nos privatim cautius*] Hoc Lipſii eſt. Romana, Veneta, Ald. Gryp. *quanto nos noſtri nativi*. Vaſcoſ. vel Aſcenſii: *quanto nos conſternati vi cautius*. quæ & Gryphianæ cujusdam margini allinitur. Reg. & Rot. *quanto nos inter noſtrivatim*. Ex quo facillime conſit: *quanto nos inter nos privatim*. Gronovius.

48 *Id quod*] Aliter, *quod quidem*.

49 *Optimum eſſe publicum*] Id eſt, publico utiliſſimum. Unde mox variandi gratia ait *pro utilitatibus publicis indignanti*. ut contra dicitur *peſſimum publicum*, de quo in notis paternis ad Livium 4, 4.

50 *Non ut à patrono*] Ita in MS. in antiquis tamen editionibus additur, *ſolet*; ſed ſine auctoritate & otioſe.

51 *Utilitatibus publicis*] Quia Rhodii potentia & auctoritate præſtabant, contra illos bellum decernere non utile erat Romanis. *Rhodii*, inquit Livius lib. 42. *maximi ad omnia momenti habebantur, quia non favere tantum, ſed adjuvare etiam viribus ſuis bellum poterant*. Alios nimirum facile ad arma concitaſſent, atque ita grave bellum exarſiſſet. Expediebat autem Rhodios amicos habere. Scilicet.

52 *Ni-*

officium judicandi [52] nihil ad eos simul periculi vel emolumenti redundaturum est, conciliandos esse ac [53 54] propitiandos laudabiliter ac placabiliter & leniter existimationi salutique ejus qui apud eos accusatus est. At quum dignitas & fides & utilitas omnium communis agitur, ob eamque rem aut suadendum quid ut fiat, [55 56] aut fieri jam cœpto differendum est: tum qui se in hujusmodi principiis occupat ut benivolos benignosque sibi auditores paret, otiosam operam in non necessariis verbis sumit. Jamdudum enim negotia periculaque ipsa rerum communia consiliis eos capiendis conciliant: & ipsi potius sibi exposcunt consultoris benivolentiam. Sed quod ait confessum Catonem noluisse Rhodienses ita depugnari uti depugnatum est, neque regem Persen à populo Romano vinci, atque id eum dixisse non Rhodienses modò, sed multas quoque alias nationes voluisse, sed id nihil ad purgandum extenuandumve crimen valere: jam hoc primùm Tiro improbè mentitur. Verba ponit Catonis: & aliis tamen eum verbis calumniatur. Non enim Cato confitetur Rhodienses noluisse victoriam esse populi Romani, sed sese arbitrari dixit id eos noluisse, quod erat proculdubio suæ opinionis professio, non Rhodiensium culpæ confessio. In qua re, ut meum quidem judicium est, non culpa tantùm vacat, sed dignus quoque laude admirationeque est; quum & [57] ingenuè & religiosè dicere visus est contra Rhodienses quod sentiebat, & parta sibi veritatis fide ipsum illud tamen, quod contrarium putabatur, flexit & transtulit: ut eos idcirco vel maximè æquum esset acceptiores carioresque fieri populo Romano, [58] quòd quum & utiles essent & vellent regi esse factum, nihil tamen

52 *Nihil ad eos simul periculi vel emolumenti*] Quo illud *simul*? Rot. & Reg. *adeo sil emolumenti*. Τὸ *sil* quod acceperunt pro *simul* (solet enim hoc sic scribi virgula per literam l ducta) leviter corruptum est, & exstitit ἐν τῷ *ad eos vl* etiam cum virgula per L ducta, quod significat *vel*. Sic enim scripsit Gellius: *nihil ad eos vel periculi vel emolumenti redundaturum est*. Gronovius.

53 *Propitiandos*] Propitios reddendos. Utitur hoc vocabulo Curtius, Suetonius, Plinius, alii. Male itaque novum hoc vocabulum esse dixit Mosellanus.

54 *Propitiandos laudabiliter ac placabiliter*] Rot. & Reg. τὸ *laudabiliter ac* non agnoscunt. *Gronovius*.

55 *Aut fieri jam cœpto*] Id est, *cum fieri jam aliquid cœptum est*.

56 *Aut fieri jam cœpto differendum est*] Scripti omnes *deferendum*. Sed *occurrendum* auctor edidisse videtur. *Gronovius*. Immo literæ hæ ipsæ, quæ in MSS. exstant, ultro videntur subjicere *deterrendum*. Deterremus enim & dehortamur tum ante opus quoddam imprudenter inchoatum, tum post id jam inceptum, ne profligetur, & ut auctor scribit *fieri jam cœpto*. Etiam vero infra in MSS. Regio & Lincoln. exstat *vel occupandi vel deferendi vel ulciscendi*, ubi edunt *differendi*. Jac. Gronov.

57 *Ingenue &*] Hæc verba in quibusdam editionibus desunt.

58 *Quod cum & utiles illi essent & vellent regi, nihil tamen*] Duplex hic peccatum Carrionis; & addidit enim aliquid & detraxit, secus atque oportebat. Adjecit, quod nobis obvium nusquam, τὸ *illi*; detraxit *esse factum*, quod ubique. Sic enim edebatur: *quod cum & utiles essent & vellent regi esse factum*. Adeone igitur longe aut vile Terentianum Adelph. 5, 7. *Dii tibi, Demea, bene faxint, cum te video nostræ familiæ tam ex animo factum velle?*

men adjuvandi ejus gratia [59] fecerint. Postea verba hæc ex eadem oratione ponit: *Ea nunc derepente tanta nos beneficia ultro citroque, tantam amicitiam* [60] *relinquemus? quod illos dicimus* [61] *voluisse facere, id nos priores* [62] *facere occupabimus?* hoc, inquit, enthymema [63] nequam & vitiosum est. Responderi enim potuit, occupabimus certè: nam, si non occupaverimus, opprimemur, incidendumque erit in insidias [64] à quibus ante nos non caverimus. [65] Rectè, inquit, hoc vitio dat Lucilius [66] poëtæ [67] Euripidæ; quod, quum Polyphontes rex propterea se interfecisse fratrem diceret, quòd ipse ante consilium de nece ejus cepisset, [68] Merope fratris uxor hisce eum verbis eluserit:

[69] Ei

velle? Guidetus ex Donati quibusdam ad hunc locum verbis τὸ *bene* subaudiri ait. Immo, *quicquid* vel *quod optamus.* Hoc est enim *factum alicui velle*, cupere ut eveniant, procedant, rebus & facto contingant, quæ desiderat optatque. Et ominis certioris causa *factum* potius quam *fieri* alicui *velle* dixerunt. Appulejus de Philosophia, ubi de triplici Platonis amore: *Illas vero*, (animas amantium) *facetas & urbanas scilicet animas* (non corpora τὰ ἰσωμένων) *bonorum deamare & studere illis factumque velle; uti quam plurimum potiantur bonis artibus, & meliores præstantioresque reddantur.* Ita legi suadet oratio proxima; cum vulgo sit: *illæ vero facetæ & urbanæ sunt.* Eodem libro infra: *Quare suadendum est fundatoribus rerumpublicarum, ut usque ad id locorum plebes suas taliter augeant, ut ad eundem rectorem noti esse possint, nec sibimet incogniti. sic enim fiet, ut omnes una mente sint invicemque sibi factum velint.* Et hic locus vulgo mire fœdatus, quem sic haberi partim jubent, partim significant scripti. Amat & Symmachus, ad cujus lib. 1 ep. 71. hoc quoque ex Gellio advocat Juretus. Simile apud Plautum, *Factum volo*, quod est non comica magis formula, ut ajunt, quam translaticiæ humanitatis. quod est, Cupio tibi fieri, quod vis, & quantum in me est, ut fiat, operam dabo. Asin. 3, 3. *Videbitur. factum volo. redito huc conticinio.* Bacc. 3, 3. *Serva tibi sodalem & mihi filium.* Mn. *Factum volo.* Tam certum hoc tibi jam esse volo ac si factum sit. Vicinum etiam in Andria, *Factum puta.* Subest tamen aliquid vitii, quod leviori ἐπανορθώσει curabitur hoc modo: *quod cum id utile esset & vellent regi esse factum, nihil tamen adjuvandi ejus gratia fecerint. Id* puta, ut adjuvarent regem. *Gronovius.*

59 *Fecerint*] Aliter *facerent.*

60 *Relinquemus*] Aliter, *relinquimus.*

61 *Voluisse*] Aliter etiam in quodam MS. *noluisse.* Thys. Vereor ne virum egregium fefellerit visus. Hoc enim loco conspirant MSS. cum vulgatis in τὸ *voluisse*, ut debet legi; sed antea habent *multas quoque alias nationes noluisse*, quod sane illic perinde tolerari potest ac *voluisse*, quod præfertur in editionibus. *Jac. Gronov.*

62 *Facere occupabimus*] Perpetua & licita etiam parricidiorum apud tyrannos festinatorum excusatio. Hinc Nicomedes monetur, ut crudelitate patris provocatus occupet insidias & in auctorem retorqueat scelus apud Iustin. 34, 4. Ita Grypus Antiochus non pepercit matri apud eundem 39. 2. Omnia, ut apparet, originem traxerunt ex tragœdiis Græcorum. *Jac. Gronov.*

63 *Nequam*] Id est nihili, aut nequaquam ad rem faciens.

64 *A quibus ante nos caverimus*] Supervacuum τὸ *nos* arguunt Reg. & Rott. *Gronovius.* Quod ipsum pronomen etiam Regius & Lincoln. non agnoscunt in verbis præcedentibus *tanta nos beneficia.*

65 *Recte, inquit, hoc vitio dat Lucilius Poëtæ Euripidi*] Rot. *Recteque, inquit.* Bene omnino. Dein Reg. & Rot. *Euripide.* quasi voluerint *Euripidæ* prima declinatione. Sed & uterque: *quod ipse ante de nece ejus consilium cepisset, Meropa fratris uxor hisce ad eum verbis eluserit.* quamquam Rot. m. p. *illuserit.* Gronovius.

66 *Poëtæ*] Vet. ed. *Poëta.*

67 *Euripidi*] Ex qua Tragœdia non constat, quia complures perierunt; scripsit enim fabulas, ut quidam, 75, (ut alii 82) vel etiam plures teste Suida.

68 *Merope fratris uxor*] Scribit Apollodorus lib. 2. Biblioth. Cresphontem non multo post susceptum imperium Messenæ interfectum fuisse, cum duobus filiis, Polyphontem simul cum imperio Meropen invitam duxisse, hunc iterum à filio Meropes Ægypto occisum, ac paternum imperium recuperasse. Quædam edit. habent *Ærope*, quæ fuit Catrei Cretensis filia, Atrei uxor, ut Lycophronis interpres testatur.

69 Ei

[69] Εἰ γὰρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῂς, κλείειν πόσις,
Χρὴ καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνῳ δηθεν παρὴν [a].

At hoc enim, inquit, plane ſtultitiæ plenum eſt eo conſilio atque [70] ea fini facere [71] velle aliquid, uti nunquam id facias quod velis. Sed videlicet Tiro animum non advertit non eſſe in omnibus rebus cavendis eamdem cauſam: neque humanæ vitæ negotia & actiones & officia vel occupandi, vel differendi, vel etiam ulciſcendi, vel cavendi ſimilia eſſe [72] pugnæ gladiatoriæ. Nam gladiatori, compoſito ad pugnandum, pugnæ hæc [73] propoſita ſors eſt, [74] aut occidere ſi occupaverit, aut occumbere ſi ceſſaverit. Hominum autem vita non tam iniquis, neque tam indomitis neceſſitatibus circumſcripta eſt, ut idcirco prior injuriam facere debeas, [75] quam, niſi feceris, pati poſſis. Quod [76] tantum aberat à populi Romani manſuetudine occupare, ut ſæpe etiam in ſeſe factas injurias ulciſci neglexerit. Poſt deinde uſum eſſe Catonem dicit in eadem oratione argumentis parum honeſtis & nimis audacibus, [77] ac non viri ejus, qualis fuit, ſed vafris ac [78] fallacioſis, [79] & quaſi Græcorum

a *Si enim te, ut dicis, occiſurus erat maritus, Oportuit etiam te facere hoc in futurum, quando utique tempus adveniebat.*

69 Εἰ γάρ σε ἔμελλεν] Scribendum: Εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῂς. Et ſequenti, ὡς χρόνος δηθεν παρῆν, duabus vocibus tranſpoſitis, ne verſus ſit vitioſus. *Gronovius.* Ut vidiſſe Iſaacum Caſaubonum notabatur jam in editione parva anni 1651, niſi quod volebat παρῇ & χρῆν.

70 *Ea fini*] Eo fine. ἐφ' ᾧτε. Virg. quoque lib. 4. Æn. ita loquitur.

71 *Nolle*] Aliter *velle*. Thyſ. Et ſane ita Regius cum Lincoln. Qua ratione demum patet ſtultitia, ut ſemper velis, & nunquam tamen exſequaris, etiam hinc ruſtico apud Horatium expectante.

72 *Pugnæ gladiatoriæ*] Regius interponit copulativam &, quæ quidem affert ſuum momentum. Multiplex ſcilicet eſt pugna, & omnis ad illum caſum parens; ſed vel maxime gladiatoria; ut & ponatur pro & *quidem*. Jac. Gronov.

73 *Propoſita ſors eſt*] Sic rurſus edidi cum priſcis, quum citeriores mutarent male in *præpoſita*, contra quam citaverat Lipſius 2 Saturn. 20. *idem.*

74 *Aut occidere ſi occupaverit*] Quanquam enim læſus vulneratuſque arma ſubmittat, nullum tamen jus adverſario liberandi. Hoc jus ſoli populo vel Principi competebat. Itaque gladiatores imminentem ſibi certam necem omni molimine avertere nitebantur, quia incerta erat miſſio. Nonnunquam etiam ſine miſſione dabantur gladiatores, quod idem erat, atque ad certam mortem dari, niſi vincas. Auguſtus hoc decreto prohibuit gladiatores ſine miſſione edi, nonnulli enim munerarii in certam mortem omnes dabant; imo nonnunquam percuſſos jacenteſque reperi jubebant, & cadavera ictibus diſſipari, ne ſimulata morte eluderent. Vide *Lipſ.* Saturnalia.

75 *Quam niſi feceris pati poſſis*] Cauſalis requiri particula videtur, *quod*, vel *quia*, vel *quoniam*, pro *quam*. Gronovius.

76 *Tantum aberat a po. Romano*] Male & hunc locum ἐκολόωσε Carrio: nam meliores cum editis olim: *à populi Romani manſuetudine*. Gronovius. Sed ad verbum *occupare* cur non attenderit ὁ μακαρίτης, vix dixerim. Id verbum exſtat in Lincoln. unde abeſt *manſuetudine*; ſed rejicitur & ignoratur ab Regio. *Jac. Gronov.*

77 *Ac non viri ejus, qualis fuit*] Reg. & Rot. *viri & qui alio fuit*. Fortaſſis: *ac non viri, ſi quis alius, gravis, ſed vafri, ac fallacioſi & quaſi Græcorum ſophiſtarum ſolertiis*. Infra in contrarium: *Nihil prorſus hac compellatione dici poteſt neque gravius neque munitius*. Gronovius.

78 *Fallacioſis*] Ita etiam Apulejus lib. 8. loquitur: *Promiſſioni fallacioſæ mulieris oppreſſus ſuccubuit Thraſillus*. Legitur quoque male in Ms. quodam *flagitioſis*.

79 *Et quaſi Græcorum ſophiſtarum*] Sophiſtæ antea philoſophiæ profeſſores appellabantur, ſed cum oſtentationis & quæſtus cauſa philoſophiam proſtituerent,

rum sophistarum sollertiis. Nam, *quum objiceretur*, inquit, *Rhodiensibus quod bellum populo Romano facere voluissent*, [80] [81] *nec negavit pæne, & ignoſci popoſcit, quia id non feciſſent, etſi maximè voluiſſent: induxiſſeque eum dicit quam dialectici epagogen appellant*, [82] *rem admodum inſidioſam & ſophiſticam*, [83] *neque ad veritates magis quàm ad captiones repertam, quum conatus ſit exemplis decipientibus colligere confirmareque*, [84] *neminem, qui male facere voluit, plecti æquum eſſe, niſi, quod factum voluit, etiam fecerit.* Verba autem ex ea oratione M. Catonis hæc ſunt: *Qui acerrimè adverſus eos dicit, ita dicit: hoſtes voluiſſe fieri.* [85] *Et quis tandem eſt noſtrûm, qui quod ad ſeſe attinet, æquum cenſeat* [86] *quempiam pœnas dare ob eam rem, quòd arguatur male facere voluiſſe? nemo opinor: nam ego, quod ad me attinet, nolim.* Deinde paulo infra [87] ita dicit: *Quid nunc? & quæ tandem lex eſt tam acerba, quæ dicat: Si quis illud facere voluerit,* [88] [89] *mille nummi dimidium familiæ multa eſto: Si quis* [90] *plus quingenta jugera habere voluerit, tanta pœna eſto.* [91] *Si quis majorem*

tuerent, in pejorem partem accepti ſunt, ut teſtatur Cicero l. 2. Acad. Qu. quinetiam qui contortis argutiis alios circumvenire nitebantur, ſive fuerint philoſophi, ſive rhetores, ita dicuntur, quos traducit Plato in Protagora.

80 *Nec negavit pœne*] Juſtus Lipſius legebat, *nec negavit plene, ſed ignoſci.* Veteres editt. *negavit pene.*

81 *Negavit pœne & ignoſci popoſcit, quia id non*] Editiones: *negavit pœne ſed ignoſci popoſcit quia:* præter Aſcenſianam, cui eſt, *non negavit plene ſed ignoſci popoſcit quia.* Lipſius: *nec negavit plene ſed ignoſci popoſcit.* Reg. Rot. Schef. Lincoln. *negavit pene ſed ignoſci quia.* ſine τῷ *popoſcit.* Forte: *nec negat & poſcit ignoſci, quia.* Infra: *interdum, quaſi deliquiſſe eos concedat, ignoſci poſtulat.* Gronovius.

82 *Non rem admodum inſid.*] Nullus video, quorſum pertineat negativa præmiſſa, quæ per imprudentiam ſe immerſit in editionem anni 1651, unde ſequentes non imitari debuerant, ſed repellere, ut feci; neque enim in ulla alia anteriore exſtat & vitiat ſenſum. *Jac. Gronov.*

83 *Neque ad veritatem magis quam ad captiones*] Scripti *veritatis* aut *veritates.* & hoc quidem optimi. *Gronovius.* Sed jam quoque editi.

84 *Neminem qui male facere voluit*] Ita apud JC. dicitur voluntatis pœnam neminem pati, quod tamen in crimine læſæ majeſtatis aliter obtinet. Neque hæc regula, ubi Reip. ſalus agitur, firma eſt. Satius enim eſt volentem hoſtilia facere, quamvis nondum fecerit, præoccupare.

85 *Et quis tandem eſt qui noſtrorum*] Scripti meliores: *Et quis eſt tandem qui veſtrorum.* tum *attineat.* & omnes ſine τῷ *quemquam.* Lege: *Ecquis eſt tandem veſtrorum, qui, quod ad ſeſe attineat, æquum cenſeat pœnas dari ob eam rem.* Mox: *Ecquæ tandem lex eſt.* nam vetus ſcriptura eadem, ſive *Et, quis* vellent, ſive *Ecquis*, quæ tamen ſenſu differunt. *Gronovius.*

86 *Quempiam*] Aliter *quenquam*, in quodam Ms abeſt. Thyſ. Imo ab ipſo Regio, ut & Lincoln.

87 *Ita*] Abeſt à Vet. ed.

88 *Dimidium familiæ*] Familiæ nomen aliquando & perſonas & res continet. Hinc familiæ emtor dicitur, ut ex Ulpiano Inſt. tit. 26. & Quinctiliano declam. 308. liquet.

89 *Mille nummis dimidium*] MSS. *mille minus*, alii *nummis.* Scribendum: *Mille nummei*, vel, ut olim editum, *Mille nummum, dimidium familiæ, multa eſto.* Formula in eis adhiberi ſolita, in quibus, quæ per ſe peccabat paterfamilias, mille nummis ei luendum erat; ſi per quem è familia, quinquagenis. *Gronovius.* Præclare enodata ſententia. Sed quum optimi codices habeant illud *minus*, & in his Regius *min9*, an hinc non ſubodoramur ſcribam male excepiſſe vocem dictantis, & ſic ſcripſiſſe, quum dictaretur *minis? Mille minis* luat; *dimidium familiæ multa eſto.* Quid intereſt Græcæ an Latinæ originis vocabulo ſumma concipiatur? Immo ut cum Græcis Romanos in hoc conſentire oſtendat, prius Græce pronunciat, duo ſequentia Romane. *Jac. Gronov.*

90 *Plus quingenta jugera*] Licinius Stolo legem tule-

rem [92] *pecudum numerum habere voluerit,* [93] [94] *tantum damni esto. Atqui nos* [95] *omnia plura habere* [96] *volumus, & id nobis impune est.* Postea ita dicit: *Sed si honorem non æquum est* [97] *haberi ob eam rem, quod bene facere voluisse quis dicit neque fecit tamen:* [98] [99] *Rhodiensibus male erit, non quod male fecerunt, sed quia voluisse* [1] *dicuntur facere?* His argumentis Tiro Tullius M. Catonem contendere & [2] conficere dicit Rhodiensibus quoque impune esse debere, quod hostes quidem esse populi Romani [3] voluissent, etsi maximè non fuissent. Dissimulari autem non posse ait, quin paria & consimilia non sint plus quingenta jugera habere velle, quod plebiscito colonis prohibitum fuit, & bellum injustum atque impium populo Romano facere velle: neque item inficiari posse, quin alia causa in præmio sit, alia in pœnis. Nam beneficia, inquit, promissa

tulerat, qua cavebatur pœna X. M. æris, ne quis plus quingenta jugera possideret. Qua lege ipse Stolo primus condemnatus fuit, *quod mille jugerum agri cum filio possideret, emancipandoque filium fraudem legi feciisset*, ut loquitur Livius lib. 7. in fin. cap. 17. meminerunt hujus legis Varro l. 1. de R. R. Columella lib. 1. de R. R. cap. 3. sed mendum incumbit illis verbis: *Criminosum tamen senatori fuit, supra quinquaginta jugera possedisse.* Pro *quinquaginta* legendum *quingenta*. Emendandus quoque est C. Nepos de Vir. Ill. c. 20. qui *centum jugera* habet, pro quingenta, *centum & quinquaginta* Stolonem possedisse dicit, ubi legendum, *cum jugera quingenta haberet, & altera*. Vide quoque Appianum de Bell. Civ. lib. 1. Gellium nostrum lib. 20. cap. 1. Val. Max. lib. 8. cap. 6. Vellejum lib. 2. Plinium lib. 18. cap. 3. Plutarchum in Camillo & Gracchis. Eandem legem quoque confirmavit Gracchus, ut ex Velleio liquet, & Plutarcho. In mendo itaque cubat Siculus Flaccus de conditione agrorum: *Gracchus* (inquit) *legem tulit, ne quis in Italia amplius, quam ducenta jugera possideret.* Pro *ducenta* legendum, *quingenta*. Quæ mensura autem esset jugeri, ostendit Plinius lib. 18. cap. 3. *Jugerum vocabatur, quod uno jugo boum in die exarari posset: Actus, in quo boves agerentur, cum aratur uno impetu justo. Hic erat* CXX. *pedum, duplicatusque in longitudinem jugerum faciebat.* Eodem modo Columella lib. 5. cap. 1. Continuit itaque jugerum ducentos & quadraginta pedes; dimidium in latitudine ex dimensione Quintiliani.

91 *Si quis majorem pecudum numerum*] Eadem lege Licinia cavebatur, ne quis plura quam centum pecoris majoris capita, quingenta minoris possideret.

92 *Pecudum numerum*] Infra dicit *de numero pecoris*. Sed nunc MS. Reg. egregie *pecuum*. Jac. Gron.

93 *Damni*] In Ms. quodam *damnum*.

94 *Tantum damni esto*] Anglicanus, *tantum damnum esto*. Reg. & Rot. *damna*. Ingerunt scilicet: *tantum damnas esto*. SC. apud Frontinum de aquæductibus: *Si quis adversus ea commisisset, in singulas res in dena millia damnas esset*. Gronovius.

95 *Omnia plura habere voluimus*] Operarum Stephanicarum errorem credo: nam omnes alii cum scriptis, *Volumus*. quod res postulat. *Idem*.

96 *Volumus*] Aliter, *voluimus*.

97 *Haberi*] Vet. ed. *habere*.

98 *Rhodiensibus tale erit*] Corruptam esse & mutilam posteriorem partem hujus ἐπαγωγῆς, quivis facile primo statim intuitu videt. Legendum censeo ex vestigiis MS. R. *Nec Rhodiensibus oberit, non quod male fecerunt, sed quia voluisse dicuntur*. Lambecius.

99 *Rhodiensibus tale erit*] Fulvianus, *male erit*. sed non secundant alii. Vir doctus corruptam & mutilam causatus posteriorem hujus ἐπαγωγῆς partem legendum censuit: *nec Rhodiensibus oberit*. Caute, è vestigiis MS. nam in ipso codice τὸ *nec* non reperitur: est autem, ut & in Rot. *tamen: Rhodiensibus aberit* vel *taberit*. Unde recte fecit *oberit*. Sed negatio addenda non est, cum sit per interrogationem pronunciatum: *Rhodiensibus oberit* &c? *Gronovius*. Immo in MS. Regio clare est *Rhodiensibus n̄ aberit quod non male*. Sic Bourdelotius, ego, frater notavimus. Hinc mihi certum est Gellii manum fuisse *Rhodiensibus noxa erit*, vel *noxæ*. J. Gron.

1 *Dicuntur*] Additur in Voss. C. ex Ms. *facere*. Thys. Imo & in Regio, unde restitui.

2 *Conficere*] In Ms. Voss. C. *confiteri*.

3 *Voluissent, etsi maxime*] Reg. Rot. Schef. cum omnibus ante Henricum editis: *& qui maxime*. Scribe: *quod hostes quidem esse populi Romani voluissent, at cummaxime non fuissent*. Gronovius.

missa opperiri oportet, [4] neque antè remunerari, quam facta sint: injurias autem imminentes [5] præcavisse justum est, [6] quàm exspectavisse. Summa enim professio stultitiæ, inquit, est [7] non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperirique, ut, quum admissa & perpetrata fuerint, tum denique, ubi quæ facta sunt infecta fieri non possunt, pœniantur. Hæc Tiro in Catonem [8] non minus frigidè sane quàm inaniter. Sed enim Cato non nudam neque solitariam nec improtectam hanc [9] epagogen facit: sed multis eam [10] modis præfulcit, multisque aliis argumentis convelat: &, quia non Rhodiensibus magis quàm reipublicæ [11] consultabat, nihil sibi dictu factuque in ea re turpe duxit, [12] quin omni sententiarum via servatum ire socios niteretur. Ac primùm ea non incallidè conquisivit, quæ non jure naturæ aut jure gentium fieri prohibentur, sed jure legum rei alicujus medendæ aut temporis causa jussarum: sicut est de numero pecoris & [13] de modo agri præfinito aut ejusmodi [14] aliquo. In quibus rebus, quod prohibitum [15] est fieri, per

4 *Neque ante remunerari*] Et tamen ille ipse Tiro in historiis legerat infinitis locis sicut sollicitatos quosdam narrari sola pollicitationum illecebra, ut postquam perfectum esset, ut illi vocabant, beneficium, quod vere erat scelus & facinus, donarentur, ita non minus multos præsenti pecunia allectos fuisse, ut non operirentur eventum beneficiorum. *Jac. Gronov.*

5 *Præcavisse justum est magis quam*] Carrioni expungenti τὸ *magis* subserviunt omnes scripti: & genus loquendi satis probatum est. *Gronovius.*

6 *Quum*] Vet. ed. *magis, quam.* Sed aliter in Ms.

7 *Non ire obviam sed manere*] Qui fuit detestabilis processus iræ & sævitiæ Tiberianæ in Libone, cujus *cuncta dicta factaque, cum prohibere posset, scire malebat*, ut brevissime officium veri prætoris & præsidis justitiæ describere constituens Tacitus loquitur 11 annal. 28. Nam ubi non hodieque idem nefas pro exemplo habetur? *Jac. Gronov.*

8 *Non nimis frigide neque sane inaniter*] Sic quidem scripti. At editi olim, *non minus frigide sane quam inaniter.* Quam ego quidem Gellii mentem esse censeo, sed verba ut propius absint à veteri scriptura, legerem: *non minus frigide atque sane inaniter.* Gronovius. Commode prorsus, si modo ea mens Gellii fuerit, qui videtur nunc quodammodo laudabilem ostendere Tironem, qui nunc & mollius egit & probabiliora attulit, etsi refutando satis promta. Unde publicari oportet in codice Regio me notavisse *non rigide neque sane inaniter.* Nam rigidior videbatur in præcedentibus, & quæ novissime attulit, talia sunt, ut nonnullis placuerint & in usum contulerint, ut docent exempla. Etiam Gellius mollior in depulsione, quæ additur. Etiam ibi sic habet MS. Regius: *nuda nec solitaria nimis nec.* Jac. Gronov.

9 *Epagogen*] In vet. cod. Græcis literis legitur, ἐπαγωγὴν, id est, *Inductionem.* Thys. Aldus Græce sine Latinis.

10 *Modis*] In Ms. quodam *monitis.*

11 *Consultabat*] Vet. ed. *consulebat.*

12 *Quin omnium sententiarum*] Reg. & Rot. *omni sententiarum via.* Sic apud Tullium 4 famil. 13. *certe omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, perveniri posse.* Ad Quintum: *Græci omnes vias pecuniæ norunt. Gronovius.*

13 *De modo agri præfinito*] Edebatur *de domino* aut *de dominio.* Scripti meliores *de domo.* Unde ante 80 annos Carrio & Stephanus *de modo.* Itaque sero venit, qui nuper sic corrigendum pronuntiavit. At idem homo bonus numero in Appulejo: *Avus illi modum reliquerat.* nam *modus agri* quid sit & *modicum relinquere*, est unde discas: sed *modum relinquere* quid est? aut unde nosces? *Gronovius.*

14 *Aliquo*] Additur Voss. C. ex MS. *modo.* Thysius. Quod tantum abest, ut meruerit hoc loco annotari quasi conducturum Gellio, ut omnes illæ tres voces *aut ejusmodi aliquo* nihil boni contineant afferantque, ac vix possint videri venisse ab Gellii manu, quod probant codices Reg. & Lincoln. in quorum neutro conspiciuntur. *Jac. Gronov.*

15 *Est*] Abest à vet. ed. Thys. Sed Regius ita exhibet *quod prohibitum est, fieri quidem per leges non licet.*

16 *Scor-*

per leges quidem non licet : velle id tamen facere, si liceat, inhonestum non est. Atque [16] [17] eas res contulit sensim, miscuitque cum eo quod neque facere neque velle per sese honestum est; tum deinde, ne disparilitas collationis evidens fieret, pluribus id [18] propugnaculis defensat: neque tenues istas & enucleatas voluntatum in rebus illicitis reprehensiones, qualia in philosophorum otio disputantur, magni facit, sed [19] [20] id solùm ex summa ope nititur, ut causa Rhodiensium, quorum amicitiam retineri ex republica fuit, aut æqua judicaretur, aut quidem certè ignoscenda: atque interim neque feciſſe Rhodienses bellum neque facere voluisse dicit: interim autem facta sola censenda dicit atque in judicium vocanda, sed voluntates nudas inanesque neque legibus neque pœnis fieri obnoxias : interdum autem, quasi deliquisse eos concedat, ignosci postulat, & [21] ignoscentias utiles esse rebus humanis docet : ac nisi ignoscant, metus in republica rerum novarum movet: sed enim contrà, [22] si ignoscatur, conservatum iri ostendit populi Romani magnitudinem. Superbiæ quoque crimen, quod tunc præter cetera in senatu Rhodiensibus objectum erat, mirifica & prope divina responsionis figura elusit & eluit. Verba adeò ipsa ponemus Catonis, quoniam Tiro ea prætermisit. *Rhodienses superbos esse ajunt, id objectantes* [23] [24] *quod mihi à liberis meis minimè dici velim. Sint sane superbi.*

16 *Seorsum*] In cod. Voss. ex Ms. legitur, *sensim.*

17 *Eas res contulit seorsum miscuitque cum eo*] Schef. *se usum instituitque.* Reg. & Rot. *sensim miscuitque.* Nihil certius. Paullatim enim molliterque ac tacite oratorem eo devenire significat. Lib. 10, 22. *Proinde tamen accipienda sunt, quæ dicuntur, ut nos sensim moneri intelligamus.* ut memerimus tacito nomine de nobismet ipsis fabulam narrari. *Gronov.*

18 *Propugnaculis*] Id est, pluribus argumentis, quæ vice propugnaculorum erant. *Thys.* Ad librum v Polybii notaverat hanc vocem è Livio Is. Casaubonus, ut patet ex notis Menii filii, quas publicavi p. 233.

19 *Ex*] Deest in Voss. cod. Ms.

20 *Id solum summa ope nititur*] Scripti publicatique antehac, *ex summa.* Et à Plauto sumptum. Milite 3, 1. *Eaque expetere te ex opibus summis mei honoris gratia.* Mercatore 1, 2. *Ex summis opibus viribusque usque experire, annitere.* Symmachus lib. 7 epist. 118. *Amor in te meus ex summis opibus annititur, ut in dies singulos bonorum tibi cultus accedat.* ex restitutione Gasp. Scioppii. *Gronovius.*

21 *Ignoscentias*] Gellianum vocabulum hoc est.

22 *Si ignoscatur*] Recte Sallustius ad Cæsarem ait: *Qui clementia & benignitate imperium temperavere, his candida & læta omnia fuerunt, etiam hostes æquiores, quam aliis cives.* Audi & Senecam in Octavia:

Pulchrum eminere est inter illustres viros,
Consulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abstinere, tempus atque iræ dare,
Orbi quietem, sæculo pacem suo,
Hæc summa virtus, petitur hac cœlum via.

23 *Quod mihi à liberis meis minime dictum velim*] Ita edidit H. St. cum in antiquis editionibus legeretur : *quod mihi è liberis* &c. Utrumque mendose. Me judice vera lectio est : *Rhodienses superbos esse ajunt, id objectantes, quod mihi & liberis meis minime velim.* Sunt scilicet hæc verba ἀποτροπιασμὸς superbiæ, quam Cato sibi suisque liberis ut perniciosissimum malum deprecatur. Ita ex contraria parte clamant Judæi inter passionem nostri Salvatoris: τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. Abominandi autem hac formula, *Quod minime velim*, utitur Cicero Epist. fam. lib. 19 ep. 1. *Quamobrem sive in Tusculano, sive in Cumano adire te placebit sive quod minime velim, Romæ* &c. Idem lib. 12 ep. 8. *Si quod nolim, adversi quid acciderit.* Et lib. 1. ad Q. fratrem ep. ult. *Verum hæc absint velim.* Videntur Latini hoc loquendi genus expressisse ex Græcorum ὃ μὴ γένοιτο. Vide Laertium in elegantissimo

bi. Quid id ad nos attinet; idne-iraſcimini ſi quis ſuperbior eſt quàm nos? Nihil prorſus hac compellatione dici poteſt neque gravius neque munitius adverſus homines ſuperbiſſimos facta, qui ſuperbiam in ſeſe amarent, in aliis reprehenderent. Præterea animadvertere eſt in tota iſta Catonis oratione omnia diſciplinarum rhetoricarum arma atque ſubſidia mota eſſe: ſed non [25] proinde ut in [26] decurſibus ludicris aut ſimulachris prœliorum voluptariis fieri videmus: non, inquam [27] diſtinctè nimis nimiſque comptè atque modulatè res acta eſt; ſed quaſi in ancipiti certamine, quum ſparſa acies eſt, multis locis Marte vario pugnatur: ſic in iſta tum cauſa Cato, quum ſuperbia illa Rhodienſium famoſiſſima multorum odio atque invidiâ flagraret, omnibus promiſcè tuendi atque propugnandi modis uſus eſt: & nunc ut optimè meritos commendat: [28] nunc, tanquam ſi innocentes purgat, ne bona divitiæque eorum expetantur, objurgat: [29] nunc etiam quaſi ſit erratum deprecatur: nunc ut neceſſarios reipublicæ oſtentat: nunc clementiæ, nunc manſuetudinis majorum; nunc utilitatis publicæ commonefacit. Eaque omnia diſtinctiùs [30] numeroſiuſque ac comptiùs fortaſſean dici potuerunt· fortiùs atque vividiùs potuiſſe dici non videntur. Iniquè igitur Tiro Tullius, qui ex omnibus facultatibus tam opulentæ orationis [31] aptis interſeſe & cohærentibus parvum quippiam [32] nudumque ſumſit, quod obtrectaret: tamquam non dignum M. Catone fuerit, quod delictorum non

Platonis Epigrammate: τῷ μὴλῳ βάλλω σε &c. Apud eundem in teſtamento Ariſtotelis: ἐὰν δὲ τῇ παιδὶ συμβῇ τι (ὃ μὴ γένοιτο δὲ) ἔτεσιν πρὸ τοῦ γάμου &c. & ibidem paulo poſt: ἐὰν δέτι πρότερον συμβαίνῃ Νικάνορι (ὃ μὴ γένοιτο) &c. Addenda hæc formula Briſſonio, ubi de teſtamentariis ſubſtitutionibus agit. Lambecius.

24 *Quod mihi à liberis meis dici minime velim*] Cur *à liberis* potiſſimum? Majore vi diceret, *à libertis meis*. nedum ſcilicet à civibus. Sed Regius & Scheff. & olim editi, *è liberis*: idem Reg. caret τῷ *dici*, quo nec opus eſt, cum intelligatur *objectari*. Lambecius igitur, *quod mihi & liberis meis minime velim*. Gronovius. Omnino ſic legitur in codice Regio; ſed ſimul noſſe intereſt loco τῷ *dici* eſſe ſpatium vacuum, quo ſignificat librarius aliquid ibi poſitum fuiſſe, quod non ſatis adſequebatur, ſicut modo ante in loco τὸ & *eluit*. Jac. Gronov.

25 *Proinde*] Aliter, *perinde*.

26 *Decurſibus indictis*] In Ms. *diſcurſibus*. Ludicra ſpectacula tam pedeſtria quam equeſtria intelligit, quibus adjungit prælia voluptaria. Suetonius in Domitiano: *Spectacula magnifica aſſidue & ſumptuoſa edidit, non in Amphitheatro modo, verum & in circo: ubi præter ſollennes bigarum quadrigarumque curſus, prælium duplex etiam equeſtre ac pedeſtre commiſit, atque in amphitheatro navale quoque. Nam venationes, gladiatoreſque & noctibus ad lychnuchos: nec virorum modo pugnas, ſed & fœminarum.* Talia ſpectacula & alii Imperatores dedere.

27 *Diſtincte nimis nimiſque compte*] Sic Carrio & Stephanus. Priores, *diſtincte nimis ac compte*, ut & Scheff. Sed Regius & Rott. *diſtincte nimis atque compte atque modulate*. Τὸ *atque* ſic iterare ab ipſo Catone didicit. Sic hoc libro cap. 19. *Pulcrum atque liberale atque magnanimum factum* Ti. *Gracchi*. Gronovius.

28 *Nunc tanquam ſi innocentes purgaret*] Scripti cum prius editis, *purgat*. Lege, *nunc, tanquam ſint innocentes, purgat*, ut eſt omnino in Rot. *Gronovius*.

29 *Nunc etiam quaſi ſit err.*] MS. Reg. *Nunc & quaſi*.

30 *Numeroſiuſque ac comptius fortaſſean dici potuerunt*] Bene Carrio *fortaſſean*: ſic enim & ſcripti omnes: ſed iidem etiam *potuerint*: relegantque τὰ *ac comptius*. Gronovius.

31 *Aptis*] Connexis, ab apiſcor. Vulgo, ut etiam alibi, *apertis*.

32 *Nudumque*] Scriverius in ſuo codice adnotaverat, *nodumque in ſirpo*.

33 *Tan-*

non perpetratorum voluntates [33] tantum non censuerit pœniendas. Commodius autem [34] erectiusque de his meis verbis, [35] quibus Tullio Tironi respondi modò, [36] existimabit judiciumque faciet, qui & orationem ipsam Catonis totam acceperit in manus, & epistolam Tironis ad Axium scriptam requirere & legere curaverit. Ita enim nos sinceriùs exploratiusque vel corrigere poterit vel probare.

33 *Tantum*] Ita in Ms. abest in vet. ed.

34 *Erectiusque*] Melius, sicuti qui se erigunt, melius cuncta inspiciunt. Scriverius legebat, *correctiusque*.

35 *Quibus Tullio Tironi respondi modo, existimabit*] Reg. & Rot. *respondimus, existimabit*. Gronovius.

36 *Existimabit*] Vet. ed. *æstimabit*.

CAP. IV.

Cujusmodi servos & quam ob causam Cælius Sabinus juris civilis auctor pileatos *venundari solitos scripserit, & quæ mancipia sub corona more majorum venierint; atque id ipsum,* [1] sub corona, *quid sit.*

[2] PILEATOS servos venum solitos ire, [3] quorum nomine venditor nihil præstaret, Cælius [4] Sabinus jurisperitus scriptum reliquit. Cujus

1 *Sub corona*] Additur in vet. ed. *venire*. Thys. Sed id verbum expulsum est, quia non agnoscit codex Regius, & res ipsa, quæ in hoc capite declaratur, sic concepta sit, ut abesse possit.

2 *Pileatos servos*] Si hoc insigni venderentur servi, venditor vitium aut morbum non præstabat, vel quia hoc signo liberali ingenio, fide, & animo sine vitio esse credebantur, vel quia sive boni sive mali essent, venditor ita vendebat emptoris periculo. Cæteri servi aperto capite venibant, & tantum concedebatur pileus, quum libertate donarentur. Quanquam autem pileus libertatis insigne erat, non tamen Romani cives utebantur. Nam ut plurimum aperto capite incedebant, idque hoc argumento probatur, quod nummi omnes veteres statuæque sunt sine tegmine. Ita gratissimum Julio Cæsari fuit jus laureæ gestandæ ad occultandum calvitium. Si pilei fuissent in usu, quid opus laurea? In sacris tamen, ludis, Saturnalibus, peregrinatione, vel militia etiam tegumento vel pileo usi, vel etiam ægri capiti firmando. Ovid.

Arguat & macies animum, nec turpe putaris,
Pileolum nitidis imposuisse comis.

vel senes debiliores, quod ex Varrone colligi videtur. In manumissionibus itaque potissimum pileus in usu. In morte Neronis plebs pileata, teste Suetonio, per totam urbem discurrit. Quorsum tum pileata, si pilei fuissent in usu? Audi Sext. Aurelium: *Omnis Roma adeo interitu Neronis exultavit, ut plebs induta pileis manumissionum, tanquam sævo domino exempto triumpharet.* Si pileis autem non usi promiscue Romani, cur consule adventante equo desilire, caput aperire moris fuit? Hoc intelligendum putat Lipsius, quod lacinia togæ caput tectum fuerit. Vide eundem *Lipsium* lib. de Amphitheatro cap. 20. Pilei autem sine margine erant, petasi marginati. Atque eos ex ovium pellibus densos ac villosos fuisse affirmat Athenæus lib. 5. Δειπνοσ. Thys. Ambigas jure, an hæc faciant ad rhombum. Attamen etiam sic Phil. Carolus aspicit hos pileatos, tanquam quo signo demonstraverint ejusmodi servos vendi, quorum nomine nihil promitteret venditor: cæteri enim servorum greges perpetuo aperto capite fuerunt; nec concessum eis jus pilei, quam libertate donabantur. Quam speciosa fallacia! Pileati Romæ considerabantur non uno modo; sed duntaxat dupliciter; nempe non libertatis modo datæ aut restitutæ intuitu, sed etiam vilitatis & sellulariæ artis ergo. Itaque nunc Pileati venales distinguuntur ab illis, qui sub corona vendebantur, quoniam hi recentes in servitutem redacti, & ideo supponebantur integri valentesque & si tales non essent, exigebatur judicium, si notum foret. at pileati sunt jam adsueti & attriti operis & opificiis præstandis, quæ exercebantur ab pileatis, qualem præsidem istorum expressere Vulcanum. Hi tales quum mutarunt dominum, idcirco nulla obligatione adstrictum eum emancipabant & relinquebant emtori. *Jac. Gronov.*

3 *Quorum nomine venditor nihil præstaret*] Id est, si vitia servorum non indicasset, nullam cautionem faceret de vitio vel morbo servi, neque redhibitio locum haberet. Vide in Jure Civili tit. ff. de Ædilit. Edict.

4 *Cælius Sabinus*] *Cæcilius* lib. 4. c. 2. Att. Noct. appellatur. Sed *Cælius* emendandum est, sicut quidam

Cujus rei cauſam eſſe ait, quod hujuſmodi conditionis mancipia [5] inſignia eſſe in vendundo deberent, ut emtores errare & capi non poſſent; neque lex vendundi opperienda eſſet: [6] ſed oculis jam perciperent quodnam eſſet mancipiorum genus. *Sicuti*, inquit, *antiquitus mancipia jure belli capta* [7] *coronis* [8] *induta veniebant, & iccirco dicebantur ſub corona venire. Namque ut ea corona ſignum erat captivorum venalium, ita pileus impoſitus demonſtrabat ejuſmodi ſervos venum dari, quorum nomine emtori venditor nihil præſtaret.* [9] Eſt autem alia rationis hujus opinio, cur dici ſolitum ſit captivos ſub corona venundari, quòd milites, cuſtodiæ cauſa, captivorum venalium greges circumſtarent: eaque circumſtatio militum corona appellata ſit. Sed id magis verum eſſe [10][11] quod ſupra dixi, Cato quoque in libro, quem compoſuit de re militari, docet. Verba ſunt hæc Catonis: *Ut populus ſua opera potius ob rem benè geſtam coronatus ſupplicatum eat, quàm re malè geſta coronatus veniat.*

dam codices legunt. Succeſſit hic in diſciplina Juris Caſſio Longino, plurimumque Veſpaſiani temporibus potuit. Scripſit librum de Edicto Ædil. Cur. ideoque ſub eodem titulo aliquotiens in Jure Civili citatur. Quæ autem hic citantur, ex eodem libro deprompta videntur, quia de venditione ſervorum agit, quæ pertinet quoque ad ædilitium edictum.

5 *Inſignia*] Non puto intelligi excellentia, ſed ſigno quodam conſpicua.

6 *Sed oculis jam perciperent*] Reg. & Rot. *præciperent*. puta ante legem venditionis expoſitam. *Gronovius*.

7 *Coronis inducta venibant*] Immo *induta*, ut ſcripti cum editis. Perſius: *& illum Heſperni capite induto ſubiere Quirites*. Idem.

8 *Induta*] Aliter, *inducta*. male.

9 *Eſt autem alia rationis hujus opinio*] Nuſquam in MSS. τὸ *hujus*. Lege: *Eſt autem aliæ rationis opinio*. Nam & ſic ſolet πλωνλίζειν. Lib. 9, 4. *nulli aliæ cauſæ obnoxia*. Gronovius.

10 *Quod ſupra dixi*] Nimirum coronas capitibus venalium impoſitas fuiſſe. Quod Tertullianus quoque cap. 7. de Coronâ militis teſtatur.

11 *Quod ſupra dixi, Cato quoque in libro*] Reg. & Rot. addunt prænomen, *M. Cato*. Gronovius. Quorum Reg. ignorat inſuper vocem *quoque*. Lincoln. *quod ſupra dixi, quod Cato in libro*.

CAP. V.

Hiſtoria de Polo hiſtrione memoratu digna.

[1] HISTRIO in terra Græcia fuit fama celebri, qui [2] geſtus & vocis claritudine & venuſtate cæteris anteſtabat. Nomen fuiſſe ajunt Polum: tragœdias poëtarum nobilium ſcitè atque aſſeveratè actitavit. Is Polus unice amatum filium morte amiſit. [3] Eum luctum quum ſatis viſus

1 *Hiſtrio*] Scenicus. Hiſtriones autem non omnino inter turpes habitos ſcribit Macrob. l. 2. Saturn. c. 10. vide tamen Auguſtinum lib. 1. de C. D. c. 32. & lib. 2. c. 8. & tit. ff. de His qui not. inf.

2 *Geſtus*] Aliter, *geſtu*.

3 *Eum luctum cum ſatis viſus eſt eluxiſſe*] Reg. & Rot. τὸ *eſt* inducunt. *Gronovius*. Ut videtur, quò indicarent Gellium contexuiſſe, quæ per diſtinctiones vulgo diſcerpunt. Cohærent enim optime: *Is Polus unice amatum filium morte amiſit. Eum luctum quum ſatis viſus eluxiſſe rediit ad quæſtum artis, in eo tempore Athenis Electram Sophoclis acturus geſtare urnam quaſi cum Oreſti oſſibus debebat*. Non enim debuit *Oreſtis* in hac parte edi, quum mox legeretur, *Et quaſi Oreſti amplexus* oſſa atque urnam. Quippe in codice Regio perinde nunc legitur *Oreſti*, quod propterea repoſui. 5, 1. *Vlyxi*. Jac. Gronov.

4 *Ele-*

visus est eluxisse, rediit ad quæstum artis. In eo tempore Athenis [4] Electram Sophoclis acturus gestare [5] urnam quasi cum Orestæ ossibus debebat. Ita compositum fabulæ argumentum est, ut veluti fratris reliquias ferens Electra comploret [6] commisereaturque interitum ejus [7] qui per vim exstinctus [8] existimatur. Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus ossa atque urnam à sepulchro tulit filii, & quasi Orestæ amplexus opplevit omnia non simulachris neque imitamentis, sed luctu atque lamentis veris & spirantibus. Itaque quum agi fabula videretur, [9] [10] dolor actus est.

4 *Electram Sophoclis*] Electra in Sophoclis tragœdia mortem fratris deplorat. Vide Sophoclem in Electra & Euripidem in Oreste.

5 *Urnam*] Sepulchralem, in qua mortuorum ossa & cineres recondebantur. Græci non semper corpora defunctorum cremabant, condere ea soliti erant πυίλοις, ex lapide ut plurimum factis, cui natura est corpora cito absumere. Qualis erat Assius lapis, qui ideo σαρκόφαγος appellatur. De quo videndus Plinius & Dioscorides. Græci πύελον, σωρὸν & κιβωτὸν appellarunt, sive arcam mortualem: τεῦχος sive vas appellat Sophocles in Electra. Vide Salmas. in Solinum pag. 1203. & seqq. qui tamen fallitur, cum Græcos cadavera non cremasse dixit. Utique pro ratione temporum etiam concremata fuere cadavera. Ita matrem Orestis crematam scribit Euripides in Oreste; idemque ex aliis probatis auctoribus ostendi potest.

6 *Commiseraturque*] Vetus edit. *commisereaturque*, quædam ed. *commisereturque*.

7 *Qui per vim exstinctus*] Horum quatuor vocabulorum nec vola nec vestigium in scriptis est, sed tantummodo: *interitum ejus existimatur*. Forte: *commisereaturque interitum ejus existimatum*, hoc est, falso creditum. *Gronovius*.

8 *Existimatur*] Ita vet. ed. Badiana legit, *existimabatur*: neque enim extinctus erat, sed Orestes ipse, qui Ægisthum sibi necem molientem fugiens, in Phocidem se receperat & post XII. annos Argos reversus, ignotus Electræ sorori, eidem urnam tanquam mortui Orestis tradidit, quæ in lachrymas acerbas effusa, tandem Oreste se prodente, fratrem agnovit. Sophocles in Electra pathetice admodum hoc describit.

9 *Accitus est*] Ita in MS. Vett. editt. legunt, *actitatus est*. Forsan, *actus est*.

10 *Dolor accitus est*] Operarum mendum in Stephanica putabam: sed video sic exaratum esse & in codice Schefferi. Priores, *actitatus est*. Reg. & Rot. *actus est*, ut conjecit Thysius. *Gronovius*.

CAP. VI.

Quid de quorundam sensuum naturali defectione Aristoteles scripserit.

EX quinque his sensibus quos animantibus natura tribuit, visu, auditu, gustu, tactu, odoratu, [1] [2] quas Græci αἰσθήσεις appellant, quædam animalium alia alio carent; & aut cæca natura gignuntur aut [3] [4] [5] inora inauritave. [6] Nullum autem gigni animal Aristoteles dicit, quod

1 *Græci*] Additur in vett. editt. αἰσθήσεις.

2 *Quos Græci ὄψιν, ἀκοὴν, γεῦσιν, ἁφὴν, ὄσφρησιν appellant*] Sic Stephanus, cum esset: *quos Græci αἰσθήσεις, ὄψιν, ἀκοὴν* &c. Scheff. *quos Græci aisthesis appellant*, nihil præterea. Reg. *quas Græci aisthesis appellant*. Rot. *quas Græci aistheseis appellant*. Ubi τὸ *quas* plane pro Gelliano habeo: nam cum utrovis modo loqui liceat, elegantiores tamen consequenti respondere pronomen quam antecedenti malunt. *Gronovius*. Omni sane modo nugatoria est hæc decisio Stephani, ut nudas singulorum sensuum voces Græcas censuerit à Gellio scribi debere, prorsus nulli ignotas & quas in nullo MS. notatas inveniebat: alteram vero vocem utique in scriptis exstantem & huc bene congruam exsulare hinc voluerit, unde compulsus fui verum eligere.

3 *Inora*] Legendum, *inodora*, ex Nonio, ut Badiana quoque Parisiensis editio habet. Quænam enim

quod aut gustus sensu careat aut tactus. Verba ex libro ejus, quem περὶ μνήμης[a] composuit, hæc sunt: [7] τὴν δὲ ἀφὴν καὶ γεῦσιν πάντα ἔχει, πλὴν ὅτι τῶν ἀτελῆ ζώων[b].

a *De memoria.*

b *Sensum & gustum omnia habent, præter imperfecta animalium.*

---

enim animantia sine ore, aut quod ori simile est, & per consequens (quod tamen Gellius negat) sine gustu? nisi quis Plinio credat, qui lib. 7 cap. 2. Astomos Indiæ populos affirmat, qui oris expertes, odore per nares victitant.

4 *Inauritave*] Legendum ex Nonio, *inauditave*: *Inauditum*, inquit, Nonius, *quod non audiat, in veteribus prudentibus lectum.* (Ita Gellium inprimis sine nomine indigetat) *Quædam animalium aliud alio carent, aut* (apud Nonium vox *cæca* excidit) *à natura gignuntur, aut inodora, aut inaudita.*

5 *Inora inauritave*] Nonius Marcellus: *Inauditum, quod non audiat, in veteribus prudentibus lectum est: quædam animalium aliud alio carent, & à natura gignuntur aut inodora aut inaudita.* Ubi Ios. Mercerus non dubitat, quin *veteres* isti *prudentes* sint ipse Gellius, & in hoc inde restituendum: *aut inodora aut inaudita.* Quod admodum probabile est. Atque adeo eriam *inodora* conjecit Badius Ascensius. *Gronovius.* Pertinet igitur hic locus similitudine sua ad locum Taciti lib. IV. hist. c. 62, ubi in præstantissimis & unice bonis MSS. legitur *inhonora signa*, solo hoc discrimine, quod duabus lineis stantibus ea vox sit auctior. Unde hæc duo loca conferri è re doctrinæ fuerit. Nam nugari omnes, qui eas voces tetigerunt, facile demonstres & tibi probes, si attendas, quam vereatur Lipsius, ipse auctor ejus, id verbum cum fiducia Latinitati inserere, nedum firmare *inhonora* signa, sicut ossa inodora & inhonora fluctuant in Persii Satira 6. Certe in Gellio *inora* retineri debere notavit Phil. Carolus, quum sic *inores ostreas* dixerit Turpilius apud Festum; ut dixerint antiqui *inorus* & *inoris*, qui ore caret. *J. Gron.*

6 *Nullum autem gigni animal*] Reg. & Schefferi: *Nullum autem ullum gigni.* Videntur velle: *Nullum autem unum gigni animal.* Gronovius.

7 Τὴν δὲ ἀφὴν] Locus hic vel similis occurrit apud Aristotelem in lib. de Somn. & vig. & lib. 2. de Anima. Non invenio lib. περὶ μνήμης. Thys. Itaque & Lambecius adscripsit [immo de somno & vigilia] & Phil. Carolus quum annotavisset [Fefellit Auctorem sua memoria. Nam locus ex Aristotele citatus περὶ μνήμης est in lib. de Somno & Vigilia, & secundo de Anima] ingreditur seriem similium memoriæ lapsuum.

CAP. VII.

An, affatim, quasi admodum *prima acuta pronunciandum sit, & quædam itidem non incuriose tractata super aliarum vocum accentibus.*

[1] ANNIANUS poëta, præter ingenii amœnitates literarum quoque veterum & rationum in literis oppido quam peritus fuit: & sermocinabatur [2] mira quadam & scita suavitate. Is *affatim*, ut *admodum*, prima acuta non media pronunciabat, atque ita veteres locutos censebat. Itaque se audiente [3] Probum grammaticum hos versus [4] in Plauti Cistellaria legisse dicit:

[5] *Potin' es tu homo facinus facere strenuum?*
[6] *Aliorum est affatim qui faciant. Sane ego*
Me volo fortem perhiberier virum.

cau-

1 *Annianus poëta*] Ejus mentio quoque lib. 9 cap. 10.

2 *Mira quapiam & scita*] Ita solus in tanto numero edidit Thysius, quantum conficio, id fingens & assumens ex errore typorum editionis Amstelodamensis anni 1651 *quapam*; inversa quarta litera, quum in omnibus antecedentibus sit *quadam*, nec aliter in MSS. ut debuerit prudentius agere, & ego veterem scripturam reponere coactus fuerim. *Jac. Gronov.*

3 *Probum grammaticum*] De quo alibi diximus.

4 *In Plauti Cistellaria*] Potius *Clitellaria*, ut jam viderunt, qui fragmenta fabularum Plauti amissarum collegerunt. *Gronovius.*

5 *Potin' es tu homo*] At MS. Reg. *Potine tu homo.*

6 *Aliorum est affatim* &c. *Me volo*] Optimi: *Aliorum affatim est, qui faciant. sane ego Me nolo fortem.* Est enim sermo hominis, qui non metuit timidus vocari. *Gronovius.*

7 *Præ-*

cauſamque eſſe huic accentui dicebat, quod, *affatim*, non eſſent duæ partes orationis, ſed utraque pars in unam vocem coaluiſſet, ſicuti in eo quoque, quod *exadverſum* dicimus, ſecundam ſyllabam debere acui exiſtimabat, quoniam una non duæ eſſent orationis partes; atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his verſibus:

In quo hæc diſcebat ludo, exadverſum loco
Tonſtrina erat quædam.

addebat etiam, quod, *ad*, [7] præverbium tum ferme acueretur, quum ſignificaret ἐπίτασιν, quam [8] intentionem nos dicimus, ſicuti *adfabre* & *admodum* & *adprobe* dicuntur. Cætera quidem ſatis commode Annianus. [9 10] Sed hanc particulam, [11] *ad*, ſemper, quum intentionem ſignificaret, acui putavit, non id perpetuum videtur: nam &, *adpotus* [12] quum dicimus & *adprimus* & *adprime*; [13] intentio his in verbis demonſtratur: neque tamen, *ad*, particula ſatis commode accentu acuto pronunciatur. *Adprobus* tamen, quod ſignificat *valde probus*, non inficias eo quin prima ſyllaba acui debeat. Cæcilius in comœdia, quæ inſcribitur TRIUMPHUS, vocabulo iſto utitur:

Hierocles hoſpes eſt mihi adoleſcens adprobus.

num igitur in iſtis vocibus, quas [14] non acui diximus, ea cauſa eſt quod ſyllaba inſequitur [15] natura longior, quæ [16] non fermè patitur acui priorem in vocabulis ſyllabarum plurium quàm duarum? *Adprimum* autem *longe primum* L. Livius in Odyſſea dicit in hoc verſu:

[17] *Ibi*

7 *Præverbium*] Vett. editt. habent *proverbium*. *Præverbium* autem dicitur, cum particula *ad* per compoſitionem præponitur verbo, id eſt, parti dictionis. Etiam Salmaſius diſerte annotavit in MS. Reg. eſſe *proverbium*.

8 *Intentionem*] Quoties incrementum notat, & augendi vim habet.

9 *Hanc*] Vet. ed. Bad. *Quod hanc*.

10 *Sed hanc particulam, ad, cum intentionem*] Superiores editi: *ſed hanc particulam, ad, ſemper cum intentionem*. Carrio vel Stephanus omiſerunt τὸ *ſemper*. At ſcripti hoc retinent, negligunt autem τὸ *ad*: optimi etiam interponunt τὸ *ſi*, hoc modo: *Sed ſi hanc particulam ſemper, cum intentionem ſignificaret, acui putavit; non id perpetuum videtur*. Gronovius. Neſcio quî ad has citationes venerit, quum ipſe ediderit *particulam, ad, quam ſemper, cum*. An illud *quam* invito ipſo irrupit?

11 *Ad quam*] In quodam MS. hæc deſunt.

12 *Quum dicimus*] Deeſt in quodam MS.

13 *Intentio his in verbis dem.*] Reg. *his in omnibus dem*. Lincoln. *his verſibus dem*.

14 *Non*] Aliter, *nos*.

15 *Natura longior*] Eam ſyllabam natura longam dicimus, quæ aut diphthongum, aut vocalem longam habet. Diomedes lib. 2. & Priſcianus hanc accentuum rationem habent. In triſyllabis & tetraſyllabis & deinceps, ſecunda ab ultima obſervanda eſt. Hæc ſi natura longior fuerit, inflectitur, ut *Romanus*, *Cethegus*. Si vero poſitione longa fuerit, acuitur penultima, ut *Catullus*, *Metellus*. Si autem brevis fuerit, prima ſervabit acutum. Si itaque ſequens ſyllaba ſit natura longior, priorem ſyllabam in triſyllabis non acui voluit Gellius. Secus dicendum, ſi poſitione longa ſit. Ita in *evinde* & *ſiquando* primam acuebant. Servius in VI. Æn. Exinde *una pars orationis eſt, & in tertia à fine accentum habet, licet penultima longa ſit*. Donatus in Eunuchum Act. V. ſc. 1. Siquando *& prima ſyllaba acui poteſt, & media*. Cæterum notandum eſt, ut alibi quoque diximus, ſimul & accentus & longæ ſequentis ſyllabæ rationem habuiſſe Veteres.

16 *Non ferme*] Dubitat tamen de natura longæ Gellius, quia noverat aliam accentus, aliam ſylla-

[17] *Ibi denique vir ſummus adprimus Patroclus.*
[18 19] Idem Livius in Odyſſea *præmodum* dicit, quaſi *admodum. Parcentes*, inquit, [20] *præmodum.* Quod ſignificat *ſupra modum;* dictumque eſt quaſi *præter modum:* in quo ſcilicet prima ſyllaba [21] acui debuit.

bæ productæ haberi rationem. Ultimis autem duabus longis tertiam ab ultima acui nec Latinus nec Græcus ſermo patitur.

17 *Ibi denique vir ſummus*] Reg. *ibid'que.* Rot. *ibidemque.* Conabar etiam aliquando *ſummis*: ut eſſet, ſummis proximus vel apud ſummos longe primus. *Gronovius.*

18 *Livius in Odyſſea*] Vide lib. 3 cap. 16.

19 *Idem Livius in Odyſſea*] Et cur non aut *Livius in eadem Odyſſea?* ut 3, 16. *In eodem libro Plinii Secundi*, aut *idem Livius in eadem Odyſſea?* ut 1, 15. *Idem Cato in eadem oratione.* Utique in capite etiam ſequente ſic loquitur, ſed quum ejuſdem ſcriptoris aliud opus innueret. *Item Laberius in Gallis . . . . Item idem Laberius in coloratore: ſed idem Plautus in Trigeminis*: non quum idem denuo ſcriptum citaret, aut ejuſdem ſcripti non diverſum librum, ut contra 1, 7 de Quadrigario. Regius etiam nunc habet *in dyſſia*, quum antea *in Odyſſia*, prout etiam 3, 16 Latine vocem eam exprimit, ut ſcias certam fuiſſe illius manum & ſine cauſa nunc omittendæ primæ literæ, cui nunc tamen non ſuccurro.

20 *Præmodum*] Toties in Gellio occurrit *præter*, (pro quo 5, 8 ponit p̄) torque alia loca primam iſtam ſyllabam continent; & tamen nuſpiam obſervavi in codice Regio iſtam notam, quam nunc bis exhibet, nempe p9. Aliis literis ut r, m &c. appoſitam memini, non huic literæ p.

21 *Acui debuit*] Reg. *debebit.*

CAP. VIII.

Res ultra fidem tradita ſuper amatore delfino & puero amato.

[1] DELFINOS [2] Venerios eſſe & amaſios non modò hiſtoriæ veteres, ſed recentes quoque memoriæ declarant. [3 4] Nam & ſub Cæſaris,

1 *Delfinos*] Amores erga pueros deſcribit quoque Athenæus lib. 13. Ideoque in emblematis & nummis ac ſtatuis Veterum exhibetur Delphin alato cupidine frenatus, vel qui dorſo ejus inſidet. Quod Delfini amore homines proſequantur, refert quoque Ariſtoteles lib. IX. Hiſt. anim. c. 48. Nota hiſtoria vel potius fabula, quam refert Herodotus lib. 1. de Arione Methymnæo, qui cum in mare proſiliſſet, à Delfino Tænarum in Laconiam tranſvectus eſt. Complures tales narrationes proponit Plinius lib. 9 cap. 8. vide etiam Plutarchum de Compar. Anim. Ælianum lib. 6 cap. 15. Athenæum 7. Δειπνοσ. Merito hæc ſuſpecta Julio Cæſari Scaligero in Comm. ad Ariſtot. hiſt. de Anim. Hinc Delfinos occidere, multo minus veſci grande nefas habitum apud Græcos, & Oppianus in Ἁλιευτ. parricidio comparat. Huc pertinet illud Athenæi l. 13. Cœranum à piſcatoribus vitam & libertatem Delfini pecunia redemiſſe.

2 *Venerios eſſe*] MS. *eſſe venereos.*

3 *Nam & ſub Cæſaribus*] Plinius lib. 9 c. 8. *Divo Auguſto principe Lucrinum lacum invectus pauperis cujuſdam puerum ex Bajano Puteolos in ludum literarium itantem, cum meridiano immorans appellatum eum Simonis nomine, ſæpius fragmentis panis, quem ob id ferebat, allexiſſet, miro amore dilexit. Pigeret referre, ni res Mœcenatis & Flavii Alfii multorumque eſſet literis mandata. Quocunque dici tempore inclamatus à puero, quamvis occultus atque abditus, ex imo advolabat, paſtuſque è manu præbebat aſcenſuro dorſum, pinnæ aculeos velut vagina condens: receptumque Puteolos per magnum æquor in ludum ferebat, ſimili modo revehens pluribus annis, donec morbo extincto puero, ſubinde ad conſuetum locum ventitans, triſtis & mœrenti ſimilis, (quod nemo dubitaret) deſiderio expiravit.*

4 *Sub Cæſaribus*] Qui tempore Gellii jam aliquo numero fuerant. An igitur iſte auctor ita invidit lectori notitiam temporis, ut tantum liceret ſcire ſub republica florente id non eveniſſe, ſed tempore libertatis oppreſſæ? & non etiam ſub quo potiſſimum Cæſare, aut quibus cujuscunque Cæſarum annis? Bene credo de Gellio, & facturum fuiſſe opinor, ſi id voluiſſet. Sed diſerte habet codex Regius *ſub Cæſaris*, quod quemadmodum ab tot ingeniis potuit vilipendi & pro nihilo prætermitti? in tantum ut poſt Salmaſium id notaverit frater mecum; Lambecius & Bourdelotius omiſerint. Atqui eſt hæc veriſſima ſententiæ Gellianæ reſtitutio, qua illum ſtatim decorandum cenſui, ut propius notaret locum, non tempus, etſi id quoque ſic ſatis notetur, certe tempore Cæſarum contigiſſe. Et notiſſima illic fuit villa

saris, in Puteolano mari, ut [5] Apion scriptum reliquit, & aliquot sæculis ante [6] apud Naupactum, [7] ut Theophrastus tradidit, [8] amatores flagrantissimi [9] quidam delfinorum cogniti compertique sunt. [10] Neque ii amaverunt, [11] quod sunt ipsi genus; sed pueros forma liberali in naviculis fortè aut in vadis litorum conspectos miris & humanis modis [12] arserunt. Verba subscripsi Apionis eruditi viri ex Ægyptiacorum libro quinto: quibus delfini amantis & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, [13] aurigationes refert; eaque omnia sese ipsum multosque alios vidisse dicit. [14] Καὶ αὐτὸς δ' ἓν εἶδον περὶ Δικαιαρχίαν δελφῖνα ἐρῶντα παιδὸς, καὶ πρὸς παιδικὴν ἐπιπομένου φωνήν. ἀταρ ἓν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθὺς ἀνεδέχετο τὸ παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων, καὶ [15] τὰς ἀκάνθας περιστελλων,

a *Et ipse igitur vidi juxta Dicæarchiam delphinum puerum amantem, & ad pueri vocem amoris æstro percussum. Enimvero piscis adnatans puerum tergo suscipiebat, & pinnæ aculeos cohibens, ne di-*

villa Cæsaris. Tacitus lib. 14 annal. c. 9. Agrippina *tumulum accepit viam Misseni propter & villam Cæsaris dictatoris.* Sed & in eodem MS semper legitur Apion, unico p, non gemino. *Jac. Gronov.*

5 *Apion*] Vide lib. 5 c. 14.

6 *Apud Naupactum*] Quod Ætoliæ oppidum est Straboni lib. 9. & Stephano de Urbibus.

7 *Ut Theophrastus tradidit*] Eundem quoque citat Plinius. Verisimile autem hæc scripsisse ἐν τῷ Ἐρωτικῷ, quem librum simili in materia citat Athenæus lib. 13.

8 *Amatores flagrantissimi quidam delphinorum*] Rom. Ven. Gryp. *flagrantissimi delphinorum quidam.* Ascens. *amatores flagrantissimi delphini cogniti.* Etiam Aldus caret τῷ *quidam*, ut & omnes, quibus utimur, scripti. Censeo, reponas: *amores flagrantissimi delphinorum cogniti compertique sunt.* Gronovius.

9 *Quidam delfinorum*] Vett. ed. *Delfinorum quidam.* Bad. *Delfini.* Thys. Imo ut jam dictum est, absque τῷ *quidam* codex Regius *amatores flagrantissimi delphinorum cogniti*, quam ambiguitatem amœnam reor visam Gellio.

10 *Neque ii*] MS. *neque bi.*

11 *Quod sunt ipsi genus*] Cujus generis ipsi sunt. *Thys.*

12 *Arserunt*] Deperierunt, impatienter amarunt. Activum quoque verbum est apud Virg. Ecl. 2. *Corydon ardebat Alexin.* more Græcorum, quibus αἴθω & neutrum & activum est. *Thys.* Ubi tamen Lambecius aliquando cogitavit *arcesserunt.*

13 *Aurigationes*] Pueri, qui tanquam auriga dorso insidens delfinum moderabatur.

14 Καὶ αὐτὸς δ' ἓν εἶδον] Hæc in Schefferi membranis rubrica notata sic sonant: Αὐτὸς δ' ἓν εἶδον περὶ Δικαιαρχείας Υακινθος ἐκαλεῖτο πῶϊ εἰσεπλομένου δελφῖνα πρὸς παιδικὴν ψυχὴν πλεύμενος ἐντὸς τάστε ἀκάνθας περιστέλλων ἵνα μὴ τῷ ποθεμένε χρωτὸς ἀμυξη φειδόμενος ἱππηδὸν περιβεβηκότα μεχρὶ διακοσίων ἀνῆγε σαδίων. ἐξεχεῖτο δὴ ἓν Ρώμη καὶ πᾶσα Ιταλία τᾶ Αφροδίτης ξυνορώντες νεοχέμενον ἰχθύν. Ubi sunt quædam vulgatis elegantiora & quæ ad rem pertinere videntur; ersi quædam etiam desiderentur. Itaque vide an ex utrisque sic possit instaurari locus: Καὶ αὐτὸς δ' ἓν εἶδον ἐρῶντα παιδὸς (Υακινθος ἐκαλεῖτο) καὶ ἐξεπτομένου δελφῖνα πρὸς παιδικὴν φωνήν. Ατὰρ ἓν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθὺς ἀνεδέχετο τὸ παῖδα ἐπὶ τῶ νώτων πτερύμενός τε καὶ τὰς ἀκάνθας περιστέλλων, ἵνα μὴ τᾶ ποθεμένε χρωτὸς ἀμυξειε φειδόμενος, ἱππηδον ἐπιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σαδίων. Εξεχεῖτο δὴ ἀρα ἡ Ρώμη καὶ πᾶσα ἡ Ιταλία τᾶ Αφροδίτης ξυνορῶντες νεοχέμενον ἰχθύν. Quis non videt exquisitius esse Ρώμη καὶ πᾶσα ἡ Ιταλία ξυνορῶντες quam θεάσασθαι? Ælianus de animal. 6, 49. Ὁ δῆμος ἓν μαθόντες ταῦτα. LXX Deut. 21. Καὶ καταβιβάσουσιν ἡ γερουσία τᾶ πόλεως ἐκείνης δαμαλιν. Cap. 22. Καὶ ἐάσουσιν ἡ γενεὰ ἑτέρα. Tum melius est, νεοχεμενον *vectorem pueri*, quam νηχομενον; τᾶ ἀφροδίτης (puta ἕνεκα) quam ὑπ' ἔρωτος. Gronov. Sed etiam hîc notari oportet pro istis Græcis in MS. Regio ab initio nihil haberi præter Αυλος δ'. Unde colligi oportet illud καὶ, unde in editis Græca ista incipiunt, esse spurium nec venisse ab Gellio, ut deleri debeat. Deinde istud in Schefferi codice νεοχέμενον unice nos ducit ad veram lectionem & explicationem istarum aurigationum, ad quas alludit, corrigendo ἠνιοχεμενον. Denique dulcissimum est illud πτερύμενος ὠτὸς. Nam quum omnia volatilia pennis instrui debuerint extrinsecus, delphinum interior impetus velut alatum coegit volare. Denique notatio loci non debuit omitti. *Jac. Gronov.*

15 Τὰς ἀκάνθας] Plinius hunc locum expressit,

λων, ἵνα μὴ τὸ ποθούμενον χρῶτα ἀμύξειε, καὶ ἱππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων. ἐξεχεῖτο δ' ἄρα ἡ Ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία θεάσασθαι ἰχθὺν [16] νηχόμενον ὑπὸ ἔρωτος [a]. [17] [18] Ad hæc adjicit rem non minus mirandam. Postea, inquit, idem [19] [20] ille puer delfineromenos morbo affectus obiit suum diem. At ille amans, ubi sæpe ad litus solitum adnavit, & puer qui in primo vado adventum ejus opperiri consueverat, nusquam fuit, desiderio tabuit exanimatusque est; & in littore jacens, inventus ab his qui rem cognoverant, in sui pueri sepulchro humatus est.

lectum corpus laceraret, & illum qui more equi ejus dorsum ascenderat ad stadia ducenta deferebat. Roma igitur omnisque Italia effundebatur, ut videret ex amore natantem piscem.

---

cum dicit, *pinnæ aculeos velut vagina condens.* Tales tamen aculeos in tergo Delphini non inesse Rondeletius, qui plurimos conspexit, testatur lib. 16 cap. 8. de Piscibus.

16 Νήχομενον] Casaubonus mavult νικώμενον.

17 *Adjicit*] In MS. quodam *adducit.*

18 *Ad hæc adjicit rem non minus mirandam*] Omnes scripti, *Ad hoc.* meliores etiam carent negandi particula, quæ tamen necessaria est. Forte: *Ad hoc adjicit non minus mirandum.* vel *miranda.* Gronovius.

19 *Amœnus*] *Qui ad se amandum allicit*, juxta Festum. In MS. quodam, ut annotatum à viro docto in Cod. antiquo, legitur *amatus.*

20 *Ille puer delphino amœnus*] E Fulviano notant *amatus.* Rot. *delfineromenos.* Reg. *delphineromenos.* ut monere occupavit Salmasius in Addendis ad Solinum. Ερώμενος & Ερωμένη, deliciæ. Diomedes lib. 1. *Amicus, amicarius*, ἐρωμενοπάροχος, ἐρωμενοπώλης, ἐρωμεναγοραστής. A Delphino similiter lib. 6 cap. 15. à cane, à graculo lib. 1 cap. 6. ab aspide lib. 4, 54 de animal. ab ansere lib. 5, 29 pueros amatos refert Ælianus. *Gronovius.*

CAP. IX.

Peposci & memordi, pepugi, spepondi, & cecurri *plerosque veterum dixisse, non uti postea receptum est dicere, per* o, *aut per* u, *literam in prima syllaba positam, sed per*, e, *atque id Græcæ rationis exemplo dixisse: præterea notatum, quòd viri non indocti neque ignobiles, à verbo* descendo, *non* descendi, *sed* descendidi *dixerunt.*

[1] *Poposci, momordi, pupugi, cucurri*, probabiliter dici videntur: atque ita nunc omnes fermè [2] doctiores hujuscemodi verbis utuntur. Sed Q. Ennius in Satiris, *memorderit*, dixit per, *e*, literam, non *momorderit. Meum*, inquit, *non est;* [3] [4] *at si me canis memorderit.* Item [5] Laberius

1 *Poposci & momordi*] Reg. *Peposci & memordi, pepugi, spepondi & cecurri.* prorsus ut editi ante Stephanum, nisi quod *occecurri.* Gronovius.

2 *Doctiores hujuscemodi verbis utuntur*] Omnes scripti *hujusce* sine τῷ *modi.* Lege: *atque ita nunc omnes ferme doctiores hisce verbis utuntur.* Idem.

3 *At si me canis memorderit*] In MS. erat: *Meum non est, alt'nus iste canis memorderit.* Fortean scripsit Ennius: *Meum non est, alterius si te canis memorderit.* Ut sit proverbiali specie dictum in eum, qui mali sui causam non ipsi auctori, sed alteri cuipiam imputat, ὥσπερ κύων εἰς τὸν λίθον ἀγανακτοῦσα. Ego certe Enniana istæc verba hoc sensu emendari malim, quam omni omnino sensu carere. Quin etiam metri ratione observata emendatio illa tolerari potest. Nam si τὸ *alterius* tollatur, integer restat senarius: *Meum non est, si te canis memorderit.* Eo autem versuum genere, Ennium satiras aliquot scripsisse, videre est ex fragmento, quod citatur apud eundem Gellium lib. 18 cap. 2. *Lambecius.*

4 *At*

rius in [6]Gallis: *De integro patrimonio meo centum milia nummûm memordi.* Item idem Laberius in Coloratore: [7] *Itaque* [8] *levi pruna percoctus simul sub dentes mulieris veni, bis ter memordit.* Item P. Nigidius de animalibus libro secundo: *Serpens si memordit,* [9] *gallina deligitur & opponitur.* Item Plautus in Aulularia: *admemordit hominem.* Sed idem Plautus in Trigeminis non *præmordisse*, neque *præmemordisse* dixit, sed *præmorsisse.*

Ni fugissem, inquit, *medium, credo, præmorsisset.*

[10] Item Atta in Conciliatrice: *Ursum se memordisse autumat. Pepoſci* quoque, non *popoſci* Valerius Antias libro Annalium quadragesimo quinto scriptum reliquit. *Denique Licinius tribunus plebi* [11] [12] *perduellionis ei diem dixit, & comitiis diem à* [13] *Q. Martio prætore pepoſcit. Pepugero* æque [14] Atta in Ædilicia dicit: *Sed si pepugero metuet.* Ælium quoque Tuberonem libro ad C. Oppium scripto [15] *occecurrerit* dixisse Probus anno-

4 *At si me canis memorderit*] Non aliter apud Nonium legitur, qui descripsit hæc in *Memordi.* nisi quod ibi membranæ antiquissimæ, *ut si.* Reg. & Rot. *ac si me canis.* Gronovius.

5 *Laberius*] De quo supra 1, 7 & 3, 12.

6 *In Gallis*] Apud Nonium in v. *memordi*, ubi habet eadem, legitur, *Callis.*

7 *Itaque levi*] In Aldina, Badiana, Gryphiana editione, & MSS. uti versus hic leguntur, ita monet Barth. Adv. l. 8 c. 18. versus senarios jambicos restituendos,

——— *itaque levi*
Pruna percoctus simul sub dentes mulieris
Veni, bis ter memordit ———

8 *Levi*] MS. *leni.*

9 *Gallina deligitur, & opponitur*] Serpentium morsibus opitulari testantur rerum naturalium scriptores, si gallinæ vivæ discerptæ, calentesque sufficiantur. Plinius de gallinaceis idem tradit, cum dicit lib. 29 c. 4. *Carnibus gallinacevorum, ita ut tepeant avulsæ, appositis, venena serpentium domantur, item cerebro in vino poto.* Adversus venenatarum bestiarum morsus gallinarum cerebellum in vino epotum valere Dioscorides quoque tradidit lib. 2 c. 2. Quinetiam ipsa ova: Plinius lib. 29 c. 3. *Adversus ictus serpentium ova cocta tritaque, adjecto nasturtio illinuntur.*

10 *Item Atta*] Vet. edit. habent, *Accius*, atque ita corrupte quoque apud Nonium legitur. In MSS. *Atta.* Intelligitur Quinctius Atta Poëta. Festus: *Attæ appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt, & attingunt magis terram, quam ambulant. Quod cognomen Quinctio Poëtæ adhæsit.* Meminit quoque ejus Horatius lib. 2. Epistol. 1.

Recte necne crocum floresque perambulat Attæ
Fabula, si dubitem: clament periisse pudorem
Cuncti pene patres.

Hunc poëtam togatas docuisse monuit nos Porphyrio. Vide *Carrionem* lib. 1. Em. c. 14.

11 *Perduellionis*] Qui hostili animo in Remp. esset, idque certo facto declaravisset. Perduelles enim & duelles Veteribus hostes dicebantur. Illorum autem causa qui perduellionis accusabantur, non apud Prætorem coram tribunali, sed à Populo Rom. comitiis centuriatis cognoscebatur. Vide Orat. Cic. pro Rabirio, & Val. Max. lib. 6 cap. 5.

12 *Tribunus plebei perduellionis ei diem dixit*] Reg. & Rot. *tribunus plebi perduellionem ei diem dicit.* Scheff. *tr. plebis perduellionem ei dum dicit.* Sed & editi omnes usque ad Stephanum, *perduellionem*, haud dubium argumentum hæc aliquid monstri alere. Quod illud? Suspicor auctori fuisse: *Licinius tribunus plebi perduellionem ei judicavit, & comitiis diem.* Neque enim solus, opinor, Livius dixit lib. 1. *P. Horati, tibi perduellionem judico.* Sed & scripti, *à M. Marcio.* Gronovius. Videtur excidisse particula *in*, tribunus plebi in perduellionem ei diem dicit, ut apud Liv. 43, 16 *diem dixit ad rogationem.* Jac. Gronov.

13 *Q. Martio*] Vet. ed. *M. Marcio.*

14 *Atta in Ædilicia*] Ita illum quoque citat Diomedes lib. 3. sed corrupte ibi *Attius* legitur. Citat quoque Macrobius lib. 2 Sat. c. 14. Attam in *supplicatione.* Nonius in *Aquis caldis, Epigrammatis, Lucubratione.*

15 *Occecurrerit*] Vet. ed. *occecurrit.*

annotavit, & hæc ejus verba appoſuit. *Si generalis ſpecies occecurrit.* Idem Probus Valerium Antiatem [16] libro hiſtoriarum duodecimo *ſpeponderant* ſcripſiſſe annotavit; verbaque ejus hæc poſuit: [17] *Tib. Gracchus, qui quæſtor* [18] *C. Mancino in Hiſpania fuerat, & ceteri qui pacem ſpeponderant.* [19 20] Ratio autem iſtarum dictionum hæc eſſe videri poteſt: quoniam Græci in quadam ſpecie præteriti temporis, quod παρακείμενον [a] appellant, ſecundam verbi literam, *e* [21] plerumque vertunt, γράφω γέγραφα, ποιῶ πεποίηκα, λαλῶ λελάληκα, κρατῶ κεκράτηκα, λύω λέλυκα [b]. Sic ergo *mordeo memordi, poſco pepoſci, tendo tetendi, tango tetigi, pungo pepugi, ſpondeo ſpepondi, curro cecurri, tollo tetuli* facit. Sic & M. Tullius & [22] C. Cæſar *mordeo memordi, pungo pepugi, ſpondeo ſpepondi,* dixerunt. Præterea inveni à verbo *ſcindo* ſimili ratione non *ſciderat* ſed *ſeſciderat* dictum eſſe. [23] L. Attius in Sotadicorum libro primo *ſeſciderat* dixit. Verba hæc ſunt: *Non ergo* [24] *aquila ita, uti prædicant,* [25] *ſceſciderat pectus.* [26] Ennius quoque & Valerius Antias, in libro hiſtoriarum

a *Præteritum perfectum.*

b *Scribo ſcripſi, facio feci, loquor locutus ſum, teneo tenui, lavo lavi.*

16 *Libro hiſtoriarum XII*] Reg. & Rot. *XXII.* Gronovius.

17 *Tib. Gracchus*] Tib. Gracchi clariſſimi atque eminentiſſimi viri filius, P. Africani ex filia nepos, quo quæſtore & auctore turpiſſimum fœdus Numantinum in Hiſpania ictum fuerat.

18 *C. Mancino*] Hoſtilio, conſuli. De quo Cicero lib. 3. offic. *C. Mancinus, ut Numantinis, quibuſcum ſine ſenatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem fuaſit eam, quam L. Furius Sex. Atilius ferebant. Qua accepta, eſt hoſtibus deditus.*

19 *Ratio dictionum*] Vet. ed. *iſtarum dictionum.*

20 *Ratio autem dictionum*] Scripti, ut & editi ante Stephanum: *Ratio autem iſtarum dictionum.* Gronovius.

21 *Plerumque vertunt*] Niſi à vocali in indicativo verbum incipiat. Priſcianus dicit lib. 9. nihil eſſe apud Græcos in Arte gramm. quod non idem in lingua Latina obſervatum ſit. Sed de eo merito dubitatur.

22 *C. Cæſar*] Forſan in lib. de Analogia hoc monuit.

23 *L. Attius in Sotadicorum libro primo*] Vett. editt. habent *Accius.* Sic in vett. codd. & MSS. legitur, ſine quibus nihil temere mutandum; qui vel obſcœni fuere libri, quibus Sotadem, impurum ſcriptorem, imitatus eſt, qui cepit κιναιδολογεῖν, ut Strabo loquitur lib. 14. Cujus nimiam quoque maledicendi pruriginem, etiam ipſi Ptolemæo Philadelpho (quæ cauſa illi mortis fuerit) reprehendit Athenæus lib. 14. Vel Sotadeo metro libros ſuos ſcripſit, de quo metro ita ſcripſit Fortunatianus in fragmento: *Primus ſpondeus, ſecundus perijambus, tertius ſpondeus, quartus perjambus, quintus tribrachys, ſextus item tribrachys, ultimus ſpondeus. Et quod magis mirum videri poteſt, totus Sotadeus numerus è trochæis poteſt conſtare pedibus, & duo habet Ithyphallica metra, & unum trochæum pedem.* Alii aliter de Sotadeo Ionico ſcribunt. Sotades autem & proſa, ut ex Athenæo liquet, & verſa oratione ſcripſit, ut Suidas teſtatur. Quocunque igitur modo Sotaden imitatus eſt Attius. *Thyſ.* Add. Hieron. Columnam ad fragmenta Ennii pag. 291.

24 *Aquila ita, uti prædicant*] Rurſum ſcripti & editi: *ut hi prædicant.* nempe poetæ. *Gronovius.* Sed inſuper Regius: *Num ergo aquila ita ut hi prædicant ſciciderat pectus*, prout etiam ibi legebatur ſemel *ſciciderat*, tum *ſcididerat*

25 *Sceſciderat*] Aliter, *ſeſciderat.*

26 *Ennius quoque*] Credo huic loco deeſſe quædam verba. *Thyſ.* Quæ ſententia non orta eſt ex Thyſio, ſed hic iteravit ex Aſcenſii notis, unde ad noſcendam ejus ſententiam ſic porro addi oportebat [Deſcendedi à deſcendo declinavit. & locum citatum. quem quia deſideratur, divinare non poſſumus. deinde additum eſt *Et Valerius Antias*] Qui defectus affirmari poteſt ideo certius, quod in MS. Regio vocula & non exſtet, claro indicio, illum ortum fuiſſe

rum [27] ſeptuageſimo quinto, verba hæc ſcripſit: *Deinde funere locato ad forum deſcendidit.* [28] Laberius quoque in Catulario ita ſcripſit:

Ego mirabar quomodo mammæ mihi deſcendiderant.

fuiſſe ex iteratione vocis *quoque*, quæ ut ab Gellio poſita fuit poſt nomen *Ennius*, ita progreſſus orationis fecit, ut repeteretur ante nomen *Valerius*. Itaque hinc eſt, ut ignoremus, citatio Ennii utrum pertinuerit ad verbum *ſcecidit*, an ad alterum *deſcendidit*, quum interim ex Melanippa Ennii citet Priſcianus lib. 10 *Quom ſaxum ſciciderit.* Ubi etiam jungit locum ex Sotadicis nunc citatum, ut ita appareat locum hunc Gellii tunc in oculis & mente Priſciani fuiſſe. Sed & hinc quoque factum videtur, ut hæc omnia ab τοῖς *Valerius Antias* bis ſcripta ſint in eodem Regio MS. *Jac. Gronov.*

27 *Septuageſimo quinto*] In quodam MS. Lxxxv.

28 *Laberius*] In MS. quodam, *Valerius.*

CAP. X.

[1] Uſuſcapio *& copulate & recto vocabuli caſu dicitur, ita* pignoriſcapio *conjuncte & eadem vocabuli forma dictum eſt.*

UT hæc *uſuſcapio* dicitur copulato vocabulo, [2] *a*, litera in eo tractim pronunciata; ita *pignoriſcapio* [3] junctæ ſunt partes, & producte dicebatur. Verba Catonis ſunt ex primo epiſtolicarum quæſtionum: *Pignoriſcapio ob æs militare, quod æs* [4] *à tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum ſeorſum fit.* Per quod [5] ſatis dilucet [6] hanc *capionem* poſſe dici, quaſi hanc *captionem*, & in uſu & in pignore.

1 *Uſuſcapio* &c. *eadem vocabuli forma dictum eſt*] Schef. *Uſucapio.* Regius, *dictum eſſe.* Lege: *Ut uſucapio & copulate & recto vocabuli caſu dicitur, ita pignoriſcapio conjuncte & eadem vocabuli forma dictum eſſe.* Cur enim *uſuſcapionem* diceret, quæ eſt *uſucapio?* Et comparatio eſt in eo, quod utraque vox eſt compoſita, utraque recto caſu ſimiliter exit. Sed & in principio capitis Regius: *Ut hæc uſucapio.* Gronovius. Scias quoque nullam in codice iſto Regio copulativam apparere.

2 *A litera*] Quæ alias brevis eſt.

3 *Junctæ ſunt partes & producte dicebatur*] Sic Stephanus. Olim, *productæ dicebatur.* Scripti nullas hic ferunt *partes.* Fortaſſe: *ita pignoriſcapio juncte A producta dicebatur.* Ut antea, *A litera in eo tractim pronunciata.* Gronovius.

4 *A tribuno ærario*] Pædianus Verrina tertia: *Pecunia attributa eſt, quæ in ſtipendium militum de ærario à tribunis ærarii adnumerari quæſtori ſolet.* Meminit quoque Varro lib. 4. de L. L. Cicero lib. 3. de L. L. inter minores magiſtratus enumerare videtur, quales erant quæſtores, tribuni militum, & ærarii, atque ita porro. Tribuni autem ærarii in Porcia Baſilica, non è tribunali aut curuli ſella, ſed è ſubſelliis, quia minores erant magiſtratus, jus dicebant.

5 *Satis*] Abeſt à vet. ed.

6 *Hanc capionem*] Familiare hoc poſtea in legibus & edictis. Sic *Dominii capio* in l. 18 §. 1. ff. de Damn. infect. integer quoque titulus in Jure civili, in ff. de mortis cauſa donat. & capionibus.

CAP. XI.

Neque levitatem *neque* nequitiam *ea ſignificatione eſſe, qua in vulgi ſermonibus dicuntur.*

[1] [2] *Levitatem* plerumque nunc pro inconſtantia & mutabilitate dici audio, & *nequitiam* pro ſolertia aſtutiaque. Sed veterum hominum qui proprie atque integre locuti ſunt, *leves* dixerunt, quos vulgo nunc viles

1 *Levitatem*] Levitas gravitati opponitur vel proprie vel tranſlate. Pro inconſtantia & mutabilitate etiam Cicero utitur in Miloniana: *Reſiſtere & levitati multitudinis & perditorum temeritati.* Quæ ſit illa levitas, Pro domo ſua oſtendit: *Quod in imperita multitudine eſt vitioſiſſimum, varietas & inconſtantia, & crebra tanquam tempeſtatum ſic ſententiarum commutatio.*

2 *Levitatem appellaverunt p. q. vilitatem*] Et veterum tamen hominum mentem videtur plane ſervaviſſe

les & nullo honore dignos dicimus; *& levitatem* appellaverunt [3] proinde quasi *vilitatem;* & *nequam* hominem [4] nulli rei neque frugis bonæ; quod genus Græci fere [5] [6] ἄσωτον ἢ ἀκόλαστον ἢ ἀχρεῖον ἢ ἄχρηστον ἢ κακότροπον ἢ μιαρὸν [a] dicunt. Qui exempla horum verborum requirit, [7] ne in libris nimis remotis quærat, inveniet ea in M. Tullii secunda Antonianarum. Nam quum genus quoddam sordidissimum vitæ atque victus M. Antonii [8] idem demonstraturus esset, quod in caupona delitesceret, quod ad vesperum perpotaret, quod ore involuto iter faceret ne cognosceretur; [9] hæc & alia ejusmodi quum in eum dicturus esset, *Videte*, inquit, *hominis levitatem.* Tamquam prorsus [10] ista dedecora hoc vitio in homine notarentur. At postea, quum in eumdem Antonium probra quædam alia ludibriosa & turpia ingessisset, ad extremum hoc addidit: *O hominem nequam! nihil enim magis proprie possum dicere.* Sed ex eo loco M. Tullii verba compluscula libuit ponere. *At videte levitatem hominis! quum* [11] *hora diei decima fere* [12] *ad Saxa rubra venisset,* [13] *delituit in qua-*

a *Perditum*, (qui servari nequit,) *aut incastigabilem*, *aut nullius frugi*, *aut inutilem*, *aut male moratum*, *aut sceleſtum.*

vavisse Suetonius Tiber. 3, ubi ait: *Salinator universas tribus in censura notavit levitatis nomine* &c. quod culpæ vocabulum à Livio non expressum videtur Suetonius ex vetustioribus monumentis repetisse. Ipse Gellius suam explicationem videtur exemplo adjuvisse 1, 15 *Qui sunt leves & futiles & importuni lecutores, quique nullo rerum pondere in nixi verbis humidis & lapsantibus diffluunt.* Jac. Gronov.

3 *Proinde quasi lenitatem*] At *lenitas* in vitio non est. Sed quia leves ait dictos, qui vulgo viles appellantur, credibile est etiam levitati comparasse *vilitatem*, ut censuerunt olim scribendum Chr. Colerus & Guil. Ranchinus. *Gronovius.* Hæc æqua sunt, nec tamen huc aciem dirigunt codices MSSti, quorum Regius plane *perinde quasi levitatem*, tanquam innueret *lævitatem*, quam differentiam in dictante signare non potuit scriba.

4 *Nulli*] Vet. ed. *nihili neque rei.*

5 Ἄσωτον] Is dicitur, qui per se suaque opera perit, luxu & ganeæ studio perditus- vide Aristot. lib. 4 cap. 1. Ἀκόλαστον *incastigabilem* verti, & tum opponitur κεκο᾽ασμένῳ, quem Latini *castigatum* appellant. Ita quoque dicitur intemperans, lascivus, libidinosus. Hesychius ἀκόλαστον interpretatur θρασέα, κακὸν, ἀσελγέα, ὑβριστικὸν. Quod autem Gellius voci *nequam* putat respondere ἄσωτον, ἀκόλαστον, μιαρόν; H. Stephanus jure dubitat, an illa vox tantam ignominiam, vel etiam scelus in se recipiat. Notandum igitur vocem *nequam* proprie *inutilem*, *nullius frugi* denotare. Caper extremo libro de Orthographia, *Nequam non malum significat, sed inutilem.* Vide quoque Varronem lib. 9. de L. L. & Festum. Verum ad libidines amatorias & gravia etiam postmodum crimina & flagitia traductum illud vocabulum, uti ex Ciceronis Philippica secunda, aliisque probatis auctoribus liquet.

6 Ἄσωτον ἢ ἀκόλαστον ἢ ἀχρεῖον ἢ ἄχρηστον ἢ κακότροπον ἢ μιαρὸν *dicunt*] Scheff. *quod genus Græci fere ἄσωτον ἀκόλαστον dicunt.* Regius: *quod genus Græci fere ἄτωτον vel ἀκολαστον dicunt.* Nihil amplius. *Gronovius.*

7 *Ne in libris nimis remotis quærat*] Parum interest, sed scripti consensu: *ne in libris nimium remotis.* Idem.

8 *Idem demonstraturus*] In Lincoln. erat *idem monstraturus.* Sed ex Regio notavi, abesse vocem *idem* retento verbo composito, uti videtur mollius. *Jac. Gronov.*

9 *Hæc & alia ejusmodi*] Optimi, *Hæc aliaque ejusdemmodi.* Gronovius.

10 *Ista dedecora hoc vitio*] Possis dubitare, annon scripserit, *hoc convicio.* Idem.

11 *Hora diei decima*] Id est, duabus horis ante occasum solis. Dies enim apud Romanos in duodecim semper horas dividebatur, quæ prout dies longiores vel contractiores erant, contrahebantur, aut porrigebantur.

12 *Ad Saxa rubra*] Quæ sita erant inter urbem & Vejos, ut Livius lib. 2. testatur.

13 *Do-*

quadam cauponula: atque ibi se [14] *occulens perpotavit ad vesperum:* [15] *inde cisio celeriter ad urbem advectus domum venit* [16] *ore involuto. Ianitor rogat, Quis tu? A Marco tabellarius. confestim ad eam, cujus causa venerat, deducitur: eique epistolam tradit. Quam illa quum legeret flens (erat enim scripta amatorie: caput autem literarum hoc erat; sibi cum illa mima posthac nihil futurum:* [17] *omnem se amorem abjecisse illius, atque in hanc transfudisse) quum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit: caput aperuit: in collum invasit. O hominem nequam! nihil enim magis proprie possum dicere. Ergo ut te catamitum, nec opinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, idcirco* [18] *urbem terrore nocturno,* [19] *Italiam multorum dierum metu perturbasti?* Consimiliter Q. quoque Claudius in primo annalium, *nequitiam* appellavit luxum vitæ prodigum effusumque in hisce verbis: *Persuadenti cuidam adolescenti Lucano, qui apprime summo genere gnatus erat, sed luxuria & nequitia pecuniam magnam consumserat.* M. Varro in libris de lingua Latina: [20] *Ut ex non & ex volo,* inquit, *nolo fit: sic ex ne & quicquam, media extrita syllaba, compositum est, nequam.* P. Africanus pro se contra Tib. Asellum de multa ad populum: *Omnia mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus sunt, malitia atque nequitia. Utrum defendis, malitiam, an nequitiam, an utrumque simul? si nequitiam defendere vis, licet; sed tu in uno scorto majorem pecuniam absumsisti, quam quanti omne* [21] *instrumentum fundi Sabini* [22] *in censum dedicavisti.* [23] *ni hoc ita est:*

13 *Delituit*] Revera ut cognosceret, quid in urbe ageretur. Nunciatum enim erat Cæsarem interfectum.

14 *Occulens*] In Cicerone legitur, *occultans*. Codex Reg. *occulans*.

15 *Inde cisio*] Cisium erat vehiculi biroti genus, quo utebantur ad iter velociter conficiendum, etiam citatum in Oratione pro Roscio Amerino, cujus quoque meminit Ausonius epistola 8.

Cornipedes rapiant impostа petorrita mulæ:
Vel cisio trijugi, si placet, insilias.

Ab eo cisiarius dictus Ulpianus in l. 13. ff. locati: *Item quæritur, si cisiarius dum cæteros transire contendit, cisium evertit, & servum quassavit vel occidit, puto ex locato in eum esse actionem.* Vide Corasium 3. Miscell. 20. Male Maturantius in Ciceronem hic legit, *Caßiâ*, & viam Cassiam intelligit, cujus & marmor antiquum meminit.

16 *Ore*] Apud Ciceronem hodie legitur, *capite*.

17 *Omnem se amorem abjecisse illim*] Et hoc Carrionium. Apud Ciceronem editur *illinc*. Scripti omnes Gellii, *illi*. Verum puto, quod ab Romana usque ad Stephanicam obtinuit: *omnem se amorem abjecisse illius*. Gronovius.

18 *Urbem terrore nocturno*] Rumor enim falsus de cæde Cæsaris sparsus erat, & nocturnus Antonii in urbem introitus trepidationem auxerat.

19 *italiam multorum dierum metu*] Creditum enim Cæsarem occisum, quod ex medio itinere Antonius subito domum reversus esset.

20 *Ut ex non & volo nolo fit*] Sic habetur & apud Varronem lib. 9 extremo. At quos cum maxime versamus, scripti omnes: *Ut ex non & ex volo nolo fit*. Gronovius.

21 *Instrumentum fundi in censum dedicavisti*] Hinc restituendus notabilis locus Varronis lib. 4 de L. L. *Ædes ab aditu, quod plano pede adibant. Itaque ex ædibus efferri indictivo funere præco etiam eos dicit, qui è tabernis efferuntur, & omnes in censu villas inde dicimus ædes*. Dion. Gothofredus notavit in V. fuisse *inde dicamus*, uti edidit Gas. Scioppius. Dionysius allevit; Id est, consecramus, unde dicatio. At tu mihi crede Varronem scripsisse: *& omnes*

est: [24] *qui spondet mille nummûm? sed tu plus tertia parte pecuniæ paternæ* [25] *perdidisti atque absumsisti in flagitiis. Ni hoc ita est: qui spondet mille nummûm? Non vis nequitiam. Age malitiam saltem* [26] *defendas. Sed tu* [27] *verbis conceptis conjuravisti sciens* [28] *sciente animo tuo: ni hoc ita est: qui spondet mille nummûm?*

in censu villas dedicamus ædes. nam τῷ *inde* quis ibi locus? *Dedicamus* idem quod *deferimus*, de quo in Pecunia Veteri. Cicero pro Flacco: *At hæc prædia etiam in censu dedicavisti.* Sive mavis *in censum.* Gronovius. Quod nempe videtur maluisse Cujacius lib. XXVII Observ. cap. 34.

22 *In censum dedicavisti*] Casaubonus conjicit legendum, *in censu indicavisti.* Indicare idem quod Græcis τιμᾶν. *Dedicare* tamen præter *consecrare*, etiam significat *attribuere*; Festus: *dedicare est proprie dando deferre. In censum* itaque *dedicavisti*, idem est atque, *in æstimationem attribuisti.*

23 *Ni hoc ita est*] Vet. ed. *si hoc ita est.*

24 *Qui spondet mille nummûm*] Id est, quis pro te cautionem faciet mille nummûm, te à nequitia & malitia purum esse? *Qui* pro *quis*, ita etiam Virg. *Nec qui sim quæris Alexi.*

25 *Perdidisti atque absumpsisti in flagitiis*] In Rot. video, *perdidisti atque sumpsisti in flagitiis.* Nec spernere ausim vel ob Plauti Mil. 3, 1. *In mala uxore atque inimico si quid sumas, sumptus est. In bono hospite atque amico quæstus est, quod sumitur. Et quod in rebus divinis sumas, sapienti lucro est.* Atque adeo quia & superiore membro eædem membranæ, *majorem pecuniam ab insumpsisti*, suspicor & τὸ *ab* & τὸ *in* esse insiticia, & ibi quoque scribendum: *in uno scorto majorem pecuniam sumpsisti.* Gronovius.

26 *Defendas*] Vet. ed. *defende.* MSS. *defendes.*

27 *Verbis conceptis conjuravisti*] Cum jusjurandum publice præstandum erat, adhibebantur qui præjurationes facerent, id est, conceptis verbis ante alios jurarent, post quos ille, à quo jusjurandum exigebatur, in eadem verba jurabat. Et hinc Gellius hic dicit, *conjuravisti.* Vet. tamen ed. legit, *jurasti.*

28 *Sciente animo tuo*] EX ANIMI SUI SENTENTIA, prout res se habebat, jurare profitebantur.

CAP. XII.

De tunicis chiridotis: quod earum usum P. Africanus Sulpicio Gallo objecit.

[1] TUNICIS uti virum prolixis ultra brachia & usque in primores manus ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas [2] Græco vocabulo nostri [3] chiridotas appellaverunt: feminisque solis [4] vestem longe lateque diffusam [5] decoram existima-

1 *Tunicis*] Augustinus lib. 3. de Doctrin. Christiana: *talares ac manicatas tunicas habere apud Romanos flagitium erat.* Cicero in Catilinam: *manicatis ac talaribus tunicis.* Prolixis illis & manicatis tunicis Barbaros usos fuisse Herodianus non uno in loco indicat. Persas prolixis atque usque ad manus ac prope digitos usos scribit Strabo lib. 15 Geogr.

2 *Græco vocabulo*] Quod exstitit, quia apud Græcos in usu fuit & sine probri suspicione, unde iis tectum Homerum dederunt in nummis, de qua re agit Leo Allatius in præfatione scripti de patria illius. *Jac. Gronov.*

3 *Chiridotas*] Manuleatas. Græci χειριδωτὰς appellant. χειρίδες sunt manicæ. καρπωτὰς etiam Græci vocant, quod usque ad καρπὸν manus pertingant. Apud Capitolinum in Pertinace legitur quoque in antiqua editione, *Chirodita*, quod referre patet χειροδύτας, quod illæ manicæ manum quoque inducrent. Δύειν enim Græcis *induere.*

4 *Vestem longe lateque diffusam decorem*]. Sic Stephanica, quam secutæ *decoram.* MS. Schefferi, Ro. Ven. Vasc. Gryp. editiones, *indecorem.* unde Lud. Aurelius conjecit, *ut decoram.* Rot. *diffusam incedere.* Reg. Lincoln. Aldina *indecere.* Lego: *fœminisque solis vestem longam lateque diffusam decere existimaverunt.* Causa mali nescisse librarios aut non meminisse Plautina in Amphitr. *Ornatum capiam, qui potis decet:* &, *Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet.* Noster 9, 5. *arrogantius & elatius quam ætati ejus decebat.* Gronovius.

ſtimaverunt, ad ulnas cruraque adverſus oculos protegenda. Viri autem Romani [6] primo quidem ſine tunicis toga ſola amicti fuerunt: [7] poſtea ſubſtrictas & breves tunicas citra humerum deſinentes habebant, quod genus Græci dicunt [8] ἐξωμίδας. Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli F. vir omnibus bonis artibus atque omni virtute præditus, P. [9] Sulpicio Gallo, homini delicato, inter pleraque alia quæ objectabat, id quoque probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus. Verba ſunt hæc Scipionis: *Nam qui cotidie unguentatus adverſum ſpeculum ornetur, cujus ſupercilia radantur, qui barba volſa feminibuſque* [10] *ſubvolſis ambulet,* [11] *qui in conviviis adoleſcentulus cum amatore,* [12] *cum chiridota tunica* [13] *inferior accubuerit, qui non modo vinoſus ſed*

vius. Niſi *indecere* præſtet penitus ſervari, ut ſimile ſit illi *incavillari* in capitis 5 argumento lib. 5. *Jac. Gronov.*

5 *Decoram exiſtimaverunt*] Ita Gryphius edidit. Aſcenſius legebat *indecere*, uti & Aldus. *Indecere* idem eſt, quod *valde decere*. Steph. leg. *decoram*; vetuſtiſſimæ tamen editiones legunt conſtanter *indecoram*, id eſt *valde decoram*, ab *indecet*, in quo vocabulo *in* eſt ἐπιτατικὸν.

6 *Primo quidem ſine tunicis*] Pædianus: *Cato prætor judicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtri ſub toga cinctus. In forum quoque ſic deſcenderat, juſque dicebat: idque repererat ex vetere conſuetudine, ſecundum quam & Romuli ætatis ſtatuæ in Capitolio, & in roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis.* Thyſ. In quibus verbis legendum eſſe *Romuli & Tatii ſtatuæ* alibi oſtendi.

7 *Poſtea ſubſtrictas*] Tunicatum ſine toga apparere in publico, viliſſimæ ſortis erat indicium. Hinc apud Horatium, Tacitum, alios *tunicatus populus* pro infima plebe ponitur. tunicas igitur ſub toga geſtabant, eaſque cinctas, præcipue viri; ſub tunicis autem interulæ ſive ſubuculæ lineæ habebantur, quas cingi non fuit moris, quia breviores & ſtrictiores erant, atque preſſius corpori adhærebant. Varro apud Nonium: *poſtquam duas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt vocare ſubuculam & induſium.* Vide Bayſium de Re Veſtiaria, & Oct. Ferrarium lib. 3 c. 8. De Re Veſt. & Aldum in quæſitis per epiſtolam. Thyſ. Vocem *lineæ* potuit omittere.

8 Ἐξωμίδας] Quaſi dicas, *exhumerales*.

9 *Sulpicio Gallo*] MSSti. *Gaulo*.

10 *Subvolſis*] Non raſis ſed extractis pilis circa femur vel pubem.

11 *Qui adoleſcentulus cum amatore*] Lego *adoleſcentulo*, inquit Gonſalius ad Petronium. Immo ipſum Sulpicium Gallum, olim adoleſcentulum, cum amatore, non opinor adoleſcentulo, ſed cum robuſto aliquo pædicone jacuiſſe, atque ab illa deteſtabili conſuetudine, quamvis grandiorem, exſuere mollitiem non quiſſe ſignificat. *Gronovius.*

12 *Cum chiridota tunica inferior accubuerit*] Hæc verba vir doctus ad Appuleji Apologiam, ut ipſe loquitur, aliquantillum emendans & gloſſemate expurgans fere ad hanc faciem componenda putat: *qui in conviviis adoleſcentulus cum amatore in chiridota accubuerit*: & operam neque ſe neque lectorem hic luſiſſe ſperat deprehenſurum, quiſquis locum inſpexerit. Et opinio & ſpes hominem mire fruſtrata eſt. Thracii enim potius ruſtici ſic graſſari, quam boni vinitoris. Si *chiridota* appellata otioſum eſt addere *tunica*, quî patimur Tullium 2 Catilin. dicere, *manicatis & talaribus tunicis?* quare Plautum, *Manuleatam tunicam habere hominem addecet?* Si *in tunica* melius eſt quam *cum tunica*, cur Cicero in Bruto: *ſacrificium publicum cum læna faceret?* cur auctor ad Herennium: *Venit iſte cum ſago, gladio ſuccinctus?* Quantum autem demat ſententiæ, qui tollit τὸ *inferior*, nulla re alia opus eſt, quam ut intelligas, quid ſit *inferiorem accumbere*. de quo Salmaſius ad Ælium Spartianum pag. 64. *Idem.*

13 *Interior*] Vett. editt. *inferior*, hoc eſt ultimo loco lecti accubitorii. De quo Lipſ. ad Tac. Ann. lib. 11. Aliquando quidem inferior locus in medio lecto, ſi plures lecti ſtrati eſſent, honoratiſſimus locus erat, ut ex Salluſtii fragmentis apparet, cum dicit: *Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio, &c.* Erat tamen revera ultimus locus lecti, ſed quia is locus proximus erat convivii domino, qui in primo tertii diſcumbebat, ideo juxta Plutarchum medii lecti locus ultimus tribuebatur convivarum digniſſimo. Rectius legitur *interior*, qui honoratior locus amaſio debebatur. Nam qui interiores, ſupra alios accumbebant, quod in ſtibadiis ſive in toro continuo ac ſemirotundo ſemper uſitatum erat. *Interior* quoque ad obſcœna referri poteſt. Ita Ju-

ſed [14] *viroſus quoque ſit: eumne quiſquam dubitet, quin idem fecerit quod cinædi facere ſolent?* [15] Virgilius quoque tunicas hujuſmodi, quaſi femineas ac probroſas criminatur:

Et tunicæ, inquit, *manicas*, [16] *& habent redimicula mitræ.*

Quintus quoque [17] Ennius Karthaginienſium tunicatam juventutem non videtur ſine probro dixiſſe.

lius Cæſar ſponda interior lecticæ Nicomedis dicebatur.

14 *Viroſus*] Virorum appetens, ſive agendo, ſive patiendo.

15 *Virgilius*] Lib. 9. Æneid.

16 *Et habent redimicula mitræ*] Servius in hunc locum: *Pilea virorum ſunt, mitræ feminarum, quas calanticas dicunt. Mitra autem proprie Lydorum fuit*, at Mæonia mentum mitra, *quem habitum imitati ſunt Trojani. Alii mitras meretricum eſſe voluerunt, quod hic eſt tanquam effeminatis objectum.* Pro *mitræ* in quibuſdam exemplaribus legitur, *vittas.*

17 *Ennius*] Vide Nonium in v. *tunica.*

CAP. XIII.

Quem claſſicum *dicat M. Cato, quem* infra claſſem.

Claſſici dicebantur non omnes qui in [1] claſſibus erant, ſed primæ tantum claſſis homines, qui [2] centum & viginti quinque millia æris ampliuſve cenſi erant. *Infra claſſem* autem appellabantur ſecundæ claſſis cæterarumque omnium claſſium, qui [3] minore ſumma æris, quam ſupra dixi, cenſebantur. Hoc eo ſtrictim notavi, quoniam in [4] M. Catonis oratione, [5] qua Voconiam legem ſuaſit, quæri ſolet quid ſit *claſſicus*, quid *infra claſſem.*

1 *Claſſibus*] In quas ſex Servius Tullius populum diviſit, ut numerat Dionyſius. Apud Gellium noſtrum lib. 10 cap. 28. Tubero tantum quinque recenſet, nulla claſſis ultimæ habita ratione, in qua homines proletarii erant & capite cenſi. Proletarii mille & quingenta æris in cenſum deferebant, at capite cenſi aut nullo aut minori ſaltem quam proletarii ære cenſebantur. Ex his claſſibus centum & nonaginta tres centuriæ erant & quia primæ claſſis LXXX. erant centuriæ, XII. equitum, & ſex aliæ, & fabrum duæ, cæteras claſſes & centurias ſuis ſuperabant ſuffragiis. Itaque primæ claſſis cives primæ erant auctoritatis.

2 *Centum & viginti quinque millia æris*] Livius: *Ex iis qui centum millium æris, aut majorem cenſum haberent*, LXXX. *confecit centurias, quadragenas ſeniorum ac juniorum. Centum millia æris* ſunt tria millia florenorum Hollandicorum.

3 *Minore ſumma æris*] Secunda enim claſſis, ut refert Livius lib. 1. intra centum uſque ad quinque & ſeptuaginta millium cenſum inſtituta, tertia claſſis in quinquaginta millia cenſebatur, quarta claſſis in viginti quinque millia, quinta claſſis in undecim millia. Cæteri erant proletarii, vel capite cenſi.

4 *M. Catonis*] Vide Ciceronem de Senectute. Legitur in Vet. ed. *Ciceronis.* male· *Thyſ.* Feſtus Pompejus: *Recepticium ſervum Cato in ſuaſione legis Voconiæ cum ait.*

5 *Qua Voconiam legem ſuaſit*] Tulit hanc legem Q. Voconius Saxa tribunus plebis Anno V. C. DCCXCIV. *qui poſt eos cenſores cenſus eſſet, ne quis hæredem virginem, mulieremve faceret*, ut teſtatur Cicero I. in Verrem c. 42. Lege quoque Voconia cautum (nam plura ejus erant capita,) ne plus cuiquam legaretur, quam ad hæredem hæredesve pertineret, ut monet Theophilus in Inſtit. Ad tit. de Leg. Falc. Cæterum quomodo conciliari poſſunt, quæ ex Cicerone, Aſconio, Auguſtino proferuntur, lege Voconia ſancitum fuiſſe, *Ne quis virginem vel mulierem hæredem faceret, ac ne quidem unicam filiam*, cum Dio lib. 56. de mulieribus dicat, Voconia lege iis licitum non fuiſſe plus quam δύο ἢ ἥμισυ μυριάδας κληρονομεῖν, id eſt, *ultra* 25. *millia ſeſtertium hæreditate capere.* Verum ſciendum, antiqua lege Voconia, quæ lata inter ſecundum & tertium bellum Punicum, teſte Auguſtino lib. 3. de Civ. Dei c. 21. omnes mulieres à ſucceſſione hæreditatis remotas fuiſſe. Epitome Livii lib. 41. *Q. Voco-*

Voconius Saxa tribunus plebis legem tulit, ne quis hæredem mulierem institueret. Sed cum ea lex nimis rigida paulatim in desuetudinem abiisset, accessit (ut puto) postmodum interpretatio prudentum, qua nimius rigor temperatus est. Primò qui census non erat hæredem filiam relinquere poterat. Audi Ciceronem 1. in Verrem: *P. Annius Asellus mortuus est, C. Sacerdote prætore. Is cum haberet unicam filiam, neque census esset: quod eum natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit, ut filiam bonis suis hæredem institueret. Hæres erat filia: faciebant omnia cum pupilla, legis æquitas, voluntas patris, edicta prætorum, consuetudo juris ejus, quod erat tum, cum Asellus mortuus est.* Idem Cicero in eadem oratione: *Nam post te prætorem multi testamenta eodem modo fecerunt. In his nuper Annia. Ea de multorum propinquorum sententia, pecuniosa mulier, quod censa non erat, testamento fecit hæredem filiam.* Censi itaque mulieres hæredes relinquere non poterant. Census autem dicebatur qui centum millia possidebat, teste Asconio Pædiano. *Nam more veterum*, ut idem refert, *censi dicebantur qui centum millia professione detulissent. Hujusmodi adeo facultates census vocabantur.* Forsan autem de solis censis sive divitibus locuta est lex Voconia, nam dicit Cicero *lex nulla prohibebat*, sed adversatur, quod postmodum dicat, *legis æquitas, consuetudo juris.* Quod autem ad Dionis locum attinet, dicit lege Voconia cautum (per interpretationem hoc additum arbitror) ut mulieres non plus quam 25. millia sestertium hæreditate caperent, hoc ita interpretatur Hotomannus, ne qui census esset, id est centum millia sestertium possideret, instituere posset virginem sive mulierem, supra quadrantem suorum bonorum. Nescio autem quare locum Dionis Xylander ita verterit, qui ita se habet: τῶντε γυναικων τισὶ καὶ παρὰ τὸν Οὐοκώνειον νόμον, καθ' ὃν οὐδενὸς ὑπὲρ δυο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν, συνεχώρησε τοῦτο ποιεῖν; versio talis est, *Quumque lege Voconia mulieribus interdictum erat, ne quæ majorem centum millibus nummum hæreditatem possent adire, ea quoque lege quasdam solvit.* Nulla mentio est apud Dionem centum millium, sed viginti quinque. Denique ex interpretatione legis Voconiæ *Fœminæ ad hæreditates legitimas ultra consanguineas successiones non admittebantur*, ut scribit Paulus lib. 4. sent. 8. vide & §. 3. Instit. de Legit. Agnat. success.

CAP. XIV.

De tribus dicendi generibus: ac de tribus philosophis, qui ab Atheniensibus ad senatum Romanum [1] legati missi sunt.

ET in carmine & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci [2] χαρακτῆρας vocant, [3] [4] nominaque eis fecerunt ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Nos, quem primum posuimus, [5] *uberem* vocamus, secundum *gracilem*, tertium *mediocrem*. *Uberi* dignitas atque amplitudo est: *gracili* venustas & subtilitas: *medius* in confinio est utriusque modi particeps. His singulis orationis virtutibus vitia agnata sunt pari numero, quæ earum modum & habitum simulachris falsis ementiuntur. Sic plerumque sufflati atque tumidi fallunt pro uberibus, [6] squallentes & jejuni

1 *Legati missi sunt*] Usque ad Stephanum abfuit ab his titulis vox media, ab ipso primum inserta, quam testor in MS. Regio etiam non exstare, ut nullam mereatur fidem. *Jac. Gronov.*

2 Χαρακτῆρας] Formas. De illis characteribus vide Demetrium Phalereum, & Longinum de sublimi dicendi genere.

3 *Apponi*] H. Stephanus ex conjectura, *apposita*. Deest in Bad. ed.

4 *Nominaque eis fecerunt apponi* ἁδρὸν] Quis non offendatur hic τῷ *apponi?* Henr. Stephanus conjecit *apposita*. Regius codex & vulneris occasionem & remedium monstrat. Sic enim scriptum habet: *nominaque his fecerunt apponi* cx *non mecon.* ubi vides desiderari primam vocem Græcam, duas alias partim Latinis literis exaratas; atque τὸ *appon* factum esse pro ipso ἁδρόν. Nam quæ vulgo vocalis ei adhæret, sequentis vocis ἰσχνὸν principium est. Tuto igitur refingas licet: *nominaque eis fecerunt* ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Statim idem Regius: *Nos quoque quem.* Gronovius.

5 *Uberem vocamus*] Diversitas hæc stili etiam temporibus inservire debet.

6 *Squallentes & jejuni dicti pro gracilibus*] Rot. Lincol. Scheff. *dici.* Sed potius neutro est opus, & ita dictant membranæ Regiæ: *squallentes & jejuni*

jejuni dicti pro gracilibus, [7] incerti & ambigui pro mediocribus. Vera autem & propria hujuſcemodi formarum exempla in Latina lingua M. Varro eſſe dicit ubertatis [8] Pacuvium, gracilitatis [9] Lucilium, mediocritatis [10] Terentium. Sed ea ipſa genera dicendi [11] jam antiquitus tradita ab Homero ſunt tria in tribus; magnificum in Ulyxe & [12] ubertum, ſubtile in Menelao & cohibitum, mixtum moderatumque in Neſtore. [13] Animadverſa eadem tripertita varietas eſt in tribus philoſophis, quos Athenienſes [14] Romam ad ſenatum pop. Q. R. legaverant impetratum, [15] uti multam remitterent, quam fecerant iis [16] propter Oropi vaſtationem. Ea multa fuerat [17] talentûm fere quingentûm. Erant iſti philoſophi [18] Carneades ex Academia, [19] Diogenes Stoicus, [20] Critolaus Peripate-

pro gracilibus. Gronovius. AbSalmaſio ita id participium uncis incluſum eſt, quaſi indicaret id abfuiſſe ab MS. Regio. Sed plane in eo exſtat *dici*, prout in reliquis ſcriptis. An voluit igitur Gellius dicere *jejunidici?* vel ex imitatione Accii, cujus eſt *obſcuridicum* apud Nonium in v. Enoda, vel ut alter apud eum *dulcioreloquus*. Jac. Gron.

7 *Incerti*] Aliter *inferti*, vel *infecti*, id eſt, tincti, immixti.

8 *Pacuvium*] Vide ſupra 1, 24.

9 *Lucilium*] Quem lutulentum & incompoſito pede decurrere ſcribit Horatius lib. 1. Sermon. Sat. IV.

10 *Terentium*] Cujus nitorem & caſtitatem ſermonis omnes docti magni faciunt, lenem & *ſedatis vocibus* uſum Cæſar, & Cicero, citante Donato, ita in carmine teſtatur:

Tu quoque qui ſolus lecto ſermone, Terentî,
Converſum expreſſumque Latina voce Menandrum
In medio populi ſedatis verſibus effers,
Quicquid come loquens ac omnia dulcia dicens.

11 *Jam antiquitus tradita*] Auſonius quoque illos heroas ita conjunxit in *Profeſſ. Burdig.* Epigr. 22. de Urbico loquens,

Priſcos Heroas ut & olim
Carmine Homeri commemoratos
Fando referres:
Dulcem in paucis, ut Pliſthenidem,
Et torrentem, ceu Dulichii
Ninguida dicta:
Et mellitæ nectare vocis
Dulcia fatis verba carentem
Neſtora regem.

12 *Ubertum*] Vet. ed. *uber eſt*.

13 *Animadverſa*] In Voſſ. codice habetur, in MS. hæc diſtincta fuiſſe tanquam ex alio cap.

14 *Romam ad ſenatum populumque Romanum*] Sic licet cum fiducia edant, tamen oportet ſcire vocem ultimam non reperiri in MSStis, qui etiam habent *ad ſenatum populi leg.* Plane patet vocem eam abundare & ex conſuetudine temere additam ab editoribus, quum Gellius recte omiſerit ob præmiſſum urbis Romæ nomen. *Jac. Gronov.*

15 *Uti multam remitterent quam fecerant propter*] Regius, *quam feceratis*. Repone: *quam fecerant iis*. id eſt, injunxerant. Lib. 11, 1. Cato: *Imperator noſter, ſi quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit.* Et ita ſe legiſſe ſatis indicat, qui ſublegit hoc, Macrobius lib. 1 Saturn. 5. *Quos Athenienſes quondam ad ſenatum legaverunt impetratum, uti multam remitteret, quam civitati eorum fecerat propter Oropi vaſtationem.* Gronovius.

16 *Propter Oropi vaſtationem*] Oropus Bœotiæ urbs.

17 *Talentûm fere quingentum*] Plene talenta quingenta numerat Plutarchus. Valent illa Philippeos, ſive ducatones 300000. ſive novem vaſa auri.

18 *Carneades ex Academia*] Qui tertiæ Academiæ auctor. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotypoſ. lib. 1, c, 33. *Academiæ autem fuerunt, ut ajunt, plures tribus: Una quidem eaque antiquiſſima Platonis: ſecunda & media Arceſilæ, qui fuit auditor Polemonis: tertia & nova Carneadis & Clitomachi. Sunt qui his addant quartam Philonis, & Charmidæ. Sunt qui etiam quintam adjiciant Antiochi.* Vide de Carneade Ciceronem lib. 4. Acad. Qu. & Plutarchum contra Coloten.

19 *Diogenes Stoicus*] Cognomento Babylonius, (Laërtius natum fuiſſe Seleuciæ, ſed ob loci vicinitatem Babylonium dictum fuiſſe refert) Chryſippi auditor. Vide de eo Ciceronem lib. 4. Tuſc. Qu. Citat quoque eum Seneca lib. 3. de Ira c. 38. Fragmenta ejus quoque ſæpius in Stobæo citantur, quæ ingenio & ſapientia cum polluiſſe oſtendunt.

20 *Critolaus Peripateticus*] Ejus nullam in hac legatione mentionem facit Plutarchus. Ejuſdem Critolai

pateticus: & in ſenatum quidem introducti [21] interprete uſi ſunt C. Acilio ſenatore: ſed [22] ante ipſi ſeorſum quoque quiſque [23] oſtentandi gratia magno conventu hominum diſſertaverunt. Tum admirationi fuiſſe ajunt [24] Rutilius & [25] Polybius philoſophorum trium ſui cujuſque generis facundiam. Violenta, inquiunt, & rapida Carneades dicebat, ſcita & teretia Critolaus, modeſta Diogenes & ſobria. Unumquodque autem [26] genus, ut diximus, quum caſte pudiceque ornatur, fit illuſtrius: quum fucatur, atque prælinitur, fit [27] præſtigioſum.

tolai meminit Gellius lib. 9 c. 5. An idem ſit cum Critolao hiſtorico, quem citat quoque Gellius noſter lib. 9 c. 9. dubium eſt.

21 *Interprete uſi ſunt Cæcilio*] *C. Acilio* fecit auctore Plutarcho Lipſius 2 Elect. 3. Et ſignificat Regius exhibendo *Cacilio*. Gronovius.

22 *Ante ipſi ſeorſum quoque quiſque*] *Τὸ quoque* nobis in ſcriptorum nemine apparuit. *Idem.*

23 *Oſtentandi gratia*] Carneades primo pro juſtitia, dein contra eam diſſeruit. Itaque Cato tales legatos quamprimum dimittendos cenſuit. Vide Plutarchum in Catone, Quintil. lib. 5 c. 1. Plin. lib. 7 cap. 30.

24 *Rutilius*] Eſt hic P. Rutilius Rufus, quitum de vita ſua, tum Numantini belli hiſtoriam ſcripſit. Laudat eum Livius, Vellejus, Valerius Maximus, Plutarchus, alii.

25 *Polybius*] Qui civili prudentia & ſcientia militari inclytus ipſis rebus interfuit, quas ſcripſit; Scipionis enim Africani Æmiliani in Africa comes fuit. Scripſit libros XL. ſed quinque primi ſalvi tantum & incolumes ad nos pervenerunt. Ex cæteris tantum excerpta habemus. Vide *Voſſ.* de Hiſtor. Græcis.

26 *Genus*] Addit H. Steph. *eorum quæ.*

27 *Præſtigioſum*] Vanum, inſtar præſtigiarum. Scriverius legebat *pertricoſum.*

CAP. XV.

Quam ſevere moribus majorum in fures vindicatum ſit, & quid ſcripſerit Mucius Scævola ſuper eo quod ſervandum datum commodatumve eſſet.

LABEO, in libro de duodecim tabulis ſecundo, acria & ſevera judicia de furtis habita eſſe apud veteres ſcripſit: idque Brutum ſolitum dicere, [23] furti damnatum eſſe, qui jumentum aliorſum duxerat, quam quò utendum acceperat; item qui longius produxerat, quam quem in locum petierat. Itaque [4] Q. Scævola [5] in librorum, quos de jure civili compoſuit, ſextodecimo verba hæc poſuit: [6] *Quod cui ſervandum datum eſt, ſi id uſus eſt; ſive, quod utendum acceperit, ad aliam rem atque* [7] *acceperit, uſus eſt, furti ſe obligavit.*

1 *Labeo*] Vide 1, 12.

2 *Damnatum*] In codice quodam annotatum, *damnatem*, & in ſeqq. *dixit*, *accepit*, *produxit*, *petiit* pro *duxerat*, &c.

3 *Furti damnatum eſſe*] Applaudant alii *τῷ damnatem* Scaligeri. Mihi non videntur hoc ferre, quæ præcedunt, *acria & ſevera judicia de furtis habita eſſe. Damnatus* igitur judicio & rebus, qui fecerat; non *damnas* ſolum declaratus lege dicitur, ſi quis faceret. *Gronovius.*

4 *Q. Scævola*] Vide ſupra 3, 2.

5 *In librorum quos d. i. c. c. ſextodecimo*] Regius *compoſuit* XIII, quod videant, qui mutarint.

6 *Quod cui ſervandum datum eſt*] Ita quoque in jure Juſtinianeo habetur. l. 40. & 74. & 76. ff. de Furt. l. 7. C. eod. l. 5. §. 8. ff. commodati & §. 6. Inſt. de Obligat. quæ ex Del naſc.

7 *Acceperit*] Vet. ed. *accepit.*

CAP.

CAP. XVI.

Locus exscriptus ex satura M. Varronis, quæ περὶ ἐδεσμάτων inscripta est, de peregrinis ciborum generibus: & appositi versus Euripidi, quibus delicatorum hominum luxuriantem gulam confutavit.

VARRO in Satura, [1] quam περὶ ἐδεσμάτων[a] inscripsit, lepide admodum & scite factis versibus cœnarum ciborumque exquisitas delitias comprehendit. Nam pleraque id genus, quæ helluones isti terra & mari conquirunt, exposuit, [2] inclusitque in numeros senarios. Et ipsos quidem versus, cui otium erit, in libro, quo dixi, positos legat. Genera autem nominaque edulium [3] & domicilia ciborum omnibus aliis præstantia, quæ profunda ingluvies vestigavit, quæ Varro opprobrans exsecutus est, hæc sunt ferme, quantum nobis memoriæ est. [4] Pavus è Samo, [5] Phrygia attagena, [6 7] grues Melicæ, [8] hædus ex Ambracia, [9] pela-

a *De eduliis.*

1 *Quam* περὶ ἐδεσμάτων, &c.] Hanc Saturam citat quoque Auctor noster l. 15. Sicuti Ennius etiam ἰχθυοφαγυϊκὰ vel potius ἡδυφαγυϊκὰ versibus scripsit (vulgo corrupte apud Apuleium *ædes Phagitica* legitur.) Ita Archestratus ἡδυπάθειαν versibus conscripsit, quem imitatus Ennius, cujus versus apud Apuleium leguntur.

2 *Inclusitque*] MS. Regius *expositque exinclusitque.*

3 *Et domicilia*] Sedes, regiones, ubi præ cæteris delicati cibi reperiuntur.

4 *Pavus è Samo*] Varro lib. 3. de Re Rust. cap. 6. *Pavonum greges transmarini esse dicuntur in insulis Sami in luco Junonis.* Ubi primum natos & nutritos, atque hinc in alias regiones translatos refert Athenæus lib. 14. Δειπνοσ. Ideoque in numismate Samio pavo insculptus erat, & Junoni ideo sacri pavones. Addit eodem capite Varro: *Primus hos Q. Hortensius augurali adjiciali cœna posuisse dicitur.* Similia de Hortensio scribit Plin. lib. 10, cap. 20. & Ælianus lib. 5 de Animal. cap. 21. qui scribit ideo eundem κριθῆναι sive καλακριθῆναι, *in jus vocatum, vel condemnatum fuisse.* Sed hac de re nulla apud alios Auctores mentio est. Scribunt quoque Varro & Plinius M. Aufidium Lurconem primum saginasse, & ex eo quæstu reditus sestertium sexaginta M. habuisse. Cum tanto itaque pretio emerentur, in deliciis erant apud Romanos. Quam stultitiam ridet Horatius lib. 2, Sat. 2,

Vix tamen eripiam, posito pavone velis quin
Hoc potius, quam gallina tergere palatum,
Corruptus vanis rerum, quia veneat auro
Rara avis, & picta pandat spectacula cauda.
Tanquam ad rem attineat quicquam; num vesceris ista,
Quam laudas pluma, coctove num adest honor idem?

Utique caro ejus dura, difficilis concoctu, ut testatur Galen. lib. 3 de Alim. fac. cap. 19.

5 *Phrygia attagena*] Horatius Ionicum attagenem (attagen autem & attagena dicitur) maxime laudat, & Martialis in Xenns Ep 61.

Inter sapores fertur alitum primus
Ionicarum gustus attagenarum.

Sed Ionia non adeo distat à Phrygia, atque inde forsan in Ioniam delatæ. *Thys.* Nam & aliis locis volucres istæ celebrabantur, inprimis circa Marathonem ex testimonio isto Aristophanis in Avibus: Λειμῶνα τ' ἐρσήλα Μαραθῶνος, Ὄρνις τε πλεροποικίλος Ατταγᾶς, ἀτταγᾶς. Jac. Gronov.

6 *Grues Melicæ*] Ex Melo insula advectæ. Grues autem mensis Romanorum appositas fuisse testatur Plin. lib. 10 c. 23. & Horatius l. 2. Sat. ult. Marsilius Cagnatus lib. 1. Obs. c. 18. legi hic posse arbitratur, *capræ Melicæ.* Sed lectio vetus servanda.

7 *Grues Melicæ*] Aves *Melicas* Latio Mediam pascere cecinit olim Lutetiæ Fruterius, ut tradit Scioppius : Verisim. 8. sed gallinas puto ex Varrone de re rust. 3, 9. Ἐριφον ἐκ Μήλου inter τὰ εὐδόκιμα ἐδεσματων refert Pollux 6, 10. Rot. *Mellicæ.* Schef. *Melite.* Et est, qui in fertili ac vicina Cosyræ Melita grues has quærat. An invenerit dubium. Rara enim cogitationibus hominis fides. *Gronovius.*

8 *Hædus ex Ambracia*] Epiri oppido: pulcherrimos tamen hædos & maximos idem Varro lib. 3. de R.R. cap. . in Media insula nasci scribit. *Melon* insulam intelligere videtur.

9 *Pela-*

[9] pelamys Chalcedonia, [10] muræna Tarteſſia, [11] aſelli Peſſinuntii, [12] oſtrea Tarentina, [13] pectunculus Chius, [14] elops Rhodius, [15] [16] ſcari Cilices, [17] nuces Thaſiæ, [18] palma Ægyptia, [19] glans Hiberica. Hanc autem pera-

9 *Pelamys Chalcedonia*] Pelamydes vocantur thynni nondum adulti, teſte Ariſtotele lib. 6. Hiſt. Anim. cap. 16. & qui Ariſtotelem expreſſit Plinio l. 9. cap. 15. Verba Plinii hæc ſunt: *Cordyla appellatur partus, qui fœtus redeuntes in mare autumno comitatur. Limoſæ vero à luto (πηλὸς) pelamydes incipiunt vocari, & cum annuum exceſſere tempus thynni.* In Ponto autem maxime & circa Byzantium ſtabulabantur, juxta Chalcedonem rariores teſte eodem Plinio. πηλαμὶς per υ ſcribendum eſſe monet Heſychius. Pelamydes autem in particulas conſectæ condiri ſolitæ. Juvenalis Sat. 7.

----- *Siccus petaſunculus, & vas*
Pelamydum ----- -----

ubi vetus interpres: *Vocabulum eſt piſcium ſalſorum.*

10 *Muræna Tarteſſia*] Juxta freti Hiſpanici anguſtias, ubi ſita fuit Tarteſſus. Tarteſſiæ murænæ etiam meminit Ariſtophanes in Βατράχοις. Siculas tamen murænas etiam Varro laudat apud Macrobium l. 2. Saturn. cap. 11. De quibus ita Juvenalis Satir. v.

Virroni muræna datur, quæ maxima venit
Gurgite de Siculo ----

Quin & ex ipſo freto Siculo ad piſcinas magnatum traducebantur alebanturque. Quantopere delectati fuerint eo piſce Romani, Licinii nomen, cui murænæ nomen adhæſit, teſtatur. Vide Macrobium dicto loco, & Columellam, & Varronem, qui cap. ult. lib. 3. de piſcinis Hirrii & murænarum frequentia incredibilia narrat. Quomodo hi piſces apparentur, docet Apicius lib. 10. Rei Cul. cap. 2. De murænis quoque ex Theophraſto de Piſcibus egit Athenæus lib. 7. & cum anguillis & viperis cognationem quandam habere oſtendit.

11 *Aſelli Peſſinuntii*] Hi ὄνοι, ὀνίσκοι Græcis dicuntur, ut Oppianus lib. 1 ἁλιευτ. docet: quorum ſpecies ſunt callariæ, & bacchi, de quibus Plin. lib. 9. cap. 7. *Callariæ minores & bacchi, qui non niſi in alto capiuntur, ideoque prælati minoribus.* Speciem aſelli, qui callarias appellatur, putant nonnulli eſſe Belgarum *Schelviſch*, bacchum autem *Cabeljau.* Sed difficilis eſt veterum piſcium cum noſtris comparatio. Vide de hoc piſce Athenæum lib. 7. Aſelli itaque Peſſinuntii ab urbe Peſſinunte olim Phrygiæ, poſtmodum Galatiæ oppido, nomen ſuum accepere.

12 *Oſtrea Tarentina*] Bajana laudat Auſonius ad Theonem:

Oſtrea Bajanis certantia, quæ Medulorum
Dulcibus in ſtagnis reſtui maris æſtus opimat.

Oſtreorum quoque vivaria in Bajano inveniſſe Sergium Oratam ſcribit Plinius lib. 9, c. 51. Etiam Brundiſina & Britannica ibidem commemorat. Juvenalis Sat. IV.

---- *Circeis nata forent an*
Lucrinum ad Saxum, Rutupinove edita fundo,
Oſtrea callebat primo deprendere morſu.

Thyſ. Cæterum MS. Regius habet *oſtrea Tarenti.* Et is ipſe cum Lincoln. ignorat ſequentem vocem *Chius*, tantum exhibentes *pectunculus helops*, unde colligas auctorem dediſſe *pecten Chius, elops.* Jac. Gronov.

13 *Pectunculus Chius*] Pectines & pectunculos videtur diſtinguere Plinius. Eos inter ὀστρακόδερμα recenſet Ariſtot. de Hiſt. Anim. lib. 9. cap. ult. vide etiam Athenæum lib. 3. Tarentinos laudat Horatius,

Pectinibus patulis jactat ſe molle Tarentum.

14 *Elops Rhodius*] Idem refert Varro lib. 2. de R. R. c. 6. & Plinius l. 9. cap. 54. Columella lib. 8. c. 16. Pamphylio pelago non alibi naſci ſcribit.

15 *Scari Cilices*] Macrobius lib. 2. Sat. cap. 12. *Nec contenta illa ingluvies fuit maris ſui copiis, nam Octavius* (Optatus Plinio dicitur) *præfectus claſſis ſciens ſcarum adeo Italicis literibus ignotum, ut nec nomen Latinum ejus piſcis habeamus, incredibilem ſcarorum multitudinem vivariis navibus huc advectam inter Hoſtiam & Campaniæ litus in mare ſparſit; miroque ac novo exemplo piſces in mari, tanquam in terra fruges aliquas ſeminavit: idemque tanquam ſumma in hoc utilitatis publicæ verteretur, quinquennio dedit operam, ut ſi quis inter alios piſces ſcarum forte cepiſſet, incolumem confeſtim & inviolatum mari redderet.* Inter piſces principatum tenet teſte Galeno. Carpathio mari, cui Cilicium vicinum, frequens. A quo hic *Cilices ſcari* dicuntur.

16 *Scari Cilices*] An ex Petronio, ubi *Siculo Scarus æquore merſus*, corrigendus ſit Gellius, quærit Pricæus ad Apologiam Appuleji. Parum autem abeſt, quin ipſe ſibi reſponſarit, cum addit ex Archelao σκάρον οὐ παράλῳ Καρχηδονίτ μεγαν. Gronovius.

17 *Nuces Thaſiæ*] Amygdala eſſe dicit Macrobius lib. 2 c. 14. Verius nuces avellanas intelligi. Thaſiæ dicuntur à Thaſo inſula maris Ægæi Thraciæ proxima.

18 *Palma Ægyptia*] Præſtantiſſimam naſci in Judæa in valle Hierichunte, ubi ſylva palmeto & opobalſamo diſtinguebatur, Galenus teſtatur. *Thyſ.* Vid. Salmaſius in Plinianis Exercit. pag. 1320.

peragrantis gulæ & [20] in ſuccos inſuetos inquirentis induſtriam atque has undiquevorſum indagines cupediarum majore deteſtatione dignas cenſebimus, ſi verſus Euripidi recordemur, quibus utebatur ſæpiſſime Chryſippus philoſophus, tamquam edendi irritationes quaſdam repertas eſſe, non per uſum vitæ neceſſarium, ſed per luxum animi parata atque facilia faſtidientis, per improbam ſatietatis laſciviam. Verſus Euripidi adſcribendos putavi:

[21] Ἐ'πεὶ τί δεῖ βροτοῖσι, πλὴν δυεῖν μόνον,
Δημητρὸς ἀκτῆς, πώματός θ' ὑδρηχόου;
Ἄ'πινα πάρεστι καὶ πέφυκ' ἡμᾶς τρέφειν,
Ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονὴ, τρυφῇ δέ τοι
Ἄ'λλων ἐδεστῶν μηχανὰς ζητούμεθα [a].

a *Nam quid mortalibus opus niſi his duobus modo, Cereris fructu, & aquam fundente poculo? Quæ præſto ſunt & nata ut nos nutriant, Quorum nunquam ſuppetit ſatietas, luxu vero Aliorum edulium adminicula venamur.*

19 *Glans Hiberica*] In quodam MS. *Hernica*, corrupte.

20 *In ſuccos inſuetos inquirentis*] Gebhardus, qua in MS. deerat τὸ *in*, tentat: *& ſuccos inſuetos anquirentis* 1 Ant. Lect. 15. At noſtri omnes præpoſitionem retinent, non omnes τὸ *inſuetos*. Gronovius.

21 Ἐ'πεὶ τί δεῖ] In vetuſtis editt. Ven. legitur in fine, τρυφῇ δ' ἔτοι ἄλλων ἐδισμάτων ζητήματα. in alia vet. ed. pro ἐδισμάτων legitur ἐδιστῶν.

CAP. XVII.

Sermo habitus cum grammatico inſolentiarum & imperitiarum pleno de ſignificatione vocabuli, quod eſt obnoxius; *deque ejus vocis origine.*

PERCUNCTABAR Romæ quempiam grammaticum primæ in docendo celebritatis, non herclè experiundi vel tentandi gratia, ſed diſcendi magis ſtudio & cupidine, quid ſignificaret *obnoxius*, quæque ejus vocabuli origo ac ratio eſſet. atque ille adſpicit me illudens levitatem quæſtionis [1] parvitatemque: Obſcuram, inquit, ſane rem quæris, multaque prorſus vigilia indagandam. Quis adeo [2] tam linguæ Latinæ ignarus eſt, [3] quin ſciat eum dici [4] *obnoxium*, cui quid ab eo, cui eſſe obnoxius dicitur, incommodari & [5] [6] noceri poteſt, & qui habeat aliquem noxæ, id eſt, culpæ ſuæ conſcium? Quin potius, inquit, hæc mittis nugalia, & affers ea quæ digna quæri tractarique ſint. Tum vero

1 *Parvitatemque*] Vilitatem. Ita loquitur quoque Valer. Max. in prologo.

2 *Tam linguæ Latinæ ignarus eſt, qui neſciat*] Scripti omnes, *quin ſciat*. Et hoc videtur commodius. *Gronovius.*

3 *Qui neſciat*] In MS. *quin ſciat.*

4 *Obnoxium*] Feſtus: *Obnoxius is proprie dicitur, qui pœnæ obligatus eſt ob delictum*, ſive noxam & noxiam. Tranſlate pro quocunque obligato & devincto ſumitur.

5 *Ei*] Vet. ed. *eive*. aliter &.

6 *Noceri poteſt ei, qui habeat*] Scribe omnino: *incommodari & noceri poteſt; & qui habeat aliquem noxæ, id eſt, culpæ ſuæ conſcium:* quod & vidit Acidalius ad Stichum Plauti. *Gronovius.*

7 *Obli-*

ro ego permotus, agendum jam [7] oblique, ut cum homine ſtulto, exiſtimavi: [8] Et cætera, inquam, vir doctiſſime, & graviora remotioraque ſi diſcere & ſcire debuero, quando mihi uſus venerit, tum quæram ex te atque diſcam: ſed enim [9] quia dixi ſæpe *obnoxius*, & quid dicerem neſcivi, didici ex te & ſcire nunc cœpi, quod non ego omnium ſolus, ut tibi ſum viſus, ignoravi; ſed, [10] ut res eſt, Plautus homo linguæ atque elegantiæ in verbis Latinæ princeps, quid eſſet *obnoxius*, neſcivit. verſus enim eſt in Sticho illius ita ſcriptus:

[11] *Nunc ego hercle perii plane,* [12] *non obnoxie.*

quod minime congruit cum iſta, quam me docuiſti, ſignificatione. compoſuit enim Plautus tamquam duo inter ſe contraria *plane* & *obnoxie*; quod à tua ſignificatione longe abeſt. [13] At ille grammaticus ſatis ridicule, quaſi *obnoxius & obnoxie* non declinatione ſola, ſed re atque ſententia differrent, Ego, inquit, dixi quid eſſet *obnoxius*, non quid *obnoxie*. At tunc ego admirans inſolentis hominis inſcitiam, Mittamus, inquam, ſicuti vis, quod Plautus *obnoxie* dixit, ſi id eſſe nimis remotum putas: atque illud quoque prætermittamus quod Salluſtius in Catilina ſcribit, *Minari etiam ferro* [14] *ni ſibi obnoxia foret:* &, quod [15] [16] videtur notius pervulgatiuſque eſſe, id me doce. Verſus enim Virgilii ſunt notiſſimi:

Nam neque tunc aſtris acies obtuſa videri,
Nec fratris radiis [17] *obnoxia ſurgere luna.*

quod

7 *Oblique*] Qui ſimulans tanquam illi cederet, reſponſum tamen illudebat.

8 *Et cætera, inquam, vir doctiſſime & graviora remotioraque*] Optimi: *Et quæ cætera, inquam, vir doctiſſime, remotiora gravioraque ſi diſcere & ſcire debuero.* Nec ſupervacuum vel *ſi* vel *quæ*. Perinde eſt enim ac ſi dixiſſet, *& ſi quæ cætera*. Gronovius.

9 *Quia dixi ſæpe Obnoxius & quid dicerem neſcivi*] Rot. *quî dicerem*. Idem.

10 *Ut res eſt, Plautus homo linguæ*] Reg. & Rot. *ut res eſt, Plautus quoque homo linguæ*. Idem.

11 *Nunc ego*] Verſus apud Plautum in Sticho Act. 3. Sc. 2. ita legitur:

Perii Hercle vero plane, nihil obnoxie.

12 *Non obnoxie*] Obnoxie perire dicitur, qui non plane nec funditus perit, ſed ita punitur ut ob delictum alteri ſit obnoxius, atque ita ab illo pendeat eique ſubjectus ſit. Acidalius interpretatur *clementer*, ita ut per quem peris illi obnoxius ſis, gratiamque ei debeas. Vide Notas nuperas ad Plautum p. 995. Badius interpretatur *non ficte*, vel ſimulate. ſicuti obnoxii ſæpe obſequia præſtant ſimulato animo.

13 *At ille grammaticus*] Reg. & Lincoln. *atque ille g.*

14 *Ni ſibi obnoxia foret*] Obnoxia hic idem eſt atque morem gerens, ſicut obnoxii ſolent.

15 *Videtur vobis pervulgatius eſſe*] Cum cætera omnia ſingulari numero dicantur, ipſa ratio negat τὸ *vobis* hîc ferri poſſe. Legendum me judice: *& quod videtur notius pervulgatiuſque eſſe, id me doce*. Cujus lectionis ſatis luculenta exſtant veſtigia in MS. R. *Lambecius*.

16 *Videtur vobis pervulgatius eſſe*] Rot. *nobis pervulgatiuſque eſſe*. Significat quod edit Regius: *videtur notius pervulgatiuſque eſſe*, Lambecio jam notatum. *Gronovius*.

17 *Obnoxia ſurgere luna*] Extant hi verſus 1. Georg. ℣ſ. 395. & ſeq. Luna fratris radiis obnoxia dicitur, quia Solis aſpectu varie illuſtratur (quando itaque ante conjunctionem cum ſole μονοειδὴς videtur, non eſt obnoxia ſolis radiis,) *Obnoxia* itaque eſt quæ ſe ſubmittit, ſive quæ ſolis radios ac-

quod tu ais, *culpæ ſuæ conſcium*. Alio quoque loco Virgilius verbo iſto utitur [18] à tua ſententia diverſe his verſibus:

——— juvat arva videre
Non raſtris hominum, [19] *non ulli obnoxia curæ.*

cura enim prodeſſe arvis ſolet, non nocere, quod tu de *obnoxio* dixiſti. Jam vero illud etiam Q. Ennii quo pacto congruere tecum poteſt, quod ſcribit [20] in *Phœnice* in hiſce verſibus?

[21] *Sed virum vera virtute vivere animatum addecet,*
Fortiterque innoxium vacare adverſum adverſarios.
Ea liberta'eſt, qui pectus purum & firmum geſtitat,
[22] *Aliæ res obnoxioſæ nocte in obſcura latent.*

At ille oſcitans & alucinanti ſimilis, Nunc, inquit, mihi operæ non eſt. Quum otium erit, reviſes ad me atque diſces quid in verbo iſto & Virgilius & Salluſtius & Plautus & Ennius ſenſerint. & nebulo quidem ille, ubi hoc dixit, digreſſus eſt. Si quis autem volet non originem ſolam verbi iſtius, ſed [23] ſignificationem quoque ejus varietatemque recenſere; ut hoc etiam Plautinum ſpectet, adſcripſi verſus [24] ex Aſinaria:

[25] *Maxu-*

cipit; epithetum itaque illud, *obtuſa*, quod ſuperiori verſu occurrit, reperendum eſt de Luna.

18 *A tua ſententia diverſe his verſibus*] Reg. & Rot. *diverſe in his verſibus*. Ut paullo poſt quoque loquitur. *Gronovius.*

19 *Non ulli obnoxia curæ*] Non ſubjecta ulli labori, vel curæ, vel ut Servius loquitur, *nihil labori noſtro debentia*. Locus eſt 2. Georg. ℣ſ. 438. & ſeq.

20 *In Phœnice*] Citant hanc quoque Tragœdiam Nonius & Chariſius lib. 2.

21 *Sed virum vera virtute*] In cunctis vett. libb. ſecundo verſu legitur, *Adjecit fortiter*, *eumque innoxium vocare*. Unde præſtantiſſimus Scriverius acute conjectabat ex gloſſemate hæc irrepſiſſe, ubi ſcriptum fuerit, adjecit FORTITER, *cum innoxium vocaret*, hoc eſt cum non obnoxium vocaret. Et forte *vocaret* ex *notaret* poſtea inolevit. Hoc gloſſemate furcillato; item ex *purum & firmum* altero ejecto, tanquam ab hæſitante ſcriba nato, ſic idem Ennii verſus in ſenarios redigebat:

—— Sed virum vera virtute vivere
Animatum fortiter adverſu' adverſarios
Ea liberta'ſt, qui pectus firmum geſtitat;
Res aliæ obnoxiæ nocte in obſcura latent.

vel ſi συνίζησις in *obnoxiæ* diſplicet,

Obnoxiæ res aliæ in obſcuro latent.

ut τὸ nocte repetitum ſit ex *obnoxiæ*. Et ſane vel hæc vera ſunt; vel ſaltem *innoxius* factum eſt ex *obnoxius*. quod quia de hoc agitur, ad oram fuerit adjectum, unde *innoxius* in textum ſit receptum. Quo uno obſervato non difficile fuerit, hinc facere Trochaicos quadratos:

Sed virum vera virtute vivere animatum addecet,
Fortiterque cum (vel ἀηχαϊνᾶς emque *fortiter*) *vacare adverſus adverſarios.*
Ea libertas eſt, qui pectus purum & firmum geſtitat,
Aliæ res obnoxiæ nocte in obſcura latent.

Hiatum vero verſu extremo ſuppleo hoc pacto:

Aliæ res obnoxiæ hoſti nocte in obſcura latent.

Nam cum ductus literarum in *hoſti* non multum abeat à ſequenti voce *nocte*: ſimilitudo ea occaſionem dare potuerit oſcitanti librario alterum prætereundi. Ita *Voſſius* in notis ad fragmenta Ennii. Ultimo verſu pro *obnoxiæ* Acidalius legebat, *obnoxioſæ*. Obnoxioſus eſt multum obnoxius; quo vocabulo etiam Plautus in Epidico & Trinummo utitur.

22 *Aliæ res obnoxiæ*] Acidalius cum conjecit *obnoxioſæ*, acu rem tetigit. Sic enim prorſus in Regio & Rot. legitur. Idem vero *obnoxium* & *obnoxioſum*, ut *ridiculum* & *ridiculoſum*. Gronovius.

23 *Significationem quoque ejus varietatemque recenſere*] Rot. *veritatemque*. Idem.

24 *Ex Aſinaria*] Extant hi verſus Act. 2. Sc. 2. ℣ſ. 16.

25 *Maxu-*

[25] *Maxumas opimitates gaudio effertissimas*
Suis heris ille una mecum pariet gnatoque & patri;
[26] *Adeo ut ætatem ambo ambobus nobis sint obnoxii*
Nostro devincti beneficio.

Qua vero iste grammaticus finitione usus est, ea videtur in verbo tam multiplici unam tantummodo usurpationem ejus notasse: quæ quidem congruit cum significatu quo Cæcilius usus est in Chrysio in his versibus:

— Quamquam ego mercede huc conductus tua
Advenio, ne tibi me esse ob eam rem obnoxium
Reare: [27] *audibis male si male* [28] *dixis mihi.*

25 *Maxumas opimitates*] Abundantiam, res secundas. Addit *effertissimas* à farciendo, qui enim farciunt aves, opimas reddunt. In vet. edit. corrupte legitur *optimitas*, in alia vet. *optimas*.

26 *Adeo ut ætatem*] Ita legendum. Vett. edit. habent, *adeo ut ætate*. Badiana Paris. *Devota ut ætate*.

27 *Audibis male*] Antique, sicut apud Plautum *sepelibis*, *sentibis*.

28 *Dixis*] Vett. editt. *dicis*.

CAP. XVIII.

De observata custoditaque apud Romanos jurisjurandi sanctimonia: atque inibi de decem captivis, quos Hannibal Romam dejurio ab iis accepto legavit.

JUS JURANDUM apud Romanos inviolate sancteque habitum servatumque id & moribus [1] legibusque multis ostenditur; & hoc, quod dicemus, ei rei non tenue [2] [3] argumentum esse potest. [4] Prœlio Cannensi Hannibal Karthaginiensium imperator ex captivis nostris electos decem Romam misit, mandavitque eis pactusque est, ut, si populo Romano videretur, permutatio fieret captivorum; & pro iis, quos alteri plures

1 *Legibusque multis ostenditur*] Intelligit partim leges XII. tabularum, partim alias Juris civilis. Cicero II. de L. L. *perjurii pœna divina exitium: humana, dedecus.* Olim tamen qui juratus falsum testimonium dixerat, saxo Tarpeio dejiciebatur. Idem Cicero III. Offic. *Nullum vinculum ad astringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt; id indicant leges in XII. tabulis, indicant sacra, indicant fœdera, quibus etiam cum hoste devincitur fides: indicant notationes animadversionesque Censorum, qui nulla de re diligentius, quam de Iurejurando judicabant.* Postquam Censura esse desiit, extra ordinem vindicari cœptum perjurium. Vindicari ostendunt leges in Jure civili, l. 13. §. ult. l. 28. §. ult. ff. de Jurej. l. 22. C. de Dolo, l. 21. C. de Transact. l. 13. C. de Test. l. penult. C. de Dignitat. similibusque legibus.

2 *Argumentum esse potest. Prœlio Cannensi*] Lectio interrupta. Nihil verius, quam legi oportere: *hoc quod dicemus, ei rei non tenue argumentum est. Post prœlium Cannense* &c. Vide Valerium lib. 2 cap. 9. *Lambecius.*

3 *Argumentum esse potest. Prœlio Cannensi*] Lincoln. & Scheff. *Cannense.* Reg. & Rot. *prœlium Cannense.* Probabile igitur voluisse auctorem: *& hoc quod dicemus, ei rei non tenue argumentum est. Post prœlium Cannense Hannibal.* quod animadvertit etiam Lambecius. *Gronovius.*

4 *Prœlio*] Post prœlium. Val. l. 2. c. 2.

plures acciperent, [5] [6]darent argenti pondo libram S. [7]Hos priusquam proficiscerentur, [8]jusjurandum eos adegit, redituros esse in castra Pœnica, si Romani captivos non permutarent. Veniunt Romam decem captivi. Mandatum Pœni imperatoris in senatu exponunt. Permutatio senatui non placita. Parentes, cognati, affinesque captivorum amplexi eos, [9]postliminio in patriam rediisse dicebant; statumque eorum integrum incolumemque esse: ac, ne ad hostes redire vellent, orabant. Tum octo ex iis postliminium justum non esse sibi responderunt, quoniam [10]dejurio vincti forent; statimque, uti jurati erant, ad Hannibalem profecti sunt. Duo reliqui Romæ manserunt; solutosque esse sese ac liberatos religione dicebant; quoniam, quum egressi castra hostium fuissent, commenticio consilio [11]regressi eodem die, tamquam si ob aliquam fortuitam causam issent, [12]atque ita jurejurando satisfacto [13]rursum

5 *Pondo libram S.*] Vet. ed. *darent a. p. l. scilicet & selibram.* Quæ ultima glossam sapiunt. Pondo autem est accessio libræ, vel etiam partium assis. Plautus in Menæchmis: *atque huic ut addas auri tu pondo unciam.* Libra pondo nihil aliud est, quam libra pendendo vel ad pendendum. vide Gronovium de Pec. Vet. p. 58. & seq.

6 *Dari argenti pondo libram S.*] Olim *darent argenti pondo scilicet & selibram.* Stephanus jactat in sua editione particulam *scilicet* librorum veterum auctoritate omissam. Verum hoc deprehendimus. Sed *darent*, ait, retineri potuit. Et debuit nostris quidem auctoribus, in quibus constanter: *darent argenti pondo libram & selibram.* De *libra S.* vix ausim contradicere Carrioni, etsi non faveant illi membranæ. Sunt nummi sexcenti, denarii centum quinquaginta. Lipsius non ultra *pondo libram* vult, tria sequentia vocabula ἀποβολιμαῖα ratus 1 Elect. 21. Ante Cannense prœlium *convenerat inter duces Romanum Pœnumque, ut quæ pars plus reciperet, quam daret, argenti pondo bina & selibras in militem præstaret*, teste Livio. Consentit Plutarchus: εἰ δὲ πλείας οἱ ἕτεροι γένοιντο, διδόναι δραχμὰς ὑπὲρ ἑκάστου τῶν κομιζομένων πεντήκοντα καὶ διακοσίας. De hac aliquid Hannibalem summa remisisse post victoriam ad Cannas & viliori licuisse, quibus abundabat, captivos mirum non est. Livius tamen auget pretium, qui narrat equiti eum statuisse quingentos, pediti trecentos, servo centum quadrigatos nummos. *Gronovius.*

7 *Hos priusquam proficiscerentur, jusjurandum adegit*] Et hic potuisse retineri *jurejurando adegit* censet Henricus. Potuit, sed non debuit, quia illud in scriptis, & multo solennius. Nec potuit autem nec debuit substitui, quod ille suspicatur, *ad jusjurandum adegit*, quia vix Latinum est. Sed præterea scripti omnes: *Hoc priusquam proficiscerentur jusjurandum eos adegit.* Quid dicemus? Num *hoc jusjurandum* est hac formula jusjurandum? An faciendum, *Hos*, ut sit pleonasmus, qualium exempla damus 1 Observ. 23 extremo? An denique, *Hue priusquam proficiscerentur*? Gronovius. Certe igitur nequaquam vocula *eos* debuit elidi, tam certæ fidei; quod tamen à tempore Stephani jam obtinet in editionibus. Quis credat? *Jac. Gronov.*

8 *Jusjurandum adegit*] Vett. editt. *jurejurando adegit.* Suspicetur quis scriptum *ad jusjurandum adegit.* Sed serva lectionem in textu. Ita locutus est Gellius lib. 4 c. ult. & lib. 16 c. 4.

9 *Postliminio in patriam rediisse*] Et vox hostium & fictio juris in civem benefici, qui reipubl. causa in captivitatem redactus erat, & hinc civitate spoliatus. Talis autem erat, qui ex hostium loco fines suos intraverit, ut respondit JC. Paulus in l. 19. §. 3. eod.

10 *Dejurio*] Jurejurando. Dejerare etiam Terentius dixit, pro sancte jurare.

11 *Regressi eodem die*] Sic est; potuerunt id facere eodem die; potuerunt etiam proximo, & effectus foret idem. Sed quis prævit Gellio in die etiam isto annotando? aut cui bono id annotavisse? Paulo post rediisse signavit Cicero, quo fraus foret occultior, idque probabili ideirco, ut forsan potius dicerentur eadem hora regressi. Quid quæris? Illud *die* non habetur in MS. Regio, unde ab aliis additum credas, ut venerit in viliora exemplaria, sicut est in Lincolniensi, sed abesse debet. *Eodem* notat in eadem castra. *Jac. Gronov.*

12 *Atque ita*] Vet. editio, *itaque.*

13 *Rursum injurati abissent*] Cicero lib. 1. de Offic.

ſum injurati abiſſent. Hæc eorum fraudulenta calliditas tam eſſe turpis exiſtimata eſt, ut [14] contemti vulgo [15] diſcerptique ſint, cenſoreſque eos poſtea omnium notarum & damnis & ignominiis affecerint; quoniam, [16] quod facturos dejeraverant, non feciſſent. [17] Cornelius autem Nepos, & in libro exemplorum quinto, id quoque literis mandavit, multis in ſenatu placuiſſe, ut ii, qui redire nollent, datis cuſtodibus ad Hannibalem deducerentur, ſed eam ſententiam numero plurium, quibus id non videretur, ſuperatam: eos tamen, qui ad Hannibalem non rediſſent, uſque adeo [18] inteſtabiles inviſoſque fuiſſe, ut tædium vitæ ceperint, necemque ſibi conſciverint.

fic. c. 13. de uno hoc ſcribit. Locus totus dignus qui apponatur. *Secundo autem Punico bello, poſt Cannenſem pugnam, quos decem Hannibal Romam adſtrictos miſit jurejurando ſe redituros eſſe, niſi de redimendis iis, qui capti erant, impetraſſent: eos omnes cenſores, quoad quiſque eorum vixit, qui pejeraſſent, in ærariis reliquerunt: nec minus illum, qui juriſjurandi fraude culpam invenerat. Cum enim Hannibalis permiſſu exiſſet de caſtris, rediit paulo poſt, quod ſe oblitum neſcio quid diceret. Deinde egreſſus è caſtris jurejurando ſe ſolutum putabat, & erat verbis, re non erat. Semper autem in fide, quid ſenſeris, non quid dixeris, cogitandum.* Teſte eodem Cic. lib. 3. de Offic. c. 32. de decem illis captivis non omnes uno modo ſcripſere. *Polybius*, inquit, *bonus auctor in primis ſcribit, ex decem nobiliſſimis, qui tum erant miſſi, novem revertiſſe à ſenatu re non impetrata: unum ex decem qui paulo poſt, quam egreſſus erat è caſtris, rediſſet, quaſi aliquid eſſet oblitus, Romæ remanſiſſe. Reditu enim in caſtra liberatum ſe eſſe jurejurando arbitrabatur: non recte. Fraus enim adſtringit, non diſſolvit perjurium. Fuit igitur ſtulta calliditas perverſe imitata prudentiam. Itaque decrevit ſenatus, ut ille veterator, & callidus, vinctus ad Annibalem duceretur.*

14 *Contempti vulgo diſpretique ſunt*] Exſultat in hac lectione Stephanus. Sed Lipſii conjectura eſt. Omnes ſcripti & editi antehac, *diſcerptique*. quod ille falſum pronuntiat. Certe, ſi intelligas, manibus: at quid ſi oratione, ſenſu, judiciis, ſannis, ſibilis? Falſum, eodem modo ſi accipias, quod Vellejus lib. 2. *Tribunus Canutius continua rabie lacerabat Antonium.* Quid cum Cicero pro domo: *Uxor mea, quam vexaviſtis, raptaviſtis, omni crudelitate laceraviſtis?* Cælius ad Ciceronem: *Quod dixi Curionem frigere, jam calet: nam ferventiſſime concerpitur.* Sic in diverſam partem *diripi* dicitur, quem omnes appetunt prenſantque, ut ad L. Senecam monuimus. *Gronovius.*

15 *Diſpretique ſint*] Antiquæ editiones legunt *diſcerpti*, quod interpretatur Moſellanus, convitiis & probris lacerati; neque enim diſcerptos interfectoſque ex Livio lib. 23. & Gellio liquet. Lipſius legebat *diſpretique*, vel *deſpretique*; *Deſpernere* enim apud Feſtum ſignificat *valde ſpernere*. Quid ſi *deſpectique*, vel *deſertique* legamus?

16 *Quod facturos dictitaverant*] Priores, *quod ſe facturos*. Omiſſum pronomen veterum librorum auctoritate ait Stephanus. Recte: ſed præterea Fulv. *pejuraverant*. Rot. *quod facturos degeraverant*. Regius: *quod facturos dejeraverant*. Sic igitur emenda. Lib. 11, 6. *In veteribus ſcriptis neque mulieres Romanæ per Herculem dejerant neque viri per Caſtorem.* Gronovius. Et IV, 20. tamen vidimus codices optimos ad Fulvianum pronos retinere literam u maluiſſe, quod mirum, ſi hoc etiam loco Gellius non retinuerit in tanta dejurii vicinia.

17 *Cornelius autem Nepos in libro Exemplorum quinto*] Citantur quoque hi libri à Chariſio lib. 1. Vixit Nepos Julii Cæſaris tempore, & amicus fuit Ciceronis, ut Gellius noſter teſtatur lib. 15 c. 28. Præter vitas Illuſtrium virorum, etiam Chronica ſcripſit tribus libris, ad quæ referendi verſus Catulli,

Quoi dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli tibi, namque tu ſolebas
Meas eſſe aliquid putare nugas,
Jam tum, quum auſus es unus Italorum,
Omne ævum tribus explicare chartis,
Doctis, Juppiter, & laborioſis.

18 *Inteſtabiles*] Poſt hæc verba in margine Scriveriani Codicis hæc tanquam Gelliana adſcripta ſunt: *Cum ſe contemni, deſerique ab omnibus animadverterent, lucem ulterius intueri non ſuſtinuerunt.* Hæc, ut puto, ex gloſſa hic inſerta. Sunt autem *Inteſtabiles* infames, dicendi teſtimonii incapaces. Cajus JC. in l. 26. ff. Qui teſt. fac. poſſ. *Cum lege quis inteſtabilis videtur eſſe, eo pertinet, ne ejus teſtimonium recipiatur, & eo amplius (ut quidam putant)*

tant) *neve ipsi dicatur testimonium.* Porphyrio ad Horatii verba lib. 2. serm. Satir. 3. *intestabilis & sacer esto*, ita loquitur: *Antique illos quos ad testimonium admitti nolebant intestabiles vocabant: detestabiles, quorum testimonium malum, & execrandum esset.*

CAP. XIX.

Historia ex annalibus sumta de Tib. Sempronio Graccho patre Gracchorum tribuno plebei: [1] *atque inibi tribunicia decreta cum ipsis verbis relata.*

PULCHRUM atque liberale atque magnanimum factum Tib. Sempronii Gracchi [2] in exemplis repositum est. Id exemplum [3] hujuscemodi est: L. Scipioni Asiatico P. Scipionis Africani superioris [4] fratri [5] C. Minucius Augurinus tribunus plebei multam irrogavit: eumque ob eam causam [6] prædes poscebat. Scipio Africanus fratris nomine [7] ad collegium tribunorum provocabat; petebatque ut virum consularem triumphalemque à collegæ vi defenderent. [8] Octo tribuni, cognita causa, decreverunt. Ejus decreti verba quæ posui, ex annalium monumentis [9] exscripta sunt. QUOD. P. SCIPIO. AFRICANUS. POSTULAVIT. PRO. L. SCI-

1 *Atque tribunorum plebis decreta*] Melius quidem sic concipientur ista quam *tribunicia plebis decreta*, prout exhibentur in editione Leidensi a. 1644. Sed nescio cur sic placuerit vocem *inibi* supprimere toties usurpatam Gellio. Sed & ita vox *plebis* est nullius momenti. Itaque restituisse me scias, prout inveni in Regio libro. In quo tamen noscas oportet etiam nomen *Sempronio* non apparere, quod & ipsum omittitur crebro ab Gellio. *Jac. Gronov.*

2 *In exemplis*] Forte legendum, *in exemplis Nepotis positum est.*

3 *Hujuscemodi*] Ita vet. ed. aliter, *hujusmodi.*

4 *Fratri*] Additur in vett. editt. *cui.* Aliter, *cum.*

5 *C. Minucius Augurinus*] Reum factum L. Scipionem apud Q. Terentium Culleonem prætorem refert Livius lib. 38. Condemnatus, *quo commodior pax Antiocho daretur, Scipionem sex millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti plus accepisse, quam in ærarium retulerit.* Judicio à Q. Terentio perfecto, cum prædes non daret Scipio, *atque contenderet omnem quam accepisset pecuniam in ærario esse, nec se quicquam publici habere, in vincula duci cœptus est*, ut loquitur Livius, & tunc luculentam orationem habuisse dicitur P. Scipio, etsi alii illum, cum in vincula fratrem duci videret, repulisse à corpore ejus viatorem memoriæ reliquerint, & tribunis retinentibus magis pie quam civiliter vim fecisse, ut ex quorundam relatu commemorat Livius: & hoc est quod dicit Seneca ad Polyb. c. 32. *Eodem enim die, quo viatoris manibus fratrem abstulerat, tribuno quoque plebis privatus interceſſit. Tribuno plebis* dixit, cum alii dicant *tribunis.* Et recte monet Lipsius se non videre causam, cur *eodem die* dixerit, cum hoc eodem facto & statim contigerit. Forsan igitur cum *tribuno interceſſisset* dicit, intelligit C. Minucium, qui fratri multam irrogaverat, & prædes popoſcerat, & in vincula ducere affectaverat. A quo Africanus, ut hic Gellius testatur, proculdubio eodem die ad collegium tribunorum provocaverat.

6 *Prædes*] Sponsores in causa publica. Festus: *Præs est is qui se obligat populo, interrogatusque à magistratu, si præs sit, ille respondet præs.* Scaliger pro *præs sit*, legit *præs est*, id est præsens est, & se sponsorem exhibet. Sed Varro dicit à præstando dictum.

7 *Ad collegium tribunorum provocabat*] Primo luculentam orationem habuit, & deinde tribunos in auxilium vocavit. Tribuni cum in consilium secessissent, reliqui omnes præter Gracchum pronunciarunt; prætori non intercedere tribunos, quo minus sua potestate uteretur, ut testatur Livius.

8 *Octo tribuni*] Decem numero cum essent, ex iis C. Minucius multam irrogaverat juxta Gellium, atque ita non numeratur inter alios, Gracchus resistebat. Atque ita revera fuere octo.

9 *Exscripta sunt*] Nam & ipsi tribuni sic sententias suas verbis concipiebant in tabellis, & de scripto pronunciabant hæc decreta, ut tetigit hæc pater lib. IV Observat. cap. 1. *Jac. Gronov.*

10 INAU-

L. SCIPIONE. ASIATICO. FRATRE. QUUM. CONTRA. LEGES. CONTRA. Q. MOREM. MAJORUM. TRIBUNUS. PLEBEI. [10] HOMINIBUS. ACCITIS. PER. VIM. [11] INAUSPICATO. SENTENTIAM. DE. EO. TULERIT. MULTAM. Q. NULLO. EXEMPLO. IRROGARIT. PRÆDES. Q. OB. EAM. REM. DARE. COGAT. AUT. SI. NON. DET. IN. VINCULA. DUCI. JUBEAT. UT. EUM. A. COLLEGÆ. VI. PROHIBEAMUS. ET. QUOD. CONTRA. COLLEGA. POSTULAVIT. NE. SIBI. INTERCEDAMUS. QUO. MINUS. SUAPTE. POTESTATE. UTI. LICEAT. [12] DE. EA. RE. NOSTRUM. SENTENTIA. OMNIUM. DATA. EST. SI. L. CORNELIUS. SCIPIO. ASIATICUS. COLLEGÆ. ARBITRATU. PRÆDES. DABIT. COLLEGÆ. NE. EUM. IN. VINCULA. DUCAT. INTERCEDEMUS. SI. EJUS. ARBITRATU. PRÆDES. NON. DABIT. QUO. MINUS. COLLEGA. SUA. POTESTATE. UTATUR. NON. INTERCEDEMUS. Post hoc decretum, quum Augurinus tribunus plebei L. Scipionem [13] prædes non dantem [14] prehendi & in carcerem duci jussisset; tum Tib. Sempronius Gracchus tribunus pl. pater Tiberii atque Caii Gracchorum, quum P. Scipioni Africano inimicus gravis ob pleraſque in republica dissensiones esset, juravit palam in amicitiam inque gratiam se cum P. Africano non rediisse; atque ita decretum ex tabula recitavit. Ejus decreti verba hæc sunt: [15] CUM. L. CORNELIUS. SCIPIO. ASIATICUS TRIUMPHANS. [16] HOSTIUM. DUCES. [17] IN. CARCEREM. CONJECTAVERIT. ALIENUM. VIDETUR. ESSE. [18] DIGNITATE. REIPUBLICÆ. IN. EUM. LOCUM. IMPERATOREM. POPULI. ROMANI. DUCI. IN. QUEM. LOCUM. AB. EO. CONJECTI. SUNT. DUCES. HOSTIUM. ITA. Q. L. CORNE-

10 *Omnibus accitis &c. irrogarit prædesque ob eam*] Scripti perinde ut olim editi: *hominibus*, ut in interdicto apud Ciceronem pro Cæcina: *hominibus coactis armatisque*. Dein iidem omnes: *irrogaverit prædesque eum ob eam rem*. Gronovius.

11 INAUSPICATO] Nihil enim publice privatimque, nisi auspicato gerebatur. Extat lex vetus Romuli, NE QUID INAUGURATO GERUNTO. *Inauspicato* etiam sumitur, pro inconsulto, temerarie.

12 *De ea re nostrum sententia omnium data est*] Reg. Fulv. Rot. *sententia omnium ea est*. Gronovius.

13 *Prædes non dantem prehendi*] Reg. & Rot. & Lincoln. *prendi*. Idem.

14 *Prehendi & in carcerem duci*] Tribunis jus competebat intercedendi, idque & solenni verbo fiebat, VETO. si quis resisteret, per viatorem prehendi & in carcerem abripi poterat, ita ut consules quoque prehendi atque in vincula duci sæpe jusserint. Factum hoc à prætore Q. Terentio dicit Livius, Val. Maximus à consule.

15 CUM L. CORNELIUS SCIPIO] Verba decreti Tiberii Gracchi ita recitat Livius lib. 38 c. 60. *Quo minus ex bonis L. Scipionis quod judicatum sit, redigatur, se non intercedere prætori. L. Scipionem (qui regem opulentissimum orbis terrarum devicerit, imperium populi Romani propagaverit in ultimos terrarum fines; regem Eumenem, Rhodios, alias tot urbes Asiæ devinxerit Populi Romani beneficiis, plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere incluserit) non passurum inter hostes populi Romani L. Scipionem in carcere & vinculis esse, mittique eum se jubere.* Livius tamen superius eadem fere verba Gellii habet, nimirum *juravisse, sibi inimicitias cum Scipionibus, quæ fuissent, manere, nec se gratiæ quærendæ causa quicquam facere. Sed in quem carcerem reges & imperatores hostium ducentem vidisset P. Africanum, in eum se fratrem ejus non duci passurum.*

16 *Hostium duces in carcerem conjectaverit*] Reg. & Rot. *conjectavit*. Gronovius.

17 IN CARCEREM CONJECTAVERIT] De P. Scipione Africano hoc refert Gracchus apud Livium. Sed Valer. l. 4 c. 1. L. quoque Scipionem appellat.

18 DIGNITATE] Vet. cod. A. DIGNITATE.

NELIUM. SCIPIONEM. ASIATICUM. [19]A. COLLEGÆ. VI. PROHIBEO.

Valerius autem Antias, contra hanc decretorum memoriam, contraque auctoritates veterum annalium, post Africani mortem interceſſionem iſtam pro Scipione Aſiatico factam eſſe à Tib. Graccho dixit: neque multam irrogatam Scipioni; [20] ſed damnatum eum peculatus [21] ob Antiochenam pecuniam, quia prædes non daret, in carcerem duci cœptum, atque ita intercedente Graccho exemptum.

19 A COLLEGÆ VI PROHIBEO] Interceſſio valida erat etiam inter tribunos ipſos, adeo ut uno ex collegio vetante, irritæ eſſent reliquorum omnium actiones.

20 *Sed damnatum*] Vid. Livium lib. 38.

21 *Ob Antiochenam pecuniam*] Reg. & Rot. *Antiochiam*. Sic Cicero de Academicis ſuis quædam vocat Ἀντιόχεια lib. 13 ad Atricum ep. 12. & *Antiochios*, qui ſectam Antiochi philoſophi ſequerentur, 4 Academ. *Gronovius*. Miror quum videam ita notatum ab Salmaſio: etiam ab Bourdelotio, niſi quod is in medio literarum *ia* ſuperſcripſerit literam *n*. Ego plene ex Regio notavi *Antiochinam*, ut ſupra. *Jac. Gronov.*

CAP. XX.

Quod Virgilius ob aquam à Nolanis ſibi non permiſſam ſuſtulit è verſu ſuo, Nola, *& poſuit,* Ora: *atque ibi quædam alia de conſonantia literarum jucunda.*

SCRIPTUM in quodam commentario reperi verſus iſtos à Virgilio ita primum eſſe recitatos atque editos:

[1] *Talem dives arat Capua & vicina Veſevo*
Nola jugo:

poſtea Virgilium [2] petiiſſe à Nolanis aquam uti duceret in propinquum rus; Nolanos beneficium petitum non feciſſe: [3] poëtam offenſum nomen urbis eorum, quaſi ex hominum memoria, ſic ex carmine ſuo deraſiſſe, *ora*que pro *Nola* mutaſſe: atque ita reliquiſſe:

——— *& vicina Veſevo*
Ora jugo.

Ea res verane an falſa ſit non laboro; quin tamen melius ſuaviuſque [4] ad auris ſit, quam *Nola*, *Ora*, dubium id non eſt. [5] Nam vocalis in priore verſu

1 *Talem dives arat, &c.*] Extat hic verſus lib. 2 Georg. ỽſ. 224. Divitem Capuam dixit vel propter divitias & luxum, vel propter ubertatem agrorum.

2 *Petiiſſe*] Additur in quodam MS. *beneficium*.

3 *Poëtam offenſum*] Servius ad lib. 8. Æneid. ad hunc verſum,

Et quos maliferæ deſpectant mœnia Abellæ,

legi quoque teſtatur, *mœnia Bellæ*. Et addit: *Multi Nolam volunt intelligi: & dicunt iratum Virgilium nomen ejus mutaſſe propter ſibi negatum hoſpitium: & ita aperte noluiſſe dicere, ſed oſtendere per periphraſin. Nam illic Punica mala naſcuntur, ut nunc* Bella *pro* Nola *poſuerit. Alii volunt accipi ut ſit Synalœpha, & legatur* Mœnia Abellæ. Aliter itaque Servius hæc narrat, verum Philargyrius ad citatum ſupra verſum *vicina Veſevo Ora jugo*, ita inquit, *Et hoc emendavit ipſe qui Nolam poſuerat. Nam poſtea offenſus à Nolanis, qui eidem aquam negaverant*, Ora *pro* Nola *poſuit*.

4 *Ad aures ſit, quam Nola, Ora*] An non etiam ad aures ſuavius eſt, *ad aures ſit Ora quam Nola?* Sic enim Reg. & Rot. *Gronovius*.

5 *Nam vocalis*] Nonnunquam vocalium concurſus ad elegantiam vel magnificentiam facit. Quod

ex

versu extrema eademque in sequenti prima canoro simul atque [6] jucundo hiatu tractim sonat. Est adeo invenire apud nobiles poëtas hujuscemodi [7] suavitatis multa, [8] [9] [10] quæ apparet navata esse, non fortuita: sed præter cæteros omnis apud Homerum plurima. Uno quippe in loco [11] tales tamque hiantes sonitus in assiduis vocibus pluris facit.

Ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ
Ἢ χιόνι ψυχρῇ ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ a.

atque item alio loco:

Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον b.

Catullus quoque elegantissimus poëtarum in hisce versibus:

[12] *Minister vetuli puer falerni*
Inger mi [13] *calices amariores,*
[14] *Ut lex Postumiæ jubet magistræ*

[15] *Ebrio-*

a *Alter* (fons) *æstate profluit similis grandini,*
Vel nivi frigidæ, vel ex aqua (concreto) *crystallo.*

b *Lapidem sursum pellebat ad cacumen.*

---

ex Cicerone & Virgil. liquet. Ita Poëta dixit *Ilio alto*, & alibi *Insulæ Ionio in magno*. Idem in Thucydide, Platone, Demosthene, Herodoto, Homero passim invenies.

6 *Iucundo hiatu*] Hiante enim & diducto ore fit illa pronunciatio, quando illa est concursio vocalium.

7 *Suavitatis*] Ita in MS. Vet. edit. *suavitate*.

8 *Quæ apparet*] Vet. ed. *quæ appareat* & pro *navata* i. e. elaborata, vulgo *novata*. Extant versus priores Il. x. ψ. 150. & 151. Posterius extat οδ. λ. ψ. 545. ubi de Sisypho loquitur Poëta.

9 *Quæ appareat novata esse*] Rescribe: *quæ apparent navata esse, non fortuita*. A navus, strenuus, fortis, deducitur verbum navare, quod valet, exquisita diligentia elaborare. Quare elegantissime hîc opponitur τῷ αὐτοσχεδιάζειν seu fortuito aliquid agere. *Lambecius*.

10 *Quæ appareat novata esse, non fortuita*] Reg. Fulv. Rot *navata*. id est, consulto & de industria posita. *Gronovius*.

11 *Tales tanquam hiatus & sonitus in ass. v. pluribus facit*] Attende, & sensus idonei nihil elicies. Lego ex vestigiis M. R. *Vno quippe in loco tales tamque hiantes sonitus in aßiduis vocibus complures facit*. Nota similiter hîc *tamquam* pro *tamque* substitutum esse, uti contra lib. 3 cap. 16. *tamque* pro *tanquam*, quod paulo ante monui. *Lambecius*.

12 *Minister vetuli*] Vetere vino delectabantur antiquitus Romani. De Surrentino vino illud ante annum vigesimum adhuc crudum esse, testatur Galenus lib. 1. de Antidot. cap. 8. Ita enim loquitur: *De Surrentino autem quid me dicere opus est? quod omnes jam sciunt, ante annum ferme vigesimum adhuc crudum esse, vigesimo enim tandem anno viget, potuique aptum diu perseverat, nec facile amarescit præstantiaque cum Falerno contendit*. Sed nullum erat vinum, quod ætate Falernum vinceret. De Falerno Opimiano refert Plinius lib. 14 cap. 4. in ducentesimum annum durasse.

13 *Calices amariores*] Manifesto *amariores* pro meraciores intelligit, alludens ad Homericum, ζωρότερον δὲ κέραιρε. Quod diverse à veteribus exponi solitum cognosces ex Plutarcho. Martialis autem aliter etiam exponit:

Hic scyphus est, in quo misceri jussit amicis,
Largius Æacides vividiusque merum.

hic largius & vividius est ζωρότερον. *Ita Scaliger in Castig. in Catullum*. Verum *amariores* etiam interpretari quis posset, pro *vetustiores*. Plinius lib. 14 cap. 4 de vino Falerno: *Etenim hæc natura vinorum in vetustate est, nec potari per se queunt, si non pervincat aqua, usque ad amaritudinem carie indomita*. Vina itaque amara præ vetustate aqua ita diluebantur, ut sentiri amaritudo non posset. *Calices* itaque *amariores*, sunt minus aqua dilutæ.

14 *Ut lex Postumiæ*] In conviviis regna vini sortiebantur, ut ex Horat. lib. 1. Od. 4. liquet. Symposiarchi illi, modum bibendi statuebant. Qui magistri, arbitri conviviorum dicebantur; modimperatores Varroni apud Nonium. An autem hic legem publicam, quæ ita appellata forsan à Postumio, qui ædem Cereri & Libero & Liberæ vovit, Cassius dedicavit, teste Dionys. lib. 9. an potius Postumiam

[15] *Ebriosa acina ebriosioris*;

quum dicere, *ebrioso*, posset, &, quod erat usitatius, *acinum* in neutro genere appellare: amans tamen hiatus illius Homerici suavitatem, *ebriosa*, dixit propter [16] insequentis à literæ concentum. Qui *ebrios* autem Catullum dixisse putant aut *ebriosos* (nam id quoque temere scriptum invenitur) in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

mulierem convivii magistram intelligit? De talibus conviviorum præfectis vide Arrianum lib. 1. Dissert. Epicteti, & Lucianum in Saturnal. Plutarchum in Apophthegm. & Gellium nostrum lib. 15 c. 2.

15 *Ebriosa acina*] Vett. editt. *Ebriosæ acinæ*. Et forsan ita legendum, cum in vett. edd. in seqq. *Ebriosi* legatur pro *Ebrioso*. Acinæ autem ebriosæ dicuntur quod medio succi uvarum hæsitent.

16 *Consequentis*] In MS. quodam *insequentis*. Thys. Is est ipse Regius, qui plane sic exhibet, *insequentis a literæ*, quam vocalem temere erasam reposui, quia etiam ex Lincoln. notavi *consequentis a literæ*. Jac. Gronov.

CAP. XXI.

Quoad vivet, &, quoad morietur, *cur id ipsum temporis significent, quum ex duobus sint facta contrariis.*

Quoad vivet quum dicitur, item *quoad morietur*, videntur quidem duæ res dici contrariæ: sed idem atque unum tempus utraque verba demonstrant. Item quum dicitur *quoad senatus habebitur*, & *quoad senatus dimittetur*: tametsi *haberi* atque *dimitti* contraria sunt: unum atque id ipsum tamen utroque in verbo ostenditur. Tempora enim duo quum inter se opposita sunt atque ita cohærentia, ut alterius finis cum alterius initio misceatur; non refert utrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis locus ipse confinis demonstretur.

CAP. XXII.

Quod censores equum adimere soliti sint equitibus corpulentis & præpinguibus; quæsitumque utrum ea res cum ignominia, an incolumi dignitate equitum facta sit.

NIMIS pingui homini & corpulento censores [1] equum adimere solitos scilicet, minus idoneum ratos esse cum tanti corporis ponderе ad faciendum equitis munus. Non enim pœna id fuit, ut quidam existimant: sed munus sine ignominia remittebatur. Tamen [2] Cato in oratione, quam *de sacrificio commisso* scripsit, objicit hanc rem criminosius, uti magis videri possit cum ignominia fuisse. Quod si ita accipias:

1 *Equum adimere solitos*] Locus hic interpolatus. De Censorum potestate & alibi & 4, 12 actum fuit. *Thys.* Hoc totum hausit Thysius ex editione Ascensiana, ubi publice citatio ejus loci exprimitur, & adscribit Bourdelotius, ut, opinor, *locus interpolatus*, quum sit integer, & infinitivus pendeat ab τῷ *scilicet*, ut satis probatum post alia in Observat. Patern. lib. 3 cap. 9. *Jac. Gronov.*

2 *Cato*] M. Porcium Catonem varias Orationes scripsisse passim patet.

3 *Cu-*

pias: id profecto existimandum est, non omnino inculpatum neque indesidem visum esse, [3]cujus corpus [4]in tam immodicum modum luxuriasset [5]exuberassetque.

3 *Cujus*] Aliter, *cui*.

4 *In tam immodicum luxuriasset exuberassetque*] Sic Carrio & Stephanus: sed scripti & editi, *in tam immodicum modum*. Quod tenendum mordicus, quando à Catone Prisco id accepit noster. Sic ille: *ne Romani Perse quoque rege victo, ad superbiam ferociamque & immodicum modum insolescerent. Exuberasset* (si tamen id tentare licet) neque delendum neque *exsuperasset* faciendum, sed forte *extuberasset*. Plinius lib. 19, 2. *Nec utique extuberante loco, ubi gignuntur aut rimas agente*. Lib. 21, 16. *Helxine vara visu est, neque in omnibus terris. à radice folliosa ex sativa media veluti malum extuberat, contectum sua fronde*. Sic membranaceus Vossianus. Lib. 37, 12. de gemmis: *Cavæ aut extuberantes gemmæ viliores videntur æqualibus*. Sed cur mutemus vulgatum, quod à Virgilio sumpsisse auctor videtur lib. 1 Georg. *At si luxuria foliorum exuberat umbra*. Verbis sacris, ἐλιτάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλαδύνθη, *luxuriavit & uberavit*. Gronovius.

5 *Exuberassetque*] Forsan, *exsuperassetque*. Scriverius delet.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER OCTAVUS.

Commentario octavo hæc insunt.

[1]CAPUT I.

[2]HESTERNA noctu, *recténe an cum vitio dicatur: & quænam super istis verbis grammatica traditio sit: item quòd decemviri in* XII. *tabulis* nox *pro* noctu *dixerunt.*

CAP. II.

Quæ mihi decem verba ediderit Favorinus, quæ usurpentur quidem à Græcis, sed sunt adulterina & barbara: quæ item à me totidem acceperit, quæ ex medio communique usu Latine loquentium minimè Latina sint, neque in veterum libris reperiantur.

CAP.

1 CAP. I.] Hæc capita in vett. editt. hic non inseruntur, absunt quoque in MS. Morelli. *Thys.* Certe jam Aldus habet, præpositis his verbis *A. Gellii Noctium Atticarum liber Octavus hac ætate non reperitur. Sed ex vetustissimo exemplari hæc capita excerpta sunt*, quæ ipsa sunt per editiones continenter propagata, donec induxit Stephanus, quia sane hæc capita in variis exemplaribus reperiuntur, ut ipso Lincolniensi.

2 *Hesterna noctu*] Proculdubio Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 4. descripsit ea quæ de hac locutione auctore non nominato apud illum istic supersunt, & legi possunt; quæ forsan iisdem verbis ex Gellio excerpta, docent *noctu* ac *diu* (quæ Quintiliano lib. 1 c. 4 adverbia sunt) veros esse ablativos.

CAP. III.

Quem in modum & quàm severè increpuerit audientibus nobis [3] *Peregrinus philosophus adolescentem Romanum ex equestri familia stantem segnem apud se & [4] assiduè oscitantem.*

CAP. IV.

[5] *Quòd Herodotus scriptor historiæ memoratissimus parum verè dixerit unam solamque pinum arborum omnium cæsam numquam denuo ex îsdem radicibus pullulare, & quòd idem de aqua pluviali & nive rem non satis exploratam pro comperta posuerit.*

CAP. V.

Quid illud sit, quod Virgilius [6] cœlum stare pulvere, *& quod Lucilius* pectus sentibus stare *dixit.*

CAP. VI.

Quum post offensiunculas in gratiam redeatur, expostulationes fieri mutuas minimè utile esse: superque ea re & sermo Tauri expositus, & verba ex [7] *Theophrasti libro sumta: & quid M. quoque Cicero de amore amicitiæ senserit cum ipsius verbis additum.*

CAP. VII.

Ex Aristotelis libro, qui περὶ μνήμης inscriptus est, cognita acceptaque [8] *de natu-*

3 *Peregrinus Philosophus*] De quo Gell. lib. 12 c. 11. Lucian. in ejus vita, Ammian. lib. 29. M. Tyrius Orat. 37. Pausan. lib. 2. Eliac.

4 *Assidue oscitantem*] Ex hoc capite fragmentum subodoror apud Nonium in *Halucinare*, ubi Cl. Mercerus id sui ingenii & studii opus hoc fuisse ostendit.

5 *Quod Herodotus*] Verba Herodoti sunt lib. 6. Historiarum. Illud tamen & piceæ, & cupresso aliisque arboribus contingit, nisi fortasse cognationem inter has arbores esse voluerit, atque ideo pinus nomine appellaverit. Inter pinum certe & piceam magna convenientia. Pinus proprie Græcis πίτυς, picea πεύκη dicitur. Etiam aliquando confunduntur. Ita Theophrastus lib. 3 cap. 10. de plantarum Historia, ubi περὶ τῆς πεύκης agit, pinum intellexit. Namque illi στρόβιλον assignat sive nucem pineam, quæ ab Hippocrate & Aëtio κόκκαλος appellatur, ab aliis quoque κῶνος ut auctor est Galenus lib. 7. de Comp. med. sec. loc. cap. 1. Pini quoque quædam maritimæ breves nuces edunt instar cupressi, non tamen rotundas sed acuminatas. Ita ut has arbores confudisse videatur Herodotus. Sicuti etiam larix & abies quandam cognationem habent.

6 *Cœlum stare pulvere*] Habes hoc apud Virg. lib. 12. Æneid.

Et sævus campis magis ac magis horror
Crebrescit, propiusque malum est: jam pulvere cœlum
Stare vident.

Servius in Virgilium, Acro & Porphyrio, antiquissimi Horatii interpretes, exponunt *plenum esse, coöperiri.* Ita quoque intelligendum illud Lucilii *pectus sentibus stare*, id est, *plenum esse*, vel etiam *horrere.* Vide Nonium in *stare*, qui etiam quædam ex Gellio mutuatus videtur.

7 *Theophrasti libro*] περὶ τῆς φιλίας. Citat eum quoque Gellius noster lib. 1 c. 3. Atque ex illo libro quædam adducit Plutarchus in Catone minore, & Hieronymus in Oseam proœmio l. 3. Accedit huc etiam Cl. Meursius in Collectaneis de Theophrasto.

8 *De natura & habitu memoriæ*] Præter librum Aristotel. de Memoria & Remin. vide quoque lib. 2. de Anim. c. 4. & lib. 1. de Hist. an. c. 2. Memoria etiam bestiis, sola reminiscentia homini tribuitur.

9 *De*

natura & habitu memoriæ: atque inibi alia quædam [9] *de exuberantia aut interitu ejus* [10] *lecta auditaque.*

CAP. VIII.

Quid mihi usu venerit interpretari & quasi effingere volenti [11] *locos quosdam Platonicos Latina oratione.*

CAP. IX.

[12] *Quòd Theophrastus philosophus omnium suæ ætatis facundissimus verba pauca ad populum Athenienſem facturus deturbatus verecundia obticuerit,* [13] *quodque idem hoc Demostheni, apud Philippum regem verba facienti, evenerit.*

CAP. X.

Qualis mihi fuerit in oppido [14] *Eleusine disceptatio cum grammatico quodam* [15] *præstigioso tempora verborum & meditamenta puerilia ignorante; remotarum autem quæstionum nebulas &* [16] *formidines* [17] *capiendis imperitorum animis ostentante.*

CAP.

9 *De exuberantia aut interitu ejus*] De admiranda memoria lege Plinium lib. 7 c. 24. Fabium lib. 11 c. 2. Senecam Patrem initio controversiarum, qui de se refert se eo ordine atque recitata essent duo millia nominum reddidisse. Similia narrat de Simplicio quodam Augustinus lib. 4 cap. 7. de Anima. Lege miram historiam apud Muretum Var. Lect. lib. 3 c. 1. De interitu memoriæ vide Plin. lib. 7. qui de Messalla Corvino commemorat nominis sui oblitum fuisse. Similia itaque vel eadem narravit hic, ut arbitror, Gellius.

10 *Lecta auditaque*] Forsan legendum, *lectu audituque digna*. Hoc forsan est nihil.

11 *Locos*] Aliter, *jocos*.

12 *Quod Theophrastus*] Apud Diogenem Laërtium in vitâ ejus nihil tale invenio.

13 *Quodque idem hoc Demostheni*] Nihil hac de re apud Plutarchum in Demosthene, sed hoc commemoratur, cum decem legati missi essent ab Athenienſibus ad Philippum, atque inter illos esset Demosthenes, Regem ad Orationem Demosthenis accurate respondisse. Idem Ciceroni contigit, ut Appianus meminit lib. 2. de Bell. Civ. & Plutarchus in Cicer. dixit, accessisse eum ad dicendum trepidum, ac multis in causis medio ardore & statu orationis vix tandem horrere & tremere desisse.

14 *Eleusine*] Quam Atticæ urbem fuisse Cereri consecratam, ex Mela, Ptolemæo, aliis notum est.

15 *Præstigioso*] Vano ostentatore, instar illorum, qui præstigiis populum ludunt. Non opus est itaque ut hic laboret H. Stephanus.

16 *Formidines*] Intelligit captiosa argumenta, ab usu ejus vocis, quo notabatur linea variis plumis pennisque avium conserta, quæ ad retia ponebatur, & sic genus omne ferarum inducebat. Seneca lib. 2 c. 12. de Ira: *Nec mirum, cum maximos ferarum greges linea pennis distincta contineat, & in insidias agat, ab ipso effectu dicta Formido.* Hanc aperte describit Nemesianus:

Linea quinetiam magnos circumdare saltus
Quæ possit, volucresque metu concludere prædas,
Digerat innexas non una ex alite plumas.
Namque ursos, magnosque sues, cervosque fugaces
Terrificant, linique vetant transcendere septum.

Et Seneca lib. 1. de Clementia: *sic feras lineis & pinna conclusas contine, easdem à tergo eques telis incessat; tentabunt fugam per ipsa quæ fugerant, proculcabuntque formidinem.* Usus quoque Apuleius in Apolog. Oppianus lib. 4. de Venat. δειραλεην μιτρωθεν, id est, *lineam formidolosam*, & δειμα πολυχροον, *formidinem multicolorem* appellat. Formido autem à formis, sive imaginibus vel picturis & terriculamentis rerum nomen accepisse videtur. Vide Colv. ad Apuleium p. 258. & Turneb. lib. 5. Adv. c. 5.

17 *Capiendis imperitorum animis*] Vet. ed. *ad capiendos imperitorum animus*. Thys. Immo id continuatum per omnes editiones, usque ad Stephanum, qui nescio unde erutum dativum subjecit.

28 *Quam*

CAP. XI.

[18] *Quam festivè responderit Xanthippæ uxori Socrates petenti ut per* [19] *Dionysia largiore sumtu* [20] *cœnitarent.*

CAP. XII.

Quid significet in veterum libris scriptum, [21] plerique omnes; *& quòd ea verba accepta à Græcis videntur.*

CAP. XIII.

[22] Quopsones *quod homines Afri dicunt, non esse verbum Pœnicum, sed Græcum.*

CAP. XIV.

Lepidissima altercatio Favorini philosophi adversus quemdam intempestivum de ambiguitate verborum differentem, atque inibi verba quædam ex Nævio poëta & [23] *Cn. Gellio non usitatè collocata: atque ibidem à P. Nigidio origines vocabulorum exploratæ.*

CAP. XV.

Quibus modis [24] [25] [26] *ignominiatus tractatusque sit à* [27] *C. Cæsare Labe-*

18 *Quam festive*] In ed. Ven. I. de Tridino capp. 10 & 11. male confunduntur.

19 *Per Dionysia*] Festis enim diebus, præcipue Liberi patris, majori impensa genio indulgebant.

20 *Cœnitarent*] Vet. ed. *cœnitaret.*

21 *Plerique omnes*] Si plerique, quomodo omnes? Idem est, *atque ferme omnes.* I. Scaliger lib. 7. de Re Poët. cap. ult. ita interpretatur: *quomodo dicimus* sex septem *disjunctiva* VEL, *item* plus minus, *pro* plus vel minus: *sic & dicimus* plerique omnes, *pro* vel plerique, vel fortasse omnes. sed *plerus* quoque pro *plenus* sumitur à græco πλήρης. Ita esset, *plene omnes.*

22 *Quopsones*] Corruptum vocabulum. pleræque editiones veteres legunt *Qupsones*, nullo sensu. Scaliger invenit in libro scripto Bituricensi *Eupsones*, pro quo legit *Eudones*, pag. 32. ad Fragm. Em. temp. à Punico *Haudoni*, quod denotat χαῖρε κύριε. Forsan *Eudones* videtur dictum, pro *Adonis.* Æolica dialectus α crebro mutat in αυ, ut ναὸς, ναυς, ἀὴρ, ἀὺρ, αὐ vero in εὐ quoque mutatur. Forsan igitur *Eudones* pro *Adonis* Afris dicebatur. Quod Græcum putavit esse Gellius, cum revera Syriacum vel Phœnicium sit. Intelligi tamen forsan potest ἀϊδωνεύς, qui idem atque ἄδης teste Hesychio. Sed hæ sunt conjecturæ. Ex quibus tamen hoc Scaligerianum pro bono habet Th. Reinesius de Punica Lingua cap. 12 num. 14, & *qupsones* vocat vocem nihili & quæ ne legi aut pronunciari quidem potest. Prousteus utinam perinde Gellium juvaret, quam acer est in vituperando Scaligero! inprimis ridiculus in rogando, cur unus Biturigum codex eo ipso quo citatur loco mendosus Scaligero pluris est quam ceteri omnes? An non unus Regius codex Lambecio recte pluris est, quam ceteri omnes? Cur autem supponit eum librum in isto loco mendosum! quum utique ipse nihil sciat, nihilque afferre queat. Nonne Scaliger est, qui anno 1573 similiter ex veteri scriptura emendavit 9, 3 *Macctæ*, quum omnes ex insciția ederent *Macedones* contra fidem MSStorum, ut jam constat, & ipse sequi debuit ab Stephano anno 1585 tantopere indicatum? Nescio unde ortum sit *Quopsones*, quod postremas editiones occupat. Omnino *Qupsones* præfert aliquid Græcum. Ut enim *quinorodon*, Græce κυνοῤῥοδὸν, ὑπόκυσις *hypoquistis*, sic κύψωνες potuerunt alio sermone efferri, tanquam instar illius, qui catoblepas in eadem Africa Græce Græcis dicitur, mutata & fere corrupta declinationis parte per hanc translationem ad alium populum. *Jac. Gronov.*

23 *Cn. Gellio*] Vet. ed. legit, *Cn. Gallo.* Forsan legendum *Cæcilio.*

24 *Ignominiatus*] Stephanus qui hæc capita Gellii non esse contendit (quo jure alibi videbimus) putat Gellium dicturum fuisse, *quibus ignominiæ modis tractatus sit*, vel *quam ignominiose tractatus sit.*

For-

Laberius poëta : atque inibi appositi versus super eadem re ejusdem Laberii.

Forsan pro *ignominiatus* legendum *ignominia notatus.*

25 *Tractatus*] Forsan *taxatus. Taxare*, inquit Festus, *idem est quod convitiis tangere.*

26 *Ignominiatus tractatusque*] Stephanus conjicit, *Quibus modis ignominiæ tractatus.* vel, *Quam ignominiose tractatus.* Alii, *ignominia notatus & taxatus.* Sed *ignominiatus*, quin ipsius auctoris sit, & quidem ab aliquo vetustiorum, quo caremus, acceptum, nullus dubito. *Tractari* vero eadem significatione defendimus Plauto Milite a. 2 sc. 6. *Meamne hic in via hospitam Tractatam & ludificatam, ingenuam & liberam.* Gronovius. Immo & *injuriatus* est apud Lucilium.

27 *A C. Cæsare*] Quid hoc capite comprehenderetur, ostendit Macrobius lib. 2 Sat. cap. 7, quæ hîc reponi non est necesse. Vide & Gellium nostrum lib. 17 c. 14.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

[1] *LIBER NONUS.*

CAPUT I.

Quamobrem Q. Claudius Quadrigarius in [2] undevicesimo annali scripserit rectiores certioresque ictus fieri, si sursum quid mittas, quam si deorsum.

Claudius in undevicesimo annali, quum oppidum [3] à Metello proconsule oppugnari, contra ab oppidanis desuper è muris propugnari describeret, ita scripsit; *Sagittarius cum funditore utrimque summo studio [4] spargunt fortissimè. Sed*

1 *LIBER NONVS*] In MS. Morelli & in antiquiss. Venet. titulus est LIBER OCTAVUS. In membranis Giselini liber X. est: sicuti in Cod. Tornæsiano. In Gisel. membr. post X. incipit XII. In Voss. Cod. annotatum in quodam MS. haberi XIIII. novem autem primi desunt, in toto corpore habentur libri XXIII. *Thys.* At hæc sunt ipsa verba præposita codici Bibliothecæ Regiæ num. 659, unde potuit descripsisse Vossius, ut & alii. In MS. codice bibliothecæ S. Marci exemplar plane est præferens titulos capitum, quos ita divisos habet, ut concludat VICESIMO III COMMENTARIO, sed ut interim quosdam libros non distinguat, ut hac in parte vehementer hæsitarint.

2 *In duodevicesimo annali*] Potuit hanc scripturam eligere Stephanus & edere, quum & in nonnullis codicibus forsan viderit, ut paterna manus testatur de Petav. & Voss. licet in ipso capite retineret *undevicesimo*, ut tanto probabilius asseveraret in his titulis alienam manum & Stephano incongruam. Nobis non licet, qui scimus, in codice S. Marci Florentiæ legi *undevicesimo*, prout habent anteriores editi, unde id restitui, & de auctore titulorum edocti aliter sumus. *Jac. Gronov.*

3 *A Metello*] An Metellus Numidicus, an alius intelligatur, dubium est. De Numidico vide 6, 11. *Thys.* Claudium hunc in duodevicesimo annali egisse de bello Marsico colligitur ex Senecæ libro III Benef. c. 23 & Grumenti expugnatione: quo eodem tempore viguit C. Cæcilius Metellus Galliam Narbonensem regens. *Jac. Gronov.*

4 *Spargunt fortissime*] Sagittas ex arcubus, lapides vel glandes ex fundis, qui summo cum impetu mittebantur. De Funditoribus sive Balearibus ita loquitur Diodorus Siculus lib. 6. *In prælio lapides multo majores quam reliqui, jactant robuste, ut aliquo tormento lapis missus videatur. In urbium expugnatione lapidum jactu eos, qui desuper ex propugnaculis tuentur mœnia valnerant. In pugna vero scuta, galeas, omneque armorum genus confringunt.* Spargere itaque vel de sparsione sagittarum lapidumque intelligi potest, (quod peculiare hîc voca-

Sed ſagittam atque lapidem deorſum an ſurſum [5] *mittas, hoc intereſt; nam neutrum poteſt* [6] *deorſum verſum rectè mitti, ſed ſurſum utrumque optimè. Quare milites Metelli ſauciabantur* [7] *multo minus, & quod maximè opus erat* [8] *à pinnis* [9] *hoſtis defendebant* [10] *facillime.* Percunctabar ego [11] Antonium Julianum rhetorem, cur hoc ita uſu veniret, quod Quadrigarius dixiſſet, ut contigui magis directioreſque ictus fiant, ſi vel lapidem vel ſagittam ſurſum verſus jacias quam deorſum: quum proclivior faciliorque jactus ſit ex ſupernis in infima, quam ex infimis in ſuperna. Tum Julianus comprobato genere quæſtionis, *Quod de ſagitta*, inquit, *& lapide dixit, hoc* [12] *de omni fere miſsili telo dici poteſt. Facilior autem jactus eſt, ſicuti dixiſti, ſi deſuper jacias, ſi quid jacere tantum velis, non ferire. Sed quum modus & impetus jactus* [13] *temperandus dirigendiſque eſt: tum, ſi in prona jacias, moderatio atque ratio mittentis* [14] *præcipi-*

bulum) vel de ipſis ſagittariis & funditoribus. Ennius, *Poſtquam deſeſſi ſunt ſtantes, ſpargere ſeſe*, pro diſpergere, diffundere.

5 *Mittas, hoc intereſt. nam neutrum*] Non bene videntur jungi τὸ *hoc* & τὸ *nam*. Si prius placet, ſufficere videtur: *deorſum an ſurſum mittas; hoc intereſt. neutrum poteſt deorſum verſum recte mitti.* Sin poſterius, & ſit, *deorſum an ſurſum mittas, intereſt. nam neutrum poteſt deorſum verſum recte mitti*, nihil requiras. *Gronovius.*

6 *Deorſum verſum*] Loquitur de ſagittis & lapidibus, quæ arcu, balliſta fundaque jaciuntur, ſecus ſi quis pila haſtaſque vel lapides manu torqueat; tum enim ex ſuperiori loco major vis atque impetus eſt, inprimis ſi non longe perpendiculi linea abſit. Hinc Tac. l. 17. *Ingerunt*, inquit, *deſuper Othoniani pila, librato magis ac certo ictu, adverſus temere ſubeuntes.* Livius lib. 7, 23. *Præter virtutem, locus quoque ſuperior adjuvit, ut pila omnia haſtæque, non tanquam ex æquo miſſa vana, quod plerunque fit, caderent, ſed omnia librata ponderibus figerentur.* Et lib. 10. dec. 3. *Pœni vana pleraque, utpote ſupino jactu, tela in locum ſuperiorem mittebant. Gravior ac pondere libratior ſuperne ex onerariis ictus erat.* Ita interpretatur hunc locum Hier. Magius lib. 2. Var. c. 16. Sed ſuperiora loca de ictibus & fixionibus telorum propinquis intelligi poſſunt. *Thyſ.* Addas licet de jaculis, quæ manibus emittuntur, verba Livii 25, 16. *Jaculis maxime aperta corpora Romanorum; & quum undique ex altioribus locis in cavam vallem conjectus eſſet, transfiguntur. Deorſum verſum* dicit pari copia, qua & ipſe mox & Cicero aliquoties ſcribit *ſurſum verſus* vel *verſum*, & alii. Sed & infra ad cap. 4 ex ipſo Varrone dantur ejus exempla in nota paterna, ut vane ideo dicatur Quadrigarius in hac iſtarum vocum junctura parum accuratus. *Jac. Gronov.*

7 *Multo minus*] Erant enim inferiori loco.

8 *A pinnis*] Acuminibus murorum, vel faſtigiis. Senſus eſt, quod facillime hoſtes à mœnibus & muris depellerent; eo uſu quo in argumento capitis 8 lib. 5. *Defenſus error à Virgilii verſibus*, ut monet Phil. Carolus.

9 *Hoſtis defendebant facillime*] Regius & Voſſianus adjiciunt vocabulum *funditore*. Ex qua ſcriptura in Badiana Vaſcoſani fecerunt *funditores*. Sed non de his ſolis Claudius. Forte: *à pinnis hoſtis defendebant facillime fundis & arcu.* Gronov. Prout in petendis ex humili hoſtibus iſto duplici genere utebantur. Florus 11, 11 de Gallograecis: *Utrinque fundis ſagittiſque acti.* Sed nunc iſtud utrumque ſatis intelligitur ex præcedenti, ubi jungitur *ſagittarius cum funditore*. Hinc dum ſoli nunc repetuntur funditores, in his ſolis utrique poſſunt commode intelligi, ut fit ſæpius, atque ita non diſſcedo à MSS.

10 *Facillime*] In Bad. Par. ed. additur, *funditores.*

11 *Antonium Iulianum*] Vide 1, 4.

12 *De omni fere miſsili telo*] Poſtremam vocem Giſelini abfuiſſe codici notat Lipſius 5 epiſt. q. 8. At non abeſt Regio, Petavianis, Voſſiano, aliis. Et Virgilius 10 Æneid. *telum quod miſsile libro.* Livius lib. 30. *telorum maxime miſſilium vis ingens congeritur.* Gronovius.

13 *Impetrandus dirigenduſque*] Non debui connivere ad corruptelam hanc nimis abſurdam, & quam credi vix poteſt tamdiu obtinuiſſe ortam ex editione Leidenſi ann. 1641, non dubie vitio typorum; & tamen inde huc uſque productam, ſed nunc recorrectam, ut vides. *Jac. Gronov.*

14 *Præcipitantia ipſa & pondere*] Voſſianus, *præcipi-*

cipitantia ipsa & pondere cadentis teli corrumpitur. At si in editiora mittas, & ad percutiendum supernè aliquid [15] *manum & oculos* [16] *conlinees: quo* [17] *modus à te datus* [18] *tulerit, eo telum ibit, quod jeceris.* Ad hanc ferme sententiam Julianus super istis Q. Claudii verbis nobiscum sermocinatus est. [19] Quod autem [20] ait idem Q. Claudius: *à pinnis hostis defendebant facillimè;* animadvertendum est, usum esse eum verbo *defendebant*, non ex vulgari consuetudine, sed admodum proprie & Latine. Nam *defendere*, & *offendere*, inter sese adversa sunt, quorum alterum [21] [22] significat ἐμποδῶν ἔχειν, alterum, ἐκ ποδῶν [23] ποιεῖσθαι. Quod hoc in loco à Q. Claudio dicitur.

cipitantia lucumque ipsa. Regius, *præcipitanti aliicunque ipsa.* Forte: *præcipitantia plerumque ipsa & pondere cadentis teli opprimitur.* Gronovius.

15 *Conlines*] Aliter, *collimes*, Gis. cod. *conlinies.* Ed. vet. Ven. *conniveas.*

16 *Manum & oculos conlinees*] Ita scribendum, non *conlines*, quod nuper invasit: non *conlimes* aut *connives*, ut olim vulgo. nam scripti meliores *conlinies* aut *collinies*, ut monuit primus Lipsius. Dicitur autem à *linea.* Cicero lib. 3 de finibus. *Ut enim si cui sit propositum collineare hastam aliquo aut sagittam.* Et, *facere omnia, quæ possit, ut collineet.* Ita & Victorius & Manutius è vett. scriptis. Lib. 2 de divin. *Quis est enim, qui totam diem jaculans non aliquando collineet?* Triplex in his usus verbi. *Collineare hastam*, dirigere ac mittere ex destinatione & arte. *Collineare*, aliquando scopum attingere ac ferire. *Collineare manum & oculos*, intendere ad mittendum certius & felicius. Στοχάζεσθαι σκοπȣ, Græci. Ælianus lib. 8 de animal 10. οἱ μὲν ἄνθρωποι δόρατα ἰσχυρὰ λόγχαις ἀφιᾶσι στοχαζόμενοι αὐτῶν. Ita legendum. Vulgo λόγχας. Gesnerus, καὶ λόγχας. Gronov.

17 *Modo*] Badius legit *motus. modus* hic significat *librationem.*

18 *Tulerit*] Ita Gis. cod. Vet. ed. *fuerit.*

19 *Quod autem ait idem*] Reg. Petav. Voss. Lincol. Schef. exterminant τὸ *autem.* Gronovius.

20 *Ait idem*] In MS. *ait tandem.*

21 Ἐμποδῶν ἔχειν] Auctior aliquanto verbis Giselini scripta lectio, ἐμποδῶν ἔχειν, id est, *incurrere in aliquid & incidere*, alterum ἐκποδὼν (melius ἐκ ποδῶν) id est, *avertere atque depellere.* nec hærebis, quin hæc interpretatio ab ipso Agellio sit. *Lips.* lib. 4. Epist. Qu. Ep. 8.

22 *Significat* ἐμποδὼν ἔχειν *alterum*] Omnes item nostri: ἐμποδὼν ἔχειν, *id est, incurrere aliquid & incidere, alterum* ἐκποδὼν ποιεῖσθαι (quidam, ποιεῖν) *id est, avertere atque depellere*: ut Vict. Giselini codex apud Lipsium. *Gronovius.* Et judicat quoque Philipp. Carolus non dubitandum, quin ab ipso Auctore sit interpretatio. In Reg. autem inveni & ipse *in aliquid*, sed pater omisit præpositionem ex MS. L & ut. Vos. ut notat.

23 Ποιεῖσθαι] In cod. Torn. ποιεῖν.

CAP. II.

[1] *Quibus verbis notarit Herodes Atticus falso quempiam cultu amictuque nomen habitumque philosophi ementientem.*

AD [2] Herodem Atticum, consularem virum ingenioque amœno & Græca facundia celebrem, adiit, nobis præsentibus, palliatus quispiam & crinitus, barbaque propè ad pubem usque porrecta; ac petiit [3] [4] æs sibi dari εἰς ἄρτȣς[a]. [5] Tum Herodes interrogat quisnam esset. Atque

a *Ad panes.*

1 *Quibus verbis*] Regius & Vossian. & S. Marci Flor. *qualibus*, ut 20, 8.

2 *Herodem Atticum*] Vide lib. 1 c. 2.

3 Εἰς ἄρτȣς] Vulgo additur, *emendos scilicet*. quod glossema esse recte monuit Lipsius, atque abesse à membranis Giselini.

4 *Æs sibi dari* εἰς ἄρτȣς *id est, ad panes emendos scilicet*] Sic Romana & Veneta. Aldus, & ab eo Vascos. & Gryph. εἰς ἄρτȣς *emendos scilicet.* Hic quoque duo postrema vocabula jussu codicis sui delevit

que ille, vultu sonituque vocis objurgatorio, philosophum sese esse dicit; & mirari quoque addit cur quærendum putasset quod videret. Video, inquit Herodes, [6] barbam & pallium; philosophum nondum video. Quæso autem te, cum bona venia dicas mihi, quibus nos uti posse argumentis existimas, ut esse te philosophum [7] noscitemus? [8] Interibi aliquot ex iis, qui cum Herode erant, [9] erraticum hominem esse dicere & nulli rei, incolamque esse sordentium ganearum; ac, nisi accipiat quod petit, convicio turpi solitum incessere: atque ibi Herodes, *Demus*, inquit, *huic aliquid æris*, [10] [11] *cuicuimodi est; tamquam homines, non tamquam homini.* & jussit dari precium panis triginta dierum. Tum nos adspiciens qui eum sectabamur, [12] *Musonius*, inquit, [13] *æruscanti cui-*

levit Lipsius 3 epist. q. 6. Subscribunt omnes nostri. Vossianus, *dari ei capto ic tum Herodes.* Vides illud εἰς ἄρτους Latinis literis deformatum. Cicero in Verrem: *Solere ajunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere: his autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: Civitas hæc mulieri redimiculum præbeat: hæc in collum, hæc in crines.* Herodotus lib. 2. Τούτεων ἡ μὲν Ἀνθύλλα ἐοῦσα λογίμη πόλις εἰς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται τοῦ ἀεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικί. Athenæus lib. 1 de eadem: ἧς τοὺς φόρους οἱ τότε βασιλεῖς Αἰγύπτιοι τε καὶ Πέρσαι ταῖς γαμεταῖς ἐδίδοσαν εἰς ζώνας. Quibus tamen non commoveor, ut quod apud Athenæum est lib. 8 cap. 10 dictum Stratonici, παρὰ Μουσῶν ἔφη εἰληφέναι τέλος τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας, παρ' ὧν πράττεσθαι μισθὸν ἀμουσίας, corrigere velim cum ingenti viro Casaubono, tanquam magna lux tenebricoso loco accedat, si scribatur εἰληφέναι εἰς τέλος. Contra ut multo suavius Latine dicitur *accepisse Græcos vectigal* κατ' ἐπεξήγησιν quam *in vectigal* aut *ad vectigal*, ita & Græce εἰληφέναι τελος τοὺς Ἕλληνας quam εἰς τελος. Ovidius: *Ars illi sua census erat.* Ælianus de animal. 9, 7. Καὶ ὁ τοῦ Μενάνδρου Θήρων μέγα φρονεῖ, ὅτι ῥινῶν τοὺς ἀνθρώπους φατνὴν αὐτοὺς ἐκείνους εἶχε. Gronovius.

5 *Tum Herodes interrogat*] Regius, *capto Hic tum Herodes.* Sed illud *Hic* enatum esse ex duabus postremis literis τοῦ ἄρτους, altera corrupta, cum scriberetur ΑΡΤΟΙϹ, potes meminisse Vossiani codicis ex scriptura, quam dedimus. Deinde omnes scripti & editi ante Carrionem: *quisnam esset.* Idem.

6 *Barbam & pallium*] Promittere barbam & pallio detrito uti Philosophorum erat vanum insigne. Barbam ideo *sapientem* appellavit Horat. lib. 2. Sat. 1.

—— *tempore quo me*
Solatus jussit sapientem pascere barbam.

Hinc philosophi barbati magistri dicebantur:

—— *barbatum hæc crede magistrum*
Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ.

Inde apud Græcos proverbium, ἐκ πώγωνος σοφοί. palliastrum autem detritum utplurimum erat, vel *scissile*, ut Apuleius lib. 1. Met. Socrati tribuit. vide Aristophanem ἐν Νεφέλ. imprimis Lucianum de Auct. vit. qui tale palliolum τριβώνιον πολυθυρον appellavit. τὸ διερρωγὸς τοῦ τρίβωνος appellat Laërtius in Antisthene. Huc refer quoque l. 8. C. de Prof. & Med. & Apuleium in Flor.

7 *Noscitemus*] Cognoscamus.

8 *Interibi quum aliquot* &c. *dicerent & nullius rei*] Quicquid est scriptorum & olim editorum sine τῷ *quum*, item *dicere*, non *dicerent*. Quibuscum profecto & Stephano & Carrione seposito legimus: *Interibi aliquot ex iis, qui cum Herode erant, erraticum esse hominem dicere.* At *nulli rei*, quod primus Lipsius prompsit, Reg. Pet. Voss. Lincol. certatim confirmant. Ut &, *Atque ibi Herodes*, è quibus τὸ *Atque* Carrio & Stephanus male sustulerunt. *Gronovius.*

9 *Erraticum hominem*] Quod convicium per similia antiquitatis compluria illustratur ab Lud. Cresollio lib. 3 Theatr. Sophist. c. 3.

10 *Cuicuimodi*] Ita recte: vulgo, *cujusmodi.* utitur Cicero pro Roscio; & alii.

11 *Cujusmodi est*] Rad. Fornerius 2 Quotid. rer. 2, recte sibi videri ait legi, *cujuscujusmodi est*: quamquam sit in editione Stephani, *cuicuimodi est.* Tanto vilius istud alterum. Debuit enim scire vir optimus, τὸ *cuicuimodi* non temere inolevisse, sed deberi membranis & veterum auctorisque nostri mori, & Lipsio, cum Reg. Petav. Voss. faciunt secundas. *Gronovius.*

12 *Musonius*] Philosophus Stoicus, cujus prolixa fragmenta à Stobæo citantur. Fuit familiaris Apollonio Tyaneo, & sub Nerone periit. vide Suidam.

13 *Æruſ-*

cuipiam id genus, & philosophum sese ostentanti dari jussit mille nummum, &, quum plerique dicerent nebulonem esse hominem, malum & malicio sum, & nulla re bona dignum: tum Musonium subridentem dixisse ajunt; [14] *ἄξιος ὃν ἐστὶν ἀργυρίου*[a]. *Sed hoc potius*, inquit, *dolori mihi & ægritudini est, quod istiusmodi* [15] [16] *animalia spurca atque probra nomen usurpant sanctissimum, & philosophi appellantur. Majores autem mei Athenienses nomina juvenum fortissimorum Harmodii & Aristogitonis, qui libertatis recuperandæ gratia* [17] *Hippiam tyrannum interficere adorsi erant, ne umquam servis indere liceret, decreto publico sanxerunt: quoniam nefas ducerent nomina libertati patriæ devota servili contagio pollui. Cur ergo nos patimur nomen philosophiæ illustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere? simili autem*, inquit, *exemplo ex contraria specie antiquos Romanorum audio* [18] *prænomina patriciorum quorumdam male de republica meri-*

a *Dignus igitur est argento.*

13 *Æruscanti*] Ita Ascensiana Par. edit. & posteriores, vett. editt. *circumstanti*. æruscare autem est, stipem & æra undique colligere, Græcis dicuntur χαλκολογεῖν, & æruscatores χαλκολόγοι, qui cibum quæstumque ex mendaciis captabant, ut loquitur Auctor noster lib. 14 c. 1. *Thys.* Videndæ Is. Casauboni notæ ad Theophrasti Characteres pag. 182 & seq.

14 *Ἄξιος ὃν ἐστὶν ἀργυρίου*] Dignus argento, ut ita illum confestim dimittamus, vel innuit tacite pecuniæ possessionem sæpe indignis contribui. Forsan alludit ad servos ἀργυρωνήτους, qui pretio comparantur. *Thys.* Immo dignus argento, quod relinquet illum qualis est, non emendaturo, ut simile ad similem veniat.

15 *Probra*] Ita membranæ Gisel. & vetus edit. aliter, *probrosa*. ut Terentius hominem sceleatum *scelus* appellat, ita hic Gellius homines probrosos & conviciis dignos *probra* appellat.

16 *Animalia spurca atque probra*] Sic Rom. Ven. Ald. Gryph. Badiana Vascosani *probrosa*: unde Lipsio alterum revocandi occasio, & Vide, inquit, ne veteres ita dixerint. Visum aliis *probra* dici hos homines, ut *scelus* Terentius hominem sceleatum appellat. Quod facilius tolerarem, si tantum probra dicerentur, nec præponeretur *animalia spurca atque*. Quare suspicor aliquid aliud latere, ac fortasse, *animalia spurca atque inebra*. Id est, inauspicata, mali ominis, quæ obvia viri boni vota & consilium impediant. Festus: *inebræ aves, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent: & prorsus omnia inebra appellant, quæ tardant & morantur agentem*. Propius literis foret *proebra* ejusdem originis, si eo significatu valeret: sed id amuletum Varro & Festus interpretantur. Quid si tamen *animalia spurca ac reproba*. Neque enim adeo distat à Tertulliani sæculo Gellius, ut qua ille voce utitur, hic uti non potuerit. Is autem dixit in Apologet. *sanguinem reprobi bovis mori optantis*, palam irridens probationem victimarum. Sic *reprobum animal* foret, quod Varroni *rejiculum*. Gronov.

17 *Hippiam tyrannum*] Historia celebratissima, quam denuo tangit Gellius noster l. 17 c. 21, ubi *Hipparchum* dicit & rectius. Nam post Hipparchi cædem Hippias tres annos tyrannidem obtinuit, & quarto pulsus ad Darium confugit, anno vicesimo ante Marathoniam pugnam, ut ait Thucydides. Sed Gellius dicit *adorsos* fuisse Hippiam interficere, ita ut innuere videatur in animo habuisse, sed frustra. Hipparchum itaque occiderunt conjurati. Heraclides lib. de Polit. per errorem eum cæsum refert, cum fratrem juniorem Thessalum interimere cuperent: Hipparchum enim longe commodiorem duobus fratribus fuisse. Longe aliter hæc narrat Iustinus, cujus verba legi possunt.

18 *Prænomina patriciorum quorumdam*] Suetonius in vita Tiberii cap. 1. de gente Claudia: *cum prænominibus cognominibusque variis distingueretur, Lucii prænomen consensu repudiavit, postquam è duobus gentilibus præditis eo, alter latrocinii, cædis alter convictus est.* Ita decreto cautum fuit, ne quis gentis Manliæ M. Manlius vocaretur Liv. lib. 6. Festus in *Manliæ gentis* &c. Dio lib 51. *Edicto* (inquit) *cautum, ne quis ex eâ familia Antoniorum M. prænomen ferret.* Dei. Tarquinio Collatino qui propter nomen Tarquinii invisus erat, & urbe pulsus, vide Liv. lib. 2.

meritorum, & ob eam causam capite damnatorum, censuisse ne cui ejusdem gentis patricio inderentur: ut vocabula quoque eorum defamata atque demortua cum ipsis viderentur.

CAP. III.

Epistola Philippi Regis ad Aristotelem philosophum super Alexandro recens nato.

PHILIPPUS [1] [2] Amyntæ filius, terræ Macedoniæ rex, cujus virtute industriaque [3] Macetæ locupletissimo imperio aucti gentium nationumque multarum potiri cœperant, & cujus vim atque arma toti Græciæ [4] cavenda metuendaque inclutæ illæ Demosthenis orationes [5] [6] concionesque vocificant. Is Philippus, quum in omni fere tempore ne-

1 *Amyntæ filius*] Scaliger in Auson. Lect. lib. 1 c. 23. ex veteri scriptura *filius* omittit Græco more, qui dicerent τοῦ Ἀμύντου. Thys. Sed non testatur Scaliger de industria eam vocem à se omitti. Ego autem in codice Thuanæo, cujus collationem die VII Junii 1671 absolvi, reperiebam non modo *filius*, quam vocem habent omnes MSS. quos pater vel ego vidimus, sed etiam *fuit filius:* idque prorsus opinor esse Gellianum, quum plane eodem modo 1, 4 *Antonius Iulianus rhetor perquam fuit . . . Is Iulianus* &c. Iterum cap. 8. *Phocion ex Peripatetica disciplina haud sane ignobilis vir fuit. Is librum composuit* &c. *Jac. Gronov.*

2 *Amyntæ filius terræ Macedoniæ rex, cujus virtute industriaque Macedones*] Scaliger Ausonianarum 1, 23 ex veteri scriptura, ut ait, omittit τὸ *filius*, mutatque *terræ Macetiæ*, dein *Macetæ*. Cautior & pudentior Lipsius 3 epist. q. 6, Scidæ, inquit, *Macetæ*: & id tu, Scaliger, nos docuisti. Quasi diceret, quæ ultra molitur ὁ πάνυ, non habere se pro docendis. Et certe vir in omnibus vehemens scalmo reperto navigium se reperisse prætulit. nam *Macetæ* apud me quoque duo Petav. duo Voss. Lincoln. & Regius. omnes *terræ Macedoniæ* & *Amyntæ filius:* etsi aliquid huic postremo simile Tito Livio 28, 12, restituerimus. Sed in his arbitrariis consensui priscarum manuum, non libidini, parendum. Juxta νεανικὸν est Hen. Stephani, mirum sibi videri, cur non, sicut *Macedoniæ* illic dixerat, ita etiam *Macedones* hic, aut certe, cur non *terræ Macetidis* illic, sicut hic *Macetæ* dixerit. Nemini facit injuriam, qui jure suo utitur. Nec Ovidium modo, sed omnes utique attentius scribentes excepisse quædam adversus tales judices, in quæ nihil illis liceret, censeo. Ælianus libro 14 de animal. cap. 1 Θήραν ἰχθύων Μακέτιν, inquit: & mox: Μακεδόνας ἔρεσθαι λῷον ἐστι. Miretur etiam, cur non aut prius Μακεδονικὴν aut posterius Μακέτας dixerit. *Gronovius.* Itaque etiam Periegetes ille sub Nicomede scribit, μετὰ δὲ ταῦτα Μακεδόνων Ἀπὸ τῆς Μακέσσης Ἠμαθίας τε λεγομένης.

3 *Macetæ*] Ita recte. vulgo *Macedones*. Macedoniæ partem Μακετίαν appellatam fuisse scribunt Stephanus de urbibus & Hesychius, & inde totam regionem nomen accepisse Eustathius in Dionysium Periegetem. Macetæ itaque Macedones sunt. Quos arbitrantur nonnulli cum כתים in sacra scriptura eosdem esse. Sicut enim à Javan ἰάωνες dicti, qui & Iones, ita à Cethim filio Javan Cetheos dictos. Utique Machab. 1. habetur *Alexandrum egressum terra Cethim.* Citium quoque Macedoniæ urbs, Xenoph. de Ven. Vide *Bochartum* in suo Phaleg.

4 *Cavenda metuendaque*] H. Stephanus credit legendum *metuenda cavendaque:* quum caveamus ab iis quæ jam metuimus. Quædam editt. habent *& cujus vim atque arma toti Græciæ cavendam metuendamque.* Quod cum Latinum non esset, aliæ editt. legunt, *cujus arma atque vim &c.* Sed nomina illa non transponenda, ut ex vett. exemplaribus liquet. *Thys.* Cicero lib. XI epist. 21 ad Brutum: *Quamobrem neque metuam quicquam & cavebo omnia.*

5 *Vocificant*] Ita membranæ Giselini teste Lipsio. Vet. edit. *notificant.* Usus hoc quoque vocabulo Varro de R. R. lib. 3. *Itaque insectantes à se ejiciunt fucos: quos vocificantes plures persequuntur etiam paucæ.* ita autem dictum, ut *rumificant.* forsan tamen scriptum *vociferant* pro *vociferantur.* sciendum tamen *notificant* etiam Latinum esse. Ovid. lib. 1. Eleg. 2.

Atque modum pœnæ notificare velis.

6 *Concionesque vocificant*] Sic Lipsius. nec temere, sed auctoribus membranis, quibus, quicquid est nostrarum, adstipulantur. Ostenditque non sine exem-

negotiis belli [7] [8] victoriisque affectus exercituſque eſſet, [9] à liberali tamen Muſa & à ſtudiis humanitatis nunquam abfuit; [10] quin lepide comiterque pleraque & faceret & diceret. Feruntur adeo libri [11] epiſtolarum ejus munditiæ & venuſtatis & prudentiæ plenarum. velut ſunt illæ literæ, quibus Ariſtoteli philoſopho natum eſſe ſibi Alexandrum nunciavit. Ea epiſtola, quoniam curæ diligentiæque in liberorum diſciplinas hortamentum eſt, [12] exſcribenda viſa eſt [13] ad [14] commovendos parentum animos. Exponenda igitur eſt ad hanc ferme ſententiam. Philippus Ariſtoteli ſalutem dicit. Filium mihi genitum ſcito. Quod equidem dis habeo gratiam: non proinde quia natus eſt, quam pro eo quod eum naſci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, [15] ut eductus eruditusque abs te dignus exſiſtat & nobis & rerum iſtarum [16] ſuſceptione. Ipſius autem Philippi verba hæc ſunt: Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν. Γνῶθι μοι γεγονότα υἱόν. πολλὴν ἂν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, οὐχ ὅτως ὅτι τῇ γενέσει σε παιδός, ὡς ὅτι τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι. ἐλπίζω γὰρ, αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα, ἄξιον ἔσεσθαί τε καὶ ἡμῶν καὶ [17] τῶν πραγμάτων ἀποδοχῆς.

exemplo doctiſſimi Quiritium ſic noſtrum loqui. Abeat igitur, cui ἐκ ἐσὶν ὅπως non ſuſpecta vox ſit: abeant *notificant* & *vociferant*: abeat omne Forſan. *Gronovius.*

7 *Affectus*] Occupatus, nove.

8 *Victoriiſque affectus*] Plautus Amphit. *Præda atque agro adoreaque affecit populares ſuos.* Gronovius.

9 *A liberali tamen Muſa*] Demoſthenes ipſe Philippum *hominum eloquentiſſimum* appellat in Orat. de Falſ. Legat. & Polyænus Stratag. lib. 4. non minores eum res oratione quam prælio confeciſſe ſcribit, & pluris æſtimaſſe verbis quam armis partas victorias. Juſtinus lib. 9 c. 8. *Inter hæc eloquentia & inſignis oratio, acuminis & ſollertiæ plena, ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inventionum deeſſet ornatus.*

10 *Quin lepide comiterque*] Juſtinus: *Blandus pariter & inſidioſus alloquio; qui plura promitteret, quam præſtaret: in ſeria & jocos artifex.*

11 *Epiſtolarum*] Extant apud Demoſthenem variæ Epiſtolæ Philippi ad S. P. Q. Athenienſem. Una prolixa eſt, qua bellum Athenienſibus indicit: ad quam Epiſtolam Oratorem habuit Demoſthenes.

12 *Exſcribenda viſa eſt*] Non concordant codices antiqui, quorum Regius, Voſſianus major tantum habent *ſcribenda*. Equidem ponit VII, 19 *ejus decreti verba quæ poſui, ex annalium monumentis exſcripta ſunt.* Alioquin in omni parte præcedente vix occurrit hoc compoſitum, ſed uſurpat auctor ponere, apponere, transponere, ſubſcribere, transſcribere, adſcribere, ſubjicere, ſumere. Sed plane ut nunc in his MSStis, ita IV, 6. *Propterea verba Ateii Capitonis ex quinto librorum, quos de pontificio jure compoſuit, ſcripſi.*

13 *Ad commovendos parentum animos*] Petav. memb. & duo Voſſ. *commonendos*. Gronovius. Etiam Thuan. Etiam S. Marci Flor.

14 *Commovendos*] MS. *commovendum.*

15 *Ut eductus*] Educatus. Plato lib. de Leg. educationem arcem & caput eſſe omnis virtutis affirmat. vide Plutarchum de Educ. Liber.

16 *Suſceptione*] Ita membranæ Giſelini, aliter *ſucceſſione*. melius reſpondet *ſuſceptio* vocabulo Græco διαδοχή.

17 Τῆς τῶν πραγμάτων] Scheff. τῶν τῶν ἡμετέρων πραγμάτων. Verſio auctoris videtur poſcere τῶν τε τῶν πραγμάτων. *Suſceptione* autem cum Lipſiano ſcripti omnes. *Gronovius.*

CAP.

CAP. IV.

De barbararum gentium prodigiosis miraculis, deque diris & [1] exitiosis fascinationibus, atque inibi de feminis repente versis in mares.

QUUM è Græcia in Italiam rediremus, & [2] Brundusium iremus; egressique è navi in terram in [3] portu illo incluto spatiaremur, quem Q. Ennius remotiore paulum, sed admodum scito vocabulo *præpetem* appellavit; fasces librorum venalium expositos vidimus. Atque ego avide statim pergo ad libros. Erant autem isti omnes libri Græci miraculorum fabularumque pleni: res [4] [5] inauditæ, incredulæ; scriptores veteres non parvæ auctoritatis [6] Aristeas Proconnesius & [7] Isigonus Nicæensis & [8] Ctesias & [9] Onesicritus [10] [11] & Polystephanus & [12] Hegesias. Ipsa autem volumina ex diutino situ squallebant, & habitu

1 *Exitiosis fascinationibus*] Reg. Voss. Pet. Schefferi: *effascinationibus*. Plinius lib. 37, 10. *Contra effascinationes auxiliari magi volunt*. Gronovius.

2 *Brundusium iremus*] Vide libri VI caput 6.

3 *Portu illo incluto*] Portum hunc ita describit Strabo l. 6. Καὶ εὐλίμενον μᾶλλον τὸ Βρεντέσιον· ἐνὶ γὰρ στόματι πολλοὶ κλείονται λιμένες ἄκλυστοι, πολλῶν κόλπων ἀπολαμβανομένων ἐντὸς, ὥστε ἐοικέναι κέρασιν ἐλάφου τὸ σχῆμα. ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· σὺν γὰρ τῇ πόλει κεφαλῇ μάλιστα ἐλάφου προσέοικεν ὁ τόπος. Id est, *Adhæc Brundusium portum habet bene commodum. Quippe multi includuntur uno ostio portus, ab omnibus fluctibus tuti; intus receptis multis sinibus; ita uti eorum forma cornibus cervinis similis sit, locus enim cum ipsa urbe maxime cervini capitis speciem habet*. Lucanus lib. 5.

——— curvique tenens Minoïa tecta
Brundusii, clausas ventis brumalibus undas
Invenit, & pavidas hiberno sidere classes.

4 *Incredulæ*] Quæ à nullo facile credi possent. forsan legendum, *incredibiles*.

5 *Inauditæ, incredulæ*] Si quid mutandum, (de quo tamen dubito) non *incredibiles* faciendum, sed *incredundæ*. Neque enim frustra videtur hoc adamasse Appulejus, aut sibi tantum debere. Lib. 1 met. *historiam magnam & incredendam fabulam*. In Apolog. *Magia duodecim tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta*. In Floridis, *cærimoniarum incredendas potentias*. Gronovius.

6 *Aristeas Proconnesius*] Vixit tempore Cyri & Crœsi, & carmine scripsit historiam Hyperboreorum Arimasporum, ut testatur Herodotus lib. 4. & Strabo lib. 13. Quales fabulas scripserit, ex Plinio lib. 7. Nat. Hist. c. 2. liquet. Quin & fabulosa de ipso Aristea comminiscuntur veteres. vide Apoll. in Histor. Mirab. 2. Maximum Tyrium dissert. 22 & 28. Origenem contra Celsum lib. 3. alios.

7 *Isigonus Nicæensis*] Plinius lib. 7. Hist. Nat. cap. 2. quædam etiam ex illo citat, quæ hic quoque commemorat Gellius.

8 *Ctesias*] Vixit tempore Cyri junioris, & Artaxerxem sanavit, ut Diodorus Siculus lib. 2. testatur. Quæ scripserit Photius ita indicat: *Ctesiæ Cnidii Persica libris viginti tribus continentur: sed in sex prioribus res Assyriorum, & quæcumque res Persicas præcessere tractat: à septimo autem libro de Persicis rebus agit: ac in septimo, octavo, nono, decimo, undecimo, duodecimo, & decimo tertio, quæ ad Cyrum, & Cambysem, & magnum illum Darium & Xerxem spectant, commemorat*. Idem Photius pleraque Herodoto contraria scripsisse testatur, illumque fabularum scriptorem appellasse. Sed ipse nihil minus est quam ἀξιόπιστος, ut affirmat Aristoteles lib. 8. Hist. Anim. c. 28. Ita ut mirum sit Diodorum Siculum illum secutum fuisse. Præter hæc etiam Indica scripsit, ut ex Photii Excerptis liquet. Vide *Vossium* de Hist. Gr. lib. 1 c. 5.

9 *Onesicritus*] Qui res Alexandri Magni, cujus comes erat, fabulose scripsit. Mentionem quoque eius facit Arrianus lib. 6. de Exped. Alex. Strabo; Plutarchus in Alexandro.

10 *Polystephanus*] Meminit quoque ejus scholiastes Apollonii lib. 1. Philostephanus apud Serv. forte idem.

11 *Et Polystephanus*] Immo *Philostephanus*. Animadversum Jonsio lib. 1 histor. philosop. cap. 2. *Gronovius*.

12 *Hegesias*] De quo Cicero in Bruto, & Dionysius Halic. περὶ Συνθέσ. ὀν. μ. Strabo lib. 14. sub Ptolemæo Lago, & Philadelpho vixit.

13 *Li-*

bitu adſpectuque tætro erant. Acceſſi tamen, percunctatuſque precium ſum: &, adductus mira atque inſperata vilitate, [13] libros plurimos ære pauco emo; eoſque omnes duabus proximis noctibus curſim tranſeo: atque in legendo carpſi exinde quædam & notavi mirabilia & ſcriptoribus fere noſtris intentata; eaque his commentariis adſperſi: ut, qui eos lectitabit, is ne rudis omnino & ἀνήκοος[a] [14] inter iſtiuſmodi rerum [15] auditiones reperiatur. Erant igitur in illis libris ſcripta hujuſcemodi: Scythas illos penitiſſimos, qui ſub ipſis ſeptemtrionibus ætatem agunt, corporibus hominum veſci ejuſque victus alimento vitam ducere & [16] ἀνθρωποφάγους[b] nominari: item eſſe homines ſub eadem regione cœli unum oculum in frontis medio habentes, qui appellantur [17] Arimaſpi; qua fuiſſe facie [18] Cyclopas poëtæ ferunt: alios item eſſe homines, apud eamdem cœli plagam, [19] [20] ſingulariæ velocitatis, [21] veſtigia pedum habentes [22] retro porrecta, [23] non, ut cæterorum hominum, proſpectantia:

a *Auditus expers.*
b *Hominum devoratores.*

13 *Libros plurimos ære pauco emo*] Sic et Carrio & quicquid nobis ſubſervit. nam Lipſianus *multos*. Gronovius.

14 *In iſtiuſmodi rerum auditiones reperiatur*] Olim *auditionibus*. Sed Lipſius iſto modo ex Giſelini codice, & agnoſcere ſe ait phraſin veterem. Scimus, quo digitum intendat. Forſan & putavit, quale lib. 13, 15. *eruditionemque in bonas artes*. Gebhardus interim 1 Antiq. 15 *rapiatur* legendum conjecit. Sed obſequendum Regio & Voſſiano: *inter iſtiuſmodi rerum auditiones reperiatur*. Gronovius. Sic & Thuaneus.

15 *Auditiones*] Ita in ſcriptis, vulgo, *Auditionibus*, Græci ἀκροάσεις appellant.

16 *Ἀνθρωποφάγους*] Ex Iſigono idem ſcribit Plinius lib. 7. Hiſt. Nat. c. 2. *Priores Anthropophagos, quos ad ſeptentriones eſſe diximus, dierum decem itinere ſupra Boryſthenem amnem, oſſibus humanorum capitum bibere, cutibuſque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti, prodidit Iſigonus Nicæenſis*. De Anthropophagis ſcribit quoque Herodotus in Melpomene, de Scotis Hieronymus idem commemorat. In novo orbe complures tales populi reperiuntur.

17 *Arimaſpi*] Quos Æſchylus ideo μονώπας vocavit. Ipſum quoque Arimaſporum nomen ex re illis inditum putant. Scythica enim lingua *ari* unum eſſe: *maſpon* oculum. Sed quibus curæ fuit veritatem rerum diligentius indagare, eam gentem arcu & ſagittis excelluiſſe memorant, quas cum dirigerent, alterumque, ut fit, oculum clauderent, adſiduique in eo ſtudio eſſent, dicti ſunt uno tantum oculo uti. Fortaſſis etiam, quod ei rei à pueris adſuefierent, alterius oculi orbe erant contractiore: verſaque paulatim, ut ſæpe accidit, in naturam conſuetudine patrum ſimiles filii naſcebantur: quæque in patribus deformitas ex oculorum inæqualitate ἐπίκτητος & adventitia, eadem in filiis innata atque inſita erat. Ita certe de quibuſdam in Aſia populis gravis auctor Hippocrates narrat; cum apud eos pulchrum haberetur, oblongo capite eſſe, ob idque nutrices recens editorum infantium tenella capita manibus contrectando ac comprimendo, globoſam & orbicularem figuram corrumperent, eaque faſtigarent, ac faſciis etiam adſtricta in acumen creſcere cogerent, paulatim ſtudium in naturam vertiſſe, ut omnes in gente oblongis capitibus naſcerentur; ex eoque Macrocephalos vocari. Ita ſcribit *Muretus* Var. Lect. lib. 12 c. 8.

18 *Cyclopas*] Quos fingunt poëtæ oculum in fronte habuiſſe, & Siciliam incoluiſſe. Addit Plinius & *Læſtrigonas*.

19 *Singulariæ*] Ita Gellius loquitur pro *ſingularis*, 17, 9. Turpil. *Homo unica natura & ſingularia*. Thyſ. Unde non dubitare de Lipſii hac correctione monet Dausqueius in Orthogr. pag. 79.

20 *Singularis velocitatis*] Meliores, ut Lipſianus, *ſingulariæ*. Gronovius.

21 *Veſtigia*] Plantas pedum.

22 *Retro porrecta*] Plinius, *averſis crura plantis, eximiæ velocitatis, paſſim cum feris vagantes*.

23 *Non, ut cæterorum hominum, proſpectantia*] Reg. & Voſſianus: *hominum proſprofium petetanti ſpectantia*. Scribe, *proverſum patentia aut ſpectantia*.

tia : præterea traditum esse memoratumque in ultima quadam terra, quæ [24] Albania dicitur, gigni homines, [25 26] qui in pueritia canescant, & [27] plus cernant oculis [28] per noctem, quam inter diem: item esse compertum & creditum, Sauromatas, qui ultra [29] Borysthenem fluvium [30] longe colunt, cibum capere semper diebus tertiis, medio abstinere. Id etiam in iisdem libris scriptum offendimus, quod postea quoque in libro [31] Plinii Secundi naturalis historiæ septimo legi; esse quasdam in terra Africa hominum familias [32] voce atque lingua effascinantium. Qui si im-

tia. Plautus apud Varronem lib. 6 de LL. *Ut transversus, non proversus, cedit, quasi cancer solet.* Et explicat Varro: *Ut transversus cedit, quasi cancer; non proversus ut homo.* Sive *prorsum* aut, quod habetur in Nigidii verbis lib. 10 cap. 4, *porroversum* malis: eadem enim his omnibus vis. Sic *rursum prorsum meare, rursus, prorsus* reciprocare. Hoc lib. cap. 1. *Si vel lapidem vel sagittam sursum versus jacias quam deorsum.* Varro de re rust. 2, 7. *Ventre modico, lumbis deorsum versum pressis, scapulis latis.* Lib. 4. de LL. *Quod ita flexum, ut redeat sursum versus.* Eodem libro: *Clivus proximus à Florae susus versus Capitolium vetus* (vocatur;) *quod ibi sacellum Iovis, Iunonis, Minervae; & id antiquius, quam ædis, quae in Capitolio facta.* Ita legendum. Vulgo, *ad florales usus.* Sed faciendum *susus* pro *sursus* vidit Scaliger & recepit Scioppius, sed male idem *a Flora.* nisi voluit, quod posuimus. Lib. 8. *Omnes enim numeri a Duobus sursum versus multitudinis sunt, neque eorum quisquam habere potest singulare compar.* De re rustica 1, 31. *Vicia dicta a vinciendo, quod item capreolos habet ut vitis, quibuscum sursum versum serpit ad scapum lupini.* Et lib. 2, 7. *ventre modico, lumbis deorsum versum pressis.* Quæ prodesse possunt Plauto in Amphitr. 5, 1. *Ego cunas recessim rursum versum trahere & ducere.* Male corrigunt, sed nec bene tuentur. Non enim *recessim* aliud est quam *rursum* aut *rursum versus*, sed omne hoc, *recessim rursum versus*, unum eundemque motum significat. Nec fecit nunc hoc, nunc illud, ut volunt, sed continenter unum fecit inque unam partem, ipsa ut cessim vadens cunas ab imminentibus anguibus se versus loco moveret. *Patentia* idem, quod extenta & porrecta: ut *multum in longitudinem & latitudinem patere. Spectantia* debet Horatio. *Gronovius.*

24 *Albania*] Quæ erat regio Scythiæ ad mare Hyrcanum.

25 *Qui in pueritia canescant*] Non temerarium est, quod in MS. legitur, *in pueria.* Ne errorem suspiceris, in margine repetita vox est. Et id ejus libri olim scriptor solitus in rarioribus vocibus. *Lipsius.* Forsan scribendum *puertia.* Quod autem dicitur, *in pueritia canescere*, forte illi ita visi quod albicantibus vel subflavis comis essent, quod lixivio quoque olim, sicut etiam nunc, Batavos Germanosque effecisse ostendit Martialis lib. 8. Epig. 33. & lib. 14. Ep. 26. ubi dicit,

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.

Porro idem ex Isigono tradit Plinius his verbis: *Idem in Albania gigni quosdam glauca oculorum acie, à pueritia statim canos, qui noctu plus quam interdiu cernant.* Nimirum qui glaucis oculis præditi, instar felium, splendore suo aërem tenebricosum nocte illustrant. per *aciem* autem non pupillam oculi, sed iridem intelligit Salmasius. Pupilla, sive κόρη omnibus animalibus nigra. Iris est circulus qui pupillam ambit, & diversos colores induit. Vide *Salmas.* ad Solinum p. 190.

26 *Qui in pueritia canescant*] Lipsius e Victoris libro profert *pueria.* Petav. & alter Voss. *puertia.* Utrum fuit, *in juventa*, quemadmodum apud Plinium & Solinum, an potius, *qui impuberes canescant.* Gronovius. Ad MSS. lectionem nihil accedit propius, quam *in pueris*, à exorta pro involuta s.

27 *Plus cernant oculis*] De glaucis oculis idem refert Aristoteles lib. 5. de Gen. Anim. cap. 1.

28 *Per noctem quam inter diem*] An hæc sit venustas quædam Gellio captata ex mutata præpositione, admodum dubito; quum certe nulla sit. Erit vero, si corrigas *interdiu*, ut est in Regio. *Jac. Gronov.*

29 *Borysthenem*] Fluvius Sarmatiæ Europæ.

30 *Longe colunt*] Id est, *habitant.* Plinius dicit *itinere dierum* x *supra Borysthenem.*

31 *Plinii Secundi*] Extat locus lib. 7. Hist. Nat. c. 2. his verbis: *In eadem Africa familias quasdam effascinantium Isigonus & Nymphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. Esse ejusdem generis in Tibullis & Illyriis adjicit Isigonus, qui visu quoque effascinent, interimantque, quos diutius intueantur, iratis præcipue oculis; quod eorum malum facilius sentire puberes. Notabilius esse quod pupillas binas in singulis oculis habeant.*

32 *Voce atque lingua effascinantium*] Qua, sicuti etiam

ſi impenſius forte laudaverint pulchras arbores, ſegetes lætitiores, infantes amœniores, egregios equos, [33] pecudes paſtu atque cultu opimas; emoriantur repente hæc omnia nulli [34] aliæ cauſæ obnoxia: oculis quoque exitialem faſcinationem fieri in iſdem libris ſcriptum eſt: traditurque eſſe homines in [35] Illyriis, qui interimant videndo, quos diutius irati viderint; eoſque ipſos mares feminaſque, qui [36 37] viſu tam nocenti ſunt, [38] pupulas in ſingulis oculis binas habere. Item eſſe in montibus terræ Indiæ homines [39] caninis capitibus & latrantibus; eoſque veſci avium & ferarum venatibus: atque eſſe item alia apud ultimas orientis terras miracula homines, [40 41] qui monocoli [42] appellantur, ſingulis cruribus

etiam viſu, vel tactu fiebat effaſcinatio vel incantatio. Si quæ autem impenſius laudarentur, faſcino obnoxia credebantur: Virgilius,

Aut ſi ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Qui itaque alium laudabant, addebant *præfiſcini*, *vel præfiſcine*, id eſt, ſine faſcino, ut teſtarentur non ſe faſcinandi ſed laudandi animo, ſine ullo livore, candideque loqui. Qui tamen laudabatur, ei credebant nihil laudationem nocituram, ſi amuleto quodam præmunitus eſſet. Præterea ſuperſtitio veterum finitum numerum obnoxium, faſcino credebat; unde Catullus Epigr. 7.

Tam te baſia multa baſiare
Veſano ſatis & ſuper Catullo eſt:
Quæ nec pernumerare curioſi
Poſſint, nec mala faſcinare lingua.

Quod uti vitarent, *præfiſcini* verbum addebant, quo omnem invidiam amolirentur.

33 *Pecudes paſtu atque cultu optimas*] Omnes quidem & noſtri ſic, ut Lipſianus, tamen ingratiis librariorum retineo *opimas*. Gronovius.

34 *Aliæ*] Pro *Alii*.

35 *Illyriis*] Quorum regio ad dextrum latus maris Adriatici.

36 *Nocenti*] Legitur quoque *nocentes*.

37 *Viſu tam nocenti*] Reg. *viſu ita nocenti*. Sed Thuan. *viſus ita nocentis*.

38 *Pupulas in ſingulis oculis binas*] Vet. Ven. ed. *pupillas*. hi Græcis Δίκερο. tam viri quam mulieres à gemina pupula ita dicebantur, non ideo autem ita dicti, quod in eorum oculis congeminaret iſtud breve punctum, quo tuemur: ſed quod iridem ipſam duplici colore haberent. nam exterior iridis circulus qui album contingit in illis niger erat, & ejuſdem coloris, cujus pupilla. hinc duplicem habere pupillam crediti. Hi ſunt, quos διαςυράκους etiam vocatos ſcribit Heſychius. Nam τὴν ἅλω nigram habent, hoc eſt, extimum iridis circulum, itidem ipſam cæſiam, aut alio colore, pupulam nigram. *Salmaſ.* ad Solinum p. 190 & 191.

39 *Caninis capitibus & latrantibus*] Plinius lib. 7 cap. 2. *In multis autem montibus genus hominum capitibus caninis ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, unguibus armatum venatu & aucupio paſci. Horum ſupra centum viginti millia fuiſſe prodente ſe, Cteſias ſcribit.* De his Cynocephalis Cteſias in Indicis apud Photium ita ſcribit: καὶ συνιᾶσι μὲν παρ' ἐκείνων λεγόμενα, αὐτὰ δὲ οὐ δύνανται διαλέγεσθαι, id eſt, *Ipſi, quæ alii loquuntur, intelligunt, ipſi loqui neſciunt.* Eidem Ἡμίκυνες Apollonio dicuntur. *Thyſ.* Scilicet debebant aliqui effingi, unde Ægyptius ille Anubis fuerit ſimulatus.

40 *Monocoli*] Κῶλα vocantur crura, hinc μονόκωλα δένδρα, quæ unico tantum ſtipite & trunco à terra attolluntur. Et μονόκωλα ædificia, quæ plura membra adjuncta non habent, ſed ſingulari ſtructura ſurgunt. Vide *Salmaſ.* ad Solin. p. 1006. & ad Hiſt. Aug. p. 118. Legitur quoque hic & apud Plinium *Monoſceloi*. Sed tum ſcribendum eſſet μονοσκελεῖς. Etiam corrupte *Monomeri* dicuntur in optima ed. Ven. And. Catharenſis cIↃccccLXXVII. Eoſdem dicit Plinius *Sciopodas vocari, quod in majori æſtu humi jacentes reſupini umbra ſe pedum protegant.*

41 *Qui monocoli appellantur*] Non una modo Veneta *monomeri*, ſed ab Romana omnes uſque ad Stephanicam. Petav. in charta: *monoruri*. Lincol. *monocruri*. Regius, Voſſ. major, Schefferi, *monoculi*. Voſſ. minor *monocoli*. quod primus publicavit Lipſius: οὐδ' ἀπόνητο Δωτίνης, dum haud dubie decernit emendandum, *monoſceli*, ut ſit apud Plinium. At noſſe poterat nec Græcum ſermonem tale vocabulum pati, & in antiquis MSS. Plinii, *qui monocoli vocantur* haberi docuiſſe jam Turnebum lib. 24. Adver. cap. 42. Quare gravius quoque feciſſet atque elegantius vir haudquaquam alienorum indigus, ſi non jactaſſet diu eſſe cum reſtituerit utrique

ribus [43] saltuatim currentes, [44] vivacissimæ pernicitatis: quosdam etiam esse [45] nullis cervicibus, oculos in humeris habentes. Jam vero egreditur omnem modum admirationis, quod iidem illi scriptores gentem esse ajunt, apud extrema Indiæ, corporibus hirtis [46] & avium ritu plumantibus, nullo [47] cibatu vescentem, sed spiritu florum naribus hausto victitantem: [48] Pygmæos quoque haud longe ab his nasci; quorum qui longissimi sint, non longiores esse quam pedes duo & quadrantem. Hæc atque alia istiusmodi plura legimus. Sed, quum ea scriberemus, tenuit nos non idoneæ scripturæ tædium nihil ad ornandum juvandumque usum vitæ pertinentis. Libitum tamen est in loco hoc miraculorum notare id etiam, quod [49] Plinius Secundus vir in temporibus ætatis suæ, ingenii dignitatisque gratia, auctoritate magna præditus, non audisse neque legisse, sed scire sese atque vidisse in libro naturalis historiæ septimo scripsit. Verba igitur hæc, quæ infra posui, ipsius sunt, ex eo libro sumta: quæ profecto faciunt, ut [52] [51] neque respuenda, neque ridenda sit notissima illa veterum poëtarum [52] de Cænide & Cæneo cantilena.

que auctori *monocolos*, quos eorum editores *monosceles* hactenus nominarant: quum ab annis quinque & octoginta sic omnes habuerint Gellii, & eandem lectionem ab annis non multo paucioribus ostentent margines Plinii Dalecampiani. *Gronovius.*

42 *Appellantur*] Cod. Torn. *appellentur.*

43 *Saltuatim*] Saltu, aut saltando. Sed MS. Reg. *saltatim*; quod video expressum ab Phil. Carolo.

44 *Vivacissimæ*] Admodum vegetæ.

45 *Nullis cervicibus*] Idem scribit Plinius. Sed hæc ad monstra referenda. Vide Fortunium Licetum de Monstris. Hugo tamen Grotius lib. 4. Histor. in fine ita loquitur: *Quædam horum tamen, & quod certiori testimonio firmatur, capite truncos homines, qui vultus in pectore gerant, aut esse, aut colli brevitate erectisque humeris tales videri, haud pertinaciter refellam, satis gnarus, ut alibi ignium intemperie, ita vi frigoris nimia peccare naturam.*

46 *Et avium ritu plumantibus*] Plinius ita scribit: *Ad extremos fines Indiæ ab oriente circa fontem Gangis, Astomorum gentem sine ore, corpore toto hirtam vestiri frondium lanugine, halitu tantum viventem, & odore, quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumque potum, tantum radicum florumque varios odores & sylvestrium malorum* (Strabo addit ἑτέρων κρέων) *quæ secum portant longiori itinere, ne desit olfactus: graviore paulo odore exanimari.* Uti hæc fabulosa, ita odore nonnihil vitam posse protrahi ex Medicis constat. Quod autem dicit Auctor noster, *avium ritu plumantibus*, de ipso corpore intelligere ridiculum, nam hodie quoque videntur induti ornatique veste plumanti serica.

47 *Cibatu*] Cibo. ita Plinius quoque loquitur.

48 *Pygmæos quoque*] Fabula de Pygmæis, quos Plinius in India, Mela in confinio Troglodyticæ & Æthiopiæ, alii in Scythia ponunt, inde nata videtur, quod summus calor solis, & summum frigus corpora exigua & contorta generat. Strabo lib. 17. Geogr. affirmat, in interiori Æthiopia omnia fere animalia exigua nasci, atque hinc natam de Pygmæis fabulam. Ita ad septentrionem extremum contorta & brevia corpora Samoiedæ habent. Vide Arist. lib. 9. Anim. & lib. 2. de Gen. anim. circa finem, & Sect. 10. Probl. qui rationem reddit, unde nani, pumiliones, contortisque membris homines nascantur. vide quoque *Bartholin.* de Pygmæis.

49 *Plinius Secundus*] Extant sequentia verba lib. 7 c. 4.

50 *Neque ridenda*] Ita ex membr. hæc verba, quæ vulgo aberant, restituit Lipsius. In vet. Ven. ed. ita quoque legitur.

51 *Neque respuenda neque ridenda sit*] Sic Lipsius membro notat auctiorem e membranis se facere scripturam, quasi vulgo desit, *neque ridenda.* Addit sic tamen etiam legi in Veneta. Immo & in Romana, Venetaque altera Phil. Pitii & Aldina & Badiana Vascosani, & Gryphianis duabus, ut mirer, quo exemplari usus fuerit. *Gronov.* Has certe inspici à Lipsio æquum fuerat: sed adhibuit forsan ille solam Antonii Gryphii anno 1566 Lugduni quoque editam, ubi membrum istud omissum fuit nonnisi vitio typorum. *Jac. Gronov.*

52 *De Cænide & Cæneo*] Cænis compressa à Neptune

na. *Ex feminis*, inquit, *mutari in mares non est fabulosum. Invenimus in annalibus* [53] *Q. Licinio Crasso, C. Cassio Longino consulibus*, [54] *Casini puerum factum ex virgine sub parentibus; jussuque haruspicum* [55] *deportatum in insulam desertam. Licinius Mucianus prodidit visum esse à se Argis Arescontem, cui nomen Arescusæ fuisset; nupsisse etiam; mox barbam & virilitatem provenisse uxoremque duxisse: ejusdem sortis & Smyrnæ puerum à se visum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem die nuptiarum* [56] *L. Cossicium civem* [57] *Thysdritanum: vivebatque quum proderem hæc.* Idem Plinius eodem in libro verba hæc scripsit: *Gignuntur homines utriusque sexus;* [58] *quos hermaphroditos vocamus, olim androgynos vocatos & in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.*

tuno ab illo hoc obtinuit, ut in virum mutaretur, & invulnerabilis esset. Nota fabula.

53 *Q. Licinio Crasso*] Thuan. *quæ Lic.* Alii non mutant, sed jam Pigius ad annum V. C. DLXXCII notavit ibidem Crassi consulis prænomen corrigi debere. Quid igitur mercedis erit vel Harduino notanti [Male ergo in Chiffl. cod. legitur *C. Licinio Crasso*: & apud Gellium, *Q. Licinio*] vel Prousteo [Itaque mendum irrepsisse suspicamur, & pro Q. Licinio substituendum P. Licinium] Arduæ enimvero suspiciones. Immo quum Cassii prænomen in libro Regio non exstet, videtur etiam ab Gellio non fuisse datum priori, sed feriatam manum male præscripsisse utrique. *Jac. Gronov.*

54 *C. Asinii*] In Aldina & Ascensiana Ed. abest. Schedæ Lipsii *C. Asini*. C. Tor. *C. Assini*. Alii *Cassini*, non male. Locum enim denotat. *Cassinum* autem vel potius *Casinum* Novi Latii seu Volsci agri oppidum, cujus meminerunt Cicero, Cato de R. R. Columella, Plinius, alii. *Thys.* Sic 10, 2 *ancillam Cæsaris Augusti* habes. Attamen recte judicat Vir Cl. Et miror, quid animi fuerit H. Stephano, quum Gryphianæ, atque etiam editio Parisina Hieronymi Marnef 1584 retinuerint *Cassini* vel *Casini*, mutanti appellationem loci in proprium hominis anno 1585. Ipse codex Reg. habet *Casini*. Unde igitur sustinuit sibi imaginari Harduinus Gellium, cum hunc Plinii locum exscriberet, videri legisse *Asinii*, sed sane perperam ipse sic insimulat contra vetustissimi exemplaris, quod Parisiis est, fidem. De loco notavit bene Thysius, sed ex Lipsio. *Jac. Gron.*

55 *Deportatum in insulam*] Julius Obsequens libello de Prodigiis variis locis dicit, hermaphroditos aruspicum præcepto in mare deportari, undisque submergi solitos. vide Jac. Durantium Variarum lib. 1 c. 3.

56 *L. Cossicium*] Aliud igitur nomen fœminæ. *Thys.* In Thuan. erat *Cossicisum*, quum prænomen Lucii Regius ignoraret.

57 *Thysdritanum*] Θύσδρος oppidum Africæ satis notum.

58 *Quos hermaphroditos vocamus*] Vide Bauhinum lib. 2. De Hermaphrod. & monstrosa part. nat.

CAP. V.

Diversæ nobilium philosophorum sententiæ de genere ac natura voluptatis; verbaque Hieroclis philosophi, quibus decreta Epicuri insectatus est.

DE voluptate veteres philosophi diversas sententias dixerunt. [1] Epicurus voluptatem summum bonum esse ponit; eam tamen ita definit:

1 *Epicurus &c.*] Vulgaris est opinio Epicurum in voluptate corporis summum bonum constituisse. Cæterum Diogenes Laërtius non tantum ostendit temperanter vixisse, verum etiam virtutibus nobilem fuisse. Qualem autem voluptatem intelligat, ipse Epicurus epistola ad Menœcea demonstrat his verbis: τούτων δὲ πάντων ἀρχὴ καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν φρόνησις, διὸ καὶ φιλοσοφίας τιμιώτερον ὑπάρχει φρόνησις, ἐξ ἧς αἱ λοιπαὶ πεφύκασιν ἀρεταὶ, διδάσκουσαι ὡς οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως, καὶ καλῶς καὶ δικαίως· οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως ἄνευ τοῦ ἡδέως, συμπεφύκασι γὰρ αἱ ἀρεταὶ τῷ ζῆν ἡδέως· καὶ τὸ ζῆν ἡδέως τούτων ἐστὶν ἀχώριστον. Id est, *Horum vero omnium initium est idemque maximum bonum prudentia. Quo-*

finit: [2] σαρκὸς εὐςαθὲς κατάςημα [a]. [3] Antisthenes Socraticus summum malum dicit. Ejus namque hoc verbum est: μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην [b]. [4] Speusippus [5] vetusque omnis Academia voluptatem & dolorem duo mala dicunt esse opposita inter sese; [6] bonum tamen esse quod utriusque medium foret. [7] Zeno censuit voluptatem esse indifferens, id est, neutrum, neque bonum neque malum; quod ipse Græco vocabulo ἀδιάφορον appellavit. [8] Critolaus Peripateticus & malum esse voluptatem ait, & multa alia mala parere ex sese, injurias, desidias, obliviones, ignavias. Plato ante hos omnis ita [9] varie & multiformiter de voluptate dis-

a *Firmam constitutionem carnis.*
b *Insanirem potius, quam voluptatem captarem.*

---

circa & Philosophiæ optimum est prudentia, ex qua reliquæ omnes natæ sunt virtutes, quibus docemur, non posse nos jucunde vivere nisi prudenter & honeste & juste; nec rursus prudenter & honeste & juste, nisi jucunde vivamus. Sunt enim jucundæ vitæ virtutes innatæ, neque ab his jucunda vita separari potest. Quinetiam antea invectus fuit ipse Epicurus in eos, qui imperite existimabant voluptatis nomine ἀσωτίαν se intelligere. Ipse quoque temperantiam commendat, multumque ad sanitatem conducere, & ad vitæ munia exercenda impigrum reddere affirmat. Quo respexit Horatius, imo ipsa verba Epicuri expressit.

—— Quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægravat una,
Atque affigit humo divinæ particulam auræ:
Alter ubi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.

vide quoque Ciceronem lib. 2. de Fin. Stobæum de Epicuro Serm. xv. & xvii. Porphyrium lib. 1. de Abstin. ab animat. Hanc sententiam Epicuri de voluptate exprimit quoque Cicero sub persona Torquati lib. 1. de Finibus, *Clamat Epicurus, is quem vos voluptatibus deditum esse dicitis, non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque vivatur; nec sapienter, honeste, juste, nisi jucunde.* Vide Ciceronem lib. 3 de Offic. 33, & Senecam lib. 4. de Benef. c. 2. & c. 10. & seqq. de Vita Beatâ. Distinguit quoque Lactantius Epicuri sententiam ab Aristippi, cum lib. 3. de Fals. Sap. cap. 7. ita scribit, *Epicurus summum bonum in voluptate animi esse censet, Aristippus in voluptate corporis.* Si voluptatem qualemcunque intellexit Epicurus, ut plerique volunt, vide quæ contra eos, qui voluptatem bonorum finem statuunt, scripsit Aristoteles 10. Moralium.

2 Σαρκὸς] Eodem fere modo Metrodorus perfecte putabat beatum esse, *cui corpus bene constitutum esset, & sit exploratum semper futurum*, ut Cic. 2. Tusc. & 2 de Fin. & l. 3. Offic. testatur. vide Plut. lib. ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐςὶν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον.

3 *Antisthenes*] Vide Diogenem Laërtium in vita ejus.

4 *Speusippus*] Platonis discipulus, de quo vide Laërtium.

5 *Vetusque omnis Academia*] Platonis philosophia mixta fuit ex Heraclitica, Pythagorica, & Socratica, atque hæc secta vetus appellabatur Academia. vide Laërtium in vita Platonis, Apuleium de Dogm. Plat.

6 *Bonum autem esse*] Nulla justa causa fuit sic mutantibus veterem scripturam & adversativam subjicientibus pro *tamen*, quod exstat in cod. Regio. Est enim elegantius, & præter exspectatum, ut quum supponas duo mala sibi opposita, medium tamen inter ea dicas bonum esse, quod vix fieri posse videatur, & continentia universa mala fore. Itaque licet id ita sit; statuunt tamen in his extremis malis aliud. Unde id restitui. In Lugdun. majore erat *bonum esse*. Jac. Gronov.

7 *Zeno censuit voluptatem esse indifferens, id est, neutrum*] Cicero 3. de Fin. *Indifferentium alia æstimabilia esse, alia contra, alia neutrum. Quæ æstimanda, eorum in aliis satis esse causæ, quamobrem quibusdam anteponerentur: ut in valetudine, integritate sensuum, vacuitate doloris, divitiis, gloria, alia autem non esse ejusmodi. Itemque eorum, quæ nulla æstimatione digna essent, partim satis haberi causæ, quare rejicerentur: ut dolorem, morbum, sensuum amissionem: partim non. Atque hinc exortum esse illud, quod Zeno προηγμένον, contraque quod ἀποπροηγμένον appellavit.* προηγμένα *præposita*, ἀποπροηγμένα *rejecta* idem Cicero appellat 1. Acad. *Præposita* autem vel potius *præcipua* dicit esse Sextus Empiricus; *quæ satis habent dignitatis, rejecta quæ satis indignitatis.* vide Gellium nostrum lib. 12 c. 5.

8 *Critolaus Peripateticus*] Sic & lib. 7. c. 14.

9 *Variæ & multiformiter*] Ut ostendat in Philebo, ὡς ἡδονὴ κτῆμα οὐκ ἐςὶ πρῶτον οὐδ' αὖ δεύτερον, *ita ut*

differuit; ut cunctæ istæ sententiæ, quas supra posui, videantur [10] ex sermonum ejus fontibus profluxisse: nam proinde unaquaque utitur, ut & ipsius voluptatis natura fert, quæ est multiplex, & causarum, quas tractat, rerumque, quas efficere [11] vult, ratio desiderat. [12] Taurus autem noster, quotiens facta mentio Epicuri [13] esset, in ore atque in lingua habebat verba hæc [14 15] Hierocli Stoici, viri sancti & gravis: [16] ἡδονὴ τέλος, πόρνης δόγμα· οὐκ ἔστι πρόνοια οὐδέν, πόρνης δόγμα [a].

a *Voluptas finis, meretricis dogma; non est providentia, meretricis dogma.*

---

ut voluptas neque possessio sit prima neque secunda: Ibidem & in Phædone dolores voluptatibus immisceri ibidem. In eo Epicurum aliquo modo sequitur, quod vera voluptas prudentis sit, lib. 9. de Rep. ita loquens, οὐδὲ παναληθὴς ἐστὶ ἡ τῶ ἄλλως ἡδονὴ, πλὴν τῆ τε φρονίμε, οὐδὲ καθαρὰ ἀλλ' εἰκιαγραφομένη τις, ὡς ἐγὼ δοκῶ μοι τῶ σοφῶν τινὸς ἀκηκοέναι, id est, *neque omnino vera est aliorum voluptas, præterquam prudentis, neque sincera sed umbratilis atque inanis, ut ego à sapientum quodam mihi audiviſse videor.* Cum Antisthene & Critolao idem dicit nihil voluptate ejusque exultatione immoderatius inveniri posse, ut in fine Philebi loquitur. De corporeis autem potissimum tum voluptatibus loquitur. Cum Speusippo medium quoddam inter voluptatem & dolorem ponit lib. 6. de legibus. Ipsi autem Platoni summa felicitas ὁμοίωσις τῶ θεῶ κατὰ τὸ δυνατὸν, id est, *assimilari Deo, quantum fieri potest.* atque hinc illi nascitur gaudium firmum & stabile. vide Apuleium de Dogm. Plat. & de Philosophia.

10 *Ex sermonum ejus fontibus*] Ex quibusdam antiquioribus Plato ipse desumpsit. *Thys.* Sed in exemplari Regio legitur *ex sermonibus ejus fontibusque prosl.* Tanquam fontes maluisset ad ipsam Platonis personam transferre, non sermones ejus, ut Propertius 2, 30. *Nondum etiam Ascræos norunt mea carmina fontes.* Et Juvenalis VII. 59. *Bibendis Fontibus Aonidum.* Etiam MS. Reg. *quas exposui.* Jac. Gronov.

11 *Vult*] MS. *volet.*

12 *Taurus autem noster*] Quem commentaria in Gorgiam Platonis scripsisse testatur Auctor noster lib. 6 c. 14.

13 *Esset*] C. Torn. *erat.*

14 *Hæc Hieroclis*] Hic idem est, qui in aurea Pythagoræ (revera Lysidis Pythagorici sunt, qui Epaminondam, teste C. Nepote & Diogene Laërtio, instituit) carmina commentarium aureum edidit, & quamvis Stoicus Pythagoreorum sententiam optime expressit.

15 *Hierocli Stoici*] Ita edidit rite Stephanus, quum id exstet in Regio & aliis, ut alibi *Sophocli* & similia secundo casu. Non debuit igitur id rursus imperite mutari in *Hieroclis*, & caute in hoc egit Prousteus. *Jac. Gronov.*

16 Ἡδονῆς τέλος πόρνης δόγμα. οὐκ ἐστὶ προνοία &c.] Quæ Thysius & Prousteus ad hunc locum ex Stephano attulerunt, apud eos videri possunt, cæterum prorsus puerilia, nec satis decora ad gloriam nostrorum studiorum. Scias igitur pro ποργεῖα legi in Reg. Petav. πρόνοια. Quod quum debeat supponi in pluribus MSStis exstitisse, (prout Thysius id ponit ex cod. Tornæs. & misere deserit) stupere omnino oportet, cur tot docti editores non animadverterint, & ne quidem quum jam melius esset in promptu admittere voluerint. En tibi igitur verba Viri Maximi & tum honore vitæ, tum doctrinæ magnitudine perquam reverendi Joh. Pearsoni ex Prolegomenis ad Hieroclem, ubi quum ita prout nunc edidi, hunc locum restituisset, ista addit: [Duo nempe Epicuri dogmata jugulat & ex Philosophorum scholis ad lupanaria amandat vir sanctus & gravis; finem omnium seu summum bonum in voluptate situm esse: illud primum, providentiam, qua regi mundum vulgus autumat, nihil esse: hoc secundum.] Hæc quum illic ita sint edita, tum video exemplari Salmasiano ad notas Stephani pag. 170 adscripta fere similia, sed manu mihi incognita, ut hujus quoque scriptoris (forsan Josiæ Merceri) laus constet. [In V.C. reperi προνοια. Ideo lego: ἡδονῆς τέλος, ποργης δόγμα. οὐκ ἔστιν πρόνοια οὐδὲν, πόρνης δόγμα. Duo statuunt Epicuri valde contraria Stoicis: non esse providentiam: & voluptatem esse finem bonorum. Stoici contra, virtutem finem, & esse providentiam. Utrumque Epicureorum exsecratur Hierocles vir sanctissimus, & lupanaris esse statuit potius, quam scholæ. Sane πρόνοιαν negare flagitiorum maximum. Eleganter Lucianus ἐν τῶ περὶ τῆ μὴ ῥαδ. πις. 5. διαβ. Πρὸς δὲ τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον ἄθεος καὶ ἀνόητος ὁ φίλος διαβάλλεται, καὶ ὡς τὸ θεῖον παρωθούμενος, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀρνούμενος. Nam Gebhardus lib. 2 Antiq. c. 23 dum venditat è MS. πόρνης δόγμα ἄπεσω, vitium addit vitiosis, quod minuere voluerat Carrio. *J. Gron.*

CAP.

CAP. VI.

Verbum, quod eſt ab ago, *frequentativum, in prima ſyllaba quonam ſit modulo pronunciandum.*

AB eo quod eſt, *ago*, &, *egi*, verba ſunt quæ appellant grammatici frequentativa, *actito*, &, *actitavi*. Hæc quoſdam non ſane indoctos viros audio ita pronunciare, ut primam in his literam [1]corripiant: rationemque dicunt, quoniam in verbo principali quod eſt, *ago*, prima litera breviter pronunciatur. Cur igitur ab eo quod eſt *edo*, & *ungo*, in quibus verbis prima litera breviter dicitur, [2]*eſito*, & *unctito*, quæ ſunt eorum frequentativa, [3]prima litera longa promimus? & contra, *dictito*, ab eo verbo quod eſt, *dico*, correpte dicimus? num ergo potius *actito* & *actitavi* producenda ſunt? quoniam frequentativa ferme omnia eodem modo in prima ſyllaba dicuntur, quo participia præteriti temporis ex his verbis unde ea profecta ſunt in eadem ſyllaba pronunciantur; ſicut *lego lectus*, *lectito*, [4]facit; *ungo*, *unctus*, *unctito*; *ſcribo*, *ſcriptus*, *ſcriptito*; [5]*moveo*, *motus*, *motito*: *pendeo*, *penſus*, *penſito*; *edo*, *eſus*, *eſito*: *dico* autem, *dictus*, *dictito* facit: *gero*, *geſtus geſtito*: *veho*, *vectus*, *vectito*: *rapio*, *raptus*, *raptito*: *capio*, *captus*, *captito*: *facio*, *factus*, *factito*. Sic igitur, *actito*, producte in prima ſyllaba pronunciandum: quoniam ex eo fit quod eſt, *ago*, & *actus*.

1 *Corripiant*] Notum eſt poſitione longam eſſe primam ſyllabam in *actito*, ſed modo exilius pronunciabatur, modo productius tanquam A A geminatum.

2 *Eſito*, & *unctito*] Duplici E, & V, accedente ad ꝫ Græcorum, *unctito* tanquam *ounctito*. Inſcribendo geminare quoque vocales ſolebant Antiqui; poſtmodum adjecto apice, vel ſublato longitudinem vel brevitatem denotabant. Nævium & Andronicum geminaſſe vocales ſcribit Marius Victorinus lib. 1. De Ortograph. ſed pro I longo, Ei uſurpaſſe. De adjiciendo apice, ubi neceſſe eſt, ſcribit Quinctilianus lib. 1. cap. de Orthographia. Si quis plura volet, vide Lipſium de Linguæ Lat. Pron. & Voſſium de Arte Gramm. l. 1 c. 12. & lib. 2 c. item 12.

3 *Prima litera longa*] Regius *primam literam longam*. Sic quoque unus ex Lugdunenſibus. Quaſi verba illa *eſſito* & *unctito* acciperentur in genitivo caſu. *Jac. Gronov.*

4 *Facit*] Cod. Torn. ponit poſt *lectus*. Thyſ. Imo hunc ordinem dat Regius, ſic D. Marci, ſic duo Lugd. ut de eo dubitari nequeat.

5 *Moveo*, *motus*] Ita in ſchedis Giſelini inveniens Lipſius id prætulit, quum vulgo peſſime, *moneo*, *monitus*, *monito*. Quis enim *monito* legit? *Thyſ.* Non aliter in noſtris melioribus. Etiam bene Voſſius *pendo*, *penſus*, *penſito* lib. 3 de analog. cap. 44.

CAP. VII.

De converſione foliorum in arbore olea, brumali & ſolſtitiali die, deque fidibus [1]id temporis ictu alieno ſonantibus.

VOL-

1 *Id temporis*] Ita repetivi priorum editionum lectionem, quam Stephanus mutaverit peſſime in *iis temporibus*, idque ad hanc uſque ætatem ſequuntur recentes, quod miror. Nam ſcripti omnes cum priſtinis editionibus conſentiunt. Et quoties hac locutione delectatur auctor? Vide ad Macrobium lib. 1 Saturnal. cap. 17. Itaque nec ſcio, cur Stephanus hoc loco maluerit *volgo* edere, etiam contra

VULGO & ſcriptum & creditum eſt [2] folia olearum arborum [3] brumali & ſolſtitiali die converti; & quæ pars eorum fuerat inferior atque occultior, [4 5] eam ſupra fieri atque exponi ad oculos & ad ſolem: quod nobis quoque ſemel atque iterum experiri volentibus ita eſſe propemodum viſum eſt. Sed de fidibus rarius dictu & mirabilius eſt: quam rem & alii docti viri & [6] Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicræ hiſtoriæ primo ſatis compertam eſſe, ſatiſque ſuper ea conſtare affirmat; [7] nervias [8] in fidibus brumali die [9] alias digitis pelli, [10] alias ſonare.

tra priores editiones, licet in uno forſan aut altero MS. exſtiterit, utique non in omnibus, & toties alibi reliquit *vulgo*, quod & hîc retinendum. *Jac. Gronov.*

2 *Folia olearum*] Verti folia quarundam arborum ſolſtitio æſtivo etiam Theophraſtus ſcripſit lib. 1. Hiſt. Plant. cap. 16. Ita enim loquitur: ἰδιον καὶ τὸ τῇ ἐλαίᾳ, καὶ τὸ τῇ φιλύρᾳ, καὶ τῇ πτελέᾳ, καὶ τῇ λευκῇ συμβαῖνον· στρέφειν γὰρ δοκεῖσι τὰ ὕπλια μετὰ τροπὰς θερινάς. Καὶ τούτῳ γνωριζουσιν, ὅτι γιγένηται τροπαί. Id eſt, *Illud ſane peculiare, quod oleæ, tiliæ, ulmo, populo evenit. Vertere enim videntur* (foliorum) *partes ſupinas poſt ſolſtitium æſtivum: eoque argumento ſolſtitium confectum intelligunt.*

3 *Brumali*] De æſtivo refert Theophraſtus. Cæterum oleæ ſunt inter illas arbores, quæ perpetua coma virent etiam hyberno tempore propter λιπαρώτητα, ut Theophraſt. ſcribit.

4 *Supra fieri*] Aliter *ſupraferri*. Alii legunt *ſuperferri*, Lipſius è Giſelini ſchedis legit *ſuperfieri* à *ſuperfio*. Ita Lucretius dixit *confieri* à *confio*. Thyſ. Alieniſſimum eſt, quod offert Iſ. Pontanus lib. 3 anal. c. 6 *ſupercieri*. Sed arbitror gratiam plurimam initurum me publice, ſi expoſuero hîc chartulam, quam inter liturarios paternos nuper reperi, quæ ſic habet.

5 *Eam ſupra fieri atque exponi*] Alias *ſupra ferri*, in ſchedis *ſuperfieri*, optime judice Lipſio, ut Lucretius *confieri*. At *ſuperfieri* non indiget exemplo τῦ *confieri*, cum propria habeat tot apud Plautum, ſed non ea ſignificatione, cui ſit hîc locus. Ut in Sticho: *te vocem libenter, ſi ſuperfiat locus.* Et in Trinummo: *nam is de ſtultitia mea ſolus ſuperfit.* Neque aliter legendum Milite 2, 4 *Memini malas ut ſint malæ, mihi ſolæ æquo ſuperfit*, hoc eſt, plus quam partem æquam malitiæ muliebris habeo. Epidico: *quantum ſat eſt & plus ſatis ſuperfit.* Itaque vel ambiguitatis cauſa caviſſe hic Gellium dicere *ſuperfieri* certum habeo. Sed nec in ullo eſt noſtrûm, qui omnes *ſupra*. Quid igitur? Nempe noſter ante oculos habuit vel Theophraſtum vel qui ſimilia Theophraſteis ſcripſit: Στρέφειν γὰρ δοκῶσι τὰ ὕπλια μετὰ τροπὰς θερινάς. Hæc ei ſubjecerunt: *quæ pars eorum ſuerit inferior atque occultior, eam ſuppam fieri atque exponi ad oculos & ad ſolem.* Nam ὕπλιος ſuppus. Feſtus: *ſuppum antiqui dicebant, quem nunc ſupinum dicimus ex Græco, videlicet pro aſpiratione ponentes literam: ut cum ὕλας dicunt & nos ſilvas; item ἕξ ſex & ἑπτὰ ſeptem. Ejus vocabuli meminit etiam Lucilius: Si vero das, quod rogat, & ſi ſuggeri, ſuppus.* Ubi non admitto Scaligeri ſuppum cum proverbiali ſignificatu, tanquam ſi ſuggeris ſuppum, ſit, ſi illi ex ſententia reſpondes, ſi quod optat facis: etſi applauſerit Ja. Douſa præco pro Tibullo cap. 18. Immo ſine mutatione, *ſi ſuggeris ſuppus* eſt ſimpliciter, ſi præbes & ſubminiſtras ſupinus, diſſolutus, negligens. Eadem vox reſtituenda Lucretio lib. 1. 1059. *Ut per aquas quæ nunc rerum ſimulacra videmus, Et ſimili ratione animalia ſuppa vagari.* Sic optimæ membranæ Voſſianæ. Et ſtatim viſum probabat olim etiam Salmaſius. Vet. edit. *cuncta*. nam vulgo *ſubtus* à Lambino laudante Giſanio, libri autem *ſuapte*, *ſuapſe*, *ſupra*. Suppa, ut paulo ante *retro poſta*, ſurſum verſum quæ prona ſunt alioqui viventia. Sicut Græcis ὑπτιάζων dicitur aleo, ſic & Latinis ſuppus. Iſidorus 18, 65. *Jactus quiſque apud luſores veteres à numero vocabatur, unio, binio, trinio, quatrio, quinio, ſenio. Poſtea appellatio ſingulorum mutata eſt, & unionem canem, trionem ſuppum, quatrionem planum vocabant.* Porro *fuerit*, non *fuerat* meliores membranæ. *Gronovius.*

6 *Suetonius etiam Tranquillus*] Ludicram hiſtoriam uti ſcripſit, ita Παιδικὰς Ἑλλήνων ejus partem putat fuiſſe Voſſius, quas Tzetzes citat Chiliade VI. Hiſt. LXXXV. uti & Suidas. Forſan tamen hæc Hiſtoria pars eſt ejus operis, quod ſcripſit De Romanorum ſpectaculis & certaminibus, teſte Suida.

7 *Nervias*] Nonius: NERVI *maſculini ſunt, ſicuti plerumque*: NERVIA *Fœminino apud doctos lectum eſt ſæpe. Verum Varro* ἕνος λόγος: *ſcientia doceat, quemadmodum in pſalterio extendamus nervias.*

8 *In fidibus*] Inſtrumento muſico. Alioqui & pro ipſis chordis ponuntur. A Græco autem σφιδὴ *fides*. Heſychius, σφιδὴ, χορδὴ.

9 *Alias digitis pelli*] Id est, *pulsari*. An voluit digitis pulsatas quiescere, alias sonare, an potius simul sonare? quod ex confinio fieri potest. Neque enim de diversis instrumentis eum loqui arbitror, ut uno tacto, aliud juxta positum resonet.

10 *Alias sonare*] Quam quæ digitis tactæ sunt. Chordas tamen vel nervos aliquando sponte sonare à musicis annotatum est. Si ratio naturalis sit, aëris qualitas nonnunquam laxat vel intendit chordas. Si intendantur chordæ, bruma frigido tempore ex intensione chordæ vocales fieri possunt. Etiam arte mechanica vocales chordæ factæ, ut stato tempore sonitum ederent, ita quæ de Memnonis statua dicuntur. Mechanico artificio tribuit interpres Juvenalis nondum editus ad illum versum,

Dimidio Magicæ resonant ubi Memnone chordæ.

ita loquitur: *Statua Memnonis filii Auroræ ita arte quadam mechanica composita, ut humana voce regem & solem salutaret. Postea rex Cambyses volens hanc rem cognoscere, dimidiam partem abscidit, & sic postea solem tantum non regem salutabat.* Strabo tamen lib. 17. dubitat de impostura, uti sæpe in sacris Gentilium factitatum. Nonnulli magica arte id fieri solitum affirmant. Sed multa arte magica fieri putantur, quæ naturalibus nituntur rationibus. De sonitu dissentiunt ipsi Autores. Locus interpretis Juvenalis humanam vocem tribuit, Strabo sonitum πληγῆς ὑ μεγάλης, Plinius crepitum, Pausanias quotidie sub ortum solis sonum edere, qualem vel citharæ vel lyræ nervi, si forte dum tenduntur, rumpantur.

CAP. VIII.

Necessum esse, qui multa habeat, multis indigere, deque ea re Favorini philosophi cum brevitate eleganti sententiæ.

VERUM est profecto, quod observato rerum usu sapientes [1] viri dixere, [2] multis egere, qui multa habeat; magnamque indigentiam nasci non ex inopia magna, sed ex magna copia. Multa enim desiderari ad multa, quæ habeas, tuenda. Quisquis igitur multa habens cavere atque prospicere velit ne quid egeat, neve quid desit, jactura opus esse non quæstu; & minus habendum esse ut minus desit. Hanc sententiam memini à Favorino inter ingentes omnium clamores [3] detornatam inclu-

1 *Viri dixere*] Sic moneo legi in MSS. omnibus, nec causa fuit editoribus mutandi in *dixerunt*. Mox etiam MS. Lincoln. & Scheff. *ne cujus egeat*. Sed alii stant ab vulgato, & cap. 15 sic dicitur, *si id usus est*. Gronov.

2 *Multis egere qui multa habeat*] Non agitur hoc loco de avaritia, prout illam vituperare hîc incipiebat Thysius, sed quod patet ex sequentibus, de nimia magnificentiæ affectatione, quæ sine plurimis opibus foveri nequit, & finem omnem modumque repellit.

3 *Detornatam*] Tanquam torno politam. Vett. editt. habent *exornatam*. Thys. Hoc pacto notari etiam poterat in editione Gryphiana anni 1539 & Hieronymi de Marnerf 1584 ostentare margines *detonatam*. Utrumque enim id verbum existimari decet suppositum ab eis, qui ignorarunt venustatem similitudinis, eamque priscis amatam, inter scribendum & hoc fabrile opificium; quam certissime affirmant propinqua verba *radere*, *scalpere*, sed inprimis hoc *tornare*. Itaque MSSti hoc loco sunt concordes in defendendo verbo *detornatam*, & jam glossæ MS. Scheff. rubrica, οἷον ἀπεξεσμένη καὶ στρογγύλη καὶ τετορνευμένη, idque ipsum τορνεύειν Latinis perinde ut Græcis, & poetis æque ac prosa scribentibus placuit, ut erudite collegit Lud. Cresollius in Theatri Rhetor. libri III cap. 26. Unde nec potuit nisi à bona sententia alienatus fuisse Bentlejus, quum non coercitus ab ipso exemplo Crinagoræ similiter ita usurpantis ad fragmentum Callimachi XL Horatio invidit & eripere voluit *male tornatos versus*, ut illi obtruderet *male ter natos*. Id apparet vel ex ipsius sermone, quum dicit TER *male natos*, & mox *ter* MALE NATOS, ut ipse vocem *male* semper adjungat suo participio, cui debet adhærere; ac Horatio culpam imponat, qui inde disjungat interposita voce *ter* contra Latinum morem & ipsius, apud quem sic legis *male pertinaci*, *male dispari*, *male ominatis*, *male feriatos* & alia. Quî autem potest culpari Horatius ob conjunctionem torni & incudis, quum usurpet, ubi usus & sententia postulat utrumque? Sunt enim male tornati, quos qualicunque poliendi genere aggressus sis, non tamen congruos & satis idoneos faciat requisitus decor.

clusamque [4]verbis his pauciſſimis, [5]τ῎ γ᾽ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων χλαμύδων δεόμενον οὐκ ἔστι μὴ πλειόνων δεῖσθαι. [6 7]οἷς γ᾽ ἔχω περισσεύομαι, ἀφελὼν ὧν ἔχω, [8]ἀρκοῦμαι οἷς ἔχω[a].

a *Illum enim, qui quindecim millibus chlamydum indiget, pluribus non indigere fieri non poteſt. Super enim illa quæ habeo egens nonnullis, ſi detraxero ex iis quæ habeo, acquieſco illis quæ habeo.*

decor. Itaque ubi tornus & lenior politura vel emendatio non proceſſit, jubebat plane reddere incudi, hoc eſt, illa verba, quibus varie mutandis conabatur antea exprimere ſententiam, ſed quod non fiebat ſatis ex voto, abjicere prorſus. Incudi enim redditur, quum lineæ in ferro ductæ ob certam cauſam formamque, ſed erronee, debent explodi & ferri maſſa ad priorem formam cudi, ut ſervire queat illi negotio, cui deſtinatur. Sic male tornatos verſus jubebat reddere incudi, deſerenda ſcilicet ſpe correctionis, qua tamen erectus nequibat inde abſtrahere meditationem, ut prorſus in eo verſaretur; id plane relinquere jubebat, ut quæ rectiora fieri nolunt & opem torni ultra reſpiciunt, conferri rurſus curarentur ad incudem, ut longe alias diverſaſque voces pariat. An reddere incudi eſt incudem adhibere ad novos formandos? Certe non ea vis eſt verbi reddere, & redduntur incudi, quum materia recoquitur, ipſa quidem manens, ſed expellens & tundendo ejiciens, quicquid inſculptum illi ante & inductum ſcalpro erat. De Hecale poterat melius citare Jo. Meurſii caput decimum de Theſeo: inde enim deſcripta ſunt iſta, quæ ibi citantur. *Jac. Gron.*

4 *Verbis his pauciſſimis*] Multiplex & nullis terminis circumſcribenda licentia auctores antiquos habuit obnoxios, ut nihil non illis evenerit, præſertim Gellio noſtro. Hinc in codice Thuaneo, quem volvi, pro ſequentibus Græcis hîc inſeruntur duo diſticha, quæ præfert Lipſius lib. 5 Epiſt. Quæſt. cap. 8 ab ipſo reperta in MS. poſt librum nonum, ut in aliis MSS. illic quoque apparent.

Cecropias noctes doctorum exempla virorum
Donat habere mihi nobilis Euſtochius.
Vivat & æternum lætus bona tempora ducat,
Qui ſic dilecto tanta docenda dedit.

Neque illic exſtat nomen vel Aurelii Romuli, ut in Lugdunenſi, vel integrum C. Aurelii Romuli, prout refert Lipſius, & utrumque in codicibus vidit pater in fine libri IX, ut diximus, & frater in codice S. Marci. Thyſius retulerat ad principium libri X præeunte Lipſio. Apparet interim Euſtochium fuiſſe emendatorem Gellii, ut legimus ſimiliter de aliis auctoribus, ut Livio contigit Nicomachus. *Idem.*

5 Τὰ γ᾽ μυρίαν] Alludit forſan Favorinus ad quinque millia purpurearum chlamydum, quas Lucullus prætori magnificos ludos edenti & tantum centum poſcenti commodavit, teſte Plutarch. in Lucullo. De eodem paulo aliter Horatius:

—— *Clamydes Lucullus (ut ajunt)*
Si poſſet centum ſcenæ præbere rogatus,
Qui poſſum tot, ait? tamen & quæram & quos habebo.
Mittam. poſt paulo ſcribit ſibi millia quinque
Eſſe domi chlamydum: partem vel tolleret omnes.

Quibus ſubjungitur hoc epiphonema,

Exilis domus eſt, ubi non & multa ſuperſunt,
Et dominum fallunt, & proſunt furibus.

Plutarchus quoque ejuſdem Epiphonematis mentionem facit. Scribit enim, εἰς ὃ καὶ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιτεφώνηκεν, ὡς ὑ νομίζει πλέον, ἢ μὴ τὰ παροράμενα καὶ λανθάνοντα πλείονα τ῀ φαινομένων ἐστί. Quæ tamen ab eo non omnino ita dicuntur. Nam paulo aliud eſt dicere, Non exiſtimare eſſe divitias, ubi quæ negliguntur, & latent, plura non ſunt iis quæ conſpiciuntur: quam quod legimus apud Flaccum, Exilem domum eſſe, ubi non ſupervacanea ſunt multa, & quum dominum lateant, furibus ſunt utilia. Sed quis apud Plutarchum putandus eſt ſubaudiri nominativus cum verbo νομίζει? potius certe de Lucullo quam de Horatio eum intellexiſſe arbitror: ideoque νομίζοι lubentius ſcripſerim. *H. Stephanus* in Specim. Emend. ad Gell. p. 173. At Thyſius non debebat interpretari, *qui decem millibus vel quinque millibus chlamydum indiget.* Neque enim id Græci intelligunt, quum dicunt χιλίων καὶ πεντακοσίων, quomodo is mutavit quod ante eum efferebant, aut *decem millibus & quindecim millibus* aut *decem millibus & quinque millibus*, prout exprimit Prouſteus, quum utrumque ſit certo vitio vitioſum; nec Romani ita loquebantur. *Gronovius.*

6 Οἷς γ᾽] Οἷς περ vel εἰς ἅπερ legendum conjicit H. Stephanus.

7 Οἷς γ᾽ ἔχω] Non ſine ratione laborat in hoc Stephanus, & facile concedimus οἵσπερ potius ſcribendum, quam οἷς γ᾽. Nimirum τὸ Ἐγὼ ſuperius præceſſit, dein hyperbaton & velut in παρενθέσει aliquid, cujus pars τ῀ γ᾽ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων χλαμυδῶν ἐχομένου ὃκ ἔστι μὴ πλειόνων δεῖσθαι) οἵσπερ ἔχω προσδεόμενος, ἀφελὼν ὧν ἔχω, ἀρκοῦμαι οἷς ἔχω. Ego vero *** nam qui quindecim millia chlamydum habet, non exſolutus eſt omni neceſſitate pluribus egendi) egens aliquo ſupra quam habeo, demens de iis quorum copiam habeo, ſufficio in reliqua iis quæ habeo. *Sic Pater.*

8 Ἀρκοῦμαι] Pulchra ſunt Epicuri verba apud Stobæum: Ἐπίκουρος ὁ Γαργήττιος κέκραγε λέγων, ὦ ὀλίγον ὐχ ἱκανόν, τούτῳ οὐδὲν ἱκανόν· ἔλεγε δὲ ἑτοίμως ἔχειν, καὶ τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας ἀγωνίζεσθαι, μά-

μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ, id est, *Epicurus Gargettius, exclamat dicens: cui parum non sufficit, ei nihil sufficit, additque paratum se cum Iove de fœlicitate certare, si polentam habeat & aquam.* Quod expressit Seneca Epistol. 110. *Habeamus aquam, habeamus polentam, Iovi ipsi de fœlicitate controversiam faciamus.* vide supra Gellium nostrum lib. 7 c. 17.

CAP. IX.

[1] [2] *Quis modus sit verba vertendi in Græcas sententias;* [3] *deque his Homeri versibus, quos Virgilius vertisse aut bene apteque aut inprospere existimatus est.*

QUANDO ex poëmatis Græcis vertendæ [4] imitandæque sunt insignes sententiæ, non semper ajunt enitendum, ut omnia omnino verba in eum, in quem dicta sunt, modum vertamus. [5] Perdunt enim gratiam pleraque, si quasi invita & recusantia violentius transferantur. Scitè ergo & consideratè Virgilius, [6] quum aut Homeri aut Hesiodi aut Apollonii aut Parthenii aut Callimachi aut Theocriti aut quorumdam aliorum locos effingeret, partim reliquit, alia expressit. Sicuti nuperrime apud mensam quum legerentur utraque simul Bucolica Theocriti & Virgilii, animadvertimus reliquisse Virgilium, quod Græcum quidem mire quam suave est, verti autem neque debuit neque potuit. Sed enim quod substituit, pro eo quod omiserat, non abest quin jucundius lepidiusque sit:

[7] Βάλ-

1 *Verba vertendi in Græcas sententias*] Stephanus judicat dici à titulorum auctore per poëticam hypallagen & ellipsin adjectivi, cum illo substantivo *verba* jungendi: tanquam nimirum significare voluerit, *quis modus sit vertendi Græcas sententias in Latina verba.*

2 *Quis modus sit verba vertendi*] A titulorum auctore per Græcam & Poeticam hypallagen hoc dici somniat Stephanus. Sed vel his ipsis ex verbis colligere debuit titulorum auctorem non alium esse, quam totius operis: adeo exquisita sunt. Neque est difficilis aut poetica figura. Quis modus, inquit, vertendi verba, nempe ex Græco in Latinum. In Græcas sententias, hoc est, ita ut prior illa Græcis expressa verbis sententia maneat, & commode in verbis mutatis possit intelligi. Aliter vocabulum sententiæ accipitur hìc, aliter initio capitis. *Ita Pater. Gronovius.*

3 *Deque his Homeri versibus*] Non opus est, ut Stephanus putat, ut de omnibus, sed quibusdam Homeri versibus intelligatur.

4 *Imitandæque*] Ita sched. Giselini, vulgo *mutandæque*. Serva *imitandæque* passionis significatione. vel lege juxta H. Steph. *imitandæve*. nam non idem est *vertere* & *imitari*. Et Virgilius partim interpres fuit, partim imitator. *Thysius.* Ita Lipsius è suo, & adstipulantur omnes nostri. Vulgo *mutandæque*. Sed Stephanus malit *imitandæve*. ne videatur jungere diversa. Nodum in scirpo. Nam illa diversa unum sunt opus: is enim de quo auctor loquitur, vertit imitaturque: dum imitatur, vertit. *Hæc Pater.*

5 *Perdunt enim gratiam pleraque*] Horat. de Arte Poët.

Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres: nec desilies imitator in arctum,
Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis
lex.

In Lincoln. est *plena* vel *plera*, non trisyllabum.

6 *Quum aut Homeri*] Ex quibus eum proposuisse sibi varias partes ad imitandum, à doctis varie annotatum est, etiam ab ipso Servio suis locis, ut mutatis personis res ipsas exprimeret. Etiam poetæ hi satis noti sunt.

7 Βάλ-

[7] Βάλλει καὶ μάλοισι τὸ αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα
Τὰς αἶγας παρελῶντα, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει[a].
[8] *Malo me Galatea petit, lasciva puella:*
Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.

Illud quoque alio in loco animadvertimus cautè omissum, quod est in Græco versu dulcissimum.

Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας,
Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε Τίτυρε· καὶ τὸ ἐνόρχαν
Τὸν Λιβυκὸν [9] Κνάκωνα φυλάσσεο, μὴ τὺ κορύψῃ[b].

Quo enim pacto diceret, τὸ καλὸν πεφιλαμένε, verba hercle non translaticia, sed cujusdam nativæ dulcedinis. [10] Hoc igitur reliquit, & cetera vertit non infestiviter: [11] nisi quod caprum dixit, quem Theocritus ἐνόρχαν appellavit. Auctore enim M. Varrone is demum Latine caper dicitur qui excastratus est.

[12] *Tityre dum redeo, brevis est via, pasce capellas,*
Et potum pastas age Tityre: & inter agendum,
Occursare capro (cornu ferit ille) caveto.

Et

a *Ferit & malis caprarium Clearista*
Capras præteragentem, & suave aliquid admurmurat.

b *O Tityre mihi admodum amate, pasce capellas*
Et ad fontem duc Tityre, & illum coleatum hircum
Libycum Cnaconacaveto, ne te cornu feriat. εἰδ. γ.

---

7 Βάλλει] Extat εἰδυλλ. ε. Sed codices IV MSS. habent παρελῶντα καὶ ἁδύ τι ποππυλιάχει, alius ποππυλιάζει, etsi scribatur ποππυμάζει. Nam M & ΛΙ confusa sunt.

8 *Malo me Galatea*] Elegantissimi hi versus habentur Eclog. III. Exprimit Poeta lasciviam, cum petit malis: virginem, cum fugit: muliebre ingenium, cum cupit se videri.

9 Κνάκωνα] Hirci nomen proprium. Hesychio κνακὸν, λευκὸν, πυῤῥὸν, *album* vel *fulvum* denotat. Scholiastes Theocriti *album* quoque interpretatur, ἀπὸ τῆς κνήκης τοῦ σπέρματος λευκοῦ ὄντος. granum carthami intelligit, quod sane album est. κνὰξ Hesychio quoque est γάλα sive lac, unde lacteus color κνακος. Sed quomodo Hesychius dixit κνακὸν *album*, *rufum*? quia semen cneci album, flos luteus vel croceus. Hesychius: κνηκὸν (quod Dorice κνακὸν) τὸ κροκίζον χρῶμα ἐπὶ τοῦ ἄνθους, ὅτε δὲ ἐπὶ καρπῷ τὸ λευκόν. Κνακίας, interpretatur quoque Hesychius, ψάρος ἵππος, qui albas maculas in nigro vel fulvo habet. Dioscorides utique fructum κνηκου (vulgo male scribitur κνίκου) dicit album & rufum, vel quod color maculis sparsus sit, vel quod pallidus rufus. Hircus itaque forsan maculis albis & rufis vel nigris mixtus fuit: atque inde nomen accepit. De Cneco vide Theophrastum lib. 6. cap. 4. de Histor. Plant. De colore lege Salmas. in Plin. Exercit. pag. 895. & 896. MSS. habent ΚΑΙΝΝΩΝΑ aut ΚΑΝΩΝΑ; tum κορύξῃ.

10 *Hoc igitur reliquit*] Non defuit igitur linguæ, sed ab ea defectus est. At quod supplevit, quanta cum gratia? Nam sane hoc ipsum τὸ καλὸν ne cæteræ quidem ejusdem Græciæ nationes sua lingua queant explicare. Sed & *pastas* dixit, longe quam ille efficacius, quas potum ducat. Est enim pecus minime siticulosum. Et repetitio *pascendi* in *pastas* elegans est. Ita Jul. Cæs. Scaliger lib. 5. de Art. Poët. cap. 5.

11 *Nisi quod caprum dixit*] Caprum pro castrato, ut plerique, ita Martialis dixit, *Dum jugulas hircum factus es ipse caper.* Virgilius tamen ita loquitur etiam alibi, *Vir gregis ipse caper.* Vetus autem interpres Theocriti tam ἐνόρχαν, quam ἐνόρχαν legisse videtur, cum inter scholia addat, ἡμιτομίαν. Ita forsan Virgilius legit. ἡμιτομίας est, cui unus testis exectus est. Sed vir doctus in Adversariis pro ἡμιτομίαν legit ἢ μὴ τομίαν. *Thys.* Id unico loco defendit Pater lib. 2 Observ. cap. 15 adversus Virum Cl. Nam qui *plerosque* sic dixisse scribit, vellem præter hos duos alium addidisset unum. *Gronov.*

Et quoniam [13] de transferendis ſententiis loquor, memini audiſſe me ex Valerii Probi diſcipulis, docti hominis & [14] [15] in intelligendis penſitandiſque veteribus ſcriptis bene callidi, ſolitum eum dicere, nihil quicquam tam [16] improſpere Virgilium ex Homero vertiſſe, quam verſus hos amœniſſimos, quos de Nauſicaa Homerus fecit.

Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεα ἰοχέαιρα,
Ἢ [17] κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον,
Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι,
Τῇ δὲ θ' ἅμα νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
Ἀγρονόμοι παίζουσι· γέγηθε δέ τε Φρένα Λητώ·
Πασάων δ' ὔπερ ἦγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα·
[18] Ῥεῖα δ' [19] ἀριγνώτη πέλεται· καλαὶ δέ τε πᾶσαι [a].

Qualis [20] *in Eurotæ ripis aut per juga Cynthi*
Exercet Diana choros; quam mille ſecutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades. illa pharetram
Fert humero; gradienſque deas ſupereminet omnis.
[21] *Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.*

Primum omnium [22] id viſum eſſe dicebant Probo, quod apud Homerum quidem virgo Nauſicaa ludibunda inter familiares puellas in locis ſolis recte atque commode confertur cum Diana venante in jugis montium

a *Qualis autem Diana incedit per montem ſagittis gaudens,*
Aut per Taygetum arduum, aut Erymanthum,
Seſe oblectans apris & velocibus cervis,
Simul cum illâ nymphæ, filiæ Jovis Ægiochi,
Agreſtes ludunt, gaudet vero mente Latona.
Omnes vero ipſa capite ſupereminet aut fronte.
Facilis vero cognitu eſt. pulchræ vero omnes.

12 *Tityre dum redeo*] Extant hi verſus Ecloga IX ℣ſ. 23. & ſeqq.

13 *De transferendis ſententiis*] Recte quidem, ſed in Regio, uno Lugdunenſi non apparet vox poſterior, nec requiritur. *Gron.*

14 *Intelligendis*] Cod. Torn. *legendis.*

15 *In intelligendis.. ſcriptis bene callidi*] Quum ſimul in Regio & Lugdun. pater inveniſſet *callidis*, ſuſpicatus fuit Gellium ſcripſiſſe *in intelligendis... bene callentis.* Plinius lib. 9 nat. hiſt. 29 de polypis: *cum alioqui brutum habeatur animal, ut quod ad manum hominis adnatat, in re quodammodo ſamiliari callet.* Gronovius.

16 *Improſpere*] Forſan, *præpoſtere.*

17 Κατὰ Τηΰγετον] *Taygetus* hic mons Laconicæ, *Erymanthus* Arcadiæ, ut notum eſt. Extant autem verſus Od. γ.

18 Ῥεῖα] Poſt hunc verſum in vett. editt. hic verſus additur:

Ὡς ἥ γ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἁδμής.

Id eſt,

Sic illa inter ancillas excellebat Virgo indomita.

19 Ἀριγνώτη] Scholiaſtes, μεγάλως γνωσὴ καὶ φοβερά.

20 *Qualis in Eurotæ ripis*] Extant verſus Æneid. I. ℣ſ. 502.

21 *Latonæ*] Poſt hunc verſum in vett. editt. adjecti hi verſus,

Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat
Per medios, inſtans operi, regniſque futuris.

22 *Id viſum*] Ita Giſ. MS. Vett. ed. *diverſum. Diviſum* in alio MS. In margine mei C. adnotatum, *mirum id viſum eſſe.* Præterea *dicebant Probo* Germana hæc veritas. Refert enim hic Gellius audita à Probi diſcipulis. Vett. editt. habent corrupte, *dicebat Probus.* Thyſ. Ut bene & minutatim inſtructus diſcedas, Ro. Ven. *diverſum eſſe aiebant dicebat Probus.* Aldus neglexit *ajebant.* Scheff *diviſum & probe.* Peraviani ambo *diviſum e.d. Probo.* Lincoln. *diviſum eſſe dicebant probro.* Alludunt mirum ad id quod in Lipſ. Reg. & Lugd. integrum *id viſum eſſe dicebant Probo. Gronovius.*

23 Quæ-

tium inter agreſtes deas ; nequaquam autem conveniens Virgilium feciſſe, [23] quoniam Dido in urbe media ingrediens [24] inter Tyrios Principes, cultu atque inceſſu ſerio, *inſtans operi*, ſicut ipſe ait, *regniſque futuris*, nihil ejus ſimilitudinis capere [25] poſſet, [26] quæ luſibus atque venatibus Dianæ [27] congruit. Tum poſtea quod Homerus ſtudia atque oblectamenta in venando Dianæ honeſte [28] aperteque dicit ; Virgilius autem, [29] quum de venatu deæ nihil dixiſſet, [30] pharetram tantum facit eam ferre [31] in humero, [32] tamquam ſi onus & ſarcinam : atque illud impenſe Probum eſſe demiratum in Virgilio dicebant, quod Homerica quidem Λητὼ [33] gaudium gaudeat [34] genuinum & intimum, atque in ipſo penetrali cordis & animæ vigens ([35] ſiquidem non aliud eſt γέγηθε δέ τε φρένα Λητὼ) ipſe autem imitari hoc volens gaudia fecerit pigra & levia & cunctantia & quaſi in ſummo pectore [36] ſupernantia. Neſcire enim ſeſe quid ſignificaret aliud, [37] *pertentant*. Præter iſta omnia, [38] florem ipſius

23 *Quoniam Dido in urbe*] Perſonæ comparantur, non loca. Neque etiam in comparationibus omnis ſimilitudo requiritur.

24 *Inter Tyrios Principes*] Virgilius dicit, *Juvenum ſtipante caterva*. Atque ad hoc tantum ſequentem comparationem pertinere dicit Servius.

25 *Poſſet*] C. Torn. *poſſit*.

26 *Quæ luſibus atque venatibus Dianæ*] Dianam Homerus non deſcribit venantem, verum dicit ſagittarum jactu & capreis atque cervis delectari. Si enim eſſet in venatione, quare nymphas colludentes introducit? Infelix venatio, ubi fabulæ & luſus feras fugitant.

27 *Congruit*] C. Torn. *congruat*. Thyſ. Atqui plurimi ex MSS. *congrua*, ut velint eſſe adjectivum.

28 *Aperteque*] Aliter, *apteque*. Thyſ. Sed *aperteque* eſt in MSS. omnibus.

29 *Quum de venatu deæ nihil dixiſſet*] Neque Homerus hoc fecit, uti dixi. Et ſatius erat de venatione tacere, cum ad comparationem nihil attineret. Quinetiam, ubi dicit Poëta, *Exercet Diana choros*, recte ad illum locum ita obſervavit Servius: *Hoc non ad comparationem pertinet : ſed eſt poëticæ deſcriptionis evagatio ; quod chori nec perſonis hic, nec locis congruunt. Saltantium enim & cantantium dicuntur.*

30 *Pharetram tantum*] Recte, quia & Dianæ & Apollinis erat geſtamen. Nymphæ ad latus gerebant, ſicuti ſoli Dii ἀωφηξεφέα, alii vero non, ſed detectam. Vide de his omnibus cum judicio diſſerentem Jul. Cæſ. Scaligerum lib. 5. Art. Poët. qui Criticus vocatur, cap. 3. Quin etiam pharetra Tyriarum virginum inſigne, ut Virgilius hoc verſu teſtatur,

Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram.

31 *In humero*] In Cod. Torn. deeſt.

32 *Tamquam ſi onus & ſarcinam*] MS. *tamquam ſit onus & ſarcina*. Thyſ. Immo id exſtat in maxima codicum veterum parte. Cæterum & Jupiter fert fulmen, & Apollo lauream, & alia numina aliud ; unde ibi cogitandum de onere & ſarcina ? Cogitabat tamen Pater, an MSS. turbati forte vellent *tanquam onus & ſarcinam*. Gronov.

33 *Gaudium gaudeat*] Helleniſmi hujus imitatione dixerat ante Gellium Catullus : *Gaudia, quæ gaudeas*. Ante hunc Terentius : *Nunc ſcio mea ſolide gaviſurum gaudia*. Phil. Carolus.

34 *Genuinum*] Verum, ſolidum, nativum.

35 *Siquidem non aliud eſt*] Non video tam ingens hic denotari gaudium.

36 *Supernantia*] Supernatantia. In margine cod. Voſſ. legitur *ſupereminentia*. Thyſ. Imo id legitur in compluſculis MSS.

37 *Pertentant*] Servius interpretatur, *vehementer tentant. Alibi*, inquit, *leviter*, *ut*, blanda viciſſim gaudia pertentant mentem. *Sunt enim multa quæ pro locis intelliguntur, ut impotens, & ſatis, & minus, & nihil potens, ſignificat.* Quinetiam gaudia tacitum pectus pertentabant, quæ vehementem affectum oſtendunt ; nimia enim lætitia vocis uſum adimit, & taciturnitatem parit. *Thyſ.* Sic verbo efficaciſſimo æquavit Latinus gaudium Latonæ, quo pectus illius non leviter tactum erat, ſed fortiter ictum atque perculſum. Si enim ſenſum & affectum rei non modicum exprimimus verbo *tenendi*, dicendo *deſiderio teneri* ; quam augebitur vis rei, ſi dicas *tentari ?* quam adhuc, ſi *pertentari ?* Phil. Carol.

38 *Ho-*

ipsius totius loci Virgilium videri omisisse, quod hunc Homeri versum exigue secutus sit;

Ρ'εῖα δ' ἀριγνώτη πέλεθ· καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

Quando nulla major cumulatiorque pulchritudinis laus dici potuerit, quam quod una inter omnis pulchras excelleret, [39] una facile ex omnibus noscereturt.

38 *Florem ipsius totius loci*] Non ab re videtur omisisse illum versum, quia proposito non inserviebat. Licet enim Deæ conveniat, non tamen continuo fœminæ, & viduæ, & fugitivæ, & sollicitæ.

39 *Una facile*] Dixit tamen Virgilius, *gradiensque deas supereminet omnes*, quo expressit, ἀριγνωτη πέλεθ.

CAP. X.

Quod Annæus Cornutus versus Virgilii, quibus Veneris & Vulcani concubitum pudice operteque dixit, reprehensione [1] spurca & odiosa inquinavit.

[2] ANNIANUS poëta & plerique cum eo [3] ejusdem Musæ viri summis assiduisque laudibus hos Virgilii versus ferebant, quibus Volcanum & Venerem junctos mixtosque jure conjugii, rem lege naturæ operiendam verecunda quadam tralatione verborum quum ostenderet demonstraretque, protexit. [4] Sic enim scripsit:

——— *ea verba locutus*
Optatos dedit amplexus; placidumque petivit
[5] *Conjugis infusus gremio per membra soporem.*

Minus autem difficile esse arbitrabantur [6] in istiusmodi re dicenda verbis uti uno atque altero brevi tenuique eam signo demonstrantibus, sicuti Home-

1 *Insulsa & odiosa*] Scripti *spurca & odiosa*, ut edidit Carrio. Sic Pater.

2 *Annianus poëta*] Vide lib. 7. cap. 7. & lib. 20. cap. 8. Inter cætera Fescenninos quoque versus scripsit.

3 *Ejusdem Musæ*] Ejusdem scientiæ.

4 *Sic enim scripsit*] Æneid. VIII. vs. 404. & seqq.

5 *Conjugis infusus gremio*] Ad hunc locum ita Servius. *Hoc est, ante concubuit, & sic quievit. Probus vero & Carminius propter sensum cacephaton*, infusum *legunt, ut sit sensus, Dormiit cum conjuge dormiente, id est, petiit soporem infusum, etiam conjugis è gremio. Alii* infusus *legunt, ut significetur coisse illos, & sic sopitos, & volunt esse emphasin coitus, nam* infusum gremio soporem *nihil esse dicunt: multi autem cacephaton accipiunt; ne duo epitheta videantur*, placidum & infusum. *Alii figurate accipiunt*, placidum per membra, *pro eo quod est placidum membris.*

6 *In istiusmodi re dicenda*] Sic bene huic loco adfuisse se censuit Srephanus, cujus id totum est, quum videret eam præpositionem exstare in MSS. non *ad*, ut vulgo edunt *ad istiusmodi reticenda*, qui supponunt Gellium habuisse ante oculos verba Trogi ex libro 1, *nisi etiam matrimonii reticenda publicasset.* Sed, ut dico, MSSti habent *arbitrabantur in istiusmodi reticenda* vel *redigenda*, aut præpositionem omittunt. Est vero aliquid amplius in enarratione Virgilii, quam ut solum dicere statuatur; imo seriem quandam & progressum factorum recensec. Hinc videtur præclarum, quod à Salmasio adscriptum video, *in istiusmodi re digerenda.* Gronovius.

7 Πας-

Homerus dixit: [7] παρθενικὴ ζώνῃ, [8] καὶ λέκτροιο θεσμὸν, & [9] ἔργα φιλοτήσια. [10] Τὼ μὲν ἄρ' ἐν τρητοῖσι καθύνασθεν λεχέεσσιν.

Tot vero & tam evidentibus ac tamen [11] non prætextatis, sed puris honestisque verbis venerandum illud concubii pudici secretum neminem quemquam alium dixisse. Sed [12] Annæus Cornutus, homo sane pleraque alia non indoctus neque imprudens, in secundo tamen librorum, quos de figuris sententiarum composuit, egregiam totius istius verecundiæ laudem insulsa nimis & odiosa scrutatione violavit. Nam quum genus hoc figuræ probasset, & satis circumspecte factos esse versus dixisset: [13] *membra* tamen, inquit, paulo incautius nominavit.

7 Παρθενικὴν] Παρθενίην apud Homerum legitur Ο'δ. λ. versu 244. Ita autem loquitur Poëta:

Λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην, κατὰ δ' ὕπνον ἔχευεν,
Solvit autem virginalem zonam, somnumque superinfudit.

De zona sæpe dictum fuit.

8 Καὶ λέκτροιο θεσμὸν] Occurrit hic versus Ο'δ. ψ, ν. 295.

οἱ μὲν ἔπειτα
Ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο.
- - Hi quidem postea
Mutuo se amplectentes veteris lecti legem repetiverunt.

9 Ἔργα φιλοτήσια] Occurrit apud Homerum Οδ. δ. ψ. 245.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἐτέλεσσε θεὸς φιλοτήσια ἔργα,
Cæterum postquam perfecit Deus amatoria opera.

10 Τὼ μὲν ἄρ' ἐν τρητοῖσι] Ita ex vet editt. & ipso Homero Iliad. λ. versu 448. emendandus est hic versus. Vulgo legitur,

Τὸν μετὰ ἄρ' ἐν τρητοῖσι κατευνάσατ' ἐν λεχέεσσι.

Apud Homerum legitur,

Τὼ μετὰ ἄρ' ἐν τρητοῖσι κατύνασθεν λεχέεσσι,

Id est,

Et hi quidem in pertusis cubarunt lectis.

Τρητοῖσι interpretatur scholiastes, τετυπτημένοις πρὸς τὴν τῶν χοινίων δέσιν, id est, *perforatis ad funium ligaturam.* Sed forsan ad rem Veneream trahendum est. *Thysius.* Ant. Thysius bene correxit hunc versum ex Il. γ. Sic enim voluit opinor, etsi λ dederint operæ. Intellexit autem Annianus verecundiam poetæ unico in verbo κατευνάσθην. Nam τὸ τρητοῖσιν ad rem Veneream trahere est pudorem violare ac quam Cornutum reprehensione, tam interpretatione spurca & odiosa rem inquinare. *Sic Pater.* Gronovius.

11 *Non prætextatis, sed puris honestisque*] Egregie ex ipsa oppositione docet, quæ sint illa prætextata verba. Hæc vero sic dici, quod nubentibus depositis prætextis clamarentur obscœna à multitudine puerorum, ut ex Festo hodie consensu traditur, quis credat? scilicet quum res deponitur & omnino nulla hîc apparet, verba eam induerint. Ut prætextatus puer dictus ab prætextæ usu, sic verba prætextata nequeunt dici nisi ab prætextis, non depositis, sed ibi locum habentibus & præsentibus, sive illa prætextatos tentarent, sive quo alio afficerent eosdem. Et venit in manum chartula paterna, in quâ sic ab ipso scriptum erat: Non satisfaciunt, quæ adhuc doctos viros protulisse comperi, cur prætextata de usu dicerentur formosorum & formosarum. Et tamen non arduum est intelligere, qualia quam detestabili, tam frequenti more istorum hominum prætextatis de utroque sensu dici solebant, quibus ad nequitiam sollicitarentur. *Idem.*

12 *Annæus Cornutus*] Vide supra lib. 2 cap. 6.

13 *Membra*] Improbe Corvino factum judicat Phil. Carolus, quia voluerit poeta hac vocula conjugale munus à simplice somno discriminare; simul adspiciens ad verba Solonis, quæ Lucianus citat, quæque innuit JCtus in lib. XXIII ad legem Juliam de adulteriis, etsi hæc verba in vulgatis adhuc desiderentur, etiam post admonitionem Budæi. Pudenda intellexit Probus; sicut poetæ nonnunquam appellant. Unde illud in Priapejis:

Sed ruber hortorum custos membrosior æquo.

Sed poeta Virgilius imitatus est Lucretium,

Nunc quibus ille modis somnus per membra quietem
Irrigat - - -

CAP. XI.

De Valerio Corvino, [1] *& unde Corvinus.*

2 De

1 *Et unde Corvini sit cognomentum*] Vos. Pet. Reg. cum Lipsiano: *& unde Corvinus*, ut ediderunt Carrio & Stephanus. *Sic Pater.* Florus 1, 14. *Et inde Corvini.*

[2] De M. Valerio, qui Corvinus appellatus est ob auxilium propugnationemque corvi alitis, haud quisquam est nobilium scriptorum qui secus dixerit. [3] Ea res prorsus admiranda sic profecto est in libris annalibus memorata. Adolescens [4] tali genere editus, [5] L. Furio, Claudio Appio consulibus fit tribunus militaris. Atque in eo tempore copiæ Gallorum ingentes [6] agrum Pomptinum insederant: instruebanturque acies [7] à consulibus de vi ac multitudine hostium [8] satis agentibus. Dux interea Gallorum, vasta & ardua proceritate, armisque auro præfulgentibus, [9] grandia ingrediens & manu telum reciprocans incedebat: perque contemtum & superbiam circumspiciens despicienſque omnia, venire jubet & congredi, si quis pugnare secum ex omni Romano exercitu auderet. Tum Valerius tribunus, cæteris inter metum pudoremque ambiguis, impetrato prius à consulibus ut in Gallum tam [10] inaniter arrogantem pugnare sese permitteret, progreditur intrepide modesteque obviam: & congrediuntur, & consistunt, & conferebantur jam manus, atque ibi [11] vis quædam divina fit. Corvus repente improvisus ad-

2 *De Maximo Valerio, qui Corv.*] Non capio sententiam hujus loci, nisi legatur: *De Marco Valerio, quod Corvinus appellatus est* &c. Huic autem Valerio prænomen fuisse non Maximo, sed Marco ex Livio & aliis historiæ Romanæ scriptoribus constat. Paulo post ubi legitur: *ut in Gallum tam immaniter arrogantem pugnare sese permitteret*: restitue: *in Gallum tam inaniter arrogantem*. Ita Livius de re simili loquens; *Armatum*, inquit, *adornatumque adversus Gallum ſtolide lætum producunt*. Lambecius.

3 *Ea res prorsus admiranda sic profecto est*] Reg. & Vos. *prorsus mirandа*. Suspicabar etiam timide sub 72 *profecto* latitare nomen scriptoris antiqui, cujus verba mox refert Gellius: & forte scripsum fuisse: *sic Peſcennio Feſto est in libris annalibus memorata*. Hujus enim Historiarum per saturam opus advocat Lactantius. *Sic Pater*. Gronovius.

4 *Tali genere editus*] Reipsa ad initium capitis *M. Valerio*, atque hinc ex tali genere editum refert. Antiquissimam Valeriam gentem cum Tatio rege Romam venisse tradit Dionysius lib. 4. De Valerio Publicola vide Plutarchum in ejus vita. Quidam hic legunt *Italo genere*, male. Justus Lipsius putabat non esse hæc verba Agellii, sed antiqui cujuspiam Annalium scriptoris, cujus nomen omissum sit. Itaque cum antea patentes nominasset Valerii & decora gentis, subjecit, *tali genere*, nimirum quale memoratum. *Thys.* Sed quod ipse Lipsius fatetur amico cuidam suo nulla vi persuadere ipsum potuisse, nisi hoc verum esset.

5 *Furio & Appio*] Non enim potui assentiri Stephano sic illa contrahenti, quum prænomen Furii sicut fordan in nonnullis MSS. omissum est, ita in multis & bonis exstat: in omnibus autem apparet nomen *Claudio*. Gronovius.

6 *Agrum Pomptinum*] Aliter, *Pontinus*. A Pometia dicitur *Pometinus*, *Pomtinus*, vel *Pomptinus*, & quia *m* ante *t* facile liquescit, *Pontinus*. Thys. Notus ager cum paludibus prope Tarracinam. Plane vero *Pomptinum* scribebat codex Thuaneus.

7 *A consulibus*] Deest *à* in Gif. membr. atque interpunctio fit post *acies*.

8 *Satis agentibus*] Ita MS. Giselini & ver. Ven. ed. aliter *satagentibus*. Thys. Vide Lipsium 2 Epist. Quæst. 16, quem miror, cur noluerit hunc locum accedere in librum 1 Elector. 21, ubi restituit verba eadem ex libro Gellii 3 cap. 8, ut ibi patet.

9 *Grandia ingrediens*] Ita vet. ed. Ven. anni ɔlɔ ɔccc lxxvii, quæ vice MS. esse potest, & MS. Giselin. vulgo *gratia dimicandi*. *Grandia ingredi* Græcanicum est. Homerus dixit μεγάλα βαίνειν, & Ammianus *grandia incedens*. Vide Lipsium citato loco.

10 *Immaniter*] MS. *inaniter*. Thys. Eriam Salmasius & Bourdelotius mecum ita in codice Regio & pater ex Lugdunensi noraverunt, ut debuerim id reponere.

11 *Vis quædam divina*] Quam exponit ample Livius: *Minus insigne certamen humanum nomine interposito Deorum factum. namque conserenti jam manum Romano corvus repente in galea consedit, in hostem*

advolat, & ſuper galeam tribuni inſiſtit, atque inde in adverſarii os atque oculos pugnare incipit, [12] inſilibat, obturbabat, unguibus manum laniabat, & proſpectum [13] alis arcebat; atque, ubi ſatis ſævierat, revolabat in galeam tribuni. Sic tribunus, ſpectante utroque exercitu, & ſua virtute niſus & opera alitis [14] propugnatus, ducem hoſtium ferociſſimum vicit interfecitque; atque ob hanc cauſam cognomen habuit [15] *Corvinus.* [15] Id factum eſt [17] anno quadringenteſimo quinto poſt Romam conditam. [18] Statuam Corvino iſti divus Auguſtus in [19] foro ſuo ſtatuendam curavit. In ejus ſtatuæ capite corvi ſimulachrum eſt rei pugnæque, [20] quam diximus, monumentum.

hoſtem verſus; quod primo ut augurium cœlo dimiſſum, lætus accepit tribunus. precatus deinde; Si divus, ſi diva eſſet, qui ſibi præpetem miſiſſet, volens propitius adeſſet. Dictum mirabile, tenuit non ſolum ales captam ſemel ſedem, ſed quotieſcunque certamen initum eſt, levans ſe alis, os oculoſque hoſtis roſtro & unguibus appetiit: donec territum prodigii talis viſu, oculiſque ſimul ac mente turbatum, Valerius obtruncat. Corvus è conſpectu elatus clam orientem petiit.

12 *Inſilibat, obturbabat*] Ita Giſ. membr. vulgo *inſibilat, obturbat.* Præterea MSSti *& unguibus.*

13 *Alis*] Giſel. cod. *alias.*

14 *Propugnatus*] Ita vet. ed. Ven. & MS. Giſ. vulgo *propugnantis.*

15 *Corvinus*] Valerius non Corvinus appellatus eſt, ſed Corvus, ut eſt in Faſtis Capitolinis. Suidas in v. Ἀμυσσειν ex incerto autore, Dione, ni fallor, hiſtoriam refert: Επεὶ δὲ προῆγε τοῦ οἰκείου τάγματος, κοραξ ἐφιζάνει τῷ δεξιῷ τοῦ ἀνδρὸς βραχιόνι ἀντιπρόσωπος τῷ Κελτῷ κατὰ τὸν ἀγῶνα φερόμενος, καὶ τοῖς τε ὄνυξιν ἀμύττων τὸ πρόσωπον, καὶ ταῖς πτέρυξιν ἐπικαλύπτων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀφύλακτον τῷ Βαλερίῳ τὸν πολέμιον παρέδωκεν τήν τε νίκην καὶ ἐπωνυμίαν χαριτάμενος· κόρβιος γὰρ ἐντεῦθεν ἐκλήθη. Henr. Valeſius.

16 *Id factum*] A ſuperiori verbo ſtatim poſt initium capitis, *adoleſcens*, uſque ad hunc locum putabat Scriverius eſſe verba Quadrigarii, qui pugnam Manlii Torquati ſimili modo infra c. 13. deſcripſit. *Thyſ.* Quam difficulter hoc credi poteſt? quam nihil momenti ad id credendum præbet Gellius? quam manifeſte is ipſe in cap. 3 ſignificat inde ſe petiſſe? imo & inde deſcribendi occaſionem declarat? Hæc omnia hinc abſunt. *Gronov.*

17 *Anno*] Aliter, *annis* ccccv. *Thyſ.* aut *quadringentis* v, ut eſt in Lugd. quum in Regio ſit *quadringentis quinque.*

18 *Statuam*] In porticibus, quæ ad latera fori erant, ſtatuæ erectæ Regum, ducumque Romanorum triumphali effigie. Suetonius in Auguſto cap. 31. *Proximum à dis immortalibus honorem memoriæ ducum præſtitit, qui imperium Populi R. ex minimo maximum reddidiſſent. Itaque & opera cujuſque manentibus titulis reſtituit: & ſtatuas omnium triumphali effigie in utraque fori ſui porticu dedicavit. Profeſſus eſt edicto, commentum id ſe, ut illorum velut ad exemplar, & ipſe dum viveret, & inſequentium ætatum Principes exigerentur à civibus.* Inter illas igitur ſtatuas etiam hæc Corvini fuit.

19 *In foro ſuo*] Auguſtus forum tertium præter Romanum & Julium conſtituit, in quo & Martis Ultoris templum dedicatum. Ovidius,

Ultor ad ipſe ſuos cœlo deſcendit honores
Templaque in Auguſto conſpicienda foro.

Inter urbis maxima opera recenſet Plinius. Reſtitutum poſtea ab Hadriano eſt, teſte Spartiano.

20 *Quam*] Giſ. MS. *ut.*

CAP. XII.

De verbis quæ in utramque partem ſignificatione reciproca & adverſa dicuntur.

UT *formidoloſus* dici poteſt & qui formidat & qui formidatur; ut *invidioſus*, & qui invidet & cui invidetur; ut *ſuſpicioſus* & qui ſuſpicatur & qui ſuſpectus eſt; ut *ambitioſus* & qui ambit & qui ambitur;

ut item *gratiosus* & qui adhibet gratias & qui admittit; ut *laboriosus* & qui laborat & qui labori est; ut pleraque alia hujuscemodi in utramque partem dicuntur: ita *infestus* ancipiti quoque significatione est. Nam & is *infestus* appellatur, qui malum infert cuipiam: & contra, cui aliunde impendet malum, is quoque *infestus* dicitur. Sed quod prius posui profecto exemplis non indiget, Sic adeo multi loquuntur, ut *infestum* dicant inimicum atque adversum. Alterum autem illud [1] ignorabilius obscuriusque est. Quis enim è medio facile dixerit, *infestum* esse, cui alter infestus est? [2] sed & veteres plerique ita dixerunt; & M. Tullius in oratione, quam pro [3] Cn. Planco scripsit, [4] vocabulo hoc sic usus est: *Dolebam*, inquit, *judices, & acerbe ferebam, si hujus salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benivolentia, præsidio custodiaque texisset.* Nos igitur de origine & ratione verbi quærebamus; atque ita in [5] Nigidianis [6] scriptum invenimus. *Infestum à festinando dictum. Nam qui instat*, inquit, *alicui, eumque properans urget, opprimereque eum studet festinatque;* [7] *aut contra de alicujus periculo & exitio festinatur: is uterque infestus dicitur, ab instantia atque imminentia fraudis, quam vel facturus cuipiam vel passurus est.* Ne quis autem de *suspicioso*, quod supra posuimus, & de *formidoloso* in eam partem, quæ minus usitata est, exemplum requirat; [8] inveniet de *suspicioso*, apud [9] M. Catonem de re Floria, ita scriptum: *Sed nisi qui palam cor-*

1 *Ignorabilius*] Vet. ed. *ignobilius*. Thys. Sed contra MSStos.

2 *Sed & veteres*] Sic edidi, quum nesciam cur prima vox in nuperis editionibus interciderit, quæ est firmata ab MSStis. *Gronov.*

3 *Cn. Planco*] Cod. Torn. *Plancio*. Extant hæc verba apud Ciceronem in principio Orationis. *Thys.* Sic Regius, Lugdun. S. Marci, qui omnes ignorant prænomen Tullii. Sed & sic notavit pater. Mendum cum turpi eruditorum patientia conjunctum. Cn. Plancum novi, sed Munacium, L. Munacii fratrem, vel ex XV Ciceronis ad Atticum, ubi & Burrhotius audit. At non hunc defendit ea oratione Cicero, unde verba ponit auctor Cn. est Plancius, qui exsulem Ciceronem Quæstor in Macedonia liberaliter & benigne suscepit & fovit. Igitur pro Cn. Plancio. *Scripsit ἀντὶ τῦ dixit*, quanquam parum interest, imperant membranæ. *Gronov.*

4 *Vocabulo hoc sic usus est*] Citat quoque Nonius eundem locum.

5 *In Nigidianis*] Citat quoque Nigidium Nonius hoc modo: *infesti proprietatem hanc esse Nigidius voluit, quasi nimium festinantis ad scelus, vel fraudem.*

6 *Scriptum invenimus*] Vett. editt. legunt, *commentariis invenimus scriptum. Commentaria* aliquotiens citat Gellius, ut lib. 15 c. 3. l. 17 c. 13. aliisque in locis. *Thys.* Sed hoc loco vocem istam MSSti nesciunt, ut bene sit expuncta.

7 *Aut contra de alicuius periculo*] In margine Salmasiani libri adscriptum, est legi debere *de cujus*. Gronov.

8 *Inveniet de suspicioso*] Verbum istud debet esse suspectum; adeo in multis & probis codicibus non reperitur. Et potest abesse, quia jam Gellius non jubet quærere assignato & indicato loco, ut facit alibi; sed ipsa verba ab se exscripta promit apponitque. *Idem.*

9 *M. Catonem de re Floria*] Cato enim contra Floralia, atque eorundem obscœnitatem librum scripsit, postquam semel theatro abiisset. De his ludis ita scribit Lactantius lib. 1. de Falsa Relig. *Celebrantur ergo illi ludi cum omni lascivia convenientes memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam, quibus obscœnitas omnis effunditur; exuuntur etiam vestibus populo flagitante meretrices, quæ tunc mimarum funguntur officio, & in conspectu populi*

corpore pecuniam quæreret, aut se lenoni locavisset, [10] *& si fabulosus & suspiciosus fuisset; vim in corpus liberum non æquum censuere afferri.* [11] *Suspiciosum* enim Cato hoc in loco suspectum significat, non suspicantem. *Formidolosum* autem, [12] qui formidetur, [13] Sallustius in Catilina ita dicit: *Igitur talibus viris non labos insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus.* Item [14] C. Calvus in poëmatis, *laboriosus*, dicit, non, ut vulgo dicitur, qui laborat, sed in quo laboratur:

Durum, inquit, *rus* [15] *fugis &* [16] *laboriosum.*

Eadem ratione [17] Laberius quoque in Sororibus,

Ædepol, inquit, *multum somniculosum:* & [18] Cinna in poëmatis:

Somni-

puli usque ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur. Arnob. l. 7. *Existimatur se tractari honorifice Flora, si suis in ludis flagitiosas conspexerit res agi, & migratum ab lupanaribus in theatra.* Hanc Flaram propudiosam meretricem fuisse testantur Plutarchus, Minutius, Augustinus. vide quoque Ovidium lib. 5. Fastor. & Valerium lib. 2 cap. 10. *Res* itaque *Floria* esse videtur, quæ ad Floram vel Florim pertinet. Flora enim etiam Dea Floris appellatur Ovidio.

10 *Et si fabulosus*] Ita se habet novissima editio Gellii, nescio an vitio typothetæ. In omnibus, quas vidi, editionibus, legitur *famulosus*. legendum *famosus*. Neque enim servilis conditionis homo intelligitur, cum inter liberos homines recenseat, dicit enim auctor noster, *vim in corpus liberum non æquum censuere afferri*. Inter alios autem excipit *famulosum*. Scribo itaque *famosum*. nisi *fabulosum*, pro *scenico* sumas, qui infamis habebatur. vide tit. D. de His qui not. inf. *Thysius*. Mira Thysii levitas? Qui quum lib. 3 cap. 10 potuit patrem assidentem consulere, id nunc facere derrectans maluit incertus vagari de novissima Gellii editione, & inter hoc cavillandi exemplum adstringere se furti, quum illud *famosus* ita videret à Stephano adscriptum in margine, prout etiam in Salmasiano exemplari ex Nonio hanc mutationem alius apposuit. Sed pater sic edidit ex Coleri Parergis, cujus videtur probavisse sententiam, quum displicerent *famulosus* perinde & *famosus*: nec intelligit scenicum, aut histrionem, quo significatu eam hîc vocem ferri posse suspicantur; sed qui cum Horatio diceret *fabula quanta sui*; sed eum, qui ludibrii aut contumeliæ causa multus in ore hominum versatur. Sic Clodium Cicero vocat veterem fabularum poetriam. Qui sic vixit, ut multis de se fabulis, rumoribus, sermunculis, dictis jocosis atque invidiosis originem & materiam præbuerit. *Gronov.*

11 *Suspiciosum enim hoc in loco*] Calamo exarati omnes. *Suspiciosum enim Cato hoc in loco suspectum significat.* Est enim ei *significat* dicendo intelligit. *Sic Pater.* Idem.

12 *Qui formidetur*] Recte discessit ita Stephanus ab prioribus editis, qui habebant *formidatur*, ac male id postea recipi placuit. Subjunctivus est in MSS. Regio, Petav. Lugd. aliisque.

13 *Sallustius in Catilinario*] Sic Carrio: sed scripti & editi *in Catilina ita dicit*.

14 *C. Calvum*] Poëta lascivus, ingenio pollens, familiaris admodum Catullo, adeo ut cum Catullo nominetur ab Horatio,

Nil præter Calvum & doctus cantare Catullum.

Ejus versus in mortem Quinctiliæ laudat Catullus, & Propertius lib. 2. Eleg. Alius fuit Calvus orator, cujus Seneca & Quinctilianus meminerunt, quem quidam omnibus anteponere oratoribus non dubitarunt.

15 *Fugis &*] Cod. Torn. *fugi sed.*

16 *Laboriosum*] Ita Catullus Nepotis *chartas doctas & laboriosas* appellat.

17 *Laberius quoque in Sororibus*] Citat quoque Nonius in verbo *somniculosus*. Sed interpretatur barbare, *quo ad somnos vocet*, forsan scribendum *vocet*. Nam hîc ille est, qui somnum conciliat, *καρωτικός*. Et juxta Mercerum in Annotationibus ad Nonium forsan legi debet, *Ecastor mustum somniculosum*. Verba sunt mulieris quæ mustum ebiberat. *Thys.* Etiam Afranii sorores citantur. Muki ex MSS. habent *soporibus*.

18 *Cinna in Poëmatis*] Hic tanto in pretio fuit Virgilio, ut se longe inferiorem illo in Bucolicis Eclog. 9. statuat.

Nam neque adhuc Vario videor, nec dicere Cinna
Digna, sed vrgutos interstrepere anser olores.

Præter Epigrammata edidit opus elaboratum, sed obscurum, *Smyrnam* nomine, in quo poliendo no-

Somniculosam ut Pœnus aspidem [19] *Psyllus.*

[20] *Metus* quoque & *injuria*, atque [21] alia quædam id genus, sic utroque-versum dici possunt. Nam *metus* hostium recte dicitur, & quum timent hostes & quum timentur. Itaque Sallustius in historia prima, *metum Pompeji* dixit, [22] non quod Pompejus metueret (quod est usitatius) sed quod metueretur. Verba hæc Sallustii sunt: *Id bellum excitabat metus Pompeji victoris Hiempsalem in regnum restituentis.* Item alio in loco: *Postquam remoto metu Punico* [23] *simultates exercere vacuum fuit. Injurias* itidem dicimus tam illorum qui patiuntur, quam qui faciunt. Quarum dictionum exempla sunt facilia inventu. Illud etiam dictum à Virgilio eamdem habet formam communicatæ ultro & citro significationis:

[24] *Et vulnere*, inquit, *tardus Ulyxi.*

quum diceret vulnus, non quod accepisset Ulyxes, sed quod dedisset. *Nescius* quoque dicitur tam is qui nescitur, quam qui nescit. Sed super eo *qui nescit* frequens hujus vocabuli usus est: infrequens autem de eo est, *quod nescitur. Ignarus* æque utroquevorsum dicitur, non tantum qui ignorat, sed & qui ignoratur. Plautus in Rudente:

[25] *Quæ in locis nesciis nescia spe sumus.*

Sal-

vem integros annos impenderat. Extat in ejusdem Smyrnam Epigramma Catulli.

19 *Psyllus*] Crebra & aspidis & psylli memoria in nece Cleopatræ aliisque occasionibus, de quibus ut Africæ monstris actum satis.

20 *Metus*] Cod. Torn. *metus quoque*. Thys. Atqui id habent jam Aldina & Gryphianæ aliæque: immo non aliter est in MSS. Reg. S. Marci, & sit satis, quod infra sequitur *ignarus æque utroque vorsum* &c. ubi tamen etiam nonnulli mutare voluerunt, sed improbe. *Gronovius.*

21 *Alia quædam id genus*] Ex Petaviano annotatur *generis*, quod suspicit & probat pater ad Livium 32, 37. Id ipse quoque signavit ex codice Memmiano; sed in quod tamen nullum alium consentire vidi. *Idem.*

22 *Non quod Pompejus metueret*] Ita negligenter edunt, quum scripti codices, certe meliores, darent *non quò*, quæ Tulliana imitatio decebat doctrinam hujus scriptoris. Quin etiam Aldus, & Ascensius jam sic ediderant: quasi imprudenter corruperint ex similibus mox verbis de vulnere Ulyxi, sed occupavit monere pater ad Livium 39, 13. *Idem.*

23 *Simultates*] In margine mei cod. adscriptum, *milites*. Thys. Quod quacunque ratione illuc venerit, non est nisi suspicio Lud. Carrionis in Scholiis ad fragmenta Sallustii p. 113.

24 *Et vulnere*] Extat lib. 2. Æneid. ℣. 436.

25 *Quæ in locis nesciis, &c.*] Id est, in locis ignotis dubia & incerta spe sumus. Extat Scena 5. Actus 1. in Rudente apud Plautum. vulgo etiam in antiquis editionibus legebatur nullo sensu, *Quæ incolis nescius, nescias pessimus.* Vide & Nonium in *Nescium.* Eodem modo *nescia tributa* dixit Tac. Annal. 1. in Orat. Arminii ad Cheruscos, pro *ignota* vel *quæ ignorantur.* & Virgil. Æn. 4. *liquitque volatile ferrum nescius*, teste Servio: nisi quis ibi accipiat pro ignorante; namque aufugientes cervas venator telis impetens, unam ex iis nescius, id est ignorans, vulnerare potest, quia frondibus sagittam immissam existimat. Vide tamen Servium ad Virg. libro citato ℣. 71. *Thys.* Sed arripuit aliquid in hoc loco, ut eum vocet perturbatissimum, Pricæus ad Apulejum pag. 432. quasi talis foret, quia verba Plauti tamdiu differuntur, & non adjunguntur statim illis quæ dici incipiant de voce *nescius*, ut foret: *Nescius quoque dicitur tam is qui nescitur, quam qui nescit. Plautus in Rudente. Quæ in locis nesciis nescia spe sumus. Sed super* &c. Quod sicut non turbarem, si ita digessisset Gellius; ita quum sermoni demum suo de duabus

Salluſtius:

More humanæ cupidinis [26] *ignara viſundi.* Virgilius:

[27] *Ignarum Laurens habet ora Mimanta.*

bus idem notantibus vocibus prorſus abſoluto exempla omnium ſimul ſubjicere voluit, id ut pateremur, jure ſuo poſtulare potuiſſe videtur. *Gronovius.*

26 *Ignara viſundi*] Id eſt, ignota explorandi & inſpiciendi. Hæc quoque ex Gellio tranſcripſit Nonius in verbo *ignarum*. Extat locus in Salluſtii Bello Jugurth. cap. 93. Ita vocabulo *ignari* uſus quoque eſt Tacitus: *per occulta & vigilibus ignara*. Ovid. x. Metamorph.

Jamque aderat Theſeus proles ignara parenti.

27 *Ignarum*] Extat verſus lib. 10 Æn. 709.

CAP. XIII.

Verba ex hiſtoria Claudii Quadrigarii, quibus Manlii Torquati nobilis adoleſcentis & hoſtis Galli provocatoris pugnam depinxit.

T. Manlius ſummo loco natus [1] adprimeque nobilis fuit. Ei Manlio cognomentum [2] factum eſt Torquato. Cauſam cognomenti fuiſſe accepimus torquis ex auro [3] induvias, quam ex hoſte, quem occiderat, detractam induit. Sed [4] quid hoſtis & quod genus & quam formidandæ veſtitatis, & quantum inſolens provocator, & [5] cuimodi fuerit pugna decertatum, Q. Claudius primo annalium puriſſime atque illuſtriſſime ſimplicique & incomta orationis antiquæ ſuavitate deſcripſit. Quem locum ex eo libro Favorinus philoſophus quum legeret, non minoribus quati afficique animum ſuum motibus pulſibuſque dicebat, quam ſi ipſe coram depugnantes eos ſpectaret. Verba Q. Claudii, quibus pugna iſta depicta eſt, adſcripſi. *Quum interim Gallus quidam* [6] *nudus*, [7] *præter ſcutum & gladios duos* [8] *torque atque armillis decoratus proceſſit: qui & viribus & magnitudine & adoleſcentia ſimulque virtute cæteris antiſtabat. Is maximè prælio commoto* [9] *atque utriſque ſummo ſtudio pugnantibus manu ſignificare cæpit,* [10] *utrinque quieſcerent* [11] *pugnæ. Facta pauſa eſt. extemplo*

1 *Adprimeque nobilis*] Duplex alioquin fuit Manlia gens, patricia, & plebeia, ut ex Cic. Philipp. 1. apparet. *Thyſ.* Fuerit. Quid inde? an plebeia nequivit apprime eſſe nobilis illo tempore, jam communicatis honoribus?

2 *Factum eſt Torquatus*] Sic veteres omnes, certe meliores habere video; quod cur auctori negatur, ut ſupponant dativum *Torquato*, qui ſane non melior? Ex uno Scheffer. ſcripſit pater *Torquati*. Recte Carrio vel Stephanus. *Gronov.*

3 *Induvias*] Indumenta. ſicut *exuvias* vocat ſpolia. *Thyſ.* Sed MSSti fere conſenſu agnoſcunt *induvies*.

4 *Quid hoſtis*] Vulgo *quis*. male.

5 *Cuimodi fuerit pugna*] Sic Lipſius è MS. & adfirmant apud me uterque Voſſianus. *Sic Pater.* Gron.

6 *Nudus*] Non loricatus.

7 *Præter ſcutum & gladios duos*] Scuta ingentia Germanis Galliſque, longi & graves gladii, quibus cæſim pugnabant. videntur ex hoc loco duos gladios geſtaſſe, alterum longiorem & graviorem, alterum leviorem inſtar pugionum, ſicuti hodieque effigies comitum Hollandiæ conſpiciuntur. Etiam Romanis ſuo tempore hoc in uſu fuiſſe affirmat Joſephus lib. 3. Excidii.

8 *Torque atque armillis*] Livius: *Verſicolori veſte, pictiſque & auro cælatis refulgens armis.*

9 *Atque utriſque*] Sic omnes noſtri, non *utriis*, ut Lipſius. *Ita Pater.* Gronov.

10 *Utrique quieſcerent pugnæ facta pauſa eſt*] Ita Carrio. Ut *levare religionis* Livius, *abſtinere auarum calidæque viæ* Horatius, *liberare curæ* inquit Aul.

templo silentio facto [12] *cum voce maxima conclamat,* [13] *si qui secum depugnare vellet, uti prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem atque immanitatem* [14] *facies. Deinde Gallus* [15] [16] *irridere atque* [17] *linguam exertare. Id subito perdolitum est cuidam T. Manlio summo genere nato, tantum flagitium civitati* [18] *accidere, ex tanto exercitu neminem prodire. Is, ut dico, processit: neque passus est virtutem Romanam ab Gallo turpiter spoliari,* [19] *scuto pedestri &* [20] *gladio Hispanico cinctus contra Gallum constitit. Metu magno* [21] *ea* [22] *congressio* [23] *in ipso ponte, utroque exercitu inspectante, facta est. Ita, ut ante dixi, constiterunt: Gallus sua disciplina* [24] *scuto projecto* [25] *cantabundus: Manlius animo magis quam arte confisus* [26] *scu-*

Auf. Popma. Priores pinguius *quiescerent pugnare*, *pugnæ facta pausa est*. Itaque homo eruditus, quia lib. 2, 28 nostri invenit *statuere & edicere quiescebant*; qui Græcismum subesse putarunt, ait, & *pugnæ* reponebant, omnino falsi. Diceret aliquid, si genere loquendi offensi ex libidine sic mutassent. At illi vetustatem secuti sunt ducem, quod nobis ex Reg. duobus Pet. duobusque Vossianis constat. In minus finceris *pugnare* quidem retinetur, sed deest τὸ *pugnæ*: cui sine dubio illud subjecit, qui ut *quiescere pugnæ* diceretur, parum intelligebat. Inter Popmæ exempla suspectum primum vide ad Liv. 21, 62. Sed subjiciemus aliud è Sisenna lib. 3. *Occulti tacitique advenientium cohortium præstolari incipiunt.* Neque enim ibi cum Popma legendum *advenientiam*. Sic Pater. *Gronov.*

11 *Pugna*] Ita Carrio emendat ex libro Busidiano. vulgo *pugnare*, *pugnæ facta pausa est*. Quæ videntur esse à glossemate. Vulgata tamen lectio etiam tolerari potest.

12 *Cum voce maxima conclamat*] Sic jam Ascensiana & omnes scripti. Vulgo *inclamat*. Sic Pater.

13 *Si qui*] Carrio legit, *si quis*.

14 *Facies*] Ita Apulejus Metam. lib. 6. *Potest in asino meo latere aliquid, vel vultus hominis, vel facies Deorum*, pro *faciei*. Vide sequens c. 14.

15 *Irridere*] Vulgo additur *cœpit*, sed abest à Giselini membranis.

16 *Irridere cœpit atque lingua exerrare*] Poterat abesse τὸ *cœpit*, ut abest à cod. Giselini: sed quia servant omnes nostri, delere non ausim. Sed utcumque idem omnes *lingua exerrare*, tamen cum Regio *linguam exertare* malo. *Gronov.*

17 *Linguam exertare*] Aliter *lingua exerrare*, quod est juxta Lipsium linguam extra os projectam per irrisum reciprocare. Retine *exertare*, ita Livius quoque *exerere* dixit.

18 *Accidere*] Carrio legit, *accedere*.

19 *Scuto pedestri*] Aliud enim equestre scutum erat, Manlius autem eques pedestri prælio scutum mutavit.

20 *Gladio Hispanico*] Vetus liber, ut Carrio testatur, *gladio Spanico constitit contra Gallum. Hispania* etiam *Spania* veteribus dicitur. Ita in membranis Justini, & in optimis Q. Curtii exemplaribus legi testatur Bongarsius. Sed apud alios quoque ita scriptum invenitur. Qualis fuerit gladius Hispanicus vel Spanicus docet Polybius lib. 6. ἅμα δὲ τῷ θυρεῷ μάχαιραν, ταύτην δὲ περὶ τὸ δεξιὸν φέρει μηρὸν, καλοῦσι δὲ αὐτὴν ἱσπανικήν. Ἔχει δὲ αὐτὴ κέντημα διάφορον, καὶ καταφορὰν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν βίαιον, διὰ τὸ τὸ ὀξυτέλεσκον αὐτῆς ἰσχυρὸν καὶ μόνιμον εἶναι. Id est, *una cum scuto gladium, quem gestat ad dextrum femur, Hispaniensem vocant, habetque mucronem eximium, & ictum utrinque validum, quoniam lamina ejus firma est & stabilis.* Hispanicum ensem hic intelligit Auctor noster, non quod revera tum temporis tales gladii in usu essent (neque enim tum noti Hispani) sed quod ad instar illorum, qui postea Hispanici dicti sunt, fabricati essent. Hisce punctim & cæsim pugnabant. tanta firmitas eorum erat, ut galeas dividerent teste Seneca lib. 5. de Benef. Vide Lipsium l. 3. de Mil. Rom. Dial. 3.

21 *Ea congressio* &c. *facta est*] Sic omnes omnino nostri: nusquam quod uni suo delegat Carrio, *eam congressionem factum est*. Mala manus videtur & caret exemplo sermo. Nam, ut *contumelia factum itur*, dicat sane etiam *ea congressio factum itur*: non tamen ausim propterea dicere; *eam contumeliam factum est*. Cum dicitur *itur factum*, τὸ *factum* supinum est verbi activi: cum dicitur *est factum*, τὸ *factum* præteritum est. *Ita Pater.* Gronov.

22 *Congressio*] Legit Carrio, *eam congressionem*, &c. *Factum est* ex vetere libro, sed serva solitam lectionem.

23 *In ipso ponte*] Ad Anienem fluvium.

24 *Scuto projecto*] Objecto, immisso. Vide Livii de hac pugna locum.

25 *Cantabundus*] Alii legunt *cunctabundus*, vel *cautabundus*. Acidalius, *captabundus*, sed retine usitatam lectionem. Livius lib. 7. etiam de cantu,

exul-

[26] *ſcutum ſcuto percuſſit, atque ſtatum Galli conturbavit. Dum ſe Gallus iterum eodem pacto conſtituere* [27] *ſtudet, Manlius iterum ſcutum ſcuto percutit,* [28] *atque de loco hominem iterum dejecit: eo pacto ei ſub Gallicum gladium ſucceſſit, atque Hiſpanico pectus hauſit: dein continuo humerum dexterum* [29] *eodem* [30] *conceſſu incîdit, neque receſſit uſquam donec ſubvertit,* [31] *ne Gallus impetum* [32] *ictti haberet. Ubi eum evertit,* [33] *caput præcædit: torquem detraxit, eamque ſanguinolentam* [34] *ſibi in collum imponit quo ex facto ipſe poſterique ejus* [35] *Torquati ſunt cognominati.* Ab hoc T. Manlio, cujus hanc pugnam Quadrigarius deſcripſit, imperia & aſpera & immitia [36] Manliana dicta ſunt: quoniam poſtea [37] bello adverſum Latinos quum eſſet conſul, filium ſuum ſecuri percuſſit; qui ſpeculatum ab eo miſſus, [38] ne pugnaret interdicto, hoſtem, à quo provocatus fuerat, occiderat.

exultatione, armorumque vana agitatione loquitur.

26 *Scutum ſcuto percuſſit*] Servius in 1. Æneid. *Qui ſcripſerunt de Arte militari, dicunt ſummum genus eſſe dimicandi, quoties calcato umbone adverſarii, ſe in hoſtilem clypeum erigit miles, & ita contra ſtantis vulnerat terga.*

27 *Studet*] Vet. liber *ſtuderet.*

28 *Atque de loco*] Ita Carrio. vulgo, *de loco certo.* Thyſ. Putabam *capto*, ſed ignorant eam vocem omnes noſtri, perinde ut Lipſianus. *Pro fecit* quod idem Lipſius, non invenio, niſi in uno chartaceo Petaviano. Sic Pater. Gronov.

29 *Eodem conceſſu*] Olim *concuſſu.* Lipſius è Giſel *conceſſu*, quod ſit, eodem impetu, eadem aggreſſione. Scaliger *concæſu.* Reg. & Voſ. alter *conſenſu.* Alter ejuſdem Voſſ. & duo alii *congreſſu* aut *cæſu.* Petav. *conceſſu.* Et hoc verum puto, non tamen cum Lipſii interpretatione. Accipio enim *eodem conceſſu* Galli, eadem patientia ejus & ſtupore immobili, quo perturbatus non feſtinaverat reſilire ſubeunte longum ejus gladium Manlio: & acceperat intentatum in pectus ictum. *Eodem conceſſu*, eſt pariter, verbis Petronii, non repugnantis, juxta imprudenter ſe præbentis. *Sic Pater. Idem.*

30 *Conceſſu*] Ita Lipſius. Vet. codex *concuſſu*, quid ſi *congreſſu* legatur? inveni quoque *cæſtu* forſan *cæſu*, vel *concæſu.*

31 *Ne Gallus impetum ictti haberet*] Carrio ex vet. cod. *iſtius.* Igitur cum MSS. auctoritatem putavere, tanquam jusjurandum mendacio prætexere criminatur Titius. Sed & ſerius hic, quum dicit, & ſcio. nam *iſtius* in cod. Buſlidiano lectum, ut mihi jam notaverat Lipſius 4 epiſt. 2, qui etiam *ictuis* inde conjecit, quod probarem, niſi omnes omnino noſtri tenerent *ictti*, præter Reg. qui *in ictu.* Valde autem probabile, quod Scaliger ſub nomine Yvonis Villiomari prodidit 2, 4 hæc verba ſuperius eſſe collocanda hoc modo: *eo pacto ei ſub gladium Gallicum ſucceſſit, ne Gallus impetum ictti haberet, atque Hiſpanico pectus hauſit.* Sic Pater. Gronov.

32 *Ictti*] Ictus. Vet. cod. teſte Carrione *iſtius.* fortan legendum, *ictuis.*

33 *Præcædit*] Aliter, *præcidit.*

34 *Sibi in collum imponit*] Ita vetus codex, *eumque ſanguinolentum ſibi imponit.* ſed refragatur Nonius in verbo *torquem.*

35 *Torquati*] Per militares facetias T. Manlius Torquati nomen accepit, *Dictator coronam auream addidit donum, miriſque pro concione eam pugnam laudibus tulit*, ut teſtatur Livius lib. 7.

36 *Manliana*] Vide ſupra Auctorem noſtrum lib. 1. c. 13. & quæ ibi annotata, pag. 64. *Thyſ.* Sed multi ex MSS. *Manlia.*

37 *Bello adverſum Latinos*] Ita etiam Livius, Valerius, Auctor de Vir. Ill. Oroſius lib. 4. ſcribunt. Salluſt. & Dionyſius Antiq. l. 4. bello Gallico illud contigiſſe referunt. Plutarch. hoc anno contra Samnites à Torquato pugnatum refert, contra hiſtoriæ fidem. Etiam confuſio in prænomine. Nam Salluſtius pro Tito A. Manlium appellat. Frontinus lib. 4. Strateg. cap. 1. Manlium poſtea *Imperioſi* cognomen accepiſſe affirmat. Sed fallitur. Hic enim fuit L. Manlius Titi pater, qui ab oſtentatione ſævitiæ ita dictus, ut teſtatur Livius l. 7. & Seneca l. 3. de Benef. c. 37. Idem fragmenta vetuſtiſſimorum marmorum Romæ effoſſa ſatis indicant.

38 *Ne pugnaret*] Hæc abſunt in Ms. & cod. Torneſ. Thyſ. Reg. duo Pet. duoque Voſ. Lin. olim Schefferi, Th. neſciunt τὸ *ne pugnaret*: omnes autem *occiderat*, ut edidit Carrio, non *occidit.* Sic Pater. Gronov.

CAP. XIV.

Quod idem Quadrigarius, [1] hujus facies, *patrio casu probe & Latine dixit: & quædam alia apposita de similium vocabulorum declinationibus.*

QUOD autem supra scriptum est in Q. Claudii verbis, *propter magnitudinem atque immanitatem facies:* id nos aliquot veteribus libris inspectis exploravimus; atque ita esse, ut scriptum est, comperimus. Sic enim pleraque ætas veterum declinavit, *hæc facies, hujus facies,* quod nunc propter rationem grammaticam *faciei* dicitur: corruptos autem quosdam libros reperi, in quibus, *faciei* scriptum est, illo, [2] quod ante scriptum erat, obliterato. [3] [4] Meminimus & [5] in Tiburti bibliotheca invenire nos in eodem Claudii libro scriptum utrumque, *facies* & *facii.* Sed, *facies,* [6] in ordine scriptum fuit, & contra per *ii* geminum, [7] *facii.* neque id abesse à quadam consuetudine prisca existimavimus. nam & ab eo quod est *hic dies* [8] tam *hujus dii*, & ab eo quod est *hæc fames* tam *hujus fami* dixerunt. Q. Ennius in sextodecimo annali *dies* scripsit pro *diei* in hoc versu:

[9] *Postremæ longinqua dies* [10] *confecerit ætas.*

Ciceronem quoque affirmat Cæsellius in oratione, quam pro [11] P. Sestio fecit,

1 *Hujus facies*] Ita in aliis quoque vocabulis similis terminationis sæpe legitur. Lucretius lib. 4.

Et stimuli subsunt, qui instigant lædere idipsum
Quodcunque est, rabies unde illæ hæc germina surgunt.

2 *Quod ante scriptum erat, obliterato*] Id palam agnovi quoque in exemplari Thuaneo, in quo erat scriptum *faciei*, sed nequaquam à manu prima, sed secunda quasi correctrice. *Jac. Gronov.*

3 *Meminimus, &c. invenire*] Valla hunc modum loquendi ridet. Agroetius antiquus grammaticus *memini* cum præsenti infinitivo non præterito scribendum auctoritate veterum auctorum probat.

4 *Meminimus & in Tib.*] Quidquid collationum penes me est, in eis aut omittitur vocula secunda aut legunt *etiam.* Nulla probat hoc Stephanicum &.

5 *In Tiburti bibliotheca*] Meminit Auctor ejusdem bibliothecæ lib. 19. c. 5. dicitque in Herculis templo fuisse. Videtur publica fuisse, forsan Adriani, qui eo secessu lætabatur. Vide *Lipsium* lib. de Biblioth. c. 8.

6 *In ordine scriptum fuit*] Gifanius in Indice Lucretiano ingerit ex ver. lib. *in ordinem.* Nemo nostrum adspirat: & quid est necesse? sed observandum genus loquendi, *scriptum in ordine*, hoc est, in ipsa serie & contextu operis, *contra scriptum*, in margine pro varia lectione. *Sic Pater.* Gronov.

7 *Facii*] Quod à *faciei* deductum videtur. Ab iis quæ in *es* terminantur, quadruplex fuit genitivus, in *es*, *ei*, *ii*, & *e.* Ita dixerunt, *dies*, *diei*, *dii*, & *die*, ut late ostendit Vossius lib. 2. de Analog. cap. 19.

8 *Tam hujus dii, & ab eo, quod est hæc fames, tam hujus famii dixerunt*] Sic Ro. Ven. Aldi, Gryphianæ. Nec MSS. aliter, nisi quod *quam hujus fami.* Badiana Vascosani & alia Parisiensis anno ante Stephanicam nata *tam hujus dies quam dii & ab eo, quod est hæc fames tam hujus fames quam famii.* Videbantur enim particulæ istæ alieniore loco positæ aut hujusmodi supplementum desiderare. Ego vero utramque corruptam censeo, & pro eis restituendum *etiam* vel *item* hoc modo: *nam & ab eo, quod est hic dies, item hujus dii, & ab eo quod est hæc fames, item hujus fami dixerunt.* Cur enim *famii.* Sic Pater. *Gronov.*

9 *Postremæ*] Alii legunt *postreme*, alij *postrema.*

10 *Confecerit*] Vet. ed. *quum fecerit.* Thys. Hoc *confecerit* ab Aldo est, & sic scripti. Pet. Vos. alter, Scheff. Lincoln. Thuan. Ro. & Ven. *quum fecerit.* Bad. *cum fecerit.* Reg. & Vos. alter *quod fecerit.*

11 *P. Sestio*] Apud Ciceronem legitur *pro P. Sextio*, in Ms. plerisque *Sestio.* Sed quia hic plebejus *Sextio* scribendum Puteanus arbitratur. Sestia enim gens patricia, teste Livio.

12 *Hæc*

fecit, *dies* scripsisse, pro *diei*. quod ego impensa opera conquisitis veteribus libris plusculis ita, ut Cæsellius ait, scriptum inveni. verba sunt [12] hæc Marci Tullii: *Equites vero daturos* [13] *illius dies pœnas*. quocirca factum hercle est, ut facile iis credam, qui scripserunt [14] idiographum librum Virgilii sese inspexisse, in quo ita scriptum est:

[15] *Libra dies* [16] *somnique pares ubi fecerit horas.*

[17] Id est, *Libra diei somnique*. Sed sicut hoc in loco *dies* à Virgilio scriptum videtur: ita in illo versu [18] nihil dubium est, quin *dii* scripserit pro, *diei:*

[19] *Munera lætitiamque dii* — —

Quod imperitiores, *dei*, legunt ab insolentia scilicet vocis istius abhorrentes. Sic autem *dies dii* à veteribus declinatum est; ut *fames fami, pernicies pernicii, progenies progenii, luxuries luxurii, acies acii*. Marcus enim [20] Cato in oratione, quam de bello Karthaginiensi composuit, ita scripsit: *Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa*. Lucilius [21] in quintodecimo: *Rugosum atque fami plenum*. [22] Sisenna in historiarum libro

12 *Hæc Marci Tullii*] In Regio neque nunc istud prænomen legitur, nec postea, ubi editur *Marcus quoque Tullius*. Gronov.

13 *Illius dies pœnas*] Putat Stephanus Cæsellium & Gellium usos fuisse corruptis codicibus, vel quod Cicero referat non sua sed consulis ἀγχαίζοντος verba, vide cap. 12. Or. Ciceronis.

14 *Idiographum*] Propria manu scriptum.

15 *Libra dies*] Extat hic versus Georg. 1. ℣. 208. Hodie legitur, *libra die*, neque hujus genitivi Servius meminit. Quin & Priscianus ita legit. Neque in antiquis Codicibus, etiam Ms. Bibliothecæ Leidensis aliter legitur. Quidam etiam *dii* pro *diei* hic legerunt, teste Charisio.

16 *Somnique*] Noctem intelligit, quam somno meritur. Sub libra autem ut notum, æquinoctium est autumnale.

17 *Idest, libra diei somnique*] An credimus Gellium hæc conjunxisse & sic concepisse sententiam poetæ? certe enim non *libra dies somnique* intelligi potest, sed libra fecerit pares horas dies somnique. Quid ergo? Scias, lector, voces illas omnes *pares ubi fecerit horas, id est, libra diei somnique* abesse ab codice Regio, ac licet in aliis legantur, tamen recte opinor & volente Gellio deletum iri. Non enim jam vult explicare. *Jac. Gronov.*

18 *Nihil*] C. Torn. *non*. Thys. Immo illud *nihil* est solius Stephani, qui primus intulit. Priores editi *non*, prout legitur etiam in MSS. sed eorum nonnulli transpositis vocibus *dubium non est*. Gronov.

19 *Munera lætitiamque dii*] Extat hemistichium lib. 1. Æneid. ℣. 640. Servius quoque dicit nonnullos *dii*, multos *die* pro *diei* legisse, sicuti in aliquot Maronis Codd. Mss. hodieque legitur, sed ipse legit *Dei*, id est Liberi patris, quo vinum denotat. Esculenta miserat Dido, quidni & potulenta? Scripserat ante Virg.

Nec minus interea sociis ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga suum, pingues centum cum matribus agnos.

An hoc unius diei sociis erit apparatum convivium? Et quidem sine vino? Vide Parrhasium Ep. 33. Corradus putat hæc omnia à Didone missa, ut Neptuno sacrificarent: quæ res munera lætitiamque *Deo*, id est, Neptuno afferat.

20 *Cato*] Fuere Orationes Annalibus ejus insertæ, ut alibi dictum est: neque enim ex professo historiam de Bello Carthaginiensi scripsit, ut Colerus judicat ex eo, quod Nonius illum de *Bello Carthaginiensi* citat. In Epitome Livii lib. 49 luculentus ea de re locus, *Extat oratio annalibus ejus inclusa*.

21 *In quinto decimo*] Cod. Torn. XII. *Thys.* Immo hic numerus est in omnibus editis ante Stephanum; isque probatur ab omnibus nostris scriptis.

22 *Sisenna*] Designat L. Cornelium Sisennam, qui Historias conscripsit, & in iis res Sullanas. De eo ita Sallustius de Bello Jugurthino judicat: *L. Sisenna optime & diligentissime omnium, qui eas res dixere, persecutus, parum mihi libero ore locutus videtur*. Meminit ejus quoque Cicero in Bruto & in primo de LL. cum laude. Vellejus Paterculus l. 2. bello Numantino juvenem fuisse dicit.

libro sexto: *Romanos inferendæ pernicii causa venisse.* [23] Pacuvius in Paullo:

Pater supreme nostræ progenii patris.

[24] Cn. Matius in Iliadis XXI.

[25] *Altera pars acii* [26] *vitassent fluminis undas.*

Idem Matius in [27] tertio & vicesimo,

[28] *An maneat specii simulachrum in morte silentum.*

C. Gracchus de legibus promulgatis; *Ea luxurii causa ajunt institui.* Et ibidem infra ita scriptum est. *Non* [29] *est ea luxuries,* [30] *quæ necessario parentur vitæ causa.* Per quod apparet eum ab eo quod est *luxuries luxurii* patrio casu dixisse. Marcus quoque Tullius [31] in oratione, qua Sex. Roscium defendit, *pernicii*, scriptum reliquit. Verba hæc sunt: *Quorum nihil pernicii causa divino consilio, sed vi ipsa & magnitudine rerum factum putamus.* Aut *facies* ergo in casu patrio, aut *facii* Quadrigarium scripsisse [32] existimandum est. *facie* autem in nullo veteri libro scriptum reperi. In casu autem dandi, qui purissime locuti sunt, non *faciei*, uti nunc dicitur, sed *facie* dixerunt. Lucilius in Satiris:

[33] [34] *Primum*, inquit, *facie quod* [35] *honestatis accedit.*

Idem Lucilius in libro septimo:

Qui te [36] *diligat, ætatis facieque tuæ se*
Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur.

Sunt

23 *Pacuvius in Paullo*] Citat Pacuvii versum quoque Nonius in verbo PROGENII.

24 *Cn. Matius*] Vide supra lib. 6. cap. 6.

25 *Altera pars acii*] Desumptus versus ex Iliad. XXI. initio, ubi dicit partem copiarum Xanthum fluvium vitasse ἥτις οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι φοβέοντο, id est, *qua alii turbati fugerant.*

26 *Vitassent*] Ita in Ms. alter *vitasset.*

27 *Tertio & vicesimo*] Cod. Torn. XIII, vel *tertio decimo*, ut est in editis, & hunc numerum firmant scripti. Video notatum in exemplari editionis Gryphianæ Scaligerum fecisse XXIII. *Gronov.*

28 *An maneat specii*] Versus desumptus ex Homero Il. Ψ.

Ὢ πόποι, ἦ ῥα τις ἐστὶ καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι
Ψυχὴ καὶ εἴδωλον - - -

Vide Scaligerum ad Varronem p. 110. ubi plura loca Mattii cum Homericis comparat.

29 *Est ea luxuries*] Aliter, *ea esse luxurii.*

30 *Quæ necessario parentur*] Quasi hæc Gracchi verba respiceret Varro, refert hujus fragmentum Nonius pag. 547 ex libro 1 de vita populi R. *Itaque ea sibi modo ponere & suspendere, quæ utilitas postularet, trulleum, matellionem, pelvim, nasiternam; non quæ luxuriæ causa esse parata.* Jac. Gronov.

1 *In oratione*] Extant hæc verba cap. 45. ejusdem orat.

32 *Existimandum est*] In quodam Ms. *existimamus.*

33 *Primum*] Ita cum Scaligero hunc versum emenda,

- - *Primum facie quod honestas*
Accedit - - -

34 *Primum, inquit, facie quod honestatis accedat*] Sic Carrio, cum ederetur *Et primum inquit facie honestas accedit.* Sed MSS. τὸ *Et* ignorant: dein omnes alii, *quod honeste tantis accedit.* Lincoln. & Scheff. *q. onuste tantis.* Scaligerum ajunt fecisse . . *primum facie quod honestas Accedit:* posse quoque legi *honestæ*, & cod. Tornes. *honestæ satis.* Certe ista *satis* & *tantis* aliquid alunt monstri. Forte: *primum facie quod honestæ Laus accedit.* Sic Pater. Gronov.

35 *Honestatis*] Legi quoque potest, *honestæ* C. Torn. *honestæ satis.*

36 *Diligat*] Vet. cod. *diligit.* Thys.) Quis ille vetus codex fuerit, dici interfuit. Nam quotquot à me consulti sunt, habent subjectivum modum.

37 Ita-

Sunt [37] tamen non pauci qui utrubique *facii* legant. Sed [38] C. Cæsar in libro de analogia secundo, *hujus die*, & *hujus specie*, dicendum putat. Ego quoque in Jugurtha Sallustii summæ fidei & reverendæ vetustatis libro, *die*, casu patrio scriptum inveni. Verba hæc ita erant: *Vix decima parte die reliqua.* Non enim puto argutiolam istam recipiendam, ut, *die*, dictum quasi, *ex die*, existimemus.

37 *Tamen*] Aliter, *autem*. Sed alterum est in scriptis.

38 *C. Cæsar*] Vide lib. 1. cap. 10.

CAP. XV.

De genere controversiæ quod Græce ἄπορον appellatur.

CUM Antonio Juliano rhetore, [1] per feriarum tempus æstivarum, decedere [2] ex urbis æstu volentes Neapolim concesseramus. Atque ibi erat adolescens tunc quispiam ex ditioribus cum utriusque linguæ magistris meditans & exercens, ad causas Romæ orandas, eloquentiæ Latinæ facultatem: atque is rogat Julianum, uti sese audiat declamantem. It auditum Julianus, imusque nos cum eo. Simul introit adolescens; & [3] præfatur arrogantius & elatius, quam [4] ætati ejus decebat; ac deinde jubet exponi controversias. Aderat ibi nobiscum Juliani sectator, juvenis promptus, & [5] proficiens, & [6 7] offendens jam in eo quod ille

1 *Per feriarum tempus æstivarum*] Julio & ex parte Augusto mensibus judiciariæ res & lites cessabant. Plinius Junior lib. 8. Epist. 21. *Ut qui jam nunc adsuescerent, & ab otiosis, & in triclinio audiri Julio mense, quo maxime lites interquiescunt.* De utroque mense Seneca Apocolynth. ubi intempestivam Claudii diligentiam irridens, quod etiam tempore messis judiciis non abstinuisset, eum ad Herculem loquentem introducit: *Nam si memoria repetis, ego eram, qui ante templum tuum jus dicebam totis diebus mense Julio & Augusto.* Audi & Papinium lib. 4. Sylvarum ad Marcellum:

Certe jam Latiæ non miscent jurgia leges
Et pacem piger annus habet, messesque reversæ
Dimisere forum. Nec jam tibi turba reorum
Vestibulo, queruluque rogant exire clientes.
Cessat centeni moderati judicis hasta.

Duplices autem feriæ erant messis & vindemiarum, ut ex l. 1. ff. de Feriis apparet. Per ferias itaque æstivas messivæ potissimum hic intelliguntur, quia illæ æstati, vindemiales magis autumno competebant. vide Suet. in Cæs. c. 40. Hoc autem tempore deliciis Campaniæ Romanis uti familiare fuit, unde hic Gellius dicit Neapolin se concessisse.

2 *Ex urbis*] Vet. Ven. ed. *ex urbe*.

3 *Præfatur arrogantius*] Quem præfandi modum in declamatoribus illustratum habes ab Lud. Crescollio lib. IV Theatri Rhet. cap. 8.

4 *Ætati ejus decebat*] Ita & Terentius loquitur in Adelph. act. 3. sc. 4. & act. 5. sc. 8. Ad quem locum ita Donatus: *Antiqui, si addebant statim verbum Facere, nos decet facere dicebant: si non addebant, Nobis decet, dicebant.* Ita quoque Plautus, & Sallustius, Livius, aliique loquuntur. Latine itaque eo modo loquebantur, neque opus est ut quis dicat hellenismum esse.

5 *Proficiens*] Qui jam multum in studiis profecerat.

6 *Offendens*] Vet. ed. *ostendens*. Est vero activum pro passivo, id est, *offensus*.

7 *Offendens jam in eo*] *Offensus* putamus legendum, ut Cicero *offendi in aliquo* ad Q. Fratrem, inquit Pricæus in Matthæum. Scimus: sed etiam offendere in aliquo pro offendi dixisse eundem pro Milone: *Quæ si vos cepit oblivio, aut si in me aliquid offendistis, cur non id meo capite potius luitur, quam Pisonis?* Puta per intellectum pronominis dici; offendit enim sese, qui aliquo impingitur. Et offendens se idem quod offensus. Sic & offendens offensus. *Hoc extremum Patris.* Gronov.

ille apud Juliani aures [8] in præcipiti ſtare & ſubitaria dictione periculum ſui facere audebat. Exponit igitur tentamenti gratia controverſiam parum conſiſtentem, quod genus Græci ἄπορον vocant; Latine autem id non nimis incommode *inexplicabile* dici poteſt. Ea controverſia fuit hujuſcemodi: *De reo ſeptem judices cognoſcant; eaque ſententia ſit rata, quam* [9] *plures ex eo numero dixerint. Quum ſeptem judices cognoviſſent; duo cenſuerunt reum exſilio multandum, duo alii pecunia, tres reliqui capite pœniendum. Petitur ad ſupplicium ex ſententia trium judicum:* [10] *& contradicit.* Hac ille audita nec conſiderata, neque aliis, ut proponerentur, exſpectatis, incipit ſtatim mira celeritate in eamdem hanc controverſiam principia neſcio quæ dicere, & involucra ſenſuum verborumque volumina vocumque turbas fundere; cæteris [11] omnibus [12] ex cohorte ejus, qui audire eum ſoliti erant, [13] clamore magno exſultantibus; Juliano autem male ac miſere rubente & ſudante. Sed ubi deblateratis [14] verſuum multis milibus finem aliquando fecit, egreſſique inde ſumus: amici familiareſque ejus Julianum proſecuti quidnam exiſtimaret percunctati ſunt. Atque ibi Julianus feſtiviſſime, *Nolite quærere*, inquit, *quid ſentiam: adoleſcens hic* [15] *ſine controverſia diſertus eſt.*

8 *In præcipiti*] Ex quo facilis cum ignominia lapſus.

9 *Plures in eo numero*] Anno 1644 incepit in editionibus hujus urbis legi, contra MSS. & propterea ſolo typorum vitio, quod ejeci. *Gronov.*

10 *Et contradicit*] Bene contradicit, quia quatuor eorum ſententiæ vincebant, quæ non ultimo ſupplicio afficiendum judicaverant, etſi diverſa pœna.

11 *Omnibus*] In quodam MS. *hominibus.*

12 *Ex cohorte ejus*] Tralatio ſumpta vel à ruſtica vel militari cohorte. Studioſa cohors Horatio quoque lib. 1. vide ſupra lib. 1 cap. 9 in fine.

13 *Clamore magno exultantibus*] Tales acclamationes uſitatæ uſque ad adulationem & jam notæ ſatis per laborem CL. Creſollii, qui & Philoſtrati βόμβον notavit pag. 290. & Themiſtii ἐκβομβήσεις pag. 281, ut nihil Thyſius prodiderit ſuum.

14 *Verſuum multis millibus*] Notum eſt verſum in proſa quoque dici, nihilque aliud eſſe quam lineam verſam, tum enim vertitur ſtilus, & novam incipit. Hinc Juſtinianus titulo de Confirm. Digeſt. §. 1. dicit *opus in centum quinquaginta pene millia verſuum* conſummatum fuiſſe.

15 *Sine controverſia*] Nam poſſe hanc materiam controverſiæ eſſe patet ex eo, quod contradici jam ſtatuit; & vivo exemplo illuſtrat Plinius lib. VIII epiſt. 14. ubi ſimiliter ſunt tres ſententiæ tales. Verum in hoc loco nulla erat facta cauſæ conjectio, nec adverſarius contra conſtiterat, nimis celeriter concitato ad oſtentationem hoc homine, unde nec controverſia vere dici poterat. Hoc captat Julianus, ſed ambigue, ut rideat, dum videri vult laudare. Nam vulgo dicebant ſine controverſia pro eo quod omnes concedunt, ut Cicero in principio libri III de offic. ait Panætium *ſine controverſia* accuratiſſime de officiis ſcripſiſſe. Et neſcio an non ex eodem ambignitatis joco ſit, quod MSSti non pauci legunt *Nolite quærere, inquit, ſententiam.* Quippe cui nec locus eſt, ubi controverſia non fuit. *Gronovius.*

CAP. XVI.

Quod Plinium Secundum hominem non indoctum fugerit, latueritque vitium argumenti, quod ἀντιστρέφον *Græci dicunt.*

PLINIUS Secundus exiſtimatus eſt eſſe ætatis ſuæ doctiſſimus. Is libros

bros reliquit, [1]quos *Studioſorum* inſcripſit; haud medius fidius uſquequaque aſpernandos. In his libris multa varie ad oblectandas eruditorum hominum auris ponit. Refert etiam pleraſque ſententias, quas, in declamandis controverſiis, lepide arguteque dictas putat. Sicut hanc quoque ſententiam ponit ex hujuſcemodi controverſia. *Vir fortis præmio, quod optaverit, donetur. Qui fortiter fecerat, petit alterius uxorem in matrimonium & accepit.* [2 3] *Is deinde, cuja uxor fuerat, fortiter fecit. Repetit eamdem. Contradicitur.* Eleganter, inquit, & probabiliter ex parte poſterioris viri fortis uxorem ſibi reddi poſtulantis, hoc dictum eſt: [4] *Si placet lex, redde:* [5] *ſi non placet, redde.* Fugit autem Plinium ſententiolam iſtam, quam putavit eſſe argutiſſimam, vitio non carere, quod Græce ἀνπιστρέφον[a] dicitur. & eſt vitium inſidioſum & ſub falſa [6] lemmatis ſpecie latens; nihilo enim minus converti ex contrario idipſum adverſus eumdem poteſt: atque ita à priore illo viro forte dici: [7] *Si placet lex, non reddo:* [8] *ſi non placet, non reddo.*

a *Reciprocum.*

1 *Quos ſtudioſorum inſcripſit*] Plinius Junior, in Epiſtol. in qua de libris Avunculi agit: *Studioſi tres, in ſex volumina propter amplitudinem diviſi, quibus oratorem ab incunabulis inſtituit & perficit.* Thyſ. Itaque & in MS. Regio quum habeatur *ſtudioſe*, apparet in fine veterem ſcripturam eraſam, ſed cujus ſpatium modo fuit capax duarum literarum, non quatuor, ut vulgo, ita ut Gellius quoque ſcripſerit *ſtudioſos*. Etiam plerique MSS. mox *non medius fid.* quod mutarunt in *haud.* Gronov.

2 *Cuja*] Aliter, *cujus ea.*

3 *Is deinde, cuja uxor*] Mira concordia veteres codices negant primam vocalem eſſe Gellii, cui deſcriptio ſequens placuerit magis ſola, tanquam ſatis demonſtrans, etſi meminerim 1, 13 *ingenium naturamque illius, cuja res præceptumque eſſet.* Sed & nonnulli *uxor fuit.* Gronov.

4 *Si placet lex: redde*] Uxorem, quam tu legis hujus beneficio obtines, quamque ego nunc iterum forti facinore merui.

5 *Si non placet*] Quia nullo jure uxorem meam vindicare potuiſti.

6 *Lemmatis*] Ita in MS. Vett. edd. male *laudis.*

7 *Si placet lex, non reddo*] Quia legis voluntate acquiſivi.

8 *Si non placet*] Quia jure antea quæſitam mihi retineo, nunc vero lex non placet, ut reſtituam. Sic enim lex multis modis eſſet eluſoria. Sententia enim legis fuit, ut qui fortiter fecit, alterius uxorem ſibi vindicet in perpetuum. Sed Plinius contra Agellium defendi poteſt. Ἀνπιστρέφον hoc eſt, *Si placet lex, non reddo: ſi non placet, non reddo.* Non reddo, quia lege eam vindicavi: cæterum reſponderi poteſt, quod eadem lex alteri fortiter ſe gerenti lata quoque eſt, idem igitur illi competit beneficium. Quod ſi non placeat lex, nullo jure obtinuiſti, reſtitui itaque debet. *Thyſ.* Ex ipſis verbis patet ex Phil. Carolo iſta ab Thyſio ſumta eſſe. Quorum tamen neceſſitas nulla, & præter mentem legis, prout ab Gellio videtur accepta eſſe, noſtri illi huc procedunt. Non enim quod ſemel ceſſit præmio, videtur ex eo ſtatu demi poſſe. Optet ille donandus quodcunque: modo non optet, quod ſemel optatum eſt & laudabiliter donatum ſine cauſa pœnitentiæ. Coronæ & dona militaria ſemel alicui data non poterant opinor ab eo auferri, præſertim ubi is nihil peccaverat; neque ipſe qui acceperat, ſponte offerebat donantibus, ut iterum donarent aliis. Ita fœminam ſemel in præmium petitam nulla ratio videtur inde eximere potuiſſe. Poſt hæc autem verba in pleriſque codicibus ſubnectuntur duo iſta diſticha, quæ ab aliis citantur ſub nomine *Aurelii Romuli*, ab aliis *C. Aurelii Romuli*, in Lincoln. dicuntur *Agellii verſus.* Ab Regio tamen ignorantur. *Gronov.*

A. GEL-

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

[1]*LIBER DECIMUS.*

CAPUT I.

Tertiumne consul *an* tertio *dici oporteat : & quonam modo Cn. Pompejus, quum in theatro, quod erat dedicaturus,* [2] *honores suos inscriberet, quæstionem ancipitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.*

EAMILIARI meo cuipiam literas Athenis Romam misi. In his scriptum fuit me illi jam *tertium* scripsisse. Is ad me rescripsit, petivitque ut rationem [3] dicerem, cur *tertium*, ac non *tertio* scripsissem. Id etiam adscripsit, ut eâdem quid super illo quoque mihi videretur, facerem se certiorem; *tertiumne consul* & *quartum*, an *tertio* & *quarto* dicendum esset: quoniam Romæ doctum virum dicere audisset *tertio* & *quarto consul*, non *tertium quartumque:* idque in principio libri [4] Cœlium scripsisse; & Q. Claudium in libro [5] undevicesimo, *C. Marium creatum septimo consulem*, dixisse. Ad hæc ego rescripsi nihil amplius, quam verba M. Varronis hominis, opinor, quam fuit Claudius cum Cœlio, doctioris. quibus verbis utrumque, de quo ad me scripserat, decideretur. Nam & Varro satis aperte quid dici oporteret edocuit; & ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui. Verba M. Varronis,

1 *LIBER DECIMUS*] In scedis MS. *Liber* XI. *incipit*. unde suspicatur Lipsius è prioribus librum unum periisse. Idem post finem libri noni in Gifelini membranis legi dicit, *Liber* X. *explicit*, *incipit* XII. *feliciter*.

2 *Honores suos inscriberet*] Quantum scio, id verbum sic adscitum est in omnes editiones, quum in codicibus scriptis sit solum simplex *scriberet*. Id certe probat mox Gellius: *quod in theatro extremas literas non scripsit*. Quin etiam habent mox MSti *nomenque ejus & honores scriberentur*. Etiam prænomen Pompeji volunt omittere. *Gronov.*

3 *Redderem*] Vulgo, *dicerem*. Thys. Immo id non vulgo tribui debuit, sed ipsi Gellio, quum scripti libri omnes id retineant, & unus sit Stephanus, qui sustinuerit id mutare. Retineat Gellius suum, præsertim quum id facile queat æquiparare lectionem suppositam. Qua enim parte præstat? *Gron.*

4 *Cœlium*] Intelligit Cœlium Antipatrum historicum, qui de bello Punico scripsit, ut testatur Cicero in Oratore & collegit de eo Vossius in Historicis Latinis.

5 *Undevicesimo*] Annotatum in margine Scriveriani codicis ex MS. *duodevigesimo*. Thys. Video id ipsum notari ex codice Pal. alioquin omnes nostri consensu maximo inhærent *undevicesimo* vel *undevigesimo*. Turbant editiones, quarum variæ habent *in libro* XI. Sic Gryphianæ duæ, sic Colonienses Cervicorni seu Hittorpii. Quod turbat, est illud *in principio libri Cœlium*, non addito numero,

ronis, ex libro disciplinarum [6]IV. hæc sunt: [7] *Aliud est quarto prætorem fieri & quartum: quod quarto locum adsignificat ac tres ante factos: quartum tempus adsignificat & ter ante factum. Igitur Ennius recte,* [8] *quod scripsit:*

Quintus pater quartum fit consul:

& Pompejus timide, quod in theatro, ne adscriberet, consul tertium aut tertio, extremas literas non scripsit. Quod de Pompejo Varro breviter & subobscure dixit, Tiro Tullius Ciceronis libertus in epistola quadam enarratius scripsit ad hunc ferme modum: *Quum Pompejus*, inquit [9] *ædem Victoriæ dedicaturus foret, cujus gradus vicem theatri essent, nomenque ejus &* [10] *honores inscriberentur: quæri cæptum est, utrum* consul tertio *inscribendum esset, an* tertium. *Eam rem Pompejus* [11] *exquisitissime retulit ad doctissimos civitatis. Quumque* [12] *dissentiretur, & pars* tertio, *alii* tertium *scribendum contenderent; rogavit*, inquit, *Ciceronem Pompejus, ut, quod ei rectius videretur, scribi juberet: tum Ciceronem judicare de viris doctis veritum esse, ne, quorum* [13] *opiniones improbasset, ipsos videretur improbasse. Persuasit igitur Pompejo, ut neque* tertium *neque* tertio *scriberetur: sed ad secundum usque T fierent* [14] *literæ: ut verbo non perscripto res quidem demonstraretur, sed* [15] *dictio tamen ambigua verbi lateret.* Id autem quod & Varro & Tiro dixerunt, in [16] eodem nunc theatro non est ita scriptum. Nam quum multis annis postea [17] scena, quæ pro-

10, ut commodius dicat Cicero *L. Cœlius Antipater in proœmio belli Punici.* Id igitur videndum, an inde numerus non exciderit, unde orta varietas aliqua. *Gronov.*

6 *IV.*] Cod. Torneſ. *quinto.* Thyſ. Mireris licet. Nam ita habent Aldina, Gryphianæ, Badiana, aliæ ante Stephanum, qui unus mutavit; & male, quia id factum contra MSStos, in quibus est *quinto.* Gronov.

7 *Aliud est quarto*] Romæ tamen hæc antiqua inscriptio legitur: P. DECIUS. DECII. F. PRIMO. COS DE. SAMNITIBUS. TRIUMPHANS. SPOLIA. EX. HIS. CONSECRAVIT. ITERUM. ET. TERTIO. COS. Vide Laur. Vallam lib. 3. Eleg. c. 59. & H. Magium Misc. 3. c. 9.

8 *Quod scripsit*] Vett. editt. *consci ipsit.* Ita legi potest: Ennius recte cum scripsit: *Quintu' pater quartum fit consul.*

9 *Ædem Victoriæ*] Locus insignis est apud Tertullianum lib. de Spectac. cap. x. *Pompejus Magnus solo theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset, veritus quandoque memoriæ suæ censoriam animadversionem, Veneris ædem superposuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum sed Veneris templum nuncupavit, cui subjecimus, inquit, gradus spectaculorum. Ita damnatum, & damnandum opus templi titulo prætexuit.* Thyſ. Locum hunc facile reliqui, quoniam solet huc citari. Cæterum in præcedentibus strenue nugaqatur Thysius. Vid. Alex. Donati Romam lib. 3 cap. 8.

10 *Honores inscriberentur*] Quorum exemplum Plinius lib. 7 cap. 26 ex delubro Minervæ refert.

11 *Exquisitissime*] In Scriv. cod. annotatum, *exquisiturus.*

12 *Dissentiretur*] Aliter, *dissentirent.*

13 *Opiniones*] C. Torn. *opinionem.*

14 *Literæ*] Additur in veteribus editionibus, *tert.* scribe TERT.

15 *Dictio*] Pronunciatio.

16 *Eodem nunc theatro*] Non igitur hic videtur idem cum celeberrimo theatro Pompeji, quod fortuito igne exustum fuisse scribit Tacitus Annal. 1. & Seneca ad Marciam cap. XXII. verum idem à Cæsaribus refectum. A Tiberio imperfectum relictum, à Caligula absolutum. Suet. in Tiber. c. 48. & in Calig. c. 21. & in Claud. c. 21.

17 *Scena*] Theatri pars, quæ inter duo ejus cornua extenditur. Hic erant personarum habitacula,

prociderat, refecta esset; numerus tertii consulatus, non, uti initio, [18] primoribus literis, sed [19] tribus tantum lineolis incisis significatus est. In M. autem Catonis [20] quarta Origine ita [21] scriptum est, *Carthaginienses sextum de fœdere decessere.* Id verbum significat quinquies ante eos fecisse contra fœdus, & tum sextum. Græci quoque in significandis hujuscemodi rerum numeris, τρίτον ϗ τέταρτον dicunt, quod congruit cum eo quod Latine dicitur, *tertium quartumque.*

vel latibula. Vide Vitruvium lib. 5 cap. 8. Pollucem lib. 4 c. 19. Cassiodorum lib. 4. Variarum, cap. ult. & Servium ad III. Georg. ad hunc versum,

Vel scena ut versis discedat frontibus ---

Ausonius quoque *scenas domorum*, vocavit *corpora ædificiorum*, ut Salmasius adnotavit. Sed hic frons theatri adversa intelligitur. Servius ad illa verba Virgilii lib. 1. Æn. Tum silvis scena coruscis. *Scena inumbratio & dicta scena ἀπὸ τ σκιᾶς. Apud antiquos enim scena parietem non habuit: sed de frondibus umbracula quærebant. Postea tabulata cœperunt in modum parietis. Scena autem pars theatri adversa spectantibus, in qua sunt regia.* Aulas regias & hospitalia appellat Vitruvius lib. 5 c. 7. *Ipsæ*, inquit, *scenæ suas habent rationes explicatas, ita ut mediæ valvæ ornatus habeant aulæ regiæ, dextra ac sinistra hospitalia.*

18 *Primoribus*] Ita in MS. vulgo, *prioribus.*

19 *Tribus tantum lineolis*] Hoc modo, III. Quæ lineolæ quoque in veteribus editionibus adduntur. *Thys.* Perinde ut in iisdem quoque est *literis Tert.* Sed præter MSS. à quibus absunt.

20 *Quarta Origine*] Lege, *quarto Originum.* In vett. ed. habetur *quarto Origine.* corrupte. Thys. Id sane præter exspectatum; ut lector Gellianæ curæ adsuetus tam insulse censeret? Ab Aldo usque nullam video editionem, in qua non legatur *quarta origine.* In conferendo MS. Lincolniensi usus fui editione Veneta anni 1491, in qua collatione notavi in isto codice legi *quarta origine*, ut in edito aliter fuerit lectum; & fortasse corruptam hanc editionem nunc adhibuerit. Omnino istud *quarto origine* est doctissimum. Vide paterna ad lib. VII cap. 3. *Gronov.*

21 *Scriptum est*] Cod. Torn. *perscriptum est.* Etiam Reg. & S. Marci.

CAP. II.

Quid Aristoteles de numero puerperii memoriæ mandaverit.

ARISTOTELES philosophus memoriæ tradidit [1] mulierem in Ægypto uno partu quinque [2] pueros enixam; eumque esse finem dixit multijugæ hominum [3] partionis, [4] neque plures unquam simul genitos

1 *Mulierem in Ægypto*] Locus insignis est Pauli JC. in l. 3. ff. si pars Hæred. Pet., qui ita loquitur: *Ideo nam* (lege *tam*) *multa de hujusmodi re, tam varia, tam incredibilia creduntur, ut fabulis adnumerentur. Nam traditum est & quatuor pariter puellas à matrefamilias natas esse. Alioquin tradidere non leves auctores quinquies quaternos enixam Peloponensi* (legendum *Petoponesi*) *multas Ægypti uno utero septenos. Sed & tergeminos Senatores cinctos vidimus Horatios* (*Cincios* legit Cujacius, & *vidimus Horatios* delet, quia Paulus illos videre nequivit) *sed & Lælius scribit vidisse se in palatio mulierem liberam* (Serapiam nomine) *quæ ab Alexandria producta est, ut Hadriano ostenderetur, cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa* (inquit) *dicebatur, quintum post diem quadragesimum.* Cajus JC. in l. 7 §. 1. ff. de Reb. dubiis idem paulo aliter narrat, mulierem, quæ Serapias appellabatur, uno fœtu quinque liberos enixam. idem quoque refert Julianus in l. 36. ff. de Solut.

2 *Pueros enixam*] Hic ordo vocum est in MSS. omnibus nostris, temere ab Stephano inversus. Etiam Lugd. min. *eamque:* quod notabile, quoniam solet ita sæpius finem usui pare isto genere. *Gronov.*

3 *Partionis*] Ἀρχαϊκῶς, pro *partus.* Ita & Plautus oquitur. *Thys.* Unde in uno MS. est *portationis*, in alio *partitionis.* Etiam in Regio superscriptum *parturionis.*

4 *Neque plures unquam simul genitos*] Rationem addit ex Aristotele Julianus JC. d. l. 36. *Nam*, inquit,

nitos compertum. Hunc autem esse numerum ait rarissimum. Sed &, divo Augusto imperante, qui temporum ejus historiam scripserunt, ancillam Cæsaris Augusti in agro Laurente peperisse quinque pueros dicunt; eosque pauculos dies vixisse: matrem quoque eorum, non multo post quam peperit, mortuam; monumentumque ei factum jussu Augusti, in [5] via Laurentina; inque eo scriptum esse numerum puerperii ejus, de quo diximus.

quit, *Aristoteles scripsit quinque nasci posse, quia vulvæ mulierum totidem receptacula habere possunt.* Quod tamen non memini ab Aristotele proditum. Contra numerum locorum expresse agit lib. 4. de Gen. Anim. c. 4. Revera uterus unam cavitatem habet, & quæ de septem cellulis à nonnullis prodita, jam dudum ab Anatomicis explosa sunt Fœtuum multitudo seminis quantitati vel qualitati imputanda. Placenta uterina sola multis fœtibus sufficit, & totidem funiculos sustinet divisis locis, quot sunt embryones, ut testatur in historia simili depinxisse Besserum Bartholinus. Sed ad rem. Julianus itaque Aristoteli falsam sententiam tribuit. Quod plures autem philosophus nunquam genitos fuisse scribit, contrarium sed rarissime contingit, ut de Ægyptiis mulieribus supra retulit Paulus JC. idemque ex Trogo refert Solinus. Quamvis etiam illud dubitatione non caret. Quæ de prodigiosis partubus Albertus tradidit, fabulis propiora sunt: quæ de Margarita comitis Hollandiæ filia vulgo tradita, ficta esse ex collatione temporum ostendit Petrus Scriverius in Antiquit. Batav.

5 *Via Laurentina*] Quæ ad Laurentum ducit. Legitur quoque *Laurentia*. In Scriveriano cod. adnotatum invenio *Lavicana*. Quod si ex MS. sit, forsan scribendum *Lavinia*. Urbs enim Laurentum, etiam Lavinium dictum, & Lauro-Lavinium, ut Servius testatur ad lib. 1. Æneid. Virg. ipso initio. Incolæ LAURENTES LAVINATES sæpe in antiquis inscriptionibus appellantur. Via itaque Laurentina etiam Lavinia dici potuit. Si *Lavicana* servetur, quod non puto, est hæc via, quæ intra Esquilinum & Cœlium, per Esquilinam, ut inquit Strabo, portam exiens, vel ut alii Næviam, deducebat ad Lavicanum oppidum. Quicquid sit, melior scriptura est *via Laurentina*, inprimis quia illa mulier in Laurente agro emixa est. *Thys.* Neque in ea ullum dubium, ut quam MSSti omnes nostri tueantur. Hoc mireris licet, unum esse codicem Lincolnienſem, ex quo notavi *inque scriptum esse* omissa vocula *eo*, quæ foret elegantissima tmesis, & certe Gellio digna. *Gronov.*

CAP. III.

Locorum quorundam illustrium collatio contentioque facta ex orationibus C. Gracchi & M. Ciceronis & M. Catonis.

FORTIS ac vehemens orator existimatur esse [1] C. Gracchus. Nemo id negat. Sed quod nonnullis videtur severior, acrior, ampliorque esse M. Tullio; ferri id quî potest? Legebamus adeo nuper orationem Gracchi de legibus promulgatis, in qua M. Marium & quosdam ex municipiis Italicis honestos viros virgis per injuriam cæsos à magistratibus populi Romani, quanta maxima invidia potest, conqueritur. Verba hæc sunt, quæ super ea re fecit. *Nuper [2] Teanum Sidicinum consul venit,*

1 *C. Gracchus*] Quem describit locus amplus & pleniſſimus Ciceronis de Clar. Orat. c. 33 quem vide. Ita autem gestu, oculis, voce agebat, ut de cæde fratris agens etiam inimici ejus lachrymas tenere non possent, teste eodem Cicerone. Vide quoque Auctorem nostrum supra lib. 1 cap. XI.

2 *Teanum Sidicinum*] Campaniæ in Italia oppidum. Sidicinum cognomine dictum à populis Sidicinis, qui ea loca incoluere, & ad discrimen Teani in Apulia.

nit, [3] *uxor ejus dixit se in* [4] *balneis virilibus lavari velle. Quæstori Sidicino* [5] *à M. Mario datum est negotium, uti balneis exigerentur qui lavabantur. Uxor renunciat viro parum cito sibi balneas traditas esse, & parum lautas fuisse. Idcirco palus* [6] *destitutus est in foro: eoque adductus suæ civitatis nobilissimus homo M. Marius. vestimenta detracta sunt,* [7] *virgis cæsus est.* [8] *Caleni, ubi id audierunt, edixerunt ne quis in balneis laviisse vellet, quum magistratus Romanus ibi esset.* [9] *Ferentini ob eamdem causam prætor noster quæstores arripi jussit, alter se de muro dejecit:* [10] *alter prensus & virgis cæsus est.* In tam atroci re, ac tam misera atque mœsta injuriæ publicæ contestatione, ecquid est quod aut ampliter insigniterque, aut lacrymose atque miseranter, aut multa copiosaque invidia, gravique & penetrabili querimonia dixerit? brevitas sane & venustas & mundities orationis est, qualis haberi ferme in comœdiarum festivitatibus solet. Item Gracchus alio in loco ita dicit; *Quanta libido quantaque intemperantia sit hominum adulescentium, unum exemplum vobis ostendam. His annis paucis* [11] *ex Asia missus est, qui per id tempus magistratum non ceperat, homo adulescens pro legato.* [12] *Is in lectica ferebatur. Ei obviam*

3 *Uxor edixit*] Ita in MS. Vet. ed. *uxorem dixit*. Cod. Tor. *uxor ejus dixit*. Thys. Quo perget editionum ambitio in declaranda infinita & incivili audacia hujus magistratus & uxoris ejus? Ut hæc scribatur edixisse? Quomodo? Utrum proposito edicto sub nomine feminæ, an per præconem? Ubi tale factum sub republica? *Uxor edixit* est in quibusdam MSS. sed non ut ideo Stephanus debuerit id eligere & migrare ab prioribus editis, *uxorem dixit*. Sed illud sive *em* postremum in voce *uxorem*, sive *e* in principio verbi *edixit* natum est ex mala consideratione notæ, qua scriptum fuit vocabulum *ejus*. Sic enim habet Regius, S. Marci Flor. Lugd. major aliique. Et id utique leniissimum est, unde adsciscendum censui. Legem M. Livii hujus Gracchi collegæ novimus, Ne quempiam ex sociis Latini nominis in exercitu virgis cædere liceat, de qua Pigius ad annum V. C. DCXXXI. *Gronov*.

4 *Balneis virilibus*] Virilia enim à muliebribus distincta nonnunquam pariete interjecto, ut pudor viris mulieribusque constaret, atque parsimoniæ causa duplex tale balneum igne calefaciebant. Vide quæ fuse scripsit Fulvius Ursinus in appendice de Triclinio.

5 *A M. Mario*] Qui qua dignitate fuerit, difficile dictu est. Et cur Gellius non docet, quo is jure id negotium quæstori dederit, siquidem is fuerit alius illo. Plerique scripti habent *Sidicinam Mario*. Lugd. min. *Sidiciomi*. Videntur innuere ipsum M. Marium fuisse quæstorem Sidicinum, & ejus dignitatis jure pertinebat ad illum cura balneorum publicorum, ut pars vectigalium. *Gronov*.

6 *Destitutus*] Aliter, *defixus*.

7 *Virgis cæsus est*] Quod servile habitum, ut habetur in l. 10. ff. de Pœnis l. 7 §. 2. l. 9 §. pen. & l. ult. ff. de Injur. *Thys*. Ex more sævitiæ in socios, ut jam docuit exemplo, quod narravit 1, 13, ubi Licinius etiam Crassus vestimenta detrahi imperavit, virgisque multum cecidit architectonem Marathesiensium, ut restituebam, sociorum amicorumque populi Romani. *Gronov*.

8 *Caleni*] Cales civitas propinqua Teano Sidicino.

9 *Ferentini*] Hujus oppidi meminit quoque Horat. lib. 1. Epist. 17, ubi verus scholiastes: *Ferentinum: Alii municipium volunt viæ Labicanæ ad* XLVIII *lapidem; alii Ferentinum, quod est in Tusciis*.

10 *Alter prensus*] Sic enim habent MSSti codices, ut S. Marci Florentiæ, ut Lincoln. Lugd. minor *pensus*, in quibus hæc verba integra referuntur, quum in aliis ab *Caleni* ad *cæsus est* omissa sint, ut ipso Regio. Vulgo *prehensus*. Gronov.

11 *Ex Asia*] Justus Lipsius legit indubitanter, *in Asiam*. Thys. Sed recte contradixit CL. Schefferus lib. 11 Rei Vehicul. cap. 5.

12 *Is in lectica vehebatur*] Ut lecticis viri vehierentur, Asia devicta primum invaluisse videtur, nullumque antiquiorem lecticæ usum esse ex hoc loco arbitratur Lipsius l. 1. Elect. c. 19.

13 *De*

viam bubulcus [13] *de plebe Venusina advenit, & per jocum, quum ignoraret qui ferretur, rogavit* [14] *num mortuum ferrent. ubi id audivit; lecticam jussit deponi:* [15] [16] *struppis* [17] *quibus lectica deligata erat, usque adeo verberari jussit, dum animam efflavit.* Hæc quidem oratio super tam violento atque crudeli facinore nihil profecto abest à cotidianis sermonibus. At, quum in simili causa, apud M. Tullium cives Romani innocentes viri, contra jus contraque leges, virgis cæduntur aut [18] supplicio extremo necantur, quæ ibi tunc miseratio? quæ comploratio? quæ totius rei sub oculos subjectio? quod & quale invidiæ atque acerbitatis [19] fretum efferveſcit? animum hercle meum, quum illa M. Ciceronis lego, imago quædam & sonus verberum & vocum & ejulationum

13 *De plebe Venusina*] Venusia oppidum in confinio Lucaniæ & Apuliæ. ipse Horatius Venusinus.

14 *Num mortuum ferrent*] Lectica enim mortui efferebantur, si honestiores essent. Vide Lipsium lib. 1 Elect. cap. 19.

15 *Struppis*] Isidorus lib. 19 c. 4. *Struppi vincula loro vel lino facta, quibus remi ad scalmos alligantur.* Τροπὰς vocavit Homerus Οδ. ε'. Glossæ Philoxeni, *Stropus* (ita emendandum pro *Strepus*) τρόπωτις. Etiam in glossis *Struppus* appellatur. Omnes tamen, quas hactenus vidi, editiones, præter ultimam, hic habent *Stuppis*. Quæ lectio non male quoque se habet. σύππη Græcis dicitur, vel συπεῖον Pollux, qui fieri ait ἐκ λίνου καὶ κανναβέως. Ex Cannabi autem robustissimos funes parari uti nostratibus notum est, ita Dioscorides lib. 3 c. 148 testatur. In glossis quoque Cyrilli κανναβέριος, *Stupparius*, dicitur.

16 *Stuppis quibus lectica deligata erat*] Lege: *struppis quibus lectica religata erat*. Isidorus lib. 19 c. 4. *Struppi*, inquit, *vincula loro vel lino facta*. Et statim addit Livii poetæ testimonium hoc: *Tuncque remos jussit religare struppis*. Lambecius. Præter & ante hunc jam egerat de stropis his Salmasius in Solinianis pag. 371, & ostenderat differentiam inter struppos vel stroppos & stropos vel strupos. Ut inde potuerit intelligere Pricæus, quod se non intelligere fatetur in notis ad Apulejum pag. 684 ita scribens [Pro *stropkiis* est qui *stroppis* corrigit, quod non intelligo. Potest vulgatum ferri (Beroaldum vide) ni *stuppis*, i. e. funibus malueris. Noster de hirta coma sua, in Apologia. *Stuppeo tormento assimilis*. Gracchus apud A. Gellium 10, 3. *Lecticam deponi jussit, stuppis quibus deligata erat, usque adeo verberari jussit.*] ut agnoscas huc ea pertinere. Mox & Schefferus de Militia Navali 11, 5. ut certe Thysiana nihil ex domo sua adferunt, præterquam quod nugentur. Nam certe non agitur hoc loco de materia, unde funes aut lora parantur, sed de funibus & loris jam bene paratis, ut beneficium ultimæ editionis nequiverit agnoscere. Denique etiam Henr. Valesius libro suo adscripserat [leg. *struppis*. Vide Scaligerum in Festum] Recte: & hunc Scaligerum vides descriptum ab Thysio. Animadvertes in Scaligeri illic notis Suetonium esse positum ac citatum loco Gellii hujus. Istud vero *jussit* sic geminatum nullius est Veneris, ut posterius videatur delendum. *Gronovius.*

17 *Quibus lectica deligata erat*] Vincula igitur illa eximi poterant. Asseres quos lecticarii ferebant, lecticæ illigati erant. Vide tamen Lipsium lib. 1 El.

18 *Supplicio extremo*] In MS. pro his *supplicio extimo* scriptum erat. Antique Festus: *Extimum extremum significat, ita ut intimo sit contrarium.* Varro Tithono ἢ περὶ γήρως. *Qua voluntatem ævitatis extima attigit metam ævitas.* Sed ut hoc obiter moneam. Ita vulgo corruptissime legitur Varronis hoc fragmentum apud Nonium in v. Ævum, cui emendando, quod sciam nemo manum admovit. En tibi gemmam è stercore. Scripserat olim Varro: *Quasi volutatim extima attingit metam ævitas.* Sententia ex Philosophorum sinu depromta, quos de ævi volubilitate consule. *Volutatim* ea figura dictum est, qua *minutatim, celeratim, saltuatim* &c. Lambecius. Non sane dixerim, quo in MS. istud *extimo* repererit, quum nec ipse in eis, quibus fui usus, animadverterim, nec in collationibus ullis, quas sub oculis habeo, videam. Sed in Regio, quem ipse cum fratre adhibuimus, Tullii prænomen omittebat scriba, quum mox retineat *M. Ciceronis*. Gronov.

19 *Fretum efferveſcit*] Appositе. Fretum enim teste Varrone à fervendo dictum, *à similitudine ferventis aquæ, quod in fretum sæpe concurrat æstus atque efferveſcat.* Ita *fretum ætatis* Lucretius dixit pro juvenili ætate. *Thys.* Sic 11, 24. *Luxuriæ efferveſcentis æstus.*

num circumplectitur. Velut sunt [20] ista quæ de C. Verre dicit: quæ nos, ut in præsens potuimus, quantum memoria suppeditabat, adscripsimus. *Ipse inflammatus scelere & furore in forum venit. ardebant oculi. toto ex ore crudelitas eminebat. exspectabant omnes, quo tandem progressurus aut quidnam acturus esset: quum repente hominem proripi atque in foro medio* [21] *nudari ac deligari & virgas* [22] *expediri jubet.* Jam hæc medius fidius sola verba, *nudari ac deligari & virgas expediri jubet*, tanti [23] motus horrorisque sunt, ut non narrari, quæ gesta sunt, sed rem geri prorsus videas. Gracchus autem non querentis neque implorantis, sed nunciantis vicem, *Palus*, inquit, *in foro destitutus est. vestimenta detracta sunt, virgis cæsus est.* Sed enim M. Cicero præclare, cum diutina repræsentatione, non cæsus est, sed *cædebatur*, inquit, *virgis in medio foro Messanæ civis Romanus: quum interea nullus gemitus, nulla vox illius miseri inter dolorem* [24] *crepitumque plagarum audiebatur, nisi hæc:* [25] *Civis Romanus sum. hac commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum, cruciatumque à corpore* [26] *dejecturum arbitrabatur.* Complorationem deinde tam acerbæ rei, & odium in Verrem detestationemque apud civis Romanos [27] incense atque acriter atque inflammanter facit, quum hæc dicit: *ô nomen dulce libertatis! ô jus eximium nostræ civitatis!* [28] *ô lex Porcia legesque Semproniæ! ô graviter desiderata & aliquando reddita*

20 *Ista quæ de C. Verre dicit*] In Lugd. majore abest verbum postremum. Lambecius voces utrasque *quæ* & *dicit* subnotavit punctis, ut solet plerumque, ubi quid à MS. abfuit. Sed nihil affirmo. Reliqui omnes nihil mutant. *Gronov.*

21 *Nudari, &c.*] In MS. *nudare*, *deligare*, *expedire*.

22 *Expediri*] Proferri. Citat Nonius in *Expedire*.

23 *Motus*] Aliter *metus*. In quodam MS. *motus terrorisque*.

24 *Crepitumque*] Aliter, *strepitumque*. Thys. Ita & Regius & Lugd. major. Sed reliqui accedunt ad prius.

25 *Civis Romanus sum*] Qui juxta leges verberibus non erat obnoxius. Illorum verborum auxilio D. Paulus verberum injuriam deprecatus est, ut Lucas in Actis Apostolorum cap. 22. scribit. Vide & Suetonium in Galba cap. 9. & Ciceronem v. in Verrem, unde hic locus desumptus est. *Thys.* Hæc sæpe dicta: sed elegans & Verrinæ reverentiæ congruum exemplum præbent piratæ apud Plutarchum in Pompejo: qui quum cepissent aliquem civem Romanum, & id sibi adesse clamantem, ἐκπεπλῆχθαι προσποιούμενοι, καὶ δεδιέναι, τούς τε μηρὸς ἐπαίοντο καὶ προσέπιπτον αὐτῷ, συγγνώμην ἔχειν ἀντιβολοῦντες· ὁ δὲ ἐπείθετο ταπεινοὺς ὁρῶν καὶ δεομένους· ἐκ τούτου δὲ οἱ μὲν ὑπέδουν τοῖς καλτίοις αὐτὸν, οἱ δὲ τήβεννον περιέβαλον, ut ne amplius ignoraretur & palam præferret civem Romanum: sic aliquamdiu ludibrio habitum in medio mox mari scalis oblatis per eas discedere lætum jubebant, aut ipsi impellentes mergebant. *Gronov.*

26 *Dejecturum*] Scripti omnes aut *duecturum* aut *diiecturum*. Idem.

27 *Incense*] H. Stephanus ex conjectura legit, *intente*. Forsan legendum, *impense*. Thys. Ita sane legitur in Regio & Lugdun. majore. Sed & in Badiana ab Burdelotio aliove superscripta est litera p literæ c, unde videtur Thysius id sublegisse. Sed bene habet vulgatum, quod tuentur codices plures, prout *intenti incensique* à Gellio dicuntur VII, 3 ex conjectura paterna. *Gronov.*

28 *O lex Porcia legesque Semproniæ*] Quarum Porcia cavebat, ne quis magistratus civem R. virgis cæderet necaretve, sed damnato exilium permitteret. Liv. lib. 10. & Cicero pro Rabirio ea libertatem civium lictori ereptam. Legem autem Semproniam tulit M. Sempronius tribunus plebis, ne de capite civis Romani injussu Populi judicaretur; qui indicta causa in civem Romanum animadvertisset, de

dita plebi Romanæ tribunicia poteſtas! huccine tandem hæc omnia recide-
runt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido fœderato-
rum, ab eo, qui beneficio populi Romani [29] *faſces ac ſecuris haberet, deli-*
gatus in foro virgis cæderetur? quid quum [30] *ignes ardenteſque laminæ cæ-*
terique cruciatus admovebantur? ſi te [31] *acerba illius imploratio & vox*
miſerabilis non [32] *liniebat: ne civium quidem Romanorum, qui tum ade-*
rant, fletu gemituque maximo commovebare? Hæc M. Tullius atrociter, graviter, [33] copioſe apteque miſeratus eſt. Sed ſi quis eſt tam agreſti aure ac tam hiſpida, quem lux iſta & amœnitas orationis, verborumque modificatio parum delectat; amat autem priora idcirco, quod incompta & brevia & non operoſa, ſed nativa quadam ſuavitate ſunt, quodque in his umbra & color quaſi opacæ vetuſtatis eſt: is, ſi quid judicii habet, conſideret in cauſa pari M. Catonis, hominis antiquioris, orationem: ad cujus vim & copiam Gracchus nec adſpiravit. Intelliget, opinor, Catonem contentum eloquentia ætatis ſuæ non fuiſſe; & id jam tum facere voluiſſe, quod Cicero poſtea perfecit. In eo namque libro, qui [34] de *falſis pugnis* [35] inſcriptus eſt, ita de Q. Thermo conqueſtus eſt: *Dixit à decemviris parum ſibi bene cibaria curata eſſe. juſſit veſtimenta detrahi, atque flagro cædi. decemviros Bruttiani verberavere. vidêre multi mortales. quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc*

de eo Populi quæſtio conſtitueretur: quod propter P. Popillium latum eſt. Cicero pro Rabirio, pro Cluentio, De Leg. 3. C. quoque Gracchus legem tulit, ne de capite civium Romanorum, injuſſu Pop. Rom. judicaretur. Plutarch. in Gracchis. Legem quoque antea Valerius Publicola ſcripſit, ut Dionyſius Antiq. lib. 5. & Livius lib. 2. teſtantur, quæ eum qui provocaſſet, virgis cædi, ſecurique necari vetuit, ſed cum plus paucorum opes, quam libertas plebis poſſent, Icpius ab eadem familia renovata, ſed ſi quis adverſus eam feciſſet, nihil ultra quam improbe factum adjectum eſt. Quod vinculum legis non ſatis validum pœnam non irrogavit, donec pro tergo civium Lex Porcia gravem pœnam ſanxit, ut Livius commemorat lib. 10. c. 9.

29 *Faſces ac ſecuris*] Prætores lictores habebant cum ſex faſcibus. (Verres autem, de quo agit Cicero, prætor Siciliæ erat.) Erant autem faſces iſti faſciculi virgarum, quibus erat obligata ſecuris, ita ut ferrum in ſummo extaret; quemadmodum ex picturis veteribus liquet. Videndus Plutarchus in Probl.

30 *Ignes ardenteſque laminæ*] Quibus miſere reos cruciabant, vel etiam enecabant. Prudentius in Hymno Vincentii inter tormenta *ungulas*, & *ſtridentem flammis laminam* recenſet. Aliquando palo alligatis lamina ardens picem in membra ſtillabat. Vide Juvenalem Satyr. 1. Porro ex Cicerone liquet hunc hominem in crucem actum. De his qui in cruce vel palo uſtulati vide Lipſ. de Cruce lib. 2. c. 10.

31 *Si te acerba illius imploratio*] Male quidam legunt, *improbatio*. Rei innocentes fidem Populi, fidem Quiritium, ut illis ſuccurrerent, implorabant. Fidem implorare nihil aliud quam auxilium in hac loquendi formula denotat, ut teſtatur Donatus in Andriam Terentii Act. 4. Sc. 1.

32 *Leniebat*] Apud Ciceronem legitur, *inhibebat*.

33 *Copioſe apteque*] Reg. S. Marci Flor. Lincoln. Lugd. major Petav. *apte copioſeque*. Lugd. min. *graviterque apte copioſeque*. Certe vides ſeriem vocum temere inverſam eſſe. *Gronov.*

34 *De falſis pugnis*] Recte. Ita & Nonius citat in *Vibices*. Putant nonnulli legendum *pœnis*, quia in eo fragmento ſævitiæ ac pœnarum mentio fit. Sed falluntur. Vide Joſ. Mercerum ad Tacitum pagina extrema. *Thyſ.* Et adſcriptum video exemplari Salmaſiano [Lipſ. *pœnis*. Var. 3, 14. male. nomen ſolenne criminis. Plautus Trucul. 7. 4.]

35 *Inſcriptus*] Aliter, *ſcriptus eſt*.

hanc servitutem ferre potest? nemo hoc rex ausus est facere; eane fieri bonis bono genere gnatis boni consulitis? [36] *ubi societas? ubi fides majorum? insignitas injurias, plagas, verbera, vibices,* [37] *eos dolores atque carnificinas, per dedecus atque maximam contumeliam, inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus, te facere ausum esse?* [38] *sed quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrumarum, quantum fletum factum audivi? servi injurias nimis ægre ferunt. quid illos bono genere gnatos, magna virtute præditos, opinamini animi habuisse atque habituros dum vivent?* Quod Cato dixit, [39] *Bruttiani verberavere:* ne qui fortasse de *Bruttianis* requirat, id significat. Quum Hannibal Pœnus cum exercitu in Italia esset, & aliquot pugnas populus Romanus adversas pugnavisset; primi totius Italiæ Bruttii ad Hannibalem desciverunt. id Romani ægre passi, postquam Hannibal Italia decessit superatique Pœni sunt, Bruttios ignominiæ causa non milites scribebant, nec pro sociis habebant, sed magistratibus in provincias euntibus parere & præministrare, servorum vicem, jusserunt. itaque hi sequebantur magistratus, tamquam in scenicis fabulis qui dicebantur lorarii; &, quos erant jussi, vinciebant aut verberabant. quod autem ex Bruttiis erant, appellati sunt *Bruttiani.*

36 *Ubi societas*] Citat hæc quoque Nonius in *Vibices.*

37 *Eos dolores*] Apud Nonium Merceri *eis dolores.* Vulgati libri, *vis, dolores.* quod Mercerus verum esse credit. *Vis* in plurativo numero Sallustius in Jugurtha utitur, *quibus pro magnitudine imperii vis & injurias omnis curæ esse decet.*

38 *Sed quantum luctum*] MS. Reg. *& quantum l.* In fine etiam quum MSS. nostri plane omnes habuerint *dum vivent*, nescio quare id placuerit mutare in editis recentioribus, non nisi auctore Stephano, quem video primum auxisse syllabas. *Gronovius.*

39 *Bruttiani*] In MS. Schegkii, *Brettiani* more Græco. *Thys.* Quæ insuper ab viro docto afferuntur ex Strabone & Diodoro Siculo & Justino de nomine Bruttio, illa universa collegit Cluverius in Italia, unde nugaciter descripsit, sed id quidem lepidum est, quod colligit non mirum Bruttianos pro servis & ministris crudelitatis poni, cum ipsa vox Bruttiorum servum denotet; quæ tantum distant, quantum terra ab cœlo, aut dies ab nocte; nec habent quidquam commune. Multæ malæ & viles origines ediderunt posteritatem laudabilem. Itaque magis pertinet ad horum & ipsius appellationis illustrationem, quod Romæ fuerit *campus Bruttianus*, quem Famianus Nardinus horum hominum habitationi attribuit, velut ab his Bruttianis nominatum lib. VII de urbe Roma cap. XI. Lorarios vero & scenicas fabulas, quibus illi inserviebant, egregie antiquis ibi usurpatos monstrat locus Xiphilini, quem citavit Lipsius libro II Saturnal. c. XI. Nam Thysius huc nihil boni subjecerat. Nugatur interim Phil. Carolus, dum notat memoratu dignum esse morem Romanorum, qui ex gente captiva plerumque servos quosdam Reip. seligebant ad varios usus. Nec ullo exemplo congruo eum morem probat. In Bruttiis non mos fuit exercitus, sed duritas, sed ira, sed vindicta adversus proditores. In Carthagine retenti in loco & opificio, in quo deprehendebantur. Sullæ factum huc non pertinet. Romanus mos fuit ex gente devicta milites & socios facere. *Gronovius.*

CAP. IV.

Quod P. Nigidius argutissime docuit nomina non positiva esse, sed naturalia.

NOMI-

NOMINA verbaque non positu fortuito, sed quadam vi [1] ratione naturæ facta esse [2] [3] P. Nigidius in grammaticis commentariis docet; rem sane in philosophiæ dissertationibus celebrem. quæri enim solitum apud philosophos, [4] Φύσει τὰ ὀνόματα sint, ἢ θέσει [a]. in eam rem multa [5] argumenta dicit, cur videri possint verba esse naturalia magis, quam arbitraria. ex quibus hoc visum est lepidum & festivum. [6] *Vos*, in-

a *Utrum natura nomina* sint, *an ex impositione.*

1 *Ratione naturæ facta esse*] Videndus est Plato in Cratylo, ubi accurate pro utraque parte disputat. Cratylus utique, qui κατὰ συνθήκην ab hominibus vocabula constituta arbitratur, addit tamen primigenia nomina quædam extare, quæ à priscis autoribus instituta, quæ potentia majore quam humana, cæterorum vocabulorum fundamentum sint. Inde tamen vocabulorum tantam perturbationem fuisse, ut longis annorum spatiis obfuscata, vix ac ne vix quidem agnoscantur primorum illorum vocabulorum vestigia. Quæ Sacræ Scripturæ aliquo modo conveniunt. Namque ad Adamo juxta rerum naturam imposita vocabula inprimis primogenia. Eademque post confusionem Babylonicam valde turbata sunt, ut vix vestigia nisi in primogenia lingua agnoscantur.

2 *P. Nigidius*] Quem quomodo perstringat *Muretus* l. 13 Var. Lect. c. 2, illic videre licet. Interim Galenus quoque ridet illud Chrysippi argumentum l. 2. de Plac. Hipp. & Plat. c. 2. Frigidos itaque Chrysippi syllogismos suo merito vocat Lucianus in Icaro-Menippo.

3 *P. Nigidius*] Ex Græcis quæ salva habemus fragmentis discimus apud antiquos de hac re aliquid actum esse. Id ex ipsis quoque Gellii verbis apparet, dum ait in philosophiæ dissertationibus celebrem causam, scilicet ab Græcis cultæ, prout quoque loca ab viris doctis annotata sunt. Itaque gratias semper optimo Gellio egi, quod impertiverit nobis etiam per hos commentarios curam si non plurium Latinorum, duntaxat unius & certe doctissimi in istius contemplationis arbitratu. In quo etsi egerint temere, utpote nequaquam instructi eo fundamento, quod unice erat necessarium, & præter istam utramque linguam alia spernentes, & ideo argui possint; tamen arguendos in eo non magis nunc opinor, quam in aliis pluribus, quæ nihil nisi meram eorum infelicitatem & inscitiam in veris rerum principiis declarant. Ea quum hodie pateant, certe tamen non ita bene agitur, ut non sæpe ineptiora his sæculis proferantur. Dicat Muretus ingeniose fatua esse; modo non sibi conscius sit ab ipso multa edita esse rustice & obtuse sapida, prout est hic ipse impetus in auctorem nostrum. Gellius selegit hoc argumentum, sed tantummodo ut lepidum & festivum, prout certe est, quomodo 1, 23 dicit *lepidum & festivum mendacium.* Itaque non penitus probat, non habet pro *vero & probo*, ut istas voces jungit 2, 7, non pro *probabili & firmo*, ut 10, 5, sed hactenus modo, ut sit lepidum & festivum. Sic dum vocat, non supponit magni ponderis esse, non validum ad illustrationem universæ rei; sed neque forsan in docendo non leve ac futile, quæ duo adjectiva sumsit Muretus ex ipso Gellio 1, 15, ut ita Gellio per suas voces insultet: interim tamen statuit inesse quandam venerem, ut dignum existimaverit, quod huc referret, nec id inane est. Ita nihil vetat lepidum & festivum coire in rem levem & futilem, prout festivos & delectabiles apologos dixit 2, 29, quos leves & futiles dicat alius. Licet libetque his addere Ascensiana ista: [Sane quia primi parentes nostri nomina rebus imposuerunt, certum nobis est sermonem omnem & nominum impositionem Dei esse donum; cum etiam in varietate linguarum à Deo irato facta tanta sit adhuc concinnitas, ut humana ope fieri potuisse non credas. Deus autem & parens naturæ ut fragilitati nostræ opitularetur, multa quæ ipse facit, ab natura facta videri voluit.] Hoc posterius est Gellianum ex 6, 1, ubi explicat Chrysippum. *Gronovius.*

4 Φύσει τὰ ὀνόματα *sint*] Ita rite hæc instauravit Stephanus, quum ante eum omitteretur verbum in editis; in MSStis mirifice turbaretur, in Regio quidem *philosophos Gr. nominata sunt Gr. In eam*, ut ego notavi, *sint*, ut Lambecius & Bourdelotius. In Lugd. maj. *philosophos* Φυσει Tao. *Nominata sunt* HTE Eci. minore *philosophos* ΦyecITa ONOMATA *sint* H Θece'. Omnino vides verissimum esse, quod editur. *Gronov.*

5 *Argumenta dicit, cur videri possint*] Ex Reg. notavit Lambecius *dicuntur viderine possint.* Lugd. major *multa arg. dr̃ videri possint*, quæ nota est τȣ̃ *dicitur.* An volunt igitur? *multa argumenta dicit, ut videri possint.* Idem.

6 *Vos*, inquit,] Apud Græcos ἡμεῖς & ὑμεῖς spiritu aspero & projecto pronunciatur.

inquit, *quum dicimus; motu quodam oris conveniente cum ipsius verbi demonstratione utimur, & labias sensim primores emovemus, ac spiritum atque animam porro versum & ad eos,* [7] *quibuscum sermocinamur, intendimus. at contra quum dicimus, nos; neque profuso intentoque flatu vocis, neque projectis labris pronunciamus: sed & spiritum* [8] *& labias quasi intra nosmetipsos coercemus.* [9] *Hoc idem fit & in eo quod dicimus, tu & ego, & tibi & mihi. Nam sicuti, quum adnuimus & abnuimus, motus quidam ille vel capitis vel oculorum à natura rei, quam significat, non abhorret: ita in his vocibus quasi gestus quidam oris & spiritus naturalis est. Eadem ratio est in Græcis quoque vocibus, quam esse in nostris animadvertimus.*

7 *Quibuscum sermocinamur*] H. Stephanus legit, *quibus consermocinamur*. Thys. Et ita sane extat in nonnullis scriptis, ut ipso Lincoln. Sed hæsitasse hoc loco librarios patet ex aliis, qui habent *quibus sermocinamur* ut est in Lugd. maj. & sic exhibuit Badiana. Sed id quod editur, probant Reg. S. Marci Flor. Lugd. min. aliique. *Gronovius.*

8 *Labias*] Ita præter Lucilium Plautus quoque in Sticho loquitur.

9 *Hoc idem fit*] Perperam quippe Stephanus ordinem harum vocum turbavit & contra MSS. *Gronov.*

CAP. V.

Avarus *simplexne vocabulum sit, an compositum & duplex, sicut P. Nigidio videtur.*

Avarus non simplex vocabulum, sed junctum copulatumque esse [1] P. Nigidius dicit in commentariorum undetricesimo: [2] *Avarus enim*, inquit, *appellatur qui avidus æris est. sed in ea copula*, e, *litera*, inquit, *detrita est. item* [3] *locupletem dictum* ait *ex compositis vocibus, qui* [4] *pleraque loca, hoc est, qui multas possessiones* [5] *teneret.* Sed probabilius id firmiusque est, quod de *locuplete* dixit. nam de *avaro* ambigitur. cur enim non videri possit ab uno solum verbo inclinatum, quod est *aveo*: eademque fictura, qua est *amarus?* [6] de quo [7] nihil dici potest quin duplex non sit.

1 *P. Nigidius*] Ita MS. Reg. perinde ut in summa capitis. Sed & mox omnes MSS. *è litera inquit.* quod cur mutant in *è inquit litera*?

2 *Avarus*] Videndus de utroque Vossius in Etymologico *avarus*, quasi *avidus auri*, extrito *u*. Sed tum melius diceretur *avidus æris*, quia post percussionem nummi in ære primum, non in auro veterum facultates consistebant.

3 *Locupletem*] *Locuples dicebatur à copia locorum*, ut Fronto loquitur. vel potius *plenus locorum*, *locus* agrum denotat, *ples* abundantem, ab inusitato *pleo*, unde *impleo*, *repleo*. Hanc derivationem etiam probat Plinius lib. 18 c. 3. & Isidorus lib. 10.

4 *Pleraque*] In Scriveriano cod. annotatum *plurima*.

5 *Teneret*] Vett. cod. *tenet*. Thys. Certe Reg. S. Marci Flor. Lugd. uterque, Thuan. Lincoln. Petav. habent imperfectum. *Gronov.*

6 *De quo nihil dici potest*] Quasi dicat, quod simplex esse negari non potest. *Thys.* Hanc explicationem H. Stephanus sua manu adscripsit editioni Badianæ.

7 *Nihil*] In MS. quodam omittitur.

CAP.

CAP. VI.

Multam dictam esse ab Ædilibus plebei Appii Cæci filiæ mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.

NON in facta modo, sed in voces etiam petulantiores publice [1] Romæ vindicatum est. ita enim debere esse visa est Romanæ disciplinæ dignitas inviolabilis. Appii namque illius Cæci filia à ludis, quos spectaverat, exiens turbâ undique confluentis fluctuantisque populi jactata est: atque inde egressa quum se male habitam diceret; *Quid me nunc factum esset*, inquit, *quantoque artius pressiusque conflictata essem, si P. Claudius frater meus navali prælio classem navium* [2] *cum ingenti civium numero non perdidisset? certe quidem majore nunc copia populi oppressa intercidissem.* [3] *Sed utinam*, inquit, *reviviscat frater, aliamque classem in Siciliam ducat, atque istam multitudinem perditum eat, quæ me male nunc miseram convexavit!* Ob hæc mulieris verba tam improba ac tam incivilia, C. Fundanius & Tib. Sempronius Ædiles plebei multam dixerunt ei [4] æris gravis viginti quinque milia. Id factum esse dicit Capito

1 *Romæ*] Abest à Cod. Torneſ. & vett. editt. *Thyſ.* Immo ab omnibus MSS. qui à nobis adhiberi potuerunt, & est unius Stephani donum, quo carere possumus. Certe id urbis nomen non addidit in principio capitis 11 lib. 3, ubi materia tamen ad Romam pertinet. *Gronov.*

2 *Cum ingenti civium numero*] Ex XCIII. captis navibus paucos evasisse Polybius testatur.

3 *Sed utinam &c. reviviscat frater*] Suetonius in Tiberio: *Claudia novo more judicium majestatis apud populum mulier subiit, quod in conferta multitudine ægre procedente carpento palam optaverit, ut frater suus Pulcher revivisceret atque iterum classem amitteret, quo minor turba Romæ foret.* Valer. Maxim. lib. 8 cap. 1. addit optasse, *ut frater sæpius consul factus, infelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret.* vide & Liv. Epit. lib. 19.

4 *Æris gravis viginti quinque milia*] Budæus & Scaliger per *æs grave* rude atque informe intelligunt, quos rejicit Salmasius, atque idem de M. Usur. c. 6. extra controversiam esse ait, quamdiu asses fuere librarii, *grave æs* non alia notione acceptum fuisse, quam de ære signato; ubi vero imminutum assium pondus fuit, & illi lege Papiria ad semunciam redacti, *æris gravis* appellationem non nisi de infecto & rudi usurpatam. At ego maxime controversum existimo, quod illi extra controversiam est. Nam dum as libram pondo fuit, quæ ratio potuerit excogitare aut utilem ac necessariam reddere *gravis æris* appellationem nullus video: unius enim generis erat, quicquid erat: & quia grave erat omne, ideo nullum, quod *grave* diceretur. Nondum extiterat nomisma, quod minori pondere accederet ad idem pretium, à quo ut appellando discerneretur, alterum grave nuncupandum erat. Tum demum opus fuit distinctione nominis, postquam aliud æs pondere levius eadem æstimatione cœpit usitari. Adeo ut vocabulum pœne non fuerit, nisi ex quo res fuit, hoc est esse desiit. Ergo dum libralis as fuit, ignorabatur discrimen & nomen æris gravis: at circumscripto asse, *grave æs* & de signato & de rudi prout res tulit, pro pecunia accipi facile concedam. Ita scribit *Gronovius de Pecunia Veteri lib. 3. c. 15.* Addit in fine capitis: Aut cogitemus factum Romæ, quod fit hodieque apud Sueones. Sunt nummi ærei; sunt etiam massæ grandes quadratæ, in quatuor oris & medio alterius lateris signatæ. Ita credi possit usum nummorum non statim sustulisse usum massarum. Æs grave tum dixerint Romani & massas hujusmodi signatas, postquam nummi pondus imminutum est. Sed illarum massarum pretium crevit pro ratione nummi: *Ita Vir Clarissimus & amicissimus Collega Gronovius.* Quandoquidem autem hanc historiam contigisse refert Ateius bello Punico primo, adduci hic debet locus Plinii l. 33 c. 3. ubi ita loquitur: *Libræ autem pondus æris imminutum bello Punico primo, cum impensis Respublica non sufficeret,*

pito Ateius in commentario de judiciis publicis, bello Pœnico primo, Fabio Licino & Otacilio Craſſo conſulibus.

Anno V. C. DVII.

ret, conſtitutumque ut aſſes ſextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factæ lucri, diſſolutumque æs alienum. Ita aſſe ſextantario facto, proculdubio adhuc aſſes librales extiterunt, qui *gravis æris* dicebantur. Quinetiam maſſa XX. librarum, quæ prius valuerat vicenos æris, tum CXX. aſſes valuit & appenſa eſt. Eadem ratio in aſſe unciario. Primis autem illis temporibus, quanquam levioti pondere aſſes ferirentur, proculdubio graves tamen non ſtatim aboliti. vel igitur de talibus aſſibus, vel maſſis æreis intelligendus hic locus.

CAP. VII.

Fluminum, quæ [1] ultra imperium Romanum fluunt, prima magnitudine eſſe Nilum, ſecunda Hiſtrum, proxima Rhodanum, ſicuti M. Varronem memini ſcribere.

OMNIUM fluminum, quæ in maria, qua imperium Romanum eſt, fluunt, quam Græci τὴν ἑῶω θάλασσαν[a] appellant, maximum eſſe Nilum conſentitur: proxima magnitudine eſſe Hiſtrum ſcripſit Salluſtius. Varro autem quum de parte orbis, quæ Europa dicitur, diſſereret, [2] in tribus primis ejus terræ fluminibus Rhodanum eſſe ponit; per quod videtur eum facere Hiſtro æmulum. [3] Hiſtrus enim quoque in Europa fluit.

a *Mare internum* ſive mediterraneum.

1 *Ultra*] Ex textu elici poteſt *intra* ſcribendum, niſi titulus, quod aliquoties contingit, non reſpondeat textui. Nilus tamen, & Danubius etiam extra limites imperii Romani ex parte fluunt, Rhodanus intra limites. Sed ita intelligendum eſt, flumina hæc ultra imperium fluere in mare, qua imperium Romanum eſt. *Thyſ.* Qui neſcio quo modo hanc notam conflaverit. Scivit credo & Aſcenſium commoviſſe illud *intra*, & ad Nonium ab Mercero prorſus reſtitui juſſum, quia ut Nilus non totus fluxerit intra Romanum imperium, certe & Rhodanus & Danubius ætate Gellii intra illius fines erant. Hinc igitur debuit quidem monſtrare Thyſius partem Danubii extra limites imperii Romani fluentem. Sed & Mercerus abit à ſcopo. Non enim Gellius quidquam ſtatuit ex ſe aut ſua ætate, ſed plane Varronem & Salluſtium citat, ut de illorum ætate agi nunc oſtendat; quando certe non omnis Danubius acceſſerat provinciis Romanis, & tam iſte, quam Nilus ultra imperium Romanum fluebat. Fluvii vero hi paſſim deſcribuntur, ut Thyſiana deleverim. Quomodo autem tuebitur ſe Muretus, quum lib. XIII Var. Lect. cap. 20 ſcribit [Tria maxima Europæ flumina eſſe Nilum, Iſtrum & Rhodanum traditum eſt.] Pudeat profecto. A quo enim ſanæ mentis id traditum eſt de Nilo? Quis credat de Mureto? Et tamen Phil. quoque Carolus, quum ex Arriano citaſſet *Iſtrum fluviorum per Europam maximum*, adjicit, [Pars major tamen Hiſtoricorum & Geographorum principatum Nilo defert.] Incredibilia prorſus. *Gronov.*

2 *In tribus primis*] Inter quæ Rhenus, Danubiuſque.

3 *Hiſtrus enim*] Reg. & Lugdun. major *Hiſtros.*

CAP. VIII.

Inter ignominias militares, quibus milites coërcebantur, fuiſſe ſanguinis dimiſſionem, & quænam eſſe videatur cauſa hujuſcemodi caſtigationis.

[1] FUIT

[1]FUIT hæc quoque antiquitus militaris animadverſio, jubere ignominiæ cauſa militi venam ſolvi & ſanguinem dimitti. Cujus rei ratio in literis veteribus, quas equidem invenire potui, non extat: ſed opinor factum hoc primitus in militibus [2] ſtupentis animi atque à naturali habitu declinantis; ut non tam pœna quam medicina videretur. poſtea tamen ob pleraque alia delicta idem factitatum eſſe credo per conſuetudinem; [3] quaſi minus ſani viderentur omnes qui delinquerent.

1 *Fuit hæc quoque*] Ex Plinio adducit Joannes Sarisburienſis lib. 6 c. 12.

2 *Stupentis animi*] Prout deſcribitur proprie miles Romanus fuiſſe in primo elephantorum conſpectu ſub Pyrrho. Itaque nequit ibi locum habere expoſitio Mureti, quia iſtud nolle in eo non habebat locum; tantundem probi habet excuſatio ab Thyſio tentata, quoniam non venit ab furto; ſed neque meticuloſus proprie dici potuit: ibi enim erant aliæ & pœnæ & ignominiæ. Mihi videtur olim hanc unam vel pœnæ vel ignominiæ ſpeciem fuiſſe inter milites, ut hinc Romanis in ore manſerit *dandum eſſe invidiæ ſanguinem*, Liv. 3, 14 & ſimile, quod deinde aliis notis inventis obtinuit in certo genere. Addenda Petri Fabri Semeſtria lib. 1 pag. 102, ubi & ipſe Lipſianas emendationes profert ut ſuas. Ceterum videtur in hoc loco placuiſſe librariis ludere, unde non pauci codices habent *ſtupentibus animi atque à naturali habitu declinatis*. Gronov.

3 *Quaſi minus ſani viderentur*] Hæc ratio ſubtilior. Muretus putat potius id factum, ut ſanguinem, quem cum gloria fundere pro patria noluerant; eum cum ignominia amitterent. Verum Lipſius hoc improbat, cum etiam in furto ſanguinis miſſio in uſu fuerit; nam Frontinus lib. 4. Strateg. ita loquitur, *M. Cato memoriæ prodidit in furto comprehenſis inter commilitones dextras eſſe præciſas, ſi lentius* (legendum, *lenius*) *animadvertere voluiſſent in principes, ſanguinem miſſum*. Juſtus Lipſius lib. 5. de Milit. Rom. dial. 18. primo emendat pro *in principes*, *in principiis*, nam in illo loco caſtrorum pleræque pœnæ exactæ. Stewechius in Notis ad Frontinum vulgata verba ſervanda autumat, & principes putat vel principales milites gregariis ac contubernalibus opponi. Sed ad rem. Mureti itaque ſententiam improbat Lipſius. Quis enim, inquit, in furto caſtigato, ſanguis pro patria fundendus fuit? Sed pro Mureto reſponderi poſſet originem hanc pœnæ fuiſſe, ſed poſtmodum ad alia delicta tralatitiam factam eſſe. Etiam alia quoque ratio addi poteſt, ut illi, qui in hoſtili ſanguine fundendo parci vel meticuloſi fuiſſent, ſuum ſanguinem amitterent. Potuit interea quoque eſſe nota meritæ mortis, ut Lipſius cenſet, ſed clementer condonatæ, cujus ſpecies erat ſanguinis miſſio modica.

CAP. IX.

Quibus modis quoque habitu acies Romana inſtrui ſolita ſit, quæque earum inſtructionum ſint vocabula.

VOCABULA ſunt militaria, quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet, [1]*frons*, [2]*ſubſidia*, [3]*cuneus*, [4]*orbis*, [5]*globus*, [6]*forfices*,

1 *Frons*] Initium aciei. Cato de Re militari apud Nonium: *Una depugnatio eſt fronte longo, quadro exercitu*. Quæ verba Vegetius quoque uſurpat lib. 3 c. 20.

2 *Subſidia*] Quum Gellius jungat fronti ſubſidia, tanquam in acie modos diverſos, ſed proxime, apparet ſubſidia non debere intelligi auxiliares copias, ut video alios velle; dixiſſet enim magis proprie auxilia; ſed potius poſteriorem vel ſecundam aciem, in qua non utique ſunt auxiliares copiæ, ſed quæ conſtare poteſt ex ipſis triariis; quod notiſſimum. *Gronov.*

3 *Cuneus*] Literæ Δ aſſimilabatur. Anguſta in fronte acies paulatim ſe pandens in maximam longitudinem deſinebat. *Caput quoque porcinum* appellarunt. Vegetius lib. 3. de Re Mil. cap. 19. *Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ juncta acie prima anguſtior, deinde latior procedit, & adverſariorum ordines rumpit: quia à pluribus in unum locum tela mittuntur, quam rem milites appellant caput porcinum.*

4 *Orbis*] Unde toties orbem volvere apud Livium. Et hæc vox videtur exturbata eſſe ex verbis

ces, [7] *ferra*, [8] *alæ*, [9] *turres*. Hæc & quædam item alia invenire est in libris eorum qui de militari disciplina scripserunt. tralata autem sunt ab ipsis rebus, quæ ita proprie nominantur: earumque rerum in acie instruenda [10] sui cujusque vocabuli imagines ostenduntur.

Catonis de re militari apud Festum Pompejum in Serra: *Sive orbe opus sit aut cuneo aut globo aut forcipe aut turribus aut serra uti adoriare.* Vulgo, *sive forte opus sit cuneo*, ut inde videas quem ante oculos habuerit Gellius in hac recensione. *Gronov.*

5 *Globus*] *Qui* juxta Vegetium *à sua acie separatus vago superventu incursat inimicos.* figura quoque rotunda & globosa fuisse videtur.

6 *Forfices*] Vel *forcipes* contrarii erant cunei figuræ. *Thys.* Vide Modestum in vocab. 27. Vegetium lib. 3 cap. 17. Ammianum lib. 16 *forcipis specie.* Henr. Valesius.

7 *Serra*] Paulus ex Festo, *Serra præliari dicitur cum assidue acceditur, recedituque, neque ullo tempore consistitur.* ad modum nimirum agitatæ serræ.

8 *Ala*] Vegetius l. 2 c. 1. *Equitum alæ dicuntur ab eo, quod ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies.*

9 *Turres*] Ordo militum in quadro, instar turris.

10 *Sui cujusque vocabuli imagines*] Sic MSS. Verum pater margini adscripsit *suæ.* Gronov.

CAP. X.

Quæ ejus rei causa sit, quod & Græci veteres & Romani annulum in eo digito gestaverunt, qui est in manu sinistra minimo proximus.

VETERES Græcos annulum habuisse in digito accepimus sinistræ manus, qui minimo est proximus: Romanos quoque homines ajunt sic plerumque annulis [1] usitatos. Causam esse hujus rei [2] Apion in libris Ægyptiacis hanc dicit: quod infectis apertisque humanis corporibus, ut mos in Ægypto fuit, quas Græci ἀνατομὰς appellant, [3] repertum est [4] nervum quemdam tenuissimum ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere ac pervenire: propterea non inscitum visum esse eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur.

1 *Usitatos*] Usos. ita & cap. 21 loquitur.

2 *Apion*] Sic Petav. Lugdun. uterque.

3 *Repertum*] Aliter, *apertum, compertum.* Thys. Ut Germanici cremati cor inter ossa incorruptum repertum fuisse scribit Suetonius Cal. 1.

4 *Nervum quendam*] Sunt hæ ineptiæ. Idem scribit Macrobius lib. 7. Sat. cap. 13. Ibidem Ateius Capito scribit, usum annulorum exemptum dextræ, quæ multum negotiorum gerit, ne crebro motu pretiosi lapides frangerentur, & in digito illo, qui minus officii gerit, constitutum esse.

CAP. XI.

Verbum, mature, *quid significet, quæque vocis ejus ratio sit; & quod eo verbo vulgus hominum improprie utitur: atque inibi quod* præcox *declinatum* præcocis *facit, non* præcoquis.

Mature nunc significat *propere* & *cito*, contra ipsius verbi sententiam. aliud enim est *mature* [1] quam quod dicitur *propere.* Propterea P. Nigi-

1 *Quam quod dicitur propere*] Hæc in editionibus jam olim sunt infuscata contra consensum MSSto-rum

Nigidius homo in omnium bonarum artium disciplinis egregius, [2] *Mature*, inquit, *est quod neque citius est neque serius: sed medium quiddam & temperatum est.* Bene atque proprie Nigidius. nam & in frugibus & in pomis *matura* dicuntur quæ neque cruda & immitia sunt, neque caduca & [3] decocta, sed tempore suo adulta maturaque. quoniam autem id, quod non segniter fiebat, *mature* fieri dicebatur, progressa plurimum verbi [4] significatio est; & non jam quod non segnius, sed quod festinantius fit, id fieri *mature* dicitur; quando ea, quæ præter sui temporis modum properata sunt, *immatura* verius dicantur. Illud vero Nigidianum rei atque verbi temperamentum divus Augustus duobus Græcis verbis elegantissime exprimebat. nam & dicere in sermonibus & scribere in epistolis solitum esse ajunt, [5] σπεῦδε βραδέως [a]: per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur [6] & industriæ celeritas & diligentiæ tarditas. Ex [7] quibus duobus contrariis fit *maturitas*. Virgilius quoque, si quis animum attendat, duo ista verba *properare* & *maturare* tamquam plane contraria scitissime separavit in hisce versibus:

[8] *Frigidus agricolam siquando continet imber,*
Multa, forent quæ mox cœlo properanda sereno,
Maturare datur.

Elegantissime ista duo verba divisit. namque in [9] præparatu rei rusticæ per

a *Festina lente.*

rum omnium, quorum in nullo exstat istud *quod*. Et sane nihil insuper requiram *aliud enim est mature quam dicitur*, nempe modo à me, quum notavi eo sensu dici. Pergunt MSSti *Propterea P. Nigidius*, prout id novit quoque Stephanus. Sed & in Reg. mox iteratur *proprie P. Nigidius*. Gronov.

2 *Mature*] Idem ex Nigidio citant Servius ad illud Georg. 1. *Maturare datur*, Macrobius lib. 6. Saturn. c. 8. iisdem fere, quibus Gellius verbis. & libellus vetus Grammat. de differentiis.

3 *Decocta*] Putrida. In quodam cod. annotatum, *decoqua*.

4 *Significatio est*] Ita quidem habetur in quibusdam MSS. sicut etiam infra. Sed quis credat ideo progressam multum fuisse hanc significationem, quoniam mature fieri dicebatur, quod non segniter fiebat? Longe commodius legi videtur in aliis *progressa plurimum verbi significatione non jam quod* &c. Apparet enim istas voces ad sequentem maxime pertinere. Etiam in Reg. aliisque bis est *festinantius*, ut habebant editiones ante Stephanum. Utique sic Tacitus Gellio æqualis XV annal. 3 *Compositius quam festinantius agerent*. Gronov.

5 Σπεῦδε βραδέως] Quod vide apud Suetonium cap. 25.

6 *Et industriæ celeritas, &c.*] Hæc duo nomina *industriæ & diligentiæ* non solum dandi sed & gignendi casus esse possunt, prout nunc intelliguntur.

7 *Quibus duobus*] Potuit dicere *duabus*.

8 *Frigidus agricolam*] Extant hi versus lib. 1. Georg. vs. 259. & seqq. Ad quem locum Servius: *Ordo est, Multa maturare datur & diligenter facere: quæ velis cœlo sereno properanter facere, non diligenter poteris facere, dum festinas & tardius ad laborem redibis. Oportet ergo, ut dum domi resides ea quæ tibi præparare potes, & necessaria vides, parare studeas: ut cum fuerit serenitas data, statim ad laborem prodeas.* Citat idem mox Catonem, & (quod nota) Aul. Gellium.

9 *Præparatu*] Vett. editt. *properatu*. male. Vetus codex juxta Scaligerum legebat *præperatu*. Sic in compositis à *paro* dicitur *propero*, *impero*, quasi *mando*, *ut quis paret*. *repero*, pro reparo, quæ tamen vocabula à *paro* originem sumunt. *Thys.* Itaque & Stephanus edidit *præperatu*. Fateri tamen cogor in Regio, duobus Lugd. exstare manifeste *præparatu*, prout editum ab Aldo. Lincoln. *proparatu*. Gronov.

10 *Plu-*

per tempestates [10] pluvias, quoniam otium est, maturari potest: per [11] serenas, quoniam tempus instat, [12] properari necessum est. Quum significandum autem est coactius quid factum & festinantius; tum rectius *præmature* factum id dicitur quam *mature*. sicut [13] Afranius dixit [14] in togata, [15] cui titulus nomen est:

Appetis dominatum demens præmature præcocem.

In quo versu animadvertendum est, quod *præcocem* inquit, non *præcoquem*. est enim casus ejus rectus non *præcoquis*, sed *præcox*.

10 *Pluvias*] Vulgo, *pluviasque*. Sed referendum ad *tempestates*.

11 *Serenas*] Scilicet tempestates.

12 *Properari necessum est*] Forsan hic quædam desunt, ut illa ex Catone, quæ apud Servium inveniuntur.

13 *Afranius*] Qui iisdem temporibus in urbe floruit, quibus Terentius & Sext. Cæcilius in senium vergebant.

14 *Cui titulus nomen est*] Bad. edit. Νόμος. in margine mei codicis adscriptum *Nomius*. Forsan nomen Fabulæ fuit *Titulus*, vel *Tutulus*, id est, *miles*. Festus: *Tituli milites appellantur, quasi tutuli, quod patriam tuerentur*. Thys. Sane in Ascensianis etiam notis dicitur rectius legi Νόμος, nec scio causam. Certe quum Aldina & veteres haberent *nomen*, Seb. Gryphius notavit & anno 1539 edidit Νόμος, quum anno 1534 dedisset *nomen*. Hoc autem video confirmari ab MSS. omnibus non in Gellio tantum, sed & Macrobio. Id merito non turbandum judicamus. *Gronov.*

15 Non *præcoquis*] Ita tamen etiam in recto casu dicitur apud Nonium, qui ita ex Novio, vel Nævio, hæc verba adducit: *Huic puellæ præcoquis libido inest. Præcoquus* quoque Columellæ, & Martiali dicitur.

CAP. XII.

De portentis fabularum quæ Plinius Secundus indignissime in Democritum philosophum confert: ibidem de simulacro volucri columbæ.

[1] LIBRUM esse Democriti nobilissimi philosophorum de vi & natura chamæleontis, eumque se legisse Plinius Secundus [2] in naturalis historiæ vicesimo octavo refert; multaque vana atque intoleranda auribus deinde quasi à Democrito scripta tradit, ex quibus pauca hæc inviti meminimus, quia pertæsum est. [3] Accipitrem avium [4] rapidissimum à chamæleonte humi reptante, & si eum forte supervolet, detrahi & cadere vi quadam in terram; cæterisque [5] avibus laniandum sponte sua objicere sese & dedere. Item aliud ultra humanam fidem. Caput [6] & collum

1 *Librum esse Democriti*] Hunc librum *de vita & natura Chamæleontis* non recenset Diogenes Laërtius inter ejus opera. Cæterum in fine ejus vitæ ita dicit τὰ δ' ἄλλα ὅσα τίνες ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν, τὰ μὲν ἐκ τῶν αὐτῶν διεσκευάσαι, τὰ δ' ὁμολογουμένως ἐστὶν ἀλλότρια, id est, *alia autem quæcunque nonnulli illi tribuunt, quædam ex illius libris composita sunt, quædam omnium consensu aliena sunt*. Ubi de Plinio & Columella aliisque observavit Menagius, quæ non oportet ubique repeti.

2 *In naturalis historiæ vicesimo octavo*] Numerus sic exprimitur in utroque Lugdun. Sed minor habebat *naturali*, unde patri in mentem venisse videtur *in naturali historia vigesima octava*, ut sæpe id captat auctor. *Gronov.*

3 *Accipitrem, &c.*] Vet. ed. *accipitrem avem rapidissimam*. Thys. Sed quod nunc editur, constat probati ab MSS.

4 *Rapidissimum*] Celerrimum, non, ut quidam hic exponit, rapinis deditum. Vide Plin. lib. 10. c. 8.

5 *Avibus*] Plinius habet, *animalibus*.

6 *Et collum*] Plinius, *guttur*.

7 *Robur*

collum chamæleontis si uratur ligno, quod appellatur [7] *robur*, imbres & tonitrus fieri derepente; idque ipsum usu venire, si jecur ejusdem animalis [8] in summis tegulis uratur. Item aliud, quod hercle an ponerem dubitavi, ita est deridiculæ vanitatis: nisi idcirco plane posui, quod oportuit nos dicere quid de istiusmodi admirationum fallaci illecebra sentiremus, qua [9] plerumque capiuntur & ad perniciem elabuntur ingenia maxime sollertia; eaque potissimum quæ discendi cupidiora sunt. Sed redeo ad Plinium. sinistrum pedem ait [10] chamæleontis [11] ferro ex igni calefacto torreri cum herba, quæ appellatur eodem nomine [12] chamæleontis, & utrumque macerari unguento, colligique in modum [13] pastilli, atque in vas mitti ligneum, & eum, [14] qui id vas ferat, etiam si is in medio palam versetur, à nullo videri posse. His portentis atque præstigiis à Plinio Secundo scriptis non dignum esse cognomen Democriti puto. Vel illud quale est, quod idem Plinius [15] in decimo libro Democritum scripsisse asseverat? aves quasdam esse certis vocabulis; & earum avium confuso sanguine gigni serpentem; eum si quis ederit, [16] linguas avium & colloquia interpretaturum. Multa autem videntur ab hominibus istis male sollertibus hujuscemodi commenta in Democriti nomen data nobilitatis auctoritatisque ejus perfugio utentibus. Sed id quod [17] Archytam Pythagoricum commentum esse atque fecisse traditur, neque

7 *Robur*] Plinius, *Roboreis lignis*.

8 *In summis tegulis*] Plinius, *tegulis*, tantum. *Thys.* Tanquam aliquid recordaretur insanæ opinionis, cujus notitiam dant Isidori Glossæ: *Tegularia, maleficia, eo quod supra tegulas sacrificent*. Quod nescio quam bene Scaliger referat ad mentionem testæ in Catalectis. *Gronovius*.

9 *Plerumque capiuntur*] Ita restitui ex MSStis & anterioribus editis, quum ab Stephano ederetur vitiose *pleraque*, idque inciperet serpere. *Idem*.

10 *Chamæleontis*] Plinius lib. 8. cap. 32. figura & magnitudine lacertæ esse, contra lib. 28. c. 8. crocodilo similem esse dixit. Verum teste Herodoto lib. 2. Iones etiam ita lacertam vocant. Qui dicit eas morari ἐν αἰωρίῳ, sub pampino Tertullianus de Pallio. Vide Salmas. ad Solinum p. 873. & seqq. Diffuse de chamæleonte egit Aristot. lib. 2. c. 14. de Hist. Anim.

11 *Ferro, &c.*] Plinius, *torreri in furno*.

12 *Chamæleontis*] De hac planta vide Theophrastum de Plantis, lib. 9. c. 13. & Dioscoridem lib. 3. c. 8. & 9.

13 *Pastilli*] Globuli vel pilulæ ex unguento Horatio dicuntur. Inter arida medicamenta recenset Celsus lib. 5. c. 17. ἀρτίσκοι, sive exigui panes Græcis dicuntur, qui vel rotundi, vel oblongi. Vide Salmas. ad Solinum pag. 1332 & seq.

14 *Qui id vas ferat*] Pronomen non est in Mss. plurimis. *Gronov*.

15 *In decimo libro*] Cap. 49 & lib. 28. c. 4.

16 *Linguas avium*] Vide Plutarchum περὶ τῆς λόγου τοῦ ἀλόγου.

17 *Archytam Pythagoricum*] Cujus vitam descripsit Diogenes Laërtius, & paucis Hesychius Illustrius. Inter antiquos scripsit quoque ejus vitam Aristoxenus, quam laudat Athenæus lib. 12. eodemque capite. Ad quem etiam extant duæ Platonis Epistolæ. Nulla ejus scripta citat Laërtius. Citat tamen τὸ Ἁρμονικὸν Nicomachus lib. 1 de Arithmetic. & περὶ Παντὸς Simplicius in Præfat. ad Prædic. Aristotelis, quædam etiam alia Stobæus. Ejusdem librum de Agricultura (quamvis alium esse censeat Laërtius) citat Varro de R. R. lib. &c. 1. & Columella lib. 1 cap. 1. Fuit idem præstantissimus Geometra, atque in ea arte cubum primus invenit, ut in Republ. Plato affirmat. Meminit ejus quoque Horatius lib. 1. Ode 28.

Te maris & terræ numeroque carentis arenæ
Mensorem cohibent, Archyta,

neque minus admirabile neque tamen vanum æque videri debet. nam & plerique [18] nobilium Græcorum & Favorinus philosophus memoriarum veterum [19] exsequentissimus affirmatissime scripserunt, [20] simulachrum columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum volasse. ita erat scilicet libramentis suspensum & aura spiritus inclusa atque occulta concitum. Libet hercle, super re tam abhorrenti à fide, ipsius Favorini verba ponere: [21] Ἀρχύτας Ταραντῖνος, φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὤν, ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην· ἥτις εἵποτε καθίσειεν, οὐκέτι ἀνίστατο. μέχρι μὲν τούτου.

a *Archytas Tarentinus, philosophus simul & mechanicus, fabricavit columbam ligneam volantem. Quæ si aliquando consideret, amplius non exurgebat. Hactenus enim.*

Pulveris exigui prope litus parva Matinum
Munera, nec quicquam tibi prodest
Aërias tentasse domos, animoque rotundum
Percurrisse polum morituro.

Inter claros Mathematicos nominat quoque illum Proclus ad 1. Euclidis.

18 *Nobilium*] Scilicet, scriptorum.

19 *Exequentissimus*] Qui presse memorias Veterum sectatur, vel potius verbis exprimit. *Exequi verbis* etiam Cicero dixit pro *exprimere*.

20 *Simulachrum columbæ*] Simile quid de Jannelio Turriano, qui cum Carolo V. post depositum imperium in solitudine agebat, narrat Strada lib. 1. hunc in modum: *Et vero hic* (Turrianus) *inprimis fuit qui in Hieronymiano secessu, novis quotidie machinationibus, Caroli mentem, talium rerum avidam oblectabat. Nam sæpe à prandio armatas hominum & equorum icunculas induxit in mensam, alias tympana pulsantes, tubis alias occinentes, ac nonnullas ex eis feroculas infestis sese hastulis incursantes. Interdum ligneos passerculos emisit cubiculo volantes revolantesque, cœnobiarcha, qui tum forte aderat, præstigias subverente.* Aristoteles lib. 1. de Anima testatur à Dædalo ligneam Venerem fabricatam, quæ argento vivo infuso moveretur. Vulcani tripodes sponte se movisse scribit Homerus Il. 1. ψ. 375. Tales passim in fanis gentilium arte mechanica statuæ inveniebantur, sicut ipse quoque testatur Plutarchus.

21 Ἀρχύτας &c.] Pro his in MS. Reg. & Lugdun. maj. erat epix tacta panti nocta. ubi clare vides notas duorum primorum vocabulorum; & sic finiunt, incerto quid fuerit sequuturum. In Lugd. min. ΑΡΧΥΤΑC ΤΑΡΑΝΤΙΝΟC ΑΛΛΑ ΚΑΙ. Gronov.

CAP. XIII.

Cum partim hominum, *qua ratione veteres dixerint.*

[1] *Partim hominum venerunt*, plerumque dicitur quod significat *pars hominum venit*, id est, *quidam homines*. nam *partim*, hoc in loco adverbium est: neque in casus inclinatur, sicuti *cum partim hominum*, dici potest, id est, *cum quibusdam hominibus*, & quasi cum quadam parte hominum. M. Cato in oratione [2] de re Floria ita scr psit: *Ibi pro scorto fuit, in cubiculum* [3] *surrectitavit è convivio, cum partim illorum jam*

1 *Partim hominum*] Ita etiam Cicero loquitur lib. 2. de Orator. *Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.* Ita etiam loquitur lib. 2. de Offic. Usurpatur autem pro eo nominis casu, quem significatio & sensus requirit. Videtur esse accusativus antiquus, & subintelligi *ad*, vel *quod ad partem*. Thys. Hæc ipsa loca adscripserat Burdelotius Badianæ editioni, qua usus ille. Sed & sic ipse Gellius loqui voluit VII, 3. *Quumque partim senatorum de Rhodiensibus quererentur.* Gron.

2 *De re Floria*] Vide lib. 9 c. 12.

3 *Surrectitavit*] Crebro surrexit. Badiana & aliæ quæ-

jam ſæpe ad eumdem modum erat. Imperitiores autem *cum parti* legunt, tamquam declinatum ſit, quaſi vocabulum, non dictum quaſi adverbium. Sed [4]Q. Claudius in viceſimo primo annali inſolentius paulo hac figura eſt ita uſus. [5]*Enim cum partim copiis hominum* [6]*adoleſcentem placentem ſibi.* itemque Claudii in viceſimo tertio annali verba hæc ſunt: *Sed idcirco me feciſſe, quod utrum negligentia partim magiſtratuum, an avaritia, an calamitate populi Romani eveniſſe dicam neſcio.*

quædam editt. habent *ſubreptitavit*, id eſt, frequenter & clam irrepſit, ut Veneri ſe dederet. *Thyſ.* Reg. *ſubrectitavit*. Lugd. min. *ſurrecitavit*. In majore eſt id quod editur.

4 *Q. Claudius*] Quadrigarius ſcilicet, de quo aliquoties diximus.

5 *Enim cum*] Vett. editt. *Eum enim cum.*

6 *Adoleſcentem*] Cod. Torn. *adoleſcentum*. Vett. ed. *adoleſcentium*. Et ita quoque noſtri MSS.

CAP. XIV.

Injuria mihi factum itur, *quali verborum ordine Cato dixerit.*

AUDIO, *illi injuriam factum iri*; audio, *contumeliam dictum iri*, vulgo quoque ita dici, vulgo & iſtam eſſe verborum figuram jam in medio loquendi uſu: idcircoque exemplis ſuperſedeo. ſed *contumelia illi*, vel, *injuria factum itur*, paulo eſt remotius. exemplum igitur ponemus. M. Cato pro ſe contra C. Caſſium: *Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia,* [1]*quæ mihi per hujuſce petulantiam factum itur, rei quoque publicæ medius fidius miſerear, Quirites.* Sicut autem, *contumeliam factum iri*, ſignificat iri ad contumeliam faciendam, id eſt: operam dari quo fiat; ita *contumelia mihi factum itur*, caſu tantum immutato, idem dicit.

1 *Quæ &c. factum itur*] Groſippus, vel potius Gaſpar Scioppius arbitratur locum Catonis eſſe corruptum; legendumque eſſe, *contumeliam, quam mihi factum itur.* Sed repugnant doctiſſimo viro hæc Gellii verba, quæ ibidem legas: *Sicut* contumeliam *factum iri ſignificat, iri ad contumeliam faciendam, id eſt, operam dari quo fiat: ita* contumelia *mihi factum itur* caſu *tantum* immutato *idem dicit.* Quid inde apertius, quam accuſativum mutari in nominativum: & ita jam Gellii tempore habuiſſe codices Catonis: & Gellio nullam fuiſſe mendæ ſuſpicionem? Hoc argumentum tanti puto, ut, ſi uſu veniat, multo cum Catone, quam aliter loqui malim. Sed rationem obtendit vir ille eruditus: ut, juxta quem, *itur factum*, integre ſit, *iter* vel *via itur ad factum contumeliam*, ſive, *ad faciendum contumeliam.* Nempe non ſatis diſtinguit inter nativum ſermonem, & conſuetudinem quæ ſæpe à nativo recedit. Primo, *ire factum* notabat ire iter ſeu *viam ad factum*, ſive, *ut quid fiat.* Sed quia quando itur, ut quid fiat, illud ob quod itur, effici ſoleat: eo κατὰ μετάληψιν, *ire factum*, cæpit ſumi pro *facere*, & *iri factum*, pro *fieri.* Itaque *ire factum contumeliam*, notat, *facere contumeliam*, verum *contumelia itur factum*, idem eſt, ac contumelia fit. Ita loquitur *Voſſius* libro de conſtructione cap. 54. Vide quoque Carrionem lib. 2. Antiq. Lect. cap. 1. *Factum* autem hic ſupinum, vel potius cum Scioppio, qui nulla ſupina ſtatuit, ſubſtantivum, & ſubintelligitur *ad* præpoſitum. *Factum* id eſt *ad factum*, vel *factionem*, ſive *ad faciendum.* Thyſius. Nec ſane Gellius ſigno hîc ullo oſtendit ſe hæſitare, nec rationem expedire; quippe ut omnino concedit prius in ore omnium eſſe, unde id pro puri Latiniſmi ſpecimine haberi debeat & ab grammaticis probatum, ita quoque poſterius ſtatuit conſiderari debere, etſi uſus non tam creber ſit in populo Latino, ut ne cogitaverit quidem de reddenda ratione. Huc multa collegerat pater cogitaveratque, ſed quæ jungere nequeo. *Gronov.*

CAP. XV.

De flaminis Dialis deque [1] flaminicæ cærimoniis: verbaque ex edicto prætoris apposita, quibus dicit non coacturum se ad jurandum neque virgines Vestæ, neque Dialem.

CÆRIMONIÆ impositæ flamini Diali multæ, item [2] castus multiplices, quos in libris, qui de sacerdotibus publicis compositi sunt, item in [3] Fabii Pictoris librorum primo [4] scriptos legimus. unde hæc ferme sunt quæ commeminimus. [5] *Equo Dialem flaminem vehi religio est.* [6] *classem procinctam extra pomœrium*, id est, *exercitum armatum, videre: idcirco rarenter flamen Dialis creatus consul est, quum bella consulibus mandabantur.* [7] *item jurare Dialem fas numquam est. item annulo uti* [8] *nisi pervio cassoque fas non est.* [9] *ignem è flaminia, id est, flaminis Dialis domo,* [10] *nisi in sacrum efferri jus non est. vinctum, si ædes ejus introierit, solvi necessum est: & vincula per impluvium in tegulas subduci, atque inde foras in viam demitti.* [11] *nodum in apice* [12] *neque in cinctu neque alia*

1 *Flaminicæ*] MS. Reg. *flamineæ.*

2 *Castus*] Vulgo, *casus.* Editt. vett. legunt *cautus.* Justus Lipsius primo legebat *castus*, & bene. Postmodum mutavit sententiam, & *cautus* approbavit, quam propriæ significationis vocem esse affirmat, & eo nomine accepit, quicquid in sacris cavendum, & religionis gratia vitandum aut omittendum sit. Sed *castus* omnino legendum. *Castus* enim iidem sunt in sacris, qui ritus. Varro lib. 1. Rerum Hum. apud Nonium, *Nostro ritu sunt faciunda civilius, quam græco castu. Castus*, idem quod Græcis ἁγνεία. *In casto Cereris consistere* apud Festum, est ἁγνεύειν Δήμητρι, Cereri operari. Vide Scaligerum in Festum, & Varronem. Rituum illorum quorundum causas reddit Plutarchus in Quæst. Rom. *Thys.* Et id probant Reg. Thuan. Lugdun. uterque, & Memm. Etiam sic alibi videas religiones & castus conjungi ab Varrone apud Nonium in v. Castitas, ut nunc *cerimoniæ & castus.* Itaque nihil nocet Lipsio Gutherius, dum libro 1 cap. 32 de jure Pontificio contra eum tuetur *casus.* Nugatur enim, dum dicit Lipsium & alios sic emendare, quum adscisant, quod præbent antiqui libri: & Glossarii καθάρσεις huc vix pertineant. *Gronov.*

3 *Fabii Pictoris*] Vide lib. 1 cap. 12.

4 *Scriptos*] In quodam MS. non habetur.

5 *Equo Dialem*] Festus dicit, *hoc ideo fieri, ne si longius digrederetur, sacra negligerentur.* Aliam habet rationem Plinius lib. 28. cum dicit: *Equinum vel damnatur inter venena, ideoque flamini sacrorum equum attingere non licet, cum Romæ publicis sacris equus etiam immoletur.*

6 *Classem procinctam*] Festus quoque interpretatur *exercitum instructum.*

7 *Item jurare Dialem*] Reddit rationes Plutarchus Qu. Rom. XLIV. vel quia sacrorum antistiti fides habenda, vel contra quod sit publicum perjurii periculum, vel quod jusjurandum in execrationem perjurii desinit, quæ tristis est & diri ominis. Unde dira imprecari aliis sacerdotes per leges non possunt.

8 *Nisi pervio cassoque*] Id est patulo & vacuo, sine ulla gemma vel lapide.

9 *Ignem è flaminia*] Ex flaminis domo. à *Flamen* fit *flaminius*, unde *flaminius Camillus, flaminius lictor, flaminiæ ædes.* Ubi itaque apud Ovidium vulgo legitur,

Ipse ego Flaminiam poscentem februa vidi,
Februa poscenti pinea virga data est,

pro *Flaminiam*, Scaliger legit, *flaminiâ.* In editione Neapolis legitur *Flaminicam* id est flaminis conjugem. Per *Flaminiam* ibi intelligi quoque potest *sacerdotula, quæ Dialı præministrabat, eaque patrimis & matrimis.* (aliter legitur *patrima & matrima*) *id est, patrem matremque adhuc vivos habebat*, ut loquitur Festus. MS. Reg. *flamina.*

10 *Nisi in sacrum*] Ita emendavit Lipsius lib. 1 Elect. 21. vulgo, *nisi sacrum.* Festus: *ignem ex domo flaminia nisi divinæ rei gratia efferri jus non est.* Thys. An sacrum non licet intelligere sacro destinatum?

11 *Nodum in apice*] Ita vett. editt. & recte. Quædam editt. male, *neque in apice.* nusquam enim vinctus

alia in parte nullum habet. si quis ad verberandum ducatur, si ad pedes ejus supplex procubuerit, eo die [13] *verberari piaculum est. capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non detonset.* [14] *capram* [15] *& carnem incoctam* [16] *& ederam* [17] *& fabam neque tangere Diali mos est neque nominare. propagines è vitibus altius prætentos* [18] *non succidet. pedes lecti, in quo cubat,* [19] *luto tenui circumlitos esse oportet: & de eo lecto trinoctium continuum* [20] *non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas est, neque apud ejus lecti fulcrum* [21] *capsulam esse* [22] *cum strue atque ferto oportet. unguium Dialis & ca-*

vinctus Dialis, nisi in apice. Festus ex Titio: *Offendices ait esse Titius nodos, quibus apex retineatur, & remittatur. At Veranius Choriola existimat, quæ sunt in loris apicis, quibus apex retineatur & remittatur, quæ ab offendendo dicuntur. Nam cum ad mentum perventum est, offendit mentum.* Idem: *Apex, qui est sacerdotum insigne, dictus est ab eo, quod comprehendere antiqui vinculo, apere dicebant.* Et rursus: *Apiculum filum, quo flamines velatum apicem gerunt.*

12 *Neque in cinctu*] Varro dicit cinctum viris, cingulum mulieribus proprium fuisse, & à cingendo dictum, ut vestis infra pectus corpus comprehenderet.

13 *Verberari*] Vel alio supplicio affici juxta Plutarchum Qu. Rom. CXI.

14 *Capram*] De qua habes integrum caput XIII libri II apud P. Castellanum de carnium esu.

15 *Et carnem incoctam*] Quia cruda caro ingrata diis censebatur in sacrificiis. quod sacra quoque pagina innuit. Vide Levitici cap. 2 & 3. Plutarchus Qu. Rom. 110. rationes quoque adfert, vel quod crudarum carnium esu ita interdicitur, vel quod cruda caro aspectui adversetur.

16 *Et ederam*] Rationem reddit Plutarchus in Qu. Rom. vel quod sterilis sit & inutilis hominibus, imbecillaque, eaque de causa aliis innitatur, atque umbra & virore suo noxia sit, vel quod ipsa edera assumpta mentem turbet. unde & fanaticæ mulieres in Bacchicis sacris illa utebantur, quòd furorem inducere crederetur. Utique juxta Theophrastum lib. 3. de Plantis c. 18. hederæ amplexus non tantum arbores omnes infestat, verum etiam enecat alimenta exhauriendo. Scribit quoque Dioscorides lib. 2 c. 175. nigræ hederæ succum vel corymbos epotos corpus debilitare, mentemque alienare. *Thys.* Quem miror sic abire, quum simpliciter scribat Festus fas non esse, ut dialis vel nominet ederam, pro eo, quod illa vincit ad quodcunque se applicat.

17 *Et fabam*] Propter hanc causam, ut scribit Festus Pompejus, *quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & Lemuralibus jacitur larvis, & parentalibus adhibetur sacrificiis, & in flore ejus luctus literæ apparere videntur.* De duobus illis sacris testantur Ovidius & alii antiqui sæpius citati.

18 *Non succidet*] Interpretatur Lipsius, *non succedet.* Non enim veratur succidere propagines vitium, sed subire, sicuti ex Plutarcho in Quæst. Rom. Qu. 112. liquet. Quo significare voluerunt, nefas esse flaminem inebriari. *Thys.* Recte, si hæc ut allegorica considerari oportet. Sed omnino exprimuntur hîc cærimoniæ simpliciter peragendæ, in quibus una est de non succidendo propagines vitium altius prætentos, à quibus poterat offendi, quando vindemiam inchoabat. Varro: *Nam aliquot locis vindemiæ primum à sacerdotibus publice fiebant, ut Romæ etiam nunc; nam flamen Dialis auspicatur vindemiam; ut jussit vinum legere, agnam Iovi facit, inter cujus exta cæsa & porrecta Flamen prorsus vinum legit.* De qua re video non cogitavisse Lipsium in noto Electorum capite, quum verba Plutarchi aliena huc refert, ubi quidem vetatur hederam tangere, & ὁδὸν διελθεῖν ἀναδενδράδος ἀνωθεν διατεταμμένης. Sed vindemia non utique intelligitur περὶ τῆς ἀναδενδράδος, & ut potest sane hæc, ita etiam humilis vinea debet contineri in vitium propaginibus. *Gronov.*

19 *Luto tenui*] An in signum originis humanæ, quæ juxta gentiles quoque, Homerum, Hesiodum, Ovidium terræ debetur, & in eam resolvetur.

20 *Non decubat*] Pater putabat legendum *secubat.* Nam decubare idem quod decumbere. Gronov.

21 *Capsulam*] Vet. C. *capsam.*

22 *Cum strue atque ferto*] Vulgo, *ferro.* male. Strues est genus libi, cujus in solo tracta farinacea multa, velut toruli aut digiti, ordine structa & serie conjuncta ponebantur: velut in sphærita sphæræ vel globuli multi in solo placentæ ponebantur. *Fertum à ferendo* interpretatur Verrius: quod ad sacrum ferretur. Alii *fercum* dicunt, ut libi genus sit quod intus aliqua re farciebatur. ita *Turnebus* lib. 14. Adverf. c. 18. *Fercum* & *forctum* Salmasio *bonum* dicitur, ab eodemque fonte dicit ita libum appellari, quod bonum esset, χρηστὸν. Hinc πάγχρηστα quoque liba vocata. In antiqua inscriptione legitur, PORCAM. ET. AGNAM. STRUIBVS. ET. FERTIS.

capilli ſegmina [23] *ſubter arborem felicem terra operiuntur.* [24] *Dialis cotidie feſtatus eſt. ſine apice ſub divo eſſe licitum non eſt: ſub tecto* [25] *uti liceret, non pridem à pontificibus conſtitutum.* Maſſurius [26] Sabinus ſcripſit, & alia talia quædam remiſſa: gratiamque aliquot cærimoniarum factam dicit. [27] *farinam fermento imbutam attingere ei fas non eſt. tunicam intimam, niſi in locis tectis,* [28] *non exuit, ne ſub cælo, tamquam ſub oculis Jovis, nudus ſit. ſuper flaminem Dialem in convivio,* [29] *niſi rex ſacrificulus, haud quiſquam alius accumbit. uxorem ſi amiſit,* [30] *flaminio decedit.* [31] *matrimonium flaminis niſi morte* [32] *dirimi non eſt jus.* [33] *locum, in quo*

23 *Subter arborem felicem*] Vulgo *filiquam*. male. Arbores quæ fructum nigrum vel nigram baccam ferunt inter infelices olim habitæ. Tarquinius Priſcus in Oſtentario Arborario, apud Macrobium lib. 2. Sat. c. 16. vel etiam quæ ſpinas gerunt, quibus infeſta ſunt folia, vel rami: uti aquifolium vel pyrum ſilvaticum, quæ aculeata ſunt. Ideo ilex quæ aculeos non habet inter felices cenſetur. Ita *Salmaſius* ad Solinum p. 525. & p. 962. Cæteræ itaque arbores felices cenſentur relatæ ab Varanio apud Macrobium citato loco. Plinius quoque infelices arbores appellat, & quæ religione damnatæ ſunt, *quæ neque ſeruntur, neque fructum ferunt.*

24 *Dialis cotidie feſtatus eſt*] Quidam legunt *teſtatus*, quod quocunque loco decedat, non moriatur inteſtatus. Turnebus legit *feriatus*. H. Stephanus *fertatus*, id eſt, fertis inſtructus: Niſi legendum ſit *fertarius*. Utique qui liba afferebant ſtrufertarii dicebantur. Feſtus: *Fertum genus libi dictum, quod crebrius ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue altero genere libi, quæ qui adferebant, ſtrufertarii appellabantur.* Thyſ. Prouſteus exclamat mirum in hoc loco quantum ſe torqueant interpretes. At illi non tam ſe torquent, quam quidem ipſe nugatur & cæcus eſt. Unde enim probet illud *fertatus*, habet nihil. An & *libatus* dicetur, cui ſuppetit libum? Libri veteres habent ſimpliciter aut *ſertatus*, aut *fertatus*, aut *fertantus*, quod erat in Thuanæo. Ego ex his eligo *ferratus*, ut dicatur in veſtitu habuiſſe aliquid ferri, quo nempe apex erigatur & in altum extendatur, ne remiſſi aliquid aut laxi oſtendat. Hoc enim exemplum aſſerre malo, quia Lipſius ex verbis, quæ ſupra occurrunt *nodum neque in apice*, vocem ſecundam delet, quum aliter curatus apex potuerit eſſe in reliquis ſacerdotibus, aliter in flamine Diali *Gronov.*

25 *Uti liceret*] Aliter, *utiliter*.

26 *Sabinus ſcripſit & alia talia . . dicit*] Equidem nemo non videt hæc verba eſſe moleſtiora, & unus eſt Stephanus, qui ſic edere incepit, quum antea legerent *Sabinus ſcripſit & alia quædam* omiſſo vocabulo *talia*. Sed & in poſtremis alia eſt in MSS. lectio. nempe *remiſſa; gratiaque aliquot cerimoniarum facta dicitur*. Hinc adſcripſit Pater margini ſuo. Lege: *ſub tecto uti liceret, non pridem à pontif. conſtitutum Maſſ. Sabinus ſcribit. Et alia quædam remiſſa, gratiaque aliquot cerimoniarum facta dicitur*. Ubi iſtud *uti liceret* acutiſſime ab illo repertum ex lectione MS. *utiliter &c.*, quam expreſſit Stephanus, quum inde editores feciſſent *uti libet &c.* Gronovius.

27 *Farinam fermento imbutam*] Quia fermentum corruptum eſt, & cum acore putreſcit, & ſi nimium ſit, farinam plane acidam reddit & corrumpit, ut teſtatur Plutarchus Qu. Rom. 109. Farina nimirum aqua ſubigitur, priuſquam addatur ſal, & quia non perfecte coquitur, putreſcit, caloremque & acrimoniam à putredine concipit, ut & alia quæ putreſcunt omnia. Simul autem & tenuitatem partium & aciditatem acquirit, quemadmodum acetum putreſcente vino tale evadit.

28 *Non exuit*] Neque etiam poterat inungi tanquam in conſpectu Iovis. Vide Plutarchum Qu. Rom. 40. *Tzyſ.* Sed multi ex MSS. innuunt Gellium ſcripſiſſe *tunica intima niſi in locis tectis non exuit ſe.*

29 *Niſi rex ſacrificulus*] Qui regibus ejectis creatus, ad exemplum Athenienſium, & quia Reges ſacra quædam publica obibant, nomen regium retinuit. Omnibus autem ille ſacris præerat, & nulli cedebat præterquam Pontifici. Livius lib. 2. *Regem ſacrificulum creant: id ſacerdotium Pontifici ſubjecere, ne additus nomini honos aliquid libertati, cujus tunc prima erat cura, officeret.* Ejus uxor in antiqua inſcriptione REGINA SACRORUM appellatur.

30 *Flaminio*] Sacerdotio ſuo. Rationes adfert Plutarchus Qu. Roman. 50. vel quod mutilata & imperfecta eſſet familia, vel quod in pleriſque ſacris rebus obeundis uxor adeſſet, neque ea abſente peragi eas fas eſſet.

31 *Matrimonium*] Non erat itaque licitum repudium

quo buſtum eſt, numquam ingreditur. [34] *mortuum numquam attingit.* [35] *funus tamen exſequi non eſt religio. Eædem ferme cærimoniæ ſunt, quas* [36] *flaminicas Diales ſeorſum ajunt obſervitare. veluti eſt; quod* [37] *venenato operitur, & quod* [38] *in rica* [39] *ſurculum de arbore felici habet:* [40] *& quod ſcalas,*

pudium vel divortium, quia in ſacris uxores adeſſe oportebat, ut teſtatur Plutarchus, Farreatis quoque nuptiis eos in matrimonium convenire neceſſe erat teſte Servio.

32 *Dirimi*] Vet. cod. *dirumpi*.

33 *Locum, in quo buſtum eſt*] Feſtus: *Buſtum proprie dicitur locus, in quo mortuus eſt combuſtus & ſepultus, diciturque buſtum quaſi bene uſtum. Ubi vero combuſtus quis tantummodo, alibi vero eſt ſepultus, is locus ab urendo uſtrina vocatur. Sed modo buſtum, eò, quod ſepelitur, ſepulchra vocamus.* Feſtus hic per buſtum locum intellexit, in quo cadaver combuſtum eſt. Sed Gellius hic noſter buſtum à loco diſtinguit, & intelligit combuſtum cadaver. Ita & Servius ad XI. Æneid. *Pyra eſt lignorum congeries, rogus cum jam ardere cœperit dicitur, buſtum vero jam exuſtum vocatur.* Per buſtum tamen etiam ſepulchrum intelligi poteſt.

34 *Mortuum nunquam attingit*] Servius ad III. Æneid. *moris Romani fuerat ramum cupreſſi ante domum funeſtam poni, ne quiſquam Pontifex per ignorantiam pollueretur.* Similia ſcribit Servius ad lib. 4. Æneid. ad hæc verba, *Et fronde coronat funerea.* Præterea *cautum eſt, ne ſacerdos ejus domum ingrediatur, in qua ante quintum diem funus fuerit*, ut Servius in MS. Fuldenſi ad lib. 1. Æneidos ſcribit. Imo ne tibias quidem funebres audire licitum fuit, teſte Feſto. Polluti autem funere minime ſacrificare poterant. Ex jure quoque Pontificio exceptionem proponit Servius ad lib. 6. Æneid. *Cum Pontificibus*, inquit, *nefas eſſet cadaver videre, tamen magis nefas viſum fuerit, ſi inſepultum relinquerent.*

35 *Funus tamen exequi*] Feſtus: *Funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur, aqua aſperſi: quod purgationis genus vocabant ſuffitionem.* Etiam ipſæ ſtatuæ Deorum in viis poſitæ panno velabantur, ſi funus præteriret.

36 *Flaminicas Diales*] Quæ univiræ eſſe debebant. Tertullianus Exhortatione ad caſtitatem: *Monogamia apud ethnicos in ſummo honore eſt, ut & virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur, & ſic auſpicii initium eſt. Item in quibuſdam ſolemnibus, & auſpiciis, ut prior ſit univiræ locus. Certe Flaminica non niſi univira eſt, quæ & Flaminii lex eſt.* Trebellius Pollio de Calpurnia Titi conjuge: *Fuit ſancta & venerabilis femina de genere Ceſoninorum*, (ita legendum, non *Cenſorinorum*) *id eſt, Piſonum, quam majores noſtri univiram ſacerdotem inter ſacratiſſimas feminas adorarunt.* Neque licitum Flaminicis ſandalia ex morticino corio geſtare. Feſtus: *Mortuæ pecudis corio calceos aut ſoleas fieri Flaminicis nefas habetur; ſed & occiſæ alioqui, aut immolatæ, quoniam ſua morte extincta omnia tunc ſunt.*

Flaminicas] Vett. editt. *Flaminicas ſacerdotiſſas Dialis.* Thyſ. Pro quo Scaliger ad Feſtum pag. 72 citat *ſacerdotulas.* Si de induſtria, quid tentaviſſet, ſi ſciviſſet infra in Regio MS. ex edicto Prætoris haberi *ſacerdotalem* vel *ſacerdotulam Veſtalem?* Gronov.

37 *Venenato operitur*] Vulgo male legebatur, *bene nato.* Venenatum erat pallium Flaminicæ, quod flammeo colore venenatum, ſive tinctum erat. Venenum pro colore dici conſtat, unde apud Gellium noſtrum lib. 20. c. 8. Cn. Matius *venenare* dixit. Quale autem hoc pallium fuerit Flaminicæ, docet Servius ad lib. 4. Æneidos ỳſ. 36.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Veteri, inquit, *cæremoniarum jure præceptum eſt, ut Flaminica venenato operta ſit. Operta autem cum dicitur, pallium ſignificatur. Venenatum autem infectum.*

38 *In rica*] Vulgo, *virica.* L. Fruterius lib. 3 c. 11. in MS. Lovanienſi *in rica* ſe inveniſſe teſtatur. Feſtus. *Ricæ & riculæ vocantur parva ricinia, ut palliola ad uſum capitis facta. Granius quidem ait eſſe muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica redimiatur.*

39 *Surculum de arbore felici habet*] Intelligi arculum monuit Scaliger in Conjectaneis ad Varronem pag. 56, ubi & locum hunc reſtituit.

40 *Et quod ſcalas*] Ita emendavit Scaliger ad Feſtum p. 72. vulgo legebatur, *Et quod ſcalas, quæ Græce κλίμακες appellantur*, vel in antiq. Ven. ed. *Græcæ. κλίμακες* irreptitium eſſe videtur, ex gloſſa, cum *græce* legeret, & putaret vocabulum Græcum intelligi. Ita tamen etiam legi poteſt, *niſi quæ Græcæ κλίμακες appellantur*, ut de quibuſdam Græcis ſcalis intelligatur. Ad interpretationem hujus loci egregie facit fragmentum Servii ab Scaligero ibi citatum. *Thyſ.* Cæterum illud *niſi* ab Scaligero inſertum non occurrit in ullo MS. ſed Lincoln. habet *religioſum non eſt.* Omnino illud *niſi* poteſt abeſſe.

41 *Eſcen-*

las, nisi quæ Græcæ appellantur, eas [41] *escendere ei plus tribus gradibus religiosum est: atque etiam quum it* [42] *ad Argeos,* [43] *quod neque comit caput neque capillum depectit.* Verba prætoris ex edicto perpetuo de flamine Diali & de sacerdote Vestæ adscripsi: SACERDOTEM. VESTALEM. ET. FLAMINEM. DIALEM. IN. OMNI. MEA. JURISDICTIONE. [44] JURARE. NON. COGAM. Verba M. Varronis ex secundo rerum divinarum super flamine Diali hæc sunt: *Is solus* [45] *album habet galerum, vel quod maximus est, vel quod Jovi immolata hostia* [46] *alba fieri oporteat.*

41 *Escendere*] Ita Varro, Sallustius, Livius, quoque loquuntur.

42 *Ad Argeos*] Meminerunt Varro, Festus, Ovidius, & Plutarchus. Audi primo Festum: *Argei loca Romæ appellantur, quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri.* Glossarium ἀφιδρυμα interpretatur, id est, aram cum simulachro. *Argeos quoque*, ut Varro ait, *vocabant scirpeas effigies, quæ per virgines Vestales annis singulis jaciebantur in Tiberin.* Fuere autem plura Argeorum sacraria, ut Varro lib. 4. de L. L. docet hunc in modum: *Reliqua urbis loca olim discreta, ut Argeorum sacraria in septem & viginti partes urbis sunt dispositа.* Livius lib. 1. *Multa alia sacrificia, locaque sacris faciundis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicavit.* XV. autem & XVI. Kalendas Apriles sacra in Argeis peracta.

43 *Quod neque comit caput*] Hoc tempore Flaminicæ Diali vetitus concubitus, ungues ferro secare, crinem depectere, sicuti etiam mense Junio, cum ædes Vestæ purgatur. Ovidius l. 6. Fast.

Donec ab Iliacâ placidus purgamina Vestâ
Detulerit flavis in mare Tibris aquis:
Non mihi detonso crinem depectere buxo,
Non ungues ferro subsecuisse licet:
Non tetigisse virum, quamvis Jovis ille sacerdos,
Quamvis perpetuâ sit mihi lege datus.

44 JURARE NON COGAM] Atque hæc ratio inter alias, quare magistratu fungi Flamen Dialis non posset, quia magistratus in leges jurare cogebatur.

45 *Album habet galerum*] Paulus in Epitoma Festi: *Albogalerus à galea nominatus. Est enim pileum capitis, quo Flamines Diales utebantur. Fiebat enim ex hostia alba Jovi cæsa, cui adjungebatur virgula oleagina.* Vide & Servium.

46 *Alba*] Vett. edittr. *albato.* Thys. Et sic MS. S. Marci Flor. cum Lugd. min. & Scheff. At Reg. Thuan. Lugd. maj. *alba id fieri.* Freinshemius interim non dubitat vocem *immolata* hinc delere, quasi fuerit, *quod Jovi hostia albata fieri oporteat*, in Indice Flori v. *Dubium.* Et tamen galero albo cum albata hostia nihil commune est præter colorem. Nescio an intellexerint ob ambiguum in verbo *fieri*; quod ut accipitur sæpe de ipso sacrificio, ita nunc respicere viderit galerum, quem parari ait solere ex albæ hostiæ Jovi immolatæ pelle. Hoc dignum & conveniens fuit, quod ab auctore annotaretur. Etiam omnes ante habent *vel quod maximus*, sine verbo *est*, quomodo edidit Stephanus, nec assequor, cur mutari placuerit. *Grenov.*

CAP. XVI.

Quos errores Julius Higinus in sexto Virgilii animadverterit in historia Romana erratos.

REPREHENDIT [1] Higinus Virgilium, correcturumque eum fuisse existimat, quod in libro sexto scriptum est. Palinurus est apud inferos, petens ab Ænea, ut suum corpus requirendum & sepeliendum curet. is hoc dicit:

[2] *Eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram*
Injice, namque potes, [3] *portusque require Velinos.*

quo,

1 *Higinus*] Vide lib. 1 c. 14. Commentarios illum in Virgilium scripsisse ex hoc loco & lib. 1. c. 1. liquet. lib. quoque 16. c. 6. sicuti etiam ex Macrobio lib. 6. Saturn. cap. 9.

2 *Eripe me his*] Extant hi versus lib. 6. Æneid. vs. 365. & seq.

3 *Portusque Velinos*] Turnebus interpretatur *palustres.* Nam Servius Veliam inde dicit nomen accepisse,

quo, inquit, modo aut Palinurus noviſſe & nominare potuit portus Velinos, aut Æneas ex eo nomine locum invenire, quum Velia oppidum, à quo portum, qui in eo loco eſt, Velinum dixit, Servio Tullio Romæ regnante, poſt annum [4]amplius ſexcenteſimum, quam Æneas in Italiam venit, conditum in agro Lucano & eo nomine appellatum eſt? nam qui [5]ab Harpalo, inquit, regis Cyri præfecto [6]ex terra Phocide fugati ſunt, alii Veliam, partim Maſſiliam condiderunt. Inſcitiſſime igitur petit ut Æneas portum Velinum requirat, quum id nomen eo tempore fuerit nuſquam gentium. neque ſimile, inquit, illud videri debet, quod eſt in primo carmine;

Italiam fato profugus [7]Lavinaque venit
Litora.

& æque

cepiſſe, quod paludes græcis τὰ ἕλη dicuntur. Ita excuſat Virgil. Turnebus. Quid ſi portus ab amne ſimilis nominis ita dictus ſit, à quo poſtea ipſa urbs Velia appellata ſit? Utique Strabo lib. 6. dicit quoſdam urbis nomen ab Eleëte fluvio vel à fonte Hele deducere. Quinetiam multa permittenda ſunt Poëtis, neque tam anxie examinanda, cum in ea volentes incidant, non rerum ignorantia decepti. Vide quoque Rutgerſ. lib. 3. Var. c. 2.

4 *Annum amplius ſexcenteſimum*] Æneæ adventus in Italiam ſtatuitur anno ante Romam conditam 425. Regnatum à Regibus per 244. annos. Nam Servius quadraginta quatuor annos regnavit, Tarquinus viginti quinque. Manent igitur uſque ad Servium 175. anni. Junge ab Æneæ adventu in Italiam 425. annos cum annis 175. fient ſexcenti anni. Verum non convenient anni, ſi Vellejum Paterculum ſequamur, qui Romam conditam refert poſt Trojam captam annis CDXXXVII. quibus ſi addantur anni regii uſque ad Servium 175, duodecim plures erunt anni. Dionyſius Halicarnaſſeus 7. Olympiadis anno primo poſt Ilium captum anno 433. conditam Romam ſcribit. Ita plures fuerint anni octo. De Catoniana & Varroniana computatione, urbiſque Romæ natalibus vide Scaligerum lib. 5. de Emend. temp. & Onuphrium Panvinium Commentar. in Faſtos.

5 *Ab Harpalo, regis Cyri præfecto*] Harpalum quoque Ammianus Marcellinus, & Solinus, aliique appellant: Herodotus, Strabo lib. 6, Pauſanias. aliique Harpagum. Hiſtoriam quoque hanc pluribus refert Herodotus lib. 1. ubi dicit relicta Cyrno ſive Corſica inſula, ubi per quinquennium habitaverant Phocæenſium exules, eoſdem prælio navali à Tyrrhenis & Carthaginienſibus debilitatos Rhegium profugiſſe, atque ibi urbem Hyelam condidiſſe. Hyela eadem quæ & Elea, & Velia appellatur.

6 *Ex terra Phocide*] Non videtur Gellius diſtinguere inter Phocenſes & Phocæenſes. Phocis Græciæ regio, cujus metropolis Delphi, Phocæi aut Phocæenſes dicti à Phocæa urbe Joniæ. Dicere itaque debuerat Gellius terra vel potius urbe Phocæa vel Phocæenſi. Similis error apud Juſtinum lib. 42. ubi *Phocenſes* quoque appellat, quos Phocæenſes debuerat nominare. Phocenſium regionem dicit eſſe ſterilem, uti revera erat, ſed Phocæenſium in Aſia terra longe erat fertiliſſima, atque ubertate luxuriabat. Confudit itaque Phocenſes & Phocæenſes. Recte dixit ſcholiaſtes Thucydidis ad lib. 1. Φωκεῖς οἱ τῆ Ἑλλάδος, ἀπὸ Φώκιδος πόλεως. Φωκαεῖς οἱ τῆ Ἰωνίας ἀπὸ Φωκαίας πόλεως Ἴωνες ὄντες, id eſt, *Phocenſes Græciæ populi, ab urbe Phocide* dicti, *Phocæenſes Joniæ à Phocæa urbe, cum ſint Jones.* Thyſ. Horum partem agnoſcis ab Thyſio hauſtam ex Mauſſaco ad Harpocrationem pag. 214. Etiam Prouſteus vocat errorem veteribus ſatis familiarem. Sed audacior in hoc loco uterque & imprudentior Sirmondo ad Sidonium ita notante pag. 155. [Maſſilienſium urbem à Phocæenſibus Aſiæ populis conditam conſtat. Aliud autem fuerunt Φωκαεῖς, Phocæenſes à Phocæa urbe Aſiæ; aliud Φωκεῖς, Phocenſes à Phocide, quæ regio fuit in Hellade. Sed multi, etiam antiqui, Phocenſes & Phocidem nuncuparant, ex qua orti Maſſilienſes, vel nomina confundentes, vel hiſtoriam.] Poſterius utique verum non eſt. Si prius, certe tamen confuſio iſta traxit originem ab ipſis Phocæenſibus, qui urbem ſuam vocarunt & Φωκέαν. Unde aut ipſi aut alii non dubitarunt dicere Φωκεῖς. Hinc Scholia Oppiani pag. 145. Φωκαίης τε παλαιφ. Ἔποικοι γὰρ τῶν Φωκέων οἱ Κελτοί. ἀρχαῖοι γὰρ οἱ Φωκεῖς. Plura jam docuerunt ex nummis ipſis. Nam fertilitas Phocææ iſta erat, ut Juſtinus vocet *maciem*. Gronovius.

7 *Lavinaque venit Litora*] Servius Danielis hic

& æque in sexto libro:

[8] *Chalcidicaque levis tandem superadstitit ante.*

quoniam poëtæ ipsi quædam κατὰ προλῆψιν[a] historiæ dicere [9] ex sua persona concedi solet, quæ facta ipse postea scire potuit: sicut Virgilius scivit de Lavinio oppido & de [10] colonia Chalcidicensi. sed Palinurus quî potuit, inquit, scire ea quæ post annos sexcentos facta sunt? nisi quis eum divinasse apud inferos putat, proinde ut animæ defunctorum solent. Sed & si ita accipias, quamquam non ita dicitur, Æneas tamen, qui non divinabat, [11] quo pacto potuit requirere portum Velinum, [12] cui nomen tunc, sicuti diximus, nullum usquam fuit? Item hoc quoque in eodem libro reprehendit, & correcturum [13] esse Virgilium putat [14] nisi mors occupasset. nam quum Thesea, inquit, inter eos nominasset, qui ad inferos adissent ac redissent, dixissetque,

—— [15] *Quid Thesea, magnum*
Quid memorem Alciden? & mi genus ab Jove summo est.

postea tamen infert:

—— [16] *sedet, æternumque sedebit*
Infelix Theseus.

[17] quî autem, inquit, fieri potest, ut æternum apud inferos sedeat, quem

a *Per anticipationem.*

---

nullam prolepsim agnoscit. Ita enim loquitur: *Hæc civitas tria habuit nomina: nam primum Lavinium dictum est à Lavinio Latini fratre. Postea Laurentum à lauro inventa à Latino; dum adepto imperio post mortem fratris civitatem augeret. Post Lavinium à Lavinia uxore Æneæ.* Alii tamen Lavinium ab Ænea conditum referunt.

8 *Chalcidicaque*] Extat versus l. 6. ℣. 17.

9 *Ex sua persona*] Quis ergo est Ovidius? Is vero non ex sua persona, sed Pythagoræ scribit lib. XV Meram.

Fluctibus ambitæ fuerant Antissa Pharosque,
Et Phœnissa Tyros; quarum nunc insula nulla est.

Et alia ibi similia, quæ ostendunt argumentationem Hygini non esse nimis firmam & perpetuam. *Gronovius.*

10 *Colonia Chalcidicensi*] Intelligit Cumas. Cumani enim à Chalcide Euboica originem trahunt

11 *Quo pacto potuit requirere &c.*] Tanquam in illis coloniis divinitus adsignatis non etiam divina ope aliquid fieret, ut ducerentur ad loca, de quibus ante sciverant & noverant nihil. Certe Higinus non poterat invenire. Sed & Cadmo locum alias ignotissimum potuit monstrare bos divinitus procumbens. *Gronov.*

12 *Cui nomen tunc*] Lambecius in margine notavit *cujus*; quod quum Pater opinaretur ab eo adscriptum esse ex MS. Regio, videtur illi placuisse. Sed nec ego nec frater id ipsum vidimus. *Idem.*

13 *Esse*] Aliter, *fuisse.*

14 *Nisi mors occupasset*] Nam Æneidem imperfectam reliquit, & vulgatum est ultima voluntate cavisse, ut concremaretur, sed Augustum restitisse. *Thys.* Verum MSS. Reg. & Lugdun. maj. habent *mori*, quod etiam ferri potest.

15 *Quid Thesea*] Extant versus lib. 6. Æneid. ℣. 122. & seq.

16 *Sedet, æternumque sedebit*] Extat versus eodem lib. ℣. 617. & seq.

17 *Qui autem, inquit, fieri potest*] Quidam hos versus ita conciliant, Theseum Herculis ope vivum liberatum fuisse, defunctum propter filium injuste cæsum cruciatum. Brodæus lib. 1. Miscell. pro *infelix Theseus*, legit *Tereus*, sed contra fidem exemplarium. Vide quoque Titium lib. 1. controv. cap. 11. De Fabula autem Thesei scribit Plutarchus in Ejusdem vitâ, Aïdoneum Molossorum regem Thesea servasse captivum, donec eum Hercules liberaret. Idem scribunt Eusebius ex Philochoro in Atthi-

quem ſupra cum iis commemorat, qui deſcenderint illuc, atque inde rurſum evaſerint; præſertim quum ita ſit fabula de Theſeo atque ſi Hercules eum evellerit [18] de petra, & in lucem ad ſuperos eduxerit. Item in his verſibus erraſſe Virgilium dixit:

[19] *Eruet ille Argos* [20] *Agamemnoniaſque Mycenas,*
Ipſumque Æaciden, genus armipotentis Achilli;
Ultus avos Trojæ, [21] *templa & temerata Minervæ.*

Confudit, inquit, & perſonas diverſas & tempora. nam neque eodem tempore neque per eoſdem homines cum Achæis & [22] cum Pyrrho bellatum eſt. [23] Pyrrhus enim, quem dicit Æaciden, de Epiro in Italiam tranſgreſſus cum Romanis depugnavit adverſus [24] M. Curium [25] in eo bello ducem. [26] Argium autem bellum, id eſt, Achaïcum, multis poſt annis à L. Mummio Imperatore geſtum eſt. poteſt, inquit, igitur medius

Atthidis libro ſecundo, Hieronymus & Cyrillus lib. 1. contra Julianum Apoſtatam.

18 *De petra*] Pauſanias in Phocicis & Apollonii interpres ſcribunt Panyaſin poëtam ceciniſſe Theſeo & Pirithoo ita ſaxum adnatum fuiſſe, ut inde avelli nequirent, quod ingens ſaxum eis loco ſedis & vinculorum eſſet. Addit Apollonii & Homeri interpres Herculem ſumma vi ab immobili ſaxo Theſeum detraxiſſe, Pirithoum nulla vi potuiſſe. Quo reſpexit Horatius,

Nec Lethæa valet Theſeus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

Videndi ſunt Diodorus Siculus, Pauſanias, Plutarchus, & Apollodorus.

19 *Eruet ille Argos*] Verſus extant Æneid. 6. ver. 838. & ſeqq.

20 *Agamemnoniaſque Mycenas*] Quibus Agamemnon imperabat. Nam Mycenarum regno etiam Argivum adjecerat, & quicquid eſt regionis uſque ad Corinthum & Sicyonem poſſidebat, ut teſtatur Strabo lib. 8.

21 *Et temerata*] C. Tor. *intemerata.*

Templa & temerata Minervæ] Virgilius lib. 2. Æneid.

Fatale aggreſſi ſacrato avellere templo
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,
Corripuere ſacram effigiem, manibuſque cruentis
Virgineas auſi divæ contingere vittas.

22 *Cum Pyrrho bellatum*] Auget MS. Reg. *cum Pyrrho in Italia bellatum*, ſed quæ videtur fruſtranea repetitio, præſertim quum & plane habeat *in Italiam*, quod mox ſequitur. *Gronov.*

23 *Pyrrhus enim, quem dicit Æaciden*] Per Æacidem quoque Pyrrhum Epirotarum regem hic intelligit Servius. Alii Perſen intelligunt qui à Paulo Æmilio ductus in triumphum. Hic ad Achillem genus ducebat, de quo Propertius,

Et Perſen proavi referentem pectus Achilli,
Quique tuas proavus fregit, Achille, domos.

Silius quoque de Philippo, patre iſtius Perſæ ita loquitur,

Hic gente egregius, veteriſque ab origine regni,
Æacidum ſceptris, proavoque tumebat Achille.

Non confudiſſe autem Virgilium perſonas diverſas diverſaque tempora oſtendere nititur Pontanus in Animadv. ad Gellium. Quando enim primo Poëta dicit,

Ille triumphatâ Capitolia ad alta Corintho,
Victor aget currum, cæſis inſignis Achivis.

Mummium ſignificat, qui cognominatus eſt Achaïcus. Poſtea cum dicit IPSUMQUE ÆACIDEM, Perſem intelligit, qui ad Achillem genus referebat. quem Paulus devicit & Macedonum imperium delevit, atque ita Trojæ ruinas ultus eſt. Male tamen Pontanus ad Paulum refert quæ de Argis & Mycenis à Poëta dicuntur. Hæc enim ad L. Mummium melius referuntur, qui captâ Corintho totam Græciam tributariam fecit, & in provinciam redegit, ut teſtatur Pauſanias in Achaïcis lib. 7. & Strabo, lib. 8. Quæ cum ita ſint, etiam Epirus, ubi Æacidæ regnabant, eandem ſortem obtinuit. Verſus itaque hos omnes ad L. Mummium referri poſſe arbitror. Per *Æacidem* enim non Pyrrhum, non Perſem, ſed regnum Epiroticum intelligo.

24 *Curium*] Qui conſul prælio Pyrrhum devicit. Vett. editt. legunt *Manium Curium.*

25 *In eo*] MS. quoddam *eodem.*

26 *Argium autem bellum*] Argivos & Achæos confundit Homerus, ut Strabo lib. 8. oſtendit. Vett. editt. pro *Argium* legunt *Argivum.*

dius eximi versus, qui de Pyrrho importune immissus est. quem Virgilius proculdubio exempturus, inquit, fuit.

CAP. XVII.

Quam ob causam & quali modo Democritus philosophus [1] luminibus oculorum sese privaverit, & super ea re versus Laberii pure admodum & venuste facti.

DEMOCRITUM philosophum in monumentis historiæ Græcæ scriptum est, virum præter alios venerandum, auctoritateque antiqua præditum, luminibus oculorum sua sponte se privasse; [2] quia existimaret cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturæ rationibus vegetiores & exactiores fore, si eas videndi illecebris & oculorum impedimentis liberasset. Id factum ejus modumque ipsum, quo cæcitatem [3] facile sollertia subtilissima [4] conscivit, [5] Laberius poëta in mimo, quem scripsit [6] Restionem, versibus quidem satis munde atque graphice factis descripsit; sed causam voluntariæ cæcitatis finxit aliam: vertitque in eam rem quam tum agebat, non inconcinniter. Est enim persona, quæ hæc apud Laberium dicit, divitis avari & parci, sumtum plurimum [7] asotiamque adolescentis [8] viri deplorantis. Versus Laberiani sunt:

[9] *Democritus Abderites physicus philosophus*

[10] *Cly-*

1 *Luminibus oculorum*] Falsum hoc esse dicit Plutarchus περὶ πολυπραγμοσυνης. Cic. l. 5. Tusc. dubitat an verum sit, necne. Neque Laertius neque Hesychius Illustrius in vita Democriti meminerunt. Hieronymus tamen 1:7. cap. contra Jovinianum tractatu 2. eo quoque respexit, cum dicit: *Quosdam legimus effodisse sibi oculos, ne per eorum visum seu usum à contemplatione Philosophiæ avocarentur.* Thys. Sane Cicero in isto libro Tusculanarum mentionem Democriti habet, sed alia de causa: verum de oculis rumorem tangit libro v Finib. cap. 29, ubi dicit *oculis privare.* Gronov.

2 *Quia existimaret cogitationes*] Aliter Tertullianus in Apologet: *Democritus*, inquit, *oculis se privavit, quod mulieres sine cupiditate intueri non posset.*

3 *Facile*] Nimio & ignito splendore, quem assiduo obtutu aspiciebat.

4 *Conscivit*] Male emendat H. Stephanus *concivit. Conscivit* à *consciscо* derivatur, quod significat decernere, vel κατὰ μετάληψιν, exequi, quod decreveris. Ita apud Ciceronem & alios *consciscere mortem* dicitur.

5 *Laberius poëta*] Vide supra 1, 7 & 3, 12.

6 *Restionem*] Citat quoque ejusdem nominis poëma Gellius noster lib. 16 cap. 7. Vett. editt. male legunt, *Rectiorem* vel *Rectorem.*

7 *Asotiamque*] Vett. editt. habent ἀ'σωτίαντε, & adduntur interpretis verba, id est, *luxumque & propinationem.* Unde Stephanus conjectabat *popinationem*, sed frustra, quum nihil sit in MSS. Sed & Joh. Mellerus Palmerius eadem conjectura fruebatur in Spicilegio VII pag. 108. *Gronov.*

8 *Viri*] Vett. editt. recte, *filii.* Si *viri* retineatur, Græcismus est, qui ἄνδρα γήροντα, vel νεον dicunt. *Thys.* Immo ex MSS., & quidem nostris omnibus, restitutum istud *viri*; & quid opus est audire nunc de filio, quum id fiat in ipso fragmento? *Gronov.*

9 *Democritus Abderites*] Ita restituit hos versus H. Stephanus, cum in aliis editionibus confuse admodum legerentur. Turnebus lib. 14. Adversar. cap. 18. versum 6. & seq. ita legebat,

Sic ego splendore fulgenti pecuniæ
Volo elucificare exitum ætatis meæ.

Idem

[10] *Clypeum constituit* [11] *contra exortum Hyperionis,*
[12] *Oculos effodere ut posset splendore æreo.*
Ita radiis solis aciem effodit luminis,
Malis bene esse ne videret civibus.
Sic ego fulgentis [13] *splendorem pecuniæ*
[14] *Volo* [15] *lucificare exitum ætati meæ;*
Ne in re bona [16] *esse videam nequam filium.*

Idem lib. 28. cap. 32. pro *elucificare* legit, *luscificare*, id est, cæcare.

10 *Clypeum constituit*] Plutarchus appellat ἴσοπτρα πυρωθέντα, atque ex eorum refractione cæcitatem juxta quosdam sibi conciliasse ait. Vitra utique concava & specula soli opposita facile ignem concipiunt. Pelvis quoque ærea splendicans radiis solis objecta si firmo obtutu aspiciatur, noxia oculis & cæcitatem inducere potest: sicuti historiæ referunt, eos qui ex tenebris subito splendorem lucis & solis aspiciunt, videndi usum amisisse.

11 *Contra exortum Hyperionis*] Clypeum soli oppositum. Hyperiona Cœli & Telluris filium fabulatur Apollodorus, Solis patrem Diodorus, quod primus solis, lunæ, aliorumque æstrorum motus cum cura observaverit. Hinc Hyperiona Solem appellant Poëtæ, vel quod supra nos incedat, ut nomen Græcum indicat.

12 *Oculos effodere*] Potius dicendum fuerat, *visu privare*. neque enim oculi effossi fuere, sed acies visus imminuta, & perdita.

13 *Splendorem*] Nonius, *splendore*. Vett. editt. *splendore in pecuniam*. Lambinus legebat, *splendore fulgentis pec.*

14 *Volo*] Cod. Torn. *velo*.

15 *Elucificare*] Luce privare. Citat quoque hunc locum proculdubio ex Gellio Nonius. Vett. editt. legunt *ducificare*. Thys. Magnus labor ingeniorum. In quibus mirari oportet doctissimum G. J. Vossium in Etymologico istud *elucificare* proferentem, ac si plane constaret Laberium sic usurpavisse, à quo longissime abest. Neque enim ullus nunc eluco locus est; nec etiam vel unus codex MS. primam istam literam probat, ut non assequar, unde Nonio illud verbum obtigerit, sive ex ipso Laberio sive ex Gellio. Ego autem in Nonio MS. illic inveni *Elucificare, lucidare, dictum à luce*. Certe jam ubique in antiquis libris occurrit vel *lucificare* vel *lucrificare* vel *ludificare*, pro quo Turnebus libro citato reposuit *luscificare*, quem non placet indictum præteriri ab Vossio, dum verbo alienissimo, quod idcirco expuli ex hac editione, nimis inhiat. Lector eligat. *Gronov.*

16 *Esse videam*] Lamb. *videam esse*.

CAP. XVIII.

Historia de Artemisia, deque eo certamine quod apud Mausoli sepulchrum à scriptoribus inclutis decertatum est.

[1] ARTEMISIA Mausolum virum amasse fertur supra omnis amorum fabulas, ultraque affectionis humanæ fidem. Mausolus autem fuit, [2] ut M. Tullius ait, rex terræ Cariæ; ut quidam Græcarum historiarum scriptores, provinciæ [3] Græciæ præfectus. [4] satrapen Græci vocant.

1 *Artemisia*] Strabo lib. 14. Hecatomni filiam fuisse dicit, sororem uxoremque Mausoli, qui inter fratres major natu in imperio successit, & sine prole decedens id uxori reliquit, illa præ desiderio mariti tabe mortua fuit Alexandri tempore.

2 *Ut M. Tullius*] Lib. 3. Tusc. Qu. cap. 31. etiam Pausanias lib. 8. Halicarnassi regem appellat, item Vitruvius lib. 2 cap. 8. Plinius 36, 5.

3 *Græciæ*] Forte *Cariæ*. Lipsius legendum putat, *Provinciæ Præfectus*, vel *Provinciæ à Rege Præfectus*. in cod. Torn. legitur *Græcæ*, quod Casaubonus interpretatur de Asiaticis Græcis, non iis qui in Græcia. Alioquin Græcia nunquam à Rege Persarum in provinciam redacta fuit. *Thys.* Sane est hoc unicum exemplum satrapiæ hujus Persicæ, & ideo suspectum viris doctissimis, sed non etiam

cant. is Mausolus ubi fato perfunctus inter lamenta & manus uxoris funere magnifico sepultus est; Artemisia luctu atque desiderio mariti flagrans uxor ossa cineremque ejus mixta odoribus contusaque in faciem pulveris aquæ indidit, [5]ebibitque : multaque alia violenti amoris indicia fecisse dicitur. Molita quoque est ingenti impetu operis, conservandæ mariti [6]memoriæ, [7]sepulcrum illud memoratissimum, dignatumque numerari [8]inter septem omnium terrarum spectacula. Id monumentum Artemisia quum [9]Dis Manibus Mausoli dicaret; [10]ἀγῶνα, laudibus ejus dicundis, facit; ponitque præmia pecuniæ aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad eas laudes decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua [11]præstabili [12]Theopompus, [13]Theodectes, [14][15]Naucrites.

MSStis libris, qui omnes confirmant illud *Græciæ*. Itaque licet Lipsius molliter & specioſe succurrat, (quod non dixerim, probaritne pater, an perstiterit in *provinciæ Cretæ*, quod certe illi fuit in mente) ego tamen illam ejicere timens, videndum censeo, an non convenerit arrogantiæ Asiaticæ, postquam Persarum reges bellare cum Græcis inceperunt, tunc ab illis satrapias auctas fuisse, unamque dictam satrapiam Græciæ, etsi auctores vulgo nobis non indicent nisi satrapas, Phrygiæ, Lydiæ, Joniæ, Cariæ, etiam maritimæ oræ. Sane & Hecatomnum Καρίας ἐπίσκοπον dictum notavit ex Græcis scriptoribus Brissonius. Id vero jocosum, quod quum clarus sit locus Ciceronis in Tusculanis & nota Mausoli mentio illic, docti tamen viri, qui Ciceronem curarunt, hanc citationem Gellii retulerint in fragmenta Ciceronis librorum incertorum, quod delendum puto, etsi re ipsa mihi id nuper noluerim attribuere: & sufficit, ut nunc moneam. Provinciam Græciæ hoc sensu dici posse, quod incolæ lingua Græcorum uterentur, ut statuit Pricæus, ita illi relinquo. *Gronovius.*

4 *Satrapen Græci vocant*] Græcis literis σατράπην Cod. Torn. legit, revera autem Persæ ita vocarunt, à quibus Græci hoc vocabulum accepere, ut ex Herodoto, Isocrate in Panegyrico, Hesychio & aliis liquet. Quod autem Mausolum non Cariæ regem, sed Satrapen fuisse quidam memoriæ tradiderunt, forsan inde natum videtur, quod Pyxodarus frater Mausoli, cum ad regnum pervenisset, res Persicas amplectens, Satrapam accersivit ad societatem regni, qui mortuo Pyxodaro regionem illam possedit, & Adam filiam Pyxodari in uxorem duxerat, atque Halicarnassi, ubi regia sedes erat, obsidionem, cum Alexander eam cingeret, ad tempus aliquod sustinuit. Vide Strabonem lib. 14.

5 *Ebibitque*] Hæc Theopompus. Suidas illam phthisi obiisse scribit. idem testatur Strabo lib. 14. Val. Max. lib. 4 cap. 6. de hoc insolenti amore ita scribit: *Quid de illo inclyto tumulo loquare, cum ipsa Mausoli vivum ac spirans sepulchrum fieri concupierit, eorum testimonio, qui illam extincti ossa potione aspersa bibisse tradunt.*

6 *Memoriæ*] Vett. editt. addunt, *causa*. Secus in MS.

7 *Sepulchrum illud memoratissimum*] Quod patet hodieque ex auctorum locis, qui supersunt. Sed mox unus MS. Reg. *dignumque*.

8 *Inter septem omnium terrarum spectacula*] Vide Leonem Allatium in Notis ad Philonis Byzantii lib. de VII. orbis spectaculis.

9 *Dis Manibus*] Vett. editt. legunt *Diis M. Sacris* Manusc. *Dis manibus sacris*. forsan D. M. S. Isidorus lib. 8 cap. ult. *Manes dicunt Deos mortuorum, quorum potestatem inter Lunam & terram asserunt.* Sed proprie sic vocantur *animæ defunctorum*. Vide tamen Festum, Servium ad III. Æneid. & Apulejum lib. de Deo Socratis.

10 Ἀγῶνα] Id est, *certamen*, quæ ipsa adduntur in quibusdam editt. sed interpretis verba sunt.

11 *Præstabili*] Mavult ita loqui Gellius, quam *præstanti*.

12 *Theopompus*] Qui tempore Philippi & Alexandri Magni vixit. Varias exemplo Isocratis præceptoris sui scripsit orationes, inter quas ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ commemorat Anonymus descriptione Olympiadum ad Olymp. CIII. annum 1. Fuit idem insignis historicus. vide *Vossium* de Histor. Græc. lib. 1 c. 7.

13 *Theodectes*] Cui cognomen *Phaselites*, qui Platonem, Isocratem, & Aristotelem audivit, & funebrem quoque orationem in laudem Mausoli habuit, & postmodum ab arte oratoria ad scribendas tragœdias se accinxit.

14 *Naucrites*] Suidas Naucratem Erythræum & in Isocrate idem Erythræum Naucratitem appellat, quo

crites. ſunt etiam qui [16] Iſocratem ipſum cum iis certaviſſe memoriæ mandaverint. ſed eo certamine viciſſe [17] Theopompum judicatum eſt. is fuit Iſocratis diſcipulus. exſtat nunc quoque [18] Theodecti tragœdia, quæ inſcribitur, Mauſolus: in qua eum magis quam in proſa placuiſſe [19] Higinus in exemplis refert.

quo innuere videtur eum ex Naucrati Urbe Ægypti juxta Strabonem oriundum fuiſſe. Idem commentarium in Homerum ſcripſit, ut teſtantur Stephanus de Urbibus, & Euſtathius.

15 *Naucrites*] Scribe: *Theodectes Naucratites*, ex Plutarcho & Iſocrate. At Phaſelites fuit Theodectes. Itaque aliud eſt dicendum. Naucrates Iſocratis diſcipulus fuit teſte Cicerone & Dionyſio Halicarnaſſeo non ſemel. Henr. Valeſius. Prouſtei notæ hunc ignorant.

16 *Iſocratem ipſum*] Scribit hoc Suidas non de Iſocrate Athenienſi, ſed Apolloniate, qui erat Ampolæ philoſophi filius, & majoris Iſocratis diſcipulus, Platonis quoque aſſiduus auditor, qui Orationes quoque nonnullas edidit.

17 *Theopompum*] Theodectem victorem fuiſſe refert Suidas, quoſdam tamen victoriam Theopompo tribuere.

18 *Theodecti tragœdia*] Tragœdias juxta Suidam quinquaginta ſcripſit. Meminit ejus quoque Ariſtoteles in Ethicis, & Euſtathius. Quintilianus eum ita memoria excelluiſſe ſcribit, ut ſemel auditos verſus & quidem multos protinus reddere ſolitus eſſet. Videndus & Plutarchus in Alexandro.

19 *Higinus in exemplis*] Vide quæ de illo diximus lib. 1 c. 14.

CAP. XIX.

Non purgari [1] *neque levari peccatum, dum prætenditur peccatorum, quæ alii quoque peccaverunt, ſimilitudo; atque inibi verbum ex oratione ſuper ea re Demoſthenis.*

INCESSEBAT quempiam [2] Taurus philoſophus ſevera atque vehementi objurgatione adoleſcentem [3] à rhetoribus & à facundiæ ſtudio ad diſciplinas philoſophiæ tranſgreſſum: quod factum [4] quidem eſſe ab eo diceret [5] inhoneſte & improbe; at ille non ibat inficias [6] feciſſe, ſed id ſolitum eſſe fieri defendebat, turpitudinemque delicti exemplorum uſu [7] & conſuetudinis venia [8] deprecabatur. atque ibi Taurus iſto ipſo de-

1 *Neque lavari*] Cod. Torn. *levari*. ubi & poſt *ſimilitudo*, hæc adduntur, *atque inibi verba ex oratione ſuper ea re Demoſthenis*. Sicuti etiam in Editt. vett. habetur. *Thyſ.* Imo ſunt & in MSS. unde reſtitui & lavari locum habet alibi non hîc.

2 *Taurus philoſophus*] Vide lib. 6 cap. 10 & 14.

3 *A Rhetoribus & à facundiæ ſtudio*] In MS. quodam hæc verba non habentur. verum tamen retine. *Thyſ.* Peculiaris tamen fuit patris in hoc loco ſententia, quum adverteret poſtea Taurum quodammodo tangere & ridere ob hunc ſtudiorum tranſitum, ita ut poſt mentionem philoſophiæ tranſeat ad citationem Demoſthenis, non aliter ac ſi primo philoſophos adiſſet, mox converſus ad rhetores, quorum Demoſthenen in illo tempore magis quaſi veneraretur. Hinc ſcribere tentabat *ad rhetores & facundiæ ſtudium à diſciplinis philoſophiæ*. Prouſteus judicat eum non negaſſe ſe *male* feciſſe. *Gronov.*

4 *Quidem*] Vett. editt. *quiddam*. Thyſ. *Quidem* legitur in Lincoln. Sed MSS. reliqui conſtanter *quidam*. Idque non eſt cur removeatur. Alius enim cum iſto quopiam ſic potuit egiſſe, quod audivit Taurus & ad occaſionem loquendi inde venit. *Gronov.*

5 *Inhoneſte & improbe*] Taurus ipſe philoſophiam profeſſus hic non ſtudium philoſophiæ, quæ res ſanctiſſima eſt, reprehendit, ſed vitium juventutis deſultoriæ, quæ vel faſtidio vel opinatæ ſapientiæ præſumptione, quæ Platoni δεκασοφία dicitur, ad alia feſtinat.

6 *Feciſſe*] In quodam MS. abeſt.

7 *Et conſuetudinis venia*] Legitur quoque, *conſuetudine veniam*.

8 De-

defensionis genere irritatior, Homo, inquit, stulte & nihili, si te à malis exemplis auctoritates & rationes philosophiæ non abducunt; ne illius quidem Demosthenis vestri sententiæ tibi in mentem venit? quæ, quia lepidis & venustis vocum modis [9] vincta est, [10] quasi quædam cantilena rhetorica, facilius adhærere memoriæ tuæ potuit. nam si me, inquit, non fallit, quod quidem [11] in primore pueritia legerim, verba hæc sunt Demosthenis, adversus eum, qui, ut tu nunc facis, peccatum suum peccatis alienis exemtum purgatumque ibat. σὺ δὲ μὴ λέγε, ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις· ἀλλ' ὡς προσήκει γίγνεσθαι. οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ [12] εἴ τις ἐκείνων προήλω, σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἂν [13] σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει[a]. Sic Taurus omni suasionum admonitionumque genere utens sectatores suos ad rationes bonæ inculpatæque indolis ducebat.

a *Tu vero ne dicas, sæpe ita esse factum, sed decuisse fieri. Neque enim si quid aliter aliquando, quam leges jubent, factum est, idque tu imitatus es, propterea jure absolveris; quinimo multo magis debet in te statui. Ut enim si quis illorum antea damnatus esset, tu ista non scripsisses* (loquitur Demosthenes de decreto sine auctoritate senatus promulgato) *ita si tu nunc pœnas dederis, alius non scribat.* Extant hæc verba initio orationis adversus Androtionem.

8 *Deprecabatur*] Id est, excusabat, expurgabat, aut ne vera turpitudo existimaretur, verbis contendebat. Gellius alibi dixit *deprecari* etiam significare *depellere*. & Quint. lib. 3. *deprecationem esse* dixit *depulsionem*.

9 *Vincta*] In quodam MS. *juncta*.

10 *Quasi quædam cantilena*] Numerus rhetoricus.

11 *In primore*] Vett. editt. *primori*.

12 Εἰ τὶς ἐκείνων προήλω] Vett. editt. εἰ τὶς ἐάλω.

13 Ἂν σὺ νῦν ἁλῷς,] In Demosthene hodie legitur ἂν σὺ νῦν δίκην δώς. Thys. Eodem Salvianus lib. VII de Gubern. Dei tendit. *Nequaquam facere nos improbos improbitas debet aliena; quia quemlibet hominem magis sibi præstare convenit, ut sit bonus, quam alteri, ut sit malus: & plus laborandum est, ut placeamus Deo per honestatem, quam hominibus per impuritatem.* Phil. Carolus.

CAP. XX.

Quid sit rogatio, *quid* lex, *quid* plebiscitum, *quid* privilegium, *& quantum ista* [1] *omnia differant.*

QUÆRI audio, quid *lex* sit, quid *plebiscitum*, quid *rogatio*, quid *privilegium*. [2] Atejus Capito publici privatique juris peritissimus, quid *lex* esset, hisce verbis definivit. *Lex*, inquit, *est generale jussum populi aut plebis rogante magistratu.* Ea definitio si probe facta est; neque de imperio Cn. Pompeji, neque de reditu M. Ciceronis, neque de cæde P. Clodii quæstio, neque alia id genus populi plebisve jussa, *leges* vocari possunt. non sunt enim generalia jussa; neque de universis

1 *Omnia*] In quodam MS. *nomina*.

2 *Atejus Capito*] De quo alibi dictum, inprimis lib. 4 c. 10.

3 *Ab-*

versis civibus, sed de singulis concepta: quocirca privilegia potius vocari debent, quia veteres *priva* dixerunt, quæ nos *singula* dicimus; quo verbo Lucilius in primo satirarum libro usus est:

— [3] *abdomina thynni*
Advenientibus priva dabo, [4] *cephaleaque*, *acarne.*

Plebem autem Capito in eadem definitione seorsum à populo divisit: quoniam in populo omnis pars civitatis omnesque ejus ordines contineantur; plebes vero ea dicitur, in qua gentes civium [5] patriciæ non insunt. *Plebiscitum* igitur est, secundum eum Capitonem, lex, quam plebes, non populus, accipit. sed totius hujus rei jurisque, sive quum populus, sive quum plebes rogatur, [6] sive quod ad universos pertinet, caput ipsum & origo & quasi fons *rogatio* est. ista enim omnia vocabula [7] censentur *roga-*

3 *Abdomina thynni*] Vulgo *thynnia*. Nonius quoque in verbo *privum* hos versus ita citat,

Ad cœnam adducam, & primum his abdomina thynni
Advenientibu' priva dabo.

Thynnariæ piscationis meminit quoque Ulpianus JC. in l. 13. ff. *Commun. Præd.* Ex thynnis autem salsamenta fiebant, inter quæ celebriora ὠμαῖα Græcis, & μελανίδρυα & κύβια dicebantur, de quibus agit Salmasius in Solinianis pag. 1317, quæ contraxit & descripsit hoc loco Thysius non necessaria. Nota autem editiones, in quibus est *thynnia*, habere *venientibus*, ut scias naturam illius vocalis.

4 *Cephaleaque, acarne*] Hoc sufficit ita nunc edidisse, quoniam tot MSS. Thuan. S. Marci Flor. Mem. Per. Lugd. min. Lincoln. id jubent. Etsi enim unus Regius literam *a* non habeat (ita enim hoc est, & testatur in Addendis pag. 1357 ad Solin. Salmasius, & forsan etiam ita erit in Lugd. maj. quia de eo pater nihil notavit, & Thysius quoque quum dixisset in MS. esse *carne*, subjicit cod. Torness. legere *Acarne*) id factum, quia librarius eam alia ratione appicturus ideo in scribendo non apposuit, quod dein abiit inobservatum ut sæpius. Quum vero à multis hæc tentata sint, Colvius & Salmasius satis magni sunt auctores. Id nescio quemadmodum intellexerint: quippe mihi videtur hæc dici primo casu, nec à præcedentibus pendere, sed sequentibus, in quibus suspicor sequutum fuisse verbum *aderunt* vel *accedent*, quod definire nequeo. *acarne* habent illi quos dixi codices, non *acarnæ*, ut se in MS. legisse ait Turnebus 21 Adv. 21. Mirum non est ex *cephaleaque carne* non potuisse ab Prousteo elici ullum sensum: sed apparet quoque ejus robur & venustas, dum cum Turnebo libenter se lecturum fatetur *carnem & cephaleam*, qua carnem capitis intelligat Lucilius, qui execraretur vel sic loqui, vel eam apponere convivis. *Gronov.*

5 *Patriciæ non insunt*] Justinianus inquit: *Plebis autem appellatione sine patriciis & senatoribus cæteri cives significantur.* Sed hoc referendum videtur ad illa tempora, cum patriciis solis honores & dignitates paterent. Ex quo autem tempore plebi aditus ad magistratus, etiam senatum esse cœpit, senatores plebejis opponi desierunt. Patricii genere semper à plebejis distincti fuere, quanquam ordine tenus plebeji quoque aliquando in senatu erant. Nobiles ab Asconio Pediano etiam inter plebejos recensentur, quorum tamen parentes curuli aliquo magistratu functi erant.

6 *Sive quod ad universos pertinet*] Jam sequi debebat, *sive quod ad singulos.* De his enim duobus modis sicut ante inceperat agere per voces ***neque de universis civibus***, *sed de singulis*, ita nunc debebat progredi. Hinc certe pater judicabat talia deesse, prout adscripsit uni suorum exemplarium. Certe in hoc loco fallaces fuisse librarios vel inde patet, quod etiamnum in codice Regio absint illa *accipit sed totius hujus rei jurisque sive cum populus*, ut patet ex iteratione vocis *populus*. Gronov.

7 *Censentur*] In cod. Torn. additur hoc loco *continenturque*. Thysius. Mire hoc loco Vir ille bonus. Non enim in isto solum codice sic legitur, sed omnibus, quantum reor, MSS. atque etiam editis ante editionem H. Stephani, nisi fallor; de quo quum nonnisi bene cogitaret pater, id sequutus fuit. Sed quum hîc additur, non debet mox repeti. Huc pertinet, quod pater notavit verbum *continenturque*, quum in Voss. min. esset prætermissum, adscriptum esse inter lineas. Ab Thuaneo aberat *enim*. Gronov.

gationis principali genere & nomine continenturque. nam, nisi populus aut plebes rogetur, nullum plebis aut populi jussum fieri potest. Sed quamquam hæc ita sunt, in veteribus tamen scriptis non magnam vocabulorum illorum differentiam esse animadvertimus. nam & *plebiscita* & *privilegia* [8] translato nomine *leges* appellaverunt; eademque omnia confuso & indistincto vocabulo [9] *rogationes* dixerunt. Sallustius quoque proprietatum in verbis retinentissimus consuetudini concessit; & *privilegium*, quod de Cn. Pompeji reditu ferebatur, *legem* appellavit. verba ex secunda ejus historia hæc sunt. *Nam Sullam consulem de reditu ejus legem ferentem ex composito TR. PL. C. Herennius prohibuerat.*

8 *Translato nomine*] Reg. Lugd. maj. *translatio*. An innuunt *translaticio*? Gronov.

9 *Rogationes*] Quæ quemadmodum peragerentur, vide apud Brissonium de Formulis lib. 2 p. 129 & seqq.

CAP. XXI.

Quam ob causam M. Cicero his omnino verbis, novissime & novissimus, [1] *observantissime vitarit.*

NON paucis verbis, quorum frequens usus est nunc & fuit, M. Ciceronem noluisse uti manifestum est, quod ea non probaret; velut est & *novissimus* & *novissime*. Nam quum & M. Cato & Sallustius & alii quoque ætatis ejusdem verbo isto promisce [2] usitati sint; multi etiam non indocti viri in libris id suis scripserint; [3] abstinuisse eo tamen tamquam non Latino videtur. quoniam qui doctissimus eorum temporum fuerat, [4] L. Ælius Stilo ut novo & improbo verbo uti vitaverat. [5] propter-

1 *Observantissime*] Vett. editt. *observatissime*. Thys. Sed id parum est, præ illo, quod observari meruerat unice. Nam vett. istæ edit. omnes habent *novissimus uti observ. vitarit*, inserto isto verbo, quia inde pendere integritatem loquendi putabant usque ad ipsam Stephanianam & Lugd. Batavam anni 1644. Porro quum in codicibus scriptis verbum *uti* non exstaret, etiam librarii veteres in describendo offensi varie deseruerunt hunc locum, ut Lugd. min. *Quam ob causam Cicero his ō verbis novissime est*, Reg. *novissime est usus*. etiam sine prænomine Ciceronis. Donec pater incidens in duos MSS. solo verbo *uti* carentes inde Gellium restituit, haud dubie intentus imitationi Plautinæ, quam sæpius annotavit antea. Plauti autem est in Curculione II, 3, 19. *Proinde sé domi contineant; vitent infortunio*. Et alibi. *Gronov.*

2 *Usitati sunt*] Sic perperam propagatur ex editione Stephani, quod stupeas, quum & MSS. & editi antea recte habeant *sint*, quod repetivi. *Gronovius.*

3 *Abstinuisse eo*] Lepidum est videre quam proni sint singuli ad ligna colligenda cadente quercu, & Gellium in hoc ulcere fœdare. Nam quum jam Ascensius notaverit ab Codro Urceo & Petro Crinito & Politiano id animadversum, tamen & Beroaldum & postea Cujacium, Thom. Bangium, Freinshemium in Indice Flori Chr. Arnoldus scribit arguisse idem ad Phil. Carolum, quem & ipsum hæc scabies titillavit, quum & Martinum Becichemum nosset, qui loca tria Ciceronis indicaverit. In hoc illustri censuræ opere negligitur cura Andr. Schotti in libro III Nodor. Cic. cap. 17, ubi ab Gellio deceptum indicat Romanum Vallensem. Non potuit igitur effugere Thysius, quin enumeraret tria notissima Ciceronis loca. Valeant sane omnes & fruantur sua industria! *Gronov.*

4 *L. Ælius Stilo*] Ita MS. Bituricens. teste Cujacio

[5] propterea quid M. quoque Varro de ista voce existimaverit verbis ipsis ex libro de lingua Latina ad Ciceronem [6] sexto demonstrandum putavi: [7] *Quod extremum*, inquit, *dicebatur, dici novissimum cœptum vulgo. quod mea memoria* [8] *ut Ælius*, [9] *sic senes alii*, [10] *quod nimium novum verbum esset, vitabant. cujus origo ut à vetere vetustius ac veterrimum: sic à novo declinatum novius* [11] *& novissimum.*

jacio Observat. lib. 3 cap. 36. vulgo *Ælius illo*. Thys. Præclara hæc Cujacii emendatio, & palam confirmata ab MSS. Regio, ut qui habet *lilius Stilo*, sed *lelius Stilo* Pet. Lugd. uterque, Lincoln. ut meritissime adsciverit Stephanus. *Gronov.*

5 *Propterea quid*] Ita MS. Busiid. teste Carrione. Vett. editt. ita habent: *Propterea id M. quoque Varronis ex libro de Lingua Latina* VI. *demonstrandum putavi*. Thys. Satis confuse hoc. Nam Aldina habet *propterea q; id M. quoque Varronis ex libro de lingua Latina ad Ciceronem* V *dem*. Hanc sequitur Badiana & duæ formâ minutissimâ Antonii Gryphii & Hieronymi de Marnef, & ita citat etiam Carrio. Aliæ Gryphianæ *propterea id*. cætera sunt eadem, ita ut consentiant omnes editiones in citationem ex libro quinto, ut alias debeat innuere Thysius, in quibus viderit *Sexto*, quod esse tantum scio in omnibus MSS. ex quibus Regius & Lugd. major in præclaro illo supplemento habent *verbis ipsius Varronis ex*. Et vix dubito, quin exstiterit quoque nomen proprium in illis opertis bibliothecarum sacris, unde hæc producit Carrio lib. 1 Antiq. Lect. 8, etsi ille nomen *Varronis* omittat. *Gronov.*

6 *Sexto*] Ita MS. & vett. editt. inter quas princeps Veneta. Hodie lib. quincto apud Varronem hæc leguntur.

7 *Quod extremum*] Apud Varronem hodie legitur, *à quo etiam extremum novissimum quoque dici cœptum volgò*. In MS. Bituricensi Cujacii: *quod extremum dicebant, dici novissimum cœptum vulgò*.

8 *Ut Ælius*] *Ut* hic irreptitium est, quia librarii in corruptum Varronis codicem inciderant, ubi legebatur *sic senes*, pro quo *Sisenna* lego. *Thys.* Non debet acumini Thysiano attribui, quum Scriverii codex exstet, unde hoc descripsit pater [*Sisenna, alii*. Tò *ut* addiderunt scioli Varroni lib. 5 decl. p. 55, 56 sc.] Nec vel unus tamen codex est, in quo ista vocula non appareat. Insuper sic habent veteres omnes *quod mea memoria ut Ælius, sic senes alii, quod nimium novum verbum esset*. unde tamen Regius codex omittit τὸ *novum* & *esset*, quod postremum ignoratur etiam ab Lugd. min. *Gronov.*

Ælius] In optimæ notæ Varronianis editionibus etiam Scaligeriana legitur, *Ælius Gallus*. Carrio putat depravatum esse Varronis locum, atque ex eo Agellium nostrum, inprimis quia Busiidianus codex ita habet & Bituricensis Cujacii *Ælius Tilo* pro *Stilo*, & vocem illam *Gallus* à glossemate primum in Varronis, deinde in Gellii libros invasisse, ideoque esse ejiciendam. Quin etiam doctissimum Turnebum fugit ratio, qui Ælium Gallum Varronis esse magistrum existimarit, cum id in Stilonem magis convenire Carrio ostenderit. In vett. quoque editionibus nulla *Galli* mentio, sed *Lælius* pro *L. Ælius* simpliciter vocatur. Cæterum si quis obnixe *Ælium Gallum* retinere velit, præcipue quia in vetustis Varronis editionibus ita legitur, etiam in vetustissima Veneta anni 1496. notandum Ælii Galli mentionem quoque fieri apud Festum in *postliminium*, idemque hunc in verbo *tribunitia* lib. 12. de Verb. signif. citat, & Gellius noster l. 16 c. 5. ejusdem meminit, quamvis ibi corrupte *Cæcilius Gallus* legatur. Citatur quoque in codice Florentino l. 57. D. de Verb. sign. hoc modo. *Ælius Gallus lib. 1. de Verbor. quæ ad jus pertinent signif.* Eodem referri possunt *l.* 19. *ff. de Usur.* & l. 77. *de V. S.* Non est hic idem, ut arbitror, cum Ælio Gallo, cujus expeditionem in Arabiam descripsit Strabo lib. 16. quem putat Casaubonus Poëtam fuisse Virgilio familiarem. Verum ea de re hic disputandi locus non est. Vide tamen Servium ad Eclogam ultimam Virgilii. Cæterum uti dixi, potius hic locus de L. Ælio Stilone intelligendus, sicuti ex Bituricensi codice liquet, ubi *Tilo* pro *Stilo* legitur. De quo insignis locus Ciceronis in Bruto: *Fuit is vir omnino egregius, & eques Romanus cum primis honestus, idemque eruditissimus & græcis literis & latinis, antiquitatisque nostræ & in inventis rebus & actis, scriptorumque veterum literate peritus, quam scientiam Varro noster acceptam ab illo, auctamque per se, vir ingenio præstans, omnique doctrina pluribus & illustrioribus literis explicavit.*

9 *Senes alii*] Apud Varronem legitur, *senes aliquot*. Ita quoque Bituric. & Busiid. Mss. forsan pro *sic senes alii*, legendum *Sisenna, alii*. Sisennam alibi quoque Varro laudat.

10 *Quod nimium novum verbum*] Varro: *Nimium novum verbum quod esset*.

11 *Et novissimum*] Addit Varro, *quod extremum*.

CAP. XXII.

Locus exemtus ex Platonis libro, qui inscribitur Gorgias, *de falsæ philosophiæ probris: quibus philosophos* [1] *temere incessunt, qui emolumenta veræ philosophiæ ignorant.*

PLATO veritatis homo amicissimus, ejusque omnibus exhibendæ promtissimus, quæ omnino dici possint in desides istos ignavosque, qui [2] obtento philosophiæ nomine inutile otium & linguæ vitæque tenebras sequuntur, ex persona quidem non gravi, neque idonea, vere tamen ingenueque dixit. nam etsi Callicles, quem dicere hæc facit, veræ philosophiæ ignarus, inhonesta indignaque in philosophos confert: proinde tamen accipienda sunt quæ dicuntur, ut nos sensim [3] moveri intelligamus, ne ipsi quoque culpationes hujuscemodi mereamur, neve inerti inanique desidia cultum & studium philosophiæ [4] mentiamur. Verba ipsa super hac re Platonis ex [5] libro, qui appellatur Gorgias, scripsi: quoniam vertere ea consilium non fuit, quum ad proprietates eorum nequaquam possit Latina oratio adspirare, ac multo minus etiam mea. [a] Φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, χάριεν, ἂν τις αὐτῇ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ ᾖ τὰ πάνυ εὐφυὴς ᾖ, καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γενόμενα ἔστιν, ὧν δεῖ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἀνδρα. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώ-

a *Nam philosophia sane, ô Socrates, res est venusta, si quis illam moderate in adolescentia attingat: sin autem ultra modum in ea moratus fuerit, hominum corruptela. Quamvis enim bono à natura ingenio sit præditus, tamen si diutius per ætatem jam provectam philosophetur, necessario omnium rerum imperitus evadet, quarum futurum egregium, bonum, bene celebratum virum habere peritiam oportet. Nam & legum urbanarum & verborum, quibus uti debeat, qui futurus sit vir bonus, & qui in rebus humanis versetur, ignarus est. Quare & ad cupiditates & ad mores hominum, ad omnem denique vitam, ineptus & inutilis evadit, quum ad res agendas accedit, ut in privatis, ut in publicis, ut in quibus quis versetur, ridiculus.*

1 *Temere incessunt*] Sic tandem in Paterna editione anno 1651 restitutum, quum mira pertinacia legerent omnes antea *incessuit*, & hinc notari in Badiana debuit. Stephanus etiam sic quidem ederet pag. 270, sed in collectione capitum pag. 567 exposuit plurale hoc, quod non sequuta est editio Lugd. Bat. anni 1644: Sed ut scias omnia, & Bourdelotius adscripsit haud dubie ex Regio, & pater id ipsum ex Memmiano adnotavit, ut posthac in dubium ne veniat.

2 *Obtento philosophiæ nomine*] MS. Reg. *obtentu philosophiæ*. Sed dein verba sequentia usque ad *veræ philosophiæ* in eo omissa sunt librarii oculis per similitudinem juncti verbi deceptis. Itaque & veteres editi legebant *obtentu philosophiæ nominis*, ubi sane scripti confirmabant illud *obtentu*, sed pro posteriore voce nunc video in scriptis *nominum*, nunc *nomine*, quod in pluribus apparet, atque inde concinnavit Stephanus quod editur. Videtur hinc auctorem dedisse *obtentu philosophiæ & nomine*. Paulo ante MS. Reg. habebat *indesinens istas &*. *Istas* quidem etiam Perav. Sed Lugd. uterque eriam habet *indesinens*, ut videatur aliud latere. *Gronov.*

3 *Moveri*] Aliter, *moneri*. Thys. Non tantum: nam Steph. edidit *ut nos non sensim moveri*, illam negativam probante utroque Lugd. quum editiones pleræque gerant *ut nos sensim moneri*, quod est & in optimis scriptis, idque retineri oportet, quo mens Gellii etiam vere explicatur.

4 *Mentiamur*] Lucianus quoque illos insectatur in Nigrino. *Thys.* Qui id habet ab Stephano: is enim Badianæ editioni adscripsit.

5 *Libro*] Ita dialogum appellat.

6 *Cum*

χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ τῶν ἡδονῶντε καὶ ἐπιθυμιῶν τῶν ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἠθῶν παντάπασιν ἄπειροι γίγνονται. ἐπειδὰν δὲ ἔλθωσιν εἰς τινα ἰδίαν ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν, καταγέλαστοι γίγνονται· ὥσπερ γε, οἶμαι, οἱ πολιτικοί, ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διαλεκτὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοί εἰσι. συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου·

Λαμπρός τε ἐστὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ, καὶ πρὸς τοῦτ' ἐπείγεται
Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

ὅπου δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει, καὶ λοιδορεῖ τοῦτο. τὸ δ' ἕτερον ἐπαινεῖ βύνοιαν ἴσχων ἑαυτοῦ, ἡγούμενος ὅτως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν. ἀλλ', οἶμαι, τὸ ὀρθότατόν ἐστιν, ἀμφοτέρων μεταλαχεῖν; φιλοσοφίας μὲν ὅσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν· ἐπειδὰν δὲ ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἄνθρωπος ἔτι φιλοσοφεῖ, καταγέλαστον, ὦ Σώκρατες, τὸ ῥῆμα γίγνεται. καὶ ἔγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας, ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ παίζοντας· ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω ᾧ ἔτι πρέπει ταῦτα, ἅττα ψελλιζόμενον καὶ παῖζον, χαίρω τε, καὶ χαρίεν μοι φαίνεται καὶ ἐλευθέριον καὶ πρέπον τῇ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ· ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγομένου παιδαρίου ἀκούσω, σμικρόν τι μοι δοκεῖ ῥῆμα εἶναι, καὶ ἀνιᾷ με τὰ ὦτα, καί μοι δοκεῖ δουλοπρεπὲς τι εἶναι· ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσω τινὸς ψελλιζομένου, ἢ παίζοντα ὁρᾷ, καταγέλαστον φαίνεται, καὶ ἄνανδρον, καὶ πληγῶν ἄξιον. ταυτὸν δὴ ἔγωγε τοῦτο πάσχω καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας· τῷδε μὲν γὰρ νέῳ μειρακίῳ ὁρῶν φιλοσοφίαν, ἄγαμαι, καὶ πρέπειν μοι δοκεῖ, καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα εἶναι τὸν τὸν ἄνθρωπον· τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα, ἀνελεύθερον, καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώσοντα ἑαυτὸν οὔτε καλοῦ, οὔτε γενναίου πράγματος· ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα, καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν μοι δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι, ὦ Σώκρατες, οὗτος ὁ ἀνήρ· ὁ γὰρ νῦν δὴ ἔλε-

bus in consuetudine hominum tam publice quam privatim ad contractus uti decet; voluptatum præterea cupiditatumque humanarum, &, ut breviter comprehendam, morum prorsus fiunt ignari. Quocirca quoties ad aliquam rem gerendam vel publicam vel privatam se conferant, habentur ridiculi, quemadmodum & civiles viri, si in vestras scholas disputationesque descendant. Evenit enim illud Euripidis,

Qua in re clarus quisque est, ad eam properat,
Et diei partem illi plurimam impartit,
Ut ipse seipsum superet præstantia.

ubi vero inferior sit, inde fugit illudque vituperat: aliud vero laudat, quadam sui ipsius benevolentia existimans seipsum ita laudare. Verum præstare arbitror amborum participem fieri, philosophiæ quidem quatenus disciplinæ gratia deceat, nec turpe est adolescenti etiamnum philosophari. Sed cum grandior natu philosophiæ adhuc incumbit, res est, Socrates, valde ridicula. Equidem simillime affectus sum erga illos, qui philosophiæ dant operam, atque illos qui balbutiunt ac ludunt. Quoties enim aspicio puerulum, cui decorum adhuc est loqui ita balbutientem ludentemque, delector; festivumque & liberale mihi videtur, puerilemque decens ætatem. Quoties vero puerum audio verba expeditius exprimentem, molestum quiddam mihi oboritur, auresque offendit meas atque servile quippiam præ se ferre videtur. Cæterum quum virum quis audit balbutientem, vel videt ludentem, ridiculum id quidem, à viroque alienum, ac dignum plagis apparet. Idem igitur erga philosophantes mihi evenit. In adolescente enim philosophiam dum cerno, valde delector, decensque judico, atque ingenuum aliquem esse hominem hunc existimo; eum vero qui non philosophetur, illiberalem, nec unquam præclarum aliquid ac generosum de se præstiturum. Sed quando grandiorem natu philosophantem adhuc animadverto, nequedum studia ejusmodi deserentem, verberibus jam hunc virum, Socrates,

ἔλεγον, ὑπάρχῃ τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι, φεύγοντι τὰ μέσα τῆ πόλεως καὶ τὰς ἀγορὰς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τοὺς ἄνδρας ἀριστερεπεῖς γίγνεσθαι. καταδεδυκότα δὲ τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων, ἐν γωνίᾳ τεττάρων ἢ πεντάρων ψιθυρίζοντα, ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι. ἐγὼ δὲ, ὦ Σώκρατες, σοῦ σε ὑπείκως ἔχω καὶ φιλικῶς. κινδυνεύω δὴν πεπονθέναι νεῦν, οἷον ὁ Ζῆθος τοὺς τ' Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδης, οἷον ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σε λέγειν, οἷά περ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ὑπεμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδη νῦν ἀφαιρήσεις μορφώματι, καὶ ὅτ' ἂν δίκης βλαισὸν προσθεῖο ἂν ὀρθῶς λόγον, ὅτ' εἰκὸς καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις, ὅθ' ὑπὸ ἄλλων νεανικὸν βάλθυμα βαλβύσαιο. καί τοι, ὦ φίλε Σώκρατες (καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς· εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ) οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι ὅπως ἔχειν, ὡς ἐγώ σε οἶμαι ἔχειν, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πόρρω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας; νεῦν γὰρ εἴ τις σὲ λαβόμενος, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι, φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα, οἶδ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ, τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ' ἰλιγγιᾷς ἂν καὶ χασμῷο, οὐκ ἔχων ὅ, τι εἴποις; καὶ εἰς τὸ δικαστήριον ἀναβὰς, κατηγόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ, ἀποθάνοις ἄν, εἰ βούλοιό σοι θανάτου ἐπιτιμᾶσθαι. καὶ τοι πῶς σοφὸν τοῦτο ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, εἴπερ εὐφυᾶ λαβοῦσα τέχνη φῶτα, ἔθηκε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον βοηθεῖν, μηδ' ἐκποῦσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, μήτε ἑαυτὸν, μήτε ἄλλον μηδένα, ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν προσυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν οὐσίαν· ἀτεχνῶς δὲ ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει. τὸν δὲ τοιοῦτον (εἰ δὴ καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι ἔξεστιν) ὀπὶ κόρρης τυπτόντα, μὴ διδόναι δίκην. ἀλλ' ὦ γαθὲ ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ' ἐλέγχων· φραγμάτων δ' εὐμεσίαν ἄσκει· καὶ ἄσκει ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας,

Ε'ξ

indigere censeo. Quippe quod modo dicebam, huic accidit homini, ut etiamsi generosa natura præditus sit, tamen parum virilis evadat, fugiens mediam civitatem, & fora, in quibus Poëta inquit viros fieri præstantissimos; absondatque sese cum tribus vel quatuor pueris in angulo vitam ducens susurrando, nihil unquam liberale aut magnum aut idoneum prolaturus. Erga te autem, Socrates, bene atque amice affectus sum. Itaque idem mihi erga te, quod & Zetho erga Amphionem apud Euripidem, cujus modo mentionem feci, accidisse periclitor. Talia enim nunc mihi quædam adversus te dicere venit in mentem, qualia adversus fratrem ille dicit: Profecto ea, Socrates, negligis, quæ curæ esse tibi conveniebat, & ingenium mentis adeo præstans specie quadam puerili conformas, utpote qui nec in justitiæ consultationibus verba recte feceris, neque conveniens probabileque eligas, nec aliis prompte consulere possis; quamvis, ô amice Socrates, ne mihi succenseas. Benevolentia enim erga te mea proferam. Nonne turpe ducis sic comparatum esse, quemadmodum arbitror & te & alios omnes, qui philosophiam diutius persequuntur? Nempe si te nunc quis, aut alium è cœtu vestro quempiam comprehendat, inque carcerem trahat, dicens te, injuriam quamvis nullam inferus, inferre tamen certe quid ageres, non haberes, sed vacillares oscitaresque defensionis tuæ prorsus ignarus. Proinde adductus in judicium vel ab tetro admodum molestoque accusatore, ultimo supplicio, modo illi placeret, assicerere. Jam verò quomodo id ad sapientiam spectat, Socrates, si quæ ars nacta ingenuæ mentis virum reddat deteriorem, adeo ut nec ipse sibi opem ferre valeat, nec ex gravissimis periculis se aut alium quemquam servare, sed inimicorum rapinis exponat cunctas facultates, ipse insciteque sine ullo honore in urbe victitet? Jam vero ejusmodi virum, etsi dicta sit agrestius, licet super genam impune pulsare. Quamobrem bone vir me audi, ac jam in vanis versari argutiis desine: decora rerum gerendarum exerce officia, atque ea, ex quibus sapere videaris: ista vero arguta sive deliramenta appellari oportet, sive nugas,

Unde

Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις·

ζηλῶν οὐκ ἐλέγχους ἀνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἔστι καὶ βίος, καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά. Hæc Plato ſub perſona quidem, ſicuti dixit, non proba, ſed [6] cum ſenſu tamen intelligentiæque communis fide, & cum quadam indiſſimulabili veritate diſſeruit; non de illa ſcilicet philoſophia, quæ virtutum omnium diſciplina eſt, quæque in publicis [7] ſimul & privatis officiis excellit, civitateſque & rempublicam, ſi nihil prohibeat, conſtanter & fortiter & peritè adminiſtrat; ſed de iſta futili atque puerili meditatione argutiarum, nihil ad vitam neque tuendam neque ordinandam promovente: [8] in qua id genus homines conſeneſcunt male feriati, quos philoſophos eſſe & vulgus putat, & is putabat, ex cujus perſona hæc dicta ſunt.

Unde vacuæ habitandæ tibi domus ſunt,
aliis relinque. Denique imitare non eos, qui hæc exigua captant, ſed eos, quibus victus & gloria & alia bona adſunt complurima.

6 *Cum ſenſu tamen int. com. fide*] Pater hîc deſiderabat *ſenſus tamen* &c. Idque videtur & Salmaſius adſcripſiſſe. *Gronov.*

7 *Simul & privatis*] MS. Reg. *ſimul in priv.*

8 *In qua id g. h. conſeneſcunt male feriati*] Procul dubio non animadverterat has voces Th. Reineſius lib. 1 Var. lect. cap. 4, ubi nimium attentus in *Tuas male feriatos* Horatii negat hanc locutionem in aliis habere locum, & hinc deridet ludos ab viris doctis ſæculi proximi in uſu harum vocum editos, etiam paulo retroſiores non uſurpaſſe, aliaque infrenis laſciviæ documenta, quæ per hunc locum riſui exponuntur. *Gronov.*

CAP. XXIII.

Verba ex oratione M. Catonis de mulierum veterum victu & moribus: atque inibi, quod fuerit jus marito in adulterio uxorem deprehenſam necare.

QUI de victu atque cultu populi Romani ſcripſerunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem [1] abſtemias egiſſe, hoc eſt, vino ſemper, [2] quod temetum priſca lingua appellatur, abſtinuiſſe dicunt: inſtitutumque ut [3] cognatis oſculum ferrent [4] reprehendendi cauſſa, ut odor

1 *Abſtemias egiſſe*] Dionyſius lib. 2. Antiq. cap. 26. refert Romuli lege mulierum graviſſimum crimen habitum, non tantum ſi pudicitiam maculaſſent, verum etiam ſi vinum bibiſſent, quod crederet temulentia mulieres ad nefarias accendi libidines. De hujuſmodi autem criminibus mariti cum cognatis cognoſcebant, & pœnam infligebant ſuo arbitrio. Vide & Val. Max. lib. 2 cap. 1. Item Valerius lib. 6 cap. 3. ſcribit Egnatium Metellum uxorem, quod vinum bibiſſet, fuſtim interminſſe. *Idque factum*, inquit, *non accuſatore tantum, ſed etiam reprehenſore caruit; unoquoque exiſtimante, optimo illam exemplo violatæ ſobrietatis pœnas pependiſſe.* Porro vide Plutarchum Qu. Rom. 6. Tertullianum in Apolog. cap. 6. Apud Athenæum Polybius lib. 6. ſcribit non potuiſſe fallere mulieres, quæ vinum bibiſſent tum propter oſculandi morem, tum quod cellæ vinariæ iis non committerentur.

2 *Quod temetum priſca lingua appellatur*] Gloſſæ Cyrilli, οἶνον παλαιὸν interpretantur. Etiam Hebræi vinum grave תמד appellant. Vox TEMETI in antiqua lege Romuli occurrebat.

3 *Ut cognatis*] Dicit Athenæus ad conſobrinos uſque hoc in uſu fuiſſe. Affinibus quoque & propin-

odor indicium faceret si bibissent. Bibere autem solitas ferunt [5] loream, [6] passam, [7] murinam, [8] & quæ id genus exstant, potu dulcia. atque hæc quidem, in his, quibus dixi, libris pervulgata sunt: sed M. Cato non solum [9] existimatas, sed multatas quoque à judice mulieres refert non minus,

pinquis idem jus scribit fuisse Arnobius lib. 2. & Tertull. Apol. cap. 6.

4 *Reprehendendi*] Lege, *deprehendendi causa*: ipsa id ratio postulat. De hoc autem Romanorum more consulantur Plinius, Tertullianus, Servius in Virgil. Athenæus & Dionys. Halicarnass. Tacite quoque eò alludit Martialis Epigram. lib. 5. *Fœtere multo Myrtale solet vino. Sed fallat ut nos, folia devorat lauri, Merumque cauta fronde, non aqua miscet. Hanc tu rubentem prominentibus venis Quoties venire, Paule, videris contra, Dicas licebit, Myrtale bibit laurum.* Lambecius. Quem sicut solum novit in hoc loco Prousteus, ita vicissim quasi ne novisset quidem, subjecit Thysius [Forsan, *deprehendendi*. reprehensio hic locum non habet.] Sed uterque se frustratur. Non enim dicit auctor id factum esse deprehendendi causa, an bibissent, sed quia interdum id suspicabantur aut sciebant, reprehendendi & castigandi verbis: unde licet *deprehendendi* exstet in MS. Regio, non tamen probum videatur. Quid autem illis duobus facias, quum jam God. Stewechius ad Arnobii librum 11 citet *deprehendendi*, nescio ex qua editione; neque enim in ulla offendi. Sed Stewechius duas has voces non habet pro Gellianis, sed impuro glossemate; nec addit causam, ut possit frui suo palato: nos ad talia non sumus projecti nimium. Ibidem vero Stewechius citat auctores idem confirmantes, unde describentem Thysium hîc imminui. *Gronov.*

5 *Loream*] Vett. editt. scribunt *lauream*. Varro *loram*, qui de illa ita loquitur lib. 1. de R.R. c. 54. *Quæ calcatæ uvæ erant, earum scapi cum folliculis subjiciendi sub prelum, ut si quid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Cum desiit sub prelo fluere, quidam circumcidunt extrema, & rursus premunt, & rursus eum expressum, circumsititium appellant, ac seorsum, quod expressum est, servant, quod resipit ferrum. Expressi acinorum folliculi in dolia conjiciuntur, eoque aqua additur. Ea vocatur lora, quod lota acina ac pro vino operariis datur hyeme.* Vide & Columellam lib. 12 c. 40. & Plinium lib. 14 c. 10.

6 *Passam*] Vett. editt. *passum*. Varro lib. 1. de Vita Pop. Rom. apud Nonium *Passum nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent, eamque passi essent in sole aduri.* Nonius: *Passum dicitur genus liquoris, quod ex uva pàssa cogitur.* Juvenalis Sat. XIV.

Qui gaudet pingue antiquæ de litore Cretæ
Passum & municipes Jovis advexisse lagenas.

Vide quoque Columellam lib. 12 c. 39.

7 *Murinam*] De qua Festus dicit: *Quidam id dici putant ex genere uvæ, murrinæ nomine.*

8 *Et quæ id genus sapiant*] Lectio haud dubie adulterina. Superioris temporis editiones pro *sapiant* partim legunt *optant*, partim *epotant*. Quod ni MS. R. auctoritas obstaret, legerem simpliciter, *atque id genus potu dulcia*. Sed inibi scriptum erat: *& quæ id genus expiant potu dulcia*. Quare potius legendum videtur; *& quæ id genus exspirant potu dulcia*: ut scilicet exspirare hoc loco respondeat Græcorum ἀποπνέειν & ἀποπνεύσαι, quatenus exponitur διὰ τῆ ὄζειν, Latine *olere* vel *redolere*. Ita Tertullianus Apologetici cap. 6 de re simili loquens: *Idcirco*, inquit, *& oscula propinquis offerre necessitas erat, ut spiritu indicarentur;* ubi *ut spiritu indicarentur* idem est quod Gellius ait, *ut odor indicium faceret*. Sed nota perperam vulgo apud Tertullianum *judicarentur* legi. *Lambecius.* Vett. editt. pro *sapiant* legunt *epotant*. Alii, *optant*: forsan legendum, *sapam & quæ id genus potu dulcia*. MS. *sapiam*. Sapa autem sumitur pro musto ad mediam partem decocto, ut Nonius scribit, vel ad tertiam partem, ut Plinius testatur lib. 23 cap. 2. *Thys.* *Epotant* placuit Sigonio in citatione, qua utitur lib. 1 de jure civium R. cap. 9. Sed Marcilius ad Leges XII tabb. pag. 272. *Atque id genus epotare*, idque ait eas facere solitas, cum diis libarent. Sed is maluit suas vires ex arbitrio adhibere, quam eas gubernare ex vetere lectione omnibus scriptis illa *& quæ* firmantibus. Pater meus adscripsit F. *temperant*. Sed & hoc nimis recedit à MSS. in quibus est vel id quod produxit Lambecius *expiant*, vel *æpiant* in Petav. vel *acpiant* in utroque Lugd. & Mem. Hinc vides ultro oriri *quæ id genus exstant*. Quod ita probavi, ut isto vulgato *sapiant* expulso alterum receperim. *Gronov.*

9 *Existimatas, sed*] Codex Reg. *Existimat, sed &*. Quod quum videret Salmasius, illi aut alteri valde placuit, ut aliquis adscripserit optime ita Lipsi. El. 1. 21. & ita libri MS. Quum interim Chr. Colerus in Parergis 20, 72 legat *æstimatas*. Aurelius ad Tacitum 2 ann. 50 scribat [Lege fidenter *inexistimatas*.]

10 *Si*

minus, [10] si vinum in se, quam si probrum & adulterium admisissent. Verba M. Catonis adscripsi [11] ex oratione, quæ inscribitur DE DOTE, in qua id quoque [12] scriptum est, in adulterio uxores deprehensas jus fuisse maritis necare: [13] *Vir*, inquit, [14] *quum divortium fecit, mulieri judex pro censore est. imperium, quod videtur, habet. si quid perverse tetréque factum est à muliere, multatur: si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur.* [15] De jure autem occidendi ita scriptum: *In adulterio uxorem tuam si* [16] *deprehendisses*, [17] *sine judicio impune necares. illa te* [18] [19] *si adulterares, digito non auderet contingere; neque jus est.*

10 *Si vinum in se*] Ita vett. editt. concinnius, quam si vulgatam lectionem sequamur, *vinum bibissent. Admittere in se vinum*, & *admittere adulterium*, lepida, ut Lipsius loquitur, vocis alternatio est.

11 *Ex oratione*] MS. Reg. *ex orationum*, quod ferri posse vides. *Gronov.*

12 *Scriptum*] Aliter, *inscriptum*. male.

13 *Vir &c. judex pro censore est*] Sententia plana ut sit, ita intellige, virum quamdiu cum uxore est, quodvis imperium & jus habere in uxorem, & cum in virorum mores aut censor, aut judex inquirat, mulieribus contra solum maritum & judicem esse & censorem. Ita *Lipsius* lib. 1. Var. Lect. c. 13.

14 *Quum divortium fecit*] Lipsius legit ex conjectura, *nisi quum divortium fecit*, Neque enim vir cum divortium fecit, potestatem in uxorem quam habuit retinet. *Thys.* Id ita novit Prousteus, ut scribat nonnullos immerito suspicatos. Sed nescivit istos nonnullos sibi non constitisse. Quippe ad Tacitum 2 ann. 50 idem Lipsius legebat *facit* absque *nisi*. Aurelius ad Tacitum interponit *haud*. Itaque pater subtrahendo adjuvabat legens: *Vir, inquit, ni divortium fecit.* Vide an fuerit *qui non divortium fecit*. Gronov.

15 *De jure occidendi*] Scripti omnes legunt *dicendi*. Gronov.

16 *Deprehendisses*] Ita in MS. Vett. editt. *prehendisses*. Thys. Immo id confirmatur ab omnibus scriptis.

17 *Sine judicio impune necares*] Ex lege Romuli maritus uxorem in adulterio deprehensam occidere impune potuit.

18 *Si adulterares*] Buslidianus codex teste Carrione & prodente Lipsio habet hæc auctius, *si adulterares, sive tua adulteria audiret*. An hæc verba Catonis sint, merito dubitatur: ex margine glossatoris librariorum culpa in textum irrepsisse arbitror. *Thys.* Immo Reg. S. Marci, Mem. *sive tu adulteriare*. Lugd. maj. *sive tu adulitare*. min. *sive tu adulterare*. Lincoln. *sive tu adulterareris*. Salmasius adposuit [Scribo: *sive tu adulteraverere*] Quod quilibet subesse videat, etsi Lambecius, quum nescio unde adscripsisset *libet tu adulteriare* inde conjecerit *licet tu adulter reperiare*.

19 *Si adulterares &c.*] Idem dicit Perigone Pythagorica libro de mulieris concinnitate apud Stobæum ferm. 173. Φέρειν οὐχ οἷόν τε τῷ ἀνδρὸς παντὸς κἂν ἀτυχῇ κἂν ἁμαρτῇ κατ' ἄγνοιαν ἢ νέον ἢ μέθην ἢ ἄλλῃσι γυναιξὶ συγγένηται. ἀνθρώποις μὲν γὰρ ἐπιχωρίεται ἁμαρτία αὕτη· γυναιξὶ δὲ οὐκέτι, τιμωρία δὲ ἐφέστηκεν. ὥσκεδαι ἓν τὸν νόμον δεῖ καὶ μὴ ζηλοτυπεῖν· φέρειν δὲ καὶ ὀργὴν καὶ φειδωλίην καὶ μεμψιμοιρίην καὶ ζηλοτυπίην καὶ κατηγορίην, καὶ ἤν τι ἄλλο ἔχῃ ἐκ φύσιος. Vide Isocratem in Nicocle p. 67. Henr. Valesius. Etiam Salmasiano exemplari adscripsit alius: Plautus Mercat. *Ecastor lege dura vivunt mulieres.*

CAP. XXIV.

Die pristini, die crastini, & die quarti, & die quinti, *qui elegantius locuti sunt, non ut ea vulgo dicuntur nunc.*

Die quarto & *die quinto*, quod Græci εἰς τετάρτην καὶ εἰς πέμπτην[a] dicunt, ab eruditis nunc quoque dici audio: & qui aliter dicit, pro

a *In quartam & quintam.*

rudi atque indocto despicitur: sed M. Tullii ætas ac supra eam non, opinor, ita dixerunt. *die quinte* enim & *die quinti* [1] pro adverbio [2] copulate dictum est, [3] & secunda in eo syllaba correpta. [4] Divus etiam Augustus linguæ Latinæ non nescius, [5] munditiarum patris sui in sermonibus sectator, in epistolis plurifariam significatione ista dierum non aliter usus est. [6] Jus autem erit, perpetuæ veterum consuetudinis demonstrandæ [7] gratiâ verba sollemnia prætoris ponere; quibus more majorum [8] ferias concipere solet, quæ appellantur Compitalia. ea verba hæc sunt: DIE. NONI. POPOLO. ROMANO. [9] QUIRITIBUS. COMPITALIA. ERUNT. QUANDO. CONCEPTA. FUERINT. [10] NEFAS. *die noni* prætor dicit, non *die nono*. Neque prætor solum, sed pleraque omnis vetustas

1 *Pro adverbio*] Ita quoque Macrobius 1 Sat. 4. Nisi quis velit ablativum esse, atque antiquos in quibusdam E vel I pro O posuisse. *Thysius.* Mirum ni sic doctus ex Minerva Sanctii lib. 4 totum quod ille statuit, timuit aperire, & rem modo summam tetigerit: is autem contendit deesse vocem *solis.* Atqui sic facta videntur *postridie, meridie*, quæ apparet in unum coacta sine respectu ejus vocis. *Gronov.*

2 *Copulate dictum est*] Macrobius habet, *copulative.* Et simul innuit ita legi, *diequinte*, & *diequinti*, quod ex sequentibus ejusdem verbis liquet: *Indicium est quod syllaba secunda corripitur, quæ natura producitur, cum solum dicitur die.*

3 *Et secunda in eo*] Regius ignorat particulam primam, prout mox *etiam*, scribens *Divus Augustus.*

4 *Divus etiam Augustus*] De quo ita Suetonius in ejus vita c. 86. *Genus eloquendi secutus est elegans & temperatum: vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum, ut ipse dicit fœtoribus: præcipuamque curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere.*. Tacitus: *Augusti prompta ac profluens, quæ deceret principem, eloquentia fuit.* Gellius noster lib. 15 c. 7. elegantiam orationis, neque morosam, neque anxiam sed simplicem facilemque laudat. In vett. editt. post *Augustus* legitur *memoriarum veterum exequentissimus.* Thys. Sed præter MSStos, qui omnes ea non agnoscunt, & ideo recte ab doctis & sapientibus editoribus omissa sunt, præsertim quum illa in capite 12 hujus libri attributa sint Favorino. *Gronov.*

5 *Munditiarum*] Cod. Torn. *munditiarumque.* Thys. Et Regius aliique. Sunt tamen & qui ignorant copulam.

6 *Is autem*] Badiana Paris. ed. *jus autem.* Atque ita legit quoque Meursius ad Macrobium. Acidalius ad Vellejum legit, *fatis autem erit.* Thys. Illud *jus* auctoritate sua firmavit quoque Mercerus ad Nonium quem sequutus nunc sum, quia MSS. consentiunt in *is*, quod ei voci est propinquum maxime. *Gronov.*

7 *Gratia*] Delet Acidalius.

8 *Ferias concipere solet, quæ appellantur compitalia*] Hæc sacra fiebant Laribus publice in compitis, privatim in foco, Cato de R. R. *rem divinam nisi compitalibus in compito, aut in foco, ne faciat.* Erant hæ feriæ inter conceptivas, *quæ quotannis à magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur in dies certos vel incertos*, ut scribit Macrob. l. 1. Sat. c. 16. Varro lib. 5. de L. L. *Compitalia dies adtributus laribus, ut alibi: ideo ubi viæ competunt tum in compitis sacrificatur; quotannis hic dies concipitur.* videtur tamen Dionys. lib. 4. Antiquit. stativa ponere, quandoquidem Saturnalibus, quæ per aliquot dies a. d. XVI. Kal. Januarias celebrabantur, scribit compitalia successisse. Sed audiamus horum sacrorum originem ex ipso Dionysio. *Servius Tullius per omnia compita jussit à vicinia laribus propitiis sacella exstrui, & lege statuit, ut quotannis sacrificia illis fierent, singulis familiis liba conferentibus. Quem diem festum Romani ad mea usque tempora constanter celebrabant, paucis post Saturnalia diebus cum primis venerandum & magnificum, à compitis Compitalia eum vocantes. Illi enim* κωμὰς *compita appellant, & servant antiquum ritum in sacris, quia sacrificia & rem divinam Laribus per servos faciunt, omni servitutis indicio per hæc tempora adempto.* Vide Ovidium lib. 5. Fastor. ℣. 34. & seqq.

9 QUIRITIBUS] Annotatum quoque invenio, QUIRITUM.

10 NEFAS] Aliquid hic subintelligitur, alio die præter constitutum compitalia habere, forsan vel opus facere, aut simile quid. *Thys.* Patet non intellexisse, quum nihil subintelligatur, nisi *esto* vel *sit*, & edicatur esse nefas, ut jurisdictio non celebretur per istum diem.

11 *Ver-*

tuſtas ſic locuta eſt. Venit ecce illius [11] verſus Pomponiani in mentem, qui eſt ex Atellana, [12] quæ Mævia [13] ſcribitur:

[14] *Dies hic ſextus, quum nihil egi: die* [15] *quarte moriar fame.*

ſuppetit etiam [16] Cœlianum illud ex libro hiſtoriarum ſecundo: [17] *Si vis mihi equitatum dare, & ipſe cum cætero exercitu me ſequi; die quinti Romæ in Capitolium, curabo tibi cœna ſit cocta.* Et hiſtoriam autem & verbum hoc ſumſit Cœlius ex Origine M. Catonis; [18] in quo ita ſcriptum eſt: *Igitur dictatorem Karthaginienſium magiſter equitum monuit; Mitte mecum Romam equitatum. die quinti* [19] *in capitolium tibi cœna cocta erit.* Extremam iſtius vocis ſyllabam tum per *e*, tum per *i*, ſcriptam legi. nam [20] ſane quàm conſuetum iis veteribus fuerat litteris his plerumque uti indifferenter; ſicuti [21] *præfiſcine*, & *præfiſcini*, *proclivi* & *proclive*. atque alia item multa hoc genus varie dixerunt: *die priſtini* quoque eodem

11 *Verſus Pomponiani*] L. Pomponii meminit quoque Vellejus Paterculus l. 2. cap. 9. dicitque illum *novitate inventi à ſe operis commendabilem* fuiſſe. Intelligit autem Atellanarum ſcriptorem, de quo Euſebius: *L. Pomponius Bononienſis Atellanarum ſcriptor clarus habetur.*

12 *Quæ Mæviæ*] Vett. editt. male, *quæ Metui aſcribitur*. Sed Macrobius habet *Mevia* pro *Mævia*. Thyſ. Intereſt audire lectiones MSStorum, quorum Reg. Petav. S. Mar. Flor. exſerte habent id quod Thyſius edit ex veteribus editis. Sed Lugd. min, *que & uias cribitur*. Hinc vides, unde illud *metui* ſit exortum, perinde ut origo verbi *aſcribitur*, ubi variæ editiones addunt literam *d*, quum debuiſſent inde fingere *quæ Mævia ſcribitur*. Ex diphthongo enim *ae* involutâ exſtitit nota &. Quum autem Mævia illa ſit rerum omnium ignotiſſima, conjiciebat pater *Necyia* vel Græce Νεκυία *inſcribitur*. Gronov.

13 *Scribitur*] Lege, *inſcribitur*.

14 *Dies hic ſextus*] Forſan hic legendum *dies hic tertius* & pro *egi*, *edi*. Ita dies quartus congruit. vel ita interpretari quis poteſt, *die abbinc quarto moriar fame*. Notandum autem in hoc verſu *dies* & *die* κατὰ συνίζησιν efferendum, cum ſit trochaïcus.

15 *Quarte*] C. Torn. *quarti*.

16 *Cœlianum illud*] In Codice vetere Macrobii male poſitum erat, *Cæcillianum*. Cœlius Antipater hiſtoricus intelligitur.

17 *Si vis mihi*] Sic & Macrobius. Sed Gelliani codices, ut Reg. S. Marci, Lugdun. minor. habent *ſi quis*, hoc eſt, ſi impetras abs te, ut des. tum in Regio non eſt *me ſequi*, ſed $\bar{e}$ $\acute{q}$ unum ſcilicet *ſequi*.

18 *In quo*] MS. *in qua*. Thyſ. Hoc ipſum vidi quoque in Regio, nec poteſt dubitari, quin ſit elegantiſſimum. Sed in præcedentibus laboratur. Quippe Lambecius in collatione adſcripſit *ex* III *Originum Catonis*, incertum ex MS. an ſua conjectura. Nec ego nec quiſquam in MS. id vidimus. Inhæſit tamen illi pater, ut hinc cogitaret *ex Origine* IV *Catonis*. Satis acute. Ego tamen ſemper cogitavi *ex* X *Origine M. Catonis*, *in qua*. Gronovius.

19 *In Capitolium*] Recte. in vett. edit. *Capitolio*.

20 *Sanequam conſuetum iis veteribus fuerat*] Vehementer corruperat hunc locum Stephanus contra omnes quas vidi priſcas editiones, quarum eſt iſta lectio, quam citavi, exhibendo *nam ſane quum conſuetum iis veteribus fuerit*, pro quo Batava anni 1644 *ſanequam fuerit*, cujus tamen auctor & novit & allegat, quomodo hic locus citetur Scaligero ex veteri codice ad Feſtum in v. *Proſpera*. *Fuerit* quidem legitur, ſed in paucis & non optimis codicibus. Omnino id venit ex negligentia conſideratæ dulcedinis, quam habuerunt Latini in uſu illius vocis *ſanequam*, quæ tamen ubique patet. Ante τὸ *veteribus* Scaliger omittebat vocem *iis*, ſicut caruit ea Lugd. major, ſed cæteri omnes caſte retinent. *Gronovius*.

21 *Præfiſcini*] Vulgo, *priſtini*, & *priſtine*, verum ex Macrobio legendum *præfiſcini* & *præfiſcine*. Thyſ. Non tam ex Macrobio, in cujus loco etiam varietas eſt, quam ex MSS. omnibus, in quibus tamen non eſt hic ordo, quem ab Scaligero datum

dem modo dicebatur: quod significabat [22] *die pristino*, id est priore; quod vulgo *pridie* dicitur, converso compositionis ordine, quasi *pristino die*. atque item simili figura *die crastini* dicebatur; id erat, *crastino die*. sacerdotes quoque populi Romani quum condicunt in diem tertium, *diem perendini* dicunt. Sed ut plerique *die pristini*, ita M. Cato in oratione contra [23] Furium, *die proximi*, dixit. *quarto* autem [24] Cn. Matius, homo impense doctus, in mimijambis pro eo dicit, quod *nudiusquartus* nos dicimus; in his versibus:

Nuper die quarto ut recordor, [25] *& certe*
Aquarium urceum unicum domi fregit.

Hoc igitur intererit, ut [26] *die quarto* quidem de præterito dicamus: *die* autem *quarte* de futuro.

commendat Thysius, sed quem nunc exhibui; neque ulla causa eum vetat, etsi mox aliter sequatur.

22 *Die pristino, id est, priore*] Livius IV, 32. *Ipse postero die, quum Etrusci pleni animorum ab pristini diei meliore occasione quam pugna in aciem processissent.* Curtius VIII, 4. *Primus dies quietum iter præbuit; proximus ei nondum quidem procellosus & tristis; obscurior tamen pristino.* Gronov.

23 *Furium*] In margine codicis mei, *Furnium*. Thys. Scripti an editi? Ego utique nuspiam inveni hoc posterius, & per omnes & Lugd. maj. confirmatur Macrobianus Furius, qui & sic ab Nonio scribitur, inepte *Proximi* sic accipiente, quasi illud in aliis quoque constructionibus pro proximo solitum fuisset intelligi. *Gronov.*

24 *Cn. Matius*] Vide supra lib. 6 cap. 6. & lib. 9 cap. 14.

25 *Et certe*] Levinejus legit *exerte*, legi quoque potest *excetra*; ut de muliere improba loquatur, quæ instar hydræ vel viperæ sit. Ita loquitur quoque Plautus in Casina Act. 3. Scena 5. atque aliis in locis. Livius *Excetræ delinimenta & venefica* dixit. Potest tamen retineri vulgata lectio, ita ut ante initium versus aliud quid dictum fuerit, cui postmodum respondeat illud, *& certe*. Thys. Non potest tantum, sed & debet retineri, quippe quod est in MSS. tum præterea clarum ac certum, quum illa alia sint incerta & dubia: denique & alii auctores sic scripserunt.

26 *Die quarti quidem de præterito*] Itaque credetur Gellius contra usum & auctoritatem veterum concluisse, utpote quum in exemplis ab eo productis & *die noni* & *die quinti* intelligantur de futuro manifeste. Etiam alia exempla in scriptoribus residuis exstant de futuro: & ratio ipsa id quoque dictat in *die crastini*. Scias autem ita pro sua auctoritate edidisse Thysium, quum in prioribus editis omnibus, quos ante oculos habeo, exstet *die quarto quidem*. Sequentia vero in Reg. S. Marci Flor. Mem. Pet. Lugd. utroque leguntur ita *die quarte autem*, sub quo videtur intellexisse etiam *quarti*, non expressisse. *Gronov.*

CAP. XXV.

Telorum & jaculorum gladiorumque atque inibi navium quoque vocabula, quæ scripta in veterum libris reperiuntur.

TELORUM, jaculorum, gladiorumque vocabula, quæ in historiis veteribus scripta sunt, item navigiorum genera & nomina libitum forte nobis est sedentibus in rheda conquirere: [1] iisque vicem aliarum ineptia-

1 *Iisque vicem*] Vulgo, *neque itidem*. Lipsius, *inque vicem*. C. Tor. *neque idem*. Thys. Idque ipsum legitur in variis MSS. quum alii *nequidem*, vel *neque id*. Certe optime videtur Stephanus reparasse Gellium parte Lipsii conjecturæ admissa, parte in melius mutata, quum illud *vicem* sine præpositione *in* amet auctor. Hæc vero armorum vocabula toties considerata & exposita sunt, ut nunc idem

ineptiarum vacantem ſtupentemque animum occupare. Quæ tum igitur ſuppetierant, hæc ſunt; *haſta*, *pilum*, *phalarica*, [2] *ſemiphalarica*, *ſoliferrea*, [3] *geſa*, *lancea*, *ſpari*, [4] *rumices*, *trifaces*, *tragulæ*, [5] *frameæ*, [6] *meſanculæ*, [7] *cateiæ*, *rumpiæ*, *ſcorpii*, [8] *ſibones*, [9] *ſiculeſ*, *veruta*, *enſes*, *ſicæ*, *machæræ*, *ſpatæ*, *lingulæ*, *pugiones*, *clunaculæ*. De *lingula*, quoniam eſt minus, frequens, admonendum exiſtimo, lingulam veteres dixiſſe gladiolum oblongum in ſpeciem linguæ factum, cujus meminit Nævius [10] in tragœdia Heſiona. Verſum Nævii appoſui:

Sine mihi gerere morem [11] *videar* [12] *lingua; verum lingula.*

item

idem facere velle ſit alieniſſimum; unde Thyſiana magnam partem rejeci. *Gronov.*

2 *Semiphalarica*] Talis ab Iſidoro cubitalis deſcribitur, quam manu jaculabantur. *Thyſ.* In Regio & Lincoln. ea vox non exſtat: de aliis nihil notatum habeo.

3 *Geſa*] Pro *geſa* plurique antiqui auctores *gæſa* ſcribunt. Heſychius γαισὰς appellat. Legitur quoque *Geſæa*, prout edidit Stephanus, & in Regio erat *geſea*, in Lincoln. *geſaca*.

4 *Rumices*, *trifaces*] Ita emendat Lipſius. vulgo erat *rumegeſtri*, *faces*, vel *falces*. Dividi debent voces quæ turpiter cohæſerant. *Thyſ.* Unde habeat illud *rumegeſtri*, non aſſequor, quum & ipſe Lipſius 1 Elect. 7 citet *rumigeſtri falces*, & in MSS. omnibus ſit *rumi geſtri faces*. Unde patet veriſſimum Lipſianum hoc, & ceſſent vel Turnebi *runæ ceſtri*, vel Thyſii quoque *rumices ceſtri*, quum non quæratur, quomodo poſſit quoque legi, ſed quid perſpicue afferant libri veteres. Eſt tamen aliqua pars in hoc Joſ. Scaligeri, ut qui rumices jam odoratus fuerat in Conjectaneis ad Varronem pag. 58, ubi & ipſe citat *rumigeſtri*. Gronov.

5 *Frameæ*] Reliquiæ nominis manent in Germanica & Belgica lingua, quando inſtrumentum acutum etſi in alium uſum *priem* appellamus.

6 *Meſanculæ*] Legendum *meſancula*, μεσάγκυλον Græcis amentatum jaculum.

7 *Cateiæ*] Servius ad hunc verſum Virgilii lib. 7. Æneid. ℣. 741.

Teutonico ritu ſoliti torquere cateias.

Cateiæ tela Gallica ſunt, unde & Teutonicum ritum dixit. (Gallos itaque cum Teutonis confundit.) *Cateiam quidam aſſerunt, teli genus eſſe tale quale aclides ſunt, ex materia quam maxime lenta, cubiti longitudine, tota fere clavis ferreis illigata, quam in hoſtem jaculantes, lineis quibus eam adnexuerant, reciprocam faciebant. Cateiæ autem lingua Theotiſca haſtæ dicuntur.*

8 *Sibyna*] Ita recte emendat Turnebus. vulgò legebatur *ſibones*. Thyſ. Imo legebatur ante Turnebum *ſcibones*, eaque vox ſane à me in Lincoln. reperta, ut potuerit in aliis quoque exſtitiſſe, obtinuit ad ipſum Stephanum uſque, qui ex MSS. edidit *ſibones*. Ita enim in illis legitur. Quod ab inſequentibus plane ad Turnebi arbitrium mutari in vocem magis uſurparam non probo, præſertim quum illa vox varie hic illic ſcribatur ſibynæ, ſybinæ, συβίνη, ut nihil vetet eandem quoque pronunciatam *ſibon*, quippe & κέλης *celoces*: unde id retinui. *Gronov.*

9 *Siculices*] Ita habetur in Badiana editione, ſicuti Turnebus quoque emendat. Vulgò legebatur, *ſilices*. Erant autem haſtæ ſpiculis latis præditæ. Feſtus hunc Ennii verſum citat,

Incedit veles vulgò ſicilicibus latis.

Ad quem locum ita Scaliger: *Gloſſarium*, *ſicila*, σμίλαι, ἀρδηλιον, *ſicilam* ξυρὸν σκυτέως. *Sicila*, σμίλαι χαλκοτόμος. *Eſt vox magnæ Græciæ; eo nomine intelligebant, quicquid ſecandi vim habet. Inde Sicilia dicta, quia ab Italia abſecta. Inde ſicilire prata.* Utroque igitur modo legi poteſt, vel *ſicilices*, vel *ſiculeſ*, ut quædam editiones habent. *Thyſ.* Itane oportuit agere, ut primo dicas legi vulgo *ſilices*, deinde in quibuſdam editionibus *ſiculeſ*, & in Badiana tantum eſſe *ſicilices?* Quin ſcias in omnibus editis ab Aldo uſque ad Stephanum legi clare *ſicilices;* iſte primus dedit *ſiculeſ*, quippe quod exſtabat in MS. Regio, & ideo mutari non debuit. Scaligeriana reliqui, quoniam ſunt doctiora, quam ut à me deleantur. Sed Thyſii opus fuit non omittere Salmaſiana ad Hiſtoriam Auguſtam pag. 273, omnino huc pertinentia, *Gronov.*

10 *In tragœdia &c.*] Varro ſub finem l. 6. *Multa apud Poetas reliqua eſſe verba, quorum origines poſſunt dici, non dubito, ut apud Nævium in Eſiona enimvero gladii lingula à lingua*, ubi paucula deeſſe, quæ hic ex Gellio reſtitui poſſunt, notavit Scaliger.

11 *Videar*] Forſan, *utar haud lingua*.

12 *Haud lingua*] Abeſt vocula *haud* à vett. ed. & c. Tor. *Thyſ.* Ita habet Gellius à viro docto duas

item *rumpia* genus teli est Thracæ nationis: positumque hoc vocabulum in Q. Ennii annalium quartodecimo. Navium autem, quas reminiscí tunc potuimus, appellationes hæ sunt: [13]*gauli*, *corbitæ*, *caudiceæ*, *longæ*, *hippagines*, *cercuri*, *celoces*, vel, ut Græci dicunt, *celetes*, *lembi*, *oriæ*, *lenunculi*, *actuariæ*, quas Græci ἱππαγωγὰς vocant vel ἐπιβατίδας, *prosumiæ*, vel *gesseoretæ*, vel *horiolæ*, *stlatæ*, *scaphæ*, *pontones*, *acatiæ*, *hemioliæ*, *phaseli*, *parones*, *myoparones*, *lintres*, *caupuli*, *camaræ*, *placidæ*, *cydarum*, *ratariæ*, *catascopium*.

notas, in quarum neutra agnoscat vel minimum auxilium. Vocula *haud* est solius Stephani, in nullis MStis, nullis ante eum editis reperienda, ut hinc debuerit deterreri ab ista conjectura *utar haud lingua*. In cod. Reg. est *videtur*. Quodcunque eligas, videtur nihil mutandum, utpote quum potuerint verba hujus versiculi in plures personas fuisse divisa, ut alter dixerit *sine mihi gerere morem*; alter *videtur linguâ*, nempe tibi morem geras; cui subjicit rursum prior forsan sciscitans *verum lingula*? nempe an licebit mihi morem gerere? *Gronovius*.

13 *Gauli*, *corbitæ* &c.] Ita in hoc loco actum est, ut quæ nota erant, omnes voluerint scribere; quæ obscura & remota, nullus attigerit. Mireris universa hæc non fuisse digna habita ab Nonio, quorum per singula iret ad illustrandum, dum excerpit quædam in capite de Genere navigiorum pag. 532: porro Bayfium citare, nec quidquam movere præter *lenunculum*, quam vocem male spectavit etiam Lud. Carrio ad Sallustii fragmenta pag. 137; etiam Rycquio ad Tacitum XIV ann. 5 afferente, in nonnullis codicibus apud Gellium legi vocabulum *renunculorum*, & ideo nec ipsum spernendum; quum si loquitur de editis, omnes ab Aldo ad Stephanum ita exhibeant; sin de MSStis ne unus quidem, quippe in quibus omnibus video *renunculorum*: rursus Cl. Schefferum in militia navali pag. 83 tantum tentare quandam partem, ut corrigat *Actuariæ quas Græci ἱππαγωγὰς vocant vel ἐπακτρίδας*, quum sciret, certe scire deberet ab Salmasio ibi repositum fuisse *ἐπικώπεις vocant vel ἐπιβατίδας*, quod rideas ab Frisica simia in se transferri in Arriani editione pag. 381. In MSStis autem est *Græci istoopus*. ubi clare patet κώπεις. Quod difficillimum est, certe mihi videtur, *vel gesseoretæ* (*gesoretæ* in editionibus ante Stephanum, quæ tamen in indices retulerunt utrumque ut sciverint) *vel horiolæ*, destituitur ab omnibus, pro quo Stephanus edidit *vel gesseoretæ vel orcæ*. Sed in MSStis est *orioles cattæ* pro *oriolæ stlatæ*, ut habet etiam Aldus & reliquus editionum grex, quibus oriolis palam convenirent aptissime *serilla*, quæ Verrius opinabatur appellari navigia Istrica, sed contradicente Festo, quem vide. In literis autem *vel ges* sunt vestigia vocis *holcades*, in literis *eoretæ* Græcorum κωπηρη. Hoc nescio, cur *scaphæ* in editionibus postremis sint omissæ, quas restitui ex MSS. fide. Etiam in voce *modiæ* (Stephanus edit *mœdiæ*, ex qua correxerunt *hemioliæ* nec improbo) videretur potius latere *schediæ*. Interim ab Henr. Valesio hæc adscripta erant: [Κέρκυραι, quod in Cercyra, quæ Latine Corcyra, primum inventi. De Corcyræorum peritia rei navalis Thucydides lib. 1. Schol. Aristoph. in Εἰρήνῃ pag. 633 ad illa Ναξιουργὴς κάνθαρος. πλοῖα ἦν ἅτινα λεγόμενα κάνθαροι οὐ Νάξῳ γινόμενα τῇ νήσῳ· καὶ Κνιδιουργεῖς δὲ ἄλλοι ναῦς ἀπὸ Κνίδου καὶ τὴν κέρκυραν ἀπὸ Κερκύρας, καὶ τὸν παρόνα ἀπὸ Πάρου, quæ leguntur etiam apud Suidam in Ναξιουργὴς κάνθαρος.] Gronov.

CAP. XXVI.

Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Sallustium, quod transfretationem transgressum *dixerit, &* transgressos *qui* transfretassent.

[1]ASINIO Pollioni in quadam epistola, quam ad Plancum scripsit, [2]& quibusdam aliis [3]C. Sallustii iniquis dignum nota visum est,

1 *Asinio Pollioni*] Vide lib. 1 cap. 22. Hic librum scripsit quo Sallustii scripta reprehendit. Hujus vitam lege apud Vossium de Historicis Latinis lib. 1 c. 17.

2 *Et quibusdam aliis*] Ita Suetonius Lenæo Grammatico displicuisse Sallustium propter Pompejum patronum scribit. Et de Livio idem testatur An-

est, quod in primo historiarum maris transitum [4] transmissumque navibus factum, *transgressum* appellavit; eosque, qui fretum transmiserant, quos *transfretasse* dici solitum est, *transgressos* dixit. Verba ipsa Sallustii posuit: *Itaque Sertorius levi præsidio relicto,* [5] *in Mauritania* [6] *nactus obscuram noctem, æstu secundo* [7] *furtim aut celeritate vitare prælium in transgressu conatus est.* ac deinde infra ita scripsit: *Transgressos omnis* [8] *recipit mons* [9] *præceptus à Lusitanis.* Hoc igitur & [10] minus proprie & ἀπερισκέπτως [a] & nullo gravi auctore dictum ajunt. nam *trans-*

a *Haud circumspecte.*

Annæus Seneca sic ut eodem hoc vocabulo utens scribat: *Titus Livius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ipsam sententiam, & tanquam translatam, & tanquam corruptam, dum transferretur, objiceret Sallustio. Nec amore Thucydidis facit, ut illum præferat; sed laudat quem non timet: & facilius putat posse à se Sallustium vinci, si ante à Thucydide vincatur.* Vide quoque Senecam Epist. 114. & Gellium nostrum lib. 1 cap. 15. & lib. 4 cap. 15.

3 *Sallustii*] Stephanus etsi ita edat, tamen censet scribendum *Sallustio*. Vett. editt. habent *C. Sallustius inique dignus nota visus est*. Thys. Sed quod edidit Stephanus, hausit procul dubio ex MSS. quum ita legatur in Reg. Lugd. utroque, Petav. Id mirum, quod tamen scribendum censet *Sallustio*. Vix credideris ab ingenio ejus id venire, si scias ita plane in Regio legi, quum reliqui consentiant in genitivum *Sallustii*. Utrumque ferri potest. *Gronov.*

4 *Transmissumque*] Trajectum. Ita Cæsar lib. 5. quoque usurpavit. Cicero *transmissionis* vocabulo utitur.

5 *In Mauritania*] Lipsius Epistol. Qu. lib. 4. legit *in Mauritaniam* & præsidium relictum Carthagine Nova putat, non in Mauritania. Ex Plutarcho liquet de historia, qui narrat Sertorium cum tribus millibus militum confugisse Carthaginem Novam, atque ibi conscensis navibus in Mauritaniam trajecisse. Sed ad Sallustii sententiam vox requiritur. Vulgata in Agellio lectio concipitur, *furtim aut celeritate*. Quid si legamus *furtim abiit, celeritate vitare prælium in transgressu conatus* postrema voce inducta. Certe *avit* pro *abit* tralaticius error. Ita *Lipsius*. Thys. Quorum nulla pars probatur ab codicibus scriptis in editum consentientibus; quod etiam cur non bene se habet, quum plus vice simplici Sertorius potuerit id fretum trajecisse? Attamen Schefferi codex legebat *Mauritaniam*.

6 *Nactus obscuram noctem*] Citatur hic quoque locus à Nonio, sed corrupte. Ita autem loquitur. *Transgressus à pedum gradu proprie dicitur, sed auctoritas vetustati liberiorem usum loquendi dedit, ut Sallustius Histor. lib. 1. & de his qui navigassent, & de ipsis navibus eo verbo uti voluit, in quibus gradus non sit desertio:* (scribendum juxta Mercerum *in quibus gradus non sit, de Sertorio*) *Nactus obscuram noctem æstu secundo* (locus mutilus, atque ex Gellio restituendus) *ac inde qui* (lege ex Gellio, *ac inde infra*) *transgressus omnis recipit mons præceptus à Lusitanis.* Duo itaque exempla coaluerunt in unum, omissis aliquot vocibus.

7 *Furtim aut celeritate*] Quidam legunt, *furtivaque celeritate*. Achilles Statius, *furtim ac celeri rate*. forsan *furtiva celoce*. Lipsius *furtim abiit*.

8 *Recipit mons*] In vulgatis fragmentis additur mons Ballera, quæ fuerit in Mauritania, si superiorem Lipsii lectionem admittamus, sin secus, Hispaniæ. Servius MS. Fuldensis hunc montem *Belloiam* vocat, pro quo Putschius restituit *Belona*, cujus meminit Stephanus.

9 *Præceptus*] Antea captus, infessus. Ita invenit MS. Nonio Junius, ita in Busiid. MS. Agellio Carrio. Eodemque modo vett. editt. atque inter eas princeps Veneta anni ɔlɔ cccc lxxvii. Vulgo in quibusdam editionibus legitur *receptus*.

10 *Minus proprie & nullo gravi auctore*] Ita huc usque legitur Gellius perinde sollicitis editoribus, quam fuerunt librarii scribæ maximam partem, unde hic locus erit satis magnum ornamentum hujus editionis & paternæ meæque industriæ. Nam memini, quemadmodum hæserim quum Parisiis conferens codicem Regium in eo reperirem minus *proprie . . GR. & nullo*, posita litera S super illam R. ut sic palam indicaret excidisse aliquid Græcum. Id neglectum à Stephano, prætermissum ab Salmasio annotavit & Burdelotius & Lambecius, & frater, Nequivimus ultra procedere. Sed laudabiliter occurrit Lugdun. major exhibens *proprie* ET ΑΠΕΡΙΣΚΕΠΤΩΣ *& nullo*; id quod præclare spectavit pater & instauravit Gellium eo adverbio, quo nunc contextum auctoris à me auctum vides. *Gronov.*

11 *Di-*

transgressus, inquit, à transgrediendo [11] dicitur, idque ipsum ab ingressu & à pedum gradu appellatum. idcirco verbum, *transgredi*, convenire non putavit neque volantibus neque serpentibus neque navigantibus; sed his solis [12] qui gradiuntur & pedibus iter emetiuntur. propterea negant apud scriptorem idoneum aut navium *transgressum* reperiri posse, aut pro transfretatione *transgressum*. Sed quæro ego, cur non, sicuti *cursus* navium recte dici solent, ita *transgressus* etiam navibus factus dici possit? præsertim quum brevitas [13] tam angusti freti, qui terram Africam Hispaniamque interfluit, elegantissime transgressionis vocabulo quasi paucorum graduum spatium definita sit. Qui auctoritatem autem requirunt, & negant dictum ingredi transgredive in navigantibus; volo uti respondeant, quantum existiment [14] interesse, ingredi atque ambulare. Atqui Cato in libro de re rustica. *Fundus*, inquit, *eo in loco habendus est, ut & oppidum prope amplum sit, & mare aut amnis, qua naves ambulant.* Appetitas porro hujuscemodi translationes habitasque esse pro honestamentis orationis [15] Lucretius quoque testimonium in hac eadem voce dicit. in quarto enim libro clamorem per arterias & per fauces gradientem dicit, quod est nimio confidentius, quam illud de navibus Sallustianum. versus Lucretii hi sunt:

[16] *Præterea radit vox fauces sæpe, facitque*
Asperiora foras gradiens [17] *arteria clamor.*

propterea Sallustius in eodem libro non eos solum, qui navibus veherentur, sed & scaphas quoque nantes progressas dicit. Verba ipsa de scaphis posui: [18] *Earum aliæ paululum progressæ nimio simul & incerto onere, quum pavor corpora agitaverat, deprimebantur.*

11 *Dicitur*] Cod. Torn. *dicuntur*. Thys. Item Lugdun. maj. Similiter editiones, sed quæ item exhibebant *trangressus & ingressus, inquit, à transg.*

12 *Qui gradiuntur & pedibus iter emetiuntur*] Quasi hoc observaret Pomponius Mela scribit 2, 1. *Est & regio, in qua Persarum exercitus divisas spatio pelagoque terras ausus pontibus jungere (mirum atque ingens facinus) ex Asia in Græciam pedes & non navigatu maria transgressus est.* Gronov.

13 *Tam angusti freti*] Hoc ostium maris mediterranei, ubi maxime angustum est, circiter LXX. stadiorum est juxta Strabonem lib. 2. *Thys.* Sed aliud & magis ignotum & Gellio salutarius ab viro docto animadverti debuit. Quid enim est, quod mutans Stephanus edidit *angusti freti, qui*, quum legeretur *quod?* Id scias ab eo factum ex fide MSStorum, in quibus aut ita legitur ut Lugd. min. Petav. Lincoln. aut *fretu qui*. Unde Pater præclare restituebat *angusti fretus, qui*. quod confirmat ipse Gellius XIII, 20, & insuper Nonius Marcellus variis exemplis adstructis docet. *Gronov.*

14 *Interesse ingredi atque ambulare*] Ex uno Petaviano notatum video, *interesse inter ingredi a. a.*

15 *Lucretius*] Citat hunc quoque locum Nonius ex Gellio. Extant versus lib. 4 ψ. 25. In vett. editionibus duo hi præcedentes versus adduntur,

Corpoream quoque enim vocem constare fatendum est,
Et sonitum, quoniam possint impellere sensus. Thys. Sed à MSS. absunt, ut merito omiserint.

16 *Præterea*] Vett. editt. *Præterradit enim.*

17 *Arteria*] Neutro genere dixit, cum tamen Græcis ἀρτηρία sit fœminini generis. Dicit autem Lucretius asperam arteriam asperiorem fieri clamore, id est raucedinem comparari, dum nimio impetu vocis fauces cum arteria raduntur. Quinetiam exsiccatur nimiis clamoribus; arteriam enim asperam modice humidam esse oportet ad vocem simul cum aliis organis formandam.

18 *Earum aliæ*] Citat hunc quoque locum Nonius. MS. Buslid. *eadem.*

CAP.

CAP. XXVII.

Historia de populo Romano deque populo Pœnico, quod pari propemodum vigore fuerint æmuli.

IN literis veteribus [1]memoria exstat, quod par fuit quondam vigor & acritudo amplitudoque populi Romani atque Pœni, neque immerito æstimatum. [2]Nam cum aliis quidem populis de uniuscujusque reipublicæ, cum Pœnis autem de omnium terrarum imperio decertatum. Ejus rei specimen est in illo utriusque populi verbo factum, [3]quod [4]Q. Fabius imperator Romanus dedit ad Karthaginienses epistolam, [5]ubi scriptum fuit populum Romanum misisse ad eos hastam & caduceum, signa duo belli aut pacis: ex quîs utrum vellent eligerent; quod elegissent, id unum ut esse missum existimarent. Karthaginienses responderunt neutrum sese eligere: sed posse qui attulissent utrum mallent relinquere; quod reliquissent, id sibi pro [6]lecto futurum. Marcus autem Varro non hastam ipsam neque ipsum caduceum missa dicit, sed [7]duas tesserulas: in quarum altera caduceum, in altera hastæ simulacra fuerunt incisa.

1 *Memoria exstat*] Non opinor fuisse aliquam peculiarem causam Thysio, ut vocem primam expellerer, optime cognitam in MSS. & editis: credo fuisse typorum mendum. *Gronov.*

2 *Nam cum aliis quidem populis*] Henr. Stephanus est, qui primus edidit *æstimatum*, pro *existimatum*, quod habent anteriores editi contra fidem MSS. in quibus omnibus video *æstimatum*. Sed debuit progredi; quippe quum sequens vocula *nam* similiter in nullo exstet antiquo codice; ut haud dubie juncta omnia posuerit Gellius: *Neque immerito æstimatum cum aliis quidem populis de uni. reip. cum P. a. d. o. t. imperio decertatum.* ubi quod adjiciebatur verbum *est*, plane etiam ab ortante manu venit, nuspiam in MSS. *Gronov.*

3 *Quod*] Vett. editt. *quum*. Thys. Sane invitis codicibus antiquis: verum nec τὸ *quod* in illis est. Habent omnes *factumq. quæ Fab.* aut *factumque Q. Fab.* Cur igitur non dedit Stephanus, qui prior mutavit *factum*, *quo Qu. Fabius*? Gronov.

4 *Q. Fabius*] Livius lib. 21 cap. 18. scribit post Saguntinam calamitatem missos Carthaginem legatos, inter quos princeps fuerit Q. Fabius, ad percunctandum, publicone consilio Annibal Saguntum oppugnasset. Post tergiversationem, *Romanus*, ait Livius, *sinu ex toga facto, hic, inquit, vobis bellum & pacem portamus; utrum placet sumite: sub hanc vocem haud minus ferociter, daret utrum vellet, succlamatum est. Et quum is iterum sinu effuso bellum dare dixisset, accipere se omnes responderunt, & quibus acciperent animis, iisdem se gesturos.* Paulo aliter Florus lib. 2 cap. 6. *Tergiversantibus Pœnis dux legationis, quæ, inquit, mora est? Fabius. In hoc ego sinu bellum pacemque porto, utrum eligitis? Succlamantibus bellum* (in eo differt Livius à Floro) *Bellum igitur, inquit, accipite, & excusso in media curia togæ gremio, non sine horrore, quasi plane sinu bellum ferret, effudit.* Vide quoque Polybium lib. 3. Appianum de Bello Hispan. *Thys.* Itaque nec lectum nec aubitum quidquam est de hoc imperatore Romano Fabio. Itaque ut nescio quî contigerit, certe tamen contigisse mihi videtur, ut hic locus sit versus ex auctore Græco, qui scripserat αὐτοκράτωρ πρεσβευτής, qui perperam Latine spectatus dederit imperatorem. *Gronov.*

5 *Ubi*] Aliter, *ibi*. Thys. Nempe contra MSS.

6 *Lecto*] Aliter, *electo*. Thys. Unus Regius servat compositum: cæteri habent *prælectos*, *profecto*, quæ dirigunt ad simplex, quod reposuit Stephanus. In præcedentibus plerique scripti innuunt, *quod elegissent ad unum.*

7 *Duas tesserulas*] De duabus tesseris paulo aliter narrat Pomponius JC. in l. 2. §. 37. de Orig. Jur. Ita autem loquitur: *Deinde Q. Mucius* (quidam *Fabium* legunt, sed nihil temere mutandum censet Andreas Alciatus Par. 4. c. 17.) *quia ad Carthaginienses missus legatus, cum essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato utram vellet referret Romam; utramque sustulit, & ait Carthaginienses petere debere, utram mallent accipere.*

CAP. XXVIII.

[1] *De ætatum finibus* pueritiæ, juventæ, senectæ, *ex Tuberonis historia sumtum.*

[2] C. Tubero in historiarum primo scripsit Servium Tullium, regem populi Romani, quum illas [3] quinque classes, [4] juniorum census faciendi gratia, institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septemdecim: atque inde [5] ab anno septimodecimo, [6] quo idoneos jam esse reipublicæ arbitraretur, milites scripsisse: eosque [7] ad annum quadragesimum sextum juniores, supraque eum annum seniores appellasse. Eam rem [8] propterea notavi, ut discrimina quæ fuerint judicio

1 *De ætatum*] Quædam editt. habent *ætatium*. Ita & Vellejus lib. 2. loquitur. Ita *civitatium*, *hæreditatium*, *facultatium*, apud probatos auctores atque etiam JC. in Digestis invenitur. Vide *Vossium* lib. 2. de Anal. cap. 14. *Thys.* Ita etiam Phil. Carolus jubet notari inusitatum genitivum in titulo hujus capitis præscriptum, tanquam sine dubio ita dedisset Gellius. additque similia aliorum vocabulorum. Scias tamen editores ante Stephanum concorditer exhibuisse *ætatum*, nec ex ullo MS. aliter notari, sed quidem diserte observatum illud *ætatum* in MS. Regio. *Gronov.*

2 *C. Tubero*] Vide lib. 6 c. 3. *Thys.* Ubi licet bis dicatur simpliciter *Tubero*, ut hic quoque edebatur ante Stephanum, tamen rite nunc apponitur prænomen ex MSS. in quibus est vel *K. Tubero* vel *C. Tub.* idem Stephanus mox omisit voculam *in*, quæ itidem est in MSS.

3 *Quinque classes*] Vide supra l. 7 c. 13. Singulæ classes habebant suas centurias seniorum & juniorum. Potius *sex classis* dicendum fuerat.

4 *Juniorum*] Forsan hoc irreptitium, vel legendum *seniorum & juniorum*. Nam utrique in classibus erant. *Thys.* Postremum hoc bene potuit scire. In eo quod præcedit, non assequor quas delitias faciat. An pigratus aperte nobiscum agere, tacet nomen Phil. Rubenii? Hunc enim ad istam sententiam commotum fuisse ostendunt ejus Electa 11, 22, quoniam non juniorum modo illæ classes, sed etiam seniorum; ideo colligit delendam eam vocem, nisi palam imperitiæ Tuberonem arcessas. Eadem sententia profertur ab Lipsio in select. Epist. 1, 55. Utique non potuit tanta imperitia Tuberonis fuisse, nec ullius Romani, quin sciverit classes utrumque genus complexas. Sed aliud agit Gellius, quippe qui consilium Servii in eo statuit vel præcipue constitisse, ut juniorum copia semper esset conspicua, & sciri posset, quo numero militaris ætatis innixa staret respublica. Recte intelliges, si Gelliana verba bene construas & distinguas ita, ut nunc edidimus; quod vulgo errantes ita edunt *quinque classes juniorum, census*. Certe distinctio quæcunque illa non est necessaria. *Gronov.*

5 *Ab anno septimodecimo*] Non minus. Ita affirmant, qui de Veteri militia inter antiquos scripserunt. ut notavit Lipsius lib. 1 de Mil. Rom. cap. 2 unde hausit omnia, quæ huc alleverat Thysius, ibique possunt videri, unde etiam petierat, quæ notavit de anno XLVI, ut nihil ediderit suum.

6 *Quod idoneos*] Ita Stephanus, quum ederent *quos:* & illud reor esse in quibusdam scriptis. Sed Reg. S. Marci Flor. Mem. Pet. *quo idoneos*, idque eligo. *Gronov.*

7 *Ad annum* XLVI *juniores*] Nota, qui seniores & juniores fuerint Romæ. Est enim locus hic illustris, unde discimus, quid sit prærogativa juniorum & prærogativa seniorum apud T. Livium, ac Ovidius lib. 6 fastorum, initio, hanc divisionem Romulo tribuit: *populum digessit ab annis Romulus, in partes distribuitque duas. Hæc dare consilium, pugnare paratior illa est, Hæc ætas bellum suadet, at illa gerit. Sic statuit, mensesque nota secrevit eadem, Junius est juvenum, qui fuit ante senum.* Id est, Majus à majoribus. Sic enim & lib. 5 initio. Sed Servio Tullio tribuit Dionys. Halic. lib. 4 pag. 221, ubi sex classes pro censu ait ab eo institutas, in his juniores dictos, qui intra 45 annum essent, quam στρατεύσιμον ἡλικίαν vocat: seniores vero, qui supra 45 annum essent, quos ad urbis custodiam disposuit. In prima classe erant 40 classes juniorum, totidem seniorum ex maximo censu &c. *Henr. Valesius.*

8 *Propterea notavit*] Certe hæserunt in eligendo editores. Nam quum Aldus tenuisset hanc tertiam personam, Cervicornus, Gryphius, Badius aliique sumserunt primam, usque ad Stephanum, qui revocavit tertiam, & hæc est in Lugd. maj. quum minor aliique habeant primam, quæ videtur esse

Gel-

dicio moribusque majorum [9] pueritiæ, juventæ, senectæ, ex ista censione Servii Tullii prudentissimi regis noscerentur.

Gellii, loquentis de se, non de Tuberone, & suam ætatem instruentis, non quemadmodum Tubero id suos docuerit, referentis, quod certe Gellii parum intererat. Hinc & ipse legi. *Gronov.*

9 *Pueritiæ, juventæ, &c.*] De Ætatis gradibus juxta Varronem, Hippocratem, Solonem, Straseam Peripateticum, vide Censorinum c. 14. & Pollucem. lib. 2.

CAP. XXIX.

Quod particula, atque, *non complexiva tantum sit, sed vim habeat plusculam variamque.*

[1] *Atque* particula, à grammaticis quidem conjunctio esse dicitur connexiva; & plerumque sane conjungit verba & connectit: sed interdum alias quasdam potestates habet non satis notas, nisi in veterum literarum tractatione atque cura exercitis. Nam & pro adverbio valet, quum dicimus; *aliter ego feci atque tu:* significat enim, *aliter quam tu*, & [2] gemina si fiat, auget intenditque rem, de qua agitur: ut animadvertimus in Q. Ennii annalibus, nisi memoria in hoc versu [3] labor:

[4] *Atque atque accedit muros Romana juventus.*

Cui significationi contrarium est, quod itidem à veteribus dictum est; *deque.* Et præterea pro alio quoque adverbio dicitur, id est, *statim.* quod in his Virgilii versibus existimatur obscure & [5] insequenter particula ista posita esse.

— — — — *sic omnia fatis*
In pejus ruere, ac retro sublapsa referri,
Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia forte remisit,
[6] *Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.*

1 *Atque particula*] Eadem ex Gellio Nonius scribit.

2 *Gemina si fiat*] Ita MSS. & priores editi; quod cur Stephanus contulerit in *fiet* causam ignoro. Tum Regius habebat *significatur enim.* Gronov.

3 *Labor*] Forsan scribendum, *labat.* Thys. Quod unde habeat, tacet. Sed scias in Regio MS. aut sic legi, aut *labar*, qui mox semel tantum agnoscit *atque.*

4 *Atque atque*] Nonius interpretatur, *festine, intrepidanter.*

5 *Insequenter*] Aliter, *infrequenter.* Thys. Hoc quidem extat in Lugd. min. sed prius in aliis, uno etiam *sequenter.*

6 *Atque illum*] Servius quoque exponit, *statim.* Versus hi extant libr. 1. Georg. ℣s. 200. & seqq. Ita in legibus XII. tabularum. SI. IN. IUS. VOCET. ATQUE. EAT. Quod idem est, atque si lex dicat, *Si quis alterum in jus vocat, atque vocatus vocantem statim sequitur.* Thys. *Atque* nonnunquam valere *statim* probant viri doctissimi plures alii, quos erit satis nominasse: Palmerius in spicilegiis, Ludov. Carrio lib. 11 Emend. cap. 12. Barthius lib. XXV Adversar. cap. 19. Aliud etiam illis indictum eadem de particula observavimus ad monumentum vetus de pila vitrea, & indicavimus in lib. 1 Variarum. *Phil. Carolus.*

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

[1]LIBER UNDECIMUS.

CAPUT I.

De origine vocabuli terræ Italiæ, deque ea multa quæ suprema *appellatur, deque ejus nominis ratione: ac de lege Ateria. & quibus verbis antiquitus multa minima dici solita sit.*

[2]TIMÆUS in historiis, quas oratione Græca de rebus populi Romani composuit, & M. Varro in antiquitatibus rerum humanarum terram Italiam de Græco vocabulo appellatam scripserunt; quoniam boves Græca vetere lingua [3]Ἰταλοὶ vocitati sunt, quorum in Italia magna copia fuerit: [4]bucetaque in ea terra gigni pascique solita sint [5]complurima. Conjectare autem possumus ob eandem causam, quod Italia tunc esset armentosissima, multam, quæ appellatur *suprema*, institutam [6]in singulos [7]duarum ovium, boum triginta: pro copia scilicet boum, proque ovium

1 LIBER UNDECIMUS] In principe Ven. edit. anni 1477. hic legitur DECIMUS, contra in quodam MS. Explicit lib. 11. Incipit 12. *Thys.* Atqui id non debet peti ex quodam MS. quod communiter in omnibus exstat, certe nostris.

2 *Timæus*] De quo vide Vossium de Histor. Græc. lib. 1 cap. 12.

3 Ἰταλοὶ *vocitati sunt*] Loca Varronis, Columellæ, Festi Pompeji, quæ huc retulit Thysius, cum Gellio convenientia, ante fuerant congesta ab Cluverio in Italiæ antiquæ pagina 7, ubi etiam de aliis opinionibus meminit. Sed ab hac etymologia notum est, quantopere abeat Bochartus in Canaan lib. 1. c. 23.

4 *Bucetaque*] Sunt loca, ubi boves pascuntur, & armenta. Alii tamen legunt, *bucera*, quod denotat *armenta*, *cornutos boves*. Quod non est rejiciendum, quia sequitur, *gigni pascique*. Vide tamen Scaligerum ad Varronem p. 184. *Thys.* Relinquatur sane cuique sua potestas; sed constet etiam ab Gellio scriptum esse *buceta*, quum id exstet in nostris omnibus MSS.

5 *Complurima*] Alii legunt, *compluria*.

6 *In singulos*] *In singulos dies.* Cod. Torn. *Thys.* Nequaquam sic ille solus, sed & S. Marci Flor. uterque Lugd. Per. & editi tantum non omnes usque ad Stephanum, qui substantivum omisit tum in hoc loco, tum infra, ubi edebatur *multam dicere in dies singulos*, prout habent etiam MSS. Unus est Regius codex, qui locum mutat exhibendo *institutam in dies singulos* pari ordine, quo infra; ut hæc mutatio posset movere aliquid suspicionis. Pater dubitabat, numquid scripsisset auctor *in singulos reos?* Nisi lex Ateria innuere voluerit, eum cui ob culpam admissam mulcta dicta fuerit hodie, nisi die sequenti veniat excusatum se magistratui purgatumque, denuo mulctari, idque usque per dies singulos iterari, donec huc descendat, easque mulctes esse destinato modo isto institutas; opinaret auctorem dedisse *in singulas vices*. Gronov.

7 *Duarum ovium, boum triginta*] Festus: *Peculatus furtum publicum dici cœptus est à pecore, quia ab eo initium ejus cœpit; Siquidem ante æs aut argentum signatum ob delicta pœna gravissima erat duarum ovium & triginta boum. Eam legem* (vel, *ea lege*)

ovium penuria. sed quum ejusmodi multa pecoris armentique à magistratibus dicta erat, [8] addicebantur boves oveſque aliàs precii parvi, aliàs majoris: eaque res faciebat inæqualem multæ pœnitionem. idcirco postea [9] lege Ateria constituti sunt in oves singulas [10] æris deni, in boves æris centeni. *Minima* multa est ovis unius. *Suprema* multa est ejus numeri, cujus diximus: ultra quem multam dicere in singulos jus non est; & propterea *suprema* appellatur, id est, summa & maxima. Quando igitur nunc quoque à magistratibus populi Romani more majorum multa dicitur vel minima vel suprema; observari solet, ut [11] *oves* genere virili appellentur: atque ita M. Varro verba hæc legitima, quibus minima multa diceretur, concepit: [12] *M. Terentio quando citatus neque respondit neque excusatus est*, [13] *ego ei unum ovem multam dico.* ac nisi eo genere diceretur, negaverunt justam videri multam. Vocabulum autem ipsum *multæ* idem M. Varro [14] uno & vicesimo rerum humanarum [15] non Latinum, sed Sabinum esse dicit; idque ad suam memoriam man-

lege) *sanxerunt T. Menenius Lanatus & Sestius Capitolinus consules.*

8 *Addicebantur*] Aliter perperam, *adigebantur*. Thys. Calide quidem illud, quum nulla addatur fides. Ita autem scio mutatum esse ab patre, ut cuique potest patere ex editionibus, & ille putabat nunc ita loquutum Gellium, ut apud Ciceronem II de Orat. 63 *Quanti addictus? mille nummûm*. Nec id temere, ut fere accedam; sed nemo ex scriptis aliter, quam est in editis, nisi quod unus Lugd. maj. & quidem in raso, habeat *adjebantur*. Ita hoc verbo non videtur Gellius respexisse officium judicis, qui addicebat, sed ejus, qui mulctatus volebat satisfacere sententiæ: ille oves, ille boves adigebat cujus pretii visum fuisset, ut hîc idem usu venerit, quod Athenis explicante Harpocratione in ΜΕΙΟΝ & ΜΕΙΑΓΩΓΟς, quem vide. *Gronov.*

9 *Lege Ateria*] Quæ ad has voces subnotavit Thysius, aliquoties alibi legas, prout est hic exhaustus ab iis, qui leges Romanas recensuerunt, locus, in quo tamen miror Pigium in anno V. C. 299 notantem aliquot exemplaria *Aretinam* exprimere hanc legem mendose. Certe editiones Aldi, Cervicorni, Badii, Gryphii eam vocem non sic exprimunt, sed *Aterina*. non etiam vidi in ullis MSS. quorum Reg. & S. Marci Flor. & Lugd. maj. & Petav. *Aternia*, Lugd. min. *Paternia*, Linc. *eternia*. Sed hæc duo capita ipsamque legem Ateriam Tarpejam peculiari Dissertationis studio illustrare contendit illustravitque Vir Politissimus & mihi Amicissimus Jo. Koolius Senator Amersfurtensis. *Gronov.*

10 *Æris deni, &c.*] Festus: *Quæ pecudes, postquam ære signato uti cœpit Populus Rom. Tarpeia lege cautum fuit, ut bos centussibus, ovis decussibus æstimarentur.*

11 *Oves genere virili*] Ita & Nonius ex Varrone Rerum Humanarum lib. XXIII. duo exempla adfert. Ultimum ex Gellio, qui idem citat, desumptum videtur. Quinetiam si mulcta indicta esset boum oviumque, oves semper præponebantur teste Plinio lib. 18 cap. 3. Vide & lib. 33 cap. 1.

12 *M. Terentius*] Vett. editt. *Marco Terentio*. Thys. Sic est, nec video causam, cujus illecebra deductus Stephanus sustinuerit casum istum dandi transferre in primum. Utique MSSti concordes sunt in firmando isto tertio casu, nisi quod Lugd. min hæreat in nescio quo superscriptæ aut correctæ literæ incerto. An tolerare non potuit *M. Terentio . . ego ei*, præsertim turbatus exemplo Brissonii? At id dictum est Romane, & sicut Suetonius in Augusto c. 67. *Thallo à manu, quod . . . crura ei fregit.* Et tale est, quod Gellius citat ex Catone XV, 12. *Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli.* Hinc auctori debui restituere suum, præsertim quum ita etiam legat Nonius in v. Oves. *Gronov.*

13 *Ego ei*] Omittit Brissonius, *ei*.

14 *In uno & vicesimo*] Vetus cod. *undevigesimo*. Thys. Immo MSS. omnes *uno vicesimo*.

15 *Non Latinum sed Sabinum*] Alibi tamen lib. 4. de L. L. *singulas appellatas esse multas* dicit, *quod olim unum dicebant multa. Itaque cum in dolium aut culeum unum addunt rustici, dicunt etiam nunc multa.* Verum Scaliger *multa* ibi interpretatur

manſiſſe ait in lingua [16]Samnitium, qui ſunt à Sabinis orti. ſed turba grammaticorum novitia καὶ' ἀντίφρασιν, ut quædam alia, hoc quoque dici tradiderunt. Quum autem uſus & mos ſermonum is ſit, ut ita & nunc loquamur, ut plerique veterum locuti ſunt, *multam dixit*, &, *multa dicta eſt:* non eſſe ab re putavi notare, quod M. Cato aliter dixit. nam in quarto Originum, verba hæc ſunt: *Imperator noſter, ſi quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit.* poteſt autem videri [17]conſulta elegantia [18]mutaſſe verbum, quum in caſtris & [19]in exercitu multa fieret; non in comitio nec ad populum diceretur.

numera, Idemque voluit multare proprie in auctionibus eſſe τὸ πλησιάζειν. Sed dubito an hæc vera ſint. *Multa* vel *mulcta* pœna videtur eſſe, quæ à re ruſtica originem accepit, quod pœnæ loco menſura vel vas emulcti lactis ſolveretur. Atque hinc ad pœnas poſtmodum pecuniarias tranſlatum arbitror. Vel *mulcta* dicta, quod ea invitis extorqueatur, emulgeaturque. *Thyſ.* Neſcio, an viderit aliquid paternum ad Plauti Stichum 13, 18. *Gronov.*

16 *Samnitium, qui ſunt à Sabinis orti*] Idem Varro refert de L. L. lib. 6. & Strabo lib. 5. ita loquitur: *Sabinorum antiquiſſima eſt gens, & indigena, ab his originem duxere Samnites.*

17 *Conſulta elegantia*] Badius legit, *conſultò elegantiæ vitaſſe verbum* aut *elegans verbum.*

18 *Mutaſſe*] Aliter, *Vitaſſe*, in MS. *viſitaſſe*, forſan *vitiaſſe.* Thyſ. Variam hanc lectionem verbi *viſitaſſe* Bourdelotius adſcripſit editioni Badianæ; ego in nullo MSto vidi aut ab aliis notatam ſcio. Neque vero inde oportuit conjectare *vitiaſſe.* Per fidem! quis ita judicaret de Catone, niſi Thyſius? Ne memoria quidem ejus ineptiæ aut litura exſtare debuit. Sed aliter ipſe voluit. *Gronov.*

19 *In exercitu multa fieret*] Si multam non ſolverent milites, pignus capiebant tribuni, & dicebatur juxta Feſtum *Cenſio haſtaria.* Privabatur parte armorum miles, eaque pecunia debebat luere. Vide Lipſium lib. 5. De Mil. Rom. cap. 18.

CAP. II.

Quod elegantia *apud antiquiores non de amœniore ingenio, ſed de nitidiore cultu atque* [1] *victu dicebatur, eaque in vitio ponebatur.*

[2]*Elegans* homo non dicebatur cum laude; ſed id fere verbum ad ætatem M. Catonis vitii, non laudis, fuit. eſt namque hoc animadvertere, cum in quibuſdam aliis, tum in libro [3]Catonis, qui inſcriptus eſt, [4]Carmen de moribus. Ex quo libro verba hæc ſunt: *Avaritiam omnia vitia habere putabant; ſumtuoſus, cupidus, elegans, vitioſus,* [5] [6]*irritus qui habebatur, is laudabatur.* ex quibus verbis apparet *elegantem*

1 *Victu*] Qualem Cicero in Orat. cap. 25 dicit *in epularum apparatu elegantem.*

2 *Elegans homo*] Ita Cicero Clodium notat: *Tu elegans, tu ſolus urbanus, quem decet muliebris ornatus, quem inceſſus pſaltriæ; qui levare vultum, qui mollire vocem potes.* Thyſius ex Philippo Carolo. Voluit vero Stephanus ſyllabam mediam ſcribi per tertiam vocalem, & ſic edidit ubique *eligans*, ſed contra bonos MSStos, ut ſibi tantum arrogare non debuerit.

3 *Catonis*] Deeſt in Cod. Torn.

4 *Carmen de moribus*] Effatum, de moribus emendandis proſa ſcriptum, ut liquet. Præcepta & edicta legum & ſanctionum carmina quoque vocabantur. Hinc Liv. *Lex horrendi carminis erat.*

5 *Irritus*] Homo nauci, inutilis. Legitur quoque *inritus*, ſicut etiam in veteribus monumentis invenitur.

6 *Irritus qui habebatur*] Non video in libris ſcriptis aliam mutationem, quam quod in Regio & S. Marci aliiſque ſit vel *irrituſque* vel *inrituſque*, in Scheff. *iritus.* Et tamen accipe, quid ex Scri-

verii

tem dictum antiquitus, [7] non ob ingenii elegantiam, sed qui nimis lecto amœnoque [8] cultu victuque esset. Postea *elegans* reprehendi quidem desiit; sed laude nulla dignabatur, nisi [9] cujus elegantia erat moderatissima. Sic [10] M. Tullius [11] L. Crasso & Q. Scævolæ non meram elegantiam, sed [12] multam parsimonia mistam laudi dedit: *Crassus*, inquit, *erat parcissimus elegantium; Scævola parcorum elegantissimus.* Præterea ex eodem libro Catonis hæc etiam sparsim & intercise commeminimus: *Vestiri*, inquit, *in foro honestè mos erat: domi quod satis erat.* [13] *equos carius quam coquos emebant.* [14] *poëticæ artis honos non erat. si qui in ea re studebat, aut sese* [15] *ad convivia applicabat,* [16] *grassator vocabatur.* Illa quoque ex eodem libro præclaræ veritatis sententia est: *Nam vita*, inquit, *humana prope uti ferrum est; si exerceas, conteritur: si non exerceas, tamen rubigo interficit. item homines exercendo videmus conteri. si nihil exerceas; inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio.*

verii codice notaverit pater: [*bilosus*, *invidus*, sed frustra. Huic loco medicinam facere debebat, qui communi omnium auctorum emendandi bono fertur esse natus. Vide illum ad Pl. Trin. c. 1. initio. Vide & Grot. notis ad Capellam, qui titulum istum adscripsit Meursio.] Quid ista velint, ignoro. Et præter ista ostendit sibi varietatem hanc significantium maxime diversa vocabulorum displicuisse, ut crederet dedisse auctorem *cuppes*, *elegans*, (*vinosus* Meurs.) *luxuriosus*, *perditusque*, omnia ad profusi hominis declarationem pertinentia, quum de omnibus avaritiæ oppositis loqui se velle occasione ejus videatur Cato. *Gronov.*

7 *Non ob ingenii elegantiam*] Vett. editt. *Non ab ingenii elegantia.*

8 *Cultu*] Quo sensu in ejusdem libri cap. 23 jungit *elegantiam & munditiam.* Id quod retulit Suetonius Aug. 73. *Instrumenti ejus & supellectilis parcimonia apparet etiam nunc, reliquis lectis atque mensis, quorum pleraque vix privatæ elegantiæ sunt.* Gronov.

9 *Cujus elegantia erat moderatissima*] Ita Cornelius Nepos de Attico loquitur: *Elegans, non magnificus, splendidus, non sumtuosus, omni diligentia munditiem, non affluentiam affectabat.* Thysius ex Ph. Carolo.

10 *M. Tullius*] Extat ille locus in libro de claris oratoribus, sive Bruto cap. 40.

11 *L. Crasso & Q. Scævolæ*] Quorum egregiam comparationem habes in eodem libro.

12 *Multam*] Vett. editt. *multa.* Thys. Idque apparet placuisse patri, quamvis accusativus firmaretur ab scriptis.

13 *Equos carius quam coquos emebant*] Plinius lib. 9. in contumeliam Rom. juventutis inquit: *coquos carius emunt quam equos.*

14 *Poëticæ artis honos non erat*] Quippe illa principio in Urbe contemptui habita. Quocirca minime mirari oportet, si M. Fulvio Nobiliori vitio datum est, quod is consul cum esset in Ætoliam provinciam Q. Ennium secum duxisset. Factum tamen est, ut paulo post principes etiam viri, aucto imperio, domi forisque pace adepta, ad hanc studiorum partem animum inclinarint, summoque cultu atque honore illos habuerint, qui carmine absolvendo viderentur admodum excellere. Ita *Crinitus* in Præfatione libri de Poëtis, qui videndus est.

15 *Ad convivia applicabat*] Male Barthius legit *convicia.* Vide Casaubonum ad Theophrasti characterem περὶ κολακείας.

16 *Grassator vocabatur*] *Grassari* juxta Festum *antiquis erat adulari.* Ideo nimirum quod parasiti & adulatores grassentur per plateas ad captandam alienam mensam. Quam artem famelici quidam Poetæ non negligebant, divinamque scientiam profituebant. *Thys.* Adde Reinesium lib. 11 Var. Lect. cap. 7. p. 172.

CAP.

Cap. III.

Qualis quantaque sit, pro, *particulæ varietas deque exemplis ejus varietatis.*

Quando [1] ab arbitriis negotiisque otium est, & motandi corporis gratia aut spatiamur aut vectamur; quærere nonnunquam apud memetipsum soleo res ejusmodi, parvas quidem minutasque & hominibus non bene eruditis aspernabiles; sed ad veterum scripta penitus noscenda & [2] ad scientiam linguæ Latinæ cum primis necessarias: velut est, quod forte nuper [3] in Prænestino recessu vespertina ambulatione solus ambulans considerabam; qualis quantaque esset particularum quarumdam in oratione Latina varietas. quod genus est præpositio, *pro*. Aliter enim dici videbam, *pontifices* [4] *pro collegio decrevisse*; aliter, *quempiam testem introductum* [5] *pro testimonio dixisse*: aliter M. Catonem in Originum quarto, *prælium factum depugnatumque* [6] *pro castris*, scripsisse: & item in quinto, *urbis, insulasque omnis* [7] *agro pro Illyrio esse*: aliter etiam dici, [8] *pro æde Castoris*: aliter, [9] *pro rostris*: aliter, [10] *pro tribunali*: aliter [11] *pro concione*: atque aliter, *tribunum plebis* [12] *pro potestate intercessisse*. Sed has omnis dictiones, qui aut omnino similes & pares, aut usquequaque diversas existimaret, errare arbitrabar. nam varieta-

1 *Ab arbitriis*] Fuit enim Gellius lectus inter judices. Arbitri autem & judices quomodo differant, videndi JCC. libri. Festo *arbitrium* dicitur, *sententia, quæ ab arbitro dicitur*. Arbitrium quoque ponitur pro arbitri judicisque officio circa ea quæ in judicio versantur, formulaque non continentur. Ita *arbitrium judicis* in l. 24. §. pen. & ult. D. Solut. matrim. aliisque legibus dicitur. Proprie *arbiter* veteribus tanquam inspector, *arbitrium* inspectio dicebatur. Hinc *arbitrium* pro arbitrorum sententia ponitur. Aliter hic quoque legebatur *arbitris*.

2 *Ad scientiam linguæ Lat.*] Nihil moveo. Sed tamen aperte habet MS. Regius, *& asciendam*, supra tertiam literam adscripto *d*. Nescio an significet *& ad scienda linguæ Latinæ*. Sic *peragenda consularis officii* apud Livium. *Gronov*.

3 *In Prænestino recessu*] Quo propter aëris temperiem æstivo tempore secedere soliti. *Thys*. Unde pater censebat à Gellio plane scriptum *secessu* (sic enim loquebantur) non *recessu*, prout jam ante judicaverat etiam doctissimus Juretus ad Symmachi epistolam 2 libri 1. *Gronov*.

4 *Pro collegio*] Ex sententia & utilitate collegii.

5 *Pro testimonio*] Loco testimonii.

6 *Pro castris*] Vel ante castra, vel pro defensione castrorum.

7 *Pro agro Illyrio*] In favorem Illyriorum causæ, & defensionem.

Pro agro Illyrico] Vett. editt. *pro pago Illyrico*. Utique Plinius *pagum* non semel sumit pro magna gente. Itaque præter vulgarem significationem, qua κώμην, seu vicum denotat, etiam sumitur de *regione tota* aut præfectura. Glossæ: Pagus, τοπαρχία, χώρα, νόμος. Thys. Utique Aldus habet *pro agro Illyrico*, ut pleræque deinde editiones sequutæ. Si quis habeat *pago*, venit ex nota scribendi *p agro*, & hinc r emisso.

8 *Pro æde Castoris*] Ante ædem Castoris.

9 *Pro rostris*] Vel in conspectu rostrorum, *vel* in ipso suggesto, quod ex rostris navium Antiatium in foro juxta curiam Hostiliam extructum erat.

10 *Pro tribunali*] Coram vel in tribunali.

11 *Pro concione*] In conspectu populi convocati ad audiendam orationem.

12 *Pro potestate*] Juxta potestatem aut ex officio ejus.

13 *Non*

tatem iſtam ejuſdem quidem fontis & capitis, [13] non ejuſdem tamen eſſe finis putabam. Quod profecto facile intelliget, ſi quis adhibeat ad meditationem ſuam intentionem, & habeat veteris orationis uſum atque notitiam celebriorem.

13 *Non ejuſdem tamen eſſe finis*] Vocem ſecundam nec Regius nec Lugd. maj. agnoſcit, & poteſt ſubaudiri ex præcedente. Sed neque τὸ *nam* habetur in Regio. *Gronov.*

CAP. IV.

Quem in modum Q. Ennius verſus Euripidi [1] æmulatus ſit.

[2] EURIPIDI verſus ſunt in Hecuba, verbis, ſententia, brevitate inſignes illuſtreſque. Hecuba eſt ad Ulyxem dicens:

[3] Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
[4] Νικᾷ. λόγος γὰρ ἐκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν,
Κἂν τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει a.

Hos verſus Q. Ennius, quum eam tragœdiam verteret, non ſane incommode æmulatus eſt. Verſus totidem Enniani hi ſunt:

[5] *Hæc tu etſi perverſe dices, facile Achivos flexeris:*
Nam quum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta, eademque oratio æqua non æque valet.

bene, ſicuti dixi, Ennius: ſed ignobiles tamen & opulenti [6] ἀντὶ ἀδοξούντων

a *Auctoritas vero, etſi male dicas, tua*
Vincit; nam ab inhonoratis veniens ſermo
Et ab honoratis, idem non tantundem valet.

1 *Æmulatus*] MS. Reg. *imitatus*. Et videtur voluiſſe varius eſſe Gellius. *Gronov.*

2 *Euripidi verſus*] Sic edidit Stephanus, quoniam ſimilia ante obvenerunt. Cæterum MSSti omnes in hoc loco *Euripidis*, ſed in argumento Reg. & Petav. & Lugd. uterque alterum retinent ſancte. Quin etiam Reg. mox habens *verbi ſententia* forſan temere illic literam *s* omiſit, quod in prima voce abolere debuerat: ut poſſimus H. Stephano gratias agere. *Idem.*

3 Τὸ δ' ἀξίωμα, &c.] Hos verſus ita reddit Interpres, quiſquis ille eſt, Græcorum vocabulorum Gellii,

Auctoritas vero, etſi male dicat, tua
Perſuadebit. Nam ab inexiſtimatis proficiſcens oratio
Et ab exiſtimatis, eadem haudquaquam tantundem valet

Hac verſione tanquam Gellii (quod miror) utitur Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam p. 300. Verſiones illæ antiquis editionibus inſeruntur, ſed nihil minus quam Gellianæ ſunt. Extant hi verſus in tragœdia Euripidis Hecuba ψſ. 293. & ſeqq.

4 Πείσει] Cod. Torn. νικᾷ. Thyſ. Idem probatur ab Regio, Mem. Lugd. utroque. Petav. ut pro veriſſimo haberi oporteat, nec potuerim vulgatum ferre *Gronov.*

5 *Hæc tu etſi perv.*] Lugd. uterque *Hæc tametſi.* Porro notavit Alciatus 8 Par. 11 rationem trochaici carminis ſeptenarii, quo utitur Ennius, ſatis indicare eum *Opinati* ſcripſiſſe, non *opulenti*, ideoque immerito à Gellio reprendi, ut adſcripſit pater. Cui addas licet G. J. Voſſium lib. 2 Inſtit. Orator. cap. 9. pag. 305 ex indicio Joh. Iſaacii Pontani. Sed Philippus Carolus in his nihil ſane deſiderat, quia *ignobiles* ponuntur pro obſcuris; opulenti autem pro ſplendidis & inſignibus, quia illi utplurimum ſoli rerum potiuntur. *Gronov.*

6 Ἀντὶ ἀδοξούντων καὶ δοκούντων] Ἀδοξούντων interpretatur Scholiaſtes ἀτίμων, id eſt, *non honoratorum*, δοκούντων, ἐνδόξων καὶ ἐντίμων, id eſt, *celebrium, honoratorum.*

των & δοκούντων satisfacere sententiæ non videntur. nam neque omnes ignobiles ἀδόξους[a]; [7] neque omnes opulenti εὐδόξους[b].

a *Inglorii sunt.*
b *In bona existimatione sunt.*

obscuros intellexisse videtur, per *opulentos* splendidos, illustres, quia illi ut plurimum rerum potiuntur, illustresque habentur.

7 *Neque omnes ignobiles*] Per *Ignobiles* Ennius

CAP. V.

De Pyrrhoniis philosophis quædam, deque Academicis strictim notata, deque inter eos differentia.

QUOS Pyrrhonios philosophos vocamus, ii Græco cognomento [2] σκεπτικοὶ appellantur. id ferme significat quasi quæsitores & consideratores: nihil enim decernunt, nihil constituunt; sed in quærendo semper considerandoque sunt, quidnam sit omnium rerum de quo decerni constituique possit. ac [3] ne videre quoque plane quicquam neque audire sese putant; sed ita pati afficique, quasi videant vel audiant. eaque ipsa, quæ affectiones istas in sese efficiant, qualia & cujusmodi sint, cunctantur atque [4] insistunt; omniumque rerum fidem veritatemque mixtis confusisque signis veri atque falsi ita [5] inprensibilem videri ajunt, [6] ut quisquis homo est non præceps neque judicii sui prodigus, his uti verbis debeat, quibus auctorem philosophiæ istius Pyrrhonem esse usum tradunt, ὃ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκεῖνως ἢ ἀδετέρως[a]. indicia enim rei cujusque & sinceras proprietates negant posse nosci & per-

a *Non magis ita hoc habet, quam illo modo vel neutro.*

1 *De Pyrrhoniis*] Vulgo male *Pyrrhonibus.*

2 Σκεπτικοὶ] Aliter, σκεπτητικὴ, nullo sensu, pro quo Stephanus reponit σκεπτητὴ, sed dubitat tamen an hoc recipiendum sit, quia tale vocabulum apud autores non occurrat, & novum sit tale verbale à σκέπτομαι. σκεπτικοὶ habent vett. editt. Quod servandum, cum infra quoque idem vocabulum occurrat. *Thys.* Et adscripsit Salmasius: *sceptice* in p. pro *scepticoe*, σκηπτικοὶ. Sic quoque legitur in utroque Lugd. Attamen σκεπτητὴ plane exstabat in Lincoln. Cæterum his annectere, quæ habet Diogenes Laertius, & in eo legi possunt, aut vulgo sunt cognita, non est hujus temporis.

3 *Ne videre quoque plane quicquam*] Talem quoque sententiam fuisse Empedoclis scribit M. Tullius in Lucullo: *Et tamen isti Physici raro admodum cum hærent aliquo loco exclamant, quasi mente concitati? Empedocles quidem ut interdum mihi furere videatur, obstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere: nihil quale sit posse reperiri.*

4 *Insistunt*] Translatio sumpta à viatoribus, qui ubi ad bivium aliquod pervenerint, incerti, qua progrediantur, diu cunctantur & insistunt. Ita *Mosellanus.* Thys. Videtur hausisse ex Cicerone XII Phil. 3. *Qui si pacis, id est, timoris nostri nomen audiverit, ut non referat pedem, insistet certe: quid enim revocante & receptui canente senatu properet dimicare?* Hinc patet nugatoriæ explicationis specimen esse illud de bivio. Etiam in MS. Regio est *ea ipsa*, non *eaque ipsa.* Gronov.

5 *Inprensibilem*] Vett. editt. habent, *incomprehensibilem.* Thys. Sed præter MSStos, in quibus est, quod editur, aut *impensibilem*, quod habet Reg. Mem. Scheff. aut *inpensibilem*, ut est in Lugd. min. quum in majore sit *impresibilem*, ut hactenus recte dereliquerit priores Stephanus. Et sic tamen ex hac varietate egressus pater dubitabat, an non vellent: *insensibilem*, perinde ut XVII, 10. *Id quoque inenarrabile esse ait & propemodum insensibile.* Gronovius.

percipi ; idque ipsum docere atque ostendere multis modis conantur; super qua re Favorinus quoque subtilissime argutissimeque decem libros composuit, quos [7] πυῤῥωνείων τρόπων inscribit. Vetus autem quæstio & à multis scriptoribus Græcis tractata est, [8] in quid & quantum Pyrrhonios & Academicos philosophos interfit. [9] utrique enim σκεπτικοὶ, ἐφεκτικοὶ, ἀπορητικοὶ dicuntur; quoniam utrique nihil affirmant, nihilque comprehendi putant. sed ex omnibus rebus proinde visa fieri dicunt, quas φαντασίας[a] appellant; non ut rerum ipsarum natura est, sed affectio animi corporisve est eorum, ad quos ea visa perveniunt. Itaque omnes omnino res, quæ sensus [10] omnium movent, πρός τι[b] esse dicunt. id verbum significat, nihil esse quicquam quod ex sese constet, nec quod habeat vim propriam & naturam, sed omnia prorsum ad aliquid referri: taliaque videri esse, qualis sit eorum species dum videntur, qualiaque apud sensus nostros, quo pervenerunt, [11] creantur: non apud sese, unde profecta sunt. Quum hæc autem consimiliter tam Pyrrhonii dicant quam Academici, [12] differre tamen inter sese & propter alia quædam, & vel maxime propterea existimati sunt, quod Academici quidem ipsum illud nihil posse [13] comprehendi, quasi comprehendunt, & nihil posse decerni, quasi decernunt: Pyrrhonii ne id quidem ullo pacto videri verum dicunt, quod nihil esse verum videtur.

a *Imaginationes.* b *Relatorum.*

6 *Ut quisquis*] Ita Badius recte legit. Vett. editt. habent, *ut quisque.*

7 Πυῤῥωνείων τρόπων] Id est, *Pyrrhoniorum modorum.* Decem τόπους Pyrrhoniorum proposuit Laertius. Quos & τρόπους appellabant. Sextus Empiricus Hypotyp. 1. cap. 14. Παραδίδονται τοινῦν συνήθως παρὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις Σκεπτικοῖς τρόποι, δι' ὧν ἡ ἐποχὴ συνάγεσθαι δοκεῖ, δέκα τὰ ἀριθμὸν, οὓς καὶ λόγους καὶ τόπους συνανόμους καλοῦσιν. Favorinus itaque juxta decem τρόπους vel τόπους decem libros scripsit. Quos λόγους appellat Philostratus in ejus vita, eosque impense laudat. Pyrrhoniæ sectæ Favorinum valde addictum fuisse affirmat Galenus contra Academicos.

8 *In quid*] Vett. editt. *an quid.* Thys. Et MSSti sane inter utrumque hærent: sed omnes abigunt istud *inter*, quod post vocem *quantum* immittebatur ab editionibus. *Gronov.*

9 *Utrique enim* σκεπτικοὶ] Σκεπτικοὶ quia post longam inquisitionem ἐπέχουσι, sive *judicium suspendunt.* ἐφεκτικοὶ ἐπέχοντες sive *assensum retinentes.* Ἀπορητικοὶ, *dubitantes.*

10 *Omnium*] Vett. editt. *hominum.*

11 *Creantur*] In quodem MS. *procreantur.*

12 *Differre tamen inter sese*] Præter Gellianam, hanc quoque differentiam ponit Sextus, quod Arcesilas diceret ἐποχὴν esse bonam, assensionem malam, idque secundum naturam, Pyrrho δὲ κατὰ φύσιν ἀλλὰ κατὰ τὸ φαινόμενον. Academici quoque modestiores erant, & accuratiores. Cicero in Lucullo. *Non enim sumus ii, quibus nihil verum esse videatur; sed qui veris falsa quædam adjuncta esse dicamus, tanta similitudine, ut nulla insit certa judicandi & discernendi nota.* Confunduntur itaque sæpe cum Pyrrhoniis, sicut & Pyrrhoniis Dogmatici falsa imposuerunt.

13 *Comprehendi quasi compr. & nihil posse*] Hæc omnia sunt omissa in editione Stephani, ut videtur, typorum lapsu.

CAP. VI.

Quod mulieres Romæ per Herculem non juraverunt, neque viri per Castorem.

IN veteribus scriptis neque mulieres Romanæ per Herculem [1] dejurant; neque viri per Castorem. sed cur illæ non juraverint Herculem, non obscurum est. nam [2] Herculaneo sacrificio abstinent. cur autem viri Castorem jurantes non appellaverint, non facile dictu est. Nusquam igitur scriptum invenire est apud idoneos quidem scriptores, [3] aut *mehercle* feminam dicere, aut *mecastor* virum. *Ædepol* autem, quod jusjurandum per Pollucem est, & viro & feminæ commune est. Sed M. Varro [4] asseverat antiquissimos viros neque per Castorem neque per Pollucem dejurare solitos; sed id jusjurandum fuisse tantum feminarum ex Initiis Eleusiniis acceptum: paulatim tamen, insciția antiquitatis, viros dicere [5] *ædepol* cœpisse; factumque esse ita dicendi morem: sed *mecastor* à viro dici, in nullo vetere scripto inveniri.

1 *Dejurant*] Vett. editiones, *dejerant*. Forsan per Herculem non jurabant feminæ, quod muliebri fraude occisus, Castor & Pollux quod à viris interfecti. Vide Apollodorum in Biblioth. lib. 7. *Thys.* Mirus est vir doctus, quod causam à Gellio positam non amet, nec tamen etiam refutans subnectat aliquid ab mulierum primarum Romæ scientia remotum & alienum. Gellius vero id putavit oriri ex historia Herculis Italica, quod & probabilius, ut mox patet satis dilucide ex citatione Macrobii & Propertii, quem utrumque Thysius mutuatus fuit ex Phil. Carolo. *Dejurant* autem recte reposuit Stephanus, quum & id ipsum & mox τὸ *dejurare* exstet in omnibus MSS. præter Scheff. *Gronovius.*

2 *Herculaneo sacrificio abstinent*] Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 12. *Unde & mulieres in Italiâ sacro Herculis non licet interesse: quia Herculi cum boves Geryonis per Italiæ agros duceret, sitienti respondit mulier, aquam se non posse præstare, quod feminarum Deæ celebrarentur dies, nec ex eo apparatu viros gustare fas esset: propter quod Hercules facturus sacrum detestatus est præsentiam feminarum, & Potitio ac Pinario sacrorum custodibus jussit, ne mulierem interesse permitterent.* Hinc Hercules apud Propertium lib. 4 c. 10.

Maximæ, quæ gregibus devota est ara repertis;
Ara per has, inquit, Maxima facta manus,
Hæc nullis unquam pateat veneranda puellis,
Herculis eximii ne sit inulta sitis.

3 *Aut* mehercle] Vett. editt. *mehercules.* Crebro tamen ita loquitur Apulejus, cum mulieres introducit loquentes. *Thys.* Habet ex notis Ascensianis. Id & post Gellii ætatem evenit, & non in Italia, nedum Romæ. Cæterum jam & Aldus edidit *mehercle*, & Gryphianæ habent *mehercule.*

4 *Asseverat*] Vett. editt. *asseverare.*

5 *Ædepol*] Id est, Per ædem Pollucis. Etiam viri apud Comicos ita jurant.

CAP. VII.

Verbis antiquissimis relictisque jam & desitis minimè utendum.

VERBIS uti aut nimis obsoletis [1] exculcatisque, aut insolentibus novitatisque duræ & illepidæ, par esse delictum videtur: sed molestius equidem culpatiusque esse arbitror, verba nova, incognita, inau-

1 *Exulcatisque*] Antiquitate protritis, & quæ amplius in usu non sunt.

inaudita dicere, quam invulgata & sordentia. Nova autem videri dico etiam ea, quæ sunt inusitata & desita, tametsi sunt vetusta. Est adeo id vitium plerumque seræ eruditionis, quam Græci [2] ὀψιμαθίαν appellant; ut, quod numquam didiceris, diu ignoraveris, quum id scire aliquando cœperis, magni facias [3] quo in loco cumque & quacumque in re dicere: veluti Romæ, nobis præsentibus, vetus celebratusque homo in causis, sed repentina & quasi tumultuaria doctrina præditus, quum [4] apud præfectum urbi verba faceret, & dicere vellet [5] inopi quendam miseroque victu vivere & furfureum panem esitare, vinumque [6] eructum & fœtidum potare: *Hic*, inquit, *eques Romanus apludam edit, & floces bibit.* Adspexerunt omnes qui aderant alius alium, primo tristiores turbato & [7] requirente vultu, quidnam illud utriusque verbi foret, [8] post inde, quasi nescio quid Tusce aut Gallice dixisset, universi riserunt. Legerat autem ille [9] *apludam* veteres rusticos frumenti furfurem dixisse; idque [10] à Plauto in comœdia, si ea Plauti est, quæ [11] Astraba inscripta est, positum esse. [12] Item *floces* audierat prisca voce significare vini fæcem è vinaceis expressam, sicuti [13] fraces ex oleis: idque apud Cæ-

2 Ὀψιμαθίαν] Idem, quod hic Agellius, scribit Galenus lib. 2. de differ. puls. vide quæ notat Casaubonus ad Theophr. characteres. *Thys.* Prout hos geminos notat Phil. Carolus.

3 *Quo in loco cumque*] Quocunque in loco. Tmesis hæc etiam usurpata Ciceroni, pro Sestio, *Quod judicium cumque subierat.*

4 *Apud præfectum urbi*] Sic multi ex scriptis. Est tamen & qui habet *urbis.*

5 *Inopia quendam miseroque victu*] Difficile cogitatu est, cur sic maluerit mutare Stephanus, quod in præcedentibus legebatur, prout nunc restitui, utpote quod firmatur fide & Regii & S. Marci & utriusque Lugd. immo omnium MSStorum. *Gronov.*

6 *Eructum*] Vapidum ab inusitato *erugo*, quod derivatur à Græco, ἐρεύγομαι. Thys. Id hausit Thysius ex Scaligero ad Festum in v. Erugere. In Salmasii exemplari adscriptum erat *crucium*, cui ipse postea suppositit [in Pet. Eructum] Jam & Colerus Pareng. 20, 72 legit *crudum.* Pater in Excerptis reperit *eruptum.* Gronov.

7 *Requirente vultu*] Ambiguo, dubio. *Thys.* Explicat plane Ovidius in epistola Bryseidis. *Alter in alterius jactantes lumina vultum, Quærebant taciti, noster ubi esset amor.* Gronov.

8 *Post inde*] Vett. editt. *post deinde.* Thys. Sed & multi ex MSS. ut Reg. S. Marci, Lugd. maj. nec nisi è nostris Lugd. min. habet hoc *post inde*, quod legitur in versibus Suerii apud Macrobium 11 Saturn. 14. *Suo post inde reventu Hoc genus arboris in prælatis finibus Grajis Differuere. Post de inde* dicit XII, 5.

9 *Apludam*] Plinius lib. 28 c. 10. *Milii & panici & sisamæ apludam vocant, purgamenta; alii aliis nominibus.* Festus: *Apluda est genus minutissimæ paleæ frumenti, sive panici, de qua Nævius:* Non hercle apluda est hodie, quam tu nequior. *Sunt qui apludam sorbitionis liquidissimum putent genus; quod flatu dejiciatur, & quasi adplaudatur.* Excripsit Nonius hunc locum Gellii more solito, in verbo *apluda.*

10 *A Plauto*] Badiana editio legit, *Pacuvio.*

11 *Astraba*] Varro & Festus Pompejus eam inter genuinas Plauti recensent.

12 *Item floces*] Aliter, *flocces.* Eadem refert Nonius. Turnebus lib. 19. Adverss. cap. 23. air, floces vocari fecem, quia ei insunt flocci quidam & panni. Unde Persius Sat. v.

Pannosam fecem morientis sorbet aceti.

13 *Fraces*] Occurrit quoque illud vocabulum apud Columellam, Vitruvium, Plinium. In quibusdam tamen codd. legitur *frages:* quas putat Turnebus dictas à frangendo, quia sint fragmenta & reliquiæ olearum trapeto fractarum. In glossis, *fræx* τρυγία γάρυς. Nonius: *fracescere, tanquam friari, & putrescieri vetustate.* Varro lib. 1. de R. R. *Olea lecta si nimium diu fuerit in acervis, caldore fracescit, & oleum fœtidum fit.* Thys. Sed hîc scire oportet in MSS. omnibus legi *fraces oleis*, omissa præpositione media. In Regio erat quoque *fæcemne vini expressam.* Sic ille solus, nec perspicio, si quid lateat. *Gronov.*

Cæcilium [14] in Polumenis legerat, eaque ſibi duo verba ad orationum ornamenta ſervaverat. Alter quoque à lectionibus id genus paucis [15] apirocalus, quum adverſarius cauſſam differri poſtularet, Rogo prætor, inquit, ſubveni, ſuccurre: quonam uſque nos *bovinator* hic demoratur? Atque id voce magna ter quaterque inclamavit; *bovinator eſt.* Commurmuratio fieri cœpta eſt à pleriſque, qui aderant, quaſi monſtrum verbi admirantibus. At ille jactans & geſtiens, Non enim Lucilium, inquit, legiſtis, [16] qui tergiverſatorem *bovinatorem* dicit. Eſt autem in Lucilii undecimo verſus hic:

[17] *Eſt tricoſus, bovinatorque ore improbus duro.*

14 *In Polumenis*] Eſt Græcus titulus, ἐν πωλουμένοις Vett. editt. legunt, *in polymenis.* Forſan legendum, *in Philumina.* Quæ Cæcilii Comœdia aliquoties à grammaticis laudata. Nonius in FACTIO. Cæcilius Filumena: *Eorum famam occultabat factio.* Thyſ. Hæc conjectura admodum diſpliceret Th. Reineſio, ſi viveret, ut qui occaſione hujus loci tentat eoſdem Polumenos reſtituere Priſciano lib. 11. Var. Lect. 1. *Gronov.*

15 *Apirocalus*] Vett. editt. Græce ſcribunt ἀπειρόκαλος. Quod denotat *decori rudem & imperitum, ineptum.*

16 *Qui tergiverſatorem bovinatorem dicit*] *Bovinatoris* vocabulum proprie ex agricultura deſumptum, poniturque pro *bove ſtrigante*, id eſt, qui unico ductu ſulcum non trahit, ſed interquieſcit, quod macilento plerumque vel ægro fieri ſolitum. Hinc per metaphoram *bovinatores* pro *tergiverſatoribus*, vel ut Nonius addit, *malitioſis* dicuntur. Iſidorus *bovinatores inconſtantes* appellat. Feſtus dicit *bovinari* eſſe *convitiari.* Gloſſæ Philoxeni, *Bovinatores*, θορυβοποιοὶ, θρύλλον ποιοῦντες, ἢ ταραχὴν.

17 *Eſt tricoſus*] Vett. edit. legunt, *hic ſtrigoſus*, Scaliger, *hicce ſtrigoſus. Striga* in re ruſtica dicitur ſulcus, qui continuo ductu peragebatur. Hoc vocant *protelo ducere.* Boves autem ſtrigant, cum in opere intermittunt, & quieſcunt. *Tricoſus* tamen hic quoque legi poteſt. Gloſſæ Philoxeni: *Tricoſus*, ἀχρεῖος, ἔκλυτος, λαγγὼν, ἀηδὴς. *Triconem* quoque appellavit Lucilius. *Tricæ ſunt impedimenta & implicationes* juxta Nonium. In his verſibus *s* eliditur, & ſyllabam corripit, ideoque nonnulli literam hanc tanquam vacuam abjiciunt. Thyſ. In Regio legitur: *in Lucilio verſus Hic ſtrigoſus.* In Thuan. *verſus Hyſtrichoſus*, quaſi aliquid Græci ſaporis præferret. Petav. *verſus hic ſtrichoſus*, quod eſt etiam in Scheffer. ex quibus Gellianorum codicum veſtigiis cenſebat Cl. Mercerus ad Nonium legi debere *Hic ſt tricoſus.* Neſcio an vere: ſed video literam adjici, quæ non eſt in MSStis. qui certe clarius indicant *ſtrigoſus*, quod quum perinde conveniat bovinatori, quam *tricoſus*, cur non tenemus? *Gronov.*

CAP. VIII.

Quid ſenſerit dixeritque M. Cato de Albino; qui homo Romanus Græca oratione res Romanas, venia ſibi ante ejus imperitiæ petita, compoſuit.

JUSTE venuſteque admodum reprehendiſſe dicitur A. Albinum M. Cato. [1] Albinus, qui cum L. Lucullo conſul fuit, res Romanas [2] oratione Græca ſcriptitavit. In ejus hiſtoriæ principio ſcriptum eſt ad hanc ſententiam: Neminem ſuccenſere ſibi convenire, ſi quid in his libris

1 *Albinus*] A. Poſtumius Albinus, conſul fuit anno ab V. C. Iↄ cii. Literatum illum & diſertum fuiſſe ſcribit Cicero in Bruto. Hæc eadem ex Gellio repetit iiſdem fere verbis Macrobius in princ. Saturnalium. Plutarchus in Catone addit *veniam ei debere dari, ſi Amphictyonum decreto id ſcripſiſſet.*

2 *Oratione Græca ſcriptitavit*] Non ſine exemplo aut imitatione aliorum, qui recenſentur in opere G. J. Voſſii de Hiſtoricis Græcis.

3 *Eam*

bris parum compoſite aut minus eleganter ſcriptum foret. nam ſum, inquit, homo Romanus, natus in Latio. Græca oratio à nobis alieniſſima eſt. ideoque veniam gratiamque malæ exiſtimationis, ſi quid eſſet erratum, poſtulavit. [3] Eam quum legiſſet M. Cato; Næ tu, inquit, Aule, nimium nugator es, quum maluiſti culpam deprecari, quam culpa vacare. nam petere veniam ſolemus, aut quum imprudentes erravimus, aut quum compulſi peccavimus. [4] Tibi, inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priuſquam faceres, peteres ut ignoſceretur? Scriptum eſt hoc in libro [5] Cornelii Nepotis de illuſtribus [6] viris.

3 *Eam quum legiſſet*] Sic quidem codices Gelliani. At cur Thyſius non citavit hanc partem ex Macrobio, qui habet *ea?* in quo plane eſt ſententia Gellii vel Catonis univerſa, quæ præceſſerunt, reſpicientis. Sed ignoſcat mihi uterque, nec juſtitiam nec venuſtatem in hac moroſa & abrupta vituperatione agnoſco, ſicut etiam G. J. Voſſius teſtatur ſe veniam dare, quam patriæ amor ſatis impetrat pag. 131 in Hiſtoricis Græcis. *Gronov.*

4 *Tibi*] *Te* legit Macrobius, & rectius, niſi *tibi* referendum ad *ignoſceretur*. Thyſ. Perperam à viro docto conſideratur Macrobius; nam quod is habet *te*, habet quoque Gellius: ſed iſtud *tibi* apud Macrobium omittitur, proculdubio quod diſtantiam hanc verbi ab ſuo caſu non concoquebant, quæ mihi videtur ſuaviſſima. Eſt etiam qui pro iſto dativo conjecit *Albi*. Fruſtra prorſus. *Gronov.*

5 *Cornelii Nepotis*] Locus hic non occurrit apud Nepotem, forſan in vita Catonis ſcripſit, nam tota vita Catonis hodie non extat, hoc quod reliquum eſt, pars tantum eſſe videtur. Vide Phil. Carolum.

6 *Viris*] Additur in C. Torn. XIII. *Thyſ.* Id exſtitit quoque in Petav. ſed in Reg. Thuan. *illuſtribus libris.* in S. Marci *libris* XIII.

CAP. IX.

Hiſtoria de legatis Mileti & Demoſthene rhetore in libris Critolai reperta.

[1] CRITOLAUS ſcripſit legatos Mileto publicæ rei cauſa veniſſe Athenas, [2] fortaſſean auxilii petendi gratia; tum qui pro ſeſe verba facerent, quos viſum erat, advocaviſſe; advocatos, uti erat mandatum, verba pro Mileſiis ad populum feciſſe: Demoſthenem Mileſiorum poſtulatis acriter reſpondiſſe, neque Mileſios auxilio dignos, neque ex republica id eſſe contendiſſe: rem in poſterum diem prolatam; legatos ad Demoſthenem veniſſe; magnoque opere oraſſe, uti contra ne diceret: eum pecuniam petiviſſe: & quantam petiverat abſtuliſſe: poſtridie, quum res agi denuo cœpta eſſet, Demoſthenem lana multa col-

1 *Critolaus ſcripſit*] Quæ huc contulerat Thyſius, videbis rectius apud G. J. Voſſium de Hiſtoricis Græcis pag. 348.

2 *Fortaſſean*] Vulgo etiam in vett. editt. legitur, *fortaſſean dixerit*. male. Illud *dixerit* expungendum eſt. *Fortaſſean* adverbium eſt, pro *forſan*. Ita Varro aliique veteres loquuntur, crebro Apulejus, & Tertullianus. *Scaliger* in Varronem pag. 240. Interpoſitum itaque verbum ab iis, quibus vox *fortaſſean* ignota. Henricus Petri in ſua Baſilienſi edit. in margine annotavit, in antiquo libro deeſſe hæc tria verba, *fortaſſe an dixerit*. Thyſ. Ut Scaliger, ſic quoque Lipſius lib. 1 Elect. 21. Eorum monito obtemperans Stephanus non dubitavit etiam omittere verbum *dixerit*, quum tamen exſtet in omnibus ſcriptis.

3 *Argy-*

collum cervicesque circumvolutum ad populum prodisse, & dixisse se synanchen pati; eo contra Milesios loqui non quire: tum è populo unum exclamasse, non synanchen, quod Demosthenes pateretur, sed [3] argyranchen esse. Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus refert, non id postea concelavit: quin gloriæ quoque hoc sibi assignavit. nam quum interrogasset, [4] Aristodemum actorem fabularum, quantum mercedis, uti ageret, accepisset; & Aristodemus talentum respondisset: At ego plus, inquit, accepi ut tacerem.

3 *Argyranchen*] In veteribus editt. Græcis literis συνάγχην, & ἀργυραγχην, legitur, quasi *argenti anginam* quis dicat. Thys. In Regio est *arcyrechen*, qui etiam ante efferebat *post pridie*; nec ita is solus, sed & Lugd. min. *postpridiae*, & maj. *pp pdie*. Denique bis *Demosthenen* habent Regius & duo, quos citavi. *Gronov.*

4 *Aristodemum*] Meminerunt tragici poëtæ Cicero, Augustinus de Civ. Dei, Lucianus, alii. Augustinus lib. 2. de Civ. Dei ita loquitur: *Aristodemum tragicum auctorem maximum de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum Athenienses sæpe miserunt.*

CAP. X.

Quod C. Gracchus in oratione sua historiam supra scriptam Demadi rhetori, non Demostheni attribuit: verbaque ipsius C. Gracchi relata.

QUOD in capite superiore à Critolao scriptum esse diximus super Demosthene; id C. Gracchus in oratione, qua [1] legem Aufeiam dissua-

1 *Legem Ausciam*] Legis *Auseiæ* nec nomen nec materies alibi exstat usquam. Suspectum tamen ipsum nomen, quum nulla ejus gentis inter Romanos occurrant vestigia. Sed ut minimum recedamus à veteribus scriptis, *Saufejam* legere possumus: ea enim gens & ex Cicerone & ex nummis & ex lapidibus antiquis est celeberrima. Pighius vel potius And. Schottus in Annalibus anno V. C. DCXXX, quo C. Sempronius Gracchus tribunus plebis fuit, ponit ei collegam *Aufejum*, qui hanc legem tulerit, atque ipsam legem ita format: *Uti. Nicomedes. Bithyniæ. Mithradates. Ponti. reges. Cappadociam. Ariarathis. socii. regis. occisi. hæredibus. restituant, &c.* Atqui verba Gracchi apud Gellium sunt, qui suadeant hanc rogationem, eos à Mithradate præmium expectare. Nimirum Mithradates præmium dabit illi, qui eum coget decedere Cappadocia. Vides τὸ ἄτοπον. Haud dubie complexa fuit aliquid ea rogatio, quo de ambigeretur inter Nicomedem & Mithradatem; disceptator autem esset Senatus populusque Romanus: & ea formula fuit, ut quod in ea expressum erat, id nollet Nicomedes, valde autem vellet Mithradates. Fortasse aliquid lucis in re crepera suppeditabit Justinus lib. 38. quo illi vel alter etiam quidem usi sunt, sed atripuerunt id, in quo nullum Senatus populique Romani arbitrium exspectaverunt reges. Exstincta scelere Mithradatis Ariaratharum Cappadociæ regum familia, possessoque regno per Ponticum, timens malum vicinum Nicomedes subornavit puerum, cui adesset πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος, (quasi Ariarathes ille Mithridatis affinis sororius, quem cum duobus filiis pulcher affinis avunculusque sustulerat, tres, non duos tantum, filios genuisset) qui Romam profectus à populo Romano quasi paternum atque avitum regnum Cappadociæ peteret. Contra Mithradates misit Romam Gordium, qui Senatui asseveraret, (ita enim legendum apud Justinum: *Romam mittit, qui asseveret*, non *assereret*, quod hac significatione Latinum non est) puerum Ariarathen, cui ipse regnum tradidisse videri volebat, ut justo hæredi, (erat autem ipsius filius, cui ludendi causa vocabulum solenne Cappadocum regibus imposuerat) esse eo Ariarathe genitum, qui fidissimus fuisset socius populi Romani, ac pro ejus imperio fortiter pugnans bello Aristonici occubuisset, fratrem illorum, quos dominandi libidine occiderat pessima mater. ut est apud Justinum lib. 37. Hoc eleganter idem vocat *studium regum aliena regna falsis nominibus furantium.* Atque huic contentioni, comparata pecunia à Pontico legato, videtur sese interposuisse ille quicumque Saufejus, & tulisse

diſſuaſit, [2] in Demadem contulit verbis hiſce: *Nam vos, Quirites, ſi velitis ſapientia atque virtute uti, & ſi quæritis; neminem noſtrûm invenietis ſine pretio huc prodire. omnes nos qui verba facimus, aliquid petimus: neque ullius rei cauſſa quiſquam ad vos prodit, niſi ut aliquid auferat. ego ipſe, qui apud vos verba facio, uti vectigalia veſtra augeatis, quo facilius veſtra commoda & rempublicam adminiſtrare poſſitis, non gratis prodeo: verum peto à vobis non pecuniam, ſed bonam exiſtimationem atque honorem. qui prodeunt diſſuaſuri, ne hanc legem accipiatis, petunt non honorem à vobis, verum à Nicomede pecuniam. qui ſuadent ut accipiatis, hi quoque petunt non à vobis bonam exiſtimationem, verum à Mithridate* [3] *rei familiaris ſuæ precium & præmium. qui autem ex eodem loco atque ordine* [4] *placent, hi vel acerrimi ſunt: nam ab omnibus precium accipiunt, & omnis fallunt. Vos, quum putatis eos ab his rebus remotos eſſe, impertitis bonam exiſtimationem. Legationes autem à regibus, quum putant eos ſua cauſa reticere, ſumptus atque pecunias maximas præbent:* [5] *item uti in terra Græcia, quo in tempore tragœdus gloriæ ſibi ducebat,* [6] *talen-*

tuliſſe ad populum, ut ille Ariarathes, qui jam eſſet in poſſeſſione regni, pro vero agnoſceretur, & beneficio Populi Romani confirmaretur. Quæ rogatio ne acciperetur, diſſuaſores itidem pecunia data comparaverunt, qui cum puero Romam miſſo erant, Nicomedis legati. Gracchus autem nitebatur, ut Cappadocia exſtinctis veris regibus, una cum Lycaonia & Cilicia, quas de regno Pergameno ei contribuerant Romani, in formulam provinciæ redigeretur, & ſic Populi Romani vectigalia augerentur. Aut ſi Cappadocibus libertatem reliquit, (quemadmodum poſtea primo ſenatus) Lycaoniam certe Ciliciamque repeti partemque Provinciæ Aſiæ reddi voluit. *J. F. Gronovius.* Hæc ab patre ſic ſuppeditata Thyſio diſplicent tamen Prouſteo, unde ex Pighio an Schotto ſupponit tribunum plebis Auſeium, plane non anxius, utrum is Romæ auditus fuerit unquam, an ab Gellio vel cogitatus, nedum ex SCto lata lex Auſeia ſanxerit aliquid. Fruatur ſane ſuo more. Interim ne neſcias, Lincoln. habebat *legem auferri diſſuaſit* ut etiam codex Schefferi. Lugd. Min. *quadam aufegam diſſ.*

2 *In Demadem*] Qui fuit orator Athenienſis Demoſthenis adverſarius, quem quidam, ut Plutarchus teſtatur, majorem Demoſthene oratorem fuiſſe commemorant. Ab Antipatro corruptus, poſtmodum tamen à Caſſandro interfectus eſt, proditioniſque pœnas dedit. Vide Plutarchum in Demoſthene & Phocione.

3 *Rei familiaris ſuæ*] Aliter, *familiaritatis ſuæ.*

4 *Placent*] Ita quoque MS. ſed omnino legendum, *tacent*. Forſan Gracchus more antiquo ſcripſerat, *ordines tacent*. J. F. Gronov. Iſtud *tacent* quum proferrent editiones, H. Stephanus mutavit in *placent*, quia id exſtat in omnibus MSS. idque videbat Stephanus. Itaque ut habet Gellius ſua peculiaria, opiner literam p non inaniter præpoſitam fuiſſe, ſed quæ notaverit præpoſitionem *per* in nota _p_, ſcripſeritque Gellius *pertacent*. Jac. Gronov.

5 *Item uti in terra Græcia*] Sic repoſui & auxi Gellium voce, quam ei deberi indicabat Regius, Lugd. maj. quum alii darent *uti ut in terra G.* Forſan & alii aliud, quibus non utor. Quin etiam mox idem ille codex Reg. exhibet *tempore Græcus tragœdus*, quod neſcio cur in aliis nullis occurrat. *Gronov.*

6 *Talentum magnum*] Atticum intelligit, quod conſtat ſexaginta minis, ſive ſex millibus drachmarum Atticarum, unde Rhemnius Fannius:

Cecropium ſupereſt poſt hæc docuiſſe talentum
Sexaginta minas, ſeu vis ſex millia drachmas,
Quod ſummum doctis perhibetur pondus Athenis.

Summum igitur hoc pondus fuit Athenis. Nullum itaque majus fuit, uti Priſcianus ſtatuit; quem docte refutat Vir Celeberrimus D. Gronovius Libr. de Pecun. Vet. Magnum autem dixere talentum Romani, quod aliud minoris æſtimationis eſſet, ut Neapolitanum, Rheginum, Siculum. Plautus quidem in Rudente talentum magnum vocat centum & viginti minarum, ſed hoc erat Ægyptiacum, vel Cyrenæum. Drama enim erat Cyrenis. *Thyſ.*

lentum magnum ob unam fabulam datum esse, homo eloquentissimus civitatis suæ Demades ei respondisse dicitur: Mirum tibi videtur, si tu loquendo talentum [7] *æquisisti? ego, ut tacerem, decem talenta à Rege accepi. Idem nunc isti precia maxima ob tacendum accipiunt.*

7 *Acquisivisti*] Aliter, *quæsisti*. Thys. Nec sane quisquam est, qui præceps illud H. Stephani probet, ut quum editiones ante eum exhiberent hoc postremum *quæsisti*, liceret ipsi statim id mutare & præbere *acquisivisti*. Certe etiam Reg. S. Marci Flor. & Lugd. maj. habent *quæsisti*, unde id repetere debui, Lugd. min. *adquesisti* eodem dirigens. Scheff. *quisivisti*. Gronov.

CAP. XI.

Verba P. Nigidii, quibus differre dicit mentiri *&* mendacium dicere.

VERBA sunt hæc ipsa [1] P. Nigidii, hominis in studiis bonarum artium præcellentis; quem M. Cicero ingenii doctrinarumque nomine summe reveritus est. *Inter* [2] *mendacium dicere & mentiri distat. qui mentitur,* [3] *ipse non fallitur,* [4] *sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur*: Item hoc addidit: *Qui mentitur*, inquit, *fallit,* [5] *quantum in se est: at qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est.* Item hoc quoque super eadem re dicit: *Vir bonus*, inquit, *præstare debet, ne mentiatur: prudens ne mendacium dicat: alterum* [6] *incidit in hominem, alterum non.* Varie mehercle & lepide Nigidius tot sententias in eamdem rem, quasi aliud atque aliud diceret, [7] disparavit.

1 *P. Nigidii*] Vide supra 3, 10 & p. 273.

2 *Mendacium dicere*] Neque hæc distinctio bona. Quia si suum mendacium dicat, mentitur. Si aliorum mendacium divulgat, & putat se verum dicere, non mentitur. Appulejus in Apolog. tali casu *falli* dixit. Potest tamen etiam qui mentitur falli, quando putat se mentiri, & verum dicit. Ille enim non quidem opere sed voluntate mentitur. Atque hoc etiam casu non fallit alium.

3 *Ipse non fallitur*] Nonius legit, *ipse non falsus*. Thys.

4 *Sed alterum*] *Sed* abest à cod. Torness. *Thys.* Non tantum ab illo, sed ab omnibus notæ melioris libris, ut Reg. S. Marci Flor. Lugdun. utroque, Petav. Itaque cur tolerarem, quod Latina lingua tam eleganter omisit, eoque jure neglexit nunc etiam Gellius? Satisfacient abunde hic illic notata ab viris doctis, & ab Patre ad Livium 3, 71. *Gronov.*

5 *Quantum in se*] Post hæc verba I. Bourdelotius, qui Agellium cum duobus Mss. Reg. Bibliorh. & unico F. Morelli contulit, ex Ms. hæc verba addit, *at qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est.* Thys. Monstri instar est hanc periodum hic supponi velut notabile quoddam, & arcanum, quod non nisi ex Mss. Bourdelotio inspectis cognosci posset. Atqui nihil est, nisi merus typographorum lapsus, quorum oculos decepit iteratio verborum quatuor *quantum in se est.* Itaque sicut in Badiana non exstant; ita turpiter etiam sunt omissa ab Stephano, prout sic edidit in cap. seq. *duo vel diceret.* Exstant vero in Aldina, Gryphianis quatuor, Hieronymi de Marnef. Ex eodem perverso oculorum conjectu scias etiam ab scriba codicis Regii esse omissa. Sed exstant præclare in S. Marci Flor. & omnibus Mss. aliis. Itaque curavi, ut etiam in hoc suo loco exstarent. Nam monstri simile reor, quum ex editione sua Prousteus quoque illa omiserit. *Gronov.*

6 *Incidit in hominem*] Corrupte legitur apud Nonium, *indicet in homine.* Egregie Polybius lib. 12. Δύο μὲν τρόπους ἔφαμεν εἶναι ψεύδους, ἕνα μὲν τὸν καθ' ἁπλοῦν, ἕτερον δὲ τὸν κατὰ προαίρεσιν, ᾗ τέτταρα δεῖ τοῖς μὲν καθ' ἁπλοῦν παραπλήσια δ' ἀλλήλοις διδόναι συγγράμματα. τοὺς δὲ κατὰ προαίρεσιν ἀκαταλλάκτως ἔχειν. Thys. Hæc loci istius citatio & totidem verba sunt adscripta exemplari Salmasiano: sed prout ab Thysio descripta erant, nec sententia eis nec constructio constabat.

7 *Disparavit*] Aliter, *disperavit.* Thys. Est ineptia, quantum scio, solius Stephanianæ.

CAP.

CAP. XII.

Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit, Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

[1] CHRYSIPPUS ait [2] omne verbum ambiguum natura esse, quoniam ex eodem duo vel plura accipi possunt. [3] Diodorus autem, cui Crono cognomentum fuit, *Nullum*, inquit, *verbum est ambiguum:* [4] *nec quisquam ambiguum dicit aut sentit; nec aliud dici videri debet, quàm quod se dicere sentit is, qui dicit. at quum ego*, inquit, [5] *aliud sensi, tu aliud accepisti:* [6] *obscure magis dictum quam ambigue videri potest. ambigui enim verbi natura illa esse debuit, ut qui id diceret, duo vel plura diceret. nemo autem duo vel plura dicit, qui se sentit unum dicere.*

1 *Chrysippus*] Qui quidem περὶ Ἀμφιβολιῶν duos libros, teste Laërtio conscripsit. Huc respexit Quintilianus lib. 7 cap. 10. de Ambiguo, cum inquit: *Amphibologiæ species sunt innumerabiles, adeo ut philosophorum quibusdam nullum videatur esse verbum quod non plura significet, genera admodum pauca.*

2 *Omne verbum ambiguum natura*] Respexit credo suum σωρείτην, θερίζοντα, ἡσυχάζοντα, quæque habebat similis farinæ, de quibus egit noster in lib. 1 cap. 2. *Gronov.*

3 *Diodorus autem*] Fuit Apollonii Croni discipulus, unde primo Apollonii, deinde Croni nomen accepit, ut testatur Strabo lib. 14. lib. 17. qui ut διαλεκτικώτατος Sexto Empirico lib. 1. adversus Mathematicos c. ult. dicitur, ita filias quoque ejus eadem arte polluisse affirmat Clemens Alexandrinus Stromat. 4. vide Diogenem Laërtium in Ejus vita.

4 *Nec quisquam ambiguum dicit aut sentit*] Recte, nisi aut ultro velis jocari, aut tempora monent coguntque. Sed quum omnia tuta circumcirca sunt, quum simpliciter quis agere vult ex civili disciplina, nemo probus ita se inquinat, præsertim ubi negotiorum ratio est. Verba ipsa in hunc usum reperta sunt, de quibus solis & singulis nunc agit auctor. Itaque Henr. Valesius huc annotaverat ista [Sic amphibologiam nullam esse scripsit Hermogenes.] *Gronov.*

5 *Aliter sensi*] Cod. Torn. *aliud.* Thys. Immo & editiones ante Stephanum ea voce fruuntur, nec ullam in Mss. deprehendi varietatem, ut renunciare ei & Stephano editiones oporteat, prout in hac curavi. *Gronov.*

6 *Obscure magis dictum videri potest, quam ambigue*] Hic ordo verborum est in Mss. Cæterum distinguit hæc duo ex imitatione Ciceronis aliquoties eadem duo adjectiva jungentis, præsertim ut oraculis illa convenire fateatur, quo forsan spectat quoque *obscuridicum* in Accii Alphesibœa, cui jungit *inenodabile.* Idem.

CAP. XIII.

Quid T. Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existimaverit, quodque esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

[1] APUD T. Castricium disciplinæ rhetoricæ doctorem, [2] gravi atque firmo judicio virum, legebatur oratio C. Gracchi in P. Popilium. In ejus orationis principio collocata verba sunt accuratius modulatiusque, quam veterum oratorum consuetudo fert. ea verba sicuti dixi com-

1 *Apud T. Castricium*] Cujus ætatem notat lib. 13 cap. 21.

2 *Gravi atque firmo judicio viri*] Prave sic vacillarunt nonnullæ ex novissimis editionibus, quum in præcedentibus & in Mss. omnibus omnino id exstaret, quod reposui, quia de Castricio ita sensit, non de Graccho. Nisi fallor, prima sic aberravit Lugduno-Batava anni 1644. *Gronov.*

compoſita ſunt hæc : *Quæ vos* [3] *cupide per hoſce annos appetiſtis atque voluiſtis, ea ſi* [4] *temere repudiaritis, abeſſe non poteſt,* [5] *quin aut olim cupide appetiſſe, aut nunc temere repudiaſſe dicamini.* Curſus igitur hic & ſonus rotundæ volubiliſque ſententiæ eximie nos & unice delectabat, tanto id magis, quod jam tunc C. Graccho viro illuſtri & ſevero ejuſmodi compoſitionem fuiſſe cordi videbamus. Sed enim, quum eadem ipſa verba ſæpius petentibus nobis lectitarentur, admoniti à Caſtricio ſumus, ut conſideraremus, quæ vis quodve [6] emolumentum ejus ſententiæ foret; neque pateremur ut aures noſtræ cadentis apte orationis modis eblanditæ animum quoque nobis voluptate inani perfunderent. quumque nos admonitione iſta attentiores feciſſet; Inſpicite, inquit, penitus, quid efficiant verba hæc; dicatque mihi quæſo [7] aliqui veſtrûm, an ſit ulla hujuſce ſententiæ aut gravitas aut gratia : *Quæ vos cupide per hoſce annos appetiſtis atque voluiſtis; ea temere ſi repudiaritis, abeſſe non poteſt, quin aut olim cupide appetiſſe, aut nunc temere repudiaſſe dicamini.* Cui enim omnium hominum in mentem non venit id profecto uſu venire, ut quod cupide appetieris, cupide appetiſſe, &, quod temere [8] repudiaveris, temere [9] repudiaſſe dicaris? at ſi opinor, inquit, ita

3 *Cupide per hoſce annos appetiſtis*] Ut ex Turpilio citat Nonius Marcellus : *Tamen oculis longa intercapedine appetunt cupide intui.* Et ex Ennio profert idem : *Stultus eſt, qui cupida cupiens cupienter cupit.* Gronov.

4 *Temere*] Suppoſiticium hoc vocabulum eſſe quidam judicant.

5 *Quin aut olim cupide appetiſſe*] Legi poſſe exiſtimat H. Stephanus pro *cupide*, *nimis cupide*. Ita ſuperiora quoque bene ſe haberent. Qui enim aliquid cupide appetit, reprehenſione dignus non eſt: ſed is demum qui nimis cupide quid appetit, & poſtea temere repudiat. *Thyſ.* Sed non hoc agitur, ut omnia bene ſe habeant; immo eſt hoc ſpecimen, unde appareat quam vim habeat concinnitas non tam in placendo & monendo & docendo, ſed decipiendo & offundendo, quod ſenſu deſtitutum eſt. Itaque ſophiſticum eſt, & tetigit Creſollius lib. 3 Theatr. Rhetor. cap. 25. *Gronov.*

6 *Emolumentum*] H. Stephanus legit *momentum*. Sicut poſtmodum quoque Gellius illo vocabulo utitur, cum dicit, *in quibus verbis omne momentum rei eſt.* In titulo tamen capitis etiam *emolumentum* legitur. Quædam editt. habent *monumentum*. Thyſ. Quæcunque hæc immutatio, ſane univerſa perinepta & contra fidem concordiamque certam veterum librorum. Sed & *emolumentum* nunc uſurpatur inſtar momenti & efficaciæ, quæ ſententiam notabilem perficit : unde & in titulo dicit *ſine ullo ſenſus emolumento.* XIII, 8. *Quod homines ignavi ac deſides operti barba & pallio, mores & emolumenta philoſophiæ in linguæ verborumque artes converterent*, non commoda, ſed effectus & vires. *Gronov.*

7 *Aliquis veſtrûm*] Phil. Pareus indicium dedit in Lexico Critico ex vett. libb. & hoc loco & mox in verbis *modulatus aliquis c. f. ſonitus* emendari debere *aliqui*. Ei libens obtemperavi, quia ſic ipſe etiam notavi ex Regio cod. Sic uterque Lugd. Sic Petav. Immo ſic jam in hoc loco (nam in poſteriore etſi pariter in codicibus *aliqui* exſtet retinet *aliquis*) ediderat Stephanus, à quo poſteriores iterum diſceſſiſſe non decuerat, ad amuſſim ſequuto Prouſtco, ut pateat alienis oculis uſum. Tum quoque idem, quos recenſui, habent *hujuſce ſententiæ gravitas*, non interpoſita vocula *aut*. Idem.

8 *Repudiaveris*] Lincoln. plane *repudiaris*, non veritus ambiguum in temporibus. Fere obliviſcebar monere in titulo habere Regium cod. *exiſtimarit*, eodem alludentibus Lugdun. *Idem.*

9 *Repudiaſſe dicaris*] Id quidem profecto ſemper uſu venire non video. Non enim quod aliquis olim cupide apperivit, id utique innotuit, ut ſic cupiditas ejus palam traducatur. Etiam nonnulli ſpecie recuſantis apperiverunt flagranter & cupide. Non id utique perſpectum fuit ab aliis. Id videtur eſſe quod Gracchus habuit ante oculos. Et

quare

ita ſcriptum eſſet: *Quæ vos per hoſce annos appetiſtis atque voluiſtis, ea nunc ſi repudiaritis, abeſſe non poteſt, quin aut olim* [10] *cupide appetiſſe, aut nunc temere repudiaſſe dicamini.* ſi, inquit, ita diceretur, gravior ſcilicet ſolidiorque fieret ſententia; & acciperet aliquid juſtæ in audiendo exſpectationis. nunc autem verba hæc, *cupide* & *temere*, in quibus verbis omne momentum rei eſt, non in concludenda ſententia tantum dicuntur; ſed ſupra quoque [11] nondum deſiderata ponuntur: &, quæ naſci oririque ex ipſa rei conceptione debebant, ante omnino, quam res poſtulat, dicuntur. nam qui ita dicit; ſi hoc feceris, cupide feciſſe diceris, rem dicit ſenſus alicujus ratione collectam [12] & confectam. qui vero ita dicit; ſi cupide feceris, cupide feciſſe diceris: non longe ſecus dicit, atque ſi diceret, ſi cupide feceris, cupide feceris. Hæc ego, inquit, admonui, non ut C. Graccho vitio darem (dii enim mentem meliorem mihi! nam, ſi quicquam in tam fortis facundiæ viro vitii vel erroris eſſe dici poteſt, id omne & auctoritas ejus exhauſit, & vetuſtas conſumſit) ſed uti caveretis, ne vos facile perſtringeret modulatus aliqui currentis facundiæ ſonitus; atque ut vim ipſam rerum virtutemque verborum prius penſitaretis: &, ſi quidem gravis atque integra & ſincera ſententia diceretur, tum, ſi ita videretur, [13] greſſibus quoque ipſis orationis [14] & geſtibus plauderetis: ſi vero frigidi & leves & futiles ſenſus in verba apte numeroſeque poſita includerentur, non eſſe id ſecus credueretis, quam cum [15] homines inſigni deformitate [16] ad facienda ridicula imitantur hiſtriones & geſtiunt.

quare ſi quis appetivit aliqua, dicetur poſtea appetiviſſe ea cupide? *Idem.*

10 *Cupide appetiſſe*] Sin ea adverbia *cupide* & *temere* auferantur principio, non video quomodo ponantur in concluſione. Nam fieri potuit, ut neque cupide prius appetierint atque voluerint, neque poſtea temere repudiarint, mutatis ſcilicet rebus & circumſtantiis. Ita *Badius.*

11 *Nondum*] In margine mei codicis emendatum, *modum*. Sed *nondum deſiderata* dicuntur verba, quibus uti nondum neceſſe erat, ut ex ſequentibus liquet.

12 *Et confectam*] Reg. *confertam.*

13 *Greſſibus quoque ipſis orationis*] Id eſt, modo procedentis orationis.

14 *Et geſtibus*] Vett. edidit. & omittunt, quam lectionem quoque expreſſit H. Stephanus: ut ſenſus ſit, quod greſſibus orationis geſtibus applauderent. *Thyſ.* Habet certe Aldus, habent Gryphianæ & iſta Cervicorni: probatque copulativam codex Reg. S. Marci Flor. Lugdun. maj. Sed minor & Petav. omittunt, ut pateat olim ambiguam fuiſſe. Sed maneat tamen utpote teſtimonium nacta à melioribus. Cæterum lego *greſſibus quoque ipſis orationi & geſtibus pl.* ut *greſſus* intelligantur ſupploſio pedum, ut aliquoties Ciceroni dicitur. *Gronov.*

15 *Homines*] Aliter legitur, *hominibus.*

16 *Ad facienda ridicula*] In margine mei codicis adnotatum invenio, *ac facie deridicula.*

CAP. XIV.

Sobria & pulcherrima Romuli regis reſponſio circa vini uſum.

SIMPLICISSIMA ſuavitate & rei & orationis [1] L. Piſo Frugi uſus eſt in

1 *L. Piſo Frugi*] Vide libri VI caput 9. Annales ejus exiliter ſcriptos fuiſſe teſtatur Cicero in Bruto.

in primo annali, [2] quum de Romuli regis vita atque victu scriberet. Ea verba, quæ scripsit, hæc sunt: *Eumdem Romulum dicunt ad cœnam vocatum, ibi non multum bibisse, quia postridie negotium haberet. ei dicunt: Romule, si istuc omnes homines faciant, vinum vilius sit. is respondit:* [3] *imo vero carum, si quantum quisque volet, bibat: nam ego bibi quantum volui.*

2 *Quum de R. r. vita atque victu*] Mem. Pet. *cum Romuli regis vitam atque victum scriberet.* Lugd. min. *cum Romuli r. vita atque victu scrib.* Lambecius annotavit nescio unde: *in primo annalium de Romuli regis vita atque victu. Ea verb.* Gronov.

3 *Imo vero carum*] Recte dixit. Multi enim, si pro libitu biberent, large genio indulgerent. Sed quosdam nunc inopia cohibet, quosdam parcimonia, vel avaritia. Badius infringere hanc rationem Romuli nititur: si enim, inquit, omnes fecissent, quod ille, vilius vinum fuisset, quia parum bibissent. Sed hoc non voluit Romulus, sed uti omnes pro lubidine biberent.

CAP. XV.

De ludibundo *&* errabundo, *atque id genus verborum productionibus: & quod Laberius sic* amorabundam *dixit, ut dicitur* ludibunda *&* errabunda: *atque inibi, quod Sisenna per hujuscemodi verbum nova figura usus est.*

LABERIUS [1] in *lacu Averno* mulierem amantem [2] verbo inusitatius facto, [3] *amorabundam* dixit. id verbum Cæsellius Vindex in commentario lectionum antiquarum [4] ex figura scriptum dixit, qua *ludibunda, ridibunda & errabunda* dicitur, *ludens & ridens & errans.* [5] Terentius autem Scaurus, divi Hadriani temporibus grammaticus vel nobilissimus, inter alia quæ de Cæsellii erroribus composuit, in hoc quoque verbo errasse eum scripsit; quod idem esse putaverit, *ludens & ludibunda, ridens & ridibunda, errans & errabunda. nam ludibunda*, inquit, *& ridibunda, & errabunda ea dicitur, quæ ludentem vel ridentem vel errantem* [6] *agit aut simulat.* Sed qua ratione Scaurus adductus sit, ut Cæsellium

1 *In lacu Averno*] Titulus hic libri, vel fabulæ, dictus à noto lacu Campaniæ, Plutoni sacro.

2 *Verbo inusitatius facto*] Hoc Stephani est, nam priores *ficto*; nec ullam varietatem deprehendi in Mss. An non habes in cap. 16 *Aut si etiam vellem fingere* &c.? Et 12, 10. *Quod alterum* verbum *sit recenti novitate fictum.* Gronov.

3 *Amorabundam*] Hoc vocabulum frustra apud alios antiquos auctores reperies. Denotat amoribus deditam. Ita alibi dicit Gellius *saltabundus, cunctabundus, indignabundus*, etiam *mare undabundum* lib. 2 cap. 30. apud Tacitum *concionabundus.* Sed hæc à verbis derivantur. Ita dicendum foret ab inusitato *amorari*, *amorabundam* derivari.

4 *Ex figura*] Reg. & Lugd. maj. *ea figura*, quod placebat patri, ut verum est, nisi ex fine capitis reponi placet utrumque *ex ea figura.* In iisdem erat *in commentario electionum.* Tum & Reg. *inter illa quæ.* Cæterum an non scripsit Gellius *ex ea figura dictum scripsit?* Gronov.

5 *Terentius autem Scaurus*] Cujus præter alios sæpe meminit Diomedes: vixit hic, ut Auctor noster testatur, temporibus Adriani. Pater fuit Scauri grammatici, qui præceptor fuit Ælii Veri, ut scribit Capitolinus in Veri vita. Libri veteres tamen ibi præferunt non *Scaurum*, sed *Scaurinum.* Qui Scaurinus Scauri filius fuit, atque alium filium habuit; nomine Scaurinum, præceptorem Alexandri Severi, ut Lampridius memoriæ reliquit.

6 *Agit aut simulat*] Priscianus libro quarto ita in-

lium in eo reprehenderet, non hercle reperiebamus. non est enim dubium, quin hæc genere ipso duntaxat idem significent, quod ea demonstrant, à quibus producuntur. quid esset autem ludentem agere vel imitari; [7] non intelligere videri maluimus, quam insimulare eum tamquam ipsum minus intelligentem. Quin magis Scaurum oportuit commentaria Cæsellii criminantem, [8] & hoc ab eo præteritum requirere, quod non dixerit, an quid & quantulum differret à *ludibundo ludens*, & *ridibundo ridens*, & *errabundo errans*, [9] cæteraque eorum similia; an à [10] principalibus verbis paulum aliquid distarent, & quam omnino vim haberet particula hæc extrema ejusmodi vocabulis addita. Hoc enim fuit potius requirendum in istiusmodi figuræ tractatu, sicuti requiri solet in *vinolento* & [11] *lutulento* & *turbulento*, vacuáne & inanis sit ista hæc [12] productio, cujusmodi sunt, quæ [13] παραγωγὰς Græci dicunt; an extrema illa particula habeat aliquid suæ propriæ significationis. Quum reprehensionem autem illam Scauri notaremus, in memoriam nobis rediit, quod [14] Sisenna in quarto historiarum ejusdem figuræ verbo ita usus est: *Populabundus*, inquit, *agros ad oppidum pervenit.* quod scilicet significat, quum agros popularetur; non, ut Scaurus in consimilibus verbis ait, quum populantem ageret vel quum imitaretur. Sed inquirentibus nobis, quænam ratio & origo esset hujuscemodi figuræ, *populabundus*, & *errabundus*, & *lætabundus*, & *ludibundus*, multorumque aliorum id genus verborum, [15] εὐεπιβόλως [a] hercle [16] Apollinaris noster sibi videri ait,

a *Rectè, ingeniosè.*

inquit: *in bundus desinentia similitudinem habere significant: ut vitabundus, similis vitanti; prædabundus similis prædanti; moribundus similis morienti, errabundus, similis erranti, furibundus similis furenti.* Et paulo post: *Excipitur alternitatis causa, Rubicundus, quod in penultima syllaba pro* b, c *habuit, ne sit absonum, si rubibundus dicatur.* Similia tum alibi, tum decimo Æneidos Servius scribit, cum dicit, *moribunda, morienti similis.* Vide Laurentium Vallam lib. 1. Eleg. cap. 9.

7 *Non intelligere*] Utique tamen non difficile hoc intellectu.

8 *Et hoc ab eo præteritum*] Copulativa nec est in editionibus ante Stephanum, nec in Mss. *Gronov.*

9 *Cæteraque horum similia*] Reg. & Lugd. maj. *cætera quæ horum sunt similia.* Idem.

10 *Principalibus*] Vett. editt. habent *participialibus.* Thys. Id ipsum notavit quoque Pater ex Schedis Lugdun. quum in Scheff. extaret *participalibus.*

11 *Lutulento*] Vett. editt. habent, *luculento.*

12 *Productio*] Extrema terminatio.

13 Παραγωγὰς] Interpres Græcarum vocum Gellii, vertit *deductiones; derivationes.* Potius verte *terminationes*, cum aliquid fini vocabuli additur. *Thys.* Ms. Reg. *quæ παραγωγὰς dicunt.*

14 *Sisenna*] Vid. lib. 9 c. 14. prætorius fuit, ut ex Corneliana Ciceronis & Asconio liquet. Sæpe ejus historia citatur à Nonio.

15 Εὐεπιβόλως] Aliter ἐπιβόλως. Thys. Contra Mss. in quibus omnibus exstat decompositum hoc, quod propterea laudabiliter ab Stephano restitutum est, quod & confirmat & explicat ex Suida in Thesauro: certe prorsus totidem literis exstat in cod. Regio (etsi inde Lambecius notaverit *enpibolos*] Pet. Mem. Lugd. utroque, Lincoln.

16 *Apollinaris noster*] Sulpitius Apollinaris grammaticus. Atque hic idem est, qui Pertinacis postmodum præceptor fuit. nec enim potest ejus esse filius. Pertinax enim sub Marco nomen habuit, & sub eodem Sulpitius fuit magni nominis.

ait, particulam istam postremam, in quam verba talia exeunt, [17] vim & copiam & quasi abundantiam rei, cujus id verbum esset, demonstrare; ut *lætabundus* is dicatur qui abunde lætus sit, & *errabundus* qui longo atque abundanti errore sit: cæteraque omnia ex ea figura ita dici ostendit, ut productio hæc & extremitas largam & fluentem vim & copiam declararet.

17 *Vim & copiam*] Idem hæc nomina significant, quod participia verborum frequentativorum, quando ea in usu non sunt.

CAP. XVI.

[1] Quod Græcorum quorundam verborum difficillima est in Latinam linguam mutatio, velut quod Græce dicitur πολυπραγμοσύνη.

ADJECIMUS sæpe animum ad vocabula rerum non pauciſſima, quæ neque singulis verbis, ut à Græcis, neque, si maxime pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucide tamque apte demonstrari Latina oratione possunt, quam Græci ea dicunt [2] privis vocibus. Nuper etiam quum allatus esset ad nos Plutarchi liber, & ejus libri indicem legissemus, qui erat [3] περὶ πολυπραγμοσύνης; percunctanti cuipiam, qui & literarum & vocum Græcarum expers fuit, cujusnam liber, & qua de re scriptus esset; nomen quidem scriptoris statim diximus: rem, [4] de qua scriptum fuit, dicturi hæsimus. Ac tum quidem primo, quia non satis commode opinabar interpretaturum esse, si dicerem [5] librum scriptum esse de negotiositate, aliud instituī apud me exquirere, quod, ut dicitur, verbum de verbo expressum esset. Nihil erat prorsus, quod aut meminissem legere me; aut, si etiam vellem fingere, quod non insigniter asperum [6] absurdumque esset, si ex multitudine & negotio verbum unum compingerem: sicuti [7] *multijuga* dicimus & *multicolora* & *multiformia*. Sed non minus illepide ita diceretur, quam si interpretari voce una velis [8] πολυφιλίαν, aut πολυλογίαν, aut πολυσαρκίαν. Quamobrem quum

1 *Quod*] Forsan, *quo*.

2 *Privis vocibus*] Singulis vocibus, vel uno verbo.

3 Περὶ πολυπραγμοσύνης] Est hoc sollicitudo de multis negotiis nihil ad nos pertinentibus. Qui tali vitio laborant, ardeliones Latinis vocantur, qui omnibus negotiis se immiscent, & omnia agunt, nihilque perficiunt. Vide Martialis lib. 2 Epigr. 7. & lib. 4. Epigram. 79.

4 *De qua scriptum fuit*] Et cur non *scriptus?* Gronov.

5 *Librum scriptum esse*] Vox postrema non est in cod. Regio.

6 *Absurdumque esset*] Mirum, unde in priores editiones venerit *absurdum durumque esset*, & abjectum demum ab Stephano. Certe in nullo id apparet ex Mss. nostris.

7 *Multijuga*] Vett. editt. *multijugia dicimus & multicoloria*. Thys. Utrumque contra Mss.

8 Πολυφιλίαν &c.] Uno verbo quis vertere possit, *socialitatem* (nisi *amicitiam multifariam* dicere oporteat) *versutiam*, vel si ita loqui fas sit, *versatilitatem* & *corpulentiam*. Thys. Poterat addere sibi suppeditatas esse has voces ab Phil. Carolo.

9 *Tum*

quum diutule tacitus in cogitando fuissem; respondi tandem, non videri mihi significari eam rem posse uno nomine: & idcirco juncta oratione, quid vellet Græcum id verbum, pararam dicere. ad multas igitur res adgressio, earumque omnium rerum actio, πολυπραγμοσύνη, inquam, Græce dicitur, de qua hunc librum compositum esse inscriptio ista indicat. [9] Tum ille opicus verbis meis inchoatis & inconditis adductus, [10] virtutemque esse πολυπραγμοσύνην ratus, Hortatur, inquit, nos profecto nescio quis hic Plutarchus ad negotia capessenda & ad res obeundas plurimas cum industria & celeritate: nomenque ipsius virtutis, de qua loquuturus esset, libro ipsi, sicuti dicis, non incommode præscripsit. Minime, inquam, vero: neque enim ista omnino virtus est, cujus Græco nomine argumentum hoc libri demonstratur; neque id, quod tu opinare, aut ego me dicere sentio, aut Plutarchus facit. deterret enim nos hoc quidem in libro, quam potest maxime, [11] à varia promiscaque & non necessaria rerum cujuscemodi plurimarum & cogitatione & petitione. sed hujus, inquam, tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obscurissime dicere, quod à Græcis perfectissime uno verbo & planissime dicitur.

9 *Tum ille opicus*] Rudis, imperitus. Vide lib. 2 cap. 21. Vett. ed. habent *opicis verbis*.

10 *Virtutem esse πολυπραγμοσύνη, Hortatur*] Vett. editt. *virtutem quidem*. C. Torn. *virtutemque*. Thys. Certe hic locus perperam administratus fuit. Nam id quod esse dicitur in cod. Torn. est etiam in Reg. Pet. Mem. Lugd. maj. Lincoln. Sed in Lugd. min. est *virtutem qui esse* totidem literis. Sed insuper ante *hortatur* habet Reg. Lugd. maj. *iratus*. Hinc egregie patri patuit corrigendum supplendumque esse *virtutemque esse πολυπραγμοσύνην ratus, Hortatur, inquit*. &c. quod plane nunc exprimendum putavi. *Gronov*.

11 *A varia*] Primæ vett. editt. legunt, *ab avaritia*. Thys. Etiam sic Mss. Sed apparet clarissimum mendum.

CAP. XVII.

Quid significet in veteribus prætorum edictis, [1] *quod flumina retanda publice redemta habent.*

EDICTA veterum prætorum, sedentibus forte nobis [2] in bibliotheca templi Trajani, & aliud quid requirentibus, quum in manus incidis-

1 *Quod flumina retanda*] Omnino scribi oportuit *Qui*, prout mox in ipso edicto legitur. Et sane sic in collectione capitum edidit Stephanus pag. 563, quum pag. 299 retineret *quod*. In Mss. Regio & S. Marci est *qd*, ita ut postremæ literæ superiorem partem transversa linea trajiciat. *Gronov*.

2 *In bibliotheca templi Trajani*] Hæc eadem à gentili Principis nomine *Ulpia* Vopisco appellatur. Arbitratur Lipsius primo in foro Trajani sitam fuisse, deinde in collem Viminalem translatam atque Thermas Diocletiani exornasse. Vopiscus in Probo: *Usus autem sum præcipue libris ex Bibliotheca Ulpia, ætate mea Thermis Diocletianis*. Idem de eadem Bibliotheca in vita Taciti Imperatoris: *Ac ne quis me Græcorum alicui vel Latinorum existimet temere credidisse, habet bibliotheca Ulpia in Armario*

cidissent, legere atque cognoscere libitum est. Tum in quodam edicto antiquiore ita scriptum invenimus; QVI. FLVMINA. RETANDA. PVBLICE. REDEMTA. HABENT. SI. QVIS. EORVM. AD. ME. [3] EDVCTVS. FVERIT. QVI. DICATVR. QVOD. EVM. EX. LEGE. LOCATIONIS. FACERE. OPORTVERIT. NON. FECISSE. *Retanda* igitur quid esset quærebatur. dixit ibi quispiam nobiscum sedens amicus meus, in libro se [4] Gavii de origine vocabulorum [5] septimo legisse [6] *retas* vocari arbores, quæ aut ex ripis fluminum [7] eminerent, aut in alveis eorum exstarent, appellatasque esse à retibus, quod prætereuntes naves impedirent & quasi [8] irretirent: idcircoque sese arbitrari [9] *retanda* flumina locari solita esse, id est, purganda: ne quid aut moræ aut periculi navibus in ea virgulta incidentibus fieret.

rio sexto librum Elephantinum, in quo hoc Sc. perscriptum est: cui Tacitus ipse manu sua subscripsit. Thys. Quod ipsum credunt quoque Alexander Donatus & Fam. Nardinus.

3 *Eductus fuerit*] Ita habent Mssti nostri omnes, unde ita videtur Stephanus correxisse, quum antea ederetur *adductus*. *Gronov.*

4 *Gavii*] Intelligit Gabium (Macrobius nominat Gavium) Bassum. vide lib. 2 cap. 4. Vett. editt. habent *Caji*.

5 *Septimo*] Delet Bourdelotius ex MS. IV. videtur legi in C. Torn. quamvis sæpe ita scribit V. ut affine sit duobus II. Itaque legi potest VII. *Thys.* Equidem à solo Regio abest hæc vox, quum in aliis legatur.

6 *Retas vocari arbores*] Nulla harum arborum apud alios antiquos auctores, quod sciam mentio. Qualescunque autem arbores vel frutices intelligit, quæ ex ripis eminent, vel etiam virgulta, & arundines in ripis provenientes. Belgæ nostri *vitas* adhuc hodie aquaticas arundines vocant. *Thys.* Id notavit jam Ascensius de Flandris.

7 *Eminerent*] Primæ vett. editt. *corruerent*.

8 *Irretirent*] Vett. editt. *retinerent*.

9 *Retanda flumina*] *Retanda* à reti ita appellantur, non quod retæ vel virgulta *prætereuntes naves impedirent*, *vel irretirent*, ut Gellius noster loquitur, atque iis flumina purgarentur, sed quod reti ipsæ illuvies & virgulta navigationem impedientia ex fluminibus extraherentur, ipsique alvei fluminum purgarentur.

CAP. XVIII.

Qua pœna Draco Athenienſis in legibus, quas populo Athenienſi ſcripſit, fures affecerit, & qua poſtea Solon, & qua item Decemviri noſtri, qui duodecim tabulas ſcripſerunt: atque inibi adſcriptum, quod apud Ægyptios furta licita & permiſſa ſunt, apud Lacedæmonios autem cum ſtudio quoque affectata & pro exercitio utili celebrata; ac præterea M. Catonis de pœniendis furtis digna memoriâ ſententia.

DRACO Athenienſis vir bonus multaque esse prudentia existimatus est, jurisque divini & humani peritus fuit. Is Draco leges, quibus Athenienses uterentur, primus omnium tulit. In illis legibus furem, cujus modi cumque furti, supplicio capitis pœniendum esse, & alia pleraque nimis severe censuit sanxitque. Ejus igitur leges, quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto jussoque, sed [1] tacito illiteratoque

1 *Tacito &c. Athenienſium conſenſu*] Scribit tamen Plutarchus in Solone, Solonem Draconis leges ob

toque Athenienſium conſenſu obliteratæ ſunt. poſtea [2] legibus aliis mitioribus à Solone compoſitis uſi ſunt. Is Solo ex ſeptem illis inclutis ſapientibus fuit. is ſua lege in fures, non, ut Draco antea, mortis, ſed [3] dupli pœna vindicandum exiſtimavit. Decemviri autem noſtri, qui poſt reges exactos leges, quibus populus Romanus uteretur, in duodecim tabulis ſcripſerunt, neque pari ſeveritate in pœniendis omnium generum furibus, neque remiſſa nimis lenitate uſi ſunt. Nam furem, qui manifeſto furto prenſus eſſet, tum demum occidi permiſerunt, ſi aut, quum faceret furtum, [4] nox eſſet, aut interdiu telo ſe, quum prenderetur, defenderet. Ex cæteris autem manifeſtis furibus liberos verberari [5] addicique juſſerunt ei, cui factum furtum eſſet, ſi modo id luci fecisſent, neque ſe telo defendisſent: ſervos item furti manifeſti prenſos verberibus affici & [6] è ſaxo præcipitari, [7] ſed pueros impubes

ob aſperitatem & atrocitatem cunctas reſcidiſſe, præterquam quæ latæ eſſent de Sicariis.

2 *Legibus aliis mitioribus*] Quædam tamen etiam duriores fuerunt; nam Solonis quoque lex fuit, ut ex Demoſthenis Timocratea liquet, ſi quis ſupra quinquaginta drachmas furtum feciſſet, ad undecimviros raperetur, & morte multaretur. ſi quis item ex gymnaſiis veſtem vel etiam rem minimam ſurripuiſſet, aut ex balneo vel portu, quod excedat decem drachmarum æſtimationem, capitale erat. item manifeſti ſacculariis eadem pœna afficiebantur, ut Xenophon lib. 1. Ἀπομνημον. & Æſchines contra Cteſiph. teſtantur. Si quis tolleret, quod non poſuerat, capitale erat, ut teſtatur Diogenes Laërtius his verbis, α μὴ ἔθε, μὴ ἀνελε. εἰ δὲ μη, θανατος ἡ ζημία, in via nimirum publica. Similem tamen legem etiam Judæis tribuit Joſephus in Antiq. Jud. gravemque pœnam fuiſſe affirmat. Præterea aliæ quoque leges duriores fuerunt, ut illa, *ſi quis oculum alterius excuſſerit, duobus oculis privator*. Ad cujus legis iniquitatem reſpexit quoque Ariſtoteles lib. 1. Rhetor. cap. 7. Ebrietas quoque unius ex Archontibus capitalis erat. Si quis alterutri parti in ſeditione civitatis ſe non adjunxiſſet, ille in exilium mittebatur, ut Gellius noſter lib. 2 c. 12. teſtatur. ἄτιμον, id eſt, *infamem* fuiſſe ſcribit Plutarchus, capitalem pœnam ſancitam Cicero affirmat. vide ſupra.

3 *Dupli pœna*] Quædam editt. *duplici*. Cæterum hoc quoque addendum eſt ex Demoſthene adverſum Timocratem, dupli teneri furem, ſi recepiſſet dominus; decupli autem, ſi non receperit, & ſi Eliaſtæ videatur, condemnari poſſe, ut per quinque dies & noctes compedibus ſtringatur. Verba Demoſthenis hæc ſunt. ὅτι ἐὰν τὶς ἀπολέσῃ, ἐὰν μὲν αὐτὸ λάβῃ, τὴν διπλασίαν καταδικάζειν; ἐὰν δὲ μὴ, τὴν δεκαπλασίαν πρὸς τοῖς ἐπαιτίοις, δεδέσθαι δ' ἐν τῇ ποδοκάκῃ τὸν πόδα πενθ' ἡμέρας, καὶ νύκτας ἴσας, ἐὰν προτιμήσῃ ὁ Ἡλιαία. Quid ſit autem ποδοκάκη, docet Heſychius & Harpocration, nimirum ξύλον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Etiam fures, qui dupli condemnabantur, vinculis ſtringebantur ignominiæ cauſa teſte eodem Demoſthene. *Thyſ.* Hæc verba ſic citantur ab Bocharto in Hierozoic. l.b. 11 cap. 40, ut quum inducat ſcribentem *duplici pœna*, ipſe addat legendum *dupli*. Hinc in iſto magno corpore aliquoties conſpicitur *Gellius emendatus*. Nonne id præclarum? Neque enim potuit neſcire ita jam fuiſſe editum ab Stephano; aut ſi neſcivit, vitioſe commiſit ſua ſtudia veteri editioni. *Gronov.*

4 *Nox eſſet*] Verba ipſius legis de fure nocturno prodidit Macrobius iſta: SEI. NOX. FURTUM. FACTUM. ESIT. SEI. IM. SUCCISIT. IOURE. CAISUS. ESTO. De fure diurno & nocturno ita loquitur JC. Cajus in l. 4. §. 1. D. ad L. Aquil. *Lex* XII. *tab. furem noctu deprehenſum occidere permittit, ut tamen id ipſum cum clamore teſtificetur. Interdiu autem deprehenſum permittit occidere, ſi is telo ſe defendat; ut tamen æque cum clamore teſtificetur.* De diſtinctione nocturni & diurni furis, & quænam potiſſimum ratio fuerit apud Hebræos, Athenienſes, Romanos, vide Hugonem Grotium lib. 2. de Jur. Bell. & pac. cap. 1. §. 12.

5 *Addicique juſſerunt*] In ſervitutem.

6 *E ſaxo præcipitari*] E ſaxo Tarpeio. Appian. tamen l. 1. de Bel. Civili liberos homines tali ſupplicio affectos ſcribit.

7 *Sed pueros impuberes*] Ita reſpondit quoque Ulpianus in l. 23. D. de Furtis: *Impuberem furtum facere poſſe ſi jam doli capax ſit, Julianus libro vi-*

impuberes prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxamque ab his factam sarciri. Ea quoque furta, [8] quæ per lancem liciumque concepta essent, proinde ac si manifesta forent, vindicaverunt. Sed nunc à lege illa decemvirali discessum est. nam si qui super manifesto furto [9] jure & ordine experiri velit, actio in quadruplum datur. *Manifestum* autem *furtum est*, [10] ut ait Massurius, *quod deprehenditur dum fit. faciendi finis est quum perlatum est, quo ferri cæperat.* Furti concepti, item oblati, tripli pœna est. Sed [11] quod sit *oblatum*, quod *conceptum* & pleraque alia ad eam rem, ex egregiis veterum moribus accepta, neque inutilia cognitu neque injucunda qui legere volet, inveniet Sabini librum, cui titulus est, *de furtis.* in quo id quoque scriptum est, quod vulgo inopinatum est, non hominum tantum neque rerum moventium, quæ [12] efferri occulte & surripi possunt, sed fundi quoque & ædium fieri furtum: condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito, possessione ejus dominum intervertisset. Atque id etiam, quod magis inopinabile est, Sabinus dicit furem esse hominis judicatum, qui [13] quum fugitivus præter oculos forte domini iret, obtentu togæ, tamquam se amiciens ne videretur à domino obstitisset. Aliis deinde furtis omnibus, quæ nec manifesta appellantur, pœnam imposuerunt dupli. Id etiam memini legere me in libro [14] Aristonis jureconsulti, haud

cesimo secundo digestorum scripsit. Item posse cum impubere damni injuria agi, quia id furtum ab impubere fit. Sed modum esse adhibendum ait. Nam in infantes id non cadere nos putamus, cum impubere culpæ capace Aquilia agi posse. Respondit quoque Paulus in l. 108. de R. I. *Fere in omnibus pœnalibus judiciis, & ætati, & imprudentiæ succurritur.*

8 *Quæ per lancem liciumque concepta sunt*] Audi Festum grammaticum: *Lance & licio dicebatur apud antiquos; quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiæ aut virginum præsentiam.* Hunc autem morem Romani ab Atheniensibus accepere; apud quos, qui res furtivas quærebant, nudi cincticulo amicti ædes suspectas intrabant, cum prius Deos essent contestati se inveniendi spe quærere; si invenissent, is apud quem quærebatur, multabatur. Rationem reddit Scholiastes Aristophanis in Nubibus, quare nudi ædes ingrederentur, ne quid forte vestibus conditum inferrent, dominoque ædium falsum crimen objectare possent. Lance autem ante oculos utebantur, quia non licebat viro externo intrare γυναικωνίτιδα, ne corrumpendi fœminas potius quam furti concipiendi causa ingressus videretur. *Concepti* autem, ut Paulus testatur 2. Sent. 31. *is tenetur, apud quem furtum quæsitum & inventum est.* Item, *concepti is agere potest, qui rem concepit & invenit.*

9 *Jure & ordine*] Civiliter & ordinario modo, non criminaliter & extraordinarie.

10 *Ut ait Massurius*] Sabinus, quem aliquoties Auctor noster alibi citavit.

11 *Quod sit oblatum, quod conceptum*] Justinianus de oblato Inst. de Oblig. quæ ex del. §. 4. ita loquitur: *Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit; utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum qui dedit conciperetur. nam tibi, apud quem concepta sit, propria adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati.*

12 *Efferri*] Cod. Torn. *auferri.* & ita quoque vett. editt.

13 *Quum fugitivus*] Furti enim tenentur, cujus ope & consilio furtum factum est. Vide l. 52. §. 13. D. & §. 11. Inst. de Furt. ubi similes casus proponuntur. Sabinus tali casu etiam in factum dari actionem posse affirmat. l. 27. §. 21. Ad. L. Aquiliam.

14 *Aristonis jureconsulti*] Hic aliquoties in Pandectis citatur. Qualis fuerit doctrinæ, & virtutis,

haud quaquam indocti viri: [15]apud veteres Ægyptios, quod genus hominum constat & [16]in artibus reperiendis sollertes exstitisse, & in [17]cognitione rerum indaganda sagaces, furta omnia fuisse licita & impœnita. Apud Lacedæmonios quoque, sobrios illos & acres viros, cujus rei non adeò ut Ægyptiis fides longinqua est, [18]non pauci neque ignobiles scriptores, qui de moribus legibusque eorum memorias condiderunt, jus atque usum fuisse furandi dicunt, idque à juventute eorum, [19]non ob turpia lucra, neque ad sumtum libidini præbendum, comparandamve opulentiam, sed [20]pro exercitio [21]disciplinaque rei bellicæ factitatum: quòd & furandi sollertia & assuetudo acueret firmaretque animos adolescentium, & ad insidiarum astus, & ad vigilandi tolerantiam [22]& ad obrependi celeritatem. Sed enim M. Cato in oratione, quam de præda militibus dividunda scripsit, [23]vehementibus & illustribus verbis de impunitate peculatus atque licentia conqueritur. ea verba, quoniam nobis impensè placuerunt, adscripsimus: *Fures*, inquit, *privatorum furtorum* [24]*in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura.* Quàm castè autem ac religiosè à prudentissimis viris quid esset *furtum* definitum sit, prætereundum non puto; ne quis eum

tutis, elogium lucusentum Plinii ostendit Epist. lib. 8.

15 *Apud veteres Ægyptios*] Tolerabantur apud eos furta, sed certa conditione. Lege enim cautum, ut, qui furtis operam dare cupiunt, apud principem furum nomen suum profiterentur, atque ad illum cuncta furto surrepta deferrent; Si quis autem furto quædam amisisset, indicabat illi præposito, atque sua facile recuperabat, ita tamen ut quadrantem bonorum æstimatorum persolveret. Vide Diodorum Siculum lib. 1. Biblioth. c. 80.

16 *In artibus reperiendis sollertes*] Res notissima & passim testata in sacris libris gentiliumque, unde velut epitome faciens serus auctor expositionis totius mundi ab Jac. Gothofredo editæ scribit in certamine sapientiæ inter Ægyptios & Græcos, utris principatus deberetur, argutiores & perfectiores Ægyptios inventos esse.

17 *Cognitione*] Aliter, *cogitatione*. Thys. Idque est in Regio.

18 *Non pauci neque ignobiles scriptores*] Quos citat & materiam hanc Gellii explanat doctissimus Nic. Cragius de republ. Lacedæm. III, 12.

19 *Non ob*] Cod. Torn. *non ad*. Thys. Etiam Regius, etiam Scheff.

20 *Pro exercitio disciplinaque*] Tota Respubl. Laconum ad rem militarem erat composita; ac major laus censebatur furtim & per dolum hostem superare quam aperto marte; majorem etiam victimam immolatam ab eo qui per dolum victor fuisset, scribit Plutarchus in Marcello. Hæc itaque privata astutiæ militaris judicabant esse præludia.

21 *Disciplinaque rei bellicæ*] Non infero his verbis litem ab Mstorum codicum tanto numero & per omnes editiones probatis. Scias tamen licet in libro Thuaneo me invenisse *disciplinaque R. P.* quod notat *reipublicæ*, in qua continetur simul civilis, simul bellica ratio, ut civitas illa putaverit è commodo suo esse juniores ita agere. Et sane quæ sequuntur, non bellicæ tantum rationis sunt, sed & urbanæ, ubi etiam locus insidiarum exoritur perinde ut in bello. In eodem codice exstabat quoque non *assuetudo* in reliquis libris firmata, sed tantum *assueto*, quasi innueret *assuetio*. Gronov.

22 *Et obrependi cel.*] Membrana Regia pergit eodem tenore *& ad obrependi cel.* quod est Gellianum, & tam supra, quam infra restitui. *Idem.*

23 *Vehementius*] Cod. Torn. & vett. editt. *vehementibus*. Thys. Est error haud dubie typographorum in Stephaniana, unde processit. Scias tamen ita exhibuisse codicem Memmianum, in quo codice sunt plura vel singularia vel absurda. *Gronov.*

24 *In nervo atque in compedibus*] Vide hæc illustrantem Salmasium de modo Usurarum cap. XVIII. *Id.*

eum solum furem esse putet, qui occultè tollit, aut clàm surripit. Verba sunt Sabini ex libro juris civilis secundo: *Qui alienam rem attrectavit, quum id se invito domino facere judicare deberet, furti tenetur.* Item alio capite: *Qui* [25] *alienum tacens lucri faciundi causa sustulit, furti obstringitur, sive scit cujus sit, sive nescit.* Hæc quidem sic in eo, quo nunc dixi, Sabinus scripsit de rebus furti faciendi causa attrectatis. Sed meminisse debemus, secundùm ea, quæ supra scripsi, furtum sine ulla quoque attrectatione fieri posse, [26] sola mente atque animo, ut furtum fiat, annitente. quocirca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti sit condemnandus, qui servo suo, uti furtum faceret, [27] imperavit.

25 *Alienum jacens*] Vett. editt. male *tacens*. Intelligit, quod alter perdiderat, vel ut postea auferret in via vel alibi posuerat. Qui tale quid invenerat, indicare debebat *invenisse se illud & illud, redditurum ei, qui desideraret.* Verba hæc eadem occurrunt apud Ulpianum libro quadragesimo primo ad Sabinum, a quo mutuatus fuisse videtur. in l. *falsus creditor* 43. §. *qui alienum* 4. D. de Furt. Solonis similem legem capitalem fuisse scribit Laërtius in Solone. *Thys.* An hoc intellexerit, nescio. Id scio verbum *sustulit* posse referri etiam ad ea, quæ non jacent. Neque vel unus codex MSS. probat illud Stephani *jacens*; sed in omnibus est *tacens*, quod ut necessarium repetivi. Debuit enim, qui aliquid sustulit, præsertim lucri sui causa, indicare & vel rogare quemcunque, si liceret tollere, vel dicere se tollere aut sustulisse. *Gronov.*

26 *Sola mente atque animo*] Nonne ipsum Homericum? Iliad. α. Μηδ' ὅτως ἀγαθός περ ἐὼν, θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, Κλέπτῃς νόῳ. Quam tamen alte tollantur hæc verba, videre licet ex Pricæi notis ad Evangelium Matthæi 5, 18, ad quod fastigium ego ista nequaquam evexerim. *Gronov.*

27 *Imperavit*] Vide l. qui servo 36. §. 1. D. de Furt. In fine hujus capitis in quodam MS. legitur EXPLICIT lib. XII. *Thys.* Atqui sic fere in omnibus, ex modo, quem supra indicavimus.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER DUODECIMUS.

CAPUT I.

Dissertatio Favorini philosophi, qua suasit nobili feminæ, ut liberos, quos peperisset, [1] *non nutricum adhibitarum, sed suo sibi lacte aleret.*

1 *Non nutricum adhibitarum*] Vix assequaris, unde id venerit in omnes editiones & libros scriptos, exceptis solis membranis Regiis, in quibus est *aliarum*, quod longe præferas. Neque enim verbum *adhibere*, quod mox occupat satis commode, huc recte transfertur. *Gronov.*

2 *Puer-*

NUNCIATUM quondam est Favorino philosopho, nobis præsentibus, uxorem auditoris sectatorisque sui paululum ante enixam auctumque eum esse nato filio. Eamus, inquit, & [2] puerperam visum & patri gratulatum. Is erat loci senatorii ex familia [3] nobiliore. Imus unà, qui tum aderamus: prosecutique eum sumus ad domum quò pergebat; & cum eo simul introgressi sumus. Tum in primis ædibus complexus hominem congratulatusque assedit; atque [4] ubi percunctatus est, quàm diutinum puerperium & quàm laborioſi nixus fuissent, [5] puellamque defessam labore ac vigilia somnum capere cognovit; [6] fabulari instituit prolixiùs: &, Nihil, inquit, dubito, quin filium lacte suo nutritura sit. [7] Sed quum mater puellæ parcendum esse ei diceret, adhibendasque puero nutrices, ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoque nutricationis grave ac difficile accederet: Oro te, inquit, mulier, sine eam [8] totam integram esse matrem filii sui. quod est enim hoc contra naturam imperfectum atque dimidiatum matris genus, peperisse, ac statim ab sese abjecisse? aluisse in utero sanguine suo [9] nescio quid, quod non videret: non

2 *Puerperam visum*] Res ipsa dictat ob somnum non vidisse: an si vigilasset, visurus fuisset, & mos fuerit admittendi ad puerperas viros complures visum venientes, dubito. Præclare mihi videtur in Regio scribi *& puerum visum*. Idem.

3 *Nobiliore*] Vel patricia, vel simpliciter nobili. Neque enim omnes nobiles vel senatorii ordinis erant patricii. Vide supra x, 20. *Thys.* Recte, sed valde sera Romæ ætate id observatur. Sic autem edere cœpit Stephanus ex Mss. quum antea legerent *nobiliori*. Fere putes scripsisse *Nobiliorum*, hoc est, ex familia gentis Fulviæ. *Gronov.*

4 *Ubi percunctatus est*] Aliter, *ibi percontatus est*. Aldina editio omittit *ibi*. Thys. Bourdelotius in Badiana annotavit, quasi τὸ *ibi* non esset in aliquo MS. quum in eis, quos habeo aut novi, exstet. Sed istud *ubi* protulit pater ex sua emendatione, quem sequutus Thysius, utpote quum sit necessarium. *Gronov.*

5 *Puellam*] Mulierem adhuc juvenculam. post *puellamque* legit Stephanus, *ubi*, vel *postquam*. Thys. At quomodo Stephanus ita potuit legere, quod ante eum habent satis multæ editiones? Licet enim omiserit Aldus & in suis Sebast. Gryphius & Cervicornus: non sane etiam Antonius Gryphius, non Hieronymus de Marnef. Cæterum non est in Mss. ut merito omittatur. Sane pag. 153 in notis agit Stephanus arroganter satis, quasi ipse primus istud *ubi* excitaret. *Gronov.*

6 *Fabulari instituit prolixius*] Locus hic vehementer in animo fuit clarissimo viro, cujus nuperam mortem lugemus, ut in Notis & ad Suetonii Vitellium & Epistolas Ciceronis ad Familiares moneret sibi videri legendum *institit*. Opinor semel dixisse satis fuerat. Scilicet quia viderat aliquid in notis paternis ad Livium 28 cap. ult. Sed male progreditur. Scias igitur codices veteres omnes consentire in eam lectionem, quæ obtinet. *Gronov.*

7 *Sed quum mater puellæ parcendum esse ei diceret*] Non Regius, non Lugd. major, agnoscunt illud *quum*, voculam *ei* Lincoln. Videtur Gellii scriptura fuisse: *Sed mater puellæ parcendum esse dicere, adhibendasque puero nutrices, ne ad dolores q. i. e. t. m. q. n. g. a. difficile accederet. Oro te, inq.* Id.

8 *Totam integram*] Badius legit *totam integramque*. Thys. Alii *totam ac integram*. Unde valide confirmatur scriptura vetus in Augusti epistola apud Suetonium in Claudio cap. 4. *Nam si est ἀρτιος, ut ita dicam, ὁλόκληρος*, contra Casaubonum mutantem *&, ita dicam*, & Guietum legentem ἢ ὁλόκληρος. Gronov.

9 *Nescio quid, quod non vid.*] Quasi imitaretur Ovidium de cremato rursus dicentem fine libri XII Met. *Et de tam magno restat Achille Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.* Et pulcherrime repetit *quod videat*, pro quo etsi Thysius notaverit legi quoque posse *quem videat*, prout sane exhibet Badiana, & inde traxisse Thysium opinor, peccat

non alere nunc suo lacte quod videat, jam viventem, jam hominem, jam matris officia implorantem? an tu quoque, inquit, putas naturam feminis [10] mammarum ubera quasi quosdam [11] nævulos venustiores, non liberûm alendorum, sed ornandi pectoris causa dedisse? Sic enim, quod à vobis scilicet abest, pleræque istæ prodigiosæ mulieres fontem illum sanctissimum corporis, generis humani educatorem, arefacere & exstinguere [12] cum periculo quoque aversi corruptique lactis laborant, tamquam pulchritudinis sibi insignia devenustet: quod quidem faciunt eadem vecordia, qua quibusdam commenticiis fraudibus nituntur, [13] ut fetus quoque ipsi in corpore suo concepti aboriantur; ne [14] æquor illud ventris [15] irrugetur, [16] ac de gravitate oneris & labore partus fatiscat. Quod quum sit publica detestatione communique odio dignum, in ipsis hominem primordiis, dum fingitur, dum animatur, [17] inter ipsas artificis naturæ manus [18] interfectum ire: quantulum hinc abest, jam perfectum, jam genitum, jam filium proprii atque consueti atque [19] cogniti sanguinis alimonia privare? Sed nihil interest, (hoc enim dicitur,)

peccat violente contra omnes scriptos, nec prævulgato desiderari potest ab viro lingua Latinæ perito; quæ ut in talibus dicebat, *Quod natum est*; sic in primordio nativitatis nunc quoque ait, *quod videat*. Gronov.

10 *Mammarum ubera*] Per ubera hic intelligere videtur ipsas papillas. Mammæ alioqui & ubera confunduntur. Græcis tamen ὄθνε proprie bestiis tribuitur, à quo *uber* nomen accepit. Horatius quoque distinxit, cum dicit, *Et mammæ putres, equina quales ubera*. H. Steph. ex conjectura legit *tubera*, juxta illud Apuleji, *ubi uber, ibi tuber*.

11 *Nævulos*] Nævum Onomasticon vetus interpretatur ὑπερσάρκωσιν, id est, *aliquid super carnem excrescens*. Quo modo mammæ *nævi* dici possunt, ut papillæ *nævuli*. H. Stephanus ex conjectura legit, *torulos*. Thysius. Omnino istud Stephani inventum esse supervacaneum, & recte *nævulos* legi patet ex illis quæ notantur ab G. I. Vossio in Etymologico, quod videtur & Thysius habuisse ante oculos. *Gronov.*

12 *Cum periculo quoque aversi corruptique lactis*] *Aversi*, id est, *inhibiti*, atque hinc postmodum *corrupti*. Lac retentum putrescit ubertate atque affluentia, vel in grumos concrescit, mamillæ rubore suffusæ obdurescunt, & inflammantur, vel exulcerantur. *Thys.* Imo ab eo ore, in quod debebat educi, retroacti & compulsi aliorsum consumi.

13 *Ut fetus quoque ipsi in corpore suo concepti aboriantur*] *Aboriantur* passive dixit. Hoc tamen crimen variis suppliciis punitur in jure Romano: sicut vicinum crimen merito exagitat Tertullianus in Apolog. qui ita loquitur: *Etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem deliberatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est, prohibere nasci, nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem deturbet, homo est, & qui futurus est, & fructus hominis in semine est.*

14 *Æquor*] Æqualitas ventris extensa, rugarum expers, qualis in virginibus, vel mulieribus, quæ nondum peperierunt, esse solet.

15 *Irrugetur*] Ita Ovidius:

Scilicet ut careat rugarum crimine venter,
Sternatur pugnæ tristis arena tuæ.

16 *Ac de gravitate oneris*] Quædam exemplaria *de* omittunt. Sed eodem modo dicitur, ut *lassus de via*. Stephan.

17 *Interfectum ire*] Ignorantia veteris sermonis quædam editiones habent, *interfectum iri*.

18 *Inter ipsas artificis naturæ manus*] Imitatio Nasonis ex libro xv met. manifesta. *Fuit illa dies, qua semina tantum Spesque hominum primæ materna habitavimus alvo. Artifices natura manus admovit*. Gronov.

19 *Cogniti*] H. Steph. ex conjectura legit *congeniti*. quod vox *cogniti* supervacua. *Thys.* Id notum quoque habuit Juretus, & rejecit restituendum hoc loco censens *cognati*, quod illustrat ad Symmachum 8, 31. *Gronov.*

20 *Cujus*

tur,) dum alatur & vivat, cujus id lacte fiat. Cur igitur iſte, qui hoc dicit, ſi in capeſſendis naturæ ſenſibus tam obſurduit, non id quoque nihil intereſſe putat, [20] cujus in corpore cujuſque ex ſanguine concretus homo & coalitus ſit? an [21] quia ſpiritu multo & calore exalbuit, non idem ſanguis eſt nunc in uberibus, qui in utero fuit? nonne hac quoque in re ſollertia naturæ evidens eſt, quod poſtquam ſanguis ille opifex in penetralibus ſuis omne corpus hominis finxit, adventante jam partus tempore, [22] in ſupernas ſe partis profert, ad fovenda vitæ atque lucis rudimenta præſto eſt, & recens natis [23] notum & familiarem victum offert? Quamobrem non fruſtrà creditum eſt, ſicuti valeat ad fingendas corporis atque animi ſimilitudines vis & natura ſeminis, non ſecus ad eamdem rem lactis quoque ingenia & proprietates valere. Neque in hominibus id ſolùm, ſed id pecudibus quoque animadverſum. nam ſi ovium lacte hœdi aut caprarum agni alantur; conſtat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam & frugibus major plerumque vis & poteſtas eſt, ad earum indolem vel [24] detrectandam vel augendam, aquarum atque terrarum quæ alunt, quàm ipſius quod jacitur ſeminis: ac ſæpè videas arborem lætam & nitentem in locum alium tranſpoſitam, deterioris terræ ſucco deperiſſe. Quæ, malùm, igitur ratio eſt, nobilitatem iſtam nati modò hominis, corpuſque & animum [25] bene ingeniatis primordiis inchoatum inſi-

20 *Cujus in corpore*] Videtur & in hoc dogmate, & in eo quod ſequitur, de vi & natura ſeminis, aliquid huc duxiſſe ex Pythagoreis, quæ tractat Jamblichus lib. 1 de Vita Pythag. cap. 31. *Gronov.*

21 *Quia*] Aliter, *qui à.*

22 *In ſupernas ſe partis profert*] Mammarum & uteri mirabilis eſt ſocietas, & ab utero ſanguis profluit ad mammas, quæ ſubſtantia ſpongiarum capax: glanduloſa quoque adſunt corpora, in quibus vis eſt γαλακτοποιητική. Cum autem moveri cœperit fœtus, lactis indicia jam tum fiunt. Quomodo autem lac tum generetur, & in ſuperiores partes ſe proferat, docet Hippocrates lib. de Natura pueri: *Lac autem propterea neceſſario gignitur, cum uterus fœtu intumeſcens, mulieris ventrem comprimit; ſi eo pleno compreſſio illa contingat, quod in cibo & potu eſt pinguiſſimum, foras in omentum & carnem profilit. Ac veluti ſi corium copioſo oleo perunctum quis imbibi ſinat, & ubi imbibit, corium ipſum premat, oleum utique exiluerit foras ex corio compreſſo: ſic etiam ſi venter pinguitudinem in ſe habeat à cibis & potibus, comprimaturque abuteris, pinguitudo profilit in omentum & carnem. Et ſi raræ carnis mulier fuerit, citius percipit ejus perſultationem; ſi non, poſterius.* Similis locus occurrit apud Hippocrat. lib. 1. Γυναικείων, & lib. περὶ Ἀδένων.

Profert] C. Torn. *perfert.*

23 *Notum & familiarem victum*] Eodem autem victu & ſanguine uti, tenellis infantibus ſalubre eſt.

24 *Detrectandam*] Vet. cod. *detractandam.* H. Stephanus ex conjectura, *deterendam.*

25 *Bene ingeniatis*] Ita primæ editt. atque inter illas princeps Veneta. H. Stephanus tanquam ſuam emendationem obtrudit. Gellius autem, ut fuit novator, vel hoc vocabulum finxit, vel ab alio fictum uſurpavit, participii ſpecie, cujus tamen nullum verbum eſt. *Thyſ.* Sed jam adſcripſit dudum aliquis ad exemplar Salmaſii, ſic loqui Plautum in Milite, *homo lepide ingeniatus*, Apul. in Flor. 4 *ingeniatus ad aſtutiam.* Omnino hanc lectionem Gellio vindicat quidquid veteris membranæ mihi fuit aut eſt præſto, niſi quod notabili varietate legebat codex Cl. Schefferi *bene initiatis.* Gronov.

insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere? præsertim si ista, quam ad præbendum lactem adhibebitis, aut [26] serva aut servilis est, & [27] ut plerumque solet, externæ atque barbaræ nationis, si improba, si informis, si impudica, si temulenta est. nam plerumque sine discrimine, quæcumque id temporis lactens est, adhiberi solet. Patimurne igitur infantem hunc nostrum pernicioso contagio infici; & spiritum ducere in animum atque in corpus suum ex corpore & animo deterrimo? Id herclè ipsum est, quod sæpenumerò miramur quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque corporibus neque animis similes exsistere. Scitè igitur & peritè noster Maro, quod quum versus illos [28] Homeri [29] consectaretur:

—— Οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἰὼ ἱππότα Πηλεὺς
Οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα,
Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής [a].

non partionem solam, [30] tamquam ille quem sequebatur, sed alituram quoque feram & sævam criminatus est: addidit enim hoc de suo:

[31] *Hyrcanæque admôrunt* [32] *ubera tigres.*

quoniam videlicet in moribus [33] inolescendis magnam ferè partem ingenium altricis & natura lactis tenet: quæ jam à principio imbuta paterni seminis concretione, ex matris etiam corpore & animo recentem indolem configurat. Et præter hæc autem, quis illud etiam negligere aspernarique possit, quòd quæ partus suos deserunt ablegantque à sese, & aliis

a -- *Non igitur tibi pater erat equitator Peleus,*
Neque Thetis mater: glaucum autem te genuit mare,
Et rupes arduæ, quia tibi mens est crudelis.

26 *Serva aut servilis*] Tam apud Græcos, atque Romanos hoc ferme usitatum fuisse comœdiæ docent.

27 *Ut plerumque*] Vett. editt. *& ut.* Thys. Immo hanc copulativam male omisit Stephanus; quasi mutans eam cum verbo *est*, quum in MSS. utraque vox reservetur, id quod sequutus iterum fui.

28 *Homeri*] Hunc locum ex Gellio expressit Macrobius lib. 5. Saturn. cap. 11. Sunt autem verba Phœnicis objurgantis Achillem ob animum præfractum & inexorabilem.

29 *Consectaretur*] Sequeretur, imitaretur.

30 *Tanquam ille quem sequebatur*] Ita edidit ex MS. Regio aliisque H. Stephanus jam anno MDLXXXV, prout nunc testamur nos alioque ibi vidisse, quod extabat etiam in Mem. Put. Lugd. utroque &c. quum nescio unde darent *tanquam illam quam ille seq.* Et tamen omnia impendit Casp. Scioppius, ut doceret restitutum hunc locum suæ potissimum benignitati deberi, qui eum velut ex claustris eruerit libro IV cap. 16 Verisimilium, quæ edita sunt anno CIↃ IↃ XCVI, ubi fatetur à Gyphanio hanc veteris libri lectionem secum communicatam. Et iste etiam protulit in Observat. L. L. pag. 237. *Gronov.*

31 *Hyrcanæque*] Versus integri extant apud Virgil. lib. 4. Æneid. ubi Dido in Æneam ita invehitur:

Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor
Perfide; sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus; Hyrcanæque admorunt ubera tigres.

32 *Ubera*] Forsan per ubera fœcundam penum mammarum intellexerit. Ita Græci γάλαρ ἀρένης dixerunt. Virgilius *uber glebæ.*

33 *Inolescendis*] Gellius seq. cap. 5. dixit, *Natura, quæ nos genuit, induit nobis inolevitque in ipsis statim principiis quibus nati sumus.*

34 *Pa-*

& aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo [34] parentes cum filiis natura consociat, interscindunt, aut certè quidem [35] diluunt, deteruntque. nam ubi infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitio est; [36] vigor ille maternæ flagrantiæ sensim atque paulatim restinguitur, omnisque impatientissimæ sollicitudinis strepitus consilescit. neque multo minor [37] amandati ad nutricem aliam filii, quàm morte amissi oblivio est. ipsius quoque infantis affectio animi, amoris, consuetudinis, in ea sola, unde alitur, occupatur, & proinde, ut in expositis usu venit, matris quæ genuit neque sensum [38] ullum neque desiderium capit. ac propterea obliteratis & abolitis nativæ pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere partem non naturalis ille amor est, sed civilis & opinabilis. Hæc Favorinum dicentem audivi Græca oratione: cujus sententias, communis utilitatis gratia, quantum meminisse potui, retuli. amœnitates verò & copias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quidem indipisci potuerit; mea [39] tenuitas nequaquam.

34 *Parentes cum filiis*] Hinc & mox repetit *amandati ad nutricem aliam filii*. Attamen Reg. *cum liberis*.

35 *Diluunt*] Extenuant, dum nutrici magis quam matri amor communicatur. *Thys.* Margini Salmasiano adscriptum est [à pictura, coloribusque. Cicero 1 de Offic. *Amicitias sensim diluere quam repente præcidere*. Sic omnes v. l. Langius.] *Gronov.*

36 *Vigor ille maternæ flagr.*] Huc pertinet fabula Phædri, ubi agnus reddit rationem cani eum videnti educatum inter capellas libro III num 15. *Gronov.*

37 *Amandati*] Aliter, *amendati*. C. Torn. *commendati*. Thys. Procul dubio aliter hoc loco scripsit Gellius, quam voluerunt librarii. Præter enim ista habet Regius *minor à commendati*, tanquam librario hærente in varietate & nihil ausо omittere. Itaque sic etiam habet Lugd. major, quum minor solum *commendati*. Apparet omnino dedisse Gellium *commendati*, quod verbum ita construere nescierunt, & hinc neque sententiam & vim habuerunt cognitam. Est autem ut apud Higinum fab. 96. *Thetis Achillem* sciens periturum *commendavit eum in insulam Scyron ad Lycomedem regem*, ut sit idem quod deponere. *Gronov.*

38 *Ullum*] Ita C. Torn. & vett. editt. vulgo *illum*.

39 *Tenuitas*] Vett. cod. non habent. Sed, *mea nequaquam*. Ita quoque loquitur lib. 10 c. 32.

CAP. II.

Quòd Annæus Seneca judicans de Q. Ennio, déque M. Tullio, levi futilique judicio fuit.

[1] DE Annæo Seneca partim existimant ut de [2] scriptore minimè utili, cu-

1 *De Annæo Seneca*] Indignis modis Senecam excipit Gellius, qui ingenio, & facundia, & sententiarum gravitate conspicuus est, ut late ostendit Lipsius Præfatione commentariorum in Senecam. Nimirum ideo Gellius ita ab hoc scriptore aversus, quod stilo diversus esset. Hæc causa repudii. Materia sublimis suo veluti cothurno turget, fortis, valida in dicendo. Neque tamen stilus (fatendum est) ubique probus, multum enim à puro & antiquo inprimis Ciceroniano deflectit. Ipse Lipsius magnus Senecæ sectator non omnia ejus laudat. Quintilianus lib. 10. Orat. cap. 1. circa finem multo modestius Gellio nostro de eo loquitur, etsi propter stylum non admodum Senecæ addictus. Locum

cujus libros attingere nullum precium operæ sit: quòd oratio ejus [3] vulgaris videatur & protrita; res atque sententiæ aut ut inepto inanique impetu sint, aut ut levi & quasi dicaci [4] argutia; eruditio autem [5] vernacula & plebeja, nihilque ex veterum scriptis habens neque gratiæ neque dignitatis, alii verò elegantiæ quidem in verbis parum esse non inficias eunt; sed & rerum, quas dicat, scientiam doctrinamque ei non deesse dicunt, & in vitiis morum objurgandis severitatem gravitatemque non invenustam. Mihi de omni ejus ingenio deque omni scripto judicium censuramque facere [6] non necessum est: sed quod de M. Cicerone, & Q. Ennio, & P. Virgilio judicavit, ea res cuimodi sit, ad considerandum ponemus. [7] In libro, enim vicesimosecundo Epistolarum moralium, quas ad Lucilium composuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cethego antiquo viro feciſſe hos dicit:

— [8] *Dictus ollis popularibus olim*
Qui tum vivebant homines atque ævum agitabant,
[9] *Flos delibatus populi,* [10] *& suada medulla.*

ac

prolixiorem videas ibi licebit. Genus itaque dicendi non probat Quintilianus, sed ita vituperat, ut summam pene tribuat laudem, teste Erasmo.

2 *Scriptore minime utili*] Siniſtrum hoc ineptissimi cujusdam tenebrionis judicium hic recenset Auctor noster, non in omnibus approbat.

3 *Vulgaris videatur & protrita*] Judicium hoc ineptum. Melius Tacitus Annal. lib. 13. *Quanquam oratio compoſita à Seneca multum cultus præferret, ut fuit illi viro ingenium amœnum & temporis illius auribus accommodatum.* Thyſ. Et quando omnibus eadem placent? Cæterum hoc loco in Lugd. maj. legitur *vulgarias videatur*, unde patet certe à Gellio scriptum *vulgaria*, prout & fecit alibi & 9, 4 *ſingulariæ velocitatis*, & 12, 9. *libris vulgariis*. librario utramque lectionem quam in diversis exemplaribus videbat exprimente. Mox habebat Lincoln. *aut ineptæ inanique impetu*. Gron.

4 *Argutia*] In eo Stoicos imitatur, qui etiam λεπτολογοῦσι.

5 *Vernacula*] Domestica, vulgari, quæ inter vernas familiamque domi usitata est.

6 *Non neceſſum eſt*] Ita frequenter Autor noster loquitur, interdum quoque Donatus.

7 *In libro viceſimo ſecundo*] Quæro, nec invenio. Vulgo etiam Epistolæ per libros distinguuntur. In quibusdam tamen Mſſ. dividi Opsopœus & Gruterus testantur. Innuere idem ipse Seneca videtur Ep. 33.

8 *Dictus ollis*] Paul. Merula in fragmentis Ennii pag. 495 citans hunc locum ait legi *Is dictus cunctis ollis popularibus olim*, quod ego nonnisi in Badiana vidi, inde scripsisse ait *Is dictus popularibus ollis:* nam & *olim* apud Ciceronem est expungendum. Id sane nimium & peramarum. In Mſſ. omnibus est *hos dicitis*, *dictus tollis popular*. Patet hinc aperte nihil tentandum esse, nisi hoc *hos dicit: Is dictu 'st ollis pop*. Gronov.

9 *Flos delibatus populi*] Cicero: *Probe vero. Ut enim hominis decus, ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia, qua virum excellentem præclare tum illi homines florem populi esse dixerunt.* Sicuti autem Græci ἄωτον dicunt (sic enim Theocritus Argonautas θεῖον ἄωτον ἡρώων appellat, & Pindarus athletam quendam ἄωτον patriæ suæ dixit) ita Ennius Græcos imitatus *florem delibatum populi* dixit. *Flos itaque delibatus* populi juxta Ciceronem est flore exquisito eloquentiæ excellens. Legitur quoque hic versus, *flos illibatus*, vel *delibatus*. Thyſ. Quorum hoc sane est in quibusdam Mſſ. Sed Reg. clare *delibatus* & Petav. *Gronov*.

10 *Et ſuada medulla*] Ita vett. editt. Cicero legit *ſuadæque medulla*. Badius etiam legit *ſuada medulla*, & putat appositionem esse, & emphatice appellatam non qualemcunque medullam, sed suadam. Medulla ergo suada, vel quæ optima, vel quæ altissima insideat, & ad medullam usque penetret. Vide quoque Polit. Misc. *Thyſ*. Plane constant sibi veteres libri, ut Reg. Lugd. uterque Petav. habeant *populi ſuada medulla* sine & vel

que.

ac deinde ſcribit de eiſdem verſibus verba hæc: *Admiror eloquentiſſimos viros & deditos Ennio pro optimis ridicula laudaſſe. Cicero certè inter ejus verſus & hos refert.* atque id etiam de Cicerone dicit: *Non miror*, inquit, *fuiſſe qui hos verſus ſcriberet; quum fuerit qui laudaret: niſi forte Cicero ſummus orator agebat cauſam ſuam, & volebat hos verſus videri bonos.* Poſtea hoc etiam addidit inſulſiſſimè: *Apud ipſum quoque*, inquit, *Ciceronem invenies etiam in proſa oratione quædam; ex quibus intelligas illum non perdidiſſe operam, quòd Ennium legit.* ponit deinde quæ apud Ciceronem reprehendat, quaſi Enniana; [11] quòd ita ſcripſerit in libris de republica: *Ut* [12] *Menelao Laconi quædam fuit ſuaviloquens jucunditas*, & quod [13] alio in loco dixerit, *breviloquentiam in dicendo colat.* atque ibi homo nugator Ciceronis errores deprecatur: &, *Non fuit*, inquit, *Ciceronis hoc vitium, ſed temporis. neceſſe erat hæc dici, quum* [14] *illa legerentur.* deinde adſcribit Ciceronem hæc ipſa interpoſuiſſe ad effugiendam infamiam nimis [15] laſcivæ orationis & nitidæ. De Virgilio quoque eodem in loco verba hæc ponit: [16] *Virgilium quoque noſter non ex alia cauſa duros quoſdam verſus & enormes & aliquid* [17] *ſupra menſuram trahentis interpoſuit, quàm ut Ennianus* [18] *populus agnoſceret in novo carmine aliquid antiquitatis.* Sed jam verborum Senecæ piget. hæc tamen [19] & inepti & [20] inſubidi hominis joca non præteribo: *Quidam ſunt*, inquit, *tam magni ſenſus Q. Ennii, ut, licet ſcripti ſint* [21] *inter hircoſos, poſſint tamen inter* [22] *unguentatos placere.* &, quum

que. Hinc certiſſime videtur admittendum, quod offert Lincolnienſis perſpicue habens *ſuadai medulla*, & ſatis ſuſpicor non aliter ſcripſiſſe Ciceronem in Bruto c. 10. *Gronov.*

11 *Quod ita ſcripſerit in libris de repu. quod Menelao*] Sic edebatur ab Aldo & Gryphiis, ubi MS. Reg. habebat *de repro. M.* Lugd. min. *qui ita ſcripſerat in libris de rep. ut Men.* quod poſterius *ut* etiam erat in majore & Petav. idcircoque recte adoptatum ab Stephano: verum patet nunc inſuper legi debere *qui ita ſcripſerit.*

12 *Menelao Laconi*] Regi Lacedæmonis. De quo Homerus Ιλ. γ. ψſ. 213. & ſeqq. ita loquitur.

Certe quidem Meneluus ſuccincte loquebatur.
Pauca quidem, ſed valde acute, neque erat multorum verborum,
Neque in verbis peccans ———

13 *Alio in loco*] Lib. 5. de Repub. Lib. quoque 7. ad Atticum Epiſt. 19. *breviloquentem* ſe eſſe dixit.

14 *Illa*] Enniana.

15 *Laſcivæ*] Floridæ, comptæ. Quintil. *Ne recentis hujus laſciviæ floſculis capti, voluptate quadam prava deliniantur.*

16 *Virgilius quoque noſter*] Qui Ennium quoque imitatus eſt. Vide Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 1. 2. & 3. & ſeqq. Seneca Virgilium cum laude citat Epiſt. 21. ſine contemptu meminit Ep. 59. cum laude Ep. 95.

17 *Supra menſuram*] Sunt in Virgilio quidam verſus hypermetri, & ἀκέφαλοι, quos ſi ſupervixiſſet emendaſſet.

18 *Populus agnoſceret*] Codex Schefferi *adagnoſceret*, quod notandum. *Gronov.*

19 *Et*] Abeſt à C. Torn.

20 *Inſubidi*] Aliter *inſipidi*. Gellius etiam alibi *ſubidis* dixit, lib. 19 c. 12. & *inſubidi* lib. 1 c. 2. Atque ita in membranis reſte Carrione.

21 *Inter hircoſos*] Male olentes, & veteres agreſtes Romanos.

22 *Unguentatos*] Delicatos & deliciis diſſluentes.

quum reprehendiſſet verſus quos ſuprà de Cethego poſuimus: *Qui hujuſcemodi*, inquit, *verſus amant*, [23] *liqueat tibi eoſdem admirari &* [24] *Soterici lectos.* Dignus ſanè Seneca videatur lectione ac ſtudio adoleſcentium: qui honorem coloremque veteris orationis [25] Soterici lectis compararit, quaſi minimæ ſcilicet gratiæ, & relictis jam contemtiſque. Audias tamen commemorari ac referri [26] pauca quædam quæ idem ipſe Seneca bene dixerit. quale eſt illùd, quod in hominem avarum & avidum & pecuniæ ſitientem dixit: *Quid enim refert quantum habeas? multo iſtud plus eſt quod non habes.* bene hoc ſanè, bene. ſed adoleſcentium indolem non tam juvant quæ bene dicta ſunt, quàm inficiunt quæ peſſimè; multoque tanto magis, ſi & plura [27] quæ deteriora ſunt, & quædam in his non [28] pro enthymemate aliquo rei parvæ ac ſimplicis, ſed in re ancipite pro conſilio dicuntur.

23 *Liqueat tibi*] Vett. editt. *liceat ſibi*. Thyſ. Sic quidem certe, donec Stephanus ab codice MS. uno vel pluribus, quotcunque illi & quicunque fuerunt, edidit *liqueat*. Sic enim in ſcriptis legitur, niſi quod plerique *liqueant*, etiam delero & quod eſt in vett. editt. Pater *ſibi* mutavit in *tibi* ſententia poſtulante. *Gronov.*

24 *Soterici lectos*] Turnebus putat *Soterici lectos* vocatos ab artificis nomine, rudes, impolitos, inelegantes, antiquos. Sicuti Archiaci lecti ab Archia nomen acceperunt. Tales erant Tuberonis lecti lignei. vide Senec. Epiſt. 95. Val. Max. lib. 7 c. 5. Ciceronem pro Muræna.

25 *Soterici*] In principe Ven. ed. legitur *Sotheri*, ſuperius autem *Sotherici*.

26 *Pauca quædam*] Imo pleraque. Judicium hic tuum, Gelli, deſidero.

27 *Tanto quæ deteriora*] Vett. editt. non habent hanc vocem *tanto*. Sed ita legunt, *ſi & plura ſint, quæ deteriora ſunt*. C. Torneſ. *multoque tanto magis*. Thyſ. Quantum video, ſic legitur in ſcriptis omnibus, unde acceptam vocem Stephanus ad ſequentia deduxit, qui potuerat etiam feciſſe *ſi & plura tantoque deteriora*. Stephanum licet ſequantur editiones, ego tamen illis non conſciſco. Quum enim dici poſſit *altero tanto*, ut docuit Pater in Livianis 1, 36, cur non *multoque tanto magis?* Immo Plautum ſuum imitatur Gellius, in quo videas *nimio tanto plus*, *multo tanto plus* &c. Vide ad Stichum 2, 2. Quod mirum quî viris doctis fuerit ignotum. Hinc reſtitui quod eſt in Mſſ. *Gron.*

28 *Pro enthymemate*] Vett. editt. legunt Græce ἐνθυμήματι, id eſt, *commentatione*, vel *commento*, ut Quintilianus interpretatur, quod mentis actio omnis atque ſententia, enthymema nominetur.

CAP. III.

Lictoris *vocabulum qua ratione conceptum ortumque ſit, & ſuper eo diverſæ ſententiæ Valgii Ruſi & Tullii Ciceronis liberti.*

[1] [2] VALGIUS Rufus in ſecundo librorum, quos inſcripſit de rebus per epiſtolam quæſitis, [3] lictorem dicit à ligando appellatum eſſe. quod,

1 *Et Tullii Ciceronis*] Optime Gellio conſuluit Stephanus, dum voces his ipſis ſubnecti ſolitas *verſus accepti* vel *acceptæ* hinc abegit rejectas in titulum capitis ſequentis, ubi certe requirebantur. Sed nequeo probare, quod quum in nonnullis editis legatur *Ciceronis liberti acceptæ*, quarum mediam vocem credo ſimiliter ab MSS. ſuppeditatam eſſe, illam ipſam mediam vocem pari modo reſecarit, quum perinde ibi voluerit Gellius eam conſpici, ac in capite ipſo; itaque illam repoſui. *Gronov.*

2 *Valgius Rufus*] Citat eum Charifius, & Feſtus in *Secus*.

3 *Lictorem dicit à ligando appellatum eſſe*] Feſtus dictum putat à *ligandis faſcibus*. Nonius quoque Gellium ſuo more ſequitur, oſtenditque morem antiquum ligandorum qui caſtigandi eſſent ex M. Tul-

quod, quum magistratus populi Romani virgis quempiam verberari jussissent, crura ejus & manus ligari vincirique à viatore solita sint; isque, qui [4]ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor sit appellatus: utiturque ad eam rem testimonio M. Tullii, verbaque ejus refert ex oratione, quæ dicta est pro C. Rabirio: [5]*Lictor*, inquit, *colliga manus*. Hæc ita Valgius. & nos sanè cum illo sentimus. sed [6]Tiro Tullius M. Ciceronis libertus *lictorem* vel [7]à *limo* vel à *licio* dictum scripsit. [8]*licio enim transverso*, [9]*quod limum appellatur*, *qui magistratibus*, inquit, *præministrabant cincti erant*. Si quis autem est, qui propterea putat probabilius esse, quod Tiro dixit, quoniam prima syllaba in lictore, sicuti in licio producta est, & in eo verbo, quod est ligo, correpta est; nihil ad rem istuc pertinet. nam sic ut à ligando lictor, & à legendo lector, & [10]à vivendo victor, & à tuendo tutor, & à struendo structor, productis quæ corripiebantur vocalibus dicta sunt.

Tullio. Nonius ita loquitur: *Lictoris proprietatem à ligando dictam vetustas putat. Ita enim antiquitus carnificis officium fungebatur.* Lipsius legit, *Isti enim a. c. o. fungebantur.* Antiquitus enim carnifices Romæ non fuere, sed eorum vicem præstabant lictores. cum Nonio quoque facit pleraque Grammaticorum pars. Lictores autem dicti à supino inusitato *lictum*. veteres enim dicebant, ligo, ligui, lictum, ut frico, fricui, frictum, plico, plicui, plictum. Thysius ex Lipsio & Mercero, sed satis audax & ineptum & aliud suo tempore apparebit.

4 *Ex collegio viatorum*] Ministri magistratibus erant lictores, viatores, accensi, scribæ, stratores, præcones. Viatorum itaque hic generale vocabulum. Vide Lipsium lib. 1. Elect. c. 23. *Thys.* Alioquin enim lictor non erat ex viatoribus, nec viator unquam fasces gessit.

5 *Lictor, colliga manus*] Ita carmen hoc allegat quoque Livius lib. 1. Apud Ciceronem, *I Lictor.* Thys. Sed id carmen non dicitur viatori, nec unquam illi dictum est.

6 *Tiro Tullius*] Vide supra 1, 7.

7 *A limo*] Hoc ab hæsitante librario additum putat Mercerus in Nonium, quia postmodum, ubi iterum mentio fit Tironis, *licii* tantum, non *limi* meminit. Et absurdum ex primæ syllabæ similitudine *lictorem* appellatum. Vett. edit. pro limo habent *lino*. Quo faciunt veteres Lucani glossæ: *lictor est, qui viam facit magistratibus in populo. Dictus à lino, quod album linum propter insigne circa caput habebat.*

8 *Licio enim transverso*] Licium est proprie filum obliquum, quo stamina utrinque ligantur. Ab hoc licio, quo ministri publici cincti erant, dicta *furta per laneem & licium*, ut alibi diximus.

9 *Quod limum appellatur*] Vett. ed. corrupte habent *linium*. Isidorus: *Limus est cinctus, quem publici habent servi: Ita dictus, quia transversas habet purpuras & limas.* Iterum: *transversa omnia antiqui lima dicebant. Hinc & limus vocabulum accepit, cingulum quo servi publici cingebantur obliqua purpura.* Idem refert Aggenus Urbicus, *limum esse cingulum, ideo quod purpuram transversam habeat.* Ita scriptores Gromatici limitem in agris à *limo* sive transverso deducunt. Servius in Virgilii illud:

Velati lino, & verbena tempora vincti.

Ubi ait, *Caper & Hyginus, hoc loco dicunt lectionem esse corruptam. Nam Virgilium ita reliquisse confirmant, Velati limo. Limus autem est vestis, quæ ab umbilico usque ad pedes teguntur pudibunda popanum. Hæc autem vestis in extremo sui purpuram limam, id est, flexuosam habet, unde & nomen accepit. Nam obliquum limum dicimus.* Hinc etiam apud Arnobium lib. 4. *Limi Dii*, obliquitatum curatores dicuntur.

10 *A vivendo victor*] Badius legit, *à vehendo vector. Vivo* alioqui longum. Vett. primæ editt. legunt, *à vincendo victor.* male. *Thys.* Equidem inter hæc hæsitant quoque libri MSS. præsertim utrum *vivendo* an *vincendo*. Patri in mentem venit *à videndo visor*, qualis dicitur Tacito. Vica Pota quum doceat olim dixisse *vicere*, forsan nunc eo auctor fuit usus, ut scripserit *à vicendo victor*. Gronov.

CAP.

CAP. IV.

Versus accepti [1] ex Q. Ennii septimo annalium, quibus depingitur finiturque ingenium comitasque hominis minoris erga amicum superiorem.

DESCRIPTUM definitumque est à Q. Ennio, in annali septimo, graphice admodum sciteque, sub historia [2] Gemini Servilii, viri nobilis, quo ingenio, qua comitate, qua modestia, qua fide, qua linguæ parsimonia, qua loquendi opportunitate, quanta rerum antiquarum morumque veterum ac novorum scientia, quantaque servandi tuendique secreti religione, qualibus denique ad [3] mœniendas vitæ molestias fomentis, levamentis, solatiis, amicum esse conveniat hominis genere & fortuna superioris. Eos ego versus non minus frequenti assiduoque memoratu dignos puto, quàm philosophorum de officiis decreta. ad hoc color quidam vetustatis in his versibus tam reverendus est; suavitas tam [4] impromisca tamque à fuco omni remota est, ut, mea quidem sententia, pro antiquis sacratisque amicitiæ legibus observandi, tenendi, colendique sint. quapropter adscribendos eos existimavi, si quis jam statim desideraret:

[5] Hæcce loquutus vocat, [6] qui cum bene sæpè libenter
Mensam sermonesque suos rerumque suarum
Comiter impertit, [7] magnam quum lassus diei
Partem fuuisset, de summis rebus gerundis,

Con-

1 *Ex Q. Ennii septima*] Non enim potui acquiescere arbitrio Stephani prænomen hinc expellentis, etsi sequutæ editiones idem facere non dubitarunt. Id tanto securius feci, quia Stephanus ipse in collectione horum lemmatum pag. 570 id retinuit. *Gronov.*

2 *Gemini Servilii*] Alba diruta hanc gentem à Tullo Romam transvectam, & in patriciorum ordinem allectam fuisse testantur Livius lib. 1. & Dionys. Halic. lib. 2. Præter varia cognomenta etiam hoc *Gemini* fuit.

3 *Mœniendas*] Lege *minuendas* juxta principem Ven. edit. & quæ illam sequuntur,

4 *Impromisca*] Aliter, *impromiscua*, id est, haud vulgaris.

5 *Hocce loquutus*] Ita princeps Veneta edit. vulgo *Hæc eloquutus.*

6 *Qui cum*] Aliter, *quo quum.* Thys. At Reg. *qd eum.* Thuan. *quo cum.* Lugd. uterq. *qd cum* Petav. *quod cum.* Valde opinor velle *quoi tum.* Gronovius.

7 *Magnam quum lassus diei*] Justus Lipsius 2 Antiq. lect. 24 ita legit, *magna quum lassus diei parti fuuisset. lassus*, pro quo Vaticani quatuor habent *lapsus.* Muretus quoque in veteri libro diserte se *lassus* invenisse testatur. Princeps Veneta,

—— *magna cum lapsa diei*
Pars foret, è summis rebus, parvisque regundis
Parti fuisset: de parvis summisque gerendis.

Alteruter versus ὑποβολιμαῖος esse videtur. Nisi quis hic distingui arbitretur *res regundas*, & *gerendas.* Badius legit,

—— *magna cum lapsa dies jam*
Parte fuisset, de summis parvisque gerendis.

Turneb. hic legit, *de summis rebus secundis.* Lipsius legit *parti* pro *parte* more antiquo, *fuuisset* pro *fuisset*, geminatione literæ productum, ut *habuuerit fuuerit* apud Plautum, *fluuida* apud Lucretium, *luuit* apud Lucilium. Non improbat tamen Lipsius propositam hic in textu lectionem. Ego hanc quoque lectionem non rejiciendam arbitror,

—— *magna*

Consilio, [8] *indu foro lato, sanctoque senatu,*
Cui res audacter magnas parvasque jocumque
[9] *Eloqueretur,* [10] *cuncta malusque & quæ bona dictu*
Evomeret si qui vellet, tutoque locaret.
[11] *Quo cum multa volup, ac gaudia clamque palamque.*
[12] *Ingenium, cui nulla malum sententia suadet*
[13] *Ut faceret facinus, levis,* [14] *haud malus, doctus, fidelis,*
Suavis homo, [15] *facundus, suo contentus, beatus,*
[16] *Scitus, secunda loquens in tempore, commodus, verbûm*
Paucûm, multa tenens antiqua sepulta, vetustas

Quæ

— *magna cum lapsa dies jam*
Parte foret, summis rebus parvisque gerundis. Thys. Reg. *de summis rebus recundis.* Thuan. *regendis. regundis* Petav. & Lugd. min. *secundis* maj. Apparet igitur τὸ *regundis* esse quo dirigant optimi libri, quamvis Lincoln. *rebus gerendis.* Gronov.

8 *Indu foro*] In foro, ἀρχαικῶς metri causa, ita Lucretius *indugredi*, pro *ingredi*, *induperator* apud Juvenalem pro *imperator*.

9 *Eloqueretur*] Sic libri antiqui habebant. Vulgo, *eloqueret*, quod tamen etiam in principe Ven. ed. reperitur.

10 *Cuncta*] Aliter, *tincta malisque.* Veneta: *quæ tincta malis.* Thys. Videamus Mſtos. In his Reg. & Lugd. maj. *Eloqueretur & cuncta malaque & bona dictu.* Thuan. *ea cuncta mala bonaque dictu.* Lugd. min. & Petav. & Linc. *Eloqueretur & cuncta maluſque & bona d.* Hinc patri meo oboriebatur *quæ juncta malis.* Nimirum vidit ambiguitatem hærere in τὰ *cuncta*, quod ex errore in libros veteres ſemel venit & ita manſit propter ſimiles literas veræ lectionis, quam opinor fuiſſe *Eloqueretur*, *& hinc juxta malaque & bona dictu Evomeret.* Gronov.

11 *Quo cum multa volup*] Lipſius juxta Vaticanos libros legit, *Qui cum multa volutat g.* Sed vulgatam tamen lectionem non rejicit. *Volup* κατὰ ἀποκοπὴν pro *volupe*, atque ita ellſo *e* verſus conſtat. *Volupe* autem pro *voluptate* ponitur. Vocabulo *volup* etiam utitur Plautus Aſinaria Act. 5. ſc. 3. *Hem ſenex ſi quid clam uxore ſua animo fuit volup.* Antiqui quoque *facul* pro *facile* dicebant. *Thys.* Quam lene eſt in Mſtis? *Quicum multa voluptas, gaudia clamque palamque.* Eſt enim in Thuan. plane ita, in Reg. *voluptate gaudia.* Lugd. min. & Petav. *multa volup gaudia*, quum major deficiatur voce *volup.* alii *voluptat gaudia.* Gronov.

12 *Ingenium*] Id eſt; tale erat. Lipſius legit, *Ingenio*, vel *ingenuo.*

13 *Ut faceret facinus*] Vulgo hi verſus ita legebantur,

Ut faceret facinus, lenis, tamen haud malus, idem
Doctus, fidelis, suavis, homo facundus, suoque
Contentus, scitus atque (vel *scituſque*) *beatus, secunda loquens in*
Tempore, commodus, & verborum vir paucorum.
Multa tenens antiqua, sepulta & sæpe vetustas,
Quæ facit & mores vetereſque novoſque tenentem.

Hos verſus turpiter palantes ita ad ordines retraxit Lipſius auctoribus libris,

Ut faceret facinus levis aut malus: doctus, fidelis,
Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
Scitus, secunda loquens in tempore, commodus, verbûm
Paucûm, multa tenens antiqua, sepulta, vetusta,
Quæ faciunt mores vetereſque novoſque tenentem.

Dicit autem Lipſius in libris, quibus ille uſus eſt, omnia ſolutæ orationis more præſcripta fuiſſe, eo tamen verborum ordine, quem religioſe ſervaverit. Pro illo tantum, quod in libris habebatur *verborum paucorum*, ut verſus conſtaret, reſtituit *verbum paucum.* Ex conjectura quoque pro *Quæ facit*, idem ſcripſit, *Quæ faciunt.* In hac editione ſervavimus, *vetuſtas Quæ facit.* Senſu bono. Atque ita quoque legit Turnebus auctore antiquo lib. 38. Adv. c. 24. Vulgati pro arbitrio additis, ademptis, inculcatis vocibus ſic turbant, ut verſuum illorum nec pes, nec caput appareat. *Lipſius* lib. 2. Elect. cap. 22. *Thys.* Immo *verbûm* pro *verborum* exſtat in omnibus quos nominare poſſum libris Mſtis præter unum Thuaneum, qui retinebat triſyllabum. Porro cenſebat Pater ſcribendum *vetuſtas Quem facit.* nam in Mſtis exhibetur verbum in ſingulari. *Gron.*

14 *Haud malus*] Lipſius, *aut malus.*

15 *Facundus*] In his omnibus litera *s* vim amittit. vide Priſcianum lib. & Diomed. lib. 1.

16 *Scitus*] Badius qui vulgatum verſum retinet, putat hic non tantum *s* abſumi, ſed ſequente vocali totam ſyllabam. Ita in Virg. verſibus quos tamen mutaverunt,

Quæ facit, & mores veteresque novosque tenentem.
[17] *Multarum veterum* [18] *legum Divumque hominumque*
Prudentem; [19] *qui dicta loquive tacereve posset,*
Hunc inter pugnas compellat [20] *Servilius sic.*

[21] L. Ælium Stilonem dicere solitum ferunt Q. Ennium de semetipso hæc scripsisse; picturamque istam morum & ingenii ipsius Ennii factam esse.

—— *molli suffultus hyacyntho,*

& in illo versu,

Inter se coiisse viros & decernere ferro.

ubi Seneca legit, *cernere*. Alibi, *Hic specus horrendus, & sævi spiracula Ditis*, ubi Servius legit, *horrendum*.

17 *Multarum*] Ita Lipsius emendat, vulgo *multorum*. Thys. Videtur in hoc pergendum ulterius, nempe *multarum rerum, legum, div.* &c. *Gronov.*

18 *Legum*] Vett. editt. *legis*, & tum legendum, *multorum*.

19 *Qui dicta*] Ita Lipsius. Vett. ed. *qui multa*.

20 *Servilius*] In antiquis tamen marmoribus legitur *Serveilius*. Ita apud Silium Italicum sæpe produci reperies. Etiam Claudianus lib. 1. in Eutropium hoc versu:

Indomitos curru Servilius egit Isaurus.

Corruptum igitur magistellorum imperitia putat Douza ad Lucilium, atque ita restituendum.

21 *L. Ælium*] *T.* cod. Torn. & Gifanii. etiam Veneta, quæ corrupte legit *Scillonem*.

CAP. V.

Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris secundum Stoicorum decreta.

QUUM [1] Delphos ad Pythia conventumque totius fermè Græciæ visendum philosophus Taurus iret; nosque ei comites essemus; inque eo itinere [2] Lebadiam venissemus, quod est oppidum [3] antiquum in terra Bœotia: affertur ibi ad Taurum, amicum ejus quempiam nobilem in Stoica disciplina philosophum ægra valetudine oppressum decumbere. tunc omisso itinere, [4] quod alioquin maturandum erat, & relictis vehiculis, pergit eum properè [5] videre; nosque de more quem in locum cumque iret sequuti sumus. & ubi ad ædes, in quis ille ægrotus erat, pervenimus; videmus hominem doloribus cruciatibusque [6] alvi, quod [7] Græci colon dicunt, & febri simul [8] rapida afflictari; gemitusque ex eo compressos erumpere; spiritusque & anhelitus

1 *Delphis ad Pythia*] Illic enim celebrabantur, ut olim docuit eruditissimus Pet. Faber in Agonistico 1, 17, ubi idcirco hunc quoque locum auctoris nostri profert. *Gronov.*

2 *Lebadiam*] Est hæc urbs Bœotiæ non procul à Chæronea, & Orchomeno. Meminit Pausanias, Ptolemæus, Plinius.

3 *Antiquum*] Vett. editt. *Atticum*. male.

4 *Quod alioquin*] Ita Stephanus, princeps Ven. edit. *quod alio*. Badius *quo alio*. *quo* scilicet itinere. *Thys.* Recte elegit ergo Stephanus, ut quod perspicue legitur in Reg. (nempe *alioquiN*. sed ultima litera erat secundæ manus) Lugd. maj. Lincoln. & in min. *alioqui*, etiam Mem. Petav. *Gronovius*.

5 *Videre*] Forte *visere*.

6 *Alvi*] Ita Carrio & Stephanus: vulgo *allabi*.

7 *Græci colon dicunt*] Κωλον Græcis intestinum crassum, morbus autem gravissimusque dolor κωλικη ὀδυνη appellatur. Quædam edit. hic legunt χωλεν: forsan χολην, qui bilem quoque denotat qua jecur intumescit & accenditur. χολας quoque Hesychio

tus [9] è pectore ejus evadere, non dolorem magis indicantes, quàm pugnam adversum dolorem. post deinde quum Taurus & [10] medicos arcessisset, colloquutusque de facienda medela esset; & eum ipsum ad retinendam patientiam testimonio tolerantiæ, quam videbat, perhibito stabilisset; egressique [11] inde ad vehicula & ad comites rediremus: [12] Vidistis, inquit Taurus, non sanè jucundum spectaculum, sed cognitu tamen utile, congredientes compugnantesque philosophum & dolorem. faciebat vis illa & natura morbi, quod erat suum, distractionem cruciatumque membrorum; faciebat contrà ratio & natura animi, quod erat æquè suum: perpetiebatur & cohibebat coërcebatque [13] intra sese violentias effrenati doloris. nullos ejulatus, nullas complorationes, ne ullas quidem voces indecoras edebat: [14] signa tamen quædam, sicut vidistis, exsistebant virtutis & corporis de possessione hominis pugnantium. Tum è sectatoribus Tauri juvenis in disciplinis philosophiæ non ignavus, Si tanta, inquit, doloris acerbitas est, ut contra voluntatem contraque judicium animi nitatur, invitumque hominem cogat ad gemendum confitendumque de malo morbi sævientis; cur dolor apud Stoïcos indifferens esse dicitur, non malum? cur deinde aut Stoicus homo cogi aliquid potest, aut dolor cogere, quum & dolorem Stoïci nihil cogere, & sapientem nihil cogi posse dicant? Ad ea Taurus vultu jam propemodum lætiore, (delectatus enim videbatur illecebra quæstionis:) Si jam amicus, inquit, hic noster meliùs valeret, gemitus ejusmodi necessarios à calumnia defendisset, & hanc, opinor, tibi quæstionem dissolvisset: me autem scis cum Stoïcis non bene convenire, vel cum [15] Stoïca potiùs disciplina. est enim [16] pleraque & sibi & no-

sychio intestinum dicitur. Forsan itaque hic morbus ex bilis effervescentia fuit. Forsan χολικὸν legendum, ut Galenus lib. 1. de Loc. Aff.

8 *Adrapida*] Aliter *rapida*. Forsan *arida*. Thys. Video adnotasse patrem Scriverio ex illo *adrapida* placuisse *ardida*. Sed quidquid sit, ejus vocis *adrapida* fides nulla est: quum in omnibus certe nostris legatur simplex *rapida*, quod ideo præferendum, ut feci Stephanum secutus. *Gronov.*

9 *E pectore ejus evadere*] Nec opus *imo* adjicere, quod plerumque usurpatur in descriptionibus poetarum; prout tamen censebat Joh. Pricæus ad Apulej. Milesf. lib. 1 pag. 21. Quæso quid aliud intelligere potuit per voces *e pectore ejus?* Gronov.

10 *Medicos accersisset*] Credo potuisse ab eo istud fieri circummissis servis aut comitibus. Sed in Regio erat ab secunda manu *accessisset*, quum Lambecius ex eo notaverit *acceppisset*. Verum optime ex Schefferi codice notavit Pater *arcessisset*, de quo dubitari nequit, & ideo restitui. *Idem.*

11 *Inde*] Ita C. Torn. Aliter, *deinde*.

12 *Vidistis* &c. *sed cognitu tamen utile*] Dignum philosopho & conveniens & ex usu velut sumtum principium, simile illi, quod etiam ex sapientiæ cultore pronunciatum, & quo posteriora explicantur, profert Tacitus lib. 16 ann. *Spectа juvenis, & omen quidem Dii prohibeant; ceterum in ea tempora natus es, quibus firmare animum expediat constantibus exemplis.* Cæterum Regia membrana plane nunc singularis habebat; *egressique inde cum Tauro rediremus, vidistis, inquit, non s.* Gronov.

13 *Intra sese*] Reg. & duo Lugd. *infra*. Idem.

14 *Signa tamen quædam*] Lugd. Imin. *Signa tamen, sicut quædam vidistis*. Idem.

15 *Stoica potius disciplina*] Abest à cod. Torn. forsan legendum *Stoa*. Ita postea, *Ex eadem portic.*

& nobis incongruens: ſicut libro, quem ſuper ea re compoſuimus, declaratur. Sed, ut tibi à me mos geratur, dicam ego indoctiùs, ut ajunt, [17] & apertiùs; quæ fuiſſe dicturum puto [18] ſinuoſiùs atque ſollertiùs, ſi quis nunc adeſſet Stoïcorum. (noſti enim, credo, verbum illud vetus & pervulgatum, ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ, καὶ σαφέστερον [19] λέγε. a) atque hinc exorſus de dolore atque de gemitu Stoïci ægrotantis ita diſſeruit. Natura, inquit, omnium rerum, quæ nos genuit, induit nobis inolevitque in ipſis ſtatim principiis, quibus nati ſumus, amorem noſtri & caritatem: ita prorſus ut nihil quicquam eſſet carius [20] penſiuſque nobis, quàm noſmetipſi. atque hoc eſſe fundamentum rata eſt conſervandæ hominum perpetuitatis, ſi unuſquiſque noſtrum, ſimul atque editus in lucem foret, harum prius rerum ſenſum affectionemque caperet, quæ à veteribus philoſophis [21] τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν b appellata ſunt; ut [22] omnibus ſcilicet corporis ſui commodis gauderet, ab incom-

com-

a *Indoctius quo dammodo loquere, ſed apertius.*
b *Prima ſecundum naturam.*

---

ticu. Thyſ. Ego certe eam vocem nec in Regio nec in Lincoln. reperi, ſicut nec pater in duobus Lugd. & aliis. Itaque eam ipſam quoque conjecturam adſcripſit in fine paginæ [*f. Stoa*] Opiner tamen Gellicum dixiſſe *cum Stoica*, ut 13, 10. *In grammaticam ſeſe atque dialecticam penetraverit.* Mox etiam Reg. *ſuper illa re.* Gronov.

16 *Pleraque & ſibi & nobis incongruens*] Vide lib. Plutarchi περὶ Στοικῶν ἐναντίων. & lib. ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωικοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσι. Vide quoque Paradoxa Ciceronis, & Lipſii Stoicam philoſophiam lib. 3.

17 *Et apertius*] Stephanus poſt hæc verba parentheſin facit, & ponit hæc verba *noſti enim &c.* Et tum clauſa parentheſi ſcribit, *quæ fuiſſe dicturum puto.* Ita enim apta membrorum junctura erit: quæ non eſſet, ſi facta illius ſinuoſitatis Stoici ſermonis mentione ſubjungeret, quod illam improbat, & illi repugnat proverbium. Ita *Stephan.* & ex eo Thyſ. Sed exemplari Salmaſiano, quo utor, illic in margine adſcriptum eſt, [Non credo.] Et ſane quoties trajectiones hujuſmodi occurrunt lectori relictæ, ut in ordinem redigat? Livius XXVI, 9. *Paucos ex multis trepida fuga incidentes ſemiapertis portarum foribus in urbem compulit; ne urbs eodem impetu caperetur.* Similis illic Stephano Tan. Faber inquit, [lego, *ſemiapertis, ne urbs eodem impetu caperetur, portarum foribus, in urbem compulit*] Ita ſtatuit ille Faber, qui ad Anacreontem pag. 179 notavit: [Solent autem tranſponi quandoque parentheſes, quod hic quoque factum eſt.] Præſtabit igitur relinquere intacta, prout exhibent MSSti. *Gronov.*

18 *Sinuoſius*] Involutius, ſubtilius ex Stoicæ diſciplinæ intimis penetralibus.

19 Λέγε] Omitti poteſt hoc verbum, ſicuti apud Ariſtophanem ἐν Βατράχοις Act. 5. ſc. 4. ubi Dionyſius Æſchylum & Euripidem inter ſe committit. atque Euripidi dicit,

Α μαθέστερον πῶς εἰπὲ, κὴ σαφέστερον.

Atque ex hoc loco parœmia illa nata videtur. Scholiaſtes tamen dicit ab Ariſtophane hoc dictum fuiſſe juxta proverbium, σαφέστερον μοι λάμβδακιστερον φράσον. Quod in idem incidit. Originem hujus proverbii nimis longe petit Eraſmus. *Thyſ.* Mirum eſt ab eodem Thyſio non eſſe additum ſe deſcripſiſſe hoc totum ex eodem Stephano, niſi quod ipſe ſtolide vocaverit Dionyſium, quem recte Stephanus Dionyſum. Vide Stephanum pag. 92. Etiam pater annotavit fortaſſis delendum τὸ λέγε. Gronov.

20 *Penſiuſque*] Magis æſtimatum, precioſius. Quia quæ maximi facimus, ſæpe nobis penſa ſunt. *Tyſ.* Immo gravius, ponderoſius, majoris momenti.

21 Τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν] Quibus præcipua & potiſſima intelliguntur. Hinc Chryſippus apud Lucianum interrogatus, quid facturus eſſet, ſi ad ſummum virtutis faſtigium perveniſſet, reſpondet, περὶ τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν καταγενήσομαι. Thyſius ex Stephani pagina 199.

22 *Omnibus ſcilicet corporis ſui commodis gauderet, ab incommodis omnibus*] Credo ſententiam carere poſſe voce ultima. An Gellius addiderit, ſicut neſcio, ita teſtari poſſum in codice Regio illam mihi

commodis omnibus abhorreret. poſtea per incrementa ætatis exorta è ſeminibus ſuis ratio eſt & utendi conſilii reputatio, & honeſtatis utilitatiſque veræ contemplatio ſubtiliorque & [23] exploratior, commodorumque delectus: atque ita præ cæteris omnibus enituit & præfulſit decori & honeſti dignitas; ac, ſi ei retinendæ obtinendæve incommodum extrinſecus aliquod obſtaret, contemtum eſt. neque aliud eſſe verè & ſimpliciter bonum niſi honeſtum, aliud quicquam malum niſi quod turpe eſſet, exiſtimatum eſt. reliqua omnia, quæ in medio forent, ac neque honeſta eſſent neque turpia, neque bona eſſe neque mala decretum eſt. productiones tamen & [24] relationes ſuis quæque momentis diſtinctæ diviſæque ſunt, quæ [25] προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα[a] ipſi vocant; propterea voluptas quoque & dolor, quod ad finem ipſum bene beatéque vivendi pertinet, & in mediis relicta, & neque in bonis neque in malis judicata ſunt. Sed enim quoniam his primis ſenſibus doloris voluptatiſque, ante conſilii & rationis exortum, recens natus homo imbutus eſt; & voluptati [26] quidem natura conciliatus, à dolore autem quaſi [27] ab gravi quodam inimico abjunctus alie-

na-

a *Primaria* vel *præcipua*, *& minus præcipua*, *ſecundaria*.

---

hi non apparuiſſe; quæ magna fides ad ſuſpectam habendam, etſi in reliquis exſtet. *Gronov.*

23 *Exploratior*] Stephanus legit *exploratio*. Thyſius. Sed inique cum Stephano agit Thyſius, dum nihil aliud addit. Nam Stephanus legit *exploratio commodorumque delectus*, prout manifeſte edidit. In quibus illud *commodorumque* hauſit certe ex MSStis. Sic enim Regius, Petav. Lugd. uterque, Lincoln. Hoc enim admiſſo emendatio Stephani accipit majus pretium. Itaque foret ſimile ſpecimen, quod pag. 10 occurrebat *delectatio* pro *delectatior*. Quanquam *exploratior* poteſt referri ad præcedentia, quod mihi placuit fieri ne contra Mſſtos delinquerem. Sed in omnibus eſt *dilectus*. Gronov.

24 *Relationes*] H. Stephanus legebat *rejectiones*, vel *remotiones*.

25 Προηγμένα] Vocantur hæc apud Laërtium & Stobæum προηγμένα, & ἀποπροηγμένα, Cicero vocat *producta*, ſive *promota*, vel juxta ſenſum *præpoſita*, ſive *præcipua*, alia *rejecta*, quæ minoris pretii. Appoſite Laërtius προηγμένα appellat, τὰ ἀξίαν ἔχοντα, ἀποπροηγμένα τὰ ἀνάξια, id eſt, *producta ſunt*, *quæ æſtimationem*, *rejecta quæ non habent*. Vide ſupra p. 36. & p. 438. Προηγμένα itaque & ἀποπροηγμένα reponenda hic ſunt. Quid ſit προηγμένον Cicero lib. 3. de Fin. ita oſtendit: *Ut enim*, inquit, *nemo dicit in regia*, *regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem* (*id enim eſt* προηγμένον) *ſed eos*, *qui in aliquo honore ſint*, *quorum ordo proxime accedit*, *ut ſecundus ſit ad regium principatum*: *ſic in vita*, *non ea quæ primario loco ſunt*, *ſed ea quæ ſecundum locum obtinent*, προηγμένα *id eſt producta nominentur*. Addit quoque illis: *Quæ vel ita appellemus* (*id erit verbum è verbo*) *vel promota*: *vel ut illa*, *remota*. *Vel* (*ut dudum diximus*) *præpoſita*, *vel præcipua*: *& illa*, *rejecta*. *Re enim intellecta*, *in verborum uſum faciles eſſe debemus*. *Quoniam autem omne quod eſt bonum*, *primum locum tenere dicimus*, *neceſſe eſt nec bonum eſſe nec malum hoc quod præpoſitum vel præcipuum appellamus*. Quæ poſtrema cum Gellianis conveniunt. Vide quoque S. Empiricum 3. Hypotyp. 24. & Lucianum εὐ βίων πράσει.

26 *Quidem*] Vett. editt. *quidam*. Thyſius. Sed hoc nihil eſt, neque habetur in ullis Mſſ. quorum Regius legit *quidem à natura*, quod non debet magis mutari, quam mox *ratio quoque à natura data*: qui etiam exhibebat paulo ante *ſed enim quod his*. Gron.

27 *Ab gravi*] Vet. ed. *à gravi*. Thyſius. Sed mirum, ſi non quid aliud hîc lateat. In Pet. enim vox *quodam* non exſtat. In Reg. tantum eſt *gravi quo*: literæ *dam inimico* omiſſæ. Tu cogitabis.

natusque est: iccirco affectiones istas primitus penitusque inditas ratio post addita convellere [28] ab stirpe atque exstinguere vix potest. pugnat autem cum his semper: [29] exsultantis eas opprimit obteritque, & parere sibi atque obedire cogit. itaque vidistis philosophum ratione decreti sui nixum cum petulantia morbi doloriſque [30] exsultantia colluctantem, [31] nihil cedentem, nihil confitentem, neque, ut plerique dolentes solent, [32] hejulantem atque lamentantem, ac miserum sese & infelicem appellantem, sed acres tantum anhelitus & robustos gemitus edentem, signa atque indicia non victi neque oppressi à dolore, sed vincere eum atque opprimere enitentis. sed haud scio, inquit, an dicat aliquis ipsum illud quòd pugnat, quòd gemit, si malum dolor non est, cur necesse est gemere & pugnare? quia enim omnia, quæ non sunt mala, molestia quoque omni non carent; sed sunt pleraque noxa quidem magna & pernicie privata, quia non sunt turpia; contra naturæ tamen mansuetudinem lenitatemque oppositа sunt, & infesta, per [33] obscuram quandam & necessariam ipsius naturæ consequentiam. hæc ergo vir sapiens tolerare & [34] cunctari potest; non admittere omnino in sensum sui non potest. ἀναλγησία [a] enim atque ἀπάθεια [b] non meo tantùm, inquit, [35] sed quorumdam etiam ex eadem porticu prudentiorum homi-

a *Indolentia.* b *Affectuum vacuitas.*

28 *Ab stirpe*] Ita inquit Stephanus antiquos codices habere. An Mss. intelligat nescio. Certe omnes vett. ed. habent *obstirpare*. Forsan legendum *extirpare*. In margine tamen mei cod. ita MS. legi adnotatur. *Thys.* Immo Stephanus ibi satis clare loquitur de exemplaribus scriptis pag. 91 & vetustos libros exigit ad typographica exemplaria. Et verum dicit Stephanus. Nam & Reg. Petav. Lugd. uterque, Lincoln. aliique habent *ab stirpe*, ut de eo ambigi non debeat. *Gronov.*

29 *Exsultantis*] Cod. Torn. *& exultantes.* Thys. Etiam nostri omnes.

30 *Exsultantia*] Violenta eruptione.

31 *Nihil cedentem*] Nescio. Sed MS. Reg. *nihil edentem*, quod certe ita fuit, nisi quod mox id ipsum dicat & fateatur. Etiam mox ille ipse MS. *sed ægros tantum*, sicut quoque *non victi nec oppr.* Gronov.

32 *Hejulantem*] Aliter, *ejulantem.*

33 *Obscuram*] Cod. Torn. *inobscuram.*

34 *Cunctari*] Morari, expectare dum desævierint. Vett. ed. legunt *contari*. Utroque modo scribi hanc vocem testatur Donatus in Hec. act. 1. sc. 2. Uti & Verrius apud Festum. Quod tamen Festus improbat, qui ita loquitur: *Percunctatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico usu, qui conto pertentant cognoscuntque navigantes aquæ altitudinem. Ob quam causam ait Verrius etiam secundam syllabam per O solere scribi. Mihi id falsum videtur, nam est illa percunctatio, quod is, qui curiose quid interrogat, per cunctas res it; ut recte per u literam scribatur.* Quod de *percunctari* hic dicitur, idem de *cunctari* dicendum.

35 *Sed quorundam etiam*] Audi Senecam Ep. 57. *Quædam sunt, quæ nulla virtus effugere potest. Admonet illam natura mortalitatis suæ. Itaque & vultum adducet ad tristitiam, & inhorrescet ad subita, & caligabit si vastam altitudinem in crepidine ejus constitutus despexerit. Non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis Rationi.* Et alibi juxta Stoicorum sententiam Epist. 71. *Non educo sapientem ex hominum numero, nec dolores ab illo sicuti ab aliqua rupe nullum sensum admittente submoveo. Memini ex duabus partibus illum esse compositum. Altera est irrationalis: hæc mordetur, uritur, dolet. Altera rationalis: hæc inconcussas opiniones habet, intrepida & indomita.* Affectus proprie Stoicis erant excursiones cum impetu, sive ὁρμή. Ubi intra modum erant, non affectus, sed præludia illorum. Quæ exuere non est hominis. Vide Auctorem nostrum lib. 19 c. 1.

36 *Pa-*

minum, ſicuti [36] Panætii gravis atque docti viri judicio [37] improbata abjectaque eſt. Sed cur contra voluntatem ſuam gemitus facere cogitur philoſophus Stoicus, quem nihil cogi poſſe dicunt? nihil ſanè poteſt cogi vir ſapiens, quum eſt rationi obtinendæ locus. quum verò natùra cogit, ratio quoque à natura data cogitur. quære etiam, ſi videtur, cur manu alicujus ob oculos ſuos repentè agitata invitus conniveat; cur fulgente cœlo à luminis jactu non ſua ſponte & caput & oculos declinet; [38] cur tonitru vehementius facto ſenſim paveſcat; cur [39] ſternumentis quatiatur; cur aut in ardoribus ſolis æſtuet, aut in pruinis immanibus obrigeſcat. [40] Hæc etenim, & pleraque alia non voluntas nec conſilium nec ratio moderatur; ſed naturæ neceſſitatiſque decreta ſunt. fortitudo autem non ea eſt, quæ contra naturam, monſtri vicem, nititur, ultraque modum ejus egreditur, [41] aut ſtupore animi aut immanitate aut quadam miſera & neceſſaria in perpetiendis doloribus exercitatione: qualem fuiſſe accepimus ferum quemdam [42] in ludo Cæſaris gladiatorem; qui, quum vulnera ejus [43] à medicis [44] exſecabantur, ridere ſolitus fuit: ſed ea vera & proba fortitudo eſt, quam majores noſtri ſcientiam eſſe dixerunt rerum tolerandarum & non tolerandarum. per quod apparet eſſe quædam intolerabilia, quibus fortes viri aut obeundis abhorreant, [45] aut ſuſtinendis. Quum hæc Taurus dixiſſet, videre-

36 *Panætii*] Cujus meminit quoque ſumma cum laude Gellius noſter lib. 13 c. 26. Fuit patriâ Rhodius, teſte Strabone lib. 14. Hujus libros de officiis vel potius περὶ καθηκόντος imitatus eſt Cicero, qui in Lucullo *Stoicorum prope princeps* dicitur.

37 *Improbata abjectaque*] Copulativa abeſt à Reg. quem ſcias tueri verba præcedentia *ex eadem porticu*, quum nonnulli ex MStis abigant duas primores voces, velintque dici *quorundam etiam porticu prudentiorum*, quod foret conveniens Tauro non nimis amante illam porticum, ut ante præmiſit. Attamen ſalva ſit ejus libri auctoritas; qui & mox hunc ordinem ſequutus ſum *manu alicujus* ex Reg. Petav. Lugd. utraq. quas editi invertunt. *Gronov.*

38 *Cur tonitru*] MS. Reg. *cur tonitruum*. abeſtque vox *ſenſim*. Idem.

39 *Sternumentis*] Vet. ed. *ſternutamentis*. Thyſ. Non una ſic vetus editio habet, ſed fere omnes; quum interim quadriſyllabum ſit in omnibus Mſſ. perinde ut *ſarmenta* dicta ſunt & *ſarpimenta*. Reg. Pet. Mem. habent quoque *ardore*. Gronov.

40 *Hæc etenim*] Sic edidit Stephanus, nec ſcio quod habuerit fundamentum. Mſſ. omnes, quos novi, præbent *hæc enim*: ex editis etiam multi. *Gronov.*

41 *Aut ſtupore animi aut immanitate*] Hanc diverſitatem Apathiæ oſtendit Laërtius, cum dicit: Φασὶ δὲ καὶ ἀπαθῆ εἶναι τὸν σοφὸν, διὰ τὸ ἀνεπιπτωτὸν εἶναι, εἶναι δὲ καὶ ἄλλον ἀπαθῆ τὸ φαῦλον, οὐ ἴσως λεγόμενον τῷ σκληρῷ καὶ ἀτρέπτῳ. Id eſt: *Ajunt vero* (Stoici) *affectuum expertem eſſe ſapientem, ideo quia eſt ſtabilis & à lapſu remotus. Ajunt & ſtultum eſſe apathem, quod valet, ac ſi dicas, durum atque immobilem.*

42 *In ludo Cæſaris*] In quo Cæſaris gladiatores exercebantur, & alebantur, quibus præerant præfecti & laniſtæ. Tales quoque alii ludi complures. P. Victor & marmora priſca meminerunt *Ludi Gallici, Dacici, Magni, Mamertini, Matutini.*

43 *A medicis*] Singulis ludis erant medici, partim ut valetudinem curarent, partim ut vulnera ſanarent. Chirurgos tamen hic, qui medicorum nomine apud antiquos veniunt, intelligere videtur.

44 *Exſicabuntur*] Vett. ed. habent, *exſecabantur*, alia *exiccabantur*. Thyſ. Debuit addi ex editione Stephani *exſiccabantur*. Sed ſcias in Mſſtis quibuſdam, ut & in multis editis, eſſe *execabantur*, aliis *exſecab.* quod cur non retinent? *Gronov.*

45 *Aut ſuſtinendis*] In libro, quo uſus fuit Lambecius

returque in eamdem rem plura etiam dicturus, perventum est ad vehicula, & conscendimus.

becius ad conferendum, adscripsit huic verbo *impares sint*, nescio unde: nec enim quisquam no- | strûm in Regio id annotavit. *Gronov.*

CAP. VI.

[1] *De ænigmate.*

QUÆ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam è nostris veteribus [2] sirpos appellaverunt: quale est quod nuper invenimus per herclè antiquum, perque lepidum, tribus versibus senariis compositum ænigma: quod reliquimus inenarratum, ut legentium conjecturas inquirendo acueremus. Versus tres hi sunt:

[3] *Semel minusne, an bis* [4] *minus, non sat scio:*
An utrumque eorum, ut quondam audivi [5] *dicier,*
[6] *Iovi ipsi regi noluit concedere.*

Hoc

1 *De ænigmate*] Ita Carrio emendavit. Vett. ed. legunt; *Quod Græci ænigma dicunt, Latini antiqui autores scirpos appellarunt.* Thys. Mihi nullam contigit videre, in qua vox *autores* extaret; & tamen octo inspexi excedentes ætate Stephanianam; & in his etiam omnibus non legebatur *scrupos*, quod venit ab Alciato 4 Parerg. 19. id quod improbe factum pronunciat Scaliger in Conjectan. ad Varron. sed Aldina *scirpos*, Colonienses Cervicorni *sirpos*; quod citato loco firmat Scaliger. *Gronov.*

2 *Sirpos appellaverunt*] *Scirpus* vel *sirpus* ænigma hic denotat, & nomen accepit non à *sirpo* junco enodi, sed à nassa piscatoria ex scirpis contexta. Potest tamen per sirpum intelligi omne πλέγμα ex junctis viminibus contextum. Crinitus lib. 9 c. ult. hic legebat *scrupos*, sed hic locum habere non potest, cum *scrupus* & *scrupulus* proprie lapillum denotat, qui pedem offendit, metaphorice quicquid animo molestum est, quibus omnibus ænigmatis vox non respondet.

3 *Semel minusne*] Intelligit Terminum, qui Iovi, ut cæteri Dii, cedere noluit cum Capitolium exauguraretur. Ovid. lib. 2. Fastor.

Quid nova cum fierent Capitolia, nempe Deorum
Cuncta Iovi cessit turba, locumque dedit.
Terminus (ut memorant veteres) inventus in æde
Restitit: & magno cum Iove templa tenet.
Nunc quoque se supra ne quid nisi sidera cernat,
Exiguum templi tecta foramen habent.

Locus quoque luculentus est apud Lactantium lib. 1. de falsa Religion. cap. 20. *Quid qui lapidem colunt informem, atque rudem cui nomen est Terminus? Hic est, quem pro Iove Saturnus dicitur devorasse: nec immerito illi honos tribuitur. Nam cum Tarquinius Capitolium facere vellet; eoque in loco multorum Deorum sacella essent: consuluit eos per auguria; utrum Iovi cedere, & cedentibus cæteris, solus Terminus mansit. Unde illum Poëta* Capitoli immobile saxum *vocat. Iam ex hoc ipso quam magnus Iupiter invenitur, cui non cessit lapis, ea fortasse fiducia, quod illum de paternis faucibus liberaverat. Facto itaque Capitolio supra ipsum Terminum foramen est. in tecto relictum: ut, quia non cesserat; libero cœlo frueretur. quo ne ipsi quidem fruebantur, qui lapidem frui putaverunt. Et huic ergo publice supplicatur, quasi custodi finium Deo: qui non tantum lapis, sed etiam stipes interdum est.* Barthius Adv. lib. 16 c. 22. hos versus ita legebat:

Semel minus? Non. Bisminus? non. Sat scio.
An utrumque? verum; ut quondam audivi dicier,
Iovi ipsi regi noluit concedere.

Ita & trimetri sua sibi constant lege, & acumen repetitis interrogatiunculis. Alioquin frigidum responsum. Potest tamen ita intelligi, ut semel, bis, imo ter Iove minus sit, & noluerit tamen Iovi cedere.

4 *Minus*] Additur in aliis, *sit*. Thys. Ita est. Editio Badiana eo verbo destituta est. Quod quum videret pater, existimavit se habere causam ejus quoque omittendi, licet in aliis exstaret. Mssti habent *an bis minus non sit sat scio.* Quæ transpositio posset eam vocalem suspectam facere, præsertim

Hoc qui nolet diutius apud ſeſe quærere, inveniet quid ſit in M. Varronis de ſermone Latino ad Marcellum [7] libro ſecundo.

tim quum eo modo turbetur metrum. Sed cogitandum, an non Gellius conceperit ac ſcripſerit: *an his minus, non ita ſcio.* Deinde poterat Thyſius addere, ea quæ ab ipſo adlata ſunt de Termino, eſſe petita aut ex Politiani miſcellaneis cap. 36, aut ex Philippo Carolo. *Gronov.*

5 *Dicier*] Vett. ed. hic habent *ipſi.*

6 *Iovi ipſi*] Vett. ed. habent *Dicier Iovi.* Thyſ. Immo & Mſſti habent *audivi ipſi dicier Iovi regi noluit.* Quum igitur Gellius inſtruat ſenarios, eosque nominet, inque primo & poſtremo verſu ſervet in quarto loco jambum, patet eſſe aliquid in verſu ſecundo moleſtum, & trajectionem vocis non recte factam. Dum cogito omnia, ita corruptum eſſe Gellium ſubodoror, ut vox *quondam* poſita ſit alieno loco: ſed quæ illuc invaſerit explicationis ergo ſuperpoſita voci *olim*, quæ ſequebatur in verſu tertio: non enim quondam audivit dici, ſed audivit dici quondam vel olim noluiſſe concedere. Hinc colliges ita eam fieri debuiſſe; *ut audii ipſi dicier Regi Iovi olim nol. conc.* Gronov.

7 *Libro ſecundo*] Ex his libris ad Marcellum citant quædam Soſipater, Chariſius, alii.

CAP. VII.

Quam ob cauſam Cn. Dolabella proconſul ream mulierem veneficii confitentemque ad Areopagitas rejecerit.

AD Cn. Dolabellam proconſulari imperio provinciam Aſiam obtinentem deducta mulier [1] Smyrnæa eſt. eadem mulier virum & filium eodem tempore venenis clàm datis [2] vita interfecerat: atque id feciſſe ſe confitebatur, dicebatque habuiſſe ſe faciendi cauſam, quoniam idem illi maritus & filius alterum filium mulieris ex viro priore genitum adoleſcentem optimum & innocentiſſimum exceptum inſidiis occidiſſent. idque ita eſſe factum controverſia non erat. Dolabella [3] retulit ad conſilium. nemo quiſquam ex conſilio ſententiam ferre in cauſa tam ancipiti audebat; [4] quòd & confeſſum veneficium, quo maritus & filius necati forent, [5] non admittendum impœnitum videbatur, & digna tamen pœna [6] in homines ſceleratos vindicatum fuiſſet. Dolabella eam rem Athenas [7] ad Areopagitas, ut ad judices graviores exercitatioreſque,

1 *Smyrnæa eſt*, Codex Reg. tantum *Smyrne eſt*, ut vel nomen mulieris intellexerit, vel pro *Smyrnæ*, quum ibi ageret. Hinc ab aliis Smyrnæa facta eſt ex Valerio Maximo, ad quem ſcio, quid notaverint viri docti. In eodem ſtatim vox *vita* non apparet. *Gronov.*

2 *Vita interfecerat*] Vita privaverat. ita Plautus quoque loquitur in Trucul. Act. 2. Sc. c. 6. ℣ſ. 37.

Salvo, qui me interfeciſti pene vita & lumine.

3 *Retulit ad conſilium*] Valerius Maximus lib. 8 cap. 3. de Publ. Iudic. nihil de concilio refert, ſed Dolabellam neque punire neque abſolvere ſuſtinuiſſe.

4 *Quod & confeſſum*] Debeo credere voculam mediam in noviſſimis editionibus per typos fuiſſe omiſſam, non voluntate alterius, quia & requiritur, nec ullus codex ei litem movet: unde reſtitui. *Gron.*

5 *Non admittendum impœnitum*] Plerumque in MSS. codicibus Gellii hæc pronunciatio eſt, unde ſuſtinuit Stephanus ubique ita reponere. Nec reprehendo. Sed hoc tamen loco omnes quos adhibere potui tenent *impunitum*: niſi quod habeo ante oculos excerpta varietatum codicis ignoti & manus, ubi notatur [*impunitatum* MS. à prima manu.] *Id.*

6 *In homines ſceleratos*] Præpoſitio non exſtat in Regio, quaſi vellet Gellium ſcripſiſſe *& digna tamen pœna homines ſceleratos vindicatum iviſſet.* Idem.

7 *Ad Areopagitas*] Judicium celebratiſſimum, & ideo meritum induſtriam Cl. Meurſii, ut peculiari

que, rejecit. Areopagitæ cognita causa accusatorem mulieris, & ipsam, quæ accusabatur, centesimo anno adesse jusserunt. Sic neque absolutum mulieris veneficium est, quod per leges non licuit; neque nocens damnata pœnitaque, [8] quæ digna venia fuit. Scripta hæc historia est in libro Valerii [9] Maximi factorum & dictorum memorabilium [10] octavo.

liari scripto eos prosequeretur, quod debet consuli. *Idem.*

8 *Quæ digna venia fuit*] Nequaquam. Potuit enim ad magistratum deferre crimen mariti & filii, ut juste à magistratu punirentur. Neque enim mulieris erat privatam vindictam sumere. *Thys.* Alia igitur Dolabellæ, & Areopagitarum mens atque etiam Valerii Maximi justo dolore impulsam dicentis; alia nostri temporis.

9 *Maximi*] In quodam MS. *Maximi* non habetur.

10 *Octavo*] Cod. Torn. *nono*. male. *Thys.* Ita etiam Reg. duo Lugd. Petav. Lincoln. & *nove* est in Thuan. Et potuit Gellius memoriter citans aberravisse. Schefferinus tamen videtur retinere *octavo*. Gronov.

CAP. VIII.

Reditiones in gratiam nobilium virorum memoratu dignæ.

[1] P. Africanus superior & Tib. Gracchus, Tib. & C. Gracchorum pater, rerum gestarum magnitudine, honorum atque vitæ dignitate illustres viri dissenserunt sæpenumerò de republica; & ea, sive qua alia re, non amici fuerunt. ea simultas quum [2] diu mansisset, & solemni die [3] Jovi libaretur, atque ob id sacrificium senatus in Capitolio epularetur; fors fuit, ut apud eamdem mensam duo illi junctim locarentur. tum quasi dis immortalibus arbitris in [4] convivio Iovis optimi maximi dexteras eorum conducentibus, repentè amicissimi facti: neque solùm amicitia incepta, sed affinitas simul instituta. nam P. Scipio [5] filiam virginem habens [6] jam viro maturam, ibi tunc eodem in loco despondit eam Tib. Graccho; quem probaverat elegeratque exploratissimo

1 *P. Africanus superior*] Scipionem majorem intelligit. Hoc exemplum quoque habetur apud Plutarchum in Gracchis, Livium lib. 38. Valerium Maxim. lib. 4 c. 2.

2 *Diu mansisset*] In Reg. est *mansissent*, ut & Lugd. min. Sed in majore quum *duunasset* reperiret pater, censuit legendum *diurnasset*. Gronov.

3 *Iovi libaretur*] Vett. ed. habent, *Iovi epulum libaretur*. Thys. Sed veteres scripti *epulum Iovi libaretur*. Vocem *epulum* ejecit Stephanus; nec aliud in ea est commendabile, quam quod ab Mstis firmetur, ab nullo eorum, quod scio, omissa. Hinc & pater eam numero habuit nullo, idque non injuste, quia & epulum liquide per sequentia declaratur; nisi si potuerint & aliæ libationes in Capitolio solitæ fieri Iovi, unde mox epularetur quoque senatus præter illud unum celebratissimum.

4 *Convivio Iovis*] Quod solenne festum erat mense Novembri, juxta vet. Cal. Constantini. *Iovis epulo*, inquit Valerius Maximus lib. 2 cap. 1. *ipse in lectulum, Iuno & Minerva in sellas ad cœnam invitantur*. Cœnam dialem appellat Seneca.

5 *Filiam virginem*] Filiam minorem natu Corneliam nomine. Livius lib. 38. scribit parum constare inter auctores, utrum post mortem patris desponsata fuerit & nupserit filia Africani Graccho, nec ne. Addit aliam fuisse opinionem, cum Gracchus L. Scipionem, qui in vincula ducebatur, exemisset, senatum eo die forsan cœnantem in Capitolio, petiisse ab Africano, ut inter epulas Graccho filiam desponderet. Quod haud difficulter impetratum fuit.

6 *Jam viro maturam*] Notabilis in hoc loco Lincolniensis, dum habet *jam jam viro mat.* Deinde

simo judicii tempore, dum inimicus est. Æmilius quoque Lepidus & [7] Fulvius Flaccus, nobili genere ampliſſimiſque honoribus & ſummo loco in civitate præditi, odio inter ſeſe gravi & ſimultate diutina conflictati ſunt. poſtea populus eos ſimul cenſores facit. atque [8] illi, ubi voce præconis renunciati ſunt, ibidem [9] in campo ſtatim, nondum dimiſſa concione, ultro uterque & pari voluntate conjuncti complexique ſunt: exque eo die & in ipſa cenſura & poſtea jugi concordia fidiſſimè ampliſſiméque vixerunt.

de in eodem legitur *explorantiſſimo*, quæ duo certe afferunt aliquid non inutile. *Gronov.*

7 *Fulvius Flaccus*] An recte ſic vocetur, ſcribit ſe neſcire Pigius ad annum V. C. 674. certe ab aliis cenſuram Nobilioris appellari, quum eodem anno Q. Fulvius Flaccus foret conſul. *Idem.*

8 *Illi ubi voce præc. renunciati ſunt*] Quum τὸ *ubi* in eodem Lincoln. negligatur, forſan etiam delendum verbum ſubſtantivum: ſed notabis etiam in Reg. legi *ultro utraque & p.* at in Lincoln. *ultro citroque & pari v.* Gronov.

9 *In campo*] Martio, perinde ut Valer. Max. 4, 1.

CAP. IX.

Quæ dicantur vocabula ancipitia, & quòd honoris *quoque vocabulum ancipiti ſententia fuerit.*

[1] EST plurifariam videre atque animadvertere in veteribus ſcriptis pleraque vocabula, quæ nunc in ſermonibus vulgi unam certamque rem demonſtrent, ita fuiſſe [2] media & communia, ut ſignificare & capere poſſent duas inter ſe res contrarias: ex quibus quædam ſatis nota ſunt, ut [3] *tempeſtas*, [4] *valetudo*, [5] *facinus*, [6] *dolus*, [7] *gratia*, [8] *induſtria*. Hæc enim fere jam vulgatum eſt ancipitia eſſe, & utroqueverſus dici poſſe. [9] *periculum* etiam, & [10] *venenum*, & [11] *contagium*, non, uti nunc di-

1 *Eſt plurifariam videre*] Talem modum loquendi poëtis tantum permittit Valla. Sed Gellius noſter ita quoque loquitur lib. 13 c. 11. *Vina quoque dulciora eſt invenire.* Thyſ. Deſcriptum ex notis Aſcenſii; & alienum ab hoc tempore.

2 *Media & communia*] Reg. Mem. Lugd. min. Pet. Lincoln. *& incommunia.* Lugd. maj. *& in communi aut ſignificare.* Hinc utique evincitur particulam *in* veniſſe ab Gellio: cui ut ſubveniret pater, cogitavit ſcripſiſſe *media & in communi, ut ſign.* Satis commode; niſi lectio ipſa nos doceret infinitas fuiſſe voces, cui eam voculam præfixerint, quarum vix ratio nobis conſtat. Immo ſimilia Gellio placuiſſent, partim olim reſtitura illi, partim ex his collationibus. Ego certe nihil pecco, dum edo quod exſtat in Mſſ. *Gronov.*

3 *Tempeſtas*] Quæ pro procella ſumitur, & aliquando pro ſereno tempore. Cæſar lib. 4. de Bell. Gall. *Nactus idoneam ad navigandum tempeſtatem, tertia fere vigilia ſolvit.*

4 *Valetudo*] Quo vocabulo & ſanitas & morbus denotatur.

5 *Facinus*] Bonum & malum factum.

6 *Dolus*] Feſtus: *Doli vocabulo nunc tantum in malis utimur, apud antiquos autem in bonis utebantur, hinc etiam dicimus ſine dolo malo: nimirum quia ſolebat dici & bonus.* Vide quoque titulum ff. de Dolo malo. & l. 1 §. 3. eod.

7 *Gratia*] Ita Terentius in Phorm. *bonam & malam gratiam* dixit.

8 *Induſtria*] Etiam ad mala refertur.

9 *Periculum*] Sumitur pro diſcrimine & experimento.

10 *Venenum*] Cajus libr. quarto ad legem duodecim tabularum, ſive l. 236. de V. S. *Qui venenum*

dicuntur, pro malis [12] tantùm dicta esse, multum exemplorum hujusmodi reperias. sed *honorem* quoque mediam vocem fuisse, & ita appellatum, ut etiam [13] *malus honos* diceretur, & [14] significaret *injuriam*, id profecto rarissimum est. [15] Quintus autem Metellus Numidicus in oratione, quam [16] de triumpho suo dixit, his verbis usus est: *Quâ in re quanto universi me unum antistatis; tanto vobis quàm mihi majorem injuriam atque* [17] *contumeliam facit, Quirites: & quanto probi injuriam facilius accipiunt, quàm alteri tradunt; tanto ille vobis* [18] *quàm mihi pejorem honorem habuit. nam me injuriam ferre, vos facere vult, Quirites: ut hîc conquestio, istic vituperatio relinquatur.* [19] *honorem*, inquit, *pejorem vobis habuit,* [20] *quàm mihi.* cujus verbi sententia est, quam ipse quoque suprà dicit: *majore vos affecit injuria & contumelia quàm me.* Præter hujus autem verbi notionem adscribendam esse hanc sententiam ex oratione Q. Metelli existimavi, ut definiremus Socratis esse decretum, [21] Κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν, ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι[a].

a *Pejus esse injuria afficere, quam affici.*

---

num dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum. nam & medicamenta venena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam ejus cui adhibitum esset, mutat: cum id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον *dicunt. Apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur. Unde adjectione alterius nomine distinctio fit. Admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus. nam sic ait:*

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Vide quoque l. 3. ad L. Corn. de Sicar. & l. 35. §. 2. de contrah. empt.

11 *Contagium*] Quod à contingendo dictum. Postmodo dictum de eo quod contingendo polluit.

12 *Tantum*] Stephanus legit *tandem.*

13 *Malus honos*] Ita Euripides in Helena act. 1. αἰσχρὸν κλέος dixit, & contra in Phœnissis κάλλιστον ὄνειδος, quod tamen plerumque in pejorem partem accipitur. *Muret.* lib. 6. Var. Lect. c. 18.

14 *Significaret injuriam*] Ut apud Ovidium lib. 11 Metam. inducitur Tellus querens: *Hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem Officiique refers?* Gronov.

15 *Quintus autem Metellus Numidicus*] Hic est, qui contra Iugurtham bellum gessit, de quo videndus Sallustius, quem Vellejus *nulli secundum sui saeculi* appellavit. Inter claros quoque Oratores lib. 2. recenset.

16 *De triumpho suo*] Vellejus Paterculus: *Metelli tamen & triumphus fuit clarissimus, & meritum; virtutique cognomen Numidici inditum.* Vide Sigonium comm. in Fast. & triumph. Rom. ad annum DCXLIV.

17 *Contumeliam facit*] Hoc loquendi genus in Antonio Cicero reprehenderat. Sed & apud Plautum & Terentium crebra illius rei exempla sunt. Neque tamen injuria notaverat Antonium Cicero: quod vulgo creditur. Nam Antonius ita dixerat, *facere contumeliam*, ut facere damnum, aut facere jacturam dicimus. Quomodo nunquam quisquam, opinor, præter illum locutus invenietur. *Muret.* lib. 6. Var. L. c. 18. *Thys.* Adde Observationes paternas lib. III cap. 8. *Gronov.*

18 *Quam mihi*] Vett. ed. *quam gratiam mihi.* Thys. Sed contra Mss.

19 *Honorem pejorem*] Ita quoque interpretari quis posset, *sub specie honoris pejori vel affecit injuria.* Ita *honos* non foret anceps vocabulum. *Thys.* Id quoque totum est Ascensii.

20 *Quam mihi*] Vett. ed. legunt, *quam gratiam mihi.* Thys. Et hoc loco servant eam vocem codices antiqui.

21 Κάκιον] Eodem fere modo loquitur Socrates apud Platonem in Gorgia: ἐ νόμῳ ἄρα μόνῳ ἐστὶν αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ἐδὲ δίκαιον τὸ ἴσον ἔχειν, ἀλλὰ φύσει. Id est, *Non ergo lege sola, turpius est facere injuriam quam pati, & justum est æquitatem servare; sed etiam ipsa natura.*

CAP.

CAP. X.

Quòd æditimus *verbum Latinum sit.*

Æditimus verbum Latinum est & vetus, [1] ea forma dictum, [2] qua *finitimus* & *legitimus*. [3] sed pro eo à pleriſque nunc *ædituus* dicitur nova & commenticia uſurpatione; [4] quaſi à tuendis ædibus appellatus. Satis hoc eſſe potuit admonendi gratia dixiſſe, [5] propter agreſtes quoſdam & indomitos certatores, qui niſi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur. M. Varro, in libro ſecundo ad Marcellum de Latino ſermone, *æditumum* dici oportere cenſet, magis quàm *ædituum*; quòd alterum ſit recenti novitate fictum, alterum antiqua origine incorruptum. [6] Lævius quoque, ut opinor, in Proteſilaodamia *clauſtritumum* dixit, qui clauſtris januæ præeſſet; eadem ſcilicet figura, qua *æditumum* dici videbat qui ædibus præeſt. In Verrem M. Tullii in exemplaribus fideliſſimis ita inveni ſcriptum: *æditumi cuſtodeſque maturè ſentiunt*. in libris autem hoc [7] vulgariis, *æditui*, ſcriptum eſt. [8] Pomponii fabula Attellana eſt, quæ ita inſcripta eſt, [9] *Æditumus*; in qua hic verſus eſt:

Qui poſtquam tibi appareo atque [10] *æditumor in templo tuo.*

Ti-

1 *Ea forma*] Ita quoque apud Ciceronem in Topicis Servius Sulpitius loquitur.

2 *Qua finitimus*] Unde probet? Itaque alia ratio patefacta eſt ad 7, 1. *Gronov.*

3 *Sed pro eo à pler. n. ædituus dicitur*] Dubites, an non legatur aliquid interpolatum. Nam adverſativa in codice Reg. non exſtat: dein verbi poſtremi literæ ſunt eraſæ, cujus ſpatii principio ſunt inſcriptæ literæ *ea* . . . . Si tollas vocabulum utrumque, perinde integram habebis ſententiam accommodata in ſequentibus diſtinctione. *Gronov.*

4 *Quaſi à tuendis ædibus*] Varro lib. 6. de L. L. *Tueri duo ſignificat, unum ab aſpectu, alterum à curando & tutela: ut cum dicimus, bellum tueor, & tueri villam. A quo etiam quidam dicunt illum, qui curat ædes ſacras, ædituum, non æditumum. Sed tamen hoc ipſum ab eadem productum eſt origine.* Feſtus, & Soſipater diſtinguunt inter *æditumum*, quem ædis *intimum* vocant, & *ædituum* quem *ſacræ ædis tuitorem*, ſive curatorem appellant.

5 *Præter agreſtes*] Vett. ed. & C. Torn. legunt, *propter*. Thyſ. Immo ſic omnes Mſſti, omneſque editiones ante Stephanianam.

6 *Lævius quoque*] Vide ſupra p. 185. Corrupte hic crebro citatur *Livius*, & Nævius. Vide Scaligerum in Auſonium pag. 163. Vett. edd. habent *Levinius*. Aldus, *Livius*. male. Meliores & antiqui codd. *Lævius* agnoſcunt, ut monet Fulv. Urſinus. *Thyſ.* Id certe in Gellio non ita ſe habet, quum MS. Regius literam i tueatur cum aliis: ſed duo Lugd. & Petav. habeant æ. Cæterum gravior moleſtia eſt, quam affert Reineſius lib. 3 Var. Lect. c. 2, ubi Gellium & Priſcianum conjungit, quaſi qui citaverint Nævium in tragœdia, quæ inſcripta fuerit *Proteſilaus Laodamia*. Quod non aſſequor. Nam in Priſciano lib. 6 editur *Nævius in Proteſilaodamia*, *Complexa ſomno corpora operiuntur*, ubi in MSto meo eſt, *Nevius in proteſilao. Laudamia complexa ſomno corpora operiuntur*. Debuerat Reineſium juſſiſſe cautius agere vel ipſa Voſſiana editio fragmentorum tragicorum, ubi patet ab horum unoquoque aliquid ſcriptum fuiſſe huc pertinens. *Gronov.*

7 *Vulgariis*, Aliter, *vulgatis*. Thyſ. Sed iſtud in Mſſ.

8 *Pomponii*] Vide ſupra p. 107.

9 *Æditumus*] Nonius citat in *Ædituo*.

10 *Æditumor*] Nonius legit *ædituor*.

Titus autem [11] Lucretius in carmine suo, pro *ædituis*, *ædituentes* appellat.

11 *Lucretius*] Lib. ultimo. In vett. edd. versus quoque adduntur illi,

—— onerataque passim
Cuncta cadaveribus cœlestum templa manebant,
Hospitibus loca quæ complerant ædituentes.

CAP. XI.

Errare istos, qui spe & fiducia latendi peccent; quum latebra peccati perpetua nulla sit: & super ea re Peregrini philosophi sermo [1] ex Sophocli poëtæ sententia.

PHILOSOPHUM nomine [2] Peregrinum, cui postea cognomentum Proteus factum est, virum gravem atque constantem vidimus, quum Athenis essemus, diversantem in quodam tugurio extra urbem. quumque ad eum frequenter ventitaremus, multa herclè dicere eum utiliter & honestè audivimus. in quibus id fuit, quod præcipuum [3] auditum meminimus. Virum quidem sapientem non peccaturum esse dicebat, [4] etiamsi peccasse eum [5] dii atque homines ignoraturi [6] forent. non enim pœnæ aut infamiæ metu non esse [7] peccandum censebat, sed [8] justi honestique studio

1 *Ex Sophocli*] MS. Reg. *& Sophocli*. Gronov.

2 *Peregrinum*] Vide supra p. 422. Hic cum imitari Herculis mortem cuperet, in conspectu totius Græciæ se in rogum immisit, Olympiade 236. ut Lucianus in ejus vita & Philostratus lib. 2 de Vit. Sophistarum in Herode testantur. Oriundus fuit ex oppido Hellespontiæ Pario, teste Luciano: eique mortuo statuam in foro erexerunt Pariani, ex qua oracula reddi credebantur, ut ait Athenagoras in Legatione pro Christianis. *Thys.* Id in Reg. scribitur *Protheus*, quum, quod notari debet, in Schefferi codice legatur *Proteo*.

3 *Auditum*] Vett. edd. habent *auditu*. Thys. Sed contra Mss. quorum Reg. mox habuit *utiliter & honesta*.

4 *Dii atque homines ignoraturi forent*] Ita & loquitur Cicero lib. 3. de Offic. *Satis nobis, si modo in philosophia aliquid profecimus, persuasum esse debet, si omnes Deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum.* Atque adeo, quamvis lateat homines scelus, præterquam quod ἔχει θεὸς ἐνδικον αμμα, etiam *ipsius sceleris in scelere supplicium est*, ut loquitur Seneca. *Thys.* Sed has sententias quo animo loqueretur iste Peregrinus, declarat Vir Cl. Stephanus le Moyne, in Prolegomenis ad Varia Sacra, unde patet certe, quam Gellius & cum hoc universus illius temporis gentilismus ab eo deceptus fuerit. Et quæ vanitas occœcavit Gellium, ut talem sententiam non maluerit ex ipso Cicerone petere, qui fons fuit meditationis tam castæ. Adde excerptum Barthii libro xxxv Adversar. cap. 7. *Gronov.*

5 *Etiamsi peccasse eum dii atque homines*] Hic igitur ille est, quicum vel in tenebris micaret Romanus.

6 *Forent*] In MS. *essent*.

7 *Peccandum*] C. Torn. addit *censebat*. Thys. Certe habet quoque Reg. & Lugd. maj. Et quod in nonnullis desit, inde existere videtur, quia ab verbo *etiamsi* tota ista periodus usque ad *censebat* omissa fuit, quoniam literæ postremæ verborum *dicebat* & *censebat* conturbabant oculos: ut ego quidem audacter feciisse Stephanum existimem, qui editiones eo verbo carere primus voluit, quum etiam satis crebro Gellius ostenderit in eis se amare abundantiam. Sed etiam MS. Reg. habet *ignoturi forent*, quum Aldina omisso vocis principio exhibeat *raturi forent*, quam videtur innuere Cl. le Moyne appellans veterem editionem, in qua sic viderit. Ne codicis Regii scripturam prorsus negligas, evincet *ignotus* Plauti, quem sæpe adhibet Gellius. *Gronov.*

8 *Justi honestique*] More Græco loquitur, qui simili

ſtudio & officio. Si qui tamen non eſſent [9] tali vel ingenio vel diſciplina prædíti, uti ſe vi ſua ac ſponte facilè à peccando tenerent, eos omnis tunc peccare procliviùs exiſtimabat, quum latere poſſe id peccatum putarent; impunitatemque ex ea latebra ſperarent. at ſi ſciant, inquit, homines nihil omnium rerum diutiùs poſſe celari, [10] repreſſiùs pudentiuſque peccabitur. Propterea verſus iſtos Sophocli prudentiſſimi poëtarum in ore eſſe habendos dicebat:

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν, ὡς ὁ πάνθ' ὁρῶν
Καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσῃ χρόνος[a].

Alius quidam veterum poëtarum, cujus nomen mihi nunc memoriæ non eſt, Veritatem Temporis filiam eſſe dixit.

a *Ad hæc nihil occulta, quandoquidem omnia videns*
Et omnia audiens, cuncta revelat tempus.

ſimili modo τὸ δίκαιον & τὸ πρέπον dixerunt. Huc faciunt verſus Horatii,

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

9 *Tali*] Cod. Torn. *tali vel.* Thyſ. Hanc quoque voculam delevit primus Stephanus, nequaquam laudabiliter, utpote quam tuentur MSSti omnes, unde repoſui. Regius inſuper habebat *vi ſua ac ſua ſponte.* Gronov.

10 *Repreſſius*] Vett. edd. habent *ſuppreſſius.* Thyſ. Male & contra MSS.

CAP. XII.

Facetа reſponſio M. Ciceronis amolientis à ſe crimen manifeſti mendacii.

HÆC quoque diſciplina rhetorica eſt, callidè & cum aſtu [1] res criminoſas citra periculum confiteri; ut ſi objectum ſit turpe aliquid, quod negari non queat, reſponſione joculari eludas, & rem facias riſu magis dignam quàm crimine. ſicut feciſſe Ciceronem ſcriptum eſt, quum id, quod inficiari non poterat, urbano facetoque dicto diluit. Nam quum emere vellet [2] in Palatio domum, & pecuniam in præſens non haberet; [3] à P. Sulla, qui tum reus erat, mutuum [4] ſeſtertium viciens tacite accepit. ea res tamen, priuſquam emeret, prodita eſt, & in vulgus exivit: objectumque ei eſt, quòd pecuniam, domus emendæ

1 *Res criminoſas*] Quarum explicationem ab Scioppio proditam lib. IV Veriſimil. cap. 4. notaverat ad oram ſui exemplaris quoque Joh. Iſ. Pontanus.

2 *In Palatio*] In Palatino monte.

3 *A P. Sulla*] Extat oratio Ciceronis viceſimaquinta pro P. Sulla, quem L. Torquatus accuſabat tanquam conjurationis Catilinariæ participem.

4 *Seſtertium viciens*] Ducatonum millia 50. Thyſ. Nota Thyſio digna, quem miror non nunc quoque potius allinere de editionibus veteribus, utpote quum voces aliter ibi lectas, aliter in MSS. ita conſtituerit cum Scaligero Pater lib. 3 de Pecunia vetere cap. 1. ubi id ita facit, ut oſtendat ſibi notam eſſe vett. libr. lectionem *mutuo*, quum tamen nequiverit ignorare, certe poſtea, in Regio legi *mutuaſſe ſeſtertium viciens tacita*, in aliis ſcribi *mutuo*, ſed ut ſupra poſtremam literam ſcribatur prima vocalis; in duobus Lugd. *mutua ſeſtertium vicies*, alter *viciens*, *tacita*: in Schefferi, *mutuaſſe ſextertium vicens tacite.* Hæc enim chirographo ipſe ſuo adnotavit. *Gronov.*

5 Ἀκού-

dæ causa, à reo accepisset. tum Cicero, inopinata opprobratione permotus, accepisse se negavit, ac domum quoque se emturum negavit: atque adeò, inquit, verum sit accepisse me pecuniam, si domum emero. sed quum postea emisset, & hoc mendacium in senatu ei ab inimicis objiceretur, risit satis; atque inter ridendum, [5] ἀκοινονόητοι a, inquit, *homines estis, quum ignoratis prudentis & cauti patrisfamilias esse, quod emere velit, emturum sese negare, propter competitores emtionis.*

a *Communis sensus expertes.*

5 Ἀκοινονόητοι] Vel ita, vel lege, ἀκοινώνητοι, ut in vett. edd. primis habetur, id est, *rigidi, austeri, cum quibus nulla possit esse rerum vel verborum communio.* Ita Cicero quoque ad Atticum loquitur. *Stephanus.* Thys. Hæc subjecit Thysius. At Stephanus in notis pag. 167 conjicit ἀνοικονόμητοι. œconomiæ imperiti.

CAP. XIII.

Intra kalendas *quum dicitur, quid significet, utrum* ante kalendas, *an* kalendis, *an utrumque: atque inibi quid sit in oratione M. Tullii*, intra Oceanum, *&* intra montem Taurum, *& in quadam epistola*, intra modum.

QUUM Romæ à consulibus judex extra ordinem datus pronunciare intra kalendas jussus essem; [1] Apollinarem Sulpicium doctum hominem percunctatus sum, an his verbis, *intra kalendas*, ipsæ quoque kalendæ tenerentur: dixique ei me videlicet [2] datum, kalendasque mihi [3] prodictas, ut intra eum diem pronunciarem. Cur, inquit, hoc me potiùs rogas, quàm ex istis aliquem peritis studiosisque [4] juris, quos adhibere in consilium judicaturi soletis? Tum illi ego ita respondi: Si aut de vetere, inquam, jure, aut recepto, aut controverso & ambiguo, aut novo & constituto discendum esset; issem planè [5] scisci-

tatum

1 *Apollinarem Sulpicium*] Hujus alibi quoque meminit Gellius. Vide supra 4, 17. *Thys.* Ubi sicut eum vocat *Sulpicium Apollinarem*, quod etiam facit paulo infra, ita etiam hoc loco MS. Regius.

2 *Datum*] Additur in vet. ed. *indicem.* Thys. Typorum error: nam voluit *judicem*, quæ vox ante Stephanum in editiones addebatur, sed contra MSStos, ut recte sit deleta, nisi quod exstiterit in Schefferino.

3 *Prodictas*] Quædam edd. etiam veteres male habent *productas.* prodicere enim diem, idem est atque *prodere.* Prodictio enim proditio est quæ in præsens valet. Vide *Scalig.* ad Festum pag. 153.

4 *Juris*] Stephanus *viris*, quod nullo jure præponit Barthius. Brissonius *studiosos juris* retinet. Atque ita quoque JC. loquuntur in l. 1. ff. de Offic. Assess. l. 4. ff. de Extraord. Cognit. & l. 9. §. 4. ff. de Pœnis. Quo nomine JC. denotantur. Apud Suetonium in Nerone cap. 32. ita quoque scribendum. vulgo enim habebatur *studiosis viris.* De variis JC. nominibus vide Cujacium lib. 7. Observ. cap. 25. *Thys.* Immo non Stephanus ita edidit, sed plane *juris.* Verum editiones Aldinia Gryphianæque habent *viris.* Sed MS. Regius *juris, quod adhibere.* Gronov.

5 *Scisitatum*] Ita recte. aliter, *scitatum.* Ita Virg. lib. 2. Æneid. locutus, *scitatum oracula Phœbi.*

tatum [6]ad iſtos quos dicis. ſed quum verborum Latinorum ſententia, uſus, ratio exploranda ſit, [7]ſcævus profectò & cæcus animi forem, ſi quum haberem tui copiam, iſſem magis ad alium quàm ad te. Audi igitur, inquit, de ratione verbi quid exiſtimem.; ſed eo tamen pacto, ut id facias, non quod ego de proprietate vocis diſſeruero, ſed quod in ea re omnium pluriumve conſenſu obſervari cognoveris: non enim verborum tantùm communium veræ atque propriæ ſignificationes [8]longiore uſu mutantur; ſed legum quoque ipſarum juſſa conſenſu tacito obliterantur. Tum deinde diſſeruit, me & pleriſque aliis audientibus, in hunc ferme modum: Quum dies, inquit, ita præfinita eſt, ut judex intra kalendas pronunciet; occupavit jam hæc omnes opinio, non eſſe dubium, quin ante kalendas jure pronuncietur. & id tantùm ambigi video, quod tu quæris, an kalendis quoque jure pronuncietur. ipſum autem verbum ſic proculdubio natum eſt, atque ita ſeſe habet; ut, quum dicitur, *intra kalendas*, non alius accipi dies debeat quàm ſolæ kalendæ. nam tres iſtæ voces, *intra*, *citra*, *ultra*, quibus certi locorum fines demonſtrantur, ſingularibus apud veteres ſyllabis appellabantur, *in*, *cis*, *uls*. hæ deinde particulæ, quoniam parvo exiguoque ſonitu [9]obſcurius promebantur, addita eſt tribus omnibus eadem ſyllaba: & quod dicebatur, *cis Tiberim*, & *uls Tiberim*, dici cœptum eſt, *citra Tiberim*, & *ultra Tiberim*: [10] item quod erat *in*, accedente eadem ſyllaba, *intra* factum eſt. ſunt ergo hæc omnia quaſi contermina junctis inter ſe finibus cohærentia, *intra oppidum*, *ultra oppidum*, *citra oppidum*. ex quibus *intra*, ſicuti dixi, *in* ſignificat. nam qui dicit *intra oppidum*, *intra cubiculum*, *intra ferias*, non dicit aliud quàm *in oppido*, *in cubiculo*, *in feriis*. *intra kalendas* igitur non *ante kalendas*, ſed *in kalendis*, id eſt, eo ipſo die quo kalendæ ſunt. Itaque, ſecundùm verbi ipſius rationem, qui juſſus eſt *intra kalendas* pronunciare, niſi kalendis pronunciet, contra juſſum vocis facit. nam, ſi ante id fiat, non *intra* pronunciat, ſed *citra*. neſcio quo autem pacto recepta vulgò interpretatio eſt abſurdiſſima, ut *intra kalendas* ſignificare videatur etiam *citra kalendas* vel *ante kalendas*: nihil enim ferme intereſt. atque inſuper dubitatur, an *ante kalen-*

6 *Ad iſtos*] C. Torn. *ab iſtis*.

7 *Scævus*] A Græco σκαιὸς, vulgo *ſævus*. Alii, *lævus*. Ut Virg. *Si mens non læva fuiſſet*.

8 *Longiore uſu mutantur*] Unus ille Regius *vitantur*, quæ varietas jam ſupra occurrit.

9 *Obſcurius premebantur*] Neſcio utrum error typorum ſit in Thyſiana, an ab induſtria editoris ita legatur; certe etiam Lugduno-Batava anni 1644. Scias certe oportet editiones alias & MSStos quantum ſcio omnes habere id quod recepi. *Gronov*.

10 *Item quod erat*] Accuratiſſime unus ille Regius *item quæ erat*, quod pro veriſſimo debet reſtitui; nam intelligitur *particula*, quæ vox anteceſſit. Nihil obſtat ſequens *factum eſt*. Idem.

kalendas quoque pronunciari possit : quando neque ultra neque citra, sed, quod inter hæc medium est, *intra kalendas*, id est, *kalendis* pronunciandum sit. sed nimirum consuetudo vicit : quæ quum omnium domina rerum, tum maximè verborum est. Ea omnia quum Apollinaris scitè perquam atque enucleatè disputavisset, tum ego hæc dixi: Cordi, inquam, mihi fuit, priusquam ad te irem, quærere explorareque, quonam modo veteres nostri particula ista, qua de agitur, usi sint. atque invenimus Tullium in tertia in Verrem scripsisse [11] isto modo : *Locus intra oceanum jam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per hæc tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit. intra oceanum* dicit, contra rationem tuam. non enim vult, opinor, dicere *in oceano*. terras enim demonstrat omnes, quæ oceano ambiuntur, ad quas à nostris hominibus adiri potest, quæ sunt *citra oceanum*, non, *in oceano*. neque enim videri potest insulas significare nescio quas, quæ penitus esse intra æquora ipsa oceani dicuntur. Tunc Sulpicius Apollinaris renidens, Non mehercle inargutè, inquit, nec incallidè oppositi hoc Tullianum. sed Cicero *intra oceanum*, non, ut tu interpretare, *citra oceanum* dixit. Quid enim potest dici *citra oceanum* esse, quum undique oceanus circumscribat omnes terras & ambiat? nam *citra* quod est, id *extra* est. quî autem potest *intra* esse dici, quod *extra* est? sed si ex una tantùm parte orbis oceanus foret, [12] tum quæ terra ad eam partem foret, *citra oceanum* esse dici posset, vel *ante oceanum:* quum verò omnes terras omnifariam & undiqueversum circumfluat, nihil citra eum est: sed, undarum illius ambitu terris omnibus convallatis, in medio ejus sunt omnia, quæ intra oras ejus inclusa sunt. sicuti herclè sol non citra cœlum vertitur, sed in cœlo & intra cœlum. Hæc tunc Apollinaris scitè acutéque dicere visus est. Sed postea in libro M. Tullii epistolarum [13] ad Ser. Sulpicium [14] sic dictum esse

11 *Est autem modo locus*] Adscripsit pater, nec quantum video, scriptura non recente [*Est autem hujusmodi: Locus intra oceanum.* cap. 89] Omnino credi nequit, hunc locum ita editum & tractatum fuisse, ut nullus inspexerit verba Ciceronis & hinc legitime secreverit Gelliana. Egregie MS. Regius: *atque invenimus Tullium in tertia in Verrem scripsisse isto modo: Locus intra* &c. *nullus est.* Lugd. maj. *scripsis istoc m locus*, convenienter & oportune. Nec aliter potui nunc edere. Inspice sodes vel Aldinam vel Ascensianam ; videbis quam sategerint in corrumpendo. *Gronov.*

12 *Tum quæ terra ad eam partem foret*] Vix credibilem in modum luserunt scribarum manus in hoc auctore etiam mutilando, ubi in parvo spatio occurrerent eædem literæ vel idem verbum. Modo has omnes voces nulla agnovit editio, ne ipsa quidem Prousteï: ex MSStis non alii agnoscunt, nisi Regius & Lugd. major. sine quibus quum sententia non sit integra, non fui tergiversatus bona fide eas admittere. *Idem.*

13 *Ad Ser. Sulpicium*] Extat locus Epistola 4.

14 *Sic dictum esse*] Magna ignoratio scribentium. Lugdun. uterque *sicut dict.* nisi quod in majore rò *ut* sit erasum. Sed Regius docet, quid velit illud *sicut*, dum voci *dictum* adjicit *est*. Scribe igitur: *in*

esse invenimus, *intra modum*, ut *intra kalendas* dicunt, qui dicere *citra kalendas* volunt. Verba hæc Ciceronis sunt, quæ appositi: *Sed tamen quoniam effugi ejus offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc rem publicam non putare, si perpetuò tacerem*; [15] *modicè hoc faciam aut etiam intra modum, ut & illius voluntati & meis studiis serviam. modicè* dixerat, id est, cum modo æquo & pari. deinde, quasi hoc displiceret & corrigere id vellet, addit *aut etiam intra modum.* per quod ostendit minus sese id facturum esse, quàm quod fieri modicè videretur: id est, non ad ipsum modum, sed retro paululum & citra modum. In oratione etiam, quam pro P. Sestio scripsit, *intra montem Taurum*, sic dicit, ut non significet *in monte Tauro*, sed *usque ad montem Taurum cum ipso monte.* Verba sunt hæc ipsius M. Tullii, [16] ex ea, quam dixi, oratione: *Antiochum Magnum illum majores nostri magna belli contentione terra marique superatum* [17] *intra montem Taurum regnare jusserunt: Asiam, qua illum multarunt, Attalo, ut is in ea regnaret, condonarunt. intra montem*, inquit, *Taurum regnare jusserunt.* quod non proinde est, ut, *intra cubiculum*, dicimus: nisi videri potest id esse, *intra montem*, quod est *intra regiones*, quæ Tauri montis objectu separantur. nam sicuti qui *intra cubiculum* est, is non in cubiculi parietibus, sed intra parietes est, quibus cubiculum includitur, qui tamen ipsi quoque parietes in cubiculo sunt: ita, qui regnat intra montem Taurum, non solùm in monte Tauro regnat, sed in his etiam regionibus quæ Tauro monte claduntur. Num igitur secundùm istam verborum M. Tullii similitudinem, [18] qui jubetur *intra kalendas* pronunciare, is & *ante kalendas*, & *ipsis kalendis* jure pronunciare potest? neque id fit quasi privilegio quodam insitæ consuetudinis, sed [19] certa rationis observatione: quoniam omne tem-

in libro M. Tullii epist. ad Servium Sulpicium, sicut dictum est, esse invenimus intra modum. Gronov.

15 *Modice dixerat hoc faciam*] Verbum posterius non est in Regio, non Petav. Contrario delicto mox peccatur in novissimis Gellii editionibus, ut omittant verbum *addidit*, vel potius *addit*, prout habent MSS. & ex eis ita correxit Stephanus, quum priores retinuerint verbum præteritum. *Idem.*

16 *Ex ea quam dixi oratione*] Habeo excerpta MSS. in quibus notatur in MS. esse *quæ dixi*. Sed in Lugdunensi majore explanate legitur *qua*, in minore per notam *q*, cui superimponitur *a*. Haud dubie igitur testantur Gellium dedisse *qua dixi*, quod genus loquendi ex Græcis tractum tantopere amat, pro ut librum XI clausit, *Hæc quidem sic in eo, quo nunc dixi, Sabinus scripsit.* Idem.

17 *Intra montem Taurum*] Pacis leges Antiocho oblatæ, ut Europa abstineret Asiaque omni, quæ cis Taurum montem est, decederet, pro impensis in bellum factis XV. M. talentorum. Vide Livium dicto lib. 37 c. 45.

18 *Qui jubetur intra calendas pronunciare*] Vide hac de re l. 133. de V. S. & l. 1. §. 9. ff. de succeff. edict.

19 *Certa rationis observatione*] Quæ quidem manifesta est ex loco isto Ciceronis ad Sulpicium, perinde ut *intra pretium emere*, *intra finem juris cedere*, similiaque, quæ exiguntur in Observationibus Paternis lib. 1 cap. 10 fin. Et quæso, an vel Sulpicius Apollinaris vel Gellius ignoratum habuerunt locum Suetonii in Vitell. c. 14. *Exacerbatus, quod post edictum suum, quo jubebat intra kalendas Octob.*

tempus, quod kalendarum die includitur, intra kalendas esse rectè dicitur.

urbe Italiaque mathematici excederent, statim libellus est propositus & Chaldæos dicere bonum factum, ne Vitellius intra eundem kalendarum diem usquam esset. Utique ista captatio de oceano merum frigus est. Quis enim neget illum qui est in Media, posse agentem de regione interposita inter illam & oceanum meridianum, dicere *terras intra oceanum?* Adde quod notavit pater ad librum secundum Hug. Grotii de jure belli & pacis cap. 2 num. 3, qui hac Sulpicii explicatione abutitur. *Gronov.*

CAP. XIV.

Saltem *particula quam vim habeat & quam originem.*

[1] *Saltem* particula quam haberet [2] principem significationem, quæque vocis istius origo esset, quærebamus. ita enim primitus factam esse apparet, [3] ut non videatur, sicuti quædam supplementa orationis, temere & inconditè assumta. atque erat qui diceret [4] legisse se in grammaticis commentariis P. Nigidii, *saltem* ex eo dictum, quod esset, *si aliter:* idque ipsum dici solitum per defectionem; nam plenam esse sententiam, *si aliter non potest.* Sed id nos [5] in isdem commentariis Nigidii, quum eos non, opinor, incuriosè legissemus, nusquam invenimus. Videntur autem verba ista, *si aliter non potest*, à significatione quidem voculæ hujus, de qua quærimus, [6] non aberrare. sed tot verba tamen in pauciſſimas literas cludere [7] improbæ cujusdam subtilitatis est. Fuit etiam qui diceret homo in libris [8] atque in literis assiduus, *saltem* sibi dictum

1 *Saltem*] Ita scribendum, non *saltim*, ut contendit J. Gulielmius lib. 1. Verisimil. cap. x. Neque enim, ut à supinis *raptu*, *cursu*, *sensu*, *recessu*, *captim*, *cursim*, *sensim*, *recessim*, descendit, ad eum plane modum à *saltu*, *saltim*. Et errat in eo, quod Prisciani auctoritatem hic adducit. Ille equidem *saltim* à *saltu*, sed in aliâ planè significatione, *saltuatim* nimirum, deducit. Veteres enim grammatici, ut hic ex auctore nostro liquet, undecunque potius in hac significatione, quam à *saltu* hujus vocabuli originem deduxere. Sed & hodie quamplurimum non tantum à vulgo, verum etiam viris doctissimis in hujus adverbii significatione erratur, dum illud usurpant pro *solum*, sive *tantummodo*. Veteribus enim *saltem* semper significat τὸ ἔλαττον, sive *minimum*. Adi is Vossium in de Vitiis serm. lib. 1 c. xxxv.

2 *Principem significationem*] Quæ lætitia incesserit editores priores, ut exhiberent *principalem*, contra omnes quantum scio antiquiores codices, non intelligo. Recte prorsus sanavit ac reposuit Stephanus, quod cur Thysio non placuit annotare, quum id opus ubique præstet?

3 *Ut non videatur*] Sic MSS. vulgo, etiam in vett. edd. *ut quæ videatur*. Malè.

4 *Legisse se in grammaticis com.*] Τὸ *se* ignoratur ab Reg. & Lugd. min. quod solet omittere.

5 *In iisdem commentariis Nigidii*] Ita ediderunt omisso prænomine; scilicet quia jam antecesserat. Sed Regius repetit *commentariis P. Nigidii*, atque is est unus instar omnium. Schefferinus etiam *commentariis Nigidiis*. Gronov.

6 *Aberrare*] Vet. edd. & C. Torn. *abhorrere*. Thys. Sic quoque codices nostri, præterquam Lugd. min. qui retinet *aberrare*. Gronov.

7 *Improbæ cujusdam subtilitatis*] Id est, pertinacis, indefessæ. Ut apud Virgilium, *labor omnia vincit improbus.*

8 *Atque literis*] Cod. Torn. *atque in litteris*. uti & vett. edd. *Thys.* Equidem sic habet Aldina etiam & Ascensiana. Sed Gryphianæ omiserunt indecenter, nec debuit sequi Stephanus aliique, quum reperiatur in ipso Regio, Pet. Scheff. & passim id observet ipse Gellius. *Gronov.*

9 *Ex*

dictum videri *u* litera media [9] extrita. [10] *ſalutem* enim ante dictum, quod nos *ſaltem* diceremus. nam quum alia quædam petita & non impetrata ſunt; tum ſolemus, inquit, [11] quaſi extremum aliquid petituri, quod negari minimè debeat, dicere; *hoc ſaltem fieri aut dari oportere:* tanquam ſalutem poſtremo petentes, [12] quam impetrari certè & obtineri ſit æquiſſimum. ſed hoc itidem non illepidè quidem fictum, nimis tamen eſſe videtur commenticium: cenſuimus igitur amplius quærendum.

9 *Extrita*] Cod. Torn. *trita*. haud bene.

10 *Salutem enim ante dictum*] Sic Servius ad lib. IV. Æneid. ℣ſ. 327. *Saltem*, inquit, *ſermo tractus à captivis, qui cum frequentius ab hoſtibus caperentur, dicebant, ſublatis omnibus*; ſalutem concede. *Inde per ſynæreſin hic natus eſt ſermo, ut in contemptu rerum multarum petituri aliquid*, ſaltem *dicamus*; *Quaſi quod negari minime debeat, cum extremum aliquid petitur, inde neceſſitate additur*, ſaltem, *veluti ſalutem poſtremo poſcentes; vel ſalutem, ſi aliter non poteſt*. Ubi poſtrema verba legenda cenſeo, *vel ſaltem*, (ſubaudi, inde dictum) *ſi aliter non poteſt*. quemadmodum paullò ante Auctor noſter.

11 *Quaſi extremum aliquid petituri*,] Donatus ad illud Terentii Andr. Act. 2. ſc. 2. *Ut aliquot ſaltem prodat dies*, notat, *Saltem, deſperatis rebus ſolam petentes ſalutem hoc verbo utimur*. Idem in Adelph. Terentii. *Saltem*, inquit, *eſt ἐγκλιτον. natum eſt autem à captivis*, Saltem, *qui nihil aliud præter ſalutem à victore petunt*. Thyſ. Hæc loca Servii ac Donati deſcripſit ex indicio Voſſii in Etymologico, dicam, an Pricæo ad Apuleji Mileſia lib. 5 pag. 267.

12 *Quam impetrari certe*] Ita MSS. quum ante Stephanum legeretur *quam & impetrari certe*. Verius eſſe illud è MSStis prolatum docent verba Trogi apud Juſtinum plane ſic poſita fine libri XI. *Communem omnium regum cauſam eſſe, quam negligere illi & indecorum & periculoſum eſſe*. Gronov.

CAP. XV.

Quòd Siſenna in libris hiſtoriarum adverbiis hujuſcemodi ſæpenumero uſus eſt, celatim, vellicatim, ſaltuatim.

QUUM lectitaremus hiſtoriam Siſennæ aſſiduè, hujuſcemodi figuræ adverbia in oratione ejus animadvertimus, cuimodi ſunt hæc, *curſim, properatim, celatim,* [1] *vellicatim, ſaltuatim.* ex quibus duo prima, quia ſunt notiora, exemplis non indigebant. reliqua in hiſtoriarum ſexto ſic ſcripta ſunt: [2] *Quàm maximè celatim poterat, in inſidiis ſuos diſponit.* item alio in loco: *Nos una æſtate in Aſia & Græcia* [3] *geſta literis idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim aut ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus.*

1 *Vellicatim*] Vet. editt. *Velitatim*, & ita quoque infra.

2 *Quam maxime celatim*] Nonius hunc Siſennæ locum paullo aliter refert. *Quo magis celeratim inſidiis ſuos diſponit*. Et videtur *celeratim* melius dici, quam *celatim*. Cæterum ſi quis hujus generis plura adverbia deſiderat, adeat Voſſ. lib. 4. de Analog. c. 19. & 20. Et Cl. Dauſq. in Antiq. Nov. Latin Orthograph. Vol. 1. Tract. 3. cap. 4. ſect. 2.

3 *Geſta literis idcirco continentia mand.*] Hoc ordine verba Gellii in MSStis componuntur, quæ Stephanus exhibuit *litteris geſta idcirco contin. mand.* neſcio quam ob rem; alii *geſta idcirco literis contin. mand.* contra veteres codices, quos non habeo cauſam, cur nunc ſpernam. Id quod etiam oſtendit ſe noviſſe Pricæus ad Apuleji librum VIII pag. 442, ubi licet videat, quæ mens ſit Siſennæ, atque adeo obſtrepat ipſe ſibi mutandum niſi; tamen quia ſimilis eſt Taciti locus, ſanari à ſe Siſennam venditat graviter corruptum, ſi reſtituat *Nos non una*

æstate, tum *velitatim*. Mirum ni habeat & *militatim* ac similia. Sed profecto locus & sensus Sisennæ est integer, etiamsi absit negativa; & vanus est conatus alterum auctorem componere ad verba alterius, qui forsan non idem habuit in mente. Et scio Sisennæ similem sensum in Polybio occurrere. Vocabula autem sic desinentia collegit Barthius lib. 36 adversar. cap. 10. additque nonnulla Phil. Carolus, ubi Chr. Arnoldus citans ad hanc eandem rem Vossium de Analogia immisit Thysio occasionem & cupiditatem furti, ut vides. *Gronov.*

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER TERTIUSDECIMUS.

CAPUT I.

Inquisitio verborum istorum M. Tullii curiosior, quæ [1] *fuit in primo Antonianarum libro:* Multa autem impendere videntur præter naturam etiam prætérque fatum: *tractatúmque an idem duo ista significent,* fatum, *atque* natura, *an diversum.*

M. CICERO in primo Antonianarum ita scriptum reliquit: *Hunc igitur ut sequerer properavi,* [2] *quem præsentes non sunt sequuti: non ut proficerem aliquid; neque enim sperabam id, nec præstare poteram; sed ut si quid mihi humanitus accidisset (multa autem impendere videntur præter naturam etiam prætérque fatum) hujus diei vocem testem reipublicæ relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis. Præter naturam,* inquit, *præterque fatum.* [3] an utrumque [4] idem valere voluerit, *fatum* atque *naturam*, & duas res

1 *Fuit*] V.C.C. *sunt*. Ouz. Quid velit ignoro. Certe in Mss. Reg. Petav. est *fuit*. Sed sequentia sic digessit Stephanus etiam ex Mss. Lugd. utroq. Petav. quum ederent *in libro primo Antonianarum* pro qua voce in Petav. erat *Antoniarum* & Mem. An credimus istud *libro* hic usurpatum à Gellio, quum in ipso capite omittat? An non ipsa loci mutatio aperit falsum? *Gronov.*

2 *Quem*] V.C.C. *quæ*.

3 *An utrumque idem valere voluerit, fatum atque naturam*] Sic Adrianus Turnebus lib. 13. Adversar. c. 9. nihil diversi Fati & Naturæ nomine significari putat; sed unum idemque declarari; mortemque naturalem, mortem esse fatalem, cum ætate quis confecta extrema senectute moritur; mortem vero immaturam, quæ gladio infertur, nec fatalem esse, nec naturalem. Id autem intelligi posse ex oratione Ciceronis pro Cœlio, cujus in peroratione hæc habentur verba: *Nolite, judices, aut hunc jam natura ipsa occidentem, velle maturius extingui vulnere vestro, quam suo fato.* Ubi diserte morti naturali & fatali opponitur mors vulnere illata, vel pœnâ irrogata. Sic Alexander Aphrodisiensis palam non tam fatetur, quam profitetur & clamat fatum & naturam idem esse hisce verbis: λείπεται ἄρα τὴν εἱμαρμένην μηδὲν ἄλλο, ἢ τὴν οἰκείαν εἶναι φύσιν ἑκάστου. Et mox: αὕτη γὰρ εἱμαρμένη τε καὶ φύσις ἡ αὐτή. Iterum: ταυτὸν ἂν εἴη τῷ κατὰ φύσιν τὸ καθ' εἱμαρμένην. Rur-

res [5] καθ' ἑνὸς ὑποκειμένῳ [a] posuerit, an vero [6] diviserit separaritque, ut alios casus natura ferre videatur, alios fatum, considerandum equidem puto: atque id maximè requirendum, qua ratione dixerit accidere multa humanitùs posse præter fatum: quando sic ratio & ordo & insuperabilis quædam necessitas fati constituitur, ut omnia intra fatum claudenda sint. nisi illud sanè Homeri sequutus est;

Μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι [b].

Nihil autem dubium est, quin violentam & inopinatam mortem significaverit: quæ quidem potest rectè videri [7] accidere præter naturam. sed cur id quoque genus mortis [8] extra fatum posuerit, neque operis hujus est explorare, neque temporis. illud tamen non prætermittendum est, quòd Virgilius quoque idipsum quod Cicero de fato opinatus est, quum hoc in quarto libro dixit [9] de Elisa, quæ mortem per vim potita est;

[10] *Nam*

a *In uno subjecto.*

b *Ne & præter fatum domum Plutonis ingrediaris.* Iliad. 5, 336.

Rursus: φανεράτατα δὲ Θεόφραστος δείκνυσι ταυτὸν ὂν τὸ καθ' εἱμαρμένην τῷ κατὰ φύσιν, ἐν τῷ Καλλισθένει.

4 *Idem valere*] Prout in quibusdam apud nonnullos scriptores locutionibus fit; ut quum Trogus apud Justinum 9, 8 de filiis Philippi, *qui partim fato, partim ferro periere.* Cicero Bruto 96. *Sic Hortensii vox exstincta fato suo est, nostra publico,* ubi tamen simul ludit ambiguitate. Cui similia alibi satis crebro leguntur, & sine dubio naturalis mors intelligitur: quæ tamen non efficiunt, ut proprietas & natalis origo possit evanescere. Et in tali morte fatum cum natura convenit, ut duo impleantur. *Gronov.*

5 Καθ' ἑνὸς ὑποκειμένῳ] In V. C. C. legitur ἀνθ' ἑνὸς ὑποκειμένῳ, πεπρωμένην καὶ φύσιν, & interpretatio ipsi contextui inserta, *pro uno subjecto fatum & naturam;* sed postrema verba haud dubie è glossemate sunt. *Oud.* In duobus Lugdun. tres primores tantum exstant voces, non reliquæ, quas agnoscit codex Schefferi.

6 *Diviserit separaritque*] Prout certe debent separari, quum licentia quorundam in loquendo non exstinguat proprietatem. Natura semel statuit nihil esse perpetuum, atque ideo sic se gerit, ut quæ maturuerunt, velit dissolvi & exstingui: unde proprie hæc est mors senum. Sed illi sæpe intervenit fatum, ut præveniat naturæ constituta, imo etiam disjiciat. Sic enim fata describuntur, ut modo invida rapuerint intra pueritiam intrave juventutem; modo benevola nimis fecerint rejuvenescere, quos naturæ more & jure oportebat mori. Sic fato periit Meleager. *Gronov.*

7 *Accidere præter naturam*] Mors omnis violenta præter naturam præterque fatum accidit; idque mortis genus luctuosissimum Plinius Junior vocat lib. 1. epist. quæ non ex Natura nec Fatalis videtur. Unde Aristoteles mortis duo esse genera docet περὶ ἀναπνοῆς his verbis: Θάνατος δ' ἔστιν ὁ μὲν βίαιος, ὁ δὲ κατὰ φύσιν, βίαιος μὲν ὅταν ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν ᾖ, καὶ παρὰ φύσιν δὲ ὅταν ἐν αὐτῷ. *Mors*, inquit, *aut violenta est, aut secundum naturam. Violenta, cum principium vel causa est extrinsecus; secundum naturam, cum ea est intrinsecus.* Mors itaque violenta est, & præter naturam, quæ vel ex morbo, vel vulnere inflicto accidit; secundum vero naturam, quando quis senio confectus fato cedit. Plato in Timæo: Θάνατος ὁ μὲν κατὰ νόσους καὶ τραύματα γιγνόμενος ἀλγεινὸς καὶ βίαιος, ὁ δὲ μετὰ γῆρας ἰὼν ἐπὶ τέλος κατὰ φύσιν, ἀπονώτατος τῶν θανάτων.

8 *Extra fatum posuerit*] Extra vel præter fatum, ut supra jam monitum, mori quis dicitur, cum ex caussa violenta & foris arcessita aliquis vitam finierit. Hinc Petronius ancillam illam matronæ Ephesinæ, quæ inedia & mœrore animam è corpore expellere videbatur, sic eam alloquentem introducit: *Quid proderit hoc tibi, si soluta inedia fueris? Si te vivam sepelieris, si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis?* Contra fato suo is moritur, qui causa ex se nata, nec extraria aut foris arcessita vitam cum morte commutaverit. Quo pertinet illud Senecæ Tragici in Hercule Oetæo Act. 1.

Quota pars moritur tempore Fati.

& Taciti lib. 2. Annal. de rege Archelao: *Finem vitæ sponte an Fato implevit.*

9 *De Elisa*] Reg. Lugd. uterq. Pet. *Elissa.*

10 *Nam*

[10] *Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.*

Tamquam in faciendo fine vitæ, quæ violenta sunt, non videantur è fato venire. Demosthenis autem, viri prudentia pari atque facundia præditi, verba idem ferè significantia de natura atque fato M. Cicero sequutus videtur. ita enim scriptum est in oratione illa egregia, cui titulus est, [11] ὑπὲρ στεφάνου. Ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγεννῆσθαι νομίζων, τὴν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὴν αὐτόματον θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ οὗ, μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν, [12] ἀποθνήσκειν ἐθελήσει[a]. Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo ante Demosthenes [13] τὴν πεπρωμένην καὶ τὴν αὐτόματον θάνατον[b] appellavit. Αὐτόματος enim θάνατος, quasi naturalis & fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit.

a *Nam qui parentibus tantum se natum putat, fatalem atque spontis suæ mortem exspectat: qui vero etiam patriæ, ob id, ne in servitutem redactam illam videat, occumbere volet.*

b *Fatum & spontis suæ mortem.*

10 *Nam quia nec fato*] Est ψ. 695. lib. 4. Æneid. de quo nota est exercitatio Salmasii ad Solin. p. 1119.

11 Ὑπὲρ στεφάνου] V. C. περὶ στεφάνου, id est, *De Coronâ* sibi ablata à Ctesiphonte, quem Demosthenis honorem Æschines pulcherrimis actionibus frustra oppugnavit. nam victus tandem & factione & eloquentia insuperabili Demosthenis, in Rhodum abiit exulatum. M. Quis ille V. C. fuerit, dixerit. Scias Stephanum ita mutavisse, quod legitur in Lugdun. utroque, Memm. Petav.

12 Ἀποθνήσκειν ἐθελήσει] Mem. Petav. & uterque Lugd. βουλεύσεται.

13 Τὴν πεπρωμένην καὶ τὴν αὐτόματον θάνατον] Idem est, quod Latinis dicitur, *suâ morte mori.* Suetonius in Julio Cæsare circa finem de percussoribus Cæsaris: *Percussorum autem fere neque triennio quisquam amplius supervixit, neque suâ morte defunctus est.* Ita Seneca Epistol. ad Lucilium: *Bella res est suâ morte mori.* Jul. Firmicus Astronom. lib. 8 cap. 19. *Erit longævus, in senecta felix & qui sua morte morietur.* Eodem modo & Græci locuti sunt. Eusebius de Præpar. Euang. lib. 1. οὐ γὰρ θνήσκει ἰδίῳ θανάτῳ, εἰ μὴ βίᾳ τινὶ πληγὲν τοῦτο τὸ ζῷον. Epiphanius lib. 1. καὶ μή τις λεγέτω περὶ τοῦ Ἀβελ. οὐ γὰρ θανάτῳ ἰδίῳ τέθνηκεν. Ita Ptolemæus lib. 4. Tetrabibli ἰδίοις τελευτᾷν θανάτοις & βιαίοις opponit invicem. *Ouz.* Hæc satis sunt trita, & adduxit Suetonium Berneccerus ad citatum Justini locum.

CAP. II.

Super poëtarum Pacuvii & Accii colloquio familiari in oppido Tarentino.

QUIBUS otium & studium fuit vitas atque ætates doctorum hominum quærere ac memoriæ tradere, de M. Pacuvio & L. Accio tragicis poëtis historiam scripserunt hujuscemodi. [1] Quum Pacuvius, inquiunt, grandi jam ætate & morbo corporis diutino affectus, Tarentum ex urbe Roma concessisset, Accius tunc [2] haud parvo junior profi-

1 *Quum Pacuvius grandi jam ætate*] Quæcunque huc collata erant de his duobus, intolerando furto subrepta erant ex Testimoniis, quæ collecta ab G. J. Vossio in fragmentis veterum poetarum, ubi melius ea videbis, etiam Gellii hoc capite adjuncto: neque velis cum Ouselio nosse D. Julium Brutum Callaicum, qui fuit Junius. *Gronov.*

2 *Haud parvo junior*] Nota τὸ *parvo* adverbialiter positum. *Ouz.* Sic in Livio x, 45 restituit paterna industria *parvo admodum plures.* Quam vocem qui notat adverbialiter positam, nugatur. Quid ille cogitavit de verbis Antonii, *Sed quia te nimio plus diligo* apud Ciceronem x ad Attic. 8? *Gronov.*

3 De-

proficiſcens in Aſiam, quum in oppidum veniſſet, [3] devertit ad Pacuvium: comiterque invitatus, pluſculiſque ab eo diebus retentus, tragœdiam ſuam, cui *Atreus* nomen eſt, deſideranti legit. tum Pacuvium dixiſſe ajunt, [4] ſonora quidem eſſe, quæ ſcripſiſſet, & grandia: ſed videri ea tamen ſibi duriora paulum & acerbiora. Ita eſt, inquit Accius, uti dicis. neque id ſanè me pœnitet: [5] meliora enim fore ſpero quæ deinceps ſcribam. nam [6] quod in pomis eſt, itidem, inquit, eſſe ajunt in ingeniis: quæ dura & acerba naſcuntur, pòſt fiunt mitia & jucunda. ſed quæ gignuntur ſtatim vieta & mollia, [7] atque in principio ſunt uvida; non matura mox fiunt, ſed putria. relinquendum igitur viſum eſt in ingenio, quod dies atque ætas mitificet.

3 *Devertit ad Pacuvium*] V. C. C. *divertit*.

4 *Sonora quidem eſſe & grandia*] Pertinet huc Quintiliani ſummi ingeniorum æſtimatoris de Pacuvio & Accio judicium, quod exſtat Inſtit. Orat. lib. 10. c. 1. jam monitum & citatum ab Aſcenſio: agnoſcis longo vetuſtiorem Voſſio.

5 *Meliora*] Legendum forte *molliora*, ut ad Pacuvii verba *duriora & acerbiora* Accius reſponſionem accommodaverit. *Oiſ.* Sed *meliora* ſtabiliuntur ab omnibus Mſſ. idque *melius* pariter ad utrumque refertur. Nam Cicero acerbis opponit dulcia, duris mitia, ut mox etiam Gellius, quanquam in hoc codex Regius ignorat vocem *mitia*, exhibens tantum *poſt fiunt & jucunda*. Sicut in eodem legitur etiam *quod in pomis*, omiſſo verbo *eſt*. Gronov.

6 *Quod in pomis eſt*] Quod hic de pomis, ab aliis ſimiliter ad vinum tranſlatum, & cum eo hominum ingenia comparata, ut ex Seneca Epiſt. 36 notavit quoque Aſcenſius ex indicio Maſerii. Similiter Alexis comicus apud Athenæum, lib. 2. Deipnoſoph. juventutem vino novo comparat, ut ſæpe ab aliis factum, & iſtum locum ſpeciatim notaverat Phil. Carolus.

7 *Atque in principio ſunt uvida*] V. V. C. C. *atque à principio ſunt vivida*. quanquam τὸ *uvida* rectius. *Oiſ.* Neſcio quos vocet V. V. C. C. Nam in his notis procul dubio fallit. Editiones priores cernas habere *vivida*. Sed Stephanus recte mutavit, quum *uvida* legatur in Reg. Mem. Lugd. utroq. Nec ſane quisquam aliter quam *in principio ſunt uvida*, niſi quod à Regio etiam ignoratur verbum *ſunt*. Cæterum hic locus in promtu non fuit Cl. Voſſio in Etymologico, & unde patet τὸ *vietus* non modo uſurpari, ubi notatur molle flaccidumque & flexibile ad ligandum, ſed etiam μεμαρασμένον & marcidum: quod Regius exprimit *vita*, Petav. & Mem. *veta*, ſed *vieta* uterque Lugd. *Gronov.*

CAP. III.

An vocabula hæc, neceſſitudo *&* neceſſitas, *differenti ſignificatione ſint.*

RISU prorſus atque ludo res digna eſt, quum plerique grammaticorum aſſeverant *neceſſitudinem* & *neceſſitatem* [1] mutare longè, longeque differre: ideo quòd [2] *neceſſitas* ſit vis quæpiam premens & cogens:

1 *Mutare longe, longeque differre*] In codice Scriveriano annotatum reperio. Lego, *mutare, longe longeque differre*. Tornæſian. codex & V. C. C. ad hunc modum, *mutare longe differreque*. In Tornæſ. edit. *mutare longe, longeque differre*. Quam ſcripturam interpungendam cenſeo. *Oiſ.* Pro vero habenda lectio ſimplex, prout eſt in Mſſ. omnibus: *mutare longe differreque*. niſi quod Reg. habeat *multa ve*. Gronov.

2 *Neceſſitas ſit vis quæpiam premens &c.*] Sic Cornelius Fronto: *Neceſſitas immutabilis res eſt, ut mori neceſſitatis eſt. Neceſſitudo, vel ſanguinis vel meritorum.* Soſipater Chariſius: *Neceſſitas imperii, Neceſſitudo ſanguinis conjunctio. Salluſtius tamen Neceſſitudinem ſæpe pro neceſſitate ponit, nec unquam Neceſſitatem pro neceſſitudine, aut ipſe aut quiſquam Veterum.* In quo tamen falſus eſt Soſipater; Cicero enim & Cæſar *neceſſitatem* pro *neceſſitudine* dixerunt.

gens: *neceſſitudo* autem dicatur jus quoddam & vinculum religioſæ conjunctionis; idque unum ſolitarium ſignificet. ſicut autem nihil quicquam intereſt *ſuavitudo* dicas an *ſuavitas*, *ſanctitudo* an *ſanctitas*, *acerbitudo* an *acerbitas*, [3] *acritudo*, an, quod Accius in Neoptolemo ſcripſit, *acritas*: ita nihil rationis dici poteſt, [4] quî *neceſſitudo* & *neceſſitas* ſeparentur. itaque in libris veterum vulgò reperias *neceſſitudinem* dici, pro eo quod neceſſum eſt. ſed *neceſſitas* ſanè pro jure officioque obſervantiæ affinitatisque infrequens eſt: quamquam, qui ob hoc ipſum jus [5] affinitatis familiaritatisve conjuncti ſunt, [6] neceſſarii dicuntur. repperi tamen in oratione C. Cæſaris, [7] qua Plautiam rogationem ſuaſit, *neceſſitatem* dictam pro *neceſſitudine*, id eſt, jure affinitatis. Verba hæc ſunt: *Equidem mihi videor pro noſtra neceſſitate non labore, non opera, non induſtria defuiſſe.* Hoc ego ſcripſi de utriuſque vocabuli indifferentia, admonitus fortè verbi iſtius, quum legerem [8] Sempronii Aſellionis veteris ſcriptoris quartum ex hiſtoria librum, in quo de P. Africano Pauli filio ita ſcriptum eſt: *Nam ſe patrem ſuum audiſſe dicere L. Æmilium Paulum,* [9] *nimis bonum imperatorem ſignis collatis non decertare, niſi ſumma neceſſitudo aut ſumma ei occaſio data eſſet.*

3 *Acritudo, an quod Acc.*] Codex Schefferi præbebat patri: *acritudo, an acritas, ſiquidem Accius in Neoptolemo ſcripſit acritas.* Gron.

4 *Quî*] V. E. *quin.* male. M. S. *quur.* Oiſ. Immo *quin* eſt in Reg. Petav. Lugd. maj. nam min. à prima manu habebat *qui*, cui à manu ſecunda adſcriptum ſuperne *n.* Gronov.

5 *Affinitatisque*] V. C. *affinitatisve.*

6 *Neceſſarii dicuntur*] Locum hunc vehementer dilexit Jo. Pricæus, ut in notis & ad Acta Apoſt. 10, 24 & ad Apuleji Mileſia lib. 1 laudaverit, prout ab aliis quoque de his vocibus eſt annotatum. Certe de *neceſſitatis* vi locum Ciceronis Nizolius præbuit Oiſelio, qui & Feſtum Pompejum & Nonium adire potuit ſine ulla laude, quippe omnibus affatim gnaris, ut idcirco neceſſum fuerit delere inutilia. Feſtum certe viderat citatum Phil. Carolo. *Gronov.*

7 *Qua Plautiam rogationem ſuaſit*] Ad Gellium debet ab Oiſelio Suetonius citari; ad Suetonium ab Torrentio ſimul & Caſaubono locus hic Gellii. Quid omnes hi merentur? Immo tanquam apud Caſaubonum hæc legi poſſe non ſufficeret, eandem farcinam nuper Suetonio appendit & alius merus in nugis. Deleantur omnia quia ſatis crebro dicta ſunt. *Idem.*

8 *Sempronii Aſellionis*] Sicut Thyſius ad 1, 13 & 2, 13 nihil niſi deſcripſerat Voſſium in Hiſtoricis Latinis; ita particulam reſiduam nunc de tempore editæ hiſtoriæ inde carpebat Oiſelius, quod nulli bono, & qui ſapit, adibit Viri Doctiſſimi ſcriptum. *Idem.*

9 *Nimis bonum Imperatorem ſignis collatis non decertare*] Antiquæ edd. Venetæ: *Non nimis bonum imperatorem ſignis collatis decertare.* Sed Urſiniani Codd. habent: *minus b. i. ſ. c. d.* Badius legit, *minus b. imp. ſ. c. decertare*, & *minus* refert ad *decertare*, non ad *imperatorem.* Ut ſenſus ſit, eum quicunque bonus ſit Imperator, minus, id eſt, non decertare ſignis collatis, niſi ſumma neceſſitudo aut ſumma ei data eſſet occaſio. *Oiſ.* Mira varietas, & magis miri iſti Urſiniani codd. antehac nuſpiam citati, & de quibus nihil monet præfatio. Certe Aldus jam edidit *nimis bonum* &c. ut Badius. Id Gryphius in quibuſdam tenuit, in aliis mutavit in *minus.* Stephanus auxit negativa interpoſita ante verbum *decertare*, idque ſequitur turba citerior, contra quam oportuit fieri. Certe enim Reg. Petav. Lugd. uterq. Lincoln. illud ignorant, confirmantes *nimis bonum imperatorem ſignis collatis decertare*, niſi quod τὸ *collatis* omiſſum eſt in Regio. Hinc video Patrem conjeciſſe *neminem bonum*, probabilius certe, quam ullus priorum. Citat & Phil. Pareus in Lex. Critici hac voce *Nimis.* Ego fere pronunciavero τῷ *nimis* radices tam eſſe certas, ut exſtirpari nec poſſint nec debeant. Itaque *nimis bonum* dicit, non quo bonitas in immenſum exaggeretur, ſed magis extenuetur, ut ſit tam bonus, ut ejus bonitas noceat magis quam profit, ut Cicero lib. 9 ad Attic. ep. 7 vocat *nimium optimatem.* Hunc igitur ait *nimis bonum*

bonum imperatorem signis collatis decertare, nisi summa necess. aut s. occ. data esset, non etiam ubi viderentur omnia æqua, quæ sufficerent bono imperatori ad prælium committendum: vide Suetonium in Julio cap. 68, qui certe non fuit sic nimis bonus. An risit adhuc magis, & dixit *decertare, non si summa* &c.? Satis patet id ipsum esse, quod refert Valerius Max. 7, 2, 2. *Idem negabat aliter cum hoste confligi debere, quam aut si occasio obvenisset, aut necessitas incidisset.* Gronov.

CAP. IV.

Olympiadis Alexandri matris comis ac prudens ad filium Alexandrum rescriptio.

IN plerisque monumentis rerum ab Alexandro gestarum, & [1] paulo antè in libro M. Varronis, qui inscriptus est *Orestes, vel de insania*, Olympiadem Philippi uxorem festivissimè rescripsisse legimus Alexandro filio. nam quum is ad matrem [2] ita scripsisset: REX. ALEXANDER. IOVIS. HAMMONIS. FILIVS. OLYMPIADI. MATRI. SALVTEM. DICIT. [3] Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam: *Amabo*, inquit, *mi fili, quiescas: neque deferas me, neque criminere adversum Junonem. malum mihi* [4] *prorsum illa magnum dabit, quum tu me literis tuis pellicem illi esse confiteris.* Ea mulieris scitæ atque prudentis erga ferocem filium comitas sensim & comiter admonuisse eum visa est, deponendam esse opinionem vanam, quam ille ingentibus victoriis & adulantium blandimentis & rebus [5] supra fidem prosperis imbiberat, genitum esse sese de Jove.

1 *Paulo ante in libro M. Varronis*] Ad quem librum id referri oporteat, non bene patet viris doctis. Nam in indice, quem Stephanus vel ejus auctoritate alius confecit & editioni addidit, reponitur in nomen Satyræ, *Satyra Orestes seu de insania:* quam nescio unde viderit. At fragmenta per Scaligerum congesta revocant ad Logistoricon pag. 161. Quod qualecunque sit, quid quæso sibi volunt ista *paulo ante?* An respectu ætatis qua vixit Gellius & qua vixit Varro, idque in comparatione intervalli, quod est à Gellii vita usque ad Alexandri vitam & ejus scriptores? Sic videtur. Pater tamen aliquando cogitavit *& primore in libro.* Summa autem huic capiti præfixa non apparet in ullo veterum codicum, qui pro ea habent has voces *& de scripto Alexandri*, easque adjicit summæ capitis præcedentis, ita ut caput hoc quartum adhæreat capiti tertio. *Gronov.*

2 *Ita scripsisset*] Multi ex veteribus *ita rescripsisset.* Idem.

3 *Olympias ei rescripsit*] Epistolæ cujusdam Olympiadis meminit J. Pollux Onomast. lib. 7. c. 9.

4 *Prorsum*] Pal. cod. *prosum.* Ois. Ita sane & Lincoln. In Reg. est *prorsus.* Mox idem *pellicem esse illi confit.*

5 *Supra fidem prosperis*] In Reg. legitur *properis.*

CAP. V.

[1] *De Aristotele, & Theophrasto, & Menedemo philosophis, deque eleganti verecundia Aristotelis successorem diatribæ suæ eligentis.*

ARISTOTELES philosophus annos jam ferè natus duo & sexaginta, corpore ægro affectóque, [2] ac spe vitæ tenui fuit. tunc omnis ejus

1 *De Aristotele & Theophr.*] Ita probant libri antiqui ab Gellio scriptum esse, ubi vulgo copulam nesciunt.

2 *Ac spe vitæ*] V. C. C. *ac spe vitaque.* MS. *ac spe vitæque.* Ois. Sic jactatur hic locus in libris

ejus sectatorum cohors ad eum accedit, orantes obsecrantésque ut ipse deligeret loci sui [3] & magisterii successorem; quo, post summum ejus diem, [4] proinde ut ipso, uterentur ad studia doctrinarum complenda excolendáque, quibus ab eo imbuti fuissent. Erant tunc in ejus ludo boni multi, sed præcipui duo, Theophrastus & [5] Menedemus. [6] ingenio hi atque doctrinis cæteros præstabant; alter ex insula Lesbo fuit, Menedemus autem Rhodo. Aristoteles respondit facturum esse quod vellent, quum id sibi foret tempestivum. postea brevi tempore quum iidem illi, qui de magistro [7] destinando petierant, præsentes essent; vinum ait, [8] quod tum biberet, non esse id ex valetudine sua, sed insalubre esse atque asperum; ac propterea quæri debere [9] exoticum vel Rhodium aliquod, vel Lesbium. id sibi utrumque [10] ut curarent, petivit; [11] usurúmque eo dixit, quod sese magis juvisset. [12] eunt, curant, inveniunt, adferunt. tum Aristoteles Rhodium petit, degustat. Firmum, inquit, hercle vinum & jucundum. petit mox Lesbium: quo [13] item degustato, Utrumque, inquit, oppidò bonum, sed [14] ἡδίων ὁ Λέσβιος a. id

a *Suavius Lesbium.*

scriptis, sed non optimis. Nam Reg. Lugd. uterq. Pet. habent, quod bene receptum est ab Stephano.

3 *Et magisterii*] Magisterium hic pro magistri dignitate ponitur. Onomasticon vetus: *magisterium*, ἀρχή. Nominis id etiam occurrit apud Cassiodorum Variar. lib. 1. epist. 12. *Sume igitur Magisterii insulas dignitatis.* Sic enim V. C. C. ubi vulgò est *magisteriæ*; quod etiam tamen ferri possit. Sic & Variar. lib. 3. epist. 12. *Implens etiam doctrina, quam susceperat Magisterii dignitatem.* J. Saresberiens. lib. 8. De Nug. Curial. cap. 21. de Juliano Imp. ait eum viros congregasse *circa palatia, qui circumamicti pallio, magis habitu, quam magisterio pandebantur.* Ois. Quem quæso ex his Gellius novit auctorem? & ex quo illustrabitur? An Gellii locutio ex illis demum accipit sententiam, quorum ævo tanta contigerat mutatio istius linguæ? An magisterium vini ex Cicerone huic fuit ignotum, aut ex Suetonio magisterium in sacerdotiis? Immo notaverunt jam ex Plauto. *Gronov.*

4 *Proinde*] V. CC. *perinde.*

5 *Menedemus*] Omnino hic legendum *Eudemus;* quemadmodum viris doctissimis jam monitum. Menedemi enim Peripatetici vix ab alio auctore & alio loco ulla fit mentio; Eudemi vero plurima apud varios scriptores & honorificentissima; & semper Alexander, alique ex optimis interpretibus, Theophrastum & Eudemum, ut Aristotelis sodales, & ejusdem cum ipso sententiæ, prædicant, & adducunt. Ab hoc Eudemo nomen habent Ethica Eudemia, quæ vulgo Aristoteli tribuuntur; sive ipse eorum auctor sit, sive ei Aristoteles ista dedicaverit; quorum tamen prius Jonsio verisimilius videtur, apud quem de ejus scriptis vide plura de Scriptor. Histor. Philosoph. lib. 1. c. 15. *Ois.* Sed jam occasione Damæ, qui vitam Eudemi prodiderat memoriæ, monuerat G. J. Vossius perperam legi *Menedemus* apud Agellium, in Historicis Græcis pag. 350. In MSStis quidem nulla est mutatio; sed in Thuaneo bis adscriptum erat *vel Eudemus.* Prousteus addit, his qui Eudemum censent esse subjiciendum, se fortasse assensurum, si Eudemum illum probarent esse Rhodium. Atqui Vossius non aliter eum appellat, & Jonsius testatur in Simplicio sic manifeste eum citari ut patria Rhodium. *Gronov.*

6 *Ingenio hi*] V. C. C. *ingenio ii.*

7 *Destinando*] V. C. C. *designando.*

8 *Quod tum biberet*] MS. *quod imbiberet.*

9 *Exoticum*] Peregrinum. quo sensu Apulejus lib. 1. Milesiar. Prudentius in Psychomachia, Ennodius in Panegyrico, Isidorus lib. 19 cap. 22. Cassiodor. Variar. lib. 9. Ep. 23. Sic Plautus Mostellaria: *Olere unguenta exotica.*

10 *Ut curarent*] MS. *ut ei curarent.*

11 *Usurumque eo*] MS. *usurumque ex eo.*

12 *Eunt*] Quid si legas, *quærunt.*

13 *Item degustato*] MS. Thuan. *item gustato.*

14 Ἡδίων ὁ Λέσβιος] Ac sane vinum Lesbium veteribus commendatissimum, magnoque in pretio erat.

id ubi dixit, nemini fuit dubium, quin, lepidè simul & verecundè, successorem illa voce sibi, non vinum delegisset. is erat è Lesbo Theophrastus, suavitate homo insigni linguæ pariter atque vitæ. itaque non diu pòst, Aristotele vita defuncto, ad Theophrastum omnes concesserunt.

erat. Clearchus apud Athenæum lib. 1 Deipnos.

---- ---- Λεσβίᾳ πόματος
Οὐκ ἔστιν ἄλλος οἶνος ἡδίων πιεῖν.

Id est,

Lesbio vino potui suavius aliud nullum est.

Apud eundem Archestratos Deipnologus, varia vinorum generosorum genera recensens, omnibus aliis Lesbium præfert, cum sic concludat:

Ἀλλ' ἓν τοῦτ' ἄλλ' ἐστὶν ἁπλῶς πρὸς Λέσβιον οἶνον.

Id est,

Uno sed verbo nihil hæc ad Lesbia vina.

CAP. VI.

[1] *Quid veteres Latini dixerint quas Græci* προσῳδίας *appellant; & item quod vocabulum* barbarismi *non usurpaverint neque Romani antiquiores,* [2] *neque Attici.*

[1] QUAS Græci προσῳδίας[a] dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tùm [4] voculationes appellabant. Quod nunc autem barbarè quem loqui dicimus, id

a *Accentus.*

1 *Quid veteres Latini dixerunt*] Nescio quæ superstitiosa custodia hujus verbi placuerit editoribus, quum in MSStis legatur *dixerint*, & sic quoque exhibeat Stephanus pag. 572, ubi continuat seriem titulorum integram. Hinc debui cavere. *Gronov.*

2 *Neque Attici*] Hæc postrema verba nova erunt ei, qui caput prius quam ejus titulum leget: cum in capite nulla prorsus Atticorum fiat mentio. Sed sive Gellii hæc sit adjectio, sive potius Pseudogellii, quod ea continet verum an falsum esse dicemus? Equidem minime dubito, quin & Attici antiquiores βαρβαρίζειν dixerint, non eam tantum significationis formam sequendo, quam habent μηδίζειν, ἀτθικίζειν: verum & cum significare volebant *Barbare loqui.* an etiam & hujus verbale βαρβαρισμὸς jam tum in usu esset, ambigi posse scio: quod multa verbalia non eodem quo ipsa verba tempore usurpari cœperunt. Sed vocem, cujus usum recepta in aliis sermonis forma permittebat (neque enim dubium est, quin μηδισμὸν, & ἀτθικισμὸν & λακωνισμὸν illi quoque veteres Attici dixerint) pro usurpata habere possemus etiamsi nullo id testimonio probari posset. *H. Steph.* Certe videtur id Gellius posuisse respiciens ea quæ scripserat capite vigesimo libri quinti, quo recte lectorem remittit Ascensius. Ibi loquens de solœcismo, in ipso capite adjecit obiter de barbarismo, quem in titulo omiserat, quasi nunc eam partem supplens. *Gronov.*

3 Προσῳδίας] Quænam vero Græcis sint προσῳδίαι late dicet Sextus Empiricus lib. 1. adversus Mathem. cap. 5. Sic autem Diomedes accentum describit lib. 2. *Accentus est Acutæ, vel Gravis, vel Inflexæ orationis elatio, vocisve intentio, vel inclinatio, acuto, aut inflexo sono regens verba. Nam ut nulla vox sine vocali, ita sine accentu nulla.* Priscianus lib. 15. Accentum describit, quod sit *certa lex & regula ad elevandam & deprimendam syllabam uniuscujusque particulæ orationis, qui fit ad similitudinem elementorum, literarum atque syllabarum.* Adde sis Vossium de Art. Gram. lib. 2 cap. 7. *Oisc.* Sed & H. Stephanus in Linguæ Græcæ Thesauro non omisit locum Gellii citare. Verum insigne ejus specimen est in Strabone lib. XIII pag. 621. Καὶ οἱ τὴν προσῳδίαν σῴζειν διαφερόντως γυναῖσιν ὡς θυάσιν ὀπαδέρως αὐ δεξωΐλῃ ἀπερανθολογοῦσιν. Adhibe illic notas maximi Casauboni. *Gronov.*

4 *Voculationes*] Hac voce etiam utitur Nigidius infra h. l. cap. 24. Apud Martianum Capellam lib. 3. cap. *de fastigio*, accentus quoque *fastigia* vocantur, idem vocat *cacumina*, *tonos* & *sonos*. Sic & Diomedes lib. 2. *fastigia* appellat, item Beda lib. de metris.

id vitium ſermonis non barbarum eſſe, ſed ruſticum, & cum eo vitio loquentes ruſticè loqui dictitabant. P. Nigidius, in commentariis grammaticis, *Ruſticus fit ſermo*, inquit, *ſi adſpires perperam.* itaque id vocabulum, quod dicitur vulgo [5] barbariſmus, qui ante divi Auguſti ætatem purè atque integrè loquuti ſunt an dixerint, nondum equidem inveni.

5 *Barbariſmus*] Ab Heſychio definitur παράτονος διάλεκτος, i. e. *à vero tono declinans loquendi ratio.* Euſtathio dicitur, *peccatum pronunciationis circa voces, aut tonos, ſeu accentus, ſicut ſolœciſmus circa ſyntaxin.* Suidas nimis generaliter Barbariſmum dicit eſſe vitioſa dicta præter conſuetudinem clarorum Græcorum, λέξιν παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδοκιμούντων Ἑλλήνων.

CAP. VII.

Diverſum de natura leonum dixiſſe Homerum in carminibus, & Herodotum in hiſtoriis.

LEÆNAS inter omnem vitam ſemel parere, eoque uno partu nunquam edere plures quàm unum, [1] Herodotus in tertia hiſtoria ſcriptum reliquit. Verba ex eo libro hæc ſunt: [2] ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν. τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας [a]. Homerus autem leones (ſic enim feminas quoque virili genere appellat, quod grammatici ἐπίκοινον [b] vocant) pluris gignere atque educare catulos dicit. verſus, quibus hoc aperte demonſtrat, hi ſunt:

Εἱστήκει ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν,
Ὧρά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσοντ' ἐν ὕλῃ
Ἄνδρες ἐπακτῆρες [c].

Item alio in loco idem ſignificat:

Πυκνὰ μάλα στενάχων· [3] ὥστε λὶς ἠϋγένειος
Ὧρα θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἅρπασεν ἀνὴρ
Ὕλης ἐκ πυκινῆς [d].

Ea

a *Leæna vero animalium fortiſſimum & audaciſſimum, ſemel in vita parit unum. Enitendo enim ſimul cum fœtu pariter matrices projicit.*

b *Promiſcuum.*

c *Stetit, ſicut aliquis leo circa ſuos catulos,*
Cui quidem catulos dueenti occurrerint in ſylva
Viri venatores Extat Iliad. ρ, 133.

d *Crebro admodum ſuſpirans, ſicut leo pulchre jubatus,*
Cuique catulos venaticus ſurripuit vir
Sylva ex denſa. Extat ψſ. 318. Iliad. σ.

1 *Herodotus in t. h. ſcriptum reliquit*] Regius, Lugd. maj. *reliquerit.* An voluit loqui per conceſſionem, quam mox deſtrueret. Sed & in hoc ipſo capite mox in eodem Regio legitur *invenerimus.* Etiam in utroque Lugd. mox legitur ἐὸν ἰσχυρὸν καὶ. Gronov.

2 Ἡ δὲ δὴ λέαινα &c.] Hoc autem veriſimile eſt Herodotum ab Ægyptiis accepiſſe; nam & Orus Apollo in Hieroglyphicis narrat, leænam quia non pariat bis, apud Ægyptios ſymbolum eſſe mulieris ſemel tantum enixæ. Quam opinionem etiam ſecutus eſt B. Baſilius Hexaem. homil. IX.

3 Ὥσπερ λὶς ἠϋγεν] Habeo excerpta, quæ ex MS. pro his efferunt has literas ωc TE λEIc IYΓEN. Etiam

Ea nos dissensio atque diversitas quum agitaret inclutissimi poëtarum & historicorum nobilissimi, placuit libros Aristotelis philosophi inspici, [4] quos de animalibus exquisitissimè composuit. in quibus, quod super ista re scriptum invenimus, cum ipsius Aristotelis verbis, in his commentariis scribemus. verba Aristotelis hæc sunt ex libro de historia animalium sexto: Λέων δ' ὅτι μὲν ὀχεύει ὄπισθεν, καὶ ἔστιν ὀπισθιουρητικὸν, εἴρηται πρότερον· ὀχεύει δὲ καὶ τίκτει οὐ πᾶσαν ὥραν, καθ' ἕκαστον μέν τοι τὸν ἐνιαυτόν. τίκτει μὲν οὖν τοῦ ἔαρος. τίκτει δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δύο. τὰ μέν τοι πλεῖστα ἕξ. τίκτει δ' ἐνίοτε καὶ ἕν. ὁ δὲ λεχθεὶς μῦθος περὶ τοῦ ἐκβάλλειν τὰς ὑστέρας τίκτοντα, ληρώδης ἐστὶ· συνετέθη δὲ ἐκ τοῦ σπανίους εἶναι τοὺς λέοντας ἀποροῦντος τὴν αἰτίαν τοῦ τὸν μῦθον συνθέντος. σπάνιον γὰρ τὸ γένος τὸ τῶν λεόντων ἐστὶ, καὶ οὐκ ἐν πολλῷ γίγνεται τόπῳ. ἀλλὰ τῆς Εὐρώπης ἁπάσης ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ Ἀχελώου καὶ τοῦ Νέσσου ποταμοῦ· τίκτει δὲ ὁ λέων πάνυ μικρὰ, οὕτως ὥστε δίμηνα ὄντα μόλις βαδίζειν. οἱ δ' ἐν Συρίᾳ λέοντες τίκτουσι πεντάκις, τὸ πρῶτον πέντε, εἶτα ἀεὶ ἔνι ἐλάττονα· μετὰ δὲ ταῦτα οὐκ ἔτι οὐδὲν τίκτουσιν, ἀλλ' ἄγονοι διατελοῦσιν. οὐκ ἔχει δὲ ἡ λέαινα χαίτην, ἀλλ' ὁ ἄρρην λέων. βάλλει δὲ ὁ λέων τοὺς κυνόδοντας καλουμένους τέτταρας μόνους, δύο μὲν ἄνωθεν, δύο δὲ κάτωθεν· βάλλει δὲ ἑξάμηνος ὢν τὴν ἡλικίαν a.

a *Leonem aversum coire retroque urinam reddere, jam dictum est. coit paritque non quovis tempore, attamen quotannis: parit autem vere. Binos fere parit, neque plures senis, interdum etiam unum. Nam quæ narratur fabula, leænam parientem ejicere matricem, delira est; sed composita ex eo fuit, quod animal hoc rarum est. Ejus rei, qui fabulam confinxit, caussam ignoravit. Rarum igitur leonum genus est: rarisque gignitur locis, & tota Europa duntaxat inter Acheloum & Nessum fluvios. Ipsa quoque leæna parit pusilla omnino, adeo ut post alterum ætatis mensem vix ingrediantur. Terræ Syriæ leænæ quinquies pariunt: primum quinos: post deinde pauciores; postremo nullum, sed effœtæ agitant. Caret leæna jubâ; solus habet mas. Mutat dentes leo quatuor eos tantum, qui canini appellantur, duos superiores, totidem inferiores; idque ætatis suæ mense sexto.*

Etiam Aldus edidit ὥς τε λὶς, etiam Badius, etiam uterque Gryphius, quorum Sebastiani tres editiones quum possideam ad codices MSStos comparatas, oportet statuere etiam in illis MSStis ita lectum fuisse; certe etiam uterque Lugdun. ita habet. Cur igitur tam lævus fuit Stephanus, ut inceperit ὥσπερ λὶς edere? An non vocalem istam ex cæsura crebro satis producit pater ille doctrinæ? Ego certe revocavi. *Gronov.*

4 *Quos de animalibus exquisitissime composuit*] Qua diligentia hi libri de Animalibus ab Aristotele compositi, sic tradit Plinius lib. 8 cap. 16. *Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegataque hac commentatione Aristoteli, summo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Asiæ Græciæque tractu parere jussa, omnium quos venatus, aucupia, piscatusque alebant: quibusque vivaria, armenta, alvearia, piscinæ, aviaria in cura erant, ne quid usquam gentium ignoraretur ab eo; quos percontando quinquaginta ferme volumina illa præclara de animalibus condidit.* Ubi postea Plinius ex Aristotele de Leonum Leænarumque naturâ subjungit. Est vero sumtum ex cap. 31 lib. 6. de Histor. Animal. Quod autem hic Aristoteles de terræ Syriæ leænis narrat, id de universis pronunciat lib. 6. de Generat. Animal. c. 21. sequitur vero Plinius Hist. Nat. lib. 8 cap. 16. ut & Ælianus lib. 4. de Animalib. cap. 34. Nec aliter Oppianus initio lib. 5. de Venatione, & Philostratus iib. 1. de vita Apollonii c. 16. De Leonum natura præter eos, qui ex professo de Animalibus scripsere, multa tradit etiam Vossius lib. 3. de Idolol. cap. 52 & 53.

CAP. VIII.

Quòd Afranius poëta prudenter & lepidè sapientiam filiam esse Usus & Memoriæ dixit.

[1] EXIMIE hoc atque verissime [2] Afranius poëta [3] de gignenda comparandaque sapientia opinatus est, quod eam filiam esse Usus & Memoriæ dixit. eo namque argumento demonstrat, qui [4] sapiens esse rerum humanarum velit, non libris solis, neque disciplinis rhetoricis dialecticisque opus esse; sed oportere eum versari quoque exercerique [5] in rebus communibus noscendis periclitandisque: eaque omnia acta & eventa firmiter meminisse: & [6] proinde sapere ac consulere ex his, [7] quæ

1 *Eximie*] Sic MS. & V. C. C. vulgo *maxime*. male. *Ois.* Nescio quos ille homo existimet V. V. C. ab MS. diversos. Immo MSSti omnes habent *eximie*, quod caute recepit Stephanus. *Gronov.*

2 *Afranius Poëta*] Quibus temporibus Afranius floruerit, supra lib. 10 cap. 11. notatum.

3 *De gignenda comparandaque sapientia*] Nequivi concoquere ferociam nuper his verbis subjectam, qua decernitur potius dicendam prudentiam hanc talibus parentibus ortam, & improprie Sapientiam nostrum dixisse. Ut enim nescio quam Sapientiam sibi finxerit Afranius; certe nuperus erravit, quum meditationibus crebris & contemplationibus maxime acquiri nugatur, usu vero minus, sed hic prudentiam sufficiendam. At cogitanda erat sapientia Romana, quam ille populus, cujus pars fuit Gellius, indicavit in Catone & Lælio, dum eos cognominari placuit Sapientes, & ostendat hos talis generis fuisse, prout suam sapientiam descripsit. immo plenissime illis adfuit Afraniana, si modo recenseri incipiant eorum vitæ, quæ sunt percognitæ. Sciveris autem oportet hoc acumen ab Oiselio descriptum esse ex Phil. Carolo, quem auctorem ex more furandi noluit agnoscere. Eustathius ad Iliad. α pag. 96 Rom. edit. ubi describitur Nestor: σύνεσιν αὐτῷ ἐπιμαρτυρεται τὴν ἐξ ἐμπειρίας πολυχρονίου· μήτηρ γὰρ φρονήσεως ἐμπειρία. Habes utramque. Nam certe quod alii σύνεσιν dixerunt, à Cicerone verti sapientiam docet H. Stephanus. *Gronov.*

4 *Sapiens esse rerum*] In Regio atque etiam Thuan. est *sapiens rerum esse*. Sed in illo primo mox etiam legitur *rhetoricis dialecticis opus* sine copulativa. *Idem.*

5 *In rebus cominus noscendis*] Vox *cominus* sensui plane contraria est. Rectius legeretur *in rebus eminus noscendis*; id est, πόῤῥωθεν, seu ex longinquo: sed neque hoc probo, nixus MS. R. auctoritate, ubi scriptum erat: *in rebus communibus noscendis.* Res communes vocat τὰ πᾶσι κοινῶς συμβαίνειν εἰωθότα. Ita communes sensus, Deus communis & communes literæ apud Phædrum, Ausonium, Tertullianum. Dicitur autem quadrupliciter aliquid commune esse, ἢ τὸ ἐν τὰ μέρη διαιρετὸν, ὡς κληρουχουμένη γῆ, ἢ τὸ ἀδιαιρετὸν ἐν χρήσει κοινῇ λαμβανόμενον, ἢ τὸ ἐν προκαταλήψει ἰδιοποιούμενον, ὡς ἐν θεάτρῳ τόπος, ἢ ἐν βαλανείῳ, ἢ τὸ ἀδιαιρέτως εἰς κοινὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν προβαλλόμενον, ὡς ἡ φωνὴ τοῦ κήρυκος. Vide Ulpianum in Demost. Orat. περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ. Lambecius. MS. *in rebus communibus cominus noscendis*, ita notatum in margine Vossiani codicis. In eo autem fallitur Lambecius quod putet vocem *cominus* sensui plane hic contrariam esse; & rectius legi posse *in rebus eminus noscendis*; id est πόῤῥωθεν seu ex longinquo. *Cominus* enim ut huic loco optime, ita *eminus* nullo modo convenire potest. Nempe eum, qui prudens & sapiens rerum humanarum esse velit, debere se rebus ipsis tractandis immiscere, periculaque ipsa subire, & ita cominus actione ipsa & usu prudentiam acquirere. Sic Euphrates philosophus apud Plinium lib. 1. epist. 10. *affirmabat esse philosophiæ & quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoscere, judicare, promere & exercere justitiam, quæque ipsi doceant in usu habere.* Ois. Quis ille Vossianus codex sit, in quo utraque vox exstet, non intelligo. Ex utroque nihil notavit pater ad Gryphii editionem, in qua legitur *cominus nosc.* sed in margine editionis Badianæ adscripsit Bourdelotius *St. cominus* 1. *communibus.* Ad Regii codicis lectionem accedit Lincolniensis. Neque enim quæritur utrum cominus an eminus fiat: sed ut noscat pericliteturque. Quis nescit id non nisi cominus fieri? certe posterius, certe in nonnullis. Sed qualitas rerum distinguenda est. Hinc edidi, quod vides. *Gronov.*

6 *Proinde*] Sic MS. vulgo *perinde.*

7 *Quæ*

[7] quæ pericula ipsa rerum docuerint, non quæ libri tantum [8] aut magistri per quasdam inanitates verborum & imaginum, tanquam in mimo aut in somnio, [9] delectaverint. Versus Afranii sunt in togata, cui Sellæ nomen est:

Usus me genuit, mater peperit Memoria.
Sophiam vocant me Graji, vos Sapientiam.

Item versus est in eamdem ferme sententiam Pacuvii, quem [10] Macedo philosophus, vir bonus, familiaris meus, [11] scribi debere censebat pro foribus omnium templorum:

[12] *Ego odi homines ignava opera & philosopha sententia.*

nihil enim fieri posse indignius [13] neque intolerantius dicebat, quàm quod homines ignavi ac desides, [14] operti barba & pallio, [15] mores & emolumenta philosophiæ in linguæ verborumque artes converterent; & vitia facundissimè accusarent [16] intercutibus ipsi vitiis madentes.

7 *Quæ pericula ipsa rerum*] MS. *quæ pericula ipsarum rerum.*

8 *Ac magistri*] V. C. C. *aut magistri.* Ois. Quod non debuit mutari, quum sit in Reg. Lugd. utroq. & aliis Mss. in quibus etiam legitur *sapere atque consulere.* Gronov.

9 *Dictitaverint*] V. C. C. *delectaverint.* quod Stephanus accipit pro delectando dixerint, sive delectabiliter dixerint. Lipsius in Electis leg. *dictaverint*, & errorem natum esse dicit ex priscâ scripturâ *deictaverint.* Ois. Quum Mss. omnes edant *delectaverint*, id non debet cedere conjecturæ alicujus, si nihil aliud, incertæ; unde reposui veterem. Et prægnantium istarum significationum multa sunt exempla, quarum unam bene nunc advertit Stephanus. *Gronov.*

10 *Macedo*] Ignotissimus hic, & in Reg. exemplari editur *Mecedo.*

11 *Scribi debere censebat pro foribus omnium templorum*] Hunc A. Gellii locum expressit J. Salisberiens. lib. 4. de Nug. Curial. c. 6. *Unde & Philosophi veteres imaginem Sapientiæ pro foribus omnium templorum pingi, & hæc verba scribi debere censuerunt:*

Usus me genuit, peperit Memoria.
Sophiam me vocant Graji, vos Sapientiam.

Et hæc item: Ego odi homines stultos, & ignava opera, & philosophicas sententias.

12 *Ego odi homines, &c.*] Sic Alexander M. Callisthenem philosophum natum ex consobrina Aristotelis, cum eum adorare & divinis honoribus prosequi recusaret, in caveam jussit includi, & spectandum circumduci ac tandem interfici, addens: Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. *Odi sapientistam sibi qui non sapit.*

13 *Neque intolerantius*] Alium fateor *intolerabilius* fuisse dicturum: sed si *res incredulæ*, pro Res incredibiles dicere sibi permisit, hoc etiam sibi permisisse credibile est. Nævium saltem auctorem habere se dicere potuit ad illud *intolerantius* quod attinet, nam lib. 19 c. 7. eum *intolerantibus curis*, pro *intolerandis* dixisse scribit. *H. Steph.*

14 *Operti barba, & pallio*] Insigne philosophorum, crinem barbamque promittere, & pallio uti prælongo, de quo jam supra lib. 2 cap. 18. quædam notata. Addendus Casaubonus ad Persii Sat. 1 fin. & Salmasius Not. ad Tertull. lib. de pallio pag. 3 & seqq. & Franciscus Francus, hoc est, ipse Salmasius in Confutat. Animad. Ant. Cercoetii sive Petavii pag. 1 & seqq. Christ. Arnoldus.

15 *Mores*] Mss. & V. C. C. H. Stephan. ex conjecturâ legit *honores.*

16 *Intercutibus ipsi vitiis madentes*] Sic V. C. C. in Vossiano codice in margine notatum in quodam MS. pro *madentes* haberi *incidentes.* quod exscriptoris vitium puto. H. Stephan. ex conjectura legit *scatentes.* Sed nihil mutandum. hoc enim modo & Martialis *artibus madidus* dixit lib. 1. Epigram. 40

Si quis Cecropiæ madidus Latiæque Minervæ
Artibus, & vera simplicitate bonus.

CAP. IX.

Quid Tullius Tiro in commentariis scripserit de Suculis & Hyadibus, quæ sunt stellarum vocabula.

TULLIUS Tiro M. Ciceronis alumnus & libertus, adjutorque in literis studiorum ejus fuit. is libros compluris de usu atque ratione linguæ Latinæ, item de variis atque [2] promiscis quæstionibus composuit. in his esse præcipui videntur, quos Græco titulo παιδικὰς inscripsit, tamquam omne rerum atque doctrinarum genus continentes. ibi de his stellis, quæ appellantur suculæ, hoc scriptum est: *Adeò*, inquit, *veteres Romani literas Græcas nesciverunt, & rudes Græcæ linguæ fuerunt, ut stellas, quæ* [3] *in capite Tauri sunt,* [4] *propterea suculas appellarint, quod eas Græci ὑάδας vocant; tamquam id verbum Latinum Græcî verbi interpretamentum sit: quia* [5] *Græce ὗες, sues Latinè dicantur. sed ὑάδες*, inquit, [6] *οὐκ ἀπὸ τοῦ ὑῶν, ita ut nostri* [7] *opici putaverunt, sed*

1 *Tullius Tiro*] Vide supra lib. 1 cap. 7.

2 *Promiscis*] V.C. *promiscuis*.

3 *In capite Tauri*] Seneca Thyest. 852. *Hic qui nitido taurus cornu Præfert Hyadas.*

4 *Propterea suculas appellarint, &c.*] Eodem modo & ante Tironem patronus ejus M. Cicero cascos illos reprehendit lib. 2. de Nat. Deor. *Tauro caput*, inquit, *stellis conspersum est frequentibus; Has Græci stellas Hyadas vocitare fuerunt à pluendo. ὑειν enim est pluere; nostri imperite Suculas, quasi à suibus essent, non ab imbribus nominatæ.* Et post eum Plinius Histor. natural. lib. 27 cap. 26. *Nimborum argumento Hyadas appellantibus Græcis has stellas; quod nostri à similitudine cognominis Græci propter sues impositum arbitrantes, imperitiâ appellavere suculas.* Sed & *succulæ* dici possunt ἀπὸ τοῦ ὗειν, *pluere*, quia ortu suo cosmico pluvias & succos inducunt. Germanici interpreti, qui C. Bassus nonnullis audit, etiam placet stellas hasce Græcis Hyadas dictas, quia in modum literæ υ positæ sunt; vel etiam quia natæ ex Atlante & Hya Oceani filia, Hyantem fratrem ab apro vel leone in venatu occisum flentes pietatis & solatii causa in cœlum translatæ sint. Septem itaque numero sunt hæ stellæ Hyades, in capite Tauri, quarum duæ in eductione cornuum, & quinque in facie ponuntur. De his Ovidius lib. 5. Fast.

Ora micant Tauri septem radiantia flammis,
Navita quas Hyadas Græcus ab imbre vocat.

Alii cum Hesiodo duas istas in cornuum eductione omittentes, quinque tantum Hyadas statuunt. Quæ uberius ab Oiselio adjecta erant de Palilicio & Arabicis, nullo more bono descripserat ex Grotio ad Imagines pag. 46, ubi melius ea legi possunt.

5 *Græce ὗες, sues Latine*] Unde progressu solito derivandi venit diminutivum *sucula*, interposita litera, quæ vocalem secundam fulciret, ut ab bos bucula, quod Vossius etiam considerat velut pro *bovicula*, ut sic etiam primo fuerit *suicula*. Quod etsi accedat *canis canicula*, non tamen opinor necesse. Veniunt enim hæc ex agricultura & re pecuaria: quippe unde patet diu eas voces in lingua Romana fuisse, antequam vel ὑάδες vel ὑῶν fuit in eam urbem advectum. Unde etiam sequitur non debere ad has voces exigi analogiam aliarum vocum similiter desinentium, quæ proculdubio postea demum sunt adscitæ. Quomodo autem suscula deinceps pervenerit ad Hyadas, non est meum dicere, quoniam causa potuit fuisse multiplex. *Gron.*

6 *Οὐκ ἀπὸ τοῦ ὑῶν ita ut*] Regius, Lugdun. uterque, Petav. augent ὑῶν, *id est, non à suibus, ita ut.* Idem.

7 *Opici*] Hoc verbo etiam usus est auctor noster supra lib. 2 cap. 21. & lib. 11 cap. 16. ubi vide notata. in vet. edd. est *rupici*, unde quidam *rupices* reposuere; MS. ad marginem Vossiani codicis notata lectio habet *rustici*. Sed proba est lectio contextus nostri. Scaurus de Orthographia: *Ita satis per se posita, aspirationem sui declararet, nisi opicus legat.* id est agrestis & imperitus; unde Ausonio de Professorib. c. 25. *opicæ chartæ*, Sidonio Apollinari lib. 8. epist. 3. *opica translatio.* Oisel. Infra ex v. l. se restituisse *rupices* scribit Gisanius in Observationibus Ling. Lat. pag. 218. *Gronov.*

8 *At*

ſed [8] *ab eo, quod eſt ὕειν, appellantur. nam & quum oriuntur & quum occidunt, tempeſtates pluvias largoſque imbres cient.* [9] *pluere autem Græca lingua ὕειν dicitur.* Hæc quidem Tiro in Pandectis. Sed enim veteres noſtri non uſque eo rupices & agreſtes fuerunt, ut ſtellas hyadas idcirco ſuculas nominarent, quod ὗες Latine ſues dicantur: ſed ut quod Græci ὑπὲρ, nos *ſuper* dicimus, quod illi ὕπτιος, nos *ſupinus;* quod ὑφορβὸς, nos *ſubulcus;* quod item illi ὕπνος, nos primo *ſypnus*, deinde per *y* Græcæ Latinæque literæ cognationem *ſomnus:* ſic quod ab illis ὑάδες, [10] à nobis primo *ſyades*, deinde *ſuculæ* appellatæ. Stellæ autem iſtæ non in capite Tauri ſunt, ut Tiro dicit (nullum enim videtur præter eas ſtellas Tauri caput) [11] ſed hæ ita circulo, qui Zodiacus dicitur, ſitæ locatæque ſunt; ut ex earum poſitu ſpecies quædam & ſimulacrum eſſe videatur tauri capitis: ſicuti cæteræ partes & reliqua imago tauri conformata & quaſi depicta eſt locis regionibuſque earum ſtellarum, [12] quas Græci πλειάδας, nos *vergilias* vocamus.

8 *Ab eo quod eſt ὕειν*] In id videntur conſenſiſſe omnes, qui Hyadas deſcribunt pluvias; quorum aliquos collegit Heinſius ad Ovidium 1 Triſt. 10, 16. *Gronov.*

9 *Pluere autem & Græca l.*] Illud tertiæ voculæ momentum inſeruit H. Stephanus, quum nec in ulterioribus editis nec in Mſſ. reperiatur: unde certe præſtat non retinere nec habere inter Galliana. *Idem.*

10 *A nobis primo ſyades*, &c.] Dum veteres illos & caſcos Agellius quovis modo defendere ab imperitiâ contra Tironem nititur, turpiſſime ſemetipſum hic proſtituit, cum nihil præter nugas nugaciſſimas in medium proferat.

11 *Sed hæ*] MS. *ſed eædem.* Oiſ. MS. Reg. *ſed hæ ita à circulo.* Scheff. *ſed hedem à cir.* Pet. *ſed eadem.* Lugd. min. *ſed he.* Gronov.

12 *Quas Græci πλειάδας, nos vergilias vocamus*] Videtur Auctor noſter velle, quaſi in reliqua Tauri imagine nullæ exſtarent ſtellæ, præter Pleiades, ſive vergilias vocatas. Quod omnino falſum. Pleiadum enim ſidus in dorſo Tauri ſitum, & vulgo ſeptem ſtellis conſtare dicitur, quanquam ſex tantummodo oculis conſpicuæ. Unde Ovidius lib. 4. Faſtor.

Pleiades incipiunt humeros relevare paternos,
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.

Græcis πλειάδες dictæ à πλεῖν, id eſt *navigare*, quia ab ortu eorum verno navigationis tempus ut plurimum incipere ſolet. In fabulis etiam finguntur Atlantis ex Pleione Nympha, aliis Heſperidâ fratre Atlantis Heſpero prognatâ, filiæ; unde & à Patre quibuſdam *Atlantides*, à matre vero *Heſperides* appellantur. Cæterum in Pleiadum ſidere poſt Teleſcopium inventum, & eo ſpectatæ non tantum ſex, ſeptemve, verum plures quam quadraginta ſtellæ Galilæo viſæ, ut ipſe narrat in Nuncio Siderio; poſtea etiam per majora Teleſcopia plures quinquaginta aliis & mihi quoque apparuere.

CAP. X.

Quod ſororis *etymon eſſe dixerit Labeo Antiſtius* [1] *& quod* fratris *P. Nigidius.*

[2] LABEO Antiſtius juris quidem civilis diſciplinam principali ſtudio exer-

1 *Et quod fratris Nigidius*] Recte H. Stephanus concinnavit & ſupplevit hoc lemma ad codices Mſſ. Unum tamen neſcio cur omiſerit. Nam in Regio plane legitur *fratris P. Nigidius:* quod quum jam ante etiam ſic venerit uſu, ut notaremus, omnino etiam repoſui. *Gronov.*

2 *Labeo Antiſtius*] De hoc veterum Juriſconſultorum Principe vide quæ ſupra p. 54. notata ſunt.

exercuit, & consulentibus de jure publice responsitavit; cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit: & in grammaticam sese atque dialecticam literasque antiquiores altioresque penetraverat; Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat: eaque præcipue scientia ad enodandos plerosque juris laqueos utebatur. Sunt adeo libri post mortem ejus editi, qui *posteriores* inscribuntur; quorum librorum tres continui tricesimus octavus & tricesimus nonus & quadragesimus pleni sunt id genus rerum ad enarrandam & illustrandam linguam Latinam conducentium. Præterea in libris, quos ad Prætoris edictum scripsit, multa posuit partim lepide atque argute reperta: sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptum legimus; *Soror*, inquit, *appellata est, quod quasi seorsum nascitur, separaturque ab ea domo in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur.* Fratris autem vocabulum P. Nigidius, homo impense doctus, non minus arguto [3] subtilique ἐτύμῳ interpretatur, *Frater*, inquit, *est dictus quasi fere alter.*

3 *Subtilique ἐτύμῳ*] Quod mirum est, unus Schefferi habet ἐτυμολογίᾳ, quum reliqui accedant ad vulgatum. Delevi autem omnia, quæ his apposuerat Oiselius, descripta quippe ex Vossii Etymologico, ubi inspici illa eadem possunt; nec meliora sunt Proustei, nisi quod intra aliud Festi etymon de fratre maneat, de sorore taceat. Quid autem fratriæ (vel sodalitia) sero post vocem fratris usurpatam inductæ & à me Ciceroni lib. XV ad Atticum restituræ faciunt ad natalem fratris? Quid autem jocabimur de communi puteorum usu? nisi quod omnia conjecturis talium hominum patent. Fratres probabiliter dictos opinamur, quia per illos fragitur, vel frangitur, & in duo vel plura dividitur genus. De sorore liceat ampliare. *Gronov.*

CAP. XI.

Quem M. Varro aptum justumque esse numerum convivarum existimarit: ac de mensis secundis [1] & de bellariis.

LEPIDISSIMUS liber est M. Varronis ex satiris Menippæis, qui inscribitur, [2] NESCIS. QVID. VESPER. SERVS. VEHAT. in quo disserit de apto convivarum numero, deque ipsius convivii habitu cultuque. dicit autem convivarum numerum incipere oportere [3] à Gratiarum numero,

1 *Et de bellariis*] Ita denique restitui jam ab Stephani tempore exulantem particulam mediam, servatam in editionibus ante illum, quas ex Mssis eam hausisse hinc fides est; quoniam in Reg. Lugd. utroque & Petav. similiter exstat; estque is perpetuus Gellii mos. *Gronov.*

2 *Nescis quid serus vesper vehat*] Proverbialis locutio, qua admonemur, ne præsentium rerum prosperitate temere insolescamus, cum plane nescii ac incerti simus, quemadmodum

—— *diem clauso componet vesper Olympo.*

Hinc Livius Decad. V. lib. 5. *In secundis rebus nihil quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortunæ, cum quid vesper vehat, incertum sit.* Tracta autem videtur ab agricolis, quibus in more tempus vesperum magna cura observare, ut ex eo ventorum, nubili vel serenitatis signa colligant. Quo respexit Virgilius lib. 1. Georgic.

Denique quid serus vesper vehat, unde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster.

3 *A Gratiarum numero, &c.*] Omnia quæ his subje-

mero, & progredi ad Musarum; id est, proficisci à tribus, consistere in novem: ut, quum pauciſſimi convivæ sunt, non pauciores sint quam tres; quum plurimi, non plures quam novem. *nam multos*, inquit, *esse non convenit, quod turba plerumque est turbulenta* [4] **** & Romæ*, inquit, *constat, sed & Athenis, nusquam, aut cubat. Ipsum deinde convivium constat*, inquit, *ex rebus quatuor; & tum denique omnibus suis numeris absolutum est. si belli homunculi collecti sunt*, [5] *si electus locus*, [6] *si tempus lectum, si apparatus non neglectus. Nec loquaces autem*, inquit, *convivas, nec mutos legere oportet;* [7] *quia eloquentia in foro & apud subsellia*,

subjecerat Oiselius aut de Macrobio aut ex Capitolini Vero, passim dicuntur ab aliis; nullamque Gellii partem, multo minus novam editionem illustrant; & iste tamen Macrobium hinc quoque vocat auctoris nostri simiam, sibi bene conscius quot aliorum simia ipse appellari deberet.

4 *Et Romæ*, inquit, *constat, sed & Athenis, nusquam aut cubat*] Sic secuti ultimam viri docti editionem edendum curavimus, quamvis nullus fere sensus ex verbis hisce mutilis erui possit. Veteres omnes Editiones constanter habent, *Et Romæ quidem constat, sed & Athenis; nusquam autem plures cubant.* Quod quamvis sensum admittat, haut tamen usque quaque verum est; nisi Varronem respexisse dicamus ad id, quod ut plurimum fieri solebat, nempe ut triclinium sterneretur, tres scilicet lecti discubitorii, in quorum unoquoque tres convivæ ad mensam fere accumbebant. In margine Vossiani codicis notatum, in MS. quodam legi, *nusquam autem cubat.* omisso τῶ *plures.* Ois. Uter igitur prudentius consuluit, hiccine imitator editionis viri docti, an Prousteus, cujus hæc nota est: [Vitiosus hic locus est, plerisque in editionibus, nos antiquissimas secuti sumus] Sane uterque festivus in verbis faciendis, quæ nihil prodessent Gellio, & detestabilem in modum iners. Præsertim vituperandus Oiselius, quod noluit hac de re, unde expedire se nequibat, colloquicum viro docto, quem vocat, qui forsitan potuerat tunc aliquid conferre. Ascensius notat [Unde miror adjectum *& Romæ quidem constat sed & Athenis: nusquam autem plures cubabant.*] Nequivit hunc locum omittere Ciacconius in Triclinio, unde citat pag. 44, sed amputavit ante hæc verba: unde illum acutum Ursinum non fuisse incensum miror ad subveniendum ex Mssiis huic loco, quem nequibat ignorare affectum prorsus. Quid Stephanus in tot asteriscis vel omittendis τοῖς *sed & Athenis* (in quo eum secuta Lugduno-Batava anni 1664) repererit auxilii, ignoro. Legebatur in Regio *& Romæ quidem constat, sed & Athenisanis quam cubat. Ipsum.* Hinc patet posteriores fecisse *Athenis nusquam autem cubat Ipsum*, quod erat in Thuan. Lugd. utroq. Petav. Stephano hinc edente *constat nusquam aut cubat ** Ipsum.* Unus interim ex omnibus Lugd. min. habet *romæ inquit constat*, quod amplexus quoque fuit Stephanus, forsan ex Memm. qui sic quoque habebat, etsi id verbum *inquit* sæpenimis ita repeti videatur, ut ibi aliquid lateat, quod nescio an recte producam, sed edam, quid mihi in mentem venerit, nempe *Et Romæ trinio quidem constat; sed & Athenis Anytus ita tertius cubat.* vel, *sed & Athenis, Anytusque ita tertius cubat.* Suppono fabulam fuisse de Socratis accusatoribus, quos ipse Socrates in Apologia nominat, sic convivantibus, qui Gellium adverterunt, ut in hac causa terni accubantes. In syllaba *in* & mox litera *m* specto tres lineas, & hinc ternarium numerum, sed qui diversimode exprimendus, scribas induxit in errorem, non modo ut alii inde facerent *inquit*, alii *quidem*, sed etiam mox ignoraverint has tres lineas explanare, primum per *ternio* aut *trinio*, secunda vice per *tertius.* Ut scias, quid Gellio contigerit, capite 12 hujus libri edit codex Scheff. *non quatuor auctoribus*, ubi debet esse *non iui auct.* ut nostra exemplaria habent. *Gronov.*

5 *Si lectus locus*] Cod. Tornæs. *si electus locus.* Ois. Nec aliter Reg. & Thuan. unde id prætuli.

6 *Si tempus lectum*] Hoc est, quod tempore celebratur, & nec maturius ineatur, neque in longum & multam noctem protrahatur. Ursinus ad Triclinium Ciacconii pag. 170.

7 *Quia eloquentia in foro*] Eo enim loco receptum facunde causas orare & eloquenter eloqui. Unde Arnobius lib. 1. adverſ. gent. *Pumpa ista sermonis, & oratio missa per regulas, concionibus, litibus, foro, justitiisque servetur, deturque.* Item Cyprianus Epist. 2. lib. 2. *In judicii contentione pro rostris opulenta facundia volubili ambitione jactetur.*

ſellia, ſilentium vero non in convivio, ſed in cubiculo eſſe debet. [8] Sermones igitur id temporis habendos cenſet non ſuper rebus anxiis aut tortuoſis, ſed jucundos atque invitabiles & cum quadam illecebra & voluptate utiles; ex quibus ingenium noſtrum venuſtius fiat & amœnius. *Quod profecto*, inquit, *eveniet, ſi de id genus rebus ad communem vitæ uſum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque in negotiis agendis* [9] *loqui non eſt otium.* [10] *dominum autem*, inquit, *convivii eſſe oportet non tam lautum, quam ſine ſordibus: &* [11] *in convivio legi non omnia debent, ſed ea potiſſimum, quæ ſimul ſint* βιωφελῆ[a] *& delectent.* neque non de ſecundis quoque menſis cujuſmodi eſſe eas oporteat præcipit. his enim verbis utitur: [12] *Bellaria*, inquit, *ea maxime ſunt mellita*, [13] *quæ mellita non*

a *Vitæ utilitatibus conducentia.*

8 *Sermones igitur id temporis habendos, &c.*] Ejuſmodi ſermones Plutarchus vocat λόγους συμποσιακούς, *ſermones convivales*; & ἐπὶ κύλικι ζητήσεις, *quæſtiones inter vina.* Athenæus lib. 1. ἐπιψυλικείους λόγους, Pollux lib. 6 cap. 18. ζητήματα κυλίκεια. Diogenes Laërtius in Arceſilao, ἐπιτυλικείους ἐξηγήσεις. Theodectes, μνημόνια, quaſi ſermones memoriæ commendandos. Huc pertinent Plutarchi συμποσιακῶν, & Athenæi Δειπνοσοφιστικῶν libri. item Apulei Convivales quæſtiones & ludicra, quorum antiqui crebro meminerunt; horum etiam exemplum habemus in Macrobii Saturnalibus.

9 *Loqui non eſt otium*] Regius, *de quibus in foro atque in negotiis agendi non eſt otium*, ſenſu ſatis abſoluto. Sic quoque Lugd. major.

10 *Dominum autem convivii*] Quem nimirum Latini Convivatorem appellant, utpote qui amicos aut hoſpites convivio excipit, Horatio dicitur Parochus & herus lib. 2. Sat. 8.

- - - vertere pallor
Tum parochi faciem nil ſic metuentis, ut acres
Potores. - - -
- - Sub hoc herus, hæc gravida, inquit,
Capta eſt murena.

Martiali lib. 12. Epigr. 48. dicitur *Cœnarum magiſter*; quanquam alias proprie *magiſter convivii* dicatur, qui *Arbiter bibendi*, item *Rex convivii*, unde *Magiſteria & Regna vini.*

11 *In convivio legi non omnia debent*] Moris enim erat aliquid ſive ex Poëta, ſive Hiſtorico inter cœnandum legere, cujus exemplum habemus non unum in Auctore noſtro, ut lib. 2 cap. 22. & lib. 3. cap. 19. item lib. 19 cap. 7. Cornelius Nepos de Pomponio Attico in ejus Vita: *Nemo in convivio ejus aliud acroama audivit, quam anagnoſten; quod nos quidem jucundiſſimum arbitramur. Neque unquam ſine aliqua lectione apud eum cœnatum eſt.* Sic Plinius Junior de Avunculo ſuo, lib. 3. epiſt. 5. & de ſemetipſo lib. 9. epiſt. 36.

12 *Bellaria*] Feſtus: *Bellarium & bellaria, res bellas appellabant.* Ita enim legendum ex Scaligeri emendatione. Gloſſæ Philoxeni: *bellaria*, τραγήματα. Et Onomaſticon Vetus: *Bellaria*, τραγήματα. Eadem ratione & Græci *Bellaria* quia *bella* ſunt, appellant ὡραῖα. ὡραῖος enim *bellus* ac *pulcer.* Plauto dicuntur *res belliſſimæ.* Apuleius Mileſiar. lib. 10. *mellita edulia* vocat, & paullò poſt id genus inter, *Cruſtula, lucunculos, hamos, lacertulos, & complura ſcitamenta mellita.* Unde & qui ejuſmodi cupedias & edulia condita conficiebat *Piſtor Dulciarius* dictus. Gloſſæ Cyrilli: γλυκεοπράτης, *Dulciarius.* Item *Placentarius.* Eædem Gloſſæ: πλακεντάριος, *Placentarius, Dulciarius.* Firmicus Aſtron. lib. 8. *Faciet piſtores dulciarios, conditores.* Seneca Epiſtola 56. dicuntur *Libarii, & cruſtularii.* Afranius apud Nonium in *Lucuris* vocat *Scribilitarium*,

Piſtori nubat, cur non Scriblitario,
Ut mittas fratris filio lucunculos.

13 *Quæ mellita non ſunt*] Varro itaque Bellaria iſta melle condita, & dulciaria, ut ſtomacho noxia & concoctionem impedientia, non probat; & dicit bellaria iſta maxime mellita, hoc eſt ſalubria eſſe, quæ mellita non ſunt, ut ſupra Poma ſive mala, nuces, amygdalæ, piſtaciæ, & id genus alia, quæ naturâ parente, non arte producta, aut condita.

14 *Omne*

non ſunt. πέμμασιν [a] *enim cum* πέψει [b] *ſocietas infida.* Quod Varro hoc in loco dixit, *bellaria*, ne quis forte in iſta voce hæreat; ſignificat id vocabulum [14] omne menſæ ſecundæ genus. nam [15] quæ πέμματα Græci aut τραγήματα dixerunt; ea veteres noſtri bellaria appellaverunt. vina quoque dulciora eſt [16] invenire in comœdiis antiquioribus hoc nomine appellata: [17] dictaque eſſe ea Liberi bellaria.

a *Placentis.* b *Concoctione.*

14 *Omne menſæ ſecundæ genus*] Secunda menſa & *menſa pomorum* dicta, quia veteribus ex pomis, qua voce omnia τὰ τῶν ὀπώρας comprehendebant. Vide Ciacconii Triclinium & ibi Urſinum pag. 64 & 72. Hinc antiquus Scholiaſtes Horatii à Torrentio ad lib. 4. Od. 5. adductus: *Antiquorum conſuetudo fuit, ut ſublata prima menſa, ponerentur ſecunda; atque in ea poſitis pomis, infuſoque vino Dis libaretur.*

15 *Quæ* πέμματα *Græci aut* τραγήματα *dixerunt*] Aliud tamen, ut obſervat *Salmaſius* ad Solinum, proprie πέμμα, aliud τράγημα. Pemma compoſitum quid & coctum, unde & nomen. Τράγημα ſimplex & ſic ſiccatum, ut uvæ paſſæ, caricæ, palmulæ & ſimilia. Hierophilus etiam coptas ſive placentas τραγημάτων appellatione complectitur, & ſic etiam πέμμα eſſet; ſane Galli inde *Tragea* ſua *Des Dragées* nominarunt. Δραγσαία ſcribitur apud medicos Græco-barbaros, & compoſitio eſt pluribus rebus conſtans. Hierophilus in libro πῶς ὀρίλει διατᾶσθαι ἄνθρωπος ἐν ἑκάστῳ μηνὶ ſub nomine τραγημάτων tantum comprehendit amygdalas, piſtacia, nuces minutas, palmulas, ſive dactylos ſiccos & quæ ex his conficiebantur, coptas, ſive placentas, ut modo diximus. Ita quoque Alexander Trallianus lib. 7. apud Myceſpium, Ἀντίδοτος διὰ τραγημάτων componitur ex uvis paſſis, nucleis pineis, ſemine cucumeris, myrtis, ſemine apii, & palmulis. Et inde τραγήματα vocata quæ poſt cœnam data partim ſiti redintegrandæ, partim ad oris ſuavitatem faciendam, ſed ſicca fere & dulcia.

16 *Invenire comœdiis*] Eſt vitium editionis Thyſianæ in omiſſa præpoſitione.

17 *Dictaque eſſe ea Liberi*] Vett. ed. omnes, & cod. Tornæſ. item Macrobius Saturnal. l. c. ubi Gellii verba refert habent: *Dictaque eſſe ea Liberi bellaria.* Oiſ. Etiam in illis qui mihi auxilium præſtant, nullus eſt præter Lugd. min. qui non etiam probet vocem poſtremam, ut Stephano indulgeri tantum non debeat, nec ab ipſo ſic concedi quibuſdam forte codicibus auctoritatis exiguæ; & quoties interdum vox aliqua repetitur? Ideo revocavi. *Gronov.*

CAP. XII.

Tribunos plebis prenſionem *habere*, vocationem *non habere.*

IN quadam epiſtola Atei Capitonis ſcriptum legimus Labeonem Antiſtium legum atque morum populi Romani juriſque civilis doctum apprime fuiſſe. *Sed agitabat*, inquit, *hominem libertas quædam* [1] *nimia atque vecors; uſque eo ut Divo Auguſto jam principe & rempublicam obtinente, ratum tamen penſumque nihil haberet, niſi quod juſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet.* ac deinde narrat, quid idem Labeo per viatorem à tribunis plebi vocatus reſponderit. *Quum à muliere*, inquit, *quadam tribuni plebis adverſum eum aditi*, [2] *Gellianum ad*

1 *Nimia atque vecors*] Sic loquuntur iſti de illis, quos vident incorrupta libertate agere. Jam notatum hoc viris doctis ad Tacitum vel lib. 1 annal. 12, vel 3, 75. *Gronov.*

2 *Gellianum ad eum miſiſſent*] Fuit hic Gellianus haud dubie viator Tribunitius, ſic dictus ab incerto quodam Gellio, more Romano, quo ſervi publici à nobiliſſimis civium denominabantur. *Oiſ.* Cur iſte homo nequivit citare Juſt. Lipſii nomen, unde is utique deſcripſit, ut patet ex libro 1 Elect. cap.

ad eum mississent, ut veniret & mulieri responderet: jussit eum, qui missus erat, redire, & tribunis dicere, [3] *jus eos non habere neque se, neque alium quemquam vocandi. quoniam moribus majorum tribuni plebis* [4] *prensionem haberent, vocationem non haberent. posse igitur eos venire & prendi se jubere: sed vocandi absentem jus non habere.* Quum hoc in ea Capitonis epistola legissemus, idipsum postea in M. Varronis rerum humanarum [5] uno & vicesimo libro enarratius scriptum invenimus, verbaque ipsa super ea re Varronis adscripsimus: *In magistratu*, inquit, *habent alii vocationem, alii prensionem, alii neutrum. vocationem: ut consules & cæteri qui habent imperium. prensionem: ut tribuni plebis & alii qui habent* [6] *viatorem. neque vocationem, neque prensionem: ut quæstores & cæteri, qui* [7] *neque lictorem habent neque viatorem. qui vocationem habent, idem prendere, tenere, abducere possunt. & hæc omnia sive adsunt quos vocant, sive acciri jusserunt. tribuni plebis vocationem habent nullam.* [8] *neque minus multi imperiti, perinde atque haberent, ea sunt usi. nam quidam non modo privatum, sed etiam consulem in Rostra vocari jusse-*

cap. 22. Nec tamen is utique nobilissimos civium nominat, unde servi publici acceperint nomen. Sic nugæ crescunt eundo. Nota est vanitas Clodii ab Lipsio istic allata. At ille à personis etiam nominatos dicit, qui vicerant quive adduxerant. Sed quis foret ille nobilissimus tandem Gellius? Unde igitur patebit hic mos Romanus, qui servos publicos à nobilissimis civium denominavit? Certe de Bruttianis aliter Gellius supra; de Picentibus aliter Strabo ac Lucanis. In Lincoln. est *Gallianum*. Sed video quidquid attulit Oiselius, esse omne furtivum & Phil. Carolo aversum. Is enim ita explanat [Fuit is, opinor, viator tribunicius, dictus Gellianus ab incerto quodam Gellio, more Romano, quo servi publici à nobilissimis civibus nomen sortiti sunt. Nominabantur enim à personis, quæ vicerant, quæque adduxerant. Ita Clodius apud Dionem contendit servos illos è Cypro adductos Clodianos dici, quoniam ipse Catonem illuc misisset. Contra Cato Cyprios dici maluit, spretis consiliis eorum, qui ab ipso cognominandos censuere Porcianos.] Ita apparet, unde veniant isti nobilissimi. Sed quam decens hoc par in compilando Lipsio? Quum interim quod ipsi addunt, est mera vanitas. Fuerit unus & alter Gellius: accedant plures; non ideirco nobilissimos. Nam & sera respublica demum celebrantur: nec ex strage Crixi videntur fuisse superstites & Gelliani facti. *Gronov.*

3 *Jus eos non habere &c.*] Id firmari etiam potest auctoritate Lælii Felicis vetustissimi scriptoris; qui lib. 1. ad Quint. Mutium scribit: *Tribuni neque advocant patricios, neque ad eos referre ulla de re possunt.* Ois. Citatio hæc debetur Car. Philippo.

4 *Prensionem haberent*] Hoc adeo verum est, ut & consules à tribunis in vincula duci potuerint. Sic Dio lib. 37. testatur, Metellum consulem à L. Flavio tribuno in carcerem ductum esse. Item Livius lib. 9. censorem Appium à P. Sempronio tribuno prehendi & in vincula duci jussum esse. Hæc non sunt Oiseliana, sed Phil. Caroli.

5 *Uno & vicesimo*] Scheff. *undevigesimo.*

6 *Viatorem*] Festus: *Viatores appellantur, qui magistratibus apparent, eo quia initio omnium tribuum, cum agri in propinquo erant urbis, atque assidue homines rusticabantur, crebrior opera eorum erat in via quam urbe: quod ex agris plerumque homines vocabantur à magistratibus, & frequens eorum erat ab agris ad urbem via.* Quibus consentit Columella in præfat. lib. 1. *Illis temporibus proceres civitatum in agris morabantur, & cum consilium publicum desiderabatur, à villis arcessebantur ad Senatum. Ex quo qui eos vocabant Viatores nominati sunt.* Brevius Cicero in Catone Majore: *A villa in Senatum arcessebantur Curius & cæteri senes; ex quo qui eos arcessebant, Viatores nominati sint.*

7 *Neque lictorem*] De lictoribus vide supra lib. 12 cap. 3.

8 *Neque minus multi*] Vide, an non Gellius dederit *neque eo minus*, quod oræ ab patre adscriptum est, nec sine causa. *Gronov.*

9 *Ego*

jusserunt. [9] *ego triumvirûm vocatus à Porcio tribuno plebis non ivi auctoribus principibus, & vetus jus tenui. item tribunus quum essem, vocari neminem jussi, neque vocatum à collega parere invitum.* Hujus ego juris, quod M. Varro tradit, Labeonem arbitror vana tunc fiducia, quum privatus esset, vocatum à tribunis non isse. quæ, malùm, autem ratio fuit vocantibus nolle obsequi, quos confiteare jus habere prendendi? nam jure prendi qui potest, [10] etiam in vincula duci potest. Sed quærentibus nobis quam ob causam tribuni, qui haberent summam coërcendi potestatem, jus vocandi non habuerint: quod tribuni antiquitus creati videntur [11] non juri dicundo, nec causis quærelisque de absentibus noscendis, [12] sed intercessionibus faciendis quibus præsentes fuissent; ut injuria quæ coram fieret, arceretur: ac propterea [13] jus abnoctandi ademtum; quoniam, ut vim fieri vetarent, assiduitate eorum & præsentium oculis opus erat.

9 *Ego triumvir vocatus* &c.] Hic videlicet locus est, quem citabat pater in pulcherrima restitutione ad libri 1 caput 12, quam edidi, prout scriptam reperi, & cui videtur ὁ μάκαρ voluisse hæc verba apponere, sed fata obstiterunt. Plane enim hîc legitur in Regio *ego triumvirum*, ut ex eo Bourdelotius, ego, frater notavimus Lambecio prætermittente, Bourdelotio etiam id confirmante ex M. Idem pater invenit in duobus, quos Lugdunenses voco, unde non omisi id restituere. Et nescio an aliquid viderit Ascensius. Etenim in Badiana annotavit [Ego triumvir. 1. ego triumvirorum in eo magistratu unus.] Sed & gratis edidit statim Stephanus *à P. Porcio*, idque sequutæ deinceps sunt editiones, quum istud prænomen in nullo MS. exstare intelligam, unde rejeci. *Gronov.*

10 *Etiam in vincula*] Egregie hunc locum ad Mssios exegit Stephanus & restituit: sed præterea in Regio fuit *& in vincula* &c. *Idem.*

11 *Non juri dicundo*] MS. codex, cujus collati excerpta habeo, legebat *jure*, quod est vere Romanum. *Idem.*

12 *Sed intercessionibus faciendis*] Quas efficacissimas fuisse prolato tantum verbo VETO norunt omnes, qui historiam Romanam tangere incipiunt, ut ab Ouselio id tarde doceatur. Sed gravior molestia his inhæret, dum verba in editionibus præfigi ante hunc locum solita *illud occurrit* expulit Stephanus, sicut absunt ab Mssis: verum ita enervatur oratio; neque enim ista *quærentibus nobis* habent aliquid, cui applicentur. Hinc existimabat Pater vocem *quod* insuper tolli oportere, ut sic commode respicerent ad verbum *videntur*. Excerpta collationis quæ habeo, testantur utrumque verbum esse in MS. Sed inter lineas, & à recentiore manu: in margine autem *repertum*. Præterea in Mssis non legitur *quibus præsentes fuissent* (est id ab edentium arbitrio) sed per singularem concipitur sermo *quibus præsens fuisset*, nimirum quis eorum, & hæc numeri varietas potuit placuisse Gellio. Denique editiones ante Stephanum habebant *tribuni plebis antiquitus*. Ille mediam vocem ejecit, quum tamen eam approbent codices nostri omnes. *Idem.*

13 *Jus abnoctandi*] Sic Mss. Vulgati: *Jus ad se vocandi*. Quod huic loco non quadrat. Tribunos enim integrum diem Roma abesse non licuisse, refert etiam Auctor noster supra lib. 3 c. 2. Imo, ut Dio ait lib. 37. Tribuni nec ullam horam abesse ab urbe legitime poterant. Vel, ut magis arcte Appianus lib. 2. Civil. mœnia egredi iis non licuit; quippe quorum januæ nocte dieque patere deberent, ut parati semper essent ad desideria & querelas miserorum excipiendas, ut refert Plutarchus in Problematis. Hinc Livius lib. 9. scribit: *Imperium penes consules, penes tribunos auxilium esse.* Oss. Impudenter satis: & illa postrema ex Phil. Carolo rapta, & prius de Mss. adseveratum. Neque quisquam veri tenax dixerit Mss. habere *abnoctandi*. Plane Regius & Ch. & Linc. *advocandi* Memm. *adnoctandi*. Lugd. min. *abnotandi*, major *ad notandum*. Sed in margine Memm. adscriptum erat [L. *abnoctandi*] idque adscivit Stephanus. *Gronov.*

CAP. XIII.

Quod libris Humanarum M. Varronis scriptum est, ædiles & quæstores populi Romani [1] in jus à privato ad prætorem vocari posse.

QUUM ex angulis secretisque librorum ac magistrorum in medium jam hominum & in lucem fori prodissem, quæsitum esse memini [2] in plerisque Romæ stationibus jus publice docentium aut respondentium, an quæstor populi Romani [3] ad prætorem in jus vocari posset. id autem non ex otiosa quæstione [4] agitabatur: sed usus forte natæ rei ita erat, ut vocandus esset in jus quæstor. Non pauci igitur existimabant jus vocationis in eum prætori non esse, quoniam magistratus populi Romani procul dubio esset; & neque vocari, neque, si venire nollet, capi [5] atque prendi, salva ipsius magistratus majestate, posset. Sed ego, qui tum assiduus in libris M. Varronis fui, quum hoc quæri dubitarique animadvertissem; protuli unum & vicesimum rerum humanarum, in quo ita scriptum fuit: *Qui potestatem neque vocationis populi viritim habent, neque prensionis, eos magistratus à privato in jus quoque vocari est potestas. M. Lævinus ædilis curulis [6] à privato ad prætorem in jus est eductus. nunc [7] stipati servis publicis non modo prendi non possunt, sed etiam ultro summovent populum.* Hoc Varro in ea libri parte de ædilibus. [8] supra autem in eodem libro quæstores neque vocationem habere, neque prensionem dicit. utraque igitur libri parte recitata in Varronis omnes sententiam concesserunt; quæstorque in jus ad prætorem vocatus est.

1 *In jus à privato ad prætorem*] Mirum est ita corrumpi aliena scripta posse. Reg. codex pro his habet *injussu privato à prætore:* quod posterius *à prætore* exstat quoque in Lugd. maj. *Gronov.*

2 *In plerisque Romæ stationibus*] Stationes simpliciter omnia sunt loca, ubi homines frequenter consistere audiendi aut confabulandi gratia solent, quales porticus, forum, officina. Plinius lib. 1. Epist. ad Senecam. *Plerique in stationibus sedent temposque audiendo fabulas terunt.* Sic stationes hîc sunt loca, ubi Advocati de Jure consulentibus responsuri convenire solebant. Vetus Scholiastes Juvenalis ad illud Sat. VII.

Figantur virides, scalarum gloria, palmæ,

notat: *Scalæ, armariola Advocatorum, vel ut quidam casæ & stationes.*

3 *Ad prætorem*] In Regio iterum *à prætore.*

4 *Agitabatur*] MS. *agebatur.* Oisi. Sic & Lincoln. & præter hunc nullus; sed is infra potuit quoque legere *ædilis curialis.*

5 *Aut prendi*] V. C. *atque prendi.* Oisi. Est quantum rescisscere potui, solius Stephani mutatio, quum Mssti omnes retineant *atque*, prout ante illum quoque edebatur, quod idcirco nunc etiam refectum.

6 *A privato ad prætorem*] Rursum hîc impingit Reg. codex legendo *à privato & prætore.* Circa finem utitur eo ordine, *neque vocationem neque habere prensionem.* Gronov.

7 *Stipati servis publicis*] Ad Tacitum lib. 2 annal. cap. 30 notavit Vertranius ex hoc loco auctorem dicere servos publicos esse ædilium stipatores. *Idem.*

8 *Supra autem in eodem libro &c.*] Varronis locus quem hic indicat Agellius, ab ipso etiam nobis servatus est, & exstat capite præcedenti.

CAP.

CAP. XIV.

[1] *Quid sit pomœrium.*

Pomœrium quid esset, augures Populi Romani, qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi sententia definierunt: [2] *Pomœrium est locus* [3] *intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros* [4] *regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii.* Antiquissimum autem pomœrium, quod à Romulo institutum est, Palatini montis radicibus [5] terminabatur. sed id pomœrium pro incrementis reipublicæ aliquotiens prolatum est, & multos editosque collis circumplexum est. Habebat autem jus proferendi pomœrii, qui populum Rom. [6] agro de hostibus capto auxerat. Propterea quæsitum est, ac nunc etiam in quæstione est, quam ob causam ex septem urbis montibus; quum cæteri sex intra pomœrium sint, [7] Aventinus solum, quæ pars non longinqua nec in-

1 *Quid sit pomerium*] In hoc lemmate vix assequor, cur non prævenerit patrem ille emunctæ naris Stephanus, præsertim in his ipsis lemmatibus, quum in eo sane, quod præfigi solet, nulla fiat mentio pomerii, in quo tamen pars capitis tanta consumitur, prout ab illis secabantur hæc capita. Videtur autem ad hoc subornatus fuisse ab codice Memmiano, in quo notat ejus chirographum plane sic exstare. Sed etiam annotavit hæc, in Chifl. indice sub initium totius operis præfixo legi ita: *Verba ex l. M. aug. quib. docet, quid sit pomerium, & qui sunt min.* ut certe & veniam in hoc & laudem meruerit restituto Gellio. Alii Mss. nihil afferunt boni, & hoc intercipiunt. Etiam adscripsit pater [vide reliq. v Obser.] quæ ego ubi sint nescio. *Gronov.*

2 *Pomerium*] De ritu condendarum Urbium vide Varronem lib. 4. de L. L. ubi & addit, *Principium, quod erat post murum, Pomerium dictum, ejusque ambitu auspicia urbana finiuntur.* Intra quos igitur fines in urbe auguria captabantur, eos ab auguribus effari determinatique moris erat, nec nisi de eorum consilio eos poni mutarique licebat, idque spatium omne quod ab auguribus per circuitum urbis designatum erat ad urbana auspicia captanda, pomerium dicebatur. Locum Livii habet jam Ascensius.

3 *Intra agrum effatum*] Servius ad lib. 6. Æneid. vs. 197. sic notat: *Effata sunt augurum preces. Unde ager post pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus.* Et Varro lib. 5. de L. L. *Effata dicuntur, quod augures finem auspiciorum cœlestium extra urbem agris sunt effati. Effari* enim *effata* verba Auguralia fuere. *Hinc*, ut Varro ibidem addit, *effari templa dicuntur ab Auguribus;* unde Cicero de legib. lib. 2. *Urbemque ad agros & templa liberata & effata habento.* Et lib. 13. Epist ad Atticum: *Orat Lepidus ut veniam* (*opinor Augures nihil habere*) *ad templum effandum.* Sic Livius lib. 10. *Sed fanum tantum, id est locus templo effatus, sacratus fuerat.* Festus dicit *templum esse locum ita effatum, aut ita septum, ut una parte pateat, angulosque habeat adfixos ad terram.* Vide eum in *Minora templa*, & ibi à Scaligero notata.

4 *Regionibus certis*] Ediderat Stephanus *certeis*; quod Pater in editione sua mutavit; adscripsit tamen in margine *certe his* ut. (id est, uterque codex) *l. certeis.* Sane in Lincoln. est *certe his.* Est autem hic locus similis Ovidiano lib. 7 Metam. de Medea. *Et certis regionibus applicat angues*, ubi vide Heinsiana. Hinc & Livius 1, 44 dicit *certis circa terminis.* Gron.

5 *Terminabatur*] Romulus itaque cum Urbem conderet, solum Palatium pomerio inclusit. Vide Alex. Donatum de urbe Roma lib. 1 cap. 3, unde loca descripsit Orselius quæ hîc legebantur nihil ad Gellium afferentia.

6 *Agro de hostibus capto auxerat*] Tacitus Annal. lib. 12. de Claudio: *Et pomerium urbis auxit Cæsar more prisco, quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos urbis propagare datur.* Vopiscus in Aureliano: *His actis cum videret posse fieri, ut aliquid tale iterum, quale sub Gallieno evenerat, proveniret; nec tamen pomerio addidit. Pomerio autem nemini Principum licet addere, nisi ei, qui agri Barbarici aliqua parte Romanam rempublicam auxerit.* Sic enim hic locus cum Salmasio legendus.

7 *Aventinus solum*] Ancus Marcius tamen, cum ab ea parte urbem non satis munitam animadverteret, montem Aventinum muris fossaque communi-

infrequens est, extra pomœrium sit: neque id [8] Ser. Tullius rex, neque [9] Sulla, qui [10] proferendi [11] pomœrii titulum quæsivit, neque postea [12] D. Julius, quum pomerium proferret, intra [13] effatos urbis fines incluserint. Hujus rei Messala aliquot causas videri scribit. sed præter eas omnes ipse unam probat, quod in eo monte [14] Remus [15] urbis condendæ gratia auspicaverit, avesque irritas habuerit, superatusque in auspicio à Romulo fit. *iccirco*, inquit, *omnes, qui pomerium protulerunt, montem istum excluserunt, quasi* [16] *avibus obscœnis ominosum.* Sed de Aventino monte prætermittendum non putavi, quod non pridem ego in [17] Elidis grammatici veteris commentario offendi: in quo scriptum erat, Aventinum antea sicuti diximus, extra pomerium exclusum, post auctore [18] D. Claudio receptum, & intra pomerii fines observatum.

vit, atque ædificiis occupavit, ut testantur Livius, Dionysius, Plinius, Strabo, alii.

8 *Ser. Tullius*] Livius lib. 1. gesta ejus describens: *Ad eam*, inquit, *multitudinem urbs quoque amplificanda visa est. Addidit igitur Servius duos colles, Quirinalem Viminalemque. inde deinceps auget Esquilias, ibique ipse, ut loco dignitas fieret, habitat; aggere, fossis, & muro circumdat urbem; ita pomerium profert.*

9 *Sulla*] Auctor est Tacitus Annal. lib. 12. *Nec tamen Duces Romani quanquam magnis nationibus subactis jus proferendi pomerii usurparunt, nisi L. Sulla & D. Augustus.* Verius autem Sulla titulum proferendi pomerii quæsivit, quam habuit; ille enim Populi Romani territorium non auxit, sed ab hostibus antea occupatum recuperavit. Qua autem parte Sulla muros produxerit, pomeriique terminos ampliarit, incertum. Onuphrius putat Sullam eam urbis partem, quæ est versus hortos Sallustianos, portasque Collinam & Viminalem ampliasse. Donatus etiam probabile existimat Sullam ad portam Collinam produxisse pomerium; quanquam nullum hujus rei sit vestigium apud Auctores veteres.

10 *Proferendi pomœrii*] Unus Reg. *proferundi.*

11 *Pomerii*] MS. *pomerium.*

12 *D. Julius*] De Julio Cæsare agit idem Cl. Donatus in urbe Roma cap. 12, quem descripserat Oiselius nullo cum Gelli bono.

13 *Effatos urbis fines*] Regius & Lugd. maj. *effatos libri fines.*

14 *Remus urbis condendæ gratia*] Seneca de Brevitate vitæ cap. 4. *Hoc*, inquit, *scire magis prodest, quam Aventinum montem extra pomerium esse, propter alteram ex duabus causis; aut quod plebes eo secessisset, aut quod Remo auspicante illo loco aves non addixissent.* Ois. Sed quem locum iste rapuit ab Phil. Carolo.

15 *Urbis condendæ gratia auspicaverit*] In Regio legebam *auspicavit*, manifeste pro *auspicarit*, ut adeo sit prorsus idem, quod contigit in Cicerone lib. 1 de Orat. 15, ubi sicut hoc loco manifeste cogitare debebam me in MS. isto legere *auspicarit*, ita illic quum esset *cognovit*, ne verba facerem, dixi me perspicue in eo codice legisse *cognorit*, neque ideo Anglus ab Oxonio fidem meam tangat, quam vidit omnia reliqua sinceram & integram. Quod paulo ante edidit Stephanus *videri scribit*, id est equidem in Mss. nonnullis, ut Petav. Mem. Sed Reg. Lugd. uterque Scheff. retinent *scripsit*, ut habebant editiones ulteriores. *Gronov.*

16 *Avibus obscœnis*] Mali scilicet ominis. Festus in *Oscum: Apud antiquos fere omnes obscœna dicta sunt, quæ mali ominis habebantur, ut illa Virgilii testimonio sunt, ut superiorum auctorum referre non sit necesse, cum ait Harpyas, obscœnos volucres: & obscœnamque famem.*

17 *Elidis Grammatici*] Stephanus ediderat *Elydis*, & hinc in Indice conceptus erat *Elys*, quod in ignoto hoc homine ita consuluit ex indicio Msstorum, quum ita notatum quoque videam ex Lugd. min. & Scheff. quum reliquos codices par attentio forsan non inspexerit. Id nomen ad veterem scripturam redegit editio Lugduno-Batava anni 1644, & tamen in indice retinuit *Elys*, sed vitiose illic utitur *commentariis.* Id tamen sic retinuit proxima editio: donec Thysiana colophonem nugis additura dedit *Elis Grammaticus vetus in commentariis.* Hoc non decet. *Gronov.*

18 *D. Claudio receptum*] Ex hoc loco explicandus Tacitus Annal. lib. 12. ubi de Claudio quod pomerium protulerit, scribens, tandem concludit: *Et quos Claudius terminos posuerit, facile cognitu & publicis actis præscriptum.* Terminos enim intelligit, quos hic Gellius indicat, Aventinum nempe montem intra pomerii fines receptum. Quod nisi

ex

ex hoc loco constaret, non tam facile nobis cognoscere liceret. De Claudio autem vetus item inscriptio apud Gruterum testatur.

TI. CLAUDIUS
DRUSI F. CAISAR.
AUG. GERMANICUS.
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XVI. COSS. IIII.
CENSOR. P. P.
AUCTIS. POPULI. ROMANI
FINIBUS. POMERIUM
AMPLIAVIT. TERMINAVITQ.

Ampliavit vero post Britanniam Romano imperio adjectam. *Oisius.* Quam manifeste hæc furatus fuerit ex Alex. Donati Roma, patet ex ipsis verbis, quæ nequivit mutare. Scribit enim Donatus pag. 17. *Hi utique* termini, *de quibus Gellius*, (voluit *Tacitus*) *aliter non facile esset cognoscere.*

CAP. XV.

Verba ex libro Messalæ auguris, quibus docet qui sint minores magistratus, & consulem prætoremque *collegas esse; quædam alia de* auspiciis. *item verba ejusdem Messalæ* [1] *differentis, aliud esse* ad populum loqui, *aliud* cum populo agere; *& qui magistratus à quibus avocent comitiatum.*

[2] IN edicto consulum, quo edicunt [3] qui dies comitiis centuriatis futurus sit, [4] scribitur ex vetere forma perpetua; NE. QUIS. MAGISTRATUS. MINOR. [5] DE. COELO. SERVASSE. VELIT. Quæri igitur solet, qui sint magistratus minores. Super hac re meis verbis nihil opus fuit: quoniam liber [6] M. Messalæ auguris de auspiciis primus, quum hoc scriberemus, forte adfuit. propterea ex eo libro verba ipsius Messalæ subscripsimus. *Patriciorum auspicia in duas sunt divisa potestates. maxima sunt, consulum, prætorum, censorum, neque tamen eorum omnium inter se eadem, aut ejusdem potestatis: ideo quòd collegæ non sunt censores consulum aut prætorum; prætores consulum sunt.* [7] *ideoque neque consules aut*

1 *Differentis*] Haud utique differit Messala, aliud esse *ad populum loqui*, aliud *cum populo agere*; neque scribit Gellius Messalam de hoc differere, sed id ex verbis ejus manifestum esse. *H. Steph.*

2 *In edicto Consulum*] Consules enim comitia habituri edicta proponebant; quibus dies comitiis habendis denuntiabatur. Unde Livius lib. 26. *Diem comitiis consules edixerunt.* Et lib. 27. *Ipse comitia in quem diem primum potuit edixit.* Item lib. 37. *M. Fulvius prætor literas mittit ad Consulem, Senatui placere Romam reverti, & ex itinere præmittere edictum, quo comitia creandis Consulibus ediceret. Paruit his literis Consul & præmisso edicto Romam venit.*

3 *Qui*] Cod. Torn. & vett. codd. *quis:*.

4 *Scribitur ex vetere forma*] Reg. *scriptum.* Lugd. maj. *scripturus.* Et in omnibus *quis dies*, Stephano rejiciente literam sibilantem.

5 *De cœlo servasse*] Non licuisse per leges comitiis de cœlo servare, & si qui servasset, non comitiis habitis, sed priusquam haberentur, nuntiare debuisse scribit Cicero Philip. II. *Quisquamne divinare potest quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de cœlo servare constituit? quod neque licet comitiis per leges, & si qui servavit, non habitis comitiis, sed priusquam habeantur, debet nunciare.*

6 *M. Messalæ*] Ita reposui ex editis & scriptis, quum prænomen aboleretur ab Stephano, illud non tolerante, quoniam adhærebat hoc caput priori. *Gron.*

7 *Ideoque neque consules*] Si Stephano constitit ratio, habet, quo se tueatur. Ego ne ullum quidem intelligo esse codicem, quin habeat *ideo neque*, ut antea editi. Magis mirum est, unde placuerit Pigio ad annum V. C. 387. mox citare *Ideo neque*

aut prætores censoribus, neque censores consulibus aut prætoribus turbant aut [8] *retinent auspicia. at censores inter se; rursus prætores consulesque inter se &* [9] *vitiant & obtinent. prætor, etsi* [10] *collega consulis est, neque prætorem, neque consulem jure rogare potest, ut quidem nos à superioribus accepimus, aut ante hæc tempora servatum est: & ut in commentario tertiodecimo* [11] *C. Tuditani patet, quia imperium minus prætor, majus habet consul: & à minore imperio majus* [12] *aut major collega rogari jure non potest.* [13] *prætores nos his temporibus prætore creante veterum auctoritatem sumus sequuti. neque iis comitiis in auspicio fuimus.* [14] *Censores æquè non eodem rogantur auspicio atque consules & prætores. reliquorum magistratuum minora sunt auspicia: ideo illi minores, hi majores magistratus appellantur.* [15] *Minoribus creandis magistratibus* [16] *tributis comitiis magistratus, sed justius curiata datur lege. majores centuriatis comitiis fiunt.* Ex his omnibus verbis Messalæ manifestum fit, & qui sint

consules aut prætores censorum, neque censores consulum aut prætorum turbant &c. nulla prorsus auctoritate in tantum evagandi, nisi quod editiones quædam ante habuerunt *ideo neque COSS. aut PRAET. CENS. neque CENS. COSS. aut PRAET. turbant*, quæ liceret unicuique explanare pro arbitrio. Scias obstare Pigio MStos libros. *Gronov.*

8 *Retinent*] Retinere sive obtinere auspicia dicuntur, quibus auspicato magistratus addicuntur: turbare, quorum causa repetenda auspicia sunt; vitiare, quibus abdicunt aves magistratus. Sensus vero totius hujus loci est, quod una conspicione, una cortumione (sunt verba augurum propria, ut ex Varrone lib. 6. de L. L. notum) de prætoribus & consulibus haberi auspicia majora potuerint, non utique de censoribus & consulibus simul, non de prætoribus & censoribus simul.

9 *Vitiant aut obtinent*] Pro hoc postremo Pigius in margine notabat, *retinent* forte. Sed incassum. Vide Paterna ad Livium III, 36. *Gronov.*

10 *Collega consulis*] Patet ex locis Ciceronis & Livii, quæ citantur ab Pigio, sæpe descriptis, etiam ab Oiselio.

11 *C. Tuditani*] Hujus & meminit supra lib 6 cap. 4. ubi vide notata. Quæcunque veteres ex commentariis Tuditani laudant, ea fere universa ad res gestas pertinent. Ejus elogium habes apud Ciceronem in Bruto: *Cajusque Tuditanus, cum omni vita, atque victu excultus, tum ejus elegans est habitum etiam orationis genus.*

12 *Aut à majore collega rogari jure n. p.*] Hæc est editionum lectio, nisi quod nonnullæ etiam habeant *rogare*. Badius distinguendo etiam voluit succurrere *aut à majore, collega rogari i. n. p.* Regius omittit præpositionem *a*, ut & Lugd. uterq. & Petav. idque sequitur Stephanus, nescio quo sensu. Lugd. maj. habet *aut majorem collega rogari.* Invulgatis Gellii male legi *aut à majore vel minore collega rogari* notat loco citato Pigius, qui plenissimo sensu & verissimo producit *& à minore imperio majus, aut à minore collega major rogari jure n. p.* Ea certe mens est Gellii, sed quam nullus antiquus codex suppeditat aut firmat, etsi facile in ista earundem vocum repetitione potuerit aliquid excidere. *Gronov.*

13 *Prætores nos his temporibus prætore creante*] Hæc series est ab editione Lugd. Batava anni 1644, quum Stephanus & ante eum alii *Nos his temporibus prætores prætore or.* quod nescio cur mutatum sit, quum sic habeant etiam MSSti, etsi Reg. & Lugd. maj. *prætore prætores.* Idem.

14 *Consores æque non eodem, &c.*] Iisdem igitur majoribus auspiciis cum consulibus aut prætoribus rogari censores nequeunt, sed diversa opus habent conspicione & diversa cortumione.

15 *Minoribus creandis magistratibus*] MSSti omnes nostri *creatis*, quod propius convenit. Sed mirificus hoc loco Lugd. maj. in quo sic legitur *appellantur creatibus magistratibus trib. com. magist. sed justius.* Sane Messala luxuriat in repetitione vocis *magistratus.* Ita tamen se res habet, quando minores magistratus creati sunt, dignitas illis confertur & traditur tributis comitiis. *Gronov.*

16 *Tributis comitiis*] Comitia tributa dicit auctor esse 15, 27 cum ex regionibus & locis suffragium feratur; curiata, cum ex generibus omnium; centuriata, cum ex censu & ætate.

17 *Mi-*

sint magistratus minores, & quamobrem [17] minores appellentur. sed & collegam esse prætorem consuli docet, quòd eodem auspicio creantur. Majora autem dicuntur auspicia habere, quia eorum auspicia magis rata sunt quàm aliorum. Idem Messala in eodem libro de minoribus magistratibus ita scribit: *Consul ab omnibus magistratibus* [18] *& comitiatum & concionem avocare potest. prætor & comitiatum & concionem usquequaque avocare potest, nisi à consule. minores magistratus nusquam nec comitiatum nec concionem avocare possunt. ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is rectè agit: quia bifariam cum populo agi non potest. nec avocare alius alii posset, si concionem habere* [19] *volunt, uti ne cum populo agant: quamvis multi magistratus simul concionem habere possunt.* Ex his verbis Messalæ manifestum est, aliud esse cum populo agere; aliud, concionem habere. nam [20] cum populo agere est rogare quid populum, [21] quod suffragiis suis aut jubeat aut vetet; concionem autem habere, est verba facere ad populum sine ulla rogatione.

17 *Minores*] MS. ad marg. Voss. cod. *majores*. Oiſ. At nullus ita noſtrûm.

18 *Et Comitiatum & concionem avocare*] Comitiatum avocare, est impedire ne comitia habeantur. Avocare vero concionem est concionem à magistratu, qui eam advocavit, abducere. Quid autem sit concio, docet Festus: *Concio significat conventum, non tamen alium, quam eum, qui à magistratu, vel à sacerdote publico per præconem convocatur.*

19 *Vellet*] Sic MS. & vett. editt. vulgo *volunt*. male. & mox legendum, *uti cum populo agant*. ablato τῶ *ne*, quod sensum turbat. *Oiſ.* Audax satis. Nam in illis Mſſcis, quorum notitia præsens est, nullus non habet *volunt*, nisi quod unus Scheff. *velle*. Cur autem dimidiata restitutione uti placuit, ut *vellent* quidem adscisceretur, τὸ *ne* autem non deleretur? Ego non intelligo, cur in vulgaris quidquam male se habeat. Contigit enim interdum, & concionem habere voluerunt, uti ne cum populo agerent alii. Unde retinui vulgatum jam ab Aldo. *Gronov.*

20 *Cum populo agere*] Apud Festum habes: *Cum populo agere, est populum ad concilium aut concilia vocare.* Oiſ. Et locus hic Festi Pompeji & hæc verba Gellii conjunguntur in adjectis Paulo Manutio de Senatu Romano, in Thesauro Antiq. Rom.

21 *Quod*] Cod. Torn. *quid*.

CAP. XVI.

Humanitatem *non id significare quod vulgus putat; sed eo vocabulo, qui sinceriter locuti sunt, magis propriè esse usos.*

QUI verba Latina fecerunt, quique his probè usi sunt, [1] *humanitatem* non id esse voluerunt quod vulgus existimat, quodque à Græcis φιλανθρωπία dicitur, & significat dexteritatem quamdam benivolentiamque erga omnis homines promiscam: sed *humanitatem* appellaverunt id propemodùm quod Græci παιδείαν vocant; nos eruditionem [2] institutionemque in bonas artis dicimus: quas qui sinceriter cupiunt

1 *Humanitatem*] Quod multi notaverunt, hæc Nonius suo more etiam à Gellio mutuatus est, quem vide. Interim satis apparet eam significationem huic voci non adfuisse ab primo. quum ista dexteritas Romæ jam esset, nondum tamen ista eruditio. Et tamen certe tunc jam quoque humanitas dicebatur, & notum usurpatumque erat vocabulum in ista virtute. Bene est, quod *veteres* dicat & citet Varronem ac Tullium. *Gronov.*

2 *Institutionemque in bonas artes dicemus*] Wowerius de Polymathia c. XI. refert veteres libros habere: *Institutionemque qua bonas artes didicimus.* *Oiſ.*

piunt appetuntque, [3] hi sunt vel maximè humaniſſimi. hujus enim ſcientiæ cura & diſciplina ex univerſis animantibus uni homini data eſt; iccircóque humanitas appellata eſt. Sic igitur eo verbo veteres eſſe uſos, & cumprimis [4] M. Varronem Marcumque Tullium, omnes ferme libri declarant: quamobrem ſatis habui unum interim exemplum promere. Itaque verba poſui Varronis è libro rerum humanarum primo, cujus principium hoc eſt: *Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini eſt paulum modò humaniori ignotus. Humaniori*, inquit, non ita, ut vulgo dicitur, facili & tractabili & benivolo, tametſi rudis literarum ſit, (hoc enim cum ſententia nequaquam convenit;) ſed eruditiori doctiorique, qui Praxitelem, quid fuerit, & ex libris, & ex hiſtoria cognoverit.

Oiſ. Omnino tale quid in nullo noſtrorum Mſſ. animadvertimus. Sed MS. Regius ſtatim habebat *ſinceriter percupiunt*, ita ut altera linea primæ vocalis u eſſet inducta, ut voluerit *percipiunt*. Idem.

3 *Hi ſunt vel maxime*] Lincoln. *hi ſunt & maxime*. Idem.

4 *M. Varronem*] Quem præſentem cum Ciceróne ſiſtit Joſ. Scaliger ad Rem ejus Ruſticam pag. 199. *Idem.*

CAP. XVII.

Quid apud M. Catonem ſignificent verba hæc inter os [1] atque offam.

ORATIO eſt M. Catonis Cenſorii, de ædilibus vitio creatis. ex ea oratione verba hæc ſunt: *Nunc ita ajunt, in ſegetibus, in herbis bona frumenta eſſe. nolite ibi nimiam ſpem habere. ſæpe audivi,* [2] *inter os atque offam multa intervenire poſſe;* [3] *verumverò inter offam atque herbam, ibi verò longum intervallum eſt.* [4] Erucius Clarus, qui præfectus urbi

1 *Et offam*] Cod. Torn. & V. C. *atque offam*. Oiſ. Mireris oportet, cur Stephano placuerit ſic immutare, ubi non modo decus nullum Gellio inde conciliatur, ſed etiam peccatur contra editiones quantum novi omnes, ac ſimul codices ſcriptos; proptrerea Gellianum recepi. *Gronov.*

2 *Inter os atque offam*] Quod vide apud Erasmum, quem cauſa non erat, ut Oiſelius deſcriberet, neque tamen agnoſceret. Is recte explicat inter os & cibum. Oſtæ proprietatem optime diſcimus ex Cicer ne lib. 1 divin. 15. *Offa objecta neceſſe eſt aliquid cadere ex pulli ore*, prout idem alibi dicit *pultis offam*. Nec ſcio, quemadmodum iſte bis conſul ac literarum veterum ſtudioſiſſimus, ignorare iſtud potuerit. *Idem.*

3 *Verum vero inter*] Vett. edd. *verum inter*. Oiſ. Sed alterum præclare reſtituit Stephanus ex Mſſ. quantum ſcio, omnibus, certe quorum copia nobis fuit. Hanc abundantiam male adſpicientes alterum pro ſupervacuo deleverunt, aut quaſi illud ferri nequiret, niſi diceretur *verum enim vero*. Sed quum & Cicero ſic ludat in iſto *vero inquit*, *vero inquam*, *vero facis*, non debuit invideri Gellio, ut hoc luſu uteretur. Ipſe Stephanus pag. 183. hanc ſuam mutationem fatetur, ſed tamen ἐπέχων, quoniam ſequitur *vero*. Liceat fidere veritati priſcorum codicum, & credere ab Gellio ſic repetitum, quum in priore imitaretur ex Plauti Curculione act. 3, in princip. *Verum hercle vero*. Gronov.

4 *Erucius Clarus*] Caſſiodorus hunc ad A. V. C. IↃ CCCLXX. inter Coſſ. ordinarios refert., quanquam ſuffectum tantum fuiſſe argumento eſt, ut bene obſervat Onuphrius Comment. in lib. 2. Faſtor. 1. quod à Faſtis Græcis & libro Cuſpiniani omittatur. Erucii Clari viri conſularis mentio quoque eſt apud Plinium in Epiſtolis, Dionem in Trajano; Æl. Spartianum in Hadriano. Secundi ejus conſulatus meminit Vetus inſcriptio ab Onuphrio ad A. V. C. IↃ CCXXCVII adducta.

MIS-

urbi & bis consul fuit, vir morum & literarum veterum studiosissimus, ad Sulpicium Apollinarem scripsit, hominem memoriæ nostræ doctissimum, quærere sese & petere, [5]uti sibi rescriberet, quænam esset eorum verborum sententia; tum Apollinaris, nobis præsentibus, (nam id temporis ego adolescens Romæ sectabar eum discendi gratia,) rescripsit Claro, ut viro erudito, brevissimè; [6]vetus esse proverbium *inter os & offam* idem significans quod Græcus ille παροιμιώδης versus:

[7] Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου[a].

a *Multa cadunt inter calicem supremaque labra.*

MISSUS. AB. IMP. HADRIANO. AUG
SERVIANO. III. ET. VIBIO. VERO
Cos. BRAVA. M.ERUCIO. CLARO. II.
Cos. IN. FR. P. XX. IN. AGRO. P. XX.

5 *Uti sibi rescrib.*] Sic Reg. Lugd. uterq. Petav. non *ut*.

6 *Vetus esse proverbium*] In Regio non legitur vox postrema, & sane potest subintelligi vel istud ipsum, vel dictum, aut simile: & sane vetus fuisse patet ex Erasmi expositione de offæ apud Romanos usu, unde etiam in Offa Festus Pompejus citat antiquos. Alia est offa penita. Minucius Felix. *Canis qui candelabro nexus est, jactu offulæ ultra spatium provocatur.* Gronov.

7 Πολλὰ μεταξὺ πέλει, &c.] Stephanus emendat, πέτει. quod rectum est, & ita versum jam omnium fere in ore est. *Ois.* Sed non quia verbum *cadunt* est in Latina versione, hinc probari potest auctorem ejus legisse πέτει. Neque enim hîc supponitur lapsus aut casus, sed *cadunt* ibi notat existunt, quod certe est πέλει. Alia quæ notavit Oiselius, aut apud Erasmum deprehendes; aut apud Schottum ad Zenobium, ut illa deleri hinc præstiterit, quoniam ibi possunt legi. Græcæ autem paræmiæ eventum passus fuit Nero. Σιτεμένῳ γὰρ τῷ Νέρωνος, ἐμπεσὼν τῇ τραπέζῃ σκηπτὸς δήλασε τὸ κύλικος ἐν χερσὶν ὄσης καὶ ὁ πολὺ ἀπεχούσης τοῦ σώματος, ut ait Philostratus libro IV de vita Apollon. cap. 14. Quemadmodum vero alii pro voce κύλικος ediderint κοτύλης, notavit St. Pighius in Mythologia in anni partes. *Gronov.*

CAP. XVIII.

Platonem tribuere Euripidi, Sophocli versum; & inveniri versus verbis isdem, aut paucis syllabis immutatis, apud diversos poëtas temporibus variis natos.

VERSUS est notæ [1]vetustatis senarius:

[2] Σοφοὶ τύραννοι τὸ σοφὸν ξυνεσία[a].

a *Sapientes tyranni sapientum consortio.*

1 *Venustatis*] Vett. editt. *vetustatis*. Ois. Et certe quum id manifeste legatur in codice Regio, ambigi nequit, quin id venerit ab Gellio, præsertim quum venustas peculiaris in eo non appareat, unde id repetivi. Interim scias in Aldina & Gryphianis legi *venustatis*. Gronov.

2 Σοφοὶ, &c.] Sententia hæc, quasi minus commode dicta, taxatur à Themistio Oration. XVII. quæ & φιλάδελφος inscribitur, hisce verbis, Εὐριπίδης μὲν, inquit, ἢ ὅστις δήποτε ἐστὶν ὁ ποιήσας, Σοφοὶ τύραννοι τὸ σοφὸν συνεσίᾳ, Gronov.

eum ἐκ ἦν, εἴωσι, πυκνῆς διανοίας· ἐ γὰρ ἄν ποτε εὕρην ὑπέλαβε τυραννίδι Φιλοσοφίαν, ἐδὲ τὰ ἀλλοτριώτατα ὁμοῦ ἀρετὴν ὑπάρχειν καὶ μοχθηρίαν, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λίαν μελαγχολῶντες ἀποκλείουσι τὰς θεραπεύοντας, ἕτω σοφίαν τυραννὶς ἐ προσίεται, hoc est, *Euripides, sive quisquis is fuerit poëta, qui illud protulit,*

Sapiunt tyranni sapientum consortio,

haud sagaci satis mente mihi videtur exstitisse; alioqui nunquam fuisset opinatus, esse philosophiam tyrannidi gratam, aut consociari potuisse, quæ sunt à se invicem alienissima, improbitatem & virtutem. Sicut enim melancholia laborantes abigunt medentes, ita sapientiam tyrannis neutiquam admittit. Verum ad hujus dicti auctorem excusandum sufficit, quod

eum versum [3]Plato in Theæteto Euripidi esse dicit. quod quidem non admodum miramur. nam scriptum eum legimus in tragœdia Sophocli, quæ inscripta est [4 5] Αἴας ὁ Λοκρός [a]. [6]prior autem natus fuit Sophocles quàm Euripides. Sed etiam ille versus non minus notus:

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ [b].

& in tragœdia Sophocli scriptus est, [7]cui titulus est Φυλεπίδες, & [8]in Bacchis Euripidi. Id quoque animadvertimus apud Æschylum ἐν τῷ πυρφόρῳ Προμηθεῖ [c], & apud Euripidem in tragœdia, quæ inscripta est

a *Aiax Locrensis.*

b *Senex senem ut puerum ducam te ego.*

c *In ignigero Prometheo.* ut apud Pollucem duobus locis.

τῷ τυράννῳ appellatio, licet in partem sequiorem jam sumatur, temporibus illis satis honesta haberetur, atque ipsis regibus & principibus quibusvis attribueretur, ut observatum Eustathio ad Iliad. α, & ad Odyss. 6, & auctori Etymologici magni. Itaque τύραννος in hoc versu est Rex legitimus, non Tyrannus, ut vulgo accipitur. atque sic sensus ejus verissimus est. Ad hanc mentem Seneca Epistol. CVIII. *Qui in solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur; Qui in unguentaria taberna resederunt, & paullo diutius commorati sunt, odorem secum loci trahunt; & qui apud philosophum fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod prodesset etiam negligentibus.*

3 *Plato in Theæteto*] Labitur hic Gellius. Non enim in Theæteto Plato, verum in Theage, & lib. 8. de Repub. hunc senarium adducit, & Euripidi tribuit; quem & sequitur Joan. Stobæus Collect. Tom. 2. tit. 48. Reprehendit vero Platonem Aristides Rhetor in Apologia pro quatuor-viris, ubi Sophoclis esse ait. *Oisius.* Non temere dixerim id ejus esse, quod forsan viderat in Gatakeri Cinno lib. 1 p. 47. Etsi potuerit Gellii esse, non tamen nunc videtur reatui affinis, quum purgetur ab codice Regio, in quo legebam *in Theæto*; quod etsi non prorsus alienum videatur ab vulgato, tamen accedit non minus ad *Theage*. Sapientius igitur Gellio consulit Zenodotus, qui titulum scripti omisit, etsi ostendat mirum videri non debere, si horum alter pro altero citetur. Vide Cl. Meursium in principio de Sophocle. *Gronov.*

4 Αἴας ὁ Λοκρὸς] Periit hæc Sophoclis Tragœdia, alia enim fuit ab ea quæ hodie exstat, & *Ajax Lorarius*, sive Αἴας Μαστιγοφόρος inscribitur. Auctor hypotheseos Græcæ Ajacis Lorarii: ὁ μὲν οἷς ἐστὶ κῆ κριός τις ἔξοχος, ὃν ᾤετο εἶναι Ὀδυσέα· ὁ δὲ δήσας ἐμαστίγωσεν. ὅθεν κῆ τὴν ἐπιγραφὴν πρόσκειται Μαστιγοφόρος· ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος. id est, *In quibus eximia quadam magnitudine aries est, quem Ulyssem esse suspicans ligatum flagellat; unde titulus huic Tragœdiæ inditus est Ajax Lorarius, aut ad differentiam Ajacis Locri.*

5 Αἴας ὁ Λοκρὸς] Sic edidi, quum nonnisi Oiselius articulum omiserit, sane qui non apparuisse tamen notatur in Petav. aut Scheffer. *Gronov.*

6 *Prior autem natus fuit Sophocles quam Euripides*] Vide XVII, 21. In exemplari, quo usus fuit Salmasius, adscribebatur γρ. *natu.* Forsan ipsius Merceri. Sic cap. 18 *filio longe natu minore.*

7 *Cui titulus* Φυλειτίδες] Vett. edit. Φυλοκτήτης. Casaubonus ad Athenæum lib. 8. Græcum negat esse φυλειτίδες; & potius dicendum Φυλοτίδες, aut πυλαίτιδες; sed neutrum admittit, & verum esse censet Φθιωτίδες. Videtur enim sibi in Græcorum commentariis reperisse alicubi Sophoclis *Phthiotas*, aut *Phthiotidas*. Quid si legatur hoc loco Αἰχμαλωτίδες, *Captivæ*? cujus fabulæ passim mentio apud Veteres, ut Hesychium, Etymologici Auctorem, Stephanum de Urbibus, & Aristophanis Scholiasten ad Ranas. *Oisius.* Quid boni est in tota hac nota? Casaubonus vero non ista pronunciat de voce Φυλειτίδες, sed Φυλοτ. quod etiam Meursius scribit non esse nauci, nisi quod citet Φιλοτ. unde hic quasi res non egeret probatione citat Φυλείτιδες, Tribules. Sed & Stephanus non dubitat, quin sit mendosum pag. 194. Si placet aliquid notabile cognoscere, inspiciendus est Prousteus, qui dicit tibi periisse hanc Sophoclis tragœdiam, dictam Φυλοτίδες. Sed oportet manus dare codicum antiqq. fidei, ex quorum Petaviano notatur *filotides*. Quid propinquius igitur, quam ut tragœdia induxerit mulieres vel reas furti vel vitio huic deditas, quas ἀπὸ τοῦ φιλητης potuit appellare Φιλητίδας? Sane in Excerptis MS. notari video Αἰχμαλωτίδες. Schefferi codex plane φιλοκτητης, de quo agit & Gatakerus in Adver. mis. c. 10 p. 118. *Gronov.*

8 *In Bacchis Euripidi*] Est vs. 193.

9 Εἰνὼ] *Ino.* Fabulam autem hoc nomine Euripidem scripsisse liquet etiam ex Hygino, apud quem lib.

est [9] Εἰνὼ, eumdem esse versum absque paucis syllabis. Æschylus sic:

Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ κἀ λέγων τὰ καίρια [a].

Euripides autem sic:

[10] Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ κἀ λέγειν ἵν' ἀσφαλές [b].

Fuit autem Æschylus non brevi antiquior.

a *Silens ubi opus est, & tempestiva loquens.*
b *Silere ubi opus est, & loqui, ubi tutum est.*

lib. Fabul. capitis IV. lemma est, *Ino Euripidis.* Cujus argumentum haud dubie isto capite traditur. *Oisius.* Quamdiu hoc ante Oiselium notaverat Th. Reinesius in libro III Var. Lect. cap. 2? *Gronov.*

10 Σιγᾶν θ' ὅπου, &c. λέγειν ἀσφαλές] Steph. legit. Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὸ ἀσφαλές. *Oisius.* Miserum solatium, atque etiam mirandum, quum in Mss. legatur λεγειν ιν ασφαλες. in Memm. Lugd. utroq. ut debuerit quoque Stephanus id vidisse & notum habuisse, ut cavere debuerit ab tanto hiatu oris per concursum harum vocalium inducendo, quem tamen adeo invenustus fuit Prousteus, ut in Gellio sic ediderit, quod nunquam Gellius scripsit. Scheffer. λέγειν ην ασφ. Certe hinc scribi oportuit καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές. quod & Pater vidit, & ille cujus excerpta MS. habeo ab libro XI ad finem hujus libri, & ego admittere in contextum' sustinui. In exemplari Salmasii annotatum [similis versus in Æschyli ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, Φιλεῖ δ' ἐσιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια. Sed & in Chœphoris habes hunc versum: Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια.] Gronov.

CAP. XIX.

[1] *De genere atque nominibus familiæ Porciæ.*

QUUM [2] in domus Tiberianæ bibliotheca sederemus ego & Apollinaris Sulpicius, & quidam alii mihi aut illi familiares; prolatus forte liber est ita inscriptus: M. CATONIS NEPOTIS. tum quæri cœptum est, quisnam is fuisset *M. Cato Nepos.* atque ibi adolescens quispiam, quod ex ejus sermonibus conjectare potui, non abhorrens à literis; Hic, inquit, est M. Cato, non cognomento Nepos, sed M. Catonis censorii ex filio nepos, qui pater fuit M. Catonis prætorii viri, qui bello civili Uticæ necem sibi gladio manu sua conscivit. de cujus vita liber est M. Ciceronis, qui inscribitur, *Laus Catonis:* quem in eodem libro idem Cicero pronepotem fuisse dicit M. Catonis censorii. Ejus igitur, quem Cicero laudavit, pater hic fuit M. Cato, cujus orationes feruntur inscriptæ, M. Catonis Nepotis. Tum Apollinaris, ut mos ejus in reprehendendo fuit, [3] placidè admodum leniterque; Laudo, inquit, te, mi fili, quod in tantula ætate, etiam si hunc M. Catonem, de quo nunc quæritur, quis fuerit ignoras; auditiuncula tamen quadam de Catonis familia aspersus es. non unus autem, sed complures M. il-

1 *De genere atque nom.*] Codex Petav. *ac nom.*

2 *In domus Tiberianæ bibliothecâ*] MS. ad marginem Voss. cod. legit, *in domo Tiberianæ bibliothecæ.* In domo tamen Tiberiana, sic Palatii pars dicta à Tiberio Cæsare, qui eam habitavit, aut etiam forte struxit, fuit Bibliotheca instructa; cujus etiam meminit Vopiscus in Vita Probi, ubi testatur, *usum se præcipue è libris ex Bibliotheca Ulpia, item ex domo Tiberiana.*

3 *Placide admodum leniterque*] Lincoln. *perleniterque.* Gronov.

M. illius Catonis censorii nepotes fuerunt, geniti non eodem patre. duos enim [4] M. ille Cato, qui & orator & censor fuit, filios habuit & matribus diversos, & ætatibus longè dispares. nam jam adolescente altero, matre ejus amissa, ipse quoque jam multum senex, Salonii clientis sui filiam virginem duxit in matrimonium, ex qua natus est ei M. Cato Salonianus: hoc enim illi cognomentum fuit à Salonio patre matris datum. Ex majore autem Catonis filio, qui prætor designatus patre vivo mortuus est, & [5] egregios de juris [6] disciplina libros reliquit, nascitur hic, de quo quæritur, M. Cato M. filius, M. nepos. is satis vehemens orator fuit; multasque orationes ad exemplum avi scriptas reliquit, & consul cum Q. Marcio Rege fuit: [7] inque eo consulatu, in Africam profectus, in ea provincia mortem obiit. sed is non ita, ut dixisti, M. Catonis prætorii viri, qui se Uticæ occidit, & quem Cicero laudavit, pater fuit: nec, quia hic nepos Catonis censorii, ille autem pronepos fuit, propterea necessum est patrem [8] hunc fuisse. hic enim nepos, cujus hæc modò prolata oratio est, filium quidem majorem Catonem habuit: sed non eum qui Uticæ periit; sed qui, quum ædilis curulis & prætor fuisset, in Galliam Narbonensem profectus, ibi vita functus est. [9] Ex altero autem viro censorii filio longè natu minore, quem Salonianum esse appellatum dixi, duo nati sunt L. Cato & M. Cato. is M. Cato tribunus plebis fuit; & præturam petens mortem obiit: [10] exque

4 *M. ille Cato*] De quo hujus Porciæ familiæ auctore inspicies Familias Romanas Fulv. Ursini, ubi discès, unde subripuerit, quæ his subnotaverat Oiselius, verba Ciceronis & indicium de Cornelio Nepote; sicut stemma ejus ab Gellio deductum & in γενεας redactum traduxit ex Ascensio. Quo quidem stemmate subjici oculis totum hoc caput prætexens etiam Pronsteus, operæ pretium judicavit familiæ Porcianæ stemma exponere; quum ab Gellio tam clare enarretur, ut operam & tempus perdat, quisquis vel nutum oculi istuc injiciat. *Gronov.*

5 *Egregios de juris disciplina libros reliquit*] Horum adhuc quædam fragmenta in juris nostri libris hodie reperiuntur. Sic hujus Catonis regula est illa, quæ *Catoniana* dicitur in *l.* 41. §. 1. *D. de legat.* 1. & toto tit. *D. de Reg. Catoniana.* quæ & à Marciano in *l.* 86. §. *ult. D. de cond. & demonst.* Catoniana sententia appellatur, & à Juliano simpliciter Regula juris, *l.* 17. *D. quand. dies leg. ced.* qua cautum, ut legatum quod non valeret, si testamenti facti tempore testator decessisset, quandocunque is decedat, non valeat. Ejus etiam est, quod de eo, cui digitus de manu aut de pede præcisus est, pro morboso habendo traditur in *l.* 10. §. 1. *D. de Ædil. Edict.* Et istud *l.* 44. *pr. D. soluto matrim.* de actione salva mulieri manente, licet socer genero succedat. Exstat præterea celebris ejus de dividuis & individuis stipulationibus disputatio in *l.* 4. *D. de Verb. Oblig.* Ad hunc quoque pertinet, quod est de mense intercalari pro additicio habendo in *l.* 98. *D. de V. S.* item istud, quod de liberatione servi refertur à domino adoptati in §. *ult. Inst. de adopt.*

6 *Disciplina*] MS. *disciplinis.*

7 *Inque eo consulatu*] Cod. Tornæs. *in quo consulatu.*

8 *Hunc fuisse*] V.C. *hunc ei fuisse.* Ois. Prave omissum ab Stephano, quum habeant omnes Mssti & editi, ut restituerim. Mox Regius hoc ordine procedit: *quum ædilis curulis fuisset & prætor.* Gronov.

9 *Ex altero autem viro*] Vox quarta vix bene congrua, & pro ea in Lugd. maj. erat *autem iro.* Sed quam egregie membrana Regia *ex altero autem illo?* Gronov.

10 *Exque eo*] MS. Reg. & Petav. *ex eoque*, sane non parvo dulcius. Paulo ante exhibent codices nonnulli *Is Cato Marcus tribunus.* Lugd. min.

ioc

que eo natus est [11] M. Cato prætorius, qui se bello civili Uticæ interemit, de cujus vita laudibusque quum M. Tullius scriberet, pronepotem eum Catonis censorii dixit fuisse. Videtis igitur hanc partem familiæ, quæ ex minore Catonis filio progenita est, non solum generis ipsius tramitibus, sed temporum quoque spatio differre; nam quia ille Salonianus in extrema patris ætate, sicuti dixi, natus fuit; prognati quoque ab eo aliquanto posteriores fuerunt, quàm qui à majore fratre ejus geniti erant. [12] Hanc temporum differentiam facile animadverteris ex hac ipsa oratione, quum eam legeris. Hæc Sulpicius Apollinaris nobis audientibus dixit. quæ postea ita esse, uti dixerat, cognovimus, quum & laudationes funebres & librum commentarium de familia Porcia legeremus.

is ia marcus tribunus primæ vocali *à* imposita oblique litera v. sed Regius & Lugd. maj.

11 *M. Cato prætorius qui se bello civili Uticæ interemit*] Hujus quoque vita à Plutarcho descripta habetur in Catone Minore.

12 *Hanc temporum diff.*] Sic recte scias edidisse Stephanum, discedendo ab vetustioribus, qui inferunt vocem *quoque* in nullo MS. repertam. *Gronovius.*

CAP. XX.

Quod à scriptoribus elegantissimis major ratio habita sit sonitus vocum atque verborum jucundioris, quæ à Græcis εὐφωνία dicitur, quam regulæ disciplinæque, quæ à grammaticis reperta est.

INTERROGATUS est Probus Valerius (quod ex familiari ejus [1] quondam comperi) *hasne urbis*, an *has urbes* & *hanc turrem*, an *hanc turrim*, dici oporteret, *Si aut versum*, inquit, *pangis, aut orationem solutam struis: atque ea verba tibi dicenda sunt, non finitiones illas præancidas* [2] [3] *neque fætutinas grammaticas spectaveris,* [4] *sed aurem tuam interroga,*

1 *Quondam*] Cod. Tornæs. & vett. editt. *quodam*. Oisel. Immo ab Aldo ad ipsum Oiselium omnes habent *quondam* excepta sola Badiana Vascosani. Ex Mstis uterque Lugd. & Petav. habent *quodam*: sed Reg. aliique firmant alterum. Etiam in Salmasiano exemplari aliquis adscripsit [v. c. *quodam* bene.] Sed majoris scrupuli mora hîc vexat. Si enim attendis, certe legis arenas dissolutas *Interrogatus est . . inquit.* Hinc finem verbi *oportuit* nonnullæ editiones puncto apposito signant. Nec vidi in Mss. aliis ullum subsidium. Sed in solo Thuaneo non extare verbum *est* notavi; quod si expuleris, omnia rectissime subsequuntur connexa. *Gronov.*

2 *Fætutinas*] Apud Apulejum in Apologia habes: *In fætutinis & olenticetis suis jaceat.* Sic Nonius *Moletrina* eodem modo dici ait, ut *ferratrina, fætutina.*

3 *Neque fætutinas*] Vox prima abest à cod. Thuan. Et possunt hæc optime instar appositionis intelligi, qua explicantur præcedentia. Nonnulli scribunt *fetudinas.* Codex Schefferi omittebat vocem *illas.* Gronov.

4 *Sed aurem tuam interroga*] Euphoniæ enim semper habenda ratio. *Nam*, inquit Marius Victorinus in Orthographia, *ut color oculorum judicio, sapor palati, odor narium dignoscitur, ita sonus aurium judicio subjectus est.* Sic Cicero in Oratore, ubi Euphoniam in scribendo dicendoque commendans, subjicit: *Consule veritatem, reprehendet:*

roga, quo quid loco conveniat dicere. quod illa ſuaſerit, id profecto erit rectiſſimum. Tum is, qui quæſierat, quonam modo, inquit, vis aurem meam interrogem? & Probum ait reſpondiſſe, quo ſuam Virgilius percunctatus eſt, qui diverſis in locis *urbes* & *urbis* dixit arbitrio conſilioque uſus auris. nam in primo Georgicῶν, quem ego, inquit, librum manu ipſius [5] correctum legi, *urbis* per *i* literam ſcripſit. [6] Verba è verſibus ejus hæc ſunt:

Urbisne inviſere Cæſar [a],
Terrarumque velis curam.

verte enim, & muta, ut *urbes* dicas; [7] inſubidius neſcio quid facies & pinguius. contrà in tertio Æneidos *urbes* dixit per *e* literam:

Centum urbes habitant magnas [b].

Hic item muta, ut *urbis* dicas; nimis exilis vox erit & exſanguis. tanta quippe juncturæ differentia eſt in conſonantia vocum proximarum. præterea idem Virgilius *turrim* [8] dicit, non *turrem*, & *ſecurim*, non *ſecurem*:

Turrim in præcipiti ſtantem [c].

Et

Incertam excuſſit cervice ſecurim [d].

quæ ſunt, opinor, jucundioris gracilitatis, quàm ſi ſuo utrumque loco per *e* literam dicas. At ille, qui interrogaverat, rudis profectò & aure agreſti homo, Cur, inquit, aliud alio in loco potius rectiuſque eſſe dicas, non ſanè intelligo. Tum Probus jam commotior, Noli, inquit, igitur laborare, utrum iſtorum debeas dicere, *urbis* an *urbes*. nam quum id genus ſis, quod video, ut ſine jactura tui pecces, nihil perdes, utrum dixeris. His tum verbis Probus & hac fini hominem dimiſit, ut mos ejus fuit erga indociles, propè inclementer. Nos autem aliud quoque poſtea conſimiliter à Virgilio duplici modo ſcriptum invenimus. nam & *tres* & *tris* poſuit, eodem in loco, ea judicii ſubtilitate, ut ſi aliter dixe-

a Georg. l. 1. ỽſ. 25. & 26.
b Æneid. lib. 3. ỽſ. 106.
c Æneid. lib. 2. ỽſ. 460.
d Æneid. lib. 2. ỽſ. 224.

det: refer ad aures, probabunt. Quære, cur? ita ſe dicent juvari. Voluptati ergo aurium morigerari debet oratio.

5 *Correctum*] Cod. Tornæſ. & vett. edd. *collectum*. Oiſ. In Mſſ. omnibus præfertur litera l.

6 *Verba è verſibus*] Hæc non placuerunt ſcribis librariis, unde Reg. & Lugd. maj. *verbe verſibus*: ſed in Reg. ſecunda manus fecit *verba verſus ejus*. Mox codices omnes *Æneidis*, quod temere mutarunt. *Gronov.*

7 *Inſubidius*] Vett. editt. *inſipidius*. Verum & ſupra lib. 12 cap. 2. Gellius ait *inſubidi hominis*, & lib. 1 cap. 2. *inſubide*. ubi vide Notas. *Oiſ.* Melius eſt hæc relinqui Turnebo lib. 17 Adverſ. c. 1, aut Carrioni lib. 1 Emendat. cap. 12.

8 *Dicit*] Vet. C. *dixit*.

9 *Mu-*

dixeris [9] mutaverisque, & aliquid tamen auris habeas, sentias suavitatem sonitus [10] claudere. Versus ex decimo hi sunt:

Tres quoque Threicios Boreæ de gente suprema[a],
Et tris quos Idas pater & patria Ismara mittit.

tres illic, *tris* hìc. [11] pensicula utrumque & modulare: reperies suo quodque in loco sonare aptissimè. sed in illo quoque itidem Virgilii versu,

Hæc finis Priami fatorum[b],

[12] si mutes & *hic finis* dicas, durum atque absonum erit, respuentque aures, quod mutaveris. sicut illud contrà ejusdem Virgilii insuavius facias, si mutes:

Quem das finem, rex magne, laborum[c]*?*

nam si ita dicas, *Quam das finem;* injucundum nescio quo pacto & laxiorem vocis sonum feceris. Ennius item *rectos cupressos* dixit contra receptum vocabuli genus hoc versu:

[13] *Capitibus nutantis pinos rectosque cupressos.*

firmior ei, credo, & [14] viridior sonus esse vocis visus est *rectos* dicere *cupressos*, quam *rectas*. contrà verò idem Ennius in annali duodevicesimo [15] *aëre fulva* dixit, non *fulvo;* non ob id solùm quòd Homerus νέφα βαθεῖαν[d] dicit: sed quod hic sonus, opinor, [16] vocabilior est visus & amœ-

a Ÿs. 350 & 351.
b Lib. 2. Æneid. Ÿs. 554.
c Æneid. lib. 1. Ÿs. 245.
d *Caliginem & nebulam profundam.*

9 *Mutaverisque*] In editione Parisina Hier. de Marnef. præbent *mutuaverisque*. Sed verissime Regius *mutaviſque*. Gronov.

10 *Claudere*] Sic MS. recte. Vet. ed. *dividere*. male. Noster supra lib. 1 cap. 7. *At si* explicuit *diceret*, *imperfecto & debili numero verborum sonus clauderet*. id est, claudicaret.

11 *Pensicula utrumque & modulare*] Sic Stephan. recte emendavit. Vett. edd. habent *Utrumque pensiculate*, *modulateque reperies*, *&c.* Quædam, *pensiculu utrumque & moderare: rep. &c.* Al. *Pensicula utrumque moderate*, *reper*. Unde proba lectio quam expressimus. *Ois.* Quantum mendacium! Manifeste enim in Stephani editione est *moderare*. Id patet unicuique. Iste autem noster nihil nisi expressit lectionem ab homine docto concinnatam in editione anni 1651. Reg. Thuan. Mem. Per. Lugd. uterque *pensicula utrumque modulareque*. Hoc igitur exprimi oportuerat, ut verissimum. Hinc & in libro Salmasii adscriptum erat [*modulareque* V. C. bene] forsan ipsa Merceri manu. In Lincoln. erat *pensicula modulare utrumque*. Pater etiam adscripserat suo exemplari [Jun. *Utrumque pensiculate modulateque*. l. *Utrumque pensicula è modulatu* aut *modulamine*. Inf. h. c. *simili usus modulamine*. Sc.] ut scias hæc Scriveriana esse. *Gronov.*

12 *Simul ut & hic*] Lege cum Mercero ad Nonium: *Si mutes ut* hic finis *dicas*, &c. *Ois.* Codex autem Reg. *si mutes & hic*. Lugd. maj. *si mutes hic & hic finis*, quum in minore sit vulgata lectio. Sequi placuit Regium. *Gronov.*

13 *Capitibus*, *&c.*] Hunc Ennii versum adducit quoque Nonius in voce *Cupressus*. Ois. Et ibi notavit Mercerus.

14 *Viridior*] Validior, quid si legas *vividior?* Ois. Plane sic video notatum ex Scheff. codice; etiam sic conjiciebat Scriverius. Sed alii codices obstant, & videtur metaphoræ illius species veneranda. Immo qui id mutant, non satis norunt Gellium, qui se indicat & tuetur 2, 3. *Ut sonus earum esset viridior vegetiorque*. Gronov.

15 *Aëre fulvæ*, *non fulvo*] Vide supra l. 2. c. 26.

16 *Vocabilior*] Sic C. Tornæs. & vett. edd. al. *voci-*

& amœnior. ſicuti etiam M. Ciceroni mollius [17] teretiuſque viſum, in quinta in Verrem, *fretu*, ſcribere, quàm, *freto: peranguſto*, inquit, *fretu diviſa*. erat enim craſſius [18] vetuſtiuſque *peranguſto freto*, dicere. Itidem in ſecunda, ſimili uſus modulamine, *manifeſto peccatu*, inquit, non *peccato*. hoc enim ſcriptum in uno atque in altero antiquiſſimæ fidei libro Tironiano reperi. Verba ſunt Ciceronis hæc: *Nemo ita vivebat, ut nulla ejus vitæ pars ſummæ turpitudinis eſſet expers: nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur, ut quum impudens fuiſſet in facto, tum impudentior videretur ſi negaret.* Hujus autem vocis quum elegantior hoc in loco ſonus eſt, tum ratio certa & probata eſt. Hic enim *peccatus*, quaſi *peccatio*, rectè Latineque dicitur: ſicut, hic *inceſtus*, non qui admiſit, ſed quod admiſſum eſt, [19] & hic *tributus* quod *tributum* nos dicimus, à pleriſque veterum dicta ſunt. hic quoque *allegatus*, & hic *arbitratus*, pro *allegatione*, proque *arbitratione* dicuntur. qua ratione ſervata, *arbitratu* & *allegatu meo* dicimus. Sic igitur *in manifeſto peccatu* dixit, ut, *in manifeſto inceſtu*, veteres dixerunt. non quin Latinum eſſet, *peccato*, dicere: ſed quia in loco iſto poſitum ſubtilius ad aurem molliuſque eſt. Lucretius æquè [20] auribus inſerviens *funem* feminino genere appellavit, in hiſce verſibus:

Haud, ut opinor, enim mortalia ſæcla ſupernè [a]
Aurea de cœlo demiſit funis in arva.

quum dicere uſitatius manente numero poſſet:

Aureus è cœlo demiſit funis in arva.

Sacerdotes quoque feminas [21] M. Cicero *antiſtitas*, dicit, non ſecundùm gram-

a Lib. 2. ſub finem.

---

vocalior. Quædam etiam, *hoc habilior*. Unde aliqui fecere *cohabilior*. Quid ſi legas *notabilior?* Oiſ. Id poſtremum fuit & aliis notum. Sed nequaquam tanti, ut id præferatur lectioni ab MSStis probatæ, quæ eſt in contextu, aut vel proferatur in notitiam. Sed verbum *eſt* merito in ſuſpicionem venit, ut quod non exſtat in Reg. aut Lugd. maj. quum Mem. Pet. deficiantur utraque voce *eſt viſus*, & neutra deſideratur. Mox Reg. *Sicuti Marco etiam Ciceroni*. Gronov.

17 *Teretiuſque*] MS. *rectiuſque*.

18 *Vaſtiuſque*] MS. *vetuſtiuſque*. Oiſ. Immo ad eſt & in Reg. Lugd. utroq. Petav. Memm. Lincoln. Scheff. ut licet ſenſu non malo ſit *vaſtius*, id tamen pro ſuppoſito haberi debeat & immixto ab iis, qui alterum convenire vix putarunt, quum tamen & Cicero de Claris Orat. dicat *vetuſtius horridiuſque*. Sed inſuper Lugd. major inter *craſſius vetuſtiuſque* habet interpoſitum *q* cum eis ductibus, qui notare ſolent *quam*, ſcilicet volens indicare, quod eſt in Regio *craſſius jam vetuſt*. Quin etiam Schefferi codex habet *enim erat craſſius*. Sic denique venimus ad Gellii elegantiam. *Gronov.*

19 *Et hic tributus*] Sic repoſui, quum ex noviſſimis editionibus excidiſſet particula media. *Idem.*

20 *Auribus inſerviens*] In paterna editione contigit, ut editum ſit *ſerviens*, non editoris voluntate (nec enim ullus codex MS. abit ab compoſito, & ille nihil prorſus annotavit) ſed typorum remiſſione, quam non debuit poſterior ſequi. *Gronov.*

21 *M. Cicero antiſtitas*] Sic & Attius Aſtianacte:

Utinam unicam ibi antiſtitam arcitenens ſuam
Tutetur!

Et

grammaticam legem, *antiſtites.* nam quum inſolentias verborum à veteribus dictorum plerumque reſpueret, hujus tamen verbi in ea parte ſonitu delectatus, *Sacerdotes*, inquit, *Cereris atque illius fani antiſtitæ*[a]. uſque adeò in quibuſdam neque rationem verbi neque conſuetudinem, ſed ſolam aurem ſecuti ſunt ſuis verba modulis penſitantem. *Quod qui non ſentiunt*, inquit idem ipſe M. Cicero, quum de numeroſa & apta oratione diſſereret, *quas auris habeant aut quid in his hominis ſimile ſit, neſcio.* Illud verò cumprimis apud Homerum veteres grammatici annotaverunt; quòd quum dixiſſet quodam in loco κολοιούστε ψῆραστε[b], alio in loco ψηρῶντε, ſed ψαρῶν[c] dixit:

Τῶν δ' ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν[d],

ſequutus non communem, ſed propriam in quoque vocis ſitu jucunditatem: nam ſi [22] alterum in alterius loco ponas, utrumque feceris ſonitu inſuave.

a Ex lib. 4. Ciceronis in Verrem.

b *Graculoſque ſturnoſque.* Exſtat Ιλιαδ. π. ψ. 583.

c *Sturnorum.*

d *Horum ut ſturnorum it nubes, graculorumve.* Exſtat Ιλιαδ. ρ. ψ. 755.

Et Corn. Severus:

Stabat apud ſacras antiſtita numinis aras.

Plauti quoque eſt in Rudente, *Veneriæque antiſtitæ.*

22 *Alterum in alterius loco*] MS. Reg. ſolus *in altero loco.*

CAP. XXI.

Verba T. Caſtricii rhetoris ad diſcipulos adoleſcentes de veſtitu atque calceatu non decoro.

T. Caſtricius rhetoricæ diſciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum principem declamandi ac docendi, ſumma vir auctoritate gravitateque, & à divo Hadriano in mores atque literas ſpectatus, [1] quum me forte præſente (uſus enim ſum eo magiſtro) diſcipulos quoſdam ſuos ſenatores vidiſſet die feriato [2] tunicis & lacernis indutos & gallicis calceatos; *Equidem*, inquit, *maluiſſem vos togatos eſſe:* [3] *pigitum eſt, cinctos*

1 *Cum me forte præſente*] Sic edidi inſerta voce tertia, nactus licentiam ex codice Regio & Lugd. maj. ut dubitari de ea nequeat. Mox & illi & præterea Lugd. min. Petav. exhibebant *uſus enim ſum*, quod & ipſum recepi, non ut vulgo *uſus ſum enim.* Gronov.

2 *Tunicis*] Nihil facit ad illuſtrandum purgandumque Gellium larga deſignatio tunicæ aut lacernæ aliarumque veſtium, quarum in hoc capite fit mentio, præſertim quæ nihil afferat novi, & ſit exſcripta omnis ex felice Oct. Ferrarii induſtria, quæ in hoc campo uberrime ſe exercuit: unde illa omnia delenda hinc judicavi, monens & indicans unde peti debeant, ſicut de ſoleis & ſimilibus ad pedes pertinentibus non decet omnia ex Nigrino deſcribi, quum illic poſſint legi. Venimus ad Gellium, ſi quid in melius formari in eo poteſt hac notitia jam inde inſtructi.

3 *Pigitum eſt, cinctos ſaltem eſſe penulatos?*] Sic hæc periodus diſtinguenda; nam per interrogationis modum Caſtricius ſenatores diſcipulos ſuos increpat, an eos piguerit, cum ſoleis, ſive gallicis,

cinctos saltem esse & penulatos. sed si hic vester hujuscemodi vestitus de multo jam usu ignoscibilis est : soleatos tamen vos populi Romani senatores per urbis vias ingredi nequaquam decorum est , non hercle vobis minus, [4] *quàm illi tum fuit , cui hoc M. Tullius pro turpi crimine objectavit.* Hæc me audiente Castricius, & quædam alia ad eam rem conducentia Romanè & severè dixit. plerique autem ex iis, [5] qui audierant, requirebant, cur soleatos dixisset, qui gallicas , non soleas, haberent. Sed Castricius profectò scitè atque incorruptè loquutus est. omnia enim fermè id genus quibus plantarum calces tantùm infimæ teguntur, cætera prope nuda & teretibus habenis vincta sunt, [6] soleas dixerunt; nonnumquam voce Græca crepidulas. *Gallicas* autem verbum esse opinor novum, non diu ante ætatem M. Ciceronis usurpari cœptum. itaque ab eo ipso positum est in secunda Antonianarum. [7] *Cum gallicis*, inquit, *& lacerna cucurristi.* neque in ea significatione id apud quenquam alium scriptum lego gravioris duntaxat auctoritatis scriptorem: sed ut dixi, crepidas & crepidulas prima syllaba correpta id genus calceamentum appellaverunt, quod Græci κρηπίδας vocant, ejusque calceamenti sutores crepidarios dixerunt. Sempronius Asellio in libro rerum gestarum quarto decimo , *Crepidarium* , inquit , *cultellum rogavit à crepidario sutore.*

non calceis uterentur , cinctos etiam & penulatos foras prodire ? hoc enim signum foret, eos quasi iter paulo post facturos. *Oiſ.* Et statim illi obsequutus fuit Prousteus, prout patet ex ejus editione. Et sane id sublegitur ex interpretatione Ferrarii. Nec sane in eo codices scripti possunt decernere. At ego voces illas *pigitum est* accipio interpositas, ut apud Macrobium 2 Saturn. 10 interjacit Scipio, *quod me reipubl. maxime misertum est.* Paucioribus tantum id ipsum peragit Castricius, qui sic videtur loquutus fuisse: *Equidem , inquit , maluissem vos togatos esse (pigitum est!) cinctos saltem esse & penulatos.* Res se ipsa ostendit. *Gronov.*

4 *Quam illi*] M. Antonium intelligit.

5 *Qui audierant*] Sic omnes editi & scripti: unde igitur nuperrimi sic remisse agunt , ut edant *audiverant* ? Gronov.

6 *Soleas dixerunt*] Id probat optime Otto Sperlingius in dissertatione de crepidis, quam volumini IX Græcarum Antiqq. inserui.

7 *Cum gallicis & lacerna cucurristi*] In fine capitis 31. Et quæ huc ex Ferrario attulerat Oiselius, eadem ad Ciceronem relata sunt ab Grævio , sed tempestive retundente impetum Ferrarii , ut certe ultro facile cuivis patet. Unde illa ejeci, quum alibi possint legi.

CAP. XXII.

Comprecationes, quæ ritu Romano fiunt diis , expositæ sunt in libris sacerdotum , inter quas Marti Nerienem tribuunt ; & quid Neriene *seu* Nerio *nomen importet.*

COMPRECATIONES deûm immortalium , [1] quæ ritu Romano fiunt , expositæ sunt [2] in libris sacerdotum populi Romani & in ple-

1 *Quæ ritu Romano fiunt*] Sic Mss. at vett. edd. *q. r. R. diis fiunt.* Oiſ. Sit ita, sed boni Mssti vocem *diis* expellunt , quibus paruit jure Henr. Stephanus.

2 *In*

plerisque antiquis orationibus. In iis scriptum est [3] *Luam Saturni*, [4] *Salaciam Neptuni*, [5] *Horam Quirini*, [6] *Jurites Quirini*, [7] *Majam Volcani*; [8] *Heriem Junonis*, [9] *Molas Martis* [10] *Nerienemque Martis*. Ex quibus id quod postremum posui, sic plerosque dicere audio, ut primam in eo syl-

2 *In libris sacerdotum*] Qui libri proprie *Indigitamenta* dicti. unde in Glossis veterib. *Indigitamenta*, ἱερατικὰ βιβλία. Sic autem dicebantur, quia in iis varia essent Deorum cognomina, ac sacrificiorum festorumque ritus velut catalogo comprehenderentur, & quasi digito indicarentur. Alii volunt *indigitare*, unde *Indigitamenta*, significare *invocare*. & videtur in ea significatione esse apud Macrobium lib. 1. Satur. cap. 17. cum ait: *Namque virgines Vestales ita indigitant*, APOLLO MEDICE, APOLLO PÆAN. *Oisi.* Servius ad Georgic. 1, 21. *Nomina hæc numinum in Indigitamentis inveniuntur, id est in libris Pontificalibus; qui & nomina deorum & rationem ipsorum numinum continent.* Ubi porro vide.

3 *Luam Saturni*] Sic libri vetustissimi; in MS. quodam est *Lacam*, unde vett. edd. omnes habent *Laciam*. Turnebus Adversar. lib. 19 cap. 11. primo cogitabat Laciam; quam ibi explicat, sed mox redit ad Luam notam ex Livio. *Oisi.* Non est quod hoc loco *Laciam* cogitemus ortam partim ex parte posteriore sequentis *Salaciam*, partim ex eo, quod pro *Luam* nonnulli scribæ exhibentes *Lucam* induxerunt posteros in hoc ambiguum. Sed *Luam* egregie habet codex Regius, Lugd. uterq. quum in Mem. Pet. exstet *Lucam*, in Lincoln. *Latam*, quasi tenderet ad Laram. *Gronov.*

4 *Salaciam*] Salaciam quidam putant Neptuni uxorem fuisse, eandemque quæ Poëtis Amphitrite vocatur. Glossæ Vet. *Salacia*, Ἀμφιτρίτη, πρηΐς. sic dicta à salo, quod salum moveret. Vide sis Jos. Scaligerum in Appendice ad Conject. in Varronem. *Oisi.* Cui addes Pricæum ad Apuleji apol. p. 90.

5 *Horam Quirini*] Nonius Marcellus: *Hora, Juventutis Dea. Ennius Annal. lib.* 1.

Teque Quirine pater veneror, Horamque Quirini.

Sic Merula apud Ennium legit, ut sibi constet; in Nonio vero scribit, *Hora, Juventas Dea.*

6 *Jurites Quirini*] MS. *Virites Quiritii.* Vett. edd. *Jurites Quiritii.* Turnebus legendum censet *Curitis Quiritii.* Quia Juno *Curitis* ab hasta vocata. Festus: *Curitem Junonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant.* Hinc, ut idem Festus habet, *Curiales mensæ, in quibus immolabatur Junoni, quæ Curis est appellata.* Ut Quiritius nomen Dei sit, cujus in matrimonio esset Juno quædam *Curitis.* Junonis enim nomen multis deabus tributum. Alii, ut in contextu nostro *Quirini* legunt; quod eodem redit; sive enim *Quiritius*, sive *Quirinus* legatur, haud dubie Deus aliquis belli præses designatur, cum Mars etiam Quirinus vocetur. In Lexico Veteri est, *Quirinus*, Ἐνυάλιος. Sed & *Jurites* à jure dearum nomen habere possunt, quæ *Quiritii* vel *Quirini* filiæ fuerint. Mosellanus vocabulum *Jurites* quoquomodo à jurisjurandi religione derivatum putat, quod videlicet prisci Romani etiam jurijurando peculiarem quandam præfecerint deam; quæ futura esset ultrix jurisjurandi, si quis pejeraverat. *Oisi.* Omnino quum librarii ipsi rem certam veritatemque nequaquam intelligentes hinc maluerint ductus quosdam vetustiore atramento effictos similiter imitari in parte doctrinæ Romanæ obscurissima & impenetrabili, difficile est eam à nobis repeti. Ex MS. Regio ipse notavi *quirinunrites quiritu*, Lambecius *quirini virites quirini* totidem lineis, quomodo & Lugd. maj. sed minor *virites quiricii* Lincoln. *jurites quiriui* aut *icii*. Gronov.

7 *Majam*] Sic Stephanus primum edidit. Cod. Tornæs. & vett. edd. habent *Majam*. MS. lectio ad marginem Vossiani codicis notata *Manum*. Quæ quid sibi velit mihi ignotum. Ad Majam quod attinet, illustratur ab istis, quæ habentur apud Macrobium Saturnal. lib. 1 c. 12, ubi cum Cincius Majam Vulcani uxorem appellarit, ex Pontificalibus indigitamentis id haud dubie hausit; & inde etiam firmari potest *Majam* hic legendum esse. *Oisi.* Videtur in Stephani editione esse lapsus modo typorum.

8 *Heriem Junonis*] Sic MS. Edit. Roman. *Herien*. Al. vett. edd. *Nerien*. Et hinc Turnebus *Nerienem Junonis* legendum existimat, ut Nerio Junonis Curitis filia habeatur, ut & Mars Nerienis maritus. *Oisi.* Membrana Reg. *herien*, Lugd. uterq. *heriem* ut & Petav.

9 *Molas Martis*] Turnebus Molas Martis filias esse putat, deasque indigitari censet de nomine molarum, quod Mars, ut molis fruges, sic bellis homines frangat, ac comminuat. Mosellanus vero Molas deas à molimine, hoc est, solicitis conatibus ipsius belli apparandi Veteribus intellectas opinatur. *Oisi.* Sed MS. Reg. habebat *Moles*. ut & Scheff.

10 *Nerienemque Martis*] Sic Mss. At vett. edd. *Nerienem quoque Martis.*

syllabam producant, quo [11] Græci modo dicunt νηρείδας [a]: sed qui [12] probe loquuti sunt, primam [13] correptam dixerunt, tertiam produxerunt. est enim rectus casus vocabuli ejus, sicut in libris veterum scriptum est, *Nerio*. quamquam M. Varro in satura Menippæa, quæ inscribitur [14] σκιαμαχία [b], non *Nerio*, sed *Nerienes* vocative dicit in his versibus:

[15] *Ted' Anna Perenna*, [16] *Panda*, [17] *te Lato*, *Pales*,
[18] *Nerienes*, *& Minerva*, *Fortuna*, *ac Ceres*.

ex quo nominandi quoque casum eumdem fieri necessum est. sed *Nerio* à veteribus sic declinatur, quasi Anio. nam proinde ut *Anienem*, sic *Nerienem* dixerunt [19] tertia syllaba producta. id autem sive *Nerio* sive *Ne-*

a *Nereidas*. b *Umbratilis pugna*.

11 *Græci dicunt* Νηρείδας] Vulgariter nempe. Nam Gellius potuit adhærere Latino vocabulo propius, quum nota sit & illi quoque fuerit opinor Virgilii *Nerine Galatea*, prout illa fœminina Græci malunt interdum proferre, quod docet ibi Servius, in exemplum adducens *Adrastine*, & à me in Arriano VII, 5 Expeditionis Alex. M. vindicata est *Amastrine*. Gronov.

12 *Probe*] Cod. Tornæs. & V. C. *proprie*. Oisius. Ita & Reg. & Lugd. maj.

13 *Correptam*] Cod. Torn. & V. C. *correptim*.

14 Σκιαμαχία] Vett. edd. addunt, vel κριομαχία, id est, *Arietum pugna*. Oisius. In illis quos consului omnibus vidi ΣΚΙΟΜΑΧΙΑ, ut amant in compositis eam literam. *Gronov*.

15 *Ted' Anna Perenna, &c.*] Ita hos versus emendavit L. Carrio Antiq. Lect. lib. 1 cap. 1. cum vulgo, etiam in vett. edd. haberetur,

Theanna & Peranna, Pranda, Celato, Pales
Nerienes, Minerva, Fortuna, ac Ceres.

Scaliger vero primum versum ita legit,

Te Anna & Peranna, Panda τῷ Λατῶ, *Pales.*

In Scriveriano Codice notatum reperio:

Te Anna, te Peranna, te Latona, te Pales,
Nerienes & Minerva, Fortuna ac Ceres.

Sunt qui legunt:

Θεὰ *Anna, Peranna, Panda*, τῷ Λατῶ, *Pales.*

A. Popma ad Varronis Fragmenta ita legendum censet:

Te, Anna, Perenna, Panda, τῷ Λατῶ, *Pales.*

Sed rectissima videtur Carrionis emendatio, quam edidimus *Ted' Anna, &c.* D. insertum ad explendum hiatum; & *Anna Perenna*, non vero *Anna & Perenna*, sive, *te Peranna*, quasi duæ diversæ essent deæ, cum una eademque sit, quæ imploratur, *Anna Perenna* vocata. *Ted' Anna Perenna* autem dictum, ut bene observat Scaliger, more implorantium deos, qui ἐλλειπτικῶς fere id faciunt, ut *Dii vestram fidem*, & Plautus, *Tuam fidem Venus Noctuvigila*; item Satyra Varronis, *Hercules tuam fidem*. Cæterum *Anna Perenna* colebatur ad initium anni veteris, id est, Idibus Martii, qua annare perennareque commode liceret, ut scribit Macrobius Saturnal. lib. 1 cap. 12. Hinc Ovidius lib. 3. Fastor. de ea agit. *Oisius*. Attamen Mss. Reg. Lugd. uterq. Petav. *te anna ac perenna*. Lincoln. *te amina ac peranna*.

16 *Panda*] Sic enim, non *Pranda* legendum. In Glossis Philoxeni est, *Panda*, εἰρήνης θεὸς, sic Panda erit *pacis Dea*. Dictam autem Pandam, à pandendis sive aperiendis portis, arbitratur Turnebus.

17 *Te Lato*] Vulgo *Celato*, unde docti homines fecere καὶ Λατῶ. Turnebus hoc velut carie læsum existimans, reponit *Latona*. Addit tamen suspicione non carere Varronem Græce locutum, utpote ipsi haud insolens, eumque scripsisse, *Te Lato* Dorice pro *te* λητῶ. Quod verissimum autumo; & sic Latonam Apollinis & Dianæ matrem Græcis nominari vix quisquam est, qui non norit.

18 *Nerienes & Minerva*] Ita recte etiam habet Ascensiana editio, male vero Stephanus omisit copulam &; quod & fecit vet. ed. Romana. Carrioni plus venustatis habere videtur, si legatur,

Te Nerienes, Minerva, Fortuna ac Ceres.

Quod, ut modo notatum, more implorantium deos factum. *Oisius*. Non Stephanus sic nominari debuit, sed varii ante illum; nam nec Aldus habet, nec vel Sebastianus vel Antonius Gryphii, sed neque ullus ex scriptis ibi copulativam approbat. Itaque ut nescio quid contigerit in hoc loco, ita certe cautela nocere non debuit. Cur enim distinguere sic voluisse auctor supponitur per paria? Etiam Regius habet *Minervam*. Gronov.

19 *Tertia syllaba producta*] Ut ante paulo *tertium pro-*

Nerienes est, Sabinum verbum est, eoque significatur virtus & fortitudo. itaque ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque præstanti fortitudine [20] *Nero* appellatus est. sed id Sabini [21] accepisse à Græcis videntur, qui vincula & firmamenta membrorum νεῦρα dicunt. unde nos quoque Latinè *nervos* appellamus. *Nerio* igitur Martis vis, & potentia, & majestas quædam esse Martis demonstratur. Plautus autem in Truculento conjugem esse Nerienem Martis dicit, atque id sub persona militis in hoc versu:

[22] *Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam.*

Super ea re audivi non incelebrem hominem dicere, nimis comicè Plautum imperito & incondito militi falsam novamque opinionem tribuisse, ut Nerienem conjugem esse Martis putaret. [23] Sed id peritè magis quam comicè dictum intelliget, qui leget [24] Cn. Gellii annalem tertium, in quo scriptum est, Hersiliam, cum apud T. Tatium verba faceret pacemque oraret, ita precatam esse; [25] *Neria Martis te obsecro pacem dare, uti liceat* [26] *nuptiis propriis & prosperis uti, quod de tui conjugis consilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos sibi &* [27] *suis poste-*

produxerunt: & infra, *tertia in eo nomine syllaba, contra quam supra dictum est, corripienda.* Attamen vox postrema non exstat in Regio. Et forsan jam non id egit, ut attenderet ad istam ipsam quantitatem, sed solam formationem. Etiam antea habebat *declinabitur*, ut & Lugd. maj. *Gronov.*

20 *Nero*] Suetonius de Tiberio: *Inter cognomina autem & Neronis assumpsit, quo significatur lingua Sabinorum fortis & strenuus.* Hinc in Glossis *Nero*, ἀνδρεῖος explicatur. Dicitur quasi νέρων, hoc est, *nervosus ac compactis viribus.* Ois. Credo equidem; nisi Oiselius hæc addidisset, non fuisset ei salvum decus. Hinc & qui Suetonium edunt, non possunt hinc abire, quin locum Gellianum citent. O boni! satis erat id factum ab Torrentio & Casaubono, qui etiam commode sternit viam derivationi; si modo eam tenuisse tunc Romani credi queunt. Itaque Grotius hinc & Neriam deducit citatam Paulo Apostolo ad Romanos 16, 15, ut opinor, nimis sero. Venit enim illa ex gente Neria, cujus exstat nummus apud Ursinum in Familiis Romanis, ubi etiam legas oportet dulcem admodum neniam Vaillantii. An igitur etiam Mars pro Sabino habendus est? *Gronov.*

21 *Accepisse à Græcis videtur*] Quæ his subjecit Oiselius, possunt melius legi in notis ipsius Casauboni ad Suetonium in Tiberio cap. 1. fine. Et potest Gellius frui suo invento: Suetonius eousque procedere fuit veritus, & substitit intra sermonem Sabinum, qui potuit habere aliquid non ex Græco tractum. *Gronov.*

22 *Mars*] Exstat Trucul. Act. 2. Sc. 6.

23 *Sed id perite magis*] Duæ mediæ voces in nonnullis codicibus aliter scribuntur, nempe *sed imperite mag.* ut est in Mem. & Pet. Hinc alii corrigentes dederunt *sed id imperite* vel *imperitiæ*, ut erat in Lincoln. Verum uterque Lugd. simpliciter *sed id perite magis*, quum MS. Regius plane ignoret istam vocem tertiam. *Gronov.*

24 *Cn. Gellii*] Vide Vossium de Histor. Latin. lib. 1 cap. 8, ubi habebis omnia eadem, quæ inde sustulerat Oiselius.

25 *Neria Martis*] Scilicet, uxor. Ubi Lugd. min. habet *Nerio.*

26 *Nuptiis propriis*] Potest hoc intelligi, quemadmodum dicitur *propria uxor*, cum uxor non ad tempus sed in perpetuam vitæ consuetudinem ducatur. Sed & nihil verat, quin æque bene, nisi forsan melius, legi posset: *nuptiis propitiis.* Ois. Quod quidem legi potest, prorsus est infinitum. Hinc & in legendo potest omitti copulativa, ut fecit Oiselius in edendo, sed contra omnes Mss. unde restitui. Cæterum quæ dicentur Nuptiæ propitiæ? an erunt aliquæ Deæ etiam ab Sabinis forsan cultæ? Desinamus nugari; omnes scripti codices servant sartum tectumque quod editur. *Propriis* habet ex Virgiliano *propriamque dicabo.* Etiam locum hunc citat Pricæus ad Apuleji apologiam, ubi *prósperum matrimonium* dici vides. *Gronov.*

27 *Suis posteris*] Cod. Tornæs. & vett. codd. &

posteris, patriæ pararent. De tui, inquit, *conjugis consilio*, Martem scilicet significans; per [28] quod apparet non esse id poëticè à Plauto dictum; sed eam quoque traditionem fuisse, ut Nerio à quibusdam uxor esse Martis diceretur. Inibi autem animadvertendum est, quod Gellius *Neria* dicit per *a* literam, non *Nerio*, neque *Nerienes*. præter Plautum etiam, præterque Gellium [29] Licinius Imbrex vetus comœdiarum scriptor in fabula, quæ Neæra inscripta est, ita scripsit:

Nolo ego [30] *Neæram te vocent, sed Nerienem;*
[31] *Quum quidem Marti es in connubium data.*

[32] ita se numerus hujusce versus habet, ut tertia in eo nomine syllaba, contra quàm suprà dictum est, corripienda sit. cujus [33] sonitus quanta apud veteres indifferentia sit, notius est, quàm ut plura in id verba sumenda sint. Ennius autem in primo annali in hoc versu;

[34] *Nerienem Mavortis & Herclem*,

si, quod minimè solet, numerum servavit; primam syllabam intendit, tertiam corripuit. [35] Ac ne hic quidem prætermittendum puto, cuicuimodi est, quod in commentario quodam [36] Servii Claudii scriptum invenimus, *Nerio* dictum quasi *Neirio*, hoc est, sine ira & cum placiditate:

suis posteris. Ois. Stephani opus est: sed debet retineri, quum exstet in omnibus scriptis.

28 *Quod apparet*] Cod. Tornæs. *Quod ab re non apparet*.

29 *Licinius Imbrex*] Festus: *Imbrex, nomen cujusdam comici*. Citat & eum Festus in voce *Obstitum*, ubi hunc ejus versum adducit;

Resupina obstito capitulo sibi ventum facere cuniculâ.

Ubi pro *cuniculâ* reponendum *tuniculâ*, vel forsan *subuculâ*. Vossius in de Poëtis Latinis dubitat, num hic idem sit cum Licinio Tegula, qui floruit anno V.C. IↃ LIV. quo anno carmen scripsit à ter novenis virginibus decantandum, ut testatur Livius lib. 31. Cum Imbrex sit incurvum genus tegulæ: Unde Plautus Mostell. Act. 2. Sc. 4. *Quod meas confregisti imbrices & tegulas*. Quasi dicat imbrices & tegularum alias. Verum de hoc comico adhuc infra alicubi ad Auctorem nostrum dicendum erit.

30 *Neæram te vocent*] Sic plane Lugd. min. At major *Neacrem*. Sed Reg. *Neaere* & Petav. *Neæra*. Gronov.

31 *Quum quidem, &c.*] Vossius, ne in jambico prima sede sit trochæus, pro *cum quidem*, mavult *Quandoquidem*, & ne sic sede tertia sit trochæus, trajectis vocibus legit *es Marti*. Vel hoc pacto: *Quandoquidem in connubium Marti es data*.

32 *Ita se*] Cod. Tornæs. *Ita autem se numerus*. Vett. codd. *Ita autem senarii numerus, &c.*

33 *Sonitus*] MS. *sonus*.

34 *Nerienem Mavortis & Herclem, &c.*] In vett. codd. sic legitur:

Nerienem Mavortis.
Et hercle, nisi, quod minime solet numerum servare, primam syllabam tetendit. Ois. Id sane scivit etiam Henr. Stephanus, atque etiam pater. Sed iidem noverant ita edi contra codices Mss. & priorem partem vocis *nisi* revocari debere ad præcedens *hercle*, quæ est pulcherrima reparatio. *Gronov*.

35 *Ac ne hic quidem*] Ita Lincoln. Memm. Petav. quod videtur prætulisse pater, licet Reg. Lugd. uterq. Scheff. haberent *ac ne id quidem*, quod melius. *Idem*.

36 *Servii Claudii*] Cod. Torn. *S. Cladii*, sed haud dubie legendum *Clodii*, quod idem est ac *Claudii*, & sic etiam à Plinio appellatur. Meminit hujus Cicero Epistola ad Atticum: *L. Papyrius Pætus vir bonus amatorque nostri mihi libros eos, quos Servius Claudius reliquit, donavit*. Item in Epistola ad Pætum: *Ut Servius frater tuus, quem literatissimum fuisse judico, facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est; quod tritas haberet aures notandi generibus poëtarum*. Fit & ejus mentio apud Suetonium lib. de Illustr. Grammat.

tate: ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur. *ne* enim particula, ut apud Græcos, ita plerumque in Latina quoque lingua privativa est.

CAP. XXIII.

M. Catonis consularis & censorii pulcherrima exprobratio contra philosophantes nomine & non re.

[1] M. Cato, consularis & censorius, [2] publicis jam privatisque opulentis rebus, villas suas inexcultas & rudes, ne tectorio quidem prælitas fuisse dicit ad annum usque ætatis suæ septuagesimum. atque ibi postea his verbis utitur: *Neque mihi*, inquit, *ædificatio, neque* [3] *vasum*, [4] *neque vestimentum ullum est manupretiosum, neque pretiosus servus neque ancilla est. si quid est*, inquit, [5] *quod utar, utor.* [6] *si non est*,

1 *M. Cato, consularis & censorius*] Sic de eodem supra lib. 7 c. 3. *A senatore & consulari & censorio viro.* Censoris titulus postponitur consulari; hoc vero neque temere fit, neque quod consul fuerit antequam censor, sed ex censuræ dignitate, quam Plutarchus in Catone Majore vocat κορυφὴν τῆς τιμῆς ἁπάσης, καὶ τρόπον τινὰ τῆς πολιτείας ἁπάσης ἐπιτελείωσιν, *Fastigium quoddam omnium honorum & quodammodo omnium in republica actionum consummationem.* Ois. Furtum ex notis Pricæi ad Apulei apologiam pag. 25.

2 *Publicis j. privatisque opulentus rebus*] Ita violarunt Gellii manum illi, qui non attenderant nisi opulentos reges, & opulentas civitates dici, eoque fascino se expedire ne ipse quidem Stephanus potuit, qui tamen sciebat & viderat in MSS. legi *opulentis.* Sic certe testor esse in Reg. Lugd. utroq. Mem. Petav. Scheffer. quod est oppido egregium. Et quomodo illi alteri intellexerunt publicis opulentum rebus Catonem, prout eum Stephanus proponit pag. 101? quod sane destituitur sensu. At res opulentæ opponuntur rebus tenuibus, ut est apud Tullium. Etiam in Salmasiano exemplari adscriptum est [γρ. *tis*] Hinc ita placuit quoque edere. Iterum hîc video adscripsisse Patrem [v. reliq. v Obser.] IQui etiam adscripsit locum Martialis: *Et rudis hibernis villa natavit aquis.* Non dubito autem, quin lector incensus gustu hujus capitis & aliorum, ultro sollicitetur ad percensendam ex Plutarcho vitam hominis animo firmatissimi contra quæcunque vitia. Ideo partes inde per Oiselium allatæ nihil videbantur facere ad illustrationem Gellii, præsertim quum ex Stephani citato loco sint repetitæ. *Gronov.*

3 *Vasum*] Sic enim veteres loquebantur, pro quo postea *Vas* dictum. Cledonius de Arte Grammatica: *Antiqui rectius dicebant vasum, quomodo scamnum.* Dubius veluti Marcianus Capella lib. 3 ait: *Vasum an vas dici debeat, quæritur.* Admittit istud & Charisius Instit. Gram. lib. 1. Apud Plautum Trucul. Act. 1. Sc. 1. est *Vasum argenteum.* Hoc autem nomine non solum continentur, quæ edendi bibendique causa parantur, sed etiam quæ ejusmodi *vasa* sustinent, ac generatim res omnes mobiles, domusque instrumenta: unde *vasa conclamare* veteres dicebant, cum milites alio diversuri jubebantur *res suas*, hoc est, *farcinas*, colligere. Unde & vox *convasare*, ut apud Terentium Phorm. *aliquid convasassem.*

4 *Neque vestimentum ullum est manupretiosum*] Ita cum Stephano lego unica voce *manupretiosum*, eodem modo quo *manupretium* conjuncte dicitur. In V.C. est, quemadmodum & in vulgatis, *n.v.u. est in manu pretiosum.*. Ois. Atqui non Stephani causa agitur, sed Gellii, qui certe dixit *manu pretiosum*, hoc est, artificio & labore & tempore, quod exornando impensum est, ut Plinius *pretiosum auro scrinium*, alibi *pretiosum colore suo.* Quum vero ita habeant codices scripti omnes, neque ullus agnoscat voculam *in*, quam antiquitus addiderunt; tum MS. Regius sic exhibet *neque vestimentum ullum est manu pretiosum, pretiosus servus, neque ancilla*, post quam vocem miror ab Stephano adjici τὸ *est*, quod nuspiam apparet in Mssis. *Gronov.*

5 *Quod utar*] Vett. cod. *quo utar.* Ois. Immo istud *quod* exstat sancte in omnibus libris Mss.

6 *Si non est, egeo, suum cuique, &c.*] Ita Stephanus legendum censet, & τὸ *egeo* explicat, quemadmodum

est, egeo. suum cuique per me uti atque frui licet. tum deinde addit: *Vitio vertunt, quia multa egeo. at egeo illis quia nequeunt egere.* Hæc mera veritas Tusculani hominis, egere se multis rebus, & nihil tamen cupere dicentis, plus herclè promovet [7] ad exhortandam parsimoniam, sustinendamque inopiam, quam Græcæ istorum præstigiæ philosophari sese dicentium, umbrasque verborum inanes fingentium; qui se nihil habere, & nihil tamen egere, ac nihil cupere dicunt, [8] quum & habendo & egendo & cupiendo ardeant.

modum Galli dicunt *je m'en passe.* In vett. codd. legitur: *Si non est, ego sum, cuique per me uti atque frui licet.* Unde amicus Stephani faciebat. *Si non est, ego sum, cui se semper uti atque frui licet*, quæ vide citato loco, ubi & Stephani judicium.

7 *Ad exhortandam parsimoniam*] Stephanus pag. 27 sustinuit fateri se illud *exhortandam* suspectum habere: scilicet quia nesciebat aut non considerabat, quam libenter dicant Latini dixerint *hortari aliquam rem*, non semper *ad aliquam rem*, etiam *exhortari*, quod jam edocti sumus ab patre ad Senecæ epistolam CXXI. ubi hunc quoque locum chirographo suo annotavit. Itaque non debuit vir alioquin doctus huc prorumpere, quum firment omnes antiqui codices. *Gronov.*

8 *Quum & habendo & egendo & cupiendo ardeant*] Stephanus tollit postremam copulam, ac legit: *cum & habendo & egendo, cupiendo ardeant.* Id est, cum cupiditate ardeant non minus cum habent, quam cum egent. Cæterum Barthius Adversar. lib. 2 cap. 12. & lib. 49 cap. 3. verba quædam nescio ex quo codice tanquam A. Gellii in medium adducit, quæ postremis hisce commentarii vice fungi possint. Hujusmodi autem sunt: *Nam si divites potentesque sunt illi, qui se Philosophos dicunt, truculenti tyrannidem exercent; si egent, nihil non agunt, adulantur divitibus, mentiuntur, captant cœnas & talia. Cupiendo vero ardent maxime, cum nihil illis satis sit.* Si hæc verba Barthius in quodam A. Gellii codice invenerit, proculdubio pro glossemate præcedentibus à descriptoris manu adjecta fuêre. Vide sis tamen Barthium locis allegatis, ubi plurima in hanc sententiam congessit. *Oisius.* Sed indicium debet Phil. Carolo. Barthius vero nullam codicis alicujus facit mentionem, ac modo citat *& talia*, modo *& alia.*

CAP. XXIV.

Quæsitum tractatumque quid sint manubiæ: *atque inibi dicta quædam de ratione utendi verbis pluribus idem significantibus.*

[1] IN fastigiis fori Trajani simulacra sunt sita circumundique inaurata equorum atque signorum militarium; subscriptumque est, [2] EX MANUBIEIS. Quærebat Favorinus, quum in area fori ambularet, & amicum

1 *In fastigiis*] Variis notis hoc loco Oiselius carpserat Lipsianam Magnitudinem Romanam libro III cap. 7, quum ex se nihil proferret, nihil adderet, loca tantum Ammiani & Cassiodori ac voces Lipsii de columna extollens, quum superessent diversa ad enarrandum, præsertim de statuis virorum doctorum postea illic positis, ut Claudiani &c. & recitationibus factis, quod sedulo notavit Brouwerus ad Venantium Fortunatum pag. 96, & ex quo repetit Al. Donatus de Roma. Id vero tolerandum non putavi, præsertim quum nihil facerent ad Gellium, qui magis illustratur solo conspectu hujus nummi Optimi Principis, quem appono. *Gronov.*

2 EX MANUBIEIS] Dacicis nimirum. *Oisius.*

cum ſuum conſulem opperiretur cauſas pro tribunali cognoſcentem, noſque tunc eum ſectaremur: quærebat, inquam, quid nobis videretur ſignificare propriè *manubiarum* illa inſcriptio. Tum quiſpiam, qui cum eo erat, homo in ſtudiis doctrinæ multi atque celebrati nominis: *Ex manubiis*, inquit, ſignificat *ex præda;* [3] *manubiæ* enim dicuntur præda, quæ manu capta eſt. Etiamſi, inquit Favorinus, opera mihi princeps & prope omnis in literis diſciplinisque Græcis ſumta eſt: non uſque eo tamen infrequens ſum vocum Latinarum, quas [4] ſubſicivo aut tumultuario ſtudio colo, ut hanc ignorem interpretationem vulgariam, quòd eſſe dicantur manubiæ præda. ſed quæro an M. Tullius, verborum homo diligentiſſimus, in oratione quam dixit de lege agraria kalendis Januariis contra Rullum, inani & illepida geminatione junxerit *manubias* & *prædam*, ſi duo hæc verba idem ſignificant, neque ulla re aliqua diſſident. atque, ut erat Favorinus egregia vel divina quadam memoria, verba ipſa M. Tullii ſtatim dixit. [5] ea nos adſcribimus hic: *Prædam, manubias,* [6] *ſectionem, caſtra denique Cn. Pompeji ſedente imperatore decemviri vendent.* Et infrà itidem duo hæc ſimul junctim poſita dixit: *Ex præda, ex manubiis,* [7] *ex auro coronario.* Ac deinde ad eum convertit, qui manubias eſſe prædam dixerat; &, videturne tibi, inquit, utroque in loco M. Cicero duobus verbis idem, ſicuti tu putas, ſignificantibus ineptè & frigidè eſſe uſus? ac tali joco dignus, quali apud

Ita vero correxit Stephanus, quum libri Gelliani veteres edant MANUBIIS, prout antea fuit editum, & quidem ſicuti nunc, ita etiam infra: quanquam aliquoties pro eadem voce exhibeant Mſſti *manibus*. Gronov.

3 *Manubiæ, præda quæ manu capta eſt*] Aſconius Pædianus in III. contra Verrem auctor eſt, veteres manubias dixiſſe ſpolia quæſita de vivo hoſte nobili per deditionem. Suetonius ſimpliciter pro qualicumque rapina uſurpare videtur nec ab hoſte ſolem, ſed etiam à cive petita: *Sero*, inquit, *ad manubias converſus eſt*, cum de confiſcationibus nullo jure ſubnixis mentionem faceret. Noſter infra vult manubias eſſe pecuniam vel ex hoſte captam, vel ex præda vendita redactam. Et hæc videtur manubiarum propriiſſima ſignificatio; atque ſic manubiæ dicentur, quia ea pecunia eſt ex ſpoliis, quæ manu hoſti ſint detracta. *Oiſ.* Loca Nonii, Iſidori & etymologiam P. Nannii his ab Oiſelio attextam videre poteſ in Etymologico Voſſii, unde noſter deſcripſerat. Sed quod ad vocem attinet, apparet eam dictam formatamque eſſe, ut *excubiæ, exuviæ*, & ſimilia non tam à manu progreſſo derivationis initio, quam ab *manuor*, de quo verbo egit Gellius 16, 7, quod is ex Laberio obſervavit. *Gronov.*

4 *Subſicivo*] V. C. *Succiſivo*. Sed melius ſcribitur *Subſicivo*, prout legitur in antiqua inſcriptione Domitiani, quæ eſt pag. CIↃ LXXXI. n. II. apud Gruterum. Subſicivum autem dicitur, quod ſubſecatur, ſive ſucciditur, de re aliqua latenter demïtur, ut ſubſicivæ horæ, quas ordinariis negotiis veluti clam ſubtrahimus. Vox autem proprie eſt agrimenſorum. *Oiſ.* Sane Mſſ. Reg. Lugd. uterq. Petav. aliique habent plane *ſubſicivo aut tum.* ut rectè edidit Stephanus, quum anteriores *atque* ederent. Cæterum mox habet idem Reg. & Lugd. maj. *ignorem manubiarum interpretationem vulg.* Gronov.

5 *Sectionem*] Id eſt, Redemptionem, ut bene obſervat Salmaſius in De M. U. cap. 18, quem vane deſcripſerat porro Oiſelius.

6 *Ea nos adſcribimus hic*] Codex Reg. Lugd. maj. *ea nos hic adſcripſimus.*

7 *Ex auro coronario*] Aurum coronarium ſupra lib. 5 cap. 6. auctor noſter dixit eſſe *coronas aureas quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur.* Origo ejus ut ſocii & amici victori Imperatori coronas aureas offerrent.

apud Ariſtophanen facetiſſimum comicorum Euripides Æſchylum inſectatus eſt? quum ait,

Δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος.
Ἥκω γὰ εἰς γῆν φησὶ κἀγκατέρχομαι.
Ἥκω δὲ ταυτόν ἐστι τῷ κατέρχομαι.
Νὴ τὸ δί', ὥσπερ εἴτις εἴποι γείτονι,
Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλοι χάρδοπον[a].

Nequaquam verò, inquit ille, talia videntur, quale eſt μάκτρα & χάρδοπος[b]; [8]quæ à poëtis vel oratoribus Græcis noſtriſque celebrandæ & ornandæ rei gratia [9]duobus eadem pluribuſve nominibus frequentantur. Quid igitur, inquit Favorinus, valet hæc repetitio inſtauratioque ejuſdem rei ſub alio nomine, in *manubiis* & in *præda?* num ornat, [10]ut alioqui ſolet, orationem? num eam modulatiorem aptioremque reddit? num onerandi vel exprobrandi criminis cauſſa exaggerationem aliquam ſpecioſam facit? ſicuti in libro ejuſdem M. Tullii, qui de conſtituendo accuſatore eſt, una eademque res pluribus verbis vehementer atque atrociter dicitur: *Sicilia tota, ſi una voce loqueretur, hoc diceret, quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, ſedibus, delubris fuit.* nam [11]quum urbes totas ſemel dixiſſet; ſedes delubraque addidit, quæ ſunt ipſa quoque in urbibus. Item in eodem libro ſimili modo: *Siciliam*, inquit, *provinciam C. Verres per triennium depopulatus eſſe, Siculorum civitates vaſtaſſe, domos exinaniſſe, fana ſpoliaſſe dicitur.* Hæc, quid videtur, quum Siciliam provinciam dixerit, atque etiam inſuper civitates addiderit; domos etiam & fana, quæ infrà poſuit, comprehendiſſet, verba hæc item multa atque varia, *depopulatus eſſe, vaſtaſſe, exinaniſſe, ſpoliaſſe*, nonne unam & eamdem vim in ſeſe habent? ſanè. ſed quia cum dignitate orationis & cum gravi ver-

a *Bis idem nobis dixit ſapiens hic Æſchylus,*
Venio enim ad terram, inquit, & deſcendo.
Aſt venio idem eſt quod deſcendo
Ita per Jovem, ac ſi quis vicino dixerit,
Commoda tu mactram, vel, ſi vis arcam panariam. Exſtant hi verſus apud Ariſtophanem in Ranis Act. 5. Sc. 1.

b *Mactra & arca panaria.*

8 *Quæ à poëtis vel oratoribus*] MS. Reg. *quæ vel à poëtis vel oratoribus.* Sed majus momentum in eo quod ſequitur, ubi idem iſte codex non habet *celebrandæ & ornandæ rei gratia*, verum *venerandæ & orn. r. g.* id quod eſt perquam inexſpectatum, & certe Gellianæ veneris, ut intelligatur, ad venerationem extollendæ, venerabilis reddendæ. Accedit quodammodo, quod XIV, 4 dicit *Severis atque venerandis verborum coloribus.* Gronov.

9 *Duobus eadem pluribuſve nominibus*] Hujus ταυτότητος exempla pulcherrima collegit Voſſius lib. 5. Inſtitut. Orator. cap. 3. §. 10.

10 *Ut alioqui ſolet*] Pro media voce Scheff. habet *aliquos.* ſed Reg. *aliqui.* Unde neſcio quî ſcribit in Lexico Crit. Pareus [*Nunc ornat, ut aliquî ſolet orationem.* Ita & ibi leg. nam in opt. cod. erat ſcriptum *alioqui*] Neſcio quid velint. *Gronovius.*

11 *Quum urbes totas ſemel*] MS. Reg. *quum plures urbes ſemel totas dix.* Idem. 12 *Et*

verborum copia dicuntur, quamquam eadem ferè sint [12] & ex una sententia cooriantur, plura tamen esse existimantur; quoniam & aures & animum sæpius feriunt. Hoc ornatus genus, in crimine uno vocibus multis atque sævis exstruendo, ille jam tunc M. Cato antiquissimus in orationibus suis celebravit, sicuti in illa, quæ inscripta est *De decem hominibus*, quum Thermum accusavit, quòd decem liberos homines eodem tempore interfecisset, hisce verbis eamdem omnibus rem significantibus usus est. quæ, quoniam sunt eloquentiæ Latinæ tunc primùm exorientis lumina quædam sublustria, libitum est ea mihi ὑπομνηματίσεως[a]: *Tuum nefarium facinus pejore facinore operire postulas.* [13] *succidias humanas facis*, [14] *tantas trucidationes facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis, indicta causa, injudicatis, indemnatis.* Item M. Cato in orationis principio, quam dixit in senatu pro Rhodiensibus, quum vellet res nimis prosperas dicere, tribus vocabulis idem sentientibus dixit. verba ejus hæc sunt: *Scio solere pleriſque hominibus in rebus secundis, atque prolixis, atque prosperis animum excellere, atque superbiam, atque ferociam augescere.* Itidem Cato, ex Originum septimo, [15] in oratione quam contra Servium Galbam dixit, compluribus vocabulis super eadem re usus est: [16] *Multa me dehortata sunt huc prodire, anni, ætas, vox, vires, senectus; verumenimverò quum* [17] *tantam rem publicam agier arbitrarer.* Sed ante omnis apud Homerum ejusdem rei atque sententiæ luculenta exaggeratio est:

Ἐχ-

a *Commemorare.*

12 *Et ex una sententia cooriantur*] Hoc credidi esse integrum, utpote quod sic legitur in scriptis. Recentiores ex editis nonnulli omiserunt particulam *ex* vitiose, ut ipse Oiselius. *Gronov.*

13 *Succidias*] Succidia proprie est pars suilla, salita & fumo durata, ac in quotidianos usus in carnario servata. Varro l. 2. de R. R. c. 4. *Qui enim, inquit, fundum colit nostrum, quin sues habeat, & qui non audierit patres nostros dicere, ignavum & sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab lantario, quam ex domestico fundo.* Succidia autem dicta, quia in usum aliquid quotidie inde succiditur. Papias: *Succidiæ, carnes porcorum in usum repositæ: à succidendo sic dictæ.* unde succidiam describens Petronius ait: *Sincipitis vetustissima particula mille plagis dolata.* id est, cui sæpius particula abscissa est. Sed ad alias quoque res unde aliquid succidi potest, transfertur. unde Cicero in Catone hortum *alteram succidiam* appellat. Sic Cato cum Thermum dicit *succidias humanas facere*, id facinoris perpetrati exaggerandi causâ facit, quasi dicat Thermum hominibus instar succidiæ usum fuisse, unde sæpius aliquid succiditur.

14 *Tantas trucidationes*] Codex Reg. *tantam trucidationem*, in quo mox etiam legitur *incondemnatis*, non *indemnatis*, prout paulo ante Gellius dixit *villas inexcultas*, ut decompositis gaudens. *Gron.*

15 *In oratione contra Servium Galbam*] Hanc orationem quam in Origines suas retulit contra Servium Galbam, qui Prætor diripuit Lusitanos, Cato habuit ætatis anno LXXXV. eo ipso, quo è vita excessit, ut testantur Cicero in Bruto, Plinius, Vellejus Paterculus. Lapsus itaque Plutarchus, qui dicit Catonem Servium Galbam accusasse, cum natus erat annos XC.

16 *Multa me dehortata*] Hoc Orationis initium imitatur Sallustius in Jugurtha: *Multa me dehortantur à vobis.*

17 *Tantam rempublicam agier*] Pro eo Regius habet *tantam rem peragier* cum Mem. & Petav. At Lugd. maj. *rempagier arbitr.* minor *rem agier.* Etiam Reg. *arbitraretur.* Gronov.

Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεύς, ἔκ τε κονίης,
Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἱμαγμοῖο, ἔκ τε κυδοίμου [a];

item in alio verſu:

Ὑσμίνας τε, μάχας τε, φόνοι τ', ἀνδροκτασίαι τε [b].

nam quum omnia iſta [18] utrubique multa & continua nomina nihil plus demonſtrent quàm prœlium, hujus tamen rei varia facies delectabiliter ac decorè multis variiſque verbis depicta eſt. Neque non illa quoque apud eumdem poëtam una in duobus verbis ſententia cum egregia ratione repetita eſt. Idæus enim, quum inter Ajacem & Hectorem decertantes armis intercederet, his ad eos verbis uſus eſt:

Μηκέτι παῖδε φίλω πολεμίζετε, μηδὲ μάχεσθε [c].

in quo verſu non oportet videri alterum verbum, idem quod ſuperius ſignificans, ſupplendi numeri cauſa extrinſecus additum & conſarcinatum. eſt enim hoc inane admodum & futile. ſed quum in juvenibus gloriæ ſtudio flagrantibus pervicaciam ferociamque & cupidinem pugnæ [19] leniter tamen ac blandè objurgaret, atrocitatem rei & culpam perſeverandi bis idem dicendo, alio atque alio verbo auxit, inculcavitque, duplexque eadem compellatio admonitionem facit inſtantiorem. Ne illa quidem ejuſdem ſignificationis repetitio ignava & frigida videri debet:

Μητέρες δ' ἄρα Τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόροντε
Ἤρτυον [d]. ——

quod bis idem θάνατον καὶ μόρον [e] dixerit. indignitas enim moliendæ tam acèrbæ tamque injuſtæ necis miranda mortis iteratione defleta eſt. Cæterum quis tam [20] obtuſo ingenio eſt, quin intelligat,

Βάσκ' ἴθι δῦλε Ὄνειρε, καὶ
Βάσκ' ἴθ' Ἶρι ταχεῖα [f],

verba

a *Hectorem autem ex telis ſubduxit Jupiter, extraque pulverem,*
Extraque cædem, extraque ſanguinem, extraque tumultum. Exſtat Ιλιαδ. λ. ψſ. 163.

b *Prœliaque, pugnæque, cædeſque, homicidiaque.* Exſtat Ὀδυσ. α. ψſ. 611.

c *Ne amplius filii dilecti bellate, neque pugnetis.* Exſtat Ιλιαδ. η. ψſ. 279.

d *Pyroi autem Telemacho interitum mortemque Parabant* —— Exſtat Ὀδυσ. υ. ψſ. 241.

e *Interitum & mortem.*

f *Vade, ſomnium pernicioſum.* Exat Ιλιαδ. β. ψſ. 8. ſequitur Βάσκ' ἴθι, &c. quod eſt, *Vade, i Iri celer.* Exſtat Ιλιαδ. Θ. ψſ. 399.

18 *Utrobique multa & continua nomina*] Reg. *multa & cognomina.* Lugd. maj. *multa & connomina.* Gronov.

19 *Leniter tamen ac blande*] Dubium ſane, an id dederit Gellius. Habent quidem ita Petav. & Mem. & Lincoln. Sed Reg. Lugd. maj. Scheff. *leniter tamen ac placide*, quod eſt in editionibus, confirmant: unde Lugd min. omiſit penitus, exhibens *leniter tamen hac objurg.* Schefferinus inſuper *cum juvenibus*, non *cum in juvenibus.* Idem.

20 *Obtuſo ingenio eſt*] Lugd. maj. *obtonſo ingenio ſi*, Reg. *obtunſo ingenio ſit.* Mox *verba idem duo* legunt omnes, non ut edunt inverſo ordine *duo idem.* Idem.

21 *Etiamſi*

verba idem duo significantia non frustrà posita esse ἐν διαλλήλοις a, ut quidam putant, sed hortamentum esse acre imperatæ celeritatis. Verba quoque illa M. Ciceronis in L. Pisonem trigemina, [21] etiam si duræ auris hominibus non placent, non venustatem modò numeris quæsiverunt, sed figuram simulationemque oris [22] pluribus simul vocibus verberaverunt. *Vultus denique*, inquit, *totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit; hic eos quibus erat ignotus decepit, fefellit, induxit.* Quid igitur? simile est, inquit, apud eumdem [23] *in præda & manubiis?* nihil profectò istiusmodi. nam neque ornatius fit additis manubiis; neque exaggeratius modulatiusve: sed aliud omnino *præda* est, ut in libris rerum verborumque veterum scriptum est, aliud *manubiæ*. nam *præda* dicitur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt: *manubiæ* verò appellatæ sunt pecunia à quæstore ex venditione prædæ redacta. utrumque ergo dixit M. Tullius, cumulandæ invidiæ gratia, decemviros ablaturos, persequuturosque & prædam quæ nondum esset venundata, & pecuniam quæ ex venditione prædæ percepta esset. Itaque hæc inscriptio, quam videtis, EX MANUBIEIS, non res corporaque ipsa prædæ demonstrat (nihil enim captum est horum à Trajano ex hostibus) sed facta esse hæc comparataque ex manubiis, id est, ex pecunia prædaticia declarat. *manubiæ* enim sunt, sicuti jam dixi, non præda, sed pecunia per quæstorem populi Romani ex præda vendita contracta. Quod per quæstorem autem dixi, intelligi nunc oportet præfectum ærario significari. nam [24] cura ærarii à quæstoribus ad præfectos tra-

a *Ex geminatione.*

21 *Etiamsi duræ auris hominibus*] Elegans loquendi modus, quoties de ingenio sive judicio alicujus sermo est. Noster hoc libro cap. 19. *Rudis & aure agresti homo.* Sic Martialis lib. 6. epigr. 1. de suo libello ad lectorem, *quem si terseris aure diligenti*, & eod. lib. Epigr. 82.

Cujus nequitias, jocosque novit.
Aurem qui modo non habet Batavam.

Ita Persius Sat. 1. *Vaporata lector mihi ferveat aure.* Dixit *aurem vaporatam* pro lectore studioso, frequenti & fervido. Idem Sat. v. *purgatas aures* pro *animo*. Ois. Vides furtum illaudabile ex Phil. Carolo & Christ. Arnoldo.

22 *Pluribus simul vocibus verberaverunt*] Præstans ille Regius *everberaverunt*, unus is quidem sane, sed instar omnium, & quod ipse Gellius sibi vindicat 1. 23. *Secretum rei & silentium deberi puer affirmans animum ejus ad inquirendum everberat.* Gronov.

23 *In præda & manubiis*] MS. Scheff. *in præda & in manubiis*, quod & ipsum verissime Gelli unum. Sed hinc egregie sequitur in Regio; *Nihil, nihil profecto istiusmodi est.* Idem.

24 *Cura ærarii à quæstoribus ad præfectos ærarii tralata est*] Quod à Nerone primum constitutum videtur. Ille enim ad Præfectos curam tabularum publicarum à quæstoribus transtulit, ut testatur Tacitus lib. 13. Annal. Varie autem administratum est ærarium, & illius sæpius magistratus mutari. Sub libera enim republica primum quæstoribus mandata est illius cura, ut notum ex Pomponio in *l.* 2. §. *deinde. D. de Origine Juris.* Deinde à Julio Cæsare duobus Ædilibus commissum est ærarium, ut ait Dio lib. 43. Rediit tamen modico tempore iterum ad quæstores, & ab iis Augustus ærarii curam ad Prætores Prætoresve transmisit, teste Suetonio in Augusto. Deinde quæstoribus iterum ejus cura à Claudio commissa, ut idem Suetonius in Claudio narrat. Postea Nero Prætura perfunctos & experientia probatos delegit, curamque tabula-

tralata est. Est tamen non nusquam invenire ita scripsisse quosdam non ignobiles scriptores, ut aut temerè aut incuriosè *prædam* pro *manubiis*, & *manubias* pro *præda* posuerint; aut tropica quadam figura mutationem vocabuli fecerint. quod facere concessum est scitè id periteque facientibus. sed enim, qui propriè atque signatè loquuti sunt, sicuti hoc in loco M. Tullius, *manubias* pecuniam dixerunt.

rum pecuniarumque publicarum à quæstoribus ad Præfectos transtulit, ut modo ex Tacito diximus. qui tamen lib. 20. Annal. Vespasiano imperante à Prætoribus denuo ærarium tractatum fuisse scribit. Quare Augusti tempore ærarium à prætoribus, Claudii à quæstoribus, Neronis à Præfectis, Vespasiani à Prætoribus iterum tractatum. Præfectos deinde iterum à Trajano & ab Hadriano restitutos ex Favorini apud Auctorem nostrum verbis clarum est, & ex veteri Inscriptione, qua Plinio Præfectura ærarii à Trajano delata est.

C. PLINIVS. C. F. C. N.
CÆCILIVS. SECVNDVS
PRÆF. ÆRARI. SATVRNI PRÆF.
ÆRARI. MILIT.

Adde sis Brisson. Antiq. Jur. lib. 3 cap. 19. & Guther. de Offic. Dom. August. lib. 3 cap. 32. *Oisel.* Non Oiselius hæc debuit scribere, sed mittere lectorem ad fontem, unde ipse hausit, hoc est, Lipsium ad librum XIII annalium Taciti in Excessu B. ubi iste vir excellens citat in hoc loco Gellii *præfectos*, sed addit [præfectos ita legerim, non *præfectum*] ut ille primus sit, qui pluralem fecerit. Nam quum Aldus aliique amputarent vocem, edendo *præfect.* Gryphii integrarunt *præfectum*. Sed Lipsius nihil novit de voce *ærarii*; quam scire igitur oportet ab primo Stephano fuisse additam: unde autem, ardua & non peragenda conjectura est, quum nonnisi unus codex Scheff. eam habeat: reliqui omnes negent à Gellio vocem *ærarii* in brevitate octo vocabulorum repetitam fuisse, idque probabiliter, & hinc licet posteriores sequuti fuerint Stephanum, etiam nuperrime Prousteus, utique incuriosè, ego vero nequivi Stephano manum dare, sed delevi. *Gronov.*

CAP. XXV.

Verba P. Nigidii, quibus dicit in nomine, Valeri, in casu vocandi primam syllabam acuendam esse: & item alia ex ejusdem verbis ad rectam scripturam pertinentia.

P. Nigidii verba sunt ex commentariorum grammaticorum vicesimo-quarto, hominis in disciplinis doctrinarum omnium præcellentis: *Deinde*, inquit, *voculatio quî poterit servari, si non sciemus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi an vocandi sint? nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est quam prima, deinde novissima dejicitur: at* [1] *in casu vocandi summo tono est prima; deinde gradatim descendunt.* [2] Sic quidem P. Nigidius dici præcipit. Sed si quis nunc Valerium appel-

1 *In casu vocandi summo tono est prima*] Sic ex Nigidii mente pronuntiandum esset *Valeri*. Neque hæc opinio probabilitate sua caruit, quia vel in compositis vel in passis syncopen accentus retroagitur. Prævaluit tamen, ut Auctor noster jam suo tempore factum scribit, ut penultima acueretur *Valeri*. & ratio est, quia vocativi syllaba media, est nominativi antepenultima, quæ cum evadit secunda in vocativo, eadem accentu notatur. Priscianus l. 7. ait *perfecti vocativi accentus* in talibus servari. Perfectum vero vocativum intelligit integrum more veteri *Valerie*. *Si enim non esset abscissio*, inquit, *debuerunt ejusmodi vocativi, i. e. qui in i definentes penultimam correptam habent, antepenultimam acuere, ut Virgili, Mercuri; quod minime licet: nam penultimam acuimus.*

2 *Sic quidem P. Nigidius*] Prænomen in nullo antiquo legitur. *Gronov.*

3 *Unum*

pellans, in casu vocandi, secundùm id præceptum Nigidii acuerit primam, non aberit quin rideatur. Summum autem tonum προσῳδίαν acutam dicit: & quem *accentum* nos dicimus, *voculationem* appellat: & *casum interrogandi* eum dicit, quem nunc nos *genitivum* dicimus. Id quoque in eodem libro Nigidiano animadvertimus. *Si hujus*, inquit, *amici vel hujus magni scribas*, [3] *unum i*, *facito extremam. sin verò hi magnei*, *hi amicei*, *casu multitudinis recto*, *tum ante*, [4] *i*, *scribendum erit*, *e*, *atque idipsum facies in similibus. item si* [5] *hujus terrai scribas*; *i litera sit extrema. si huic terræ*; *per*, *e*, *scribendum est.* [6] *item qui scribit mei studiosus*; *per*, *e*, *&*, *i*, *scribat. at quum mi*; *tum per i unum scribendum est*, *non per e: quia dandi casus est.* Hæc nos auctoritate doctissimi hominis adducti, propter eos qui harum quoque rerum scientiam quærunt, non prætermittenda existimavimus.

3 *Unum i facito extremam*] Mssti concordes in *extremum*. Gronov.

4 *I scribendum erit ante* e] Vide sis hac de re Lipsium De recta Pronunciat. L. L. cap. 8.

5 *Hujus terrai*] Scripti omnes *terræ*. Quod vulgo edunt, non existimo ambigi posse; nec videtur Nigidius de eo quidquam præcipere. Hinc cogitandum.

6 *Item qui scribit mei* &c.] Grassatus fuit in hoc loco H. Stephanus imperiose, nec tamen dicas temere; nisi quod qua fide id fecerit, nec ipse indicat, nec ego assequor. Scripti omnes cum pristinis editis consentiunt in ista: *Item mei qui scribit in casu interrogandi*, *velut cum dicimus mei studiosus*, *per i unum scribat*, *non per e*; *at cum miei*, *tum per e & i scribendum est*, *quia dandi casus est.* Tantum editiones habent *Item mi & mi studiosus.* Cujus saltem memoria exstet. *Gronov.*

CAP. XXVI.

De versibus, quos Virgilius sectatus videtur Homeri ac Parthenii.

[1] PARTHENII poëtæ versus est:

[2] Γλαύκῳ τε Νηρεῖ τε Ἰναλίῳ Μελικέρτῃ.

eum versum Virgilius æmulatus est, itaque fecit duobus vocabulis venustè immutatis parem;

Glau-

a *Glauco, Nereique atque maris genio Melicertæ.*

1 *Parthenii poëtæ*] Floruit hic Parthenius temporibus Ptolemæi Auletæ, qui regnare cœpit Olymp. CLXXIV. an. II.) sive initio principatus Augusti, fuitque Poëta ἐρωτικὸς, utpote qui amatorio argumento se inprimis oblectaret, & Virgilii in Græcis præceptor, ut legimus apud Macrobium lib. 5. Saturn. cap. 17. Ex Suida cognoscimus eum belli Mithridatici tempore captum fuisse; posteaque ob eruditionem manumissum; ac pervenisse usque ad tempora Tiberii Cæsaris; quod Vossius intelligit non de tempore, quo Tiberius imperare, sed quo florere cœpit, ut cum Rhætos & Vindelicos vicit. Plura de Parthenio vide apud Vossium lib. 2 cap. 1. de Histor. Græc. & de Poët. Latin. cap. 8. *Oisi.* Et hæc & quæ de scriptis ejus intertexta importune delevi, patet esse ex Vossio descripta. Interim Suidas non dicit eum manumissum, sed ἠφείθη διὰ τὴν παίδευσιν.

2 Γλαύκῳ, &c.] Sic vett. C. C. legunt. Apud Macrobium vero lib. 5. Saturn. cap. 17. sic legitur,

Γλαύκῳ τε Νηρεῖ τε Ἰνῴῳ Μελικέρτῃ.

Ubi τὸ Ἰνῴῳ videmus, quod etiam Virgilius lib. 1. Georg. ψ. 337. expressit. Quod tamen non convenit cum verbis Auctoris nostri, qui dicit eum hunc versum æmulatum duobus vocabulis immutatis.

Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ.

Sed illi Homerico [3] non sanè re parem neque similem fecit. esse enim videtur Homeri simplicior & sincerior, Virgilii autem νεωτερικώτερον [a], & quodam quasi ferrumine immisso fucatior:

Ταῦρον δ' Αλφείῳ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι [b].

[4] *Taurum Neptuno, taurum tibi* [5] *pulcher Apollo.*

a *Novitatis studiosior.*

b *Taurum autem Alpheo, taurumque Neptuno.* Exstat Iliad. λ. vs. 727.

3 *Non sane re parem*] Ita correxit Stephanus, quum priores darent *rem*, ut est in Lugd. min. quum major & Mem. obtinerent id quod elegit Stephanus. Ex Regio notavit Lambecius *rerum*. Apparent justa, quæ Stephanum huc egerunt, & *res* pro dicto apud antiquos nota. *Gronov.*

4 *Taurum Neptuno*] Exstat lib. 3. Æneid. vs. 128.

5 *Pulcher Apollo*] Familiare hoc poëtis, cum Deos Deasque alloquantur, eos pulchritudinis elogio honorare. Sic Ovidius lib. 15. Metamorph. Æsculapium pulcherrimum, & lib. 5. Trist. Eleg. 4. Bacchum pulcherrimum, item lib. 4. Fastor. Venerem pulcherrimam salutat. Similiter Horatius lib. 1 epist. 16.

—— *pulcha Laverna,*
Da mihi fallere, da justo sanctoque videri.

Et passim hujus generis exempla reperire est. *Oisius.* Sed id totum descripsit ex Phil. Carolo, qui voluit hîc aliquid dicere aliud Gellio, sed quidquid id est, tamen cum eo prorsus convenit. Indicat enim se censere Homericum *simplicitate*, Virgilianum *decoro* insigne esse. Nihil aliud existimatur ab Gellio, & pulchra numina ab veteribus dici solita nemo ne hodiernus quidem ignorare potest, qui paulum modo temporis in eis posuerit. *Gronov.*

CAP. XXVII.

De sententia Panætii philosophi, quam scripsit in libro de officiis secundo; qua hortatur, ut homines ad cavendas injurias in omni loco intenti paratique sint.

LEGEBATUR [1] Panætii philosophi liber de officiis secundus ex tribus illis inclutis libris, quos M. Tullius magno cum studio maximoque opere æmulatus est. [2] ibi scriptum est, cùm multa alia ad bonam frugem ducentia, tum vel maximè, quod esse hærereque in animo debet. id autem est ad hanc fermè sententiam: Vita, inquit, hominum, qui ætatem in medio rerum agunt, ac sibi suisque esse usui volunt; [3] negotia periculaque ex improviso assidua & prope quotidiana fert. [4] ad

1 *Panætii*] Vide notata lib. 12 c. 5.

2 *Ibi scriptum est, &c.*] Stephanus inter locos ob orationis structuram suspectos, non dubitat hunc futurum esse, ubi verbo personali verbi impersonalis usus dari videtur. Unde aliquis forsan hîc legendum censeret: *ibi scripta sunt.* Probum tamen & Gellianum est, ut ex Vett. Codd. hic editum. *Oisius.* Cur futurum dicunt, qui nunquam ante fuit? Cur ex persona alterius sustinent ponere mutationem, quam nullus eorum, qui tot antecesserunt, tentavit? Quum nullus ante Stephanum indicaverit se offensum, cur de posteritate maluit obscœne præcinere? Vix videtur imminere posse id periculum, præsertim ab eo, qui Gellium ordine percensens ad hunc locum veniat memor eorum, quæ habuerat lib. 1 cap. 7 de futuro infinito. *Gronov.*

3 *Negotia periculaque ex improviso assidua & prope quotidiana fert*] Seneca ad Marciam cap. 16. *Plena & infestis variis casibus vita est, à quibus nulli longa pax, vix induciæ sunt.*

4 *Ad*

[4]ad ea cavenda atque declinanda proinde esse oportet animo semper promto atque intento, ut sunt athletarum, [5]qui pancratiæ vocantur. Nam sicuti illi ad certandum vocati projectis alte brachiis consistunt, caputque & os suum [6]manibus oppositis quasi vallo præmœniunt; membraque eorum omnia, priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata: ita animus atque mens viri prudentis, adversus vim & petulantias injuriarum omni in loco atque in tempore prospiciens, debet esse erecta, ardua, [7]septa solidè, expedita, numquam connivens, nusquam aciem suam flectens, consilia cogitationesque contra fortunæ verba, contraque insidias iniquorum, quasi brachia & manus [8]protendens; ne qua in re adversa [9]& repentina incursio imparatis improtectisque nobis oboriatur.

4 *Ad ea cavenda, &c.*] Sic Apulejus Milesiar. lib. XI. ait *cauto circumspecta vitam, quæ variis casibus subjacet, esse muniendam.*

5 *Qui pancratiæ vocantur*] Melius leges *qui pancratiastæ vocantur*. Ois. Ita sane vulgo etiam legebatur in editionibus Gellii. Sed cur hoc melius? Satis constat vulgo sic appellari solitos. Interim tamen sic quoque non melius fore judicavit Stephanus ab ista editionum multitudine discedens atque etiam aliqua dicens de hoc novo pag. 139. Et recte. Nam & Regius & Thuan. & Mem. & Petav. & Uterque Lugdun. & quidquid membranarum queo nominare, exhibent *pancratiæ*, quamvis supra usurpaverit vulgarem appellationem. Liceat nobis hoc etiam ab Gellio discere non per quinque tantum syllabas, sed per quatuor quoque posse exponi id nomen. *Gronov.*

6 *Manibus oppositis*] Ipsa est Ovidii loquutio ex libro IX Metam. *Brachiaque opposui, tenuique à pectore varas In statione manus, & pugnæ membra paravi.* Idem.

7 *Septa solide*] V.C. *septa, solida.* Ois. Attamen Reg. Thuan. Lugd. ut. habent *solide*, quod merito prælatum ab Stephano. Gravior autem nodus in sequentibus, quum Regius & Lugd. maj. habeant *septa solide expedita jam sollicitis nunquam connivens*, Thuan. *vocem sollicite* mox immittat ante participium *flectens*. Sed ex Regio Pater conjiciebat *in sollicitis nunquam conniv.* Gronov.

8 *Protendens*] V. C. *prætendens.* Ois. Immo nostri Mss. præferunt vocalem o.

9 *Et repentina*] Reg. Th. Lugd. uterq. Mem. Pet. & *in repentina.*

CAP. XXVIII.

Quod Quadrigarius, cum multis mortalibus, *dixit; an quid & quantum differret, si dixisset*, cum multis hominibus.

VERBA sunt Claudii Quadrigarii ex annalium ejus tertiodecimo: *Concione dimissa* [1]*Metellus in Capitolium venit cum mortalibus multis. inde domum proficiscitur. tota civitas eum reduxit.* Quum is liber eaque [2]verba M. Frontoni, nobis ei ac plerisque aliis assidentibus, legerentur; & cuidam haud sanè viro indocto videretur *mortalibus multis*,

1 *Metellus*] Sunt qui volunt esse Q. Metellum Macedonicum, fortunatissimum & honoratissimum, qui Consul, Censor, Augur, triumphalis, & duobus lustris princeps Senatus, filios & nepotes habuit consulares & triumphales multos. de quo præter cæteros Vellejus Paterculus lib. 1. & Plinius Natural. Hist. lib. 13 cap. 13.

2 *Verba M. Frontoni*] Prænomen in Lugd. maj. non legitur; etsi id parum refert. Sed Lambecius notavit ex Regio *verba à Frontone*, quod est prorsus notabile, ut is ipse habuerit librum legendum. *Gronov.*

tis, pro *hominibus multis*, ineptè frigideque in hiſtoria, nimiſque id poëticè dixiſſe: tum Fronto illi, cui hoc videbatur, [3] Ain' tu, inquit, aliarum homo rerum judicii elegantiſſimi, *mortalibus multis* ineptum tibi videri & frigidum? nihil autem arbitrare cauſæ fuiſſe, [4] quòd vir modeſtus atque puri ac propè quotidani ſermonis *mortalibus* maluit, quàm *hominibus* dicere? eamdemque credis futuram fuiſſe multitudinis demonſtrationem, ſi *cum multis hominibus*, ac non *cum multis mortalibus* diceret. Ego quidem, inquit, ſic exiſtimo, niſi ſi me ſcriptoris iſtius omniſque antiquæ orationis amor atque veneratio cœco eſſe judicio facit, longe [5] longeque eſſe amplius, prolixius, fortius, in ſignificanda totius propè civitatis multitudine, *mortales* quàm *homines* dixiſſe. namque multorum hominum appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi atque includi poteſt; *multi* autem *mortales* neſcio quo pacto & quodam ſenſu inenarrabili omne fere genus quod in civitate eſt, & ordinum, & ætatium, & ſexus, comprehendunt. quod ſcilicet Quadrigarius, ita ut res erat, ingentem atque promiſcam multitudinem volens oſtendere, *cum multis mortalibus Metellum in Capitolium veniſſe* dixit, ἐμφατικώτερον[a], quàm ſi *cum multis hominibus* dixiſſet. Ea nos omnia, quæ Fronto dixit, quum ita, ut par erat, non approbantes tantùm, ſed admirantes quoque audiremus, Videte tamen, inquit, ne exiſtimetis ſemper atque in omni loco, *mortales multos*, pro *multis hominibus*, eſſe dicendum; ne planè fiat Græcum illud de Varronis ſatura proverbium [6] τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον[b]. Hoc judicium Frontonis, [7] etiam de

a *Expreſſius.* b *In lente unguentum.*

3 *Ain' tu*] V. C. *An tu* & poſt *frigidum*, additur *dicis?* Oiſ. Sed contra meliores Mſſ.

4 *Quod vir modeſtus*] Credimus? ab hac virtute nunc tempus eſt commendare illum ſcriptorem? aut materia ipſa eam laudem admittit? Agitur de more loquendi, quem in hiſtoria tenuit. Itaque licet fœdati ſint codices reliqui omnes, & huc inferciant, quod nequaquam requiritur, lege cum MS. Regio *vir modeſti atque puri ac prope quotidiani*, quæ particulæ ſic quoque in aliis libris efferuntur. In eodem legitur *Nil autem*, quod præter Aldinam & Gryphianas agnoſcunt & alii Mſſ. ut non debuerit temere ex neſcio quibus mutare Stephanus. *Gronovius.*

5 *Atque longe*] Cod. Tor. *longeque.* Oiſ. Et id ipſum eſt in Reg. & Lugd. maj. In aliis habetur *longe atque eſſe.* Omnino reliqui Stephano, quod ipſe elegerat, ut videtur, motus ſimili loco cap. 1. libri ſeq. *& ſupra longe atque longe per infinitum*, quum major fides ſit ex indicio codicis Regii nunc aliter loqui voluiſſe. Illud permirum ſine ulla cauſæ dictione edi ab Stephano *amplius, prolixius, fortius*, quod non reor eſſe in ullo MSto, quum ante illum edita exemplaria habeant *amplius, prolixius, fuſius.* quod ipſum vel *fuſtius* exhibent etiam libri ſcripti. Et certe huc deſideratur non forte genus loquendi, ſed ſimile præcedentibus *amplum & prolixum*, quod optime dicetur *fuſum*; id ſcilicet, ut ſolent liquida, inſinuat per plurima & omnia, ut à nulla ſorte abſtineat. Reg. etiam mox *comprendunt.* Tum & deinde *ea nos omnes, quæ Fronto dixit.* Gronov.

6 Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον] Subaudi, infundis: cum quippiam non ſuo loco ac tempore adhibetur.

7 *Etiam de parvis*] Habent Gellianæ editiones recentes id quoque ab Stephano, quum priores legerent *etiam in parvis.* At Mſſti noſtri ignorant qualemcunque particulam, & tantum habent *etiam parvis*

de parvis minutisque vocabulis, non prætermittendum putavi; [8] ne nos fortè fugeret lateretque subtilior hujuscemodi verborum consideratio.

parvis, quod certè propinquius antiquæ lectioni, quam Stephanicæ. Sed quod mireris, in principio capitis sequentis legit membrana Reg. & Lugd. maj. *de qua nata sunt*, ubi etiam editiones sine ulla ambiguitate exhibent *in qua*, tanquam innuerent illud *in* ibi satis crebro iterari, etiamsi his verbis non sit admixtum. Et certe est, ubi utrique locus est in eadem notione. Interim legebat illic Scheff. *in ea significatione*, *in qua nata*, augens etiam eandem præpositionem. *Gronov.*

8 *Ne nos forte*] An non scripsit auctor *vos?* Composuit enim hæc in liberorum usus, ut ait in præfatione. *Idem.*

CAP. XXIX.

Non hactenus esse faciem, *qua vulgò dicitur.*

ANIMADVERTERE est pleraque verborum Latinorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse vel in aliam longè vel in proximam, eamque decessionem factam esse consuetudine & inscitia temere dicentium, quæ cuimodi sint, non didicerint. sicuti quidam faciem esse hominis putant os tantum & oculos & genas, quod Græci πρόσωπον dicunt: [1] quando facies sit forma omnis, & modus, & factura quædam corporis totius, à faciendo dicta, ut [2] ab aspectu species, & à fingendo figura. itaque Pacuvius in tragœdia, quæ Niptra inscribitur, *faciem* dixit *hominis*, pro corporis longitudine:

Ætate, inquit, *integra*, *feroci ingenio*, *facie procera virum.*

Non solùm autem in hominum corporibus, sed etiam in rerum cujusquemodi aliarum, facies dicitur; nam montis & cœli & maris facies, si tempestivè dicatur, probè dicitur. Sallustii verba sunt ex historia secunda: *Sardinia in Africo mari facie vestigii humani in Orientem quàm in Occidentem latior prominet.* Ecce autem id quoque in mentem venit, quod etiam Plautus [3] in Pœnulo *faciem*, pro totius corporis coloriscque habitu dixit. Verba Plauti hæc sunt:

Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi.
[4] *Statura haud magna, corpore aquilo 'st. ipsa ea 'st.*
Specie venusta, ore parvo atque oculis pernigris.
Formam quidem hercle verbis depinxti probè.

Præ-

1 *Quando facies sit forma omnis, &c.*] Hunc locum more suo descripsit Nonius in v. *faciem.*

2 *Ab aspectu species*] Cur nunc compositum adhiberi debuerit, non assequor, quum ad manum haberet *ab spectu*, etsi descripserit quoque Nonius, & Nonio Gellium jungat Pricæus ad Apuleji Apolog. pag. 89. *Gronov.*

3 *In Pœnulo*] Ex Act. 5. Sc. 2.

4 *Statura haud magna*] Fluctuant editi. Aldus enim & Sebastianus Gryphius habent *non*, quod Antonius aliique cum Stephano mutarunt in nestrum *haud*, quod in nullo MS. apparet, & tam

Præterea memini Quadrigarium [5] in undecimo *faciem* pro ſtatura totiuſque corporis figura dixiſſe.

Reg. quam alii retinent *non*, perinde ac ſi innuerent Gellium citaviſſe memoriter, unde etiam intercideriſ vox *parvo*, quæ & ipſa non exſtat in Regio aliiſque. Certe jam olim notabat Aſcenſius: [In ſecundo quoque verſu legi poteſt *non*, ut habet Gellii codex: quod facile perſpiciet, qui jambici verſus naturam noverit.] *Gronov.*

5 *In undecimo*] Mercerus ad Nonium hic legendum cenſet *in primo*. & locum intelligit ex Manlii pugna cum Gallo, quem Auctor noſter adducit lib. 9 cap. 13. *Nemo audebat propter magnitudinem atque immanitatem facies.* Oiſ. Sed certe ſcripti nulli adjuvant conjecturam viri doctiſſimi. Et ſane ſi illa omnia, quæ in his Noctibus ex Quadrigarii primo Annali adducuntur, vere in iſto expoſita fuerunt, ampliſſimam eſſe debuiſſe ſtatues iſtius libri materiam & diverſiſſima tempora in eum fuiſſe collecta.

CAP. XXX.

Quid ſit in ſatura M. Varronis, caninum prandium.

LAUDABAT venditabatque ſe nuper quiſpiam in libraria ſedens [1] homo ineptè glorioſus, tamquam unus eſſet ſub omni cœlo ſaturarum M. Varronis enarrator; [2] quas partim Cynicas, alii Menippæas appellant. & jaciebat inde quædam non admodum difficilia; ad quæ conjicienda adſpirare poſſe neminem dicebat. Tum fortè ego eum librum ex iſdem ſaturis ferebam, qui [3] ὑδροχρύων inſcriptus eſt. propius igitur acceſſi, &, Noſti, inquam, magiſter, verbum illud ſcilicet [4] è Græcia ve-

1 *Homo inepte glorioſus*] Poſſumus intelligere, & ſic cavet, ne ſcilicet glorioſum accipiamus modo meliore. Interim Reg. & Lugd. maj. *homo ineptus, glorioſus.* Vide an non huc conferant aliquid iſta libri 12 cap. 1. *totam integram.* Nam & Plautus ſic dixit Trinum. 1, 2, 124 *Gregem univerſum voluit totum avertere.* Moſtell. 1, 2. *Sarcire poſſe ædes meas, quin totæ perpetuæ ruant.* Gronov.

2 *Quas partim Cynicas, alii Menippæas*] De Satiris Varronianis vide ſupra lib. 1 cap. 17.

3 Ὑδροχρύων] Vett. editt. *ὕδωρ κρυὸν*, id eſt, *aqua rigens.* Videtur autem Varro hac Satyra inſectatus homines delicatiores, qui in potu utebantur aqua gelida & refrigerata. Veteribus enim in uſu aquam varia atque exquiſita arte, maxime nivibus refrigerare, ut ex Athenæo lib. 3. Deipnoſoph. conſtat. Unde Martialis:

Non potare nivem, ſed aquam potare rigentem
De nive, commenta eſt ingenioſa ſitis. Oiſ. Accipit igitur in hac verſione κρυὸν pro κρυερόν. Ita quidem & hæc nequit probari, & quod magis mireris, hujus vocis Latinam verſionem nulla editio anterior voluit profiteri, & quum unaquæque jactet dictionum Græcarum interpretationem, hæc ſola vox inde exulat, malo certe exemplo. Neque etiam Scaliger in fragmentis Varronianis quidquam affert. Quin neque editiones illæ, quæ exhibent iſtud *ὕδωρ κρυὸν*, tam voluerunt futiles eſſe, ut Oiſeliani ſaporis verſionem efferrent. Unus eſt Prouſteus, qui quum & ipſe ederet ὑδροχρύων, ac nihil aliud noſſet, tantum nefas admittere ſuſtinuit, ut adponeret interpretationem *aqua rigens*, an expectandam ab Pariſiis? Prudentior Reineſius, quum auſus fuiſſet ſcribere lib. 11 Var. 6 *è Varronis ὑδροκρύωνι*, id feſtine tranſcurrit, haud dubie ex inopia. Et certe poterat inde fieri facile ὑδροχρύων. Interim neſcio ſi fideliter illi ex Mſſ. hanc vocem promſerint. Nam ex Petav. video notatum ὑδροκρεων; & utique in Lugd. utroque eſt ΥΔΡΟΚΥΩΝ, quod plane extulit in ſua Antonius Gryphius ὑδροκυων: ſed in Reg. ΥΔΡΟΚΙωΝ, quod pro egregio & veriſſimo intueor affectante Varrone riſum in his titulis, dum comminiſcitur columnam aquatam. *Gronov.*

4 *Egregiam Muſicam* &c.] Ita legunt omnes S. E. & Eraſmus [in enarratione hujus proverbii. At ſi quis paulò accuratius hæc verba penſiret, & cum Græcis unde expreſſa ſunt conferat, facilè deprehendet vocem *egregiam* huic loco malè convenire. Viderat id ex parte H. ST. qui propterea legi maluit: *Noſti, inquam, Magiſter, verbum illud, ſcilicet egregie vetus: Muſicam*, &c. Sed, quod ajunt, lutum luto purgavit. Omnino legendum ex MS. R. *Noſtiò*, in-

vetus; Muſicam, quæ ſit abſcondita, eam eſſe nulli rei? [5]oro ergo te, legas hos verſus pauculos, & proverbii iſtius, quod in his verſibus eſt, ſententiam dicas mihi. Lege, inquit, tu mihi potius, quæ non intelligis, ut ea tibi ego enarrem. Quonam, inquam, pacto legere ego poſſum, quæ non aſſequor: [6]indiſtincta namque fient & confuſa quæ legero, & tuam quoque impedient intentionem. Tunc aliis etiam, qui ibi aderant, compluribus idem comprobantibus deſiderantibuſque, accipit à me librum [7]veterem, fidei ſpectatæ, luculentè ſcriptum. accipit autem inconſtantiſſimo vultu & mœſtiſſimo. [8]ſed quid deinde dicam? non audeo herclè poſtulare, ut id credatur mihi. pueri in ludo rudes, ſi eum librum accepiſſent, non ii magis in legendo deridiculi fuiſſent; ita & ſententias intercidebat, & verba corruptè pronunciabat. red-

inquam, *Magiſter verbum illud ſcilicet è Græcia vetus*: *Muſicam* &c. Græcis enim quondam celebratum adagium: οὐδὲν ὄφελος ἀπορήτου πρὸς ἄφωνος τῆς μουσικῆς; à quibus id poſtea Latini mutuarunt. Ita Suetonius in Nerone, *ſubinde*, inquit, *inter familiares Græcum proverbium jactans: Occultæ muſicæ nullum eſſe reſpectum.* Sed facile fuit pro *è Græcia egregiam* ſubſtituere propter adfinitatem literarum C & G quæ in ſcriptis codicibus ſæpius confunduntur. Adde quod paulo ſit infrequentius dicere, *verbum è Græcia vetus*, pro, *vetus Græcorum proverbium*. Lambecius. Plane ut MS. Reg. ſic quoque Lugdunenſis major habet *è grecia vetus*, quum in minore exſtet *egregiæ vetus*, aliis Mſſ. exhibentibus *egregia vetus*. Ordo enim verborum turbatus fuit ab ſolis edentibus. Ego autem quum in bibliotheca Thuanea conſuluerim codicem MStum, in quo non erat vox iſta *verbum*, ſane etiam carere ea poſſum, imo libenter volo. *Gronov.*

5 *Oro ergo te*] Sic habent ſcripti omnes & editi libri, idque nunc idcirco reſtitui, quum media vocula excidiſſet incurioſe ex editione paterna, quam non debuit cœce imitari Oiſelius. *Gronov.*

6 *Indiſtincta namque fient & confuſa, quæ legero*] Actum egit Oiſelius, dum huic citationi multas voces ſubnectit, quas rapuit vel ex Lipſii Centuria III Miſcellan. epiſt. 39, vel ex Hermanni Hugonis Re Literaria cap. 27, quos deſigno, quoniam inde peti poſſunt, ſi quem guſtus ad ea impellit. Interim Mſſi habent *indiſtincta namque & confuſa fient*. Quin etiam Regius legebat *quæ eque non aſſequor*. Gronov.

7 *Veterem, fidei ſpectatæ*] Non male; & ſunt hæc quotidiana inter doctos. Attamen rurſum MS. Reg. ſed ſolus, *accipit à me librum fidei veterem*. Quin & in Thuan. videbam *ſpectata eſt luc.* An licet igitur cogitare *librum fidei veterem, ſpectatæ & luculente ſcr.*? ut habeat aliquid ab Tacito. Sed & in Lugd. maj. erat *compluribus idem approbantibus*. *Accipit* vero bis exſtat in MS. Reg. ut etiam in omnibus aliis, eoſque fideliter ſequutæ ſunt editiones. Cur igitur ab tantis documentis abiit Stephanus, ut daret *accepit*? Hunc ſic deſolatum debui deſerere. *Idem.*

8 *Sed quid deinde dicam? &c.*] Melius erit, ſi cum Pricæo ad Apuleji Apologiam legas ac diſtinguas, *Sed quod deinde dicam non modo audeo herclè poſtulare, ut id credatur mihi.* Oiſelius. Qui habuit tunc, quum ſcriberet aut dictaret hanc noram, oculos manumque & mentem aliis intentam. Nec enim Pricæus vocem *modo* voluit audacter inſulcire; cujus vocis nulla apud eum litera exſtat, ut eam deleri oporteat. Sufficit reliquum iſtud ſine fulcro codicum veterum ab eo tentari. Neque enim ullus hanc ejus conjecturam juvat, ſicut nec ipſa Gellium. Sed neque ille ipſe multus eſt in firmanda hac diſtinctione aut lectione, ſcribens modo [Membrum periodi prava interpunctione laborat, ſimul tantillo mendo ut abſtergere vix operæ ſit. Duximus commonſtranda autem, ne tam contempſiſſe ea quam ignoraſſe videamur. Scribe & diſtingue igitur ad hanc faciem] Nam iſta continuatio Pricæana eſt inſipidior & interficit omnem ſalem & iſtud acumen, quo ſe ipſe per diſtinctionem interrogatoriam ſuſtinet, quaſi ambigens an vel dicere ſit utile aut oportunum. Proceſſurus enim in ſermone, quo narrare inceperat modum accipiendi libri, repente quaſi & poſt renovatam velut cogitationem revocans quoque linguam ſubjicit *Sed quid deinde dicam?* ut crebro occurrit. Accedit ad magnitudinem infinitam ſtuporis declarandam inexſpectata prorſus imminutio & fraudatio propriæ fidei, quæ meretur certe & debet alia quadam ratione collocari, quam in vulgario loquendi proceſſu. *Gronov.*

reddit igitur mihi librum multis jam ridentibus; &, Vides, inquit, oculos meos ægros assiduisque lucubrationibus prope jam perditos: vix ipsos literarum apices potui comprendere: quum valebo ab oculis, [9] revise ad me, & librum istum tibi totum legam. Rectè, inquam, sit oculis magister tuis. sed, in quo illis nihil opus est, id, rogo te, dicas mihi. *caninum prandium* in hoc loco, quem legisti, quid significat? atque ille egregius nebulo, quasi difficili quæstione perterritus, exsurgit statim: & abiens, Non, inquit, parvam rem quæris. talia ego gratis non doceo. Ejus autem loci, in quo id proverbium est, verba hæc sunt: *Non vides apud* [10] *Mnestheum scribi tria genera esse vini*, [11] *nigrum, album, medium, quod vocant* κιῤῥόν [a]; *novum, vetus, medium. & efficere* [12] *nigrum virus, album urinam*, [13] *medium* πέψιν [b]? *novum refrigerare, vetus calefacere, medium esse prandium caninum?* Quid significet, *prandium caninum*, rem leviculam diu & anxiè quæsivimus. prandium autem abstemium, in quo nihil vini potatur, caninum dicitur, quoniam canis

a *Gilvum.* b *Concoctionem.*

9 *Revise ad me*] Illustrat Doctissimus Juretus ad Symmachum pag. 134.

10 *Mnestheum*] Omne quod ab Oiselio huc fuerat adlatum, futiliter & fallaciter descriptum ex Reinesii libro 11 Var. Lect. c. 6, pro suo venditavit, ita ut se suspicari etiam diceret, quod illic aperte statuit vir iste doctissimus.

11 *Nigrum, album, medium, quod vocant* κιῤῥὸν, *&c.*] Quæ huc collata sunt ab editione Badianâ, unicâ Oiselio placitâ, illic cerni possunt, nihil instaurantia Gellium, quoniam negliguntur codices antiqui, ex quibus patet de melino ne cogitasse quidem Gellium. In Regio cod. nulla mentio Græcæ vocis; sed plura illic omissa erant, opinor, ab iteratione vocis *medium*, ut solet. Lugd. uterque ΚΙΡΡΟΝΕΙ *novum*, vel Κιῤῥονεῖ *novum*, quorum prius est & in Petaviano. Lincoln. κιῤῥὸν *enim novum*, ut credibile sit Græcam vocem esse ab manu auctoris: deque colore, quem denotat, agitur in paterna nota ad 2, 24. Sed etiam patet recte ab Stephano expulsa esse ista *id est gilvum*. Gron.

12 *Nigrum vires*] Sic omnino legendum, cum vet. ed. Veneta A. cIↃ IↃ IX. & Aldina A. cIↃ IↃ XV, item Ascensiana, quod & Mosellanus vidit. Male in vet. edit. Rom. quod & H. Stephanus, & Vir Doctissimus in ultima, quam procuravit, editione retinuere, est, *Nigrum virus*. Nam ipsissima Menesithei verba, quæ Varro innuit, exstant apud Athenæum lib. 1. Deipnosoph. *Ois.* Nisi fallor, suffecerit hæc Oiselii verba protulisse, ut appareat, & quam inepte judicaverit, & quam malevole potuerit agere. Neque enim Gelliana veritas pendet ab editionibus, sed potius multo ab MSStis, qui toties coegerunt Stephanum ab editis discedere; eumque in talibus sequuta fuit editio viri, ut ait, doctissimi. Etenim hoc loco Mssti omnes aut *virus* habent aut *viris*. Non ego id tantum scio & testor de illis, quorum manum novi: sed idem omnes editi, dum in orâ id ferunt. Verum male-doctus Oiselius deceptus fuit per Græca verba, quæ deinde citat, ubi μέλας οἶνος dicitur & θρεπτικώτατος & τροφιμώτατος & δυναμικώτατος, quæ adjectiva is intellexit de corporis bene curati indiciis, unde accederent vires, (quod esse proprium veteris vini dicit Athenæus in verbis ab ipso citatis δύναμιν δὲ τοῖς σώμασιν ἐμποιεῖ,] quum intelligi oportuit de virilitate nutrita & in robur majus redacta. Sed hic homo non norat virus nisi in sequiorem partem & maleficium, quum ex Tertulliano ab aliis jam monstratum sit *genitale virus*. Quare ista vox non potest in dubium vocari. *Gronov.*

13 *Medium* πέψιν] Sive hic *melinum* cum Maserio & Badio legas, sive τὸ *medium*, quod omnes codd. habent, retinere malis, necesse est, intelligas *vinum gilvum*, quod concoctionem juvare modo ex verbis Mnesithei apud Athenæum vidimus; cujus & ista sunt eodem lib. 1. Ὁ δὲ λευκὸς οἶνος, ἀσθενὴς καὶ λεπτός· ὁ κιῤῥὸς πέπτει ῥᾷον, ξηραντικώτερος ὤν. Id est, *Vinum quidem album imbecillum est ac tenue; gilvum vero siccat valentius, & magis concoctionem juvat.*

14 *Ple-*

nis vino caret. quum igitur medium vinum appellasset, quod neque novum esset neque vetus, & [14] plerumque homines ita loquantur, ut omne vinum aut novum esse dicant, aut vetus: nullam vim habere significavit neque novi, neque veteris, quod [15] medium esset; iccircò pro vino non habendum; quia neque refrigeraret, neque calefaceret. *refrigerare* id dicit, quod Græcè ἀναψύξαι dicitur.

14 *Plerumque homines ita loquantur, ut omne vinum aut novum esse dicant aut vetus*] Id verius vero est; & probant ipsa Evangelia, ut apud Lucam v, 38. Αλλα οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον, καὶ ἀμφότεροι συντηροῦνται. Καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν εὐθέως θέλει νέον· λέγει γάρ, ὅτι ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστι. Nulla mentio aut cura vini medii; sed tantum dicitur novum esse aut vetus. Ad hac causam quoque pertinet loquutio solenniter adhiberi solita in festo Meditrinæ, qua exclamabant *Vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor*, tanquam vino medio aut nullo aut prorsus ignoto, quia inusitatum erat. Unde porro patet veritas simul & elegantia explicationis Gellianæ, qua medium, licet vinum esset, non tamen haberetur pro vino, quia nec effectus in eo erat, qui ab vetere aut novo vino solebat existere, nec in loquela de potando solebat proferri, nec de tabernis peti; atque adeo diversum quid & alienum ab vino videretur. Varro igitur hanc consuetudinem perpendens putavit inde jocanti ingenio suo dari materiam, ut istud medium vinum relegaretur ad caninum prandium, prout ipse explicat, in quo potaretur ex more canum, nihil nempe vini. Quod nisi fallor, satis simplex satisque pronum est ad intelligentiam; neque ullus dubito, quin hæc Gelliana explicatio commode processura esset ex argumento ipsius saturæ, modo illa exstaret: nedum ut ab Sciolo traduci debeat pro nimis frigida. Certe alios, quibus ait jam animadversum, Gellium in hujus proverbii explicatione lapsum, ipsos lapsos esse evincet. Sed & parcius licebit vocare proverbium, quod licet sic & Gellio dicatur, utique est solius Varroniani joci, non secus ac Martiali visa res ipsa fuit bene olere & esurire, adeo ut qui non cœnaret, & tamen ungeretur, is videretur illi mortuus. Phil. Carolus autem non explicat antiquitatem, sed tabernarum hodiernarum astus vitiose traducit ad mentem Varronis, quam ipse nequit nosse, quod poterat Gellius: & inprimis ad curam sibi ponere debuerat de vino medio sic inusitato antiquis, ut ne in loquela quidem obtineret. Sufficiat ad turbas esse prandium Centaurorum & Lapitharum. *Gronovius.*

15 *Medium esset: idcirco*] MS. Reg. *quod medium esset, & idcirco*, idque videtur mollius. Mox in eodem scribitur *quod Græce* GR *dicitur*. Etiam in Lugd. maj. *quod Græce ψυχειν dicitur*. Gronov.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER QUARTUSDECIMUS.

CAPUT I.

Dissertatio Favorini philosophi adversus eos, qui Chaldæi appellantur, & ex cœtu motibusque siderum & stellarum [1] *fata se hominum dicturos pollicentur.*

1 *Fata se hominum dicturos*] Verba concinnata ad id, quod in fine capitis scribitur *qui prod. art. futura omnia dicturos se profitentur.* Nunc tamen pronomen in neutro Lugdun. exstat, prout nec appa-

ADVERSUM istos, [2] qui sese Chaldæos seu genethliacos appellant, ac de motu deque positu stellarum dicere posse, quæ futura sunt, profitentur, audivimus quondam Favorinum philosophum Romæ Græcè differentem [3] egregia atque illustri oratione. [4] exercendine autem, anne ostentandi gratia ingenii, an quòd ita serio judicatoque existimaret, non habeo dicere. capita autem locorum argumentorumque quibus usus est, quod ejus meminisse potui, egressus ibi ex auditione properè annotavi; eaque

apparuit in Petav. idque omitti crebrò ab nostro Gellio perinde ut ab aliis, exempla docent; sed eorum instar est in libri VII cap. 18 *quoniam quod facturos dejuraverant non præstitissent*, quod in hanc causam citavit & produxit H. Stephanus in Specimin. Emendat. p. 109. *Gronov.*

2 *Qui sese Chaldæos*] Cicero de Divinat. lib. 2. *Chaldæi non ex artis*, inquit, *sed ex generis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut prædici posset, quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset.* Hi sunt, quos vulgo *Astrologos*, & *Judiciarios*, eorumque vanam professionem *Astrologiam ἀποτελεσματικὴν*, sive *Judiciariam* appellamus. Augustino lib. 4 cap. 1. 4 & 9. Confess. *Planetarii* dicuntur. Olim etiam vulgò, at malè *Mathematici* generali nimis & ipsis minime convenienti nomine, dicti. Noster supra lib. 1 cap. 9. *Vulgus autem, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit.* D. Augustinus lib. 2. de Doctrina Christ. cap. 21. *Qui Genethliaci propter dierum natalium considerationes, nunc autem vulgo Mathematici vocantur.* Quo nomine ut magis specioso & ipsi Chaldæi sese jactarunt, ut testatur Sext. Empiricus lib. 5. adversus Mathemat. ubi ait se isto libro scripturum non adversus Astronomian, *ἀλλὰ πρὸς γενεθλογίαν, ἣν σεμνοτέροις κοσμοῦντες ὀνόμασιν οἱ Χαλδαῖοι, Μαθηματικὴν καὶ Ἀστρολογίας σφᾶς αὐτοὺς ἀπαγορεύσαν. Sed adversus genealogiam, quam Chaldæi magnificis ornantes nominibus, se ipsos Mathematicos appellant & Astrologos.* Hinc etiam in Cod. Theod. & Justinian. *Tit. de Maleficis & Mathematicis*; & Impp. *in l.* 5. ad omnem ambiguitatem vitandam *Chaldæos* & *Mathematicos* conjungunt, & omnem divinandi curiositatem ista lege perpètuo silere jubent. Vocantur etiam *Babylonii* Julio Firmico lib. 2. Astron. cap. 3. unde & *numeri Babylonii* apud Horatium lib. 1. Od. 2. *Nec Babylonios tentaris numeros.*

3 *Egregia atque illustri oratione*] Merito egregia atque illustris hæc Favorini adversus Chaldæos oratio dicenda, ac nescio an in tota antiquitate similis reperiatur, ubi adeo succincte, ac nervose, argumentorumque pondere futilissimæ hujus artis fundamenta evertantur. Quod etiam inter veteres fecit Cicero ex Panætio l. 2. De Divin. & Sextus Empiricus lib. 5. adversus Mathematicos.

4 *Exercendine autem anne ostentandi*] Non opiner ab Gellio tot literas conscriptas fuisse: certe in Mstis ille numerus non reperitur, quorum Regius *exercendi autem non ostentandi*. Lugd. maj. & Petav. *exercendi aut ne ostentandi*, minor *exercendi aut anne ost.* Scheff. *exercendine aut ostent.* quod electum fuit ab editionibus ante Stephanum. Cresollius lib. 3 Theat. Rhet. c. 10 hunc locum citans non aliud agnoscit quam *exercendi vel ostentandi gratia ingenii.* Patrem video cogitavisse *exercendine autem atque ostent.* Sed in tanta differentia nihil est consultius, quam arctissime inhærere libro optimo. Non enim dubitare potuit Gellius, an ab Favorino aliquid fieret ostentandi ingenii gratia: nimis hoc improbum, quam ut in eo supponeretur. Hinc & XVII, 12 in Favorino nihil præterquam disputationes exercendi gratia agnoscit. Sic patet auctorem nunc dedisse *exercendi autem, non ostentandi, gratia ingenii, an quod ita serio jud. ex. non habeo dicere.* Quum vero sic Gellius in conjectura hæreat, Oiselium potes cernere decidentem, opinor, telescopio suo superantem & penetrantem adeo longi temporis intervallum: quasi non illud foret hominum genus, quod in civitate Romana & veritum fuerit semper & retentum, fatente Tacito ipso lib. 1 hist. 22. Hinc licet multi forsan, & vel omnes exercuerint se contra illos, mansit tamen in plerisque imbecillitas. Neque vero dubium est alienos ab Chaldæis fuisse philosophos, neque id ex Cicerone lib. 2 Div. disci demum debet: nota est contumacia Anaxarchi & ratiocinatio circa Alexandrum ingressurum Babylonem, sed quæ tamen maximo Regi admodum fuit calamitosa. Vide Justini librum XII cap. 13. Denique licet exstarent SCta contra hos mathematicos Romæ, tamen non Octavius pater rejicere potuit Nigidium Figulum, non filius Theagenem, non Tiberius Thrasyllum, etsi sub hoc publice expellerentur. *Gronov.*

5 *Disci-*

eaque fuerunt ad hanc fermè ſententiam. [5] Diſciplinam iſtam Chaldæorum tantæ vetuſtatis non eſſe, quantæ videri volunt; neque eos principes ejus auctoreſque eſſe, quos ipſi ferant: ſed id præſtigiarum atque offuciarum genus commentos eſſe homines [6] æruſcatores, & cibum quæſtumque ex mendaciis captantes. atque eos quoniam viderent terrena quædam inter homines ſita [7] cœleſtium rerum ſenſu atque ductu moveri; quale eſt quod oceanus quaſi lunæ comes cum ea ſimul ſeneſcit adoleſcitque; hinc videlicet ſibi argumentum [8] ad perſuadendum paraviſſe, ut crederemus omnia rerum humanarum & parva & maxima, tamquam ſtellis atque ſideribus evincta, duci & regi. Eſſe autem nimis quàm ineptum abſurdumque; ut, quoniam æſtus oceani cum lunæ curriculo congruit, negotium quoque alicujus, quod ei fortè de aquæ ductu cum rivalibus, aut de communi pariete cum vicino apud judicem eſt, ut exiſtimemus id negotium quaſi habena quadam de cœlo vinctum gubernari. quod etſi vi & [9] ratione quapiam divina fieri poteſt; nequaquam id tamen cenſebat in tam brevi exiguoque vitæ ſpatio,

5 *Diſciplinam iſtam Chaldæorum tantæ vetuſtatis non eſſe*] Vett. edd. habent *tantæ venuſtatis*, quod & Nannius lib. 1. Miſcell. cap. 7. explicat *tantæ auctoritatis*. Sed rectiſſimum eſt *tantæ vetuſtatis non eſt*. Jactarunt quippe Chaldæi ad expeditionem Alexandri in Aſiam, elapſa eſſe annorum quadringenta & ſeptuaginta duo millia, ex quo ſidera obſervarunt, ut eſt apud Diodorum Siculum lib. 2. Unde Cicero Panætii auctoritatem ſecutus lib. 2. de Divinat. de Chaldæis: *Nam quod ajunt quadringenta & ſeptuaginta millia annorum in periclitandis, experiundiſque pueris, quicunque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, fallunt. Si enim eſſet factitatum, non eſſet deſitum: neminem autem habemus auctorum, qui aut fieri dicat, aut factum ſciat.* Id autem Chaldæi feciſſe videntur in æmulationem Ægyptiorum, qui quinquaginta annorum millia numerabant, ex quo ſiderum obſervationibus vacarent, & gloriabantur, Chaldæos ſui eſſe coloniam, ut refert Diodorus Siculus lib. 1. Hoc autem Chaldæi pernegabant. Sed quam vana hæc fuerit jactatio, cætera ut omittam, vel ex eo conſtat, quod Simplicius in l. 2. de cœlo, comm. XLVI. ſcribit Chaldæos non plures annos edidiſſe Calliſtheni de vetuſtate gentis percontanti, quam mille nongentos & tres, ad uſque Babylonem ab Alexandro captam. Quos annos ſi retro numeres, non multum ultra Abrahami Patriarchæ tempora excurrent. Denique Hipparchus & Ptolemæus Aſtronomiæ principes, nullas veterum Obſervationes ſiderum afferunt, quam quæ ſub rege Nabuchodonoſore apud Ægyptios Aſſyrioſve factæ fuerint.

6 *Æruſcatores*] Feſtus: *Æruſcare, æra undique, id eſt pecunias colligere.* Apud Auctorem noſtrum ſupra lib. 9 cap. 2. eſt *Æruſcans*, pro eo qui ſtipem undique colligit. Dicitur & *Æſculator*, Græcis χαλκολογις, ut eſt in Gloſſis Cyrilli: χαλκολόγος, *Nummularius*, *Æſculator*. Eædem Gloſſæ & *Æſculor* interpretantur χαλκολογῶ. Hoc facientes hîc dicuntur *Æruſcatores*, & id genus hominum optime hic deſcribitur, cibum quæſtumque ex mendaciis captare; utpote qui planorum inſtar hinc inde vagantes, prædicendique artem jactantes, perinde circa hominum fortunas, eventaque pronunciarent, indeque lucrum captarent, ac jam facit circumforaneum vileque genus hominum, quos vulgò Bohemos & Ægyptios vocant.

7 *Cœleſtium rerum ſenſu atque ductu*] Joſeph. Scaliger ad Manilium legendum ait *cenſu*.

8 *Ad perſuadendum paraviſſe*] Tanquam id nimis foret, hinc in nonnullis codicibus ſcriptum modo *ad ſuadendum*, ut exhibet ipſe Reg. & Lugd. min. Paulo ante reſtitui *atque eos quoniam*, ubi media vocula, ab omnibus Mſſ. agnita, etiam editis, primum elapſa ex Stephani editione, ab cunctis deinceps negligitur, etiam ab ipſo Prouſteo, inique profecto. *Gronov.*

9 *Ratione quapiam divina*] Ex Petaviano notatur *quadam*: ſed id modo anteceſſit. Egregium eſt illud Regii codicis *ratione qua divina*. Idem.

tio, quantovis hominis ingenio comprehendi posse & percipi; sed conjectari pauca quædam, verbo ipsius utar, παχυμερέστερον[a] [10] nullo scientiæ fundo concepta, sed fusa & vaga & arbitraria: qualis longinqua oculorum acies est per intervalla media caligantium. [11] tolli enim, quod maximè inter deos atque homines differt, si homines quoque res omnis post futuras prænoscerent. Ipsam deinde siderum stellarumque observationem, quam esse originem scientiæ suæ prædicarent, haudquaquam putabat liquide consistere. nam si principes Chaldæi, qui in patentibus campis colebant, stellarum motus & vias & discessiones [12] & cœtus intuentes, quid ex iis efficeretur observaverunt; procedat, inquit, hæc sanè disciplina, sed sub ea modo inclinatione cœli, sub qua tunc Chaldæi fuerunt: non enim potest, inquit, ratio Chaldæorum observationis manere, si quis eâ uti velit sub diversis cœli regionibus. nam quanta, inquit, partium circulorumque cœli ex devergentia [13] & convexionibus mundi varietas sit, quis non videt? eædem igitur stellæ, per quas omnia divina humanaque [14] ferri, agi contendunt, sicuti non usquequaque pruinas aut calores cient; sed mutant & variant, tempestatesque eodem in tempore alibi placidas, alibi violentas movent: cur non eventa quoque rerum ac negotiorum alia efficiunt in Chaldæis, alia in Gætulis, alia apud Danubium, alia apud Nilum? [15] Per autem, inquit, inconsequens, ipsum quidem corpus & habitum tam profundi aëris sub alio atque alio cœli curvamine non eumdem manere; in hominum autem negotiis stellas istas opinari idem semper ostendere, si eas ex quacumque

a *Crassius & pinguiori Minerva.*

10 *Nullo scientiæ fundo concepta*] Sic denique ad Mstos redegit hanc lectionem Stephanus, quum priores darent *scientiarum*. Cæterum restat aliquid peculiare in præstantissimo illo codice Regio, ut pro ultima voce exhibeat *captos*, ut haud dubie Gellius scripserit *nullo scientiæ fundo capto*, quod nisi fit, hærere utique, errare & concuti necesse est. *Gronov.*

11 *Tolli enim, quod maxime* &c.] Hoc merum est Pacuvii, quod in fine capitis ponitur ab Gellio, ut Favorino hujus objectionis inventum non debeat attribui, præsertim quum & ulteriores philosophi decreverint futura ignota mortalibus, vel ut Badius ex poeta Nescia mens hominum fati sortisque futuræ. *Idem.*

12 *Et cœtus*] Intelligit Planetarum conjunctiones, quæ Græcis σύνοδοι dicuntur; de quibus paulo post uberius dicendum. Quibus contrariæ *discessiones*, pro qua voce nonnulli Mss. habent *dissensiones*, quod & notavit Scioppius.

13 *Et convexionibus*] Non utemur, credo, codicibus Reg. & Lugd. maj. in quibus est *convexationibus*. Gronov.

14 *Ferri, agi contendunt*] Vett. edd. *fieri contendunt*. Unde quidam leg. *cieri contendunt*. Oiss. Iste quidam est Isaacius Pontanus lib. 3 anal. c. 6 quem vide, à quo id etiam exemplari ejus adscriptum fuit. Interim nec hoc nec illud *ferri agi* se mihi commendare potest: quum Gellius jam non id agat, ut dominantem violentiam perstringere voluerit, qui sensus est in conjunctione istorum verborum, ut notum. Utique in nullo exstant Mss. Itaque spectentur in notis, in contextu quid possint sibi vindicare? Quantum video, Seb. Gryphius eis in margine locum dedit anno 1539, & secutus Antonius 1566. *Gronov.*

15 *Per autem inquit inconsequens.*] Non debet latere in MS. Regio legi, *per autem enim inquit inconsequens* vel pro conjunctione significationis, quam istæ voculæ interdum prorsus eandem obtinent apud auctores. Mox in eodem erat *ostendere sic eas, si quacunque.* Gronov.

16 *Pro*

cumque terra conſpexeris. Præterea mirabatur id cuiquam [16] pro percepto liquere, ſtellas iſtas, quas à Chaldæis & Babyloniis ſive Ægyptiis obſervatas ferunt, (quas multi *erraticas*, Nigidius *errones* vocat) non eſſe plures quam vulgo dicerentur. poſſe enim fieri exiſtimabat, ut & alii quidam planetes pari poteſtate eſſent, ſine quibus recta atque perpetua obſervatio perfici non quiret; [17] neque eos tamen cernere homines poſſint, propter exſuperantiam vel ſplendoris vel altitudinis. Nam & quædam, inquit, ſidera è quibuſdam terris conſpiciuntur, earumque terrarum hominibus nota ſunt; [18] ſed eadem ipſa ex alia omni terra non videntur, & ſunt aliis omnino [19] ignariſſima. [20] atque, ut demus, inquit, & has tantummodò ſtellas, & ex una parte terræ obſervari debuiſſe; quæ tandem finis obſervationis iſtius fuit, & quæ tempora ſatis eſſe viſa ſunt ad percipiendum, quid præmonſtraret [21] aut cœtus ſtellarum, aut circumitus, aut tranſitus? Nam ſi iſto modo cœpta fieri obſervatio eſt, ut animadverteretur quo habitu, quaque forma, quaque poſitura ſtellarum aliquis naſceretur: tum deinceps ab ineunte vita, fortuna ejus, & mores, & ingenium, & circumſtantia rerum negotiorumque, & ad poſtremum finis etiam vitæ [22] exſpectaretur, eaque omnia,

16 *Pro percepto liquere*] Sic omnino legendum. Vulgo non bene *pro præcepto liquere*. Idque ex Cicerone de Fato manifeſtum, ubi inquit: *Etenim ſi divinatio, quibuſnam à perceptis artis proficiſcitur? Percepta appello, quæ dicuntur Græce θεωρήματα. Non enim credo nullo percepto aut cæteros artifices verſari in ſuo munere, aut eos qui Divinatione utuntur futura prædicere. Sunt igitur Aſtrologorum percepta hujuſmodi, &c.* Percepta igitur ſunt obſervata, notata, ſpectata præcepta, & addidit Cicero vocabulum Græcum, Mathematicis uſurpatum, ad ambiguitatem vitandam; cum alioquin voce *percepti* etiam pro quavis comprehenſione & perceptione utatur. *Pro percepto* igitur *liquere* eſt pro ſpectato, certo, & de quo dubitari non debeat, habere.

17 *Neque eos tamen*] Errore typorum contigiſſe vero ſimile eſt, ut media vocula in editionibus nuperis omitteretur, nunc reſtituta. *Gronov.*

18 *Sed eadem ipſa ex alia omnino terra non videntur*] Sic ſidera circa polum Antarcticum nobis inconſpicua ſunt, quemadmodum & degentibus tot gradibus ultra Æquatorem verſus Auſtrum, ſidera circa polum noſtrum conſpici nequeant.

19 *Ignotiſſima*] Sic ed. vett. Steph. vero *ignariſſima*. Oiſ. Ita eſt, & Stephanus addit cauſam, nempe multis vocabulis ob novitatem aut raritatem depravari contigiſſe, quod & in hoc accidiſſe videamus. Quæ ab eo non pronunciantur vane & ſine probationis certæ notitia: ſed quod quum veteres libros variare animadverteret, iſtud tamen deprehenderet in melioribus, prout ſane exſtat in Regio & Lugd. maj. unde non dubitavi repetere, quum Gellius ipſe adſtruat 9, 12. Etiam Ph. Pareus ſcribit in Lex. Crit. quum in hoc loco citaviſſet *ignariſſima* [Sic v. l. vulg. *ignotiſſima*, quod eſt ex gloſſa] nec ſcio quem veterem librum innuat. *Gronov.*

20 *Atque, ut demus*] Sic optime Stephanus emendavit, cum legeretur *atque videmus*. in quibuſdam etiam *atque ut videmus*. Quorum neutrum ſententiæ congruit. *Oiſ.* Scripti tamen meliores habent omnes hoc poſtremum; unde ne quid pereat ab Gellio profectum, duntaxat oportuit fieri *atque uti demus*. In Lincoln. erat *atque videmus*, qui nequit ad illos accedere. Mox Reg. *quî præmonſtraret*. Gronov.

21 *Aut cœtus ſtellarum, aut circumitus, aut tranſitus*] Hoc eſt, quod Græcis diceretur τὰ ἀστέρων σύνοδοι, ἢ περίοδοι, ἢ ἐπεμβάσεις. Per ſtellarum enim cœtus, conjunctiones planetarum intelliguntur; per circumitus, eorum revolutiones, uti per tranſitus eorum à ſe invicem prætergreſſiones; quando ſcilicet planeta poſt conjunctionem cum alio planeta, vel ſtella, ab eo demum ſecedit.

22 *Exſpectaretur*] Cod. Torn. & vet. ed. *ſpectaretur*.

omnia, ut usu venerant, literis mandarentur; ac postea longis temporibus, quum ipsæ illæ eodem in loco, eodemque habitu forent, eadem cæteris quoque eventura existimarentur, [23] qui eodem illo tempore nati fuissent; si isto, inquit, modo observari [24] cœptum est, & ex ea observatione composita quædam disciplina est, nullo id pacto potest procedere. dicant enim, [25] quot tandem annis, vel potius quot sæculis orbis hic observationis perfici quiverit. [26] constare quippe inter astrologos dicebat, stellas istas quas *erraticas* dicerent, quæ esse omnium rerum fatales viderentur, infinito prope & innumerabili numero annorum ad eumdem locum, [27] quum eodem habitu simul omnes profectæ sunt, regredi; ut neque ullus observationis tenor, neque memoriæ ulla effigies literarum tanto ævo potuerint edurare. Atque illud etiam cuimodi esset considerandum putabat; quòd aliud stellarum agmen foret, quo primum tempore conciperetur homo in utero matris, aliud postea quum in decem mensibus proximis in lucem ederetur. quærebatque, quî conveniret diversam super eodem fieri demonstrationem: si, ut ipsi putarent, alius atque alius earumdem stellarum situs atque ductus alias atque alias fortunas daret. sed & nuptiarum tempore, ex quibus liberi quærerentur, atque ipso etiam illo maris atque feminæ coitu, jam declarari

23 *Qui eodem illo tempore*] Equidem dubites, an ita Gellius scripserit, præsertim si noveris, vocem ultimam in MS. Reg. non extare, & subintelligi posse tum *loco*, tum *habitu*: imo vulgatam & nonnihil turbari, quum antecedat modo *temporibus*. Paulo ante *usu venerat* notavit Scioppius. *Gronov.*

24 *Cœptum est & ex ea obs.*] In Regio & Lugd. maj. desideratur copulativa, quæ est in minore, quum editiones efferant *exque ea*. Lincoln. *cœptum est ex ea autem observ.* Agnoscis indolem corruptelæ semper serpentis, quum Gellius dederit *observari cœptum, & ex ea obs. composita quædam disciplina est.* Idem.

25 *Quot tandem annis vel potius quot sæculis*] Verissimum enim est eandem cœli constitutionem ne bis quidem redire etiam post sæcula, non tantum centum, non mille, sed prorsus innumerabilia; imo, ut modo diximus, impossibile esse, ut id unquam imposterum contingat. Nullum itaque Chaldæorum decretum, quod tamen fieri debuerit si placitis eorum standum, ex pluribus consimilibusque experimentis constitui potuerit; cum ipsis non liuerit idem simileve experimentum ne bis quidem peragere.

26 *Constare quidem*] Cod. Tornæs. & vett. *constare quippe.* Ois. Immo non aliter legitur in Mss. nostris omnibus, & debet restitui, quum Stephani mutatio nullam habeat auctoritatem. Contra oratio hæc continet affirmationem de eo quod dixerat annos vel sæcula. Hinc porro, quod omittit Oiselius, nequit Stephano ignosci, quod ediderit *stellas ipsas*, ubi universa codicum scriptorum vetustas exhibet *istas*, quæ vox certe est Gellii, inducentis Favorinum ratiocinantem ab certa quadam & parva stellarum parte, ut inde difficultatem augeat in cunctis. *Gronov.*

27 *Quum eodem habitu simul omnes profectæ sunt, regredi*] Vett. codd. *Cum eodem hab. s. o. unde prof. sunt, regredi.* Ois. Haud dubie locus est interpolatus, quod causata esse videtur magnitudo hujus periodi, & Oiselius profert, quod scivit. Cæterum ita est, ut verbum istud *regredi* nullam queat fidem habere, quia non exstat in ullo codicum antiquorum, quorum auxilio utor, nisi forsan in Scheff. de quo nihil notatum est. Utique libro 3 cap. 10 scribit; *luna, ex quo vestigio profecta est, eodem redit.* Porro istud *inde*, si meos & fratris oculos consulas, non exstat in codice Regio: si Bourdelotii & Lambecii, videntur illi legisse, nec postulo, ut mei præferantur. Habe igitur, quod exsculpere potui: *ad eundem locum, cum eodem habitu simul omnes unde unde profectas jungi*, vel *univi. Cum eodem*

clarari oportere dicebat, certo quodam & neceſſario ſtellarum ordine, quales qualique fortuna homines gignerentur: ac multo etiam antè, quàm pater ipſe atque mater naſcerentur, ex eorum genitura debuiſſe jam tunc proſpici, quinam olim futuri eſſent, quos ii creaturi forent, & ſuprà longè atque longè per infinitum: ut, ſi diſciplina iſta fundamento aliquo veritatis nixa eſt, centeſimo uſque abhinc ſæculo, vel magis primo cœli atque mundi exordio, atque inde jam deinceps, continua ſignificatione, quotiens generis auctores ejuſdem homines naſcerentur, ſtellæ iſtæ præmonſtrare debuerint, qualis qualique fato futurus ſit, quiſquis hodie natus eſt. Quo autem, inquit, pacto credi poteſt, uniuſcujuſque ſtellarum formæ & poſitionis ſortem atque fortunam uni omnino homini certam deſtinatamque eſſe? [28] eamque formam, poſt longiſſima ſæculorum ſpatia, reſtitui, ſi vitæ fortunarumque ejuſdem hominis [29] judicia, in tam brevibus intervallis, per ſingulos majorum ejus gradus, perque infinitum ſucceſſionum ordinem, tam ſæpe ac tam multipliciter eadem ipſa, non eâdem ſtellarum facie denotantur? quod ſi id fieri poteſt, eaque diverſitas atque varietas admittitur per omnis antiquitatis gradus, ad ſignificanda eorum hominum, qui poſt naſcentur, exordia: imparilitas hæc turbat obſervationem, omniſque ratio diſciplinæ confunditur. jam verò [30] id minimè ferendum cenſebat, quod non modò caſus eventaque quæ evenirent extrinſecus, ſed conſilia quoque hominum ipſa [31] & arbitria, & varias voluntates appetitioneſque & declinationes, & fortuitos repentinoſque in leviſſimis rebus animorum impetus receſſuſque, moveri agitarique deſuper è cœlo putarent: tanquam quod fortè ire in balneas volueris, ac deinde nolueris, atque id rurſum volueris, non ex aliqua diſpari variaque animi agitatione, ſed neceſſaria quadam errantium ſiderum reciprocatione contigerit: ut plane homines non, quod dicitur, λογικὰ ζῶα [a], ſed ludicra & ridenda quædam [32] νευρόσπαστα [b] eſſe videantur, ſi nihil ſua ſponte, nihil arbi-

a *Animalia rationalia.*
b *Nervis tracta*, ſive *fidiculis mota.*

eodem habitu eſt in editionibus prioribus, ubi τὸ *cum* præpoſitio eſt. Editio Lugd. Batava anni 1644 mutavit demum in *quum*. Gronov.

28 *Eamque formam*] Scaliger legit *eamque formaturam.*

29 *Judicia*] Cod. Torn. & vett. edd. habent *indicia.*

30 *Id minime ferendum*] Mem. Lugd, min. Pet. *ferundum.* Plane moris Gelliani, unde & VII, 4 editum nunc *in vendundo.* Gronov.

31 *Et arbitria & varias voluntates*] Lugd. maj. *arbitraria.* Sed Reg. *arbitrarias.* Idem.

32 Νευρόσπαστα] Habes hoc loco notam Oiſelii conſarcinatam partim ex citationibus quæ ſolent proferri ad caput XXXIIII Petronii, & larvam illam argenteam, cujus articuli vertebræque locatæ in omnem partem flecterentur, ita ut catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret; partim ex notis Iſaaci Caſauboni ad Perſium & ad Athenæum: quæ omnia melius ibi legentur, & ideo indicaſſe ſic ſufficit

arbitratu suo faciunt; sed [33] ducentibus stellis & aurigantibus. ac si, inquit, potuisset prædici affirmanter, Pyrrhusne rex, an M? Curius prælio victurus esset? cur tandem non de alea quoque, ac de calculis & alveolo audent dicere, [34] quinam ibi ludentium vincat? an videlicet magna sciunt, parva nesciunt: & minora majoribus imperceptiora sunt? sed si magnitudines rerum sibi vindicant, magisque esse perspicuas & facilius comprehendi posse dicunt: Volo, inquit, mihi respondeant, quid in hac totius mundi contemplatione, præstantis naturæ operibus, in tam parvis atque brevibus negotiis fortunisque hominum magnum putent; atque id velim etiam, inquit, ut respondeant: si tam parvum atque rapidum est momentum temporis, in quo homo nascens fatum accipit, ut in eodem illo puncto sub eodem circulo cœli plures simul ad eamdem competentiam nasci non queant: & [35] si iccirco gemini quoque non eadem vitæ sorte sunt, quoniam non eodem temporis puncto editi sunt; peto, inquit, respondeant, cursum illum temporis transvolantis, qui vix cogitatione animi comprehendi potest, quonam pacto aut consulto assequi queant, aut ipsi perspicere & deprehendere: quum in tam præcipiti dierum noctiumque vertigine minima momenta ingentes facere dicant mutationes. Ad postremum autem, & quid esset, quod adversum hoc dici posset, requirebat; quod homines utriusque sexus omnium ætatium, diversis stellarum motibus in vitam editi, regionibus, sub quibus geniti sunt, longè distantibus, omnes tamen isti, aut hiantibus terris, aut labentibus tectis, aut opidorum expugnationibus, aut eadem in navi fluctu obruti, eodem genere mortis, eodemque ictu temporis universi simul interirent. quod scilicet, inquit, numquam eveniret, si momenta nascendi singulis attributa [36] suas unumquodque leges haberent. quod si quædam, inquit, in hominum morte atque

ficit abactis furtivis nugis. Idem vero sensus peti potest ab comparatione imaginis in speculo, in quo visitur imago mire relata, ut similis, ita mobilis, & ad omnem nutum hominis sui morigera; eadem semper contemplantibus æquæva est, ab ineunte pueritia ad obeuntem senectam: tot ætatis vices induit, tam varias habitudines corporis participat: tot vultus ejusdem lætantis vel dolentis imitatur, ut loquitur Apulejus in apologia. *Gronov.*

33 *Ducentibus stellis & aurigantibus*] Electa prorsus verba ad notandam privationem suæ potestatis; in quæ incidisse videtur auctor memor ejus quod scripserat de verbo *vexare* 2, 6. *In verbo vehere inest jam vis quædam alieni arbitrii: non enim sui potens est, qui vehitur.* Idem.

34 *Quinam ibi ludentium vincat?*] Cod. Torn. *Quisnam ibi ludentium vincatur?* Ois. Illud *quinam* nescio vel unde acceperit Stephanus, vel cur prætulerit. Nam alterum apparet in omnibus scriptis. *Gronov.*

35 *Si idcirco gemini quoque non eadem vitæ sorte sunt*, &c.] Apparet eum alludere ad illud Persii ex satira VI. *Geminos horoscope varo Producis genio.* Ad quæ verba quum Casaubonus citet Augustinum ex libro V de Civitate Dei, subodoraris credo lævam Oiselii rationem in eodem huc late adferendo, ut in eo universa nota contineatur. Et is ipse tamen jam olim hîc citatus fuit ab Ascensio. *Gronov.*

36 *Suas unumquodque leges*] Lugdun. uterq. Petav. *unumquidque.* Idem.

37 *Omnium*

atque vita etiam diversis temporibus editorum, per stellarum pares quosdam postea conventus, paria nonnulla & consimilia posse dicunt obtingere: cur non aliquando possint omnia quoque paria usu venire; ut existant per hujuscemodi stellarum concursiones & similitudines Socratæ simul & Antisthenæ, & Platones multi, genere, forma, ingenio, moribus, vita omni & morte pari? quod nequaquam, inquit, prorsus fieri potest. non igitur hac causa probe uti queunt, adversum hominum impares ortus, interitus pares. Illud autem condonare se iis dicebat, quòd non id quoque requireret, si vitæ mortisque hominum rerumque humanarum [37] omnium tempus & ratio & causa in cœlo & apud stellas foret, [38] quid de muscis aut vermiculis aut echinis, multisque aliis minutissimis terra marique animantibus dicerent? [39] an ista quoque isdem, quibus homines, legibus nascerentur, isdemque itidem exstinguerentur: ut aut ranunculis quoque & culicibus nascendi fata sint de cœlestium siderum motibus attributa; aut, si id non putarent, nulla ratio videretur, cur ea siderum vis in hominibus valeret, deficeret in cæteris. Hæc nos sicca & incondita & propemodum jejuna oratione attigimus. at Favorinus, ut hominis ingenium fuit, [40] utque est Græcæ facundiæ copia

37 *Omnium tempus & ratio*] Non male unus Petav. *omnium & tempus & r.* Gronov.

38 *Quid de muscis, &c. multisque aliis minutissimis terra marique animantibus dicerent*] Illustratur hæc quoque Sexti Empirici verbis adversus Astrolog. Ἄλλος δέ τις ἀπορήσει, inquit, κατὰ περὶ τῶν ἀλόγων ζώων. εἰ γὰρ παρὰ τὰς συγκαλλισμὰς τῶν ἀστέρων τὰ κατὰ τὸν βίον ἀποτελέσματα πέφυκεν ἐκβαίνειν, ἐχρῆν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ τῆς ζωδίου μορίῳ, καθ' ὃν ἅμα καὶ ἄνθρωπος γεννηθέντων, τὴν αὐτὴν ἐν ἀμφοτέροις ἀκολουθεῖν τοῦ βίου ἔκβασιν, καὶ μὴ τὸν μὲν ἄνθρωπον, πολλάκις ἐπιφανῶς πολιτευσάμενον περιπεσθαι εἶναι τοῖς δήμοις· τὸν δὲ καθ' ὅλα διὰ παντὸς ἀχθοφορεῖν, ἢ εἰς μύλωνας ἀπάγεσθαι. τοίνυν ἐκ ἔστι πρὸς τὰς τῶν ἀστέρων κινήσεις διοικεῖσθαι τὸν βίον ἢ εἰπερ ἐστιν εὔλογον, ἡμῖν πάντως ἀκατάληπτον. Hoc est, *Dubitabit vero etiam quispiam alius de brutis animantibus. Si enim vitæ eventa & effecta ex stellarum figurarum conformationibus: cum in eadem parte signi simul nati sunt asinus & homo, oportet in utrisque eundem sequi vitæ exitum: & non hominem, cum sæpe præclare gesserit rempublicam, honorari à populis, eisque esse curæ; asinum vero perpetuo ferre onera, aut abduci ad molendinum. Non potest ergo esse, ut vita administretur ex motu astrorum, aut si est consentaneum, id vero à nobis minime potest comprehendi.* Sane si homines tantum considerarent sortem cæterorum animalium, quæ, cum eisdem temporibus, quibus homines plerumque nascantur, fata tamen habeant dissimillima, nihilo secius spectantibus astris, vanissimæ artis fundamentis quamplurimum derogarent.

39 *An ista quoque*] Reg. Lugd. maj. *iste*, ut videtur pro *istæ*, ut in præcedentibus intelligamus *animantes*, non *animantia*. Gronov.

40 *Aut, quæ est Gr.*] Cod. Torn. *utque est Gr.* & ita vett. edd. nisi quod non habeant *est*. Oiſ. Immo sic est etiam in Reg. & Lugd. maj. Ab aliis quidem abest τὸ *est*, sed retinetur *utque*: ut plane non videam auxilium, cui innixus Stephanus ediderit *aut*, unde compulsus fui eum deserere, quum vera lectio etiam magis conveniret. Nam quod ait pag. 115 sic scribendo magis laudari Favorinum, quam ponendo illam disjunctivam particulam, næ id vix intelligo; quum Gellius & Favorinum laudare voluerit & Græcam linguam: nec disjunctiva particula opus est. Majus incertum hæret in antecedentibus, ubi Stephanus edidit *& propemodum una oratione attingimus*, quod sane vidit in codicibus scriptis, prout id exstare scimus in utroque Lugdun. item Mem. & Petav. Quid autem id velit, aut quæ mens fuerit Stephani, non magis assequor, quam ipse declarat notans pag. 124 ita se edidisse, at illud *una* suspectum esse. Credo equidem: neque enim

copia simul & venustas, latius ea & amœniùs & splendidiùs & profluentiùs exsequebatur, atque identidem commonebat, ut caveremus, ne quà nobis isti sycophantæ ad faciendam fidem irreperent, quòd viderentur quædam interdum vera effutire aut spargere. non enim comprensa, inquit, neque definita neque percepta dicunt; sed lubrica atque ambagiosa conjectatione nitentes inter falsa atque vera pedetentim, quasi per tenebras ingredientes, eunt: & aut multa tentando incidunt repentè imprudentes in veritatem; aut ipsorum, qui eos consulunt, multa credulitate ducente, perveniunt callidè ad ea quæ vera sunt: & iccirco videntur in præteritis rebus quàm in futuris veritatem faciliùs imitari. ista tamen omnia, quæ aut temerè aut astutè vera dicant, præ cæteris, inquit, quæ mentiuntur, [41] pars ea non est millesima. Præter hæc autem, quæ dicentem Favorinum audivimus, multa etiam memini poëtarum veterum testimonia; quibus hujuscemodi ambages fallaciosæ confutantur. ex quibus est Pacuvianum illud:

Nam si qui, quæ eventura sunt, provideant;
Æquiparent Jovi.

item Accianum illud;

Nihil, inquit, *credo auguribus, qui aures verbis* [42] *divitant*
Alienas, suas ut auro locupletent domos.

Idem Favorinus, deterrere volens ac depellere adolescentes à genethliacis istis & quibusdam aliis id genus, qui prodigiosis artibus [43] futura omnia dicturos se pollicentur, [44] nullo pacto adeundos esse, consulendosque hujuscemodi argumentis concludebat. Aut adversa, inquit, eventura dicunt, aut prospera. si dicunt prospera, & fallunt, miser fies

enim in illis, quæ mox ut contraria in Favorino prædicat, est aliquid, quod huc videatur respicere. Omnino Stephanus male deseruit codicem Regium, qui solus subvenit exhibendo *propemodum una in oratione* indicans clarissime, ut quidem censeo *propemodum inani oratione attingimus*. Etiam in Regio legitur *sed Favorinus*. Gronov.

41 *Pars ea non est millesima*] Agnosce arbitrium Stephani, qui sic edidit, quum in editis prioribus legatur *non fit mill.* quod ipsum habetur etiam in scriptis aut *fit*; quod quidem postremum longe prætulerim, ut solent in illis, quæ proferuntur cum quadam admiratione vel amplificatione, amare istum modum. Hinc quoque existimavi semper recte legi in codice Regio v, 14. *Sed in iis quæ vel audisse vel legisse sese dicit, fortasseân vitio studioque ostentationis sit loquacior*, non *fit*, ut ibi exstat vulgo. Mox *æquiperentur* notavit Scioppius. *Gronov.*

42 *Divitant*] Divites faciunt; sic Nonius interpretatur, & adducit hunc Accii locum ex Astyanacte, & Turpilii Thrasyleone: -- *Dii me divitant.*

43 *Futura omnia*] Melius legeris *futura omina*. Ois. Sic est, fatuo licet omnia procaci esse. Atqui nulla sunt futura omina, nec possunt esse, quum omen semper sit præsens, & sic tantum intelligatur, ut præmonstret aliquid futurum.

44 *Nullo pacto adeundos esse consulendosque*] Cur Stephanus veritus fuit parere codici Regio, in quo legi sciebat *adeundos eos esse?* Notavit id Bourdelotius, Lambecius, & ipse, qui nequaquam censeo id spurium esse, sed verissimum Gellianæ copiæ. Itaque etiam id didici mox legi in Lugdun. maj. Etiam erat in Thuaneo. *Gronov.*

45 *Spe*]

fies fruſtra exſpectando. ſi adverſa dicunt, & mentiuntur, miſer fies fruſtra timendo. ſin vera reſpondent, eaque ſunt non proſpera, jam inde ex animo miſer fies, antequam è fato fias. ſi felicia promittunt, eaque eventura ſunt, tum planè duo erunt incommoda: & exſpectatio te [45]ſpe ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudii fructum ſpes tibi jam [46]præfloraverit. nullo igitur pacto utendum eſt iſtiuſmodi hominibus res futuras præſagientibus.

45 *Spe*] Ver. ed. *Spei*. Oiſ. Certe id retinent veteres editi, nec opinerab Stephano mutari debuiſſe, quum ſciret id ipſum exſtare etiam in Regio, & plane in Lugd. maj. quum Memm & Petav. habeant *exſpectationis ſpes te ſuſp.* Mihi videtur elegantiſſimum illud *ſpei ſuſpenſum*, cui voci plerumque ſolent addere ablativum; ſed paſſim ludere inter ſecundum & ſextum caſum voluerunt, ut Tacitus XV ann. 53. *Animi validus & corpore ingens.* III hiſt. 53. *Immodicus lingua, obſequii inſolens*, quorum prioris patronus eſt Rhenanus, poſterioris Pichena. *Gronov.*

46 *Præfloraverit*] Cod. Torn. *præflorabit* Vett. edd. *defloraverit*. Oiſ. Sed oportet audire Pricæum ita ſcribentem pag. 197 ad Apuleji apologiam: [Onomaſt. vet. *Præfloro ἀπανθίζω*. fors *προαπανθίζω*. Gellius lib. 14 cap. 2 *fut. g. fructum ſpes tibi jam præfloraverit.* nec ſequendas editiones putem legentes *defloraverit.*] Ita vellicat & vituperat editiones; at eum, qui huc reſtituit *præfloraverit*, immo à quo didicit iſtud decompoſitum *προαπανθίζω*, ingrate non agnoſcit. Peſſimum vitium. Quid quod monet ſero, quum jam Stephani editio Gellium reſtituiſſet, cujus vide notata pag. 124. Tetigit & pater in notis Livianis 37, 58. Non debeo autem tacere, in libro Schefferi exſtare *& futuri gaudii fr.* Gronov.

CAP. II.

Quem in modum diſſeruerit Favorinus conſultus à me ſuper officio judicis.

Quo primùm tempore [1]à prætoribus lectus in judices ſum, ut judicia, quæ appellantur privata, ſuſciperem; libros utriuſque linguæ de officio judicis ſcriptos conquiſivi, ut homo adoleſcens à poëtarum fabulis & à rhetorum epilogis ad judicandas lites vocatus, rem judiciariam, quoniam vocis, ut dicitur, vivæ penuria erat, ex mutis, quod ajunt, magiſtris cognoſcerem. atque [2]in rerum quidem diſſiſſio-

1 *A prætoribus lectus in judices ſum*] Hoc eſt, in Album judicum ſelectorum relatus. Erat enim olim Album, in quod referebantur, quos Prætor, vel cæteri magiſtratus, dirimendis privatis controverſiis operam dare volebant. Unde Seneca de Benefic. lib. 1. *Non poteſt ad hæc Judex ſumi ex turba Selectorum, quem cenſus in album & equeſtris hæreditas miſit.* Et Plinius in præfatione: *Quid te Judicem facis? cum hanc operam condiceres, non eras in hoc albo.* Ex hoc albo à Prætoribus ſumi ſolebant, qui de privatis litigatorum cauſis ſecundum jus civile & propoſitam actionis formulam cognoſcerent, & ſententiam ferrent. Selecti hi judices in Decurias duas tempore Jul. Cæſaris diſtributi; tertiam Decuriam poſt mortem Cæſaris adjeciſſe Antonium, notum ex Cicerone Philipp. V. & X. ubi & eam graviter exagitat. His tribus quartam adjunxit Auguſtus ex inferiori cenſu, quæ Ducenariorum vocaretur, judicaretque de levioribus ſummis, ut ſcribit Suetonius. Deinde & quintam Decuriam adjecit C. Caligula; cum vero Equites precarentur & adjici ſextam, à Servio Galba id eis negatum, ut teſtatur idem Suetonius in eorum Vitis.

2 *In rerum quidem diffiſſionibus*] Magna quædam æmulatio viros doctos invaſit loquendi de verbo *diffindere*, ſed præſcripto quaſi orbe & circuitu, quem non excederent in locis citandis, quum Politianus ſuſtuliſſet ſignum, ut notavit Aſcenſius, etſi diſſentiret Budæus. Loca ſunt ex Digeſtis præci-

fissionibus [3] comperendinationibusque, & aliis quibusdam legitimis ritibus, ex ipsa [4] lege Julia & ex [5] Sabini Massurii & quorumdam aliorum jurisperitorum commentariis commoniti & adminiculati sumus: in his autem, quæ exsistere solent, negotiorum ambagibus, & in ancipiti rationum diversarum circumstantia, nihil quicquam nos hujuscemodi libri juverunt. nam, etsi consilia judicibus ex præsentium causarum statu capienda sunt, generalia tamen quædam prænonita & præcepta sunt, quibus ante causam præmœniri judex, præpararique ad incertos casus futurarum difficultatium debeat, sicut illa mihi tunc accidit inexplicabilis reperiendæ [6] sententiæ ambiguitas. Petebatur apud me pecunia; quæ dicebatur data numerataque. sed qui petebat, [7] neque tabulis neque te-

pue, & Livio, & hic Gellianus. His gyrum suum absolvit Henr. Stephanus pag. 120, satis impudenter, dum non vult agnoscere Politianum. Verum istis ab Torrentio fuit additus ex Festo & Horatio, eaque Torrentiana subnectere huic loco cum Livio & Digestis amavit Oiselius, ut clare patet ex collatione, plane quasi sua, & tanquam judex sedens inter Politianum & Budæum pronunciat hunc deceptum fuisse. Sed & Chr. Colerus ad Valer. Max. 11, 10 & verbum hoc & locum Gellii tangit, sic tamen ut citet quoque Cuiacii Observationes XII, 18. Ita quum appareat sedes singulorum, non est, cur denuo charta maculetur. Defuit viris egregiis notitia exemplarium vetustorum, ex quibus jam verba Gellii sunt satis explanata. Licet enim in codice Regio legatur *diffinitionibus*, ut & in Lincoln. tamen in Lugd. maj. quum sit *diffisionibus*, in min. *difisionibus*, ut vidit etiam in MS. Politianus; ex his omnibus patet in prima syllaba præberi exordia ejus vocis; tum quia in nonnullis vox ea rarior tota descripta recte exstat, probari id specimen debet calami accurate sequentis suum archetypum, ut dubitari ultra nequeat, quin perinde res, sicut dies, dixerint diffindi, & continuæ actiones in Nerone præsertim notatæ, ab aliis quoque interstitione aliqua discerni & interscindi cœperint. Nihil vero agit denique hic quoque personam induens Jac. Gutherius lib. 3 de Jur. Pontif. cap. 14, agnoscens dies diffisos & diffusos, ut diversos, quos nemo Latinus sic docuit aut novit: quorum alteri exstiterint à lege, diffusi à Prætore & ipso jure; tanquam prætoris interventus non esset, quum jure aliquid fieri dicitur: tanquam Gellius, quum jure magistratus & suo arbitrio diffiderit diem, non id fecerit legis imperio. Imo nisi legis imperium adesset & concessisset judici hanc potestatem, exercere eam nequivisset, & quum alter ex litigatoribus morbo sontico laboret, tamen judicis auctoritas accedere debet ad diem diffindendum. *Gronov.*

3 *Comperendinationibusque*] Id est, prolationibus in perendinum, hoc est, tertium diem. Comperendinatio enim erat secunda actio, & sic dicta, quod perendino die ageretur, cujus propria notantur ab Cicerone III. in Verrem.

4 *Lege Julia*] Intellige Legem Juliam Judiciariam, quam C. Julius Cæsar tulit. Is enim, ut scribit Suetonius, Judicia ad duo genera Judicum redegit, Equestris ordinis ac Senatorii, Tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit. Multa præterea hujus legis capita fuere, de ipsorum judicum ætate, dignitate, & conditione, de forma & consuetudine judiciorum publicorum & privatorum. Mentio ejus fieri videtur à Callistrato *l.* 41. *D. de recept. arbitr.* ab Ulpian. *l.* 2. § 1. *D. de judic.* à Paulo *l.* 4. *D. de testib.* à Modestino *l. un. D. de leg. Jul. ambitus.*

5 *Sabini Massurii*] Hujus celeberrimi Jurisconsulti non semel meminit Auctor noster. *Oif.* Cujus nomen nunc in utroque Lugd. editur *Masyrii*, in Reg. *Masirii.*

6 *Scientiæ ambiguitas*] Vett. editt. *Sententiæ ambiguitas.* Quæ lectio Stephano magis arridet. *Oif.* Quare igitur & primus & solus certissimam lectionem & ab editionibus quantum scio omnibus ante eum productam & ab Mssis item omnibus confirmatam suppositia falsa mutavit? Quod mireris; attamen Prousteus τὸ *scientiæ* retinuit, interpretans, præcepta generalia jurisperitorum non sufficiebant ad judicium ferendum; nesciente me, quemadmodum ista conveniant. *Gronov.*

7 *Neque tabulis, neque testibus id factum docebat*] Gellius per tabulas non tantum Chirographarias Syngraphariasque intellexit, sed etiam expensi tabulas & scripturam mensæ, quæ in tabulas quoque ab argentario sive mensario regerebatur, in quibus rationes suas perscribere solitus erat. Omnes igitur

testibus id factum docebat, & argumentis admodum exilibus nitebatur. sed eum constabat virum esse [8] ferme bonum, notæque & expertæ fidei, & vitæ inculpatissimæ: multaque & illustria exempla probitatis sinceritatisque ejus expromebantur. illum autem, unde petebatur, hominem esse non bonæ rei, vitaque turpi & sordida, convictumque vulgò in mendaciis, plenumque esse perfidiarum & fraudum ostendebatur. is tamen cum suis multis patronis [9] clamitabat probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mensæ rationibus, chirographi exhibitione, tabularum obsignatione, testium intercessione. ex quibus omnibus si nulla re probaretur, dimitti jam se oportere, & adversarium [10] de calumnia damnari: quod de utriusque autem vita atque factis diceretur, frustra id fieri atque dici. rem enim de petenda pecunia apud judicem privatum agi, non apud censores de moribus. Tunc ibi amici mei, quos rogaveram in consilium, [11] viri exercitati atque in patrociniis & in operis fori celebres, semperque se circumundique distrahentibus causis festinantes, [12] non sedendum diutius, ac nihil esse du-

tur tunc solemnes debiti, si negaretur, probandi à creditore modos his duobus verbis *tabulis testibusque* complexus est, omnes nimirum, quos speciatim mox diducit & explicat, expensi lationem, mensæ rationes, chirographi exhibitionem, tabularum obsignationem, testiumque interccssionem. *Salmas.* De modo usur. c. XI pag. 474, ubi quum insuper explicet multis & large illos qui sequuntur in Gellio, modos probandi mutui aut debiti, oportet illum à lectore adiri, non in varia frusta discerpi ejus industriam, ut modus chartæ nimium accrescat. Neque Oiselius quidquam attulit, quo illustraretur Salmasius, nec par fuit illi rei.

8 *Ferme bonum*] Id est, facile bonum, ut explicat Badius, quemadmodum in illo Terentii: *Fidelem haud ferme mulieri invenias virum*, id est, non facile. Posses etiam hic legere *famæ bonæ*, vel *famâ bonum*. Ois. Et cur non additur ex Phil. Paræo, pro valde, multum, egregie, qui hoc ipsum & locum Livii descripsit ex Gifanii Observationibus? Nam quod additur *famæ bonæ*, video notavisse patrem ex Scriverio, quod ne dubita fuisse & inspectum Oiselio. Sed nihil videtur mutandum, nec in explicando opus est discedere ab vulgata vocis *ferme* significatione. Nam bonum vix reperit unum millibus è multis hominum consultus Apollo: ita multa ad id requiruntur, ut sciviſle Romanos patet ex conquisitione viri optimi in recipienda Matre Idæa. *Gronov.*

9 *Clamitabat*] Ut rabulæ forenses solent, quibus in more positum vociferationibus forum implere magnisque clamoribus ad ravim usque judicum aures obtundere. Unde & Proclamatores & Clamatores Cicero eos vocat lib. 1. de Oratore. *Non enim Causidicum nescio quem, neque Proclamatorem, neque Rabulam hoc sermone nostro conquirimus.* & lib. 3. de Orat. de Pericle: *At non hunc Clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat.* Latratores etiam Quintilianus appellat lib. 12. Inst. Orator. *Super omnia perit illa, qua plurimum Oratori & auctoritatis & fidei adfert, modestia, si à viro bono in Rabulam, Latratoremque convertitur.*

10 *De calumnia damnari*] Quasi temere & dolose peteret, quod sibi non deberetur. Calumniator enim in jure dicitur, non tantum qui falsa crimina intendit, verum etiam qui temere alicui controversiam movet, &, ut Paulus lib. 1. Recept. Sent. tit. v. ait, qui sciens prudensque negotium alicui per fraudem comparat. Hujus pœna olim jure veteri erat, ut in partem decimam litis mulctaretur, & impensas solveret; ac interdum infamis fieret, quod nimirum violasset jusjurandum, quod conceperat de calumnia, *l. ult. Cod. Hermog. De calumniat.* postea constituta pœna quadrupli ejus pecuniæ quam calumniator acceperat, intra annum, simpli vero post annum, *l.* 1. *D. de calumniator.*

11 *Viri exercitati*] Titulus satis congruus illis, quæ adduntur, unde ab grege codicum veterum etiam servatur & agnoscitur. Sed unus ille Regius, *viri excitati*, quod quidem variis de causis præstantissimum. *Gronov.*

12 *Non sedendum diutius*] Sedere enim Judices

dubium dicebant, quin absolvendus foret, quem accepisse pecuniam nulla probatione sollemni docebatur. Sed enim ego homines quum considerabam, alterum fidei, alterum probri plenum, spurcissimæque vitæ ac [13] defamatissimæ, nequaquam adduci potui ad absolvendum. Jussi igitur [14] diem diffindi, atque inde [15] à subselliis pergo ire ad Favorinum philosophum, quem in eo tempore Romæ plurimum sectabar, atque ei de causa ac [16] de omnibus quæ apud me dicta fuerant, ut res erat, narro omnia, ac peto, ut & ipsum illud in quo hærebam, & cætera etiam quæ observanda mihi forent in officio judicis, faceret me, ut earum rerum essem prudentior. Tum Favorinus, religione illa cunctationis & solicitudinis nostræ comprobatâ, Id quidem, inquit, super quo nunc deliberas, videri potest specie tenui parvaque esse; sed si de omni quoque officio judicis præire tibi me vis, nequaquam est vel loci hujus, vel temporis. est enim disceptatio ista multijugæ & sinuosæ quæstionis, multaque & anxia cura & circumspicientia indigens namque, ut pauca tibi nunc quæstionum capita attingam, jam omnium primum hoc de judicis officio quæritur; si judex forte id sciat, super qua re apud eum litigatur, eaque res uni ei, priusquàm agi cœpta aut in judicium deducta sit, ex alio quodam negotio casuque alio quo cognita liquidò & comperta sit; neque id tamen in agenda causa probatur: [17] oporteatne eum

dicuntur, cum causas cognoscunt. Livius lib. 9. *Sedeo miserrimus pater judex inter duos filios.* Cicero pro Rabirio Postumo: *Vos in A. Gabinium judices sedistis.* Apulejus Apologia: *Quod si modo judices de ista causa sederent.*

13 *Ac defamatissimæ*] Inepte satis in hac voce judicat Stephanus, quum negligens codices antiquos Gellii probat τὸ *deformatus* esse purioris Latinitatis & Ciceronis: non enim inde colligi debet ita hoc etiam loco legendum esse. Quod si τὸ *defamatus* ex Gellii loco alicro profertur, nonne id satis vigoris affert ad nunc quoque credendum libris Mstis omnibus? In omnibus enim sine ulla ambiguitate legitur *defamatissimæ*. Et tamen potuerunt viri docti auteferre Stephanum, profecto iniquissime, & hinc rejeci. Et certe voluit Gellius aliquid diversum priori adjectivo addere; ut quum vita ejus spurca esset rebus, etiam illa talis vulgo noscerctur per famam & sermones. *Gronov.*

14 *Diem diffindi*] Sic legi scias plane in Regio. Thuan. Memm. Lugd. maj. Petav. ut illud jusserit Gellius judex, non *diffundi*, nec ut diffusum dicitur quod in diversis locis constitutum est, ita potest etiam diffusum dici id, quod nequit in divetsis locis esse. *Gronov.*

15 *A subselliis*] Quæ propria erant sedilia minorum magistratuum, ut Quæstorum, Tribunorum, triumvirorum, judicum pedaneorum, & hujusmodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, ut Consules, Prætores, Proconsules & cæteri majores Magistratus, qui jurisdictionem cum imperio habent, sed in subselliis considebant. Suetonius in Claudio: *De majore negotio acturus in curia, medius inter Consulum sellas Tribunitio subsellio sedebat.*

16 *De omnibus*] Cod. Tornæs. & vett. cod. *de hominibus.*

17 *Oporteatne eum secundum ea quæ sciens venit judicare, an secundum ea quæ aguntur?*] Et adhuc hodie tam veteres quam Juniores Jurisconsulti in partes abeunt in hac Controversia decidenda, utrum cum aliud actis probatum reperiatur, aliud judex ipse privatim secum sciat, Judex secundum propriam suam scientiam judicare debeat? Pro hac opinione est Martinus antiquus Glossator; qui conscientiam judicis privatam existimat anteponendam esse actis & probatis; ejusque sententiam ex recentioribus Jurisconsultis etiam sequuntur Corasius *lib.* 4. *Miscell. c.* 20. Franciscus Balduinus ad *tit. Inst. de Offic. Judic.* Oldendorpius lib. *De Æquit. & Jure cap.* 13.

eum ſecundum ea, quæ ſciens venit, judicare, an ſecundùm ea, quæ aguntur. Id etiam, inquit, quæri ſolet, an deceat atque conveniat judici cauſa jam cognita, ſi facultas eſſe videatur componendi negotii, officio pauliſper judicis dilato, [18] communis amicitiæ & quaſi pacificatoris partes recipere. Atque illud amplius ambigi ac dubitari ſcio, debeatne judex inter cognoſcendum ea, [19] quæ dicto quæſitoque opus eſt, dicere & quærere, etiam ſi, cujus ea dici quærique intereſt, neque dicat neque poſtulet. patrocinari enim prorſus hoc eſſe ajunt, non judicare. Præter hæc, ſuper ea quoque re diſſentitur, an ex uſu exque officio ſit judicis, rem cauſamque, de qua cognoſcit, interloquutionibus ſuis ita exprimere conſignareque, ut ante ſententiæ tempus ex his, quæ apud eum in præſens confusè varieque dicuntur, proinde, ut quoquo in loco ac tempore movetur, ſigna & indicia faciat motus atque ſenſus ſui. nam qui judices, inquit, acres atque [20] celeres videntur, non aliter exiſtimant rem, qua de agitur, indagari comprehendique poſſe, niſi is, qui judicat, crebris interrogationibus neceſſariiſque interloquutionibus & ſuos ſenſus aperiat, & litigantium deprehendat. contrà autem, qui ſedatiores & graviores putantur, negant judicem debere ante ſententiam, dum cauſa utrimque agitatur, quotiens aliqua re propoſita motus

cap. 11. Ferdinand. Vaſquius *lib.* 4. *Illuſtr. Controverſ. cap.* 15. Hotomannus *Quæſt. Illuſtr.* 20. Joannes vero etiam antiquus Gloſſator contrariam tuetur opinionem, & judicem ex actis & probatis cenſet judicare debere, non ex conſcientia ſua privata; & hujus ſententia plurimorum Interpretum calculo eſt recepta, quam ſequuntur ex recentioribus Juriſconſultis Alciatus in *c.* 1. *n.* 33. *ext. de off. ordinar.* Clarus in §. *fin. q.* 8. *in fin. & q.* 66. *n.* 2. Cravetta in Tract. *de Antiq. tempor. p.* 1. §. 8. *n.* 11. Menochius lib. 1. *arbitr. quæſt.* 24. *n.* 2. Covarruvias *lib.* 1. *Var. Reſol. cap.* 1. Rebuffus *in repet. l. quod juſſit. n.* 7. *De re judic.* Charondas *lib.* 1. *Veriſimil. cap.* 3. Cujacius *lib.* 12. *Obſerv.* 19. alii. quæ ſententia etiam mihi verior videtur. *Oiſ.* Hinc Salmaſiano exemplari adſcriptum eſt [contrarium eis quæ didicit lib. 2 cap. 4.]

18 *Communis amici & quaſi pacificatoris*] Ipſa commodi leniſque proceſſus venuſtas huc deduxit Stephanum, ut ita ederet, quum ante eum legeretur *amicitiæ*, neque ſcio uſpiam aliter exſtare, ſimul in MSStis, ſimul in editis ante Stephanum: quam concordiam divellere eſt ſtimulo corpus illidere; nec enim proficit, & judicii experientiam inquinat, quum Gellius ſe oblectare voluerit iſta varietate ſubſtantivorum rei & perſonæ, in quibus aſſidue ludit Latina Lingua, unde Gellium ſibi reddidi. Lincoln. quidem efferebat *cominus amicitiæ*. Gronov.

19 *Quæ dicto quæſitoque opus eſt*] Loquendi modus, ut in Salluſtiano illo præcepto: *Conſulto & ubi conſulueris, mature facto opus eſt.* Cod. Tornæſ. leg. *dicto quæſtuque*. At aliæ, ut & Stephani Editio habent: *Quæ dictio quæſtio opus eſt*. Quod Stephanus ait forſan videri poſſe aliquid commune habere cum Plautina hac phraſi:

Sed quid tibi nos mendice homo tactio eſt?

Vulgatam tamen lectionem, quam edimus, Stephanus etiam præfert. *Oiſ.* Immo in Stephani editione manifeſte legitur *quæſtioque opus*. Et quum Stephanus ſcribit hanc aliquid commune habere cum illa, adſcripſit alius exemplari Salmaſiano [Immo nihil] Sane Stephano ſic placuit operam ludere, & fruſtra hanc Erin in medium projecit, ut recte Pricæus in notis ad Apulei apologiam pag. 120 hunc locum citans retinuerit, quod editur. Cæterum mox Reg. *dicere quærere* omiſſa copulativa, quod foret melius. *Gronov.*

20 *Celebres*] Cod. Tornæſ. & Ald. edit. *celeres* Quaſi *judices acres & celeres*, atque *ſedatiores & graviores*, ut re, ita & verbis magis oppoſiti videantur. *Oiſ.* Immo omnes noſtri Mſſ. habent *celeres*, quod hinc reſtitui, defendente etiam iſta *velocitate* prætoris xv, 5. ſupra uſurpavit *celebres*. Gronov.

tus est, totiens significare quid sentiat. eventurum enim ajunt, ut, quia pro varietate propositionum argumentorumque alius atque alius motus animi patiendus est, aliter atque aliter eadem in causa eodemque in tempore sentire & interloqui videatur. Sed de his, inquit, & cæteris hujuscemodi judicialis officii tractatibus, & nos posthac, quum erit otium, dicere quid sentiamus conabimur, & præcepta [21] Ælii Tuberonis super officio judicis, quæ nuperrimè legi, recensebimus. Quod autem ad pecuniam pertinet, quam apud judicem peti dixisti; suadeo herclè tibi, utare M. Catonis prudentissimi viri consilio: qui in oratione, quam [22] pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit, ita esse [23] à majoribus memoriæ traditum observatumque ait, ut si, quod inter duos actum est, neque tabulis neque testibus planum fieri possit; tum apud judicem, qui de ea re cognosceret, uter ex iis vir melior esset quæreretur: &, si pares essent, seu boni pariter seu mali, tum illi, unde petitur, crederetur, ac secundùm eum judicaretur. in hac autem causa, de qua tu ambigis, optimus est qui petit, unde petitur deterrimus; & res est inter duos acta sine testibus. eas igitur & credas ei qui petit; condemnesque eum de quo petitur: quoniam, sicuti dicis, duo pares non sunt, & qui petit, melior est. Hoc quidem mihi tum Favorinus, ut virum philosophum decuit, suasit. Sed majus ego altiusque id esse existimavi, quàm quod meæ ætati & mediocritati conveniret, ut cognovisse & condemnasse de moribus, non de probationibus rei gestæ viderer: ut absolverem tamen [24] inducere in animum non quivi; & propterea

21 *Ælii Tuberonis*] Vide Notas lib. 1 cap. 22.

22 *Pro L. Turio contra Cn. Gellium*] Error est haud dubie typorum in citatione Salmasii pag. 477 & 480 de modo usurarum edentis *Gallium*, quum in appositis semper vocet *Gellium*. Sed nodus asperior est, quum in cod. Reg. nihil apparet nominis *Turio*, ut neque in Lugd. maj. quum in minore, liberrimæ manus scripto, exstet *taturio*, etiam aucta voce; in aliis simpliciter quod editur. Omnino colligo istum Turium petitum esse ex verbis Catonis mox ab auctore allegatis in fine hujus capitis, in quibus tamen potuit orator producere exemplum vel par in materia, quum tractabat in isto orationis loco, pro cujus tamen altero non dicta fuit hæc oratio. *Gronov.*

23 *A majoribus memoriæ traditum*] Hîc legimus verba non Gellii, sed Stephani, qui ita rem concinnavit incitatus ab verbis Catonis, quæ inferius citantur *ego à majoribus memoria sic accepi*, quum in scriptis libris exhibeatur *à majoribus majorum trad.*, unde editores priores fecerant omissa præpositione *moribus majorum*, certe rectius. Usus enim & modus consuetus agendi potest & solet tradi moribus majorum, quos continens perseverantia propagat. Verum & sic id æque ineptum, &, ut videtur, simulatum ex capitis tertii forma, ubi habent libri scripti *à majoribus philosophiæ*. Sed non ut illic bene cessit, ita jam quoque. Non enim dici consuevit traditum memoriæ à majoribus, quod est historiæ opus. Hinc consideranti mihi videtur vetus scriptura clare suppeditare: *à majoribus jam olim traditum*. Gronov.

24 *Inducere animum non quivi*] In Regio tantum legitur *non qui*, altera syllaba omissa; ut videatur dedisse Gellius *non quii*, ut solent illæ duæ vocales concludi in una, sed majore scripta charactere. & capite præcedenti dixit *non quirent* & XV, 1, *non quisse*. Mox & Reg. & omnes alii *judicatu*, prout ante Stephanum, qui nullam dat causam, cur *judicato* ediderit; imo pro isto pugnat pag. 120. Interim sequutus fui Mstos. *Gronov.*

25 *Ju-*

ea [25]juravi mihi [26] non liquere, atque ita judicatu illo solutus sum. Verba ex oratione M. Catonis, cujus commeminit Favorinus, hæc sunt: [27] *Atque ego à majoribus memoria sic accepi: si quis quid alter ab altero peterent, si ambo pares essent, sive boni sive mali essent, quod duo* [28] *res gessissent uti testes non interessent, illi unde petitur ei potiùs credendum esse. nunc si* [29] *sponsionem fecisset Gellius cum Turio*, NI. VIR. MELIOR. ESSET. GELLIUS. QUAM. TURIUS, *nemo, opinor, tam insanus esset, qui judicaret meliorem esse Gellium quàm Turium. si non melior Gellius est Turio, potius oportet credi unde petitur.*

25 *Juravi mihi non liquere*] Stephani editio habet: *Juravi nihil non liquere*. male omnino. Illud autem *Juravi* ex more priscorum judiciorum est, ubi jurati judices sententiam dicebant. Cicero lib. 2. de Finib. *Addebat etiam se in legem Voconiam juratum, contra eam facere non audere.* Salvianus Epistol. 4. *Laturi sententiam judices, qui nihil se nisi ex veritatis officio pronunciaturos esse juraverant; excludere tamen misericordiam nec post sacramenta potuerunt.* Ois. Sunt petita ex Phil. Carolo.

26 *Non liquere*] Idque more & exemplo majorum factum, cujus meminit & Cicero in Cluentiana: *Homines*, inquit, *sapientes ex veteri illa judiciorum disciplina, qui neque absolvere hominem nocentissimum possint, neque eum, de quo orta esset suspicio, pecunia oppugnatum re incognita condemnare nollent:* NON LIQUERE, *dixerunt.* Ejus nota erat NL. ut Condemnationis C. & Absolutionis A. Asconius Pædianus III. in Verrem: *Inter comperendinationem & ampliationem hoc interest, quod comperendinatio ex una tantum re dabatur, cum causam judex non intelligeret. & omnino, si videbatur judicibus bona causa, absolvebant reum: si mala, non statim damnabant, sed hac excusatione parcebant. Nam cum condemnandi nota esset C littera, absolvendi A; ampliandi signum* NL *dabant, quo significabant* NON LIQUERE: *unde Ampliatio nascebatur.*

27 *Atque ego à majoribus memoria sic accepi, &c.*] Salmasius de M. U. cap. XI. versus finem hæc Catonis verba emendatiora, quam vulgo leguntur, adfert, hoc modo: *Atque ego à majoribus memoria sic accepi, si quis quid alter ab altero peterent, sive ambo pares essent, sive boni, sive mali essent, quod duo res gessissent, ubi testes non interessent, illi unde petitur potius credendum esse.* Ubi etiam totam hanc quæstionem latius discutit & contra Favorini sententiam pronunciat. *Ois.* Quæ omnia illic legi possunt. Cæterum in hac mutatione egregium est illud *peterent*, idque venit ex optimis & cunctis Mss. qui in promtu sunt: ut merito in contextum admiserint; sicut contra jure neglexerunt illud *sive ambo pares*, etsi placitum Stephano, quum in nullo sit MSto, & ubique *si ambo* legatur. Verba autem illa *quod duo res gess. ubi testes non interessent* sunt prætermissa ab librario codicis Regii. in Lincoln. neglecta erant *uti testes non interessent*. sed in aliis retinetur *uti*, quod recte se habet. Jam vero pessime agit Salmasius, quum expellit vocem *ei*, quam adeo libenter Latini pro pleonasmo interponunt, ut sæpius jam probatum. Hæc decuerat annotari ab Oiselio, potius quam scribere velut per omnia adsentientem ab Salmasio adferri hæc emendatiora. *Gronov.*

28 *Res gessissent*] Hoc est, contraxissent. Rei enim appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet, ut ait Ulpianus *l. 6. D. de V. S.* J. Rutgersius lib. 5. Var. Lect. cap. 16. legit, *quod duo rei gessissent.* id est, tam credendi, quam debendi reus.

29 *Sponsionem fecisset Gellius cum Turio*] Hæc verba præbent exploratam fidem codicis Regii, ut quæ emineat super alios, in quibus quum ita legatur ut vulgo edi vides, tum ille solus offert *fecissent*, quod agnoscis conveniens Gellianæ curæ, illustraturque in notis paternis ad Senecæ Controversias num. 13, unde patet quam industrie & crebro ista loquutio fuerit violata, etiam allato Claudii loco ex auctore nostro IX, 1, cui profecto addidisset hunc ipsum, si potuisset habere in promtu, à quo illum avertit scævitas Lambecii & Bourdelotii, quorum neuter annotavit. *Gronov.*

CAP. III.

An æmuli offensique inter sese fuerint Xenophon & Plato.

Qui

QUI de Xenophontis Platonisque vita & moribus pleraque omnia exquisitissimè scripsere, [1] non afuisse ab eis motus quosdam tacitos & occultos simultatis æmulationisque mutuæ putaverunt: & ejus rei [2] argumenta quædam conjectatoria ex eorum scriptis protulerunt. ea sunt profectò hujuscemodi: quòd [3] neque à Platone in tot numero libris mentio usquam facta sit Xenophontis, [4] neque item contrà ab eo in suis libris Platonis; quamquam uterque, ac maximè Plato, complurium Socratis sectatorum in sermonibus, quos scripsit, commeminerit. Id etiam esse [5] non sinceræ neque amicæ voluntatis indicium crediderunt, quòd Xenophon incluto illi operi Platonis, quod de optimo statu reipublicæ civitatisque administrandæ scriptum est, lectis ex eo duobus ferè libris, qui primi in vulgus exierant, opposuit contra [6] conscripsitque diversum regiæ administrationis genus, quod παιδείας Κύρ[7]

1 *Non abfuisse ab eis motus quosdam tacitos & occultos simultatis, &c.*] In hoc ulcere tam multis placuit exercere ungues, ut Oiselius utique corradere eadem ista ad augendas Gellii chartas nequaquam debuerit. Satis fædum hoc apparet in Menagii Observationibus ad Diogenis Laertii librum II num. 57 describentis, ubi potest, ea quæ collegit G. J. Vossius de Historicis Græcis lib. I cap. 5. Inde illa omnia petes, qui tamen & ipse non omisit, id quod notaverat lib. 5 Var. Lect. c. 14 Muretus Platonem à Xenophonte memorari, sine mentione Mureti pro suo jactare, non aliter ac si vel cum suæ famæ detrimento Menagius inferias Mureto, deliciis suis, dare voluisset ignorando Vossio, sicut hic Muretum. Sunt hæ imbecillitates, & quantum licet, fugiendæ. Omnino audias & rideas Menagium. Ille non modo scribit ad vitam Xenophontis [An æmuli offensique inter sese fuerint Xenophon & Plato, vide Gellium egregie differentem lib. XIV cap. 3. Negat ille: in quo fallitur. qua de re videndus Athenæus lib. XI] Iterum ad vitam Platonis [Fallitur ergo Gellius, qui loco supra memorato negat à Xenophonte Platonis ullam unquam factam esse mentionem] Fallitur ipse, si putat hoc esse bonas literas tractare. *Gronov.*

2 *Argumenta quædam conjectatoria*] Sic edidit Stephanus, quum in editionibus darent *conjectatorie*, quod etiam quidem est in nonnullis Mstis, ut Lugd. min. Lincoln. Petav. quum in Scheff. *conjectatone*. Sed & illud à Stephano adscitum conspexi in Thuan. Cæterum notatu dignissimum est in Reg. & Lugd. maj. exstare *conjectaria*. Non aliter ac si Gellius judicasset dicta Latine fuisse *conjectaria* & *conjectanea*, perinde ut *extraneus* dicitur & *extrarius*. Etiam meminimus I, 7 occurrere *manifestarius*. Idem.

3 *Neque à Platone*] Sic Athenæus lib. IX. Καὶ τῷ περὶ ψυχῆς δὲ ὁ Πλάτων καλλεγόμενος ἕκαστον τῶν παρατυχόντων ἐδὲ κατὰ μικρὸν τὸ Ξενοφῶντος μέμνηται. Id est, *Præterea libro suo de Anima*, (Phædonem designat) *Plato eos qui adfuerunt omnes sigillatim commemorans, ne verbum quidem fecit de Xenophonte.*

4 *Neque item contra ab eo in suis libris Platonis*] Certe inter Socraticorum Epistolas à Leone Allatio primum in lucem protractas, Xenophontis habetur epistola, ubi Platonis mentio fit. Sic enim Epistol. 13. quæ Xenophontis nomen præfert: Ἤδη δέ μοι καὶ Πλάτωνος περιέπεσε σύγγραμμα τοιοῦτον, ὅπερ τέκνημα ἦν τοῦ Σωκράτους, καὶ διαλεξίς τις ἐφαύλη πρός τινας. Id est, *Jam mihi Platonis etiam non dissimilis commentarius, in quo nomen Socratis, colloquiumque non ingratum, cum quibusdam in manus venit.* In sequentibus etiam hujus epistolæ non obscura æmulationis indicia in Platonem habentur.

5 *Non sinceræ neque amicæ voluntatis*] Hic iterum singularis est codex Regius, dum ignorat voculam *neque*. haud dubie significans in archetypo quod sequebatur exstitisse *non sincere amicæ voluntatis*. Sed neque in sequentibus verbis *usque adeo permotum* agnoscit medium. Quod mirum est pro illis *incluto illi operi Platonis* videbam in Regio, Thuan. Mem. Petav. Lugd. utroque primum esse *illo;* deinde in Thuan. & Lugd. maj. efferri *illo pi* (lineola per pedem literæ p trajecta) *Platonos*, quasi innuerent *inclito illo* περὶ Πλάτωνος. Gronov.

6 *Scripsitque*] Cod. Tornæs. & vert. edd. *conscripsitque*. Ois. Rationes Stephani sic amputantis præpositionem ab hoc verbo non intelligo, quum in omnibus, quos novi, scriptis manu libris exstet, unde ego reposui. *Gronov.*

7 *Re-*

Κύρε inscriptum est. eo facto scriptoque ejus usque adeò permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in libro, mentione Cyri regis habita, [7] retractandi levandique ejus operis gratia, virum quidem Cyrum gnavum & strenuum fuisse dixerit; παιδείας δ' οὐκ ὀρθῶς ἥφθαι τὸ πρῶτον. hæc enim verba sunt de Cyro Platonis. Præterea putant id quoque ad ista, quæ dixi, accedere: quòd Xenophon in libris, quos dictorum atque factorum Socratis commentarios composuit, [8] negat Socratem de cœli atque naturæ causis rationibusque umquam disputavisse; ac ne disciplinas quidem cæteras, [9] quæ μαθήματα Græci appellant, [10] quæ ad bene beateque vivendum non [11] pergerent, aut attigisse aut comprobasse: iccircoque turpiter eos mentiri dicit, [12] qui dissertationes istiusmodi Socrati attribuerent. hoc autem, inquiunt, Xenophon quum scripsit, Platonem videlicet notavit: in cujus libris [13] Socrates physica & mu-

7 *Retractandi levandique*] Est omnino suppositum, licet vulgata codicum cohors conspiret cum editis. Res ipsa dictat. Quid enim tantum affertur ab verbo primore? Sed clare indicat codex Regius, in quo est *ret paciandi*, quod totidem apicibus exhibet quoque Lugd. maj. Ne diu id circumlambam, aut discedam in alia, quæ menti meæ objecta fuerunt; vides in eo scripto manifeste latere verbum *respaciandi*, quod Scaliger ibat restitutum Elegiæ in obitum Mæcenatis. Nec tamen hîc ferri potest ea notio, quam Scaliger assignat, finire curriculum & spatium suum, quod plane hinc alienum, sed velut contrarii cursus instituendi & occurrendi obsistendique in spatio & ferendæ diversæ opinionis, per quam iste liber traduceretur pro mendaci. Forsan tamen latuerit aliud, quod tu vide. *Gronov.*

8 *Negat Socratem de cœli atque naturæ causis rationibusque unquam disputavisse*] Designat Gellius locum Xenophontis, qui satis longus exstat lib. 1. Memorabilium, ubi inquit: *Οὐδεὶς οὔτε πώποτε Σωκράτους ἤδειν ἀσεβές, οὐδὲ ἀνόσιον, οὔτε πράττοντα εἶδεν, οὔτε λέγοντος ἤκουσεν. οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως ἦπερ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι διελέγετο, σκοπῶν ὅτως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔφυ, καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίνεται τῶν οὐρανίων. ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἐπεδείκνυε*, &c. Id est, *Nemo vero unquam Socratem impii quidquam aut nefandi vel designare vidit, vel audivit dicere. Nec enim de rerum omnium natura sic differebat, uti complures alii, nimirum considerans, quo pacto is, qui à professoribus sapientiæ mundus appellatur, ortus sit: quibusque de causis necessariis singulæ res cœlestes fiant. Imo eos qui his rebus occuparentur, fatuos esse demonstrabat.* Videsis & reliqua quæ sequuntur.

9 *Quæ μαθήματα Græci*] Ut jam dixit lib. 1 cap. 9.

10 *Quæ ad bene beateque vivendum non pergerent*] Majorem lucem hæc accipiunt ab istis Ciceronis, qui lib. 1. Tuscul. Quæstion. inquit: *Socrates mihi videtur, id quod constat inter omnes, primus à rebus occultis, & ab ipsâ naturâ involutis, in quibus omnes ante eum Philosophi occupati fuerunt, avocavisse Philosophiam, & ad vitam communem adduxisse, ut de virtutibus & vitiis, omninoque de bonis rebus & malis quæreret, cœlestia autem aut procul à nostra cognitione censeret, vel si maxime cognata essent, nihil tamen ad bene vivendum conferre.* Et lib. 5. *Socrates autem primus Philosophiam devocavit è cœlo & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit, & coëgit de vita & moribus rebusque bonis & malis quærere.*

11 *Pergerent*] Vett. codd. *pertinerent*. Oisius. Dubium denuo, quos intelligat. Nam Mssti quidem omnino exigunt *pergerent*, quod editiones inscite mutaverunt egregie reparatum fuit ab Stephano. *Gronov.*

12 *Qui dissertationes hujusmodi Socrati attribuerunt*] Faciunt huc, quæ habet Laërtius in Platone: Φασὶ δέ τινες καὶ Σωκράτην ἀκέσαντα τὴν Λύσιν ἀναγιγνώσκοντος Πλάτωνος, Ἡράκλεις, εἰπεῖν, ὡς πολλά μοι κατεψεύσθη ὁ νεανίσκος· οὐκ ὀλίγα γὰρ ὧν οὐκ εἴρηκε Σωκράτης, γέγραφεν ἀνήρ. *Ferunt etiam Socratem, cum Platonem Lysim recitantem audisset, Prob Hercules, exclamavisse, quam multa de me adolescentulus mentitur? non pauca enim quæ Socrates nunquam dixit, vir ille literis mandavit.*

13 *Socrates de physica & Mus. & geometria disserit*] Sic apparet Gellium ex pravis codicibus esse editum, prout hæc lectio in vulgato grege Mssto-rum etiam occurrit. Verum eximie membrana Re-

& muſica & geometrica differit. Sed enim de viris optimis & gravisſimis ſi credendum hoc aut ſuſpicandum fuit ; [14] cauſam equidem eſſe arbitror non obtrectationis, nec invidiæ, neque de gloriâ majore pariendâ certationis : [15] hæc enim procul à moribus philoſophiæ abſunt, in quibus illi duo omnium judicio excelluerunt. quæ igitur eſt opinionis iſtius ratio? hæc profecto eſt, æquiperatio ipſa plerumque & paritas virtutum inter ſeſe conſimilium, etiam ſi contentionis ſtudium & voluntas abeſt, ſpeciem tamen æmulationis creat. nam quum ingenia quædam magna duorum pluriumve in ejuſdem rei ſtudio illuſtrium, aut pari ſunt fama, aut proxima: [16] oritur apud diverſos [17] fautores eorum induſtriæ laudiſque æſtimandæ contentio. tum poſteà ex alieno certamine ad eos quoque ipſos contagium certationis adſpirat, curſuſque eorum [18] ad eamdem virtutis calcem pergentium, quando eſt compar vel ambiguus, in æmulandi ſuſpiciones non ſuo, ſed faventium ſtudio delabitur. proinde igitur & Xenophon & Plato, Socraticæ amœnitatis duo lumina, certare æmularique inter ſeſe exiſtimati ſunt; quia de iis apud alios, uter eſſet exſuperantior, certabatur; & quia duæ eminentiæ, quum ſimul junctæ in arduum nituntur, ſimulacrum quoddam contentionis æmulæ pariunt.

gia & Thuan. & Lugd. maj. *Socrates phyſica & muſica & geometrica differit*, prout in talibus amaverunt plurale neutrum. Et quam libenter hoc ſciviſſet pater, quum ſcripſit libri ſecundi Obſervationum caput ſecundum? Ego certe nequivi cunctari, quin Gellio ſuum redderem. *Gronov.*

14 *Cauſam equidem arbitror non obtrectationis, nec invidiæ, &c.*] Quamvis Gellius hic, quæcunque veteres de Platonis & Xenophontis æmulatione, offenſoque inter ſeſe animo, tradiderunt, in meliorem partem interpretari, eaque elevare conetur; tamen ex ante notatis nimis quam manifeſtum eſt, eos invidiæ & æmulandi, imo obtrectandi ſtudio invicem laboraſſe.

15 *Hæc enim procul*] Liber Regius non agnoſcit vocem mediam, & abeſſe poteſt.

16 *Oritur apud diverſ. fautores &c.*] Habetne hoc Gellius ex ſeſe, an imitatur Corn. Tacitum XIV ann. 29. *Tum Paullinus Suetonius obtinebat Britannos, ſcientia militiæ & rumore populi, qui neminem ſine æmulo ſinit, Corbulonis concertator.* Unde in Hiſtoriis etiam fœcunda gignendis inimicitiis civitas dicitur Roma; & meminimus, quid inter Hortenſium & Ciceronem contigerit, ex hujus relatione. *Gronov.*

17 *Fautores*] Cod. Tornæſ. *faviſores.* forſan ſcripſit *favitores*, quemadmodum Plautus loqui amat. *Oiſ.* Etiam in Thuan. Lugd. utr. Mem. Pet. ſimiliter legitur *faviſores*, & in Salmaſiano exemplari idem ab aliquo adſcriptum ita ut indicaret non male habere. Abeſt tamen ſuffragium Regii libri. *Gronov.*

18 *Ad eandem virtutis calcem*] Sic quidem omnes libri. Melius tamen erit, ſi legas, *ad eundem virtutis callem*, vel, *ad eundem virtutis collem.* Oiſ. Sic opinor judicabant olim & aſini. Habent veteres iſtum *callem* in margine poſitum neſcio à quo; ſed nemo pronunciavit melius ita lectum iri, niſi hic Gellianus; idque facit, poſtquam egregie adeo metaphora illius calcis in circo demonſtrata fuit ab Salmaſio in Solinianis pag. 914, ubi ſicut hoc loco transfertur ad virtutem, ita profert Varronis locum ad vitæ currum eandem transferentis. Et jam quoque ab aliis factum erat, ut non debuerit rudere. *Gronov.*

CAP.

CAP. IV.

Quod aptè Chryſippus & graficè imaginem Juſtitiæ [1] modulis coloribuſque verborum depinxit.

[2] CONDIGNE mehercle & condecorè Chryſippus in librorum, qui inſcribuntur [3] περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς [a], primo, os & oculos Juſtitiæ, [4] vultumque ejus ſeveris atque venerandis verborum coloribus depinxit. facit quippe imaginem Juſtitiæ, fierique ſolitam eſſe dicit [5] à pictoribus rhetoribuſque antiquioribus, ad hunc fermè modum: *forma atque [6] filo virginali, aſpectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus; neque humilis neque atrocis, ſed reverendæ cujuſdam triſtitiæ dignitate.* Ex imaginis autem iſtius ſignificatione intelligi voluit, judicem, qui [7] Ju-

a *De honeſto & voluptate.*

1 *Condigne mehercle & condecore*] Ita quum legatur etiam in codicibus ſcriptis, nihil erraverunt ſic edentes & juvat verbum frequens *condecorare*. Dubium tamen mihi videtur, an Gellius ita ſcripſerit, quia & in Regio & in Thuan. legi literas *cum decore*, quod nullus animadvertere voluit: ego ſicut & mihi notavi, ſic publice exiſtimavi indicandum. In iiſdem ſcribebatur *mehercule*. Gronov.

2 *Modulis coloribuſque verborum depinxit*] Merito Stephanus ait, Titulorum Auctorem, dum Chryſippum aliis quam Gellii verbis laudare vult, laudem ei minime convenientem tribuere. Modulos enim verborum ſive orationis Chryſippum minime ſectatum eſſe; itaque ad hunc modum titulum reformandum: *Vultus juſtitiæ ſeveris atque venerandis verborum coloribus à Chryſippo depictus.* Oiſ. Audire hæc licet, ſequi non licet, quia MSSti libri aliud præbent, nec id agimus, ut pateat, quid hodie poſſit dari, ſed quid antiquitas dederit. Et ſane moduli conſiſtunt quoque in delectu verborum & in ſerie partium ad gratiam ordinata.

3 Περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς] Meminit & horum Diogenes Laërtius in Catalogo librorum à Chryſippo conſcriptorum, circa finem, ubi decem eos fuiſſe ait περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς πρὸς Ἀριστοξένου, ι. Fit eorum quoque mentio ab Athenæo lib. 3 cap. 12. lib. 9 cap. 4. & lib. 14 cap. 2. Quartum citat lib. 13 cap. 2. & quintum lib. 8 cap. 2. Sed & idem Athenæus lib. 4 c. 15. Chryſippum citat περὶ τοῦ καλοῦ; uti & Plutarchus de Contradic. Stoicorum; atque etiam Laërtius in Zenone Zittieo. Quem librum non alium forte ab hoc libro περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς haud vane ſuſpicatur, quem honoris cauſa hîc nomino, Vir politiſſimi ingenii, Ægid. Menagius in elegantiſſimis doctiſſimiſque ſuis Obſervationibus ad Diogenem Laërtium p. 203.

4 *Vultumque ejus ſeveris, &c.*] Stephanus legit *Vultumque ejus totum ſ.* Oiſ. Nec in Mſſtis ea vox apparet, nec ſi Gellium legas, abeſſe ſentias, nec Stephanus ullam affert rationem, cur ſuſpicetur eam vocem deeſſe.

5 *A pictoribus rhetoribuſque*] Plane aſſentior Luc. Joan. Scoppæ, qui lib. 2. Collect. cap. 10. hoc loco legit *à pictoribus ſculptoribuſque*. Pictores enim longe melius conjunguntur cum ſculptoribus, quam cum rhetoribus. Ut omittam, quod deſcriptio imaginis, quam de Juſtitia facit Chryſippus, omnino hanc conjecturam confirmet. *Oiſ.* Hactenus nempe. Sed qua facilitate tranſit prima ſyllaba harum vocum ex una in alteram, quum omnes antiqui codices adverſentur & firment iſtud *rhetoribus*? Et ſane hoc in negotio pictores rhetoreſque potuerunt ſe invicem juvare & utrumque genus afferre aliquam partem, dum quod rhetores pingunt verbis, id pictores coloribus, ut quam imaginem illi concipiunt animo, hi in tabula exprimant. Tale quid certe eſt, ad quod pertinet Tabula Cebetis, utique ab pictore picta, & ſi non ab rhetore, certe facundo viro illuſtrata. Alioquin propius opinari quis poſſet *redemtoribus*, qui imaginem Juſtitiæ faciendam locantibus aliis ſuſceperant. *Gronov.*

6 *Filo virginali*] Id eſt, lineamento virginis. Filum enim idem eſt, quod lineamentum. Græcis χαρακτὴρ, περιγραφὴ εἶδος. Eodem modo Plautus dixit, *ſatis ſcitum filum mulieris.* pro forma & figura mulieris. Sic Lucretius lib. 2.

Debent nimirum non omnibus omnia prorſum
Eſſe pari filo, ſimilique affecta figura.

[7] Justitiæ antistes est, oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos nocentesque immisericordem atque [8] inexorabilem, erectumque & arduum ac potentem, vi & majestate æquitatis veritatisque terrificum. verba ipsa Chrysippi de Justitia scripta hæc sunt: Παρθένον δὲ εἶναι λέγει κατὰ σύμβολον ὅτι ἀδιάφθορον εἶναι, καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις, μηδὲ προσίεσθαι μήτε τοὺς ὑπεικεῖς λόγους, μήτε παράκλησιν καὶ δέησιν, μήτε κολακείαν, μήτε ἄλλο μηδὲν τοιοῦτον· οἷς ἀκολούθως καὶ σκυθρωπὴ γεγράφθαι, καὶ συνεσταλκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον, καὶ δεδορκὸς βλέπουσα, ὡς τε τοῖς μὲν ἀδίκοις φόβον ἐμποιεῖν, τοῖς δὲ δικαίοις θάρσος. τοῖς μὲν [9] προσφιλὴς οὖσα διὰ τοιοῦτο πρόσωπον, τοῖς δὲ ἑτέροις προσάντης[a]. Hæc verba Chrysippi eo etiam magis ponenda existimavi, ut promta ad considerandum judicandumque sint: quoniam legentibus ea nobis [10] delicatiores quidam disciplinarum philosophi Sævitiæ imaginem istam esse, non Justitiæ, dixerunt.

a *Dicitur autem virgo esse, per quod quasi tesseram innuitur, eam esse incorruptam, improbis nunquam concedere, non admittere orationem suavem, non deprecationem, non adulationem, non denique quicquam aliud tale. Quas ob res merito etiam tristis pingitur ac contracta fronte, aspectu contento & torvo, ut injustis terrorem incutiat, justis fiduciam præbeat: quando hujusmodi facies justis grata, injustis molesta est.*

7 *Justitiæ antistes*] Eodem modo Jurisconsulti ab Ulpiano *Sacerdotes Justitiæ* vocantur, quasi sacra illius Deæ administrantes, & quod debeant esse non tantum consulti Juris, sed Justitiæ. Sic Cicero in Philipp. VIII. Serv. Sulpitium prædicat, quod non magis Jurisconsultus, quam Justitiæ fuerit.

8 *Inexorabilem*] Scioppius adscripsit *inorabilem*.

9 Ὡς πρὸς φίλας] Lege cum H. Stephano ὡς προσφιλὰς. ut opponatur, quod sequitur, τῷ προσάντας, ubi etiam particulam ὡς repetendam putat, ὡς προσάντας. Ois. Sed arbitrium Stephani oportebat esse temperatum ad vetera exemplaria, in quibus neutrum ex Lugdunensibus agnoscit uspiam voculam ὡς: sed neque Petavii. Etiam punctis subnotavit Lambecius. Certe quum Græcarum vocum Latini interpretes jam in Aldina editione reddiderunt, *quando hujuscemodi facies justis grata*, apparet nec illos istud ὡς agnovisse, etiam illos legisse προσφιλὰς, & vidisse oppositum τῷ προσάντας. Hinc delevi istud ὡς. Illud προσφιλὰς annotavit & Scioppius. *Gronov.*

10 *Delicatiores*] Stephan. leg. *delicatiorum quidam disciplinarum Philosophi*. Ois. At in editione Lugdunensi 1644 scribunt sic legendum cum Is. Casaubono. Optarem tamen largius evolvisset Stephanus causam hujus mutationis, docuisseque quos illos delicatiorum disciplinarum philosophos intelligeret. An ergo hi sunt philosophi, qui arte per istam appellationem designata relicta, ut nimis tetrica, ad alienas disciplinas, ut delicatas magis transeunt? Hoc volunt illa, quod tamen ferri nequit, nec intelligi. Adhæsit & pater, ut modo cogitaret, utrum illa *disciplinarum philosophi* forent supervacua, an scripserit auctor *delicatioris quidam disciplinæ philosophi*. Me quod attinet, quum videam istam mutationem ingeri contra omnes scriptos libros, pergo legere, ut legi semper: *delicatiores quidam disciplinarum philosophiæ*. Constat enim philosophia partibus compluribus; quarum aliæ aliis amabiliores. Hinc *delicati disciplinarum philosophiæ*, ut *vetus operis*. Gronov.

CAP. V.

Lis atque contentio grammaticorum Romæ illustrium enarrata super casu vocativo vocabuli quod est, egregius.

DEFESSUS ego quondam diutina commentatione, laxandi levandique

dique animi gratia, [1] in Agrippæ campo deambulabam: atque ibi duos forte grammaticos conſpicatus non parvi in urbe Roma nominis, certationi eorum acerrimæ adfui; quum alter in caſu vocativo, *vir egregi*, dicendum contenderet, alter, *vir egregie*. ratio autem ejus, qui *egregi* oportere dici cenſebat, hujuſcemodi fuit: Quæcumque inquit, nomina ſeu vocabula recto caſu numero ſingulari, *us* ſyllaba finiuntur, in quibus ante ultimam ſyllabam poſita eſt, *i*, litera; ea omnia caſu vocativo, *i* litera terminantur: ut *Cœlius Cœli*, *modius modi*, *tertius terti*, *Accius Acci*, *Titius Titi*, & ſimilia omnia. ſic igitur *egregius*, quoniam, *us* ſyllaba in caſu nominandi finitur, eamque ſyllabam præcedit *i* litera, habere debebit in caſu vocandi *i* literam extremam; & iccirco *egregi*, non *egregie* rectius dicetur. nam *divus* & *rivus* & *clivus*, [2] & ſimilia nomina, *us* ſyllaba terminantur, ſed ea quæ per duo *u* ſcribenda eſt, propter cujus ſyllabæ ſonum declarandum reperta erat nova litera, [3] quæ digamma appellabatur. Hoc ubi ille alter audivit: ô, inquit, egregie grammatice, vel, ſi id mavis, [4] egregiiſſime, dic, oro te, *inſcius* & *impius* & *ſobrius* & *ebrius* & *proprius* & *propitius* & *anxius* & *contrarius*, quæ *us* ſyllaba finiuntur, in quibus ante ultimam ſyllabam, *i* litera eſt, quem caſum vocandi habent? me enim pudor & verecundia tenet pronunciare ea ſecundùm tuam definitionem. Sed quum ille pauliſper [5] oppoſitu

1 *In Agrippæ campo*] Qui erat in ſeptimâ regione Urbis, Viâ Latâ dicta, ut eſt apud P. Victorem De Regionibus Urb. Rom. Hunc Agrippæ campum, porticu exceptâ, Auguſtus publici juris fecit, teſte Dione Caſſio lib. 55. Τό τε πεδίον τὸ Ἀγρίππειον, πλὴν τῆς στοᾶς, καὶ τὸ Δειριβιτάριον αὐτὸς ὁ Αὔγουστος ἐδημοσίευσε. Oiſ. Locus hic notus, etiam Alex. Donato citatus, unde credo deſcripſit hic noſter. Sed acrius inquirentem vide Fam. Nardinum. Pater ad hunc campum referebat Martialis verba lib. x epig. 82 *Agrippæ tumidus negotiator Cadmi municipes ferat lacernas*. Hunc enim locum adſcripſit. *Gronov*.

2 *Et ſimilia nomina ut ſyllabæ termin.*] Hæc in editis ante Stephanum non invenies, qui pro his habent *non us ſyllaba term.* nec aliter notavi ex ſcriptis, quod mirum eſt ab eo non tangi in noctibus Pariſinis: prout editiones poſt Stephanum mox ediderunt *quibus ante ultimam ſyllabam i litera eſt*, quum priores legerint *in quibus*, quod nunc repoſui credens typorum errorem. Quod ad priorem partem attinet, quum neſciam originem aut fulcrum impetus Stephanici, videtur auctor graviſſime errare. Nam Gellius negat eſſe ſimplicem ibi us ſyllabam, ſed eam, quæ per duo u u (ſic enim MS. Regius) ſcribenda eſt, ut præter literas us, quæ ſyllabam conficiunt, adſit adhuc alia litera, per quam natura ejus ſyllabæ admodum mutatur: id quod ita temere Stephanus non debuit Gellio auferre, & debet recorrigi. *Gronov*.

3 *Quæ digammæ appellabatur*] Quod figuram F præferebat, & pro V conſona uſurpabatur, Claudius vero Imperator hanc figuram invertit, & V conſonans per Ⅎ expreſſit, unde in vett. lapidd. DIⅎAI, AMPLIAⅎIT, TERMINAⅎITQVE, aliaque hujuſmodi, ſatis nota.

4 *Egregiiſſime*] Ad exemplum Pacuvii, qui in Medo dixit: *Mulier egregiiſſimâ formâ*. Ejus comparativo uſus Lucretius lib. 4.

Nam nihil egregiu' ſt, quam res diſcernere apertas
A dubiis - - -

Imo & ipſe Juvenalis Sat. x.

Egregius cænat, meliuſque miſerrimus horum.

Ubi *egregius* pro *egregijus* poni & teſtatur Priſcianus, & ipſa ſententia clamat.

5 *Oppoſitu horum*] Scioppius annotavit *oppoſitione*, quod & inventum fuit in Petav. & ipſe notavi ex Lincoln. Sed ſingularis ille Regius *oppoſito*, forſan ut *prætexto*. Gronov.

positu horum vocabulorum commotus reticuisset, & mox tamen se collegisset; eamdemque illam, quam definierat, regulam retineret & propugnaret; diceretque & *proprium* & *propitium* & *anxium* & *contrarium* itidem in casu vocativo dicendum, ut & *adversarius* & *extrarius* diceretur: *inscium* quoque & *impium* & *ebrium* & *sobrium* insolentius quidem paulo, sed rectius per *i* literam, non per *e*, in casu eodem pronunciandum, eaque inter eos contentio longius duceretur; non arbitratus ego operæprecium esse eadem ista hæc diutius audire, clamantes compugnantesque illos reliqui.

CAP. VI.

Cuimodi sint quæ speciem doctrinarum habeant, sed neque delectent neque utilia sint; atque inibi de vocabulis singularum urbium regionumque immutatis.

HOMO nobis familiaris, in literarum cultu non ignobilis magnamque ætatis partem in libris versatus, Adjutum, inquit, ornatumque volo ire Noctes tuas. & simul dat mihi librum grandi volumine [1] doctrinis omnigenis, ut ipse dicebat, præscatentem; quem sibi elaboratum esse ait ex multis & variis & remotis lectionibus; ut ex eo sumerem quantum liberet rerum memoria dignarum. Accipio cupidus & libens, tamquam si [2] copiæ cornum nactus essem: & recondo me penitus, ut sine arbitris legam. at quæ ibi scripta erant, prò Jupiter! mera miracula: quo nomine fuerit, qui primus grammaticus appellatus est; & [3] quot fuerint Pythagoræ nobiles, quot Hippocratæ, & [4] cuimodi fuisse Homerus dicat [5] in Ulixis domo ἀδρῳῶες; quam ob causam Tele-

1 *Doctrinis omnigenis*] Hoc placet editionibus & vulgato gregi codicum scriptorum. Sed in Regio, Thuan. & Lugdun. maj. legitur *doctrine* aut *doctrinæ omnigenus*. Nequit ambigi, quin Gellius dederit *doctrina omne genus ut i. d. præscatentem*, ut passim hanc formam adhibuit pro doctrina omnis generis. Porro autem Thuan. legebat *præscantem*, Lincoln. & Scheff. *præstantem*. Gronov.

2 *Copiæcornum*] Vett. edd. *copiæ cornu*, & ita notatum in margine Cod. Tornæs. cum in ipso contextu deletum esset *m*. Oiſ. Et istud *cornu* exstat quoque in aliis scriptis. Sed tamen Reg. *cornum*, qui instar omnium est. Hinc igitur Stephanus ita editionem suam constituit, nescio an satis consulte. Nam scire oportet in Regio sic legi *cornū actus*. Unde patet aut retineri debuisse vulgatum, aut si ea debet in dubium venire, ita formandum *cornum aptus*. Vide paterna ad 1, 24. *Gronov.*

3 *Quot fuerint Pythagoræ, &c.*] Reperiuntur viginti octo in Antiquorum monumentis, quibus Pythagoræ nomen fuit, & referuntur à Jonsio lib. 4. versus finem De Scriptorib. Hist. Philos. Sic & viginti circiter Hippocrates Veteribus noti sunt. *Oiſ.* Unde novit definire illum numerum? Ex fragmentis, quæ hodie supersunt, forsan tot collecti ab eis sunt: sed quis, nisi temerarius, asseveret non plures fuisse? Ita autem quum Oiselius dignetur hæc commentari, non oportuit nugas appellari ab eo, præsertim quum hodieque tam seduli sint fuerintque viri docti qui auctorem aliquem edunt, ut inquirant in omnes cognomines, quotquot convocare possunt. *Gronov.*

4 *Cuimodi*] Cod. Torn. & vett. edd. *cujusmodi*.

5 *In Ulixis domo ἀδρῳῶες*] Vett. edd. habent Σιφῶες,

Telemachus cubans junctim ſibi cubantem Piſiſtratum non manu attigerit, ſed pedis ictu excitarit; & Euryclia Telemachum quo genere clauſtri incluſerit; & quapropter idem poëta roſam non norit, oleum ex roſa norit; [6]atque illud etiam ſcriptum fuit, quæ nomina fuerint ſociorum Ulixis, qui â Scylla rapti laceratique ſunt; utrum ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ[a] Ulixes erraverit κατὰ Ἀ῾ρίσταρχον[b], an ἐν τῇ ἔξω κατὰ Κράτητα[c]. [7]Id etiam iſtic ſcriptum fuit, qui ſint apud Homerum verſus [8]ἰσόψηφοι,

a *In interiori mari.*
b *Juxta Ariſtarchum.*
c *In exteriore juxta Cratetem.*

ξῆνες, *Sirenes.* Quod Petr. Victorius Variar. Lect. l. 35 c. 16. huic loco non convenire ait; ſe vero in libro calamo exarato, & ſatis fideli reperiſſe Ἀ῾δυξῆνες, unde poſtea alii fecere Ἀ῾ιδῶνες, quorum neutrum tamen uſquam apud Homerum exſtat. J. Caſaubonus totum hunc fœde corruptum locum ita corrigit: *Cuimodi Homerus fuiſſe dicat in Ulixis domo* ὀ῾ρσοθύρην; *& quam ob cauſam, &c.* atque hoc res ipſa poſtulare videtur. Nam referendum eſt ad illum Homeri locum Ο῾δυσ. χ.

Ο῾ρσοθύρη δέ τις ἔσκεν εὐδμήτῳ ἐὶ τοίχῳ.

Qui locus quam varie ſit expoſitus à Veteribus criticis, ex Euſtathio, Heſychio, aliiſque patet. Sed & hanc emendationem etiam confirmare videtur vetus ille codex, in quo legitur ἀδυξῆνες per ν. quod. hoc modo minus malum foret. Vix etiam dubium eſt, quin principium hujus vocis ὀ῾ρσοθύρην cum præcedenti *domo* fuerit confuſum, & τὸ ες ad finem fuiſſe adjectum ex illo &, quod ad ſequentem quæſtionem pertinebat. *Oiſ.* Qui ea petivit ex excerptis; quæ addita ſunt editioni Lugdunenſi 1641. Enimvero adulatoriæ ſuſpicionum blanditiæ, & nihil aliud. Non oportet ſic evagari. Omnes Mſſ. habent ἀδιρνες vel ἀδιρνες. Sed tres illas literas priores ſcriptas oportet concipere majuſculis literis, ita ΛΑΙ vel ΛΑΥ, qui characteres ſi jungantur propius, efficient literam M. Hinc Pater meus atque etiam Scioppius effinxerunt recte Μνησῆες, niſi quod Scioppius ſcripſit μνησῆρας. Certe id non debuit latere tamdiu. Etiam Scioppius voci *cubans* ſubnotatæ appoſuit τὸ *cubam*, & paulo ante notaverat *atque ibi ſcripta*, non *ad quæ*. Gronov.

6 *Atque illud etiam ibi ſcriptum fuit, &c.*] Huc faciunt, quæ de hujuſmodi grammaticorum & otioſorum hominum nugis exſtant apud Senecam Epiſtola 88. *Hoc quidem me quærere, utrum major ætate fuerit Homerus an Heſiodus, non magis ad rem pertinet, quam ſcire an minor Hecuba fuerit, quam Helena, & quare tam male tulerit ætatem. Quid, inquam, annos Patrocli & Achillis inquirere, ad rem exiſtimas pertinere? Quæris Ulyſſes ubi erraverit, potius, quam efficias, ne nos ſemper erremus? Non vacat audire, utrum inter Italiam & Siciliam jactatus ſit, an extra notum nobis orbem: neque enim potuit in tam anguſto error eſſe tam longus.* Et paullo poſt: *Quid inquiris, an Penelopa impudica fuerit, an verba ſæculo ſuo dederit, an Ulyſſem illum eſſe, quem videbat, antequam ſciret, ſuſpicata ſit.* Et magis inferius: *Quatuor millia librorum Didymus grammaticus ſcripſit: miſer, ſi tam multa ſupervacua legiſſet. In his libris de patriâ Homeri quæritur, in his de Æneæ matre verâ: in his libidinoſior Anacreon, an ebrioſior vixerit: in his an Sappho publica fuerit: & alia, quæ erant dediſcenda, ſi ſcires.*

7 *Id etiam iſtic ſcriptum*] MSS. *Idem etiam.*

8 Ισοψηφοι] Qui verſus Græcis dicantur Ισόψηφοι notat Muretus Var. Lect. lib. 14 cap. 13. Nimirum quorum verſuum omnes literæ pro numeris acceptæ eundem numerum efficerent ac conſtituerent, eos verſus ἰσοψήφους vocabant. Cujuſmodi etiam exemplum in duobus nominibus in Epigrammate Græco ex lib. 2. Anthologiæ, adfert, quod ſi tanti videatur, apud ipſum vide ſis; pudet enim his nugis diutius immorari. In eorum tamen gratiam, qui hiſce, ſimilibusve adhuc delectantur, adſcribam quæ in Voſſiano quodam codice ad marginem notata reperio; nimirum, Ex MS. reg. num. clɔ ccccxcrix. p. 102. ὐ τοῖς ὁμηρικοῖς εἴχοις εὑρίσκονται τοιαῦτα ἰσόψηφα.

Ἀ῾λλ᾽ ἀναχασάμενος λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ,
Κείμενον ὐ πεδίῳ, μέλανα, τρηχύτε, μέγαντε.

Exſt. Ιλ. η. ψſ. 264.

Μή μετρὶν σίτοιο κελεύετε μηδὲ ποτῆτος,
Ἀ῾σαθαν φίλον ἦτορ ἐπεὶ μ᾽ ἄχος αἰνὸν ἱκάνει.

Exſt. Ιλ. τ. ψſ. 306.

Ο῾ῖτας ἀναλκέας ἀνέμοις κ) κύμασι μακρὰ,
Η῾τε ἀνάεσσοι ἀνδρες ἐδηλησαν᾽ ἐπὶ χέρσῳ.

Exſt. Od. ω. ψſ. 110.

Iſopſepha nomina dicuntur, quæ ſuis literis ad numeri notam, quam unaquæque refert, æſtimatis eandem

ψηφοι, & quorum ibi nominum [9] παραστιχὶς[a] reperiatur, & [10] quis adeò versus sit qui per singula vocabula singulis syllabis increscat; ac deinde qua ratione dixerit singulas pecudes in singulos annos [11] terna parere; & ex quinque operimentis, quibus Achillis clupeus mœnitus est, quod factum ex auro est, summum sit an medium; & præterea quibus urbibus regionibusque vocabula jam mutata sint, quod Bœotia ante appellata fuerit Aonia, quod Ægyptus Aëria, quòd Creta eodem quoque nomine Aëria dicta est, quòd Attice Ἀκτὴ, quòd Corinthus Ephyre, quòd [12] Macedonia Ἡμαθία, quòd Thessalia Αἱμονία, quòd Tyros Sarra, quòd Thracia antè Sithon dicta sit, quod Seston Ποσειδώνειον. Hæc atque item alia multa istiusmodi scripta in eo libro fuerunt. quem quum statim properans redderem, ὄναιό σȣ, inquam, doctissime virorum, ταύτης τῆς πολυμαθίας[b]; & librum hunc opulentissimum recipe [13] nil prorsus ad nostras [14] paupertinas literas congruentem. nam meæ Noctes, quas instructum ornatumque isti, de uno maximè illo versu Homeri quærunt, quem Socrates [15] præ omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat,

Ὅ, τῖ τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται[c].

a *Continua series.*

b *Proficiat*, sive, *bene sit tibi hujus multijugæ doctrinæ gratiâ.*

c *Quodcunque tibi in domibus malumque bonumque accidisset.* Exst. Οδ. δ. ψ. 391.

---

eandem pæne summam efficiant, sive δίστιχα fuerint, ut in Epigram. 61. lib. 6 cap. 12. sive μονόστιχας ut in his Homericis; ubi nimirum prioris distichi uterque versus refert numer. 3498. secundi 2848. postremum vero claudicat. primus enim versus habet 3102. alter 3436. forte mendum in edito: priori facile addideris τ 300. si ita legas,

Ὄρσας ἀργαλέȣς τ' ἀνέμȣς καὶ κύματα μακρὰ. Ois. Manus est Bourdelotii.

9 Παραστιχὶς] Muretus ait, Eustathium notare à primis literis quinque primorum versuum ultimi libri Iliados effici nomen λεύκη. atque ibi etiam tradere, Veteres hujusmodi quæstiunculis lusitare solitos esse, quales aliquot ponit & explicat.

10 *Quis adeo versus sit, &c.*] Muretus non dubitat, quin illum significet è lib. 3. Iliados.

Ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη μοιρηγενὲς ὀλβιοδαίμων.

11 *Terna parere*] Quâ ratione dicat Homerus singulas pecudes in Africa in singulos annos terna parere, explicat Eustathius in quartum Odysseæ. Quem si tanti putaveris, adire poteris.

12 *Macedonia* Ημαθία] Edebatur olim *Macedonis ora* Ημ. Unde ab Stephano expulsa *ora* est, ut prior vox ex masculino transiret in muliebre; atque ita habent codices scripti, quorum penes me notitia. Id tamen gravata fuit editio Lugdunensis anni 1644, & hinc sequentes, conspirando in *Macedonia*. Quod ut quivis intelligit, ita certe Gellium hoc modo non legimus: nam aut retineri debet *Macedonis*, aut scripsisse *Macetis*. Vide ad lib. IX cap 3. *Gronov.*

13 *Nil prorsus*] Sic edidi ex editionibus antiquioribus, quibuscum stant codices MSSti, aut totam vocem omiserunt. Nescio quid moverit Stephanum, ut mutaret literasque augeret. Mox Reg. ignorat vocem *nostras*. Idem.

14 *Paupertinas literas*] Id est, humiles & steriles. Sic apud Sidonium Apollinarem lib. 3. Epist. 7. *paupertini sermonis* & lib. 7. Epist. ult. *paupertinus recessus*. Ubi similes loquendi modos Savaro observat.

15 *Præ omnibus semper rebus*] Vocem postremam ignorat Lincolniensis, in quo etiam est *versu Homerico*. Gronov.

CAP.

CAP. VII.

Quòd Marcus Varro [1] *Cn. Pompejo consuli primum designato commentarium dedit, quem appellavit isagogicum, de officio senatus habendi.*

CN. Pompejus consul primùm cum M. Crasso designatus est. eum magistratum Pompejus quum initurus foret, quoniam, per militiæ tempora, senatus habendi consulendique, [2] rerum etiam expers urbanarum fuit, M. Varronem familiarem suum rogavit, uti commentarium faceret εἰσαγωγικὸν [a], (sic enim Varro ipse appellat,) ex quo disceret quid facere dicereque deberet, quum senatum consuleret. Eum librum commentarium, quem super ea re Pompejo fecerat, periisse Varro ait in literis quas ad Oppianum dedit; quæ sunt in libro epistolicarum quæstionum quarto. in quibus literis, quoniam quæ ante scripserat non comparebant, docet rursum multa ad eam rem ducentia. primùm ibi ponit qui fuerint, per quos more majorum senatus haberi soleret; eosque nominat [3] *Dictatorem*, [4] *Consulem*, [5] *Prætores*, [6] *Tribunos plebi*, *Interregem*, *Præfectum urbi:* neque alii, præter hos, jus fuisse dixit facere senatusconsultum; [7] quotiensque usu veniisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior aliis esset, ei potissimum senatus consulendi jus fuisse. addit deinde, extraordinario jure *Tribunos* quoque *militares*, qui pro *consulibus* fuissent, item *Decemviros*, quibus imperium consulare tum esset, item [8] *Triumviros reipublicæ constituendæ* causa creatos, jus

a *Introductorium.*

1 *Cn. Pompejus consul primum*] Id tandem Gellio restitutum fuit in editione paterna anni 1651, quum diu editiones præferrent *Cn. Pompejo consulatus primus*, multis ad marginem ponentibus *primum consul.* Pater auctorem sequutus fuit Ranchinum lib. 1 cap. 5. qui nescio an placuerit Scioppio: quippe qui adscripsit *cos. primum*, ita ut tamen relinqueret *Pompejo.* Gronov.

2 *Rerum etiam expers urban.*] Cujus donum sit vox secunda, si ab Stephano discesseris, nec aperire mihi nec aliis indicare queo. Ante illum video ignorari ab editionibus, perinde ab omnibus scriptis, ut ita insulciri non debuerit sine ulla venia. Non opinor verò aut ex Gellio discendum aut in Gellio explicandum, quid sit consulere senatum, aut quales illi qui sequuntur magistratus. His tamen deliciis se satiavit Oiselius. *Idem.*

3 *Dictatorem*] De hoc & cæteris, qui recensentur, magistratibus agit breviter P. Manutius capite VI de Senatu Romano, quem ab Oiselio per verba etiam descriptum atque ita distractum docet res ipsa, ut nihil quidquam aliud dicat.

4 *Consulem*] Cod. Tornæs. & vett. edd. *Consules.* Ois. Verum MS. Reg. pariter *Dictatores*, *Consules.* ita & Thuan. & Seb. Gryphii editiones, quum Aldus daret DICTAT. COSS. Antonius edit *Dictatorem*, *consules*, & ita quisque pro lubitu. Sed debet præferri, quod posui ex Regio. *Gronov.*

5 *Prætores*] Notandum Prætores jus convocandi senatum duntaxat habuisse eo tempore, quo Consules Urbe abessent.

6 *Tribunos plebi*] Tribuni plebis M. Valerio & Sp. Virginio Coss. senatus convocandi jus sibi usurpare cœperunt, ut testatur Dionysius Halicarnass. l. 10.

7 *Quotiensque usu veniisset*] Reg. & Thuan. *usus.* Sed & mox Reg. *Ait deinde.*

8 *Triumviros reipublicæ constituendæ*] Mss. Reg. & Mem. notabili scriptura exhibent *reip. reconstituendæ*

jus consulendi senatum habuisse. postea scripsit de intercessionibus: dixitque intercedendi, ne senatusconsultum fieret, [9] jus fuisse iis solis, qui eadem potestate, qua ii, qui senatusconsultum facere vellent, majoreve essent. tum adscripsit de locis, in quibus senatusconsultum fieri jure posset; docuitque confirmavitque, [10] nisi in loco per augures constituto, quod templum appellaretur, senatusconsultum factum esset, justum id non fuisse. propterea & [11] in curia Hostilia, & in Pompeja, & post in Julia, quum profana ea loca fuissent, templa esse per augures constituta; ut in iis senatusconsulta more majorum justa fieri possent. inter quæ id quoque scriptum reliquit; [12] non omnis ædes sacras, templa esse, ac [13] ne ædem quidem Vestæ, templum esse. [14] post hæc deinceps dicit, senatusconsultum ante exortum aut post occasum solem factum [15] ratum non fuisse: [16] opus etiam censorium fecisse existimatos, per quos eo tempore senatusconsultum factum esset. docet deinde inibi mul-

endæ. Lugd. min. *rei. p. re const.* major *rei. ꝑ reconst.* Ut appareat in archetypis exstitisse aliquid, quod posteriores nequiverunt assequi. Id vero Pater putabat fuisse *reipublicæ populi Romani constituendæ*, quod breviter scriptum ex more *rei p. ro. const.* quod satis pulchre inventum. Cæterum & vox *creatos* abest ab Regio codice.

9 *Jus intercedendi fuisse iis solis, qui eadem potestate, &c. majoreve essent*] Unde Cicero lib. 3. de Legib. *Ni potestas par majorve prohibessit SC. perscripta servanto.* Non itaque cuivis è Senatoribus intercedendi jus erat, sed iis tantum, qui aut magistratus majores erant, aut Tribuni plebis. Vide Manutium cap. 10.

10 *Nisi in loco per augures constituto, quod templum appellaretur*] Hæc illustrantur melius per ipsa verba P. Manutii in libro de Senatu Romano cap. 4, quam infectis Oiselii verbis. Sed & partes arripuit ex Zamoscii scripto cap. 6 de eodem.

11 *In curia Hostilia*] Quidquid his subjecerat Oiselius, erat raptum ex Zamoscio cap. 6, prout inde etiam petita sunt, quæ addidit de curia Pompeja & Iulia.

12 *Non omnis ædes sacras, templa esse*] Huc faciunt quæ Varro habet l. 6. de L. L. *quod addit templa ut sint dextra; ajunt sancta esse, qui glossas scripserunt: it est falsum; nam curia Hostilia templum est, & sanctum non est: sed hoc ut putarent ædem sacram esse templum, & sanctum esse; quod in urbe Roma pleræque ædes sacræ, sunt templa, eadem sancta.* Olim enim, ut optime Scaliger ex eodem Varrone lib. 4. de L. L. ad Festum observat, leges ædium in ædibus ipsis in postico earum ponebantur; quæ inter alia continebant, utrum ædes illa esset templum, nec ne. Hinc Festus in *Opima spolia* ex Scaligeri emendatione: *Hujus ædis lex nulla extat, neque templum habeat, nec ne, scitur.* Apponebantur etiam leges dedicationis, quibus ipsæ ædes sacræ fiebant, neque sine exauguratione transferri poterant. Hinc Plinius ad Trajanum: *Dispice ergo, Domine, an putes ædem, cui nulla lex dicta est, salva religione posse transferri.*

13 *Ne ædem quidem Vestæ templum esse*] Servii locum adtulit recte Zamoscius cap. 6.

14 *Post hæc deinceps dicit*] Non reor ex causa & industriæ impetu factum esse, ut in editione Lugdun. 1644 omissa sit prior vox. Certe legitur in aliis editis & scriptis, unde reposui. *Gronov.*

15 *Ratum non fuisse*] Hinc est, quod in Philipp. III. Cicero Antonio consuli objicit de Senatusconsulto vespertino, hisce verbis: *Quam misera fuga? quam fœda? quam turpis? Præclara tamen Senatusconsulta illo ipso die vespertina.*

16 *Opus etiam censorium fecisse existimatos*] Hoc est, Censores in eos, qui Senatum vel ante solis ortum, vel post ejus occasum convenire faciebant, habere, quod punire & animadvertere deberent. Opus censorium, quod censura & animadversione dignum. *Oisel.* Sed quis ita consideravit Latine scribens opus censorium? Quinam illi sunt, quos legimus *opere censorio nudatos*? Opus censorium non faciunt, nisi ipsi censores. Opus censorium est *castigatio censoria* apud Plinium 18, 6. Itaque video Patrem conjecisse *opus censorium fuisse*. Cui postea adscripsit [& sic Scheff.] *Gronov.*

17 *Qui-*

multa, [17] quibus diebus habere senatum jus non sit: [18] immolareque hostiam prius, auspicarique debere, qui senatum habiturus esset: [19] de rebusque divinis prius quàm humanis [20] ad senatum referendum esse: tum porrò referri oportere [21] aut infinitè de republica, [22] aut de singulis rebus finitè: senatusque consultum fieri duobus modis; [23] aut per discessionem, [24] si consentiretur: aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas: singulos autem debere consuli gradatim, incipique à consulari gradu. ex quo gradu semper quidem antea [25] primum rogari

17 *Quibus diebus habere senatum jus sit*] Principium quod his apposuerat Oiselius, petitum fuit ex capite quinto Manutiani operis aliquoties citati; sicut sequentia vel media traxit ex capite VII Zamoscii.

18 *Immolareque hostiam prius, auspicarique debere*] Ubi collectanea Zamoscii in caput VIII convecta pro suo spolio venditavit Oiselius.

19 *De rebusque divinis*] Omnia enim quæ ad religionem, cultumque deorum publicum pertinerent, Senatus decreto stabilita erant, cum & maxima pars juris divini amplissimi ordinis fidei, potestati & voluntati permissa esset. Hinc est, quod Tertullianus refert, nullum Deum Romæ cultum, nisi qui SC. adscitus esset. Inde etiam est, quod apud Dionem lib. 39. legimus, nunquam ullum Sibyllinum carmen vulgatum, nisi id Senatus decrevisset. Οὐ γὰρ ἐξῆν οὐδὲν τῶν Σιβυλλείων, εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, ἐς τὸ πλῆθος ἐξαγγελλεσθαι. De religione autem rebusque divinis referre dicebantur consules, cum prodigiis & ostentis nunciatis, de iis quæ ad pacem Deorum, & ad avertendas eorum iras pertinebant, vel quæ librorum Sibyllinorum monitu fieri debebant, Senatum consulerent. Livius lib. 22. de prodigiis & ostentis quæ ex pluribus simul locis nunciata erant: *His*, inquit, *sicut erant nunciata, expositis, auctoribusque in Curiam introductis, Consul de religione patres consuluit.* Sic Cicero Epist. 1. ad Lentul. de Marcellino Cos. *Quod instituit referre de religione & sæpe jam retulit, ab eo deduci non potest.*

20 *Ad senatum referendum esse*] Ad senatum autem referebant non solum consules, vel alii magistratus, qui senatum habebant, sed etiam omnes ii, quibus senatum convocandi jus erat; sic ut eodem die diversos magistratus de rebus diversis ad senatum nonnunquam retulisse legamus. Omnia prorsus quæ sequebantur, sunt excripta ex Zamoscii capite IX.

21 *Aut infinite de Republica*] De Republica referre dicebantur consules, de eo, cum generatim sive infinite, quod ad statum publicum & salutem communem pertinebat, referebant. Livius lib. 24. *Perpetratis quæ ad pacem Deûm pertinebant, de Republica belloque gerendo, & quantum copiarum & ubi quæque essent Coss. ad Senatum retulerunt.* Et lib. 38. *Itaque Consulibus novis, quo die de provinciis & de Republica retulerunt, senatus utrisque Ligures provinciam decrevit.* Sic Cæsar lib. 1. de Bello Civil. *Referunt Coss. de Republica in civitate.* & hujusmodi exempla infinita apud Auctores occurrunt.

22 *Aut de singulis rebus finite*] Quod si consules proprio motu non facerent, sed relatione sua generali de Republica res referrent adeo diversas, ut non idem de omnibus decernendum Senatoribus videretur, tum petere solebant, ut relatio divideretur, deque singulis rebus separatim consulerentur. Cujus exemplum habemus apud Livium lib. 8. cum Camillus consul de Latinis ad senatum retulisset, ac oratione sua varia & diversa complexus esset. *Principes Senatus*, inquit Livius, *relationem consulis laudare; sed cum aliorum causa alia esset, ita expediri posse consilium, dicere, ut pro merito cujusque statueretur. Si de singulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de singulis, decretumque.*

23 *Aut per discessionem*] Si consulas caput decimum Manutiani scripti de Senatu R. habebis omnia ordine quæ attulit Oiselius; & hic tamen in medio citavit auctorem hunc suum, quasi aut priora aut posteriora forent ipsius, Sed tu crede omnia pura esse Manutiana.

24 *Si consentitur*] Cod. Tornæs. & vett. edd. *consentiretur.*

25 *Primum rogari solitum*] Auctor noster supra lib. 4 cap. 10. *Ordo rogandi sententias varius fuit, alias primus rogabatur, qui à censoribus princeps in senatum lectus fuerat; alias qui designati consules erant. Quidam è consulibus studio aut necessitudine aliqua adducti quem iis visum erat honoris gratia, extra ordinem sententiam primum rogabant: observatum tamen est cum extra ordinem fieret, ne quis quemquam, ex alio quam ex consulari loco, sententiam primum rogaret.* Qui locus & ibidem notata huic nostro faculam accendunt.

gari solitum, qui [26] princeps in senatum lectus esset: tum autem, quum hæc scriberet, novum morem institutum refert, per ambitionem gratiamque, ut is primus rogaretur, quem rogare vellet, qui haberet senatum, dum is tamen ex gradu consulari esset. Præter hæc [27] de pignore quoque capiendo differit, deque multâ dicendâ senatori, qui, quum in senatum venire deberet, non adesset. Hæc & alia quædam id genus in libro, quo supra dixi, M. Varro epistola [28] ad Oppianum scripta exsequutus est. Sed quòd ait senatusconsultum duobus modis fieri solere, aut conquisitis sententiis, aut per discessionem; [29] parum convenire videtur cum eo, quod Atejus Capito in conjectaneis scriptum reliquit. nam in libro ducentesimo quinquagesimo nono Tuberonem dicere ait, nullum senatusconsultum fieri posse non discessione facta. quia in omnibus senatusconsultis, etiam in iis quæ per relationem fierent, discessio esset necessaria; idque ipse Capito verum esse affirmat. sed de hac omni re alio in loco plenius accuratiusque nos memini scribere.

26 *Princeps in senatum lectus*] Vide Pauli Manutii caput secundum de Senatu Romano, quod compilavit Oiselius.

27 *De pignore capiendo differit*] Ciceronem, Livium & Dionem in hac parte junxit P. Manutius cap. 6 de Senatu Romano, quorum verba attulit Oiselius, & nihil aliud.

28 *Ad Oppianum*] Mirum est, cur semel intactam inviolatamque appellationem prætermissam, nunc tamen nescio quomodo læsant. Nunc enim in Thuan. & Lincoln. vidi *Oppimanum*. Scioppius adscripsit *Opinianum*. f. *Opimium*, quæ totidem verba is etiam addidit circa principium capitis, ubi præponit *V. C.* Gronov.

29 *Parum convenire*] Imo optime Varronem cum Atejo Capitone sive Tuberone hac in re convenire, ab Manutio demonstratum est in citato capite 10.

CAP. VIII.

Quæsitum esse dissensumque, an præfectus Latinarum causa creatus, jus senatus convocandi consulendique habeat.

PRÆFECTUM urbi [1] Latinarum causa relictum senatum habere posse [2] Junius negat. quoniam ne senator quidem sit; neque jus habeat senten-

1 *Latinarum causa*] Feriarum scilicet. Erant autem Latinæ feriæ quæ concipiebantur à consulibus vel Pontificibus quotannis, non certis diebus aut mensibus; sic dictæ à Latinis populis. Varro lib. 5. de L. L. *Latinæ feriæ dies conceptivus dictus à Latineis populeis, quibus ex Albano monte ex sacreis carnem petere fuit jus cum Romaneis, à quibus Latineis Latinæ dictæ.* Originem & rationem harum feriarum intelligere licet ex Dionysio Halicarnasseo lib. 4. ubi satis abunde de iis agit. Cum autem consules hisce feriis operam darent, moris erat, ut interim aliquis ex prima nobilitate Urbi præsideretur, qui Præfectus Urbi Latinarum causa dicebatur, de quo Auctor noster hic ait, quæsitum fuisse, an jus senatum convocandi haberet? Hisce autem feriis unum diem dicaverat Tarquinius Superbus, qui harum primus auctor; exactis vero regibus, alter additus est; ac demum anno ab U. C. CCLX. composita, quæ diu civitatem turbaverat de plebeio consulatu, seditione, tertius, ut est apud Dionysium Halicarnasseum lib. 6. circa finem.

2 *Junius*] Sic optime ex veteribus libris emendavit L. Carrio Emendat. lib. 1 cap. 19. cum vulgo male legeretur *Mutius*. Intelligitur autem Junius Gracchanus, cujus meminêre Varro lib. 5. de L. L. Censorinus de Die Natali, & Ulpianus *l. un.* D. de

sententiæ dicendæ, quum ex ea ætate præfectus fiat, [3]quæ non sit senatoria. Marcus autem Varro in quarto epistolicarum quæstionum, & Atejus Capito in Conjectaneorum ducentesimo quinquagesimonono, jus esse præfecto senatus habendi dicunt: deque ea re assensum esse Capitonem Tuberoni contra sententiam Junii refert. *nam & tribunis*, inquit, *plebis senatus habendi jus erat*, [4] *quamquam senatores non essent, ante Atinium plebiscitum.*

D. de offic. quæst. qui ex ejus libro septimo De Potestatibus quædam refert. Et ad hos libros De Potestatibus etiam pertinere quæ Gellius hîc adducit, si quis cum Carrione existimet, non longe aberrabit.

3 *Quæ non sit senatoria*] Olim quidem senatores à Romulo lectos à senectute sic dictos ex Festo notum est. Postea autem & Juniores in Senatum lectos, ex historiarum monumentis constat; quænam tamen fuerit ætas senatoria dubium est. Onuphrius in Commentario primo Fastorum, putat SC. factum fuisse eo tempore, quo Papirio Prætextato è Senatorum filiis soli in curiam venire permissum, ne cui minori XXV. annis in curiam aditus pateret. Sed verior videtur conjectura Sigonii, qui lib. 2. De antiq. Jur. Civil. Roman. c. 2. annum senatorium eum, qui sequeretur quæsturam, fuisse suspicatur; quæsturæ autem capiendæ legitimus annus fuit XXVII. Nititurque hæc conjectura auctoritate Valerii Maximi, ubi scribit: *P. Crasso Q. Fabius narravit, quod in curia erat actum, memor eum triennio ante quæstorem factum, ignarusque nondum eum à censoribus in ordinem senatorum electum.* Item Ciceronis in Philippicis, qui de Octaviani præmiis differens ita censet: *C. Cæsarem C. F. pontificem propr. senatorem esse, sententiamque loco prætorio dicere, ejusque rationem, quæcunque appetet, ita haberi, prout haberi legi liceret, si anno superiore quæstor fuisset.* Sed quanquam XXVII. anno quæstor aliquis fieri potuerit, vix tamen quæsturam quisquam hac ætate gessit, vel si gessisset, rarò in sequentem annum lustrum incidebat; ideoque forsan neminem ante 30. annum in senatorium ordinem lectum, haud absque ratione quis suspicaretur.

4 *Quanquam senatores non essent ante Atinium plebiscitum*] Simpliciter videtur intelligendum, quod Tribuni plebis inter Senatores non haberentur, antequam id Atinio plebiscito cautum fuerat. Lipsius tamen Elector. lib. 2 cap. 13. dubitat, num hoc plebiscito cautum, ut nemo Tribunus nisi Senator esset. Sed durior hæc omnino interpretatio. Quamquam enim sub extremis temporibus liberæ reipublicæ cautum fuerit, ne quis Tribunus fieret, nisi senator, id est, ne jus quidem haberet petendi Tribunatus, nisi jam ante è patribus, ut manifestum ex Suetonio de Augusto: *Et quo constantius cætera exsequeretur, in locum Tribuni plebi demortui candidatum se ostendit, quanquam Patricius, necdum Senator.* Ubi ut impedimentum ad Tribunatum Augusto ponit, quod non fuerit senator. Hoc tamen non tam ab Atinio, qui è plebe, quam alio quodam, è patriciis constitutum videtur; utpote quo Tribunitia potestas à plebe etiam infima ad Senatum translata, plebisque potentia hoc modo enervata fuerit. Appianus lib. 1. Bell. Civil. dubitat, num à Sulla hoc factum, hisce verbis: Τὴν δὲ τῆ δημάρχων ἀρχὴν ἴσα καὶ ἀνεῖλεν, ἀσθενεστάτην ἀποφήνας, καὶ νόμῳ κωλύσας μηδεμίαν ἄλλην τῆ δημάρχου ἀρχὴν ἔτι ἄρχειν. καὶ ἐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἰ Σύλλας αὐτὴν, καθὰ νῦν ἐστιν, εἰς τὴν βουλὴν ἀπὸ τῦ δήμυ μετήνεγκεν. Id est, *Tribuniciam potestatem fere sustulit, enervatam eam prorsus relinquens, lege latâ, ne quis qui Tribunus fuisset, alium ullum caperet magistratum. Nec liquido possim dicere, an Sulla hunc magistratum, uti nunc est à plebe transtulerit ad Senatum.* In quam partem magis etiam Lipsius inclinat. *Oiſ.* Videndus Zamoscius de Senatu 1, 9. & Steph. Pigius in Annalibus A. V. C. DCXXIII.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER QUINTUSDECIMUS.

CAPUT I.

Quod in Q. Claudii annalibus scriptum est, lignum alumine oblitum non ardere.

DECLAMAVERAT Antonius Julianus rhetor præterquam semper aliàs, tum verò nimium quantum delectabiliter & feliciter. sunt enim fermè scholasticæ istæ declamationes ejusdem hominis ejusdemque facundiæ, non ejusdem tamen quotidie felicitatis. [1] nos ergo familiares ejus circumfusi undique [2] eum prosequebamur domum: quum deinde subeuntes [3] montem Cispium conspicimus insulam quamdam occupatam igni [4] multis arduisque tabulatis editam; & propinqua jam omnia flagrare vasto incendio. tum quispiam ibi ex comitibus Juliani, Magni, inquit, reditus urba-

1 *Nos ergo familiares ejus c. u. e. p.*] Sic quidem vulgo & scripti alii & editi. Sed unus ille Regius ignorat primam vocem, idque adeo mihi probatur, ut occulere non debuerim. Nam quum sit nota suavitas, qua Suetonius refert voces Julii, *Tantis rebus gestis C. Cæsar condemnatus essem*, ubi vulgus interponeret voculam *ego*; ita nihil video obesse, cur non in plurali id genus loquendi possit valere, quod certe videtur Gellius nunc adhibuisse. Idem codex mox habet *quum inde subeuntes* &c. Scioppius vult deleri voces duas *ejusdem hominis*. Gronov.

2 *Eum prosequebamur domum*] Moris enim erat, ut Rhetores post declamationem feliciter peractam speciosissimâ comitantium catervâ domum reducerentur. Sic Libanius in Progymnasm. ait eos consuevisse παραπέμπεσθαι ἀπὸ τοῦ βήματος λαμπρότερον, *honestissimo comitio reduci post actiones gloriosas.* Cujus etiam exemplum præter auctorem nostrum, habemus apud Eunapium, qui de Sophista Proæresio post celeberrimam declamationem summo cum applausu auditorum habitam, inquit: Ὁ δὲ ἀνθύπατος καὶ δορυφόρων μὴ πάντων ἦ τῶν δυνάμεων, ἐν τῇ διατάξει παρέπεμψε, *Proconsul vero cum omni satellitio sive copiis suis comitatum è theatro honorifice deduxit.*

3 *Mentem Cispium*] Dum, libri Mssti contumacissime nituntur in vitiosum *Caspium*; at editiones ambigunt & paucæ infirmiores adhærent scriptis, ut Brixiana, sed aliæ pleræque obnituntur illis & edunt *Cispium*; Stephanus equidem non debuit repetere Caspium, qui nullus fuit, eum imitante editione anni 1644. Ergo pater anno 1651 repetivit *Cispium*, isque ex Festo & Varrone affatim notus est. *Gronov.*

4 *Multis arduisque tabulatis*] Recte hîc adscripsit Pater: *Juv. tabulata tibi jam tertia fumant*, ex satira III vers. 199, unde explicatur proprietas insulæ, quam citat nunc Gellius, & mox ab eo vocatur domus. Sed hinc apparet eam domum eamque insulam esse, quæ pluribus tabularis elata conduceretur ab variis inquilinis, ut complures familiæ occuparent partem, prout erat hæc ratio collocandæ pecuniæ inter locupletes. Ex hac autem turba familiarum oriri facile poterant incendia. Opinor enim nota esse, quæ vulgo dicuntur de insula, & ab Oisselio repetebantur importune. *Idem.*

5 *Fore*]

urbanorum prædiorum; sed pericula sunt longè maxima. si quid autem posset remedii [5]fore, ut ne tam assiduè domus Romæ arderent, venum herclè dedissem res rusticas, & urbicas emissem. Atqui illi Julianus [6]læta, ut mos ejus fuit, inter fabulandum venustate, Si annalem, inquit, undevicesimum Q. Claudii legisses optimi & sinceriſſimi scriptoris, docuisset te profectò Archelaus regis Mithridati præfectus, quâ medelâ, quaque sollertiâ ignem defenderes; ut ne ulla tua ædificatio è ligno, correpta atque insinuata flammis, arderet. [7]Percontatus ego sum, quid esset illud mirum Quadrigarii. Repetit: in eo igitur libro scriptum inveni; Quum oppugnaret L. Sulla in terra Attica [8]Piræeum; & contrà Archelaus regis Mithridati præfectus ex eo oppido propugnaret, turrim ligneam defendendi gratia structam, quum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quisse, quòd alumine ab Archelao oblita fuisset. Verba Quadrigarii ex eo libro hæc sunt: [9]*Tum Sulla conatus est, & tempore magno eduxit copias, ut Archelai turrim*

5 *Fore*] Quid si legas *ferri?* Ois. Utrum homo catus sponte id profert ex se, an gnarus jam olim huic verbo offensum Phil. Rubenium, & ideo subjicientem *fieri*, voluit aliquid diversum & novum apportare? Certe eum videas licet lib. 2 Elect. c. 17 qui prætexit ita fœdissimum stigma tolli ex Gellio. Sed primo agit uterque contra libros MSStos omnes, quorum nullus non illud vulgatum approbat. Et quæso an sententia non est satis patens in talibus verbis *si quid posset remedii fore?* An non tempora sæpe commiscentur? an non licet subintelligere *sperare?* Multa sunt talia, quæ persuadent Gellium non aliter scripsisse. *Gronov.*

6 *Læta inter fabulandum venustate*] Non est mirum sic vulgo legi, nec quenquam de eo ambigere. Videntur enim integra, unde scribæ id studiosè & continenter propagarunt. Sed in libro Reg. exstat *fabulatur.* Unde statim patet, quid lateat, nempe: *læta, ut mos ejus fuit, interfabulatus venustate.* Idem.

7 *Percontatus ego sum, quid esset illud mirum Quadrigarii? Repetit: in eo, &c.*] Sic Mss. & vett. edd. Rom. & Venet. In Stephani editione, aliisque quibusdam legitur: *Percontatus ego sum quid esset? librum Quadrigarii petit. in eo, &c.* Ois. Id totum verum. Sed nulla in his electio, nullum acumen Oiselii, qui nihil nisi sequitur editionem anni 1651, quæ cum ratione potuit mutationem Stephani rejicere, ante quem omnes opinor editiones ita habere, non tantum Roman. & Venet. Distinctio in editis diversa est, ut quædam post, quædam ante *Quadrigarii* ponant. In Scheff. *reperit.* Pater videtur elegisse: *quid esset? Illud mirum Quadrigarii repetit.* Idem.

8 *Piræeum*] Piræeus Athenienſium portus, cujus singularia integro scripto illustravit J. Meursius, unde omnia peti possunt.

9 *Tum Sulla conatus est, & tempore magno eduxit copias*] Subest vitium Quadrigarii hisce verbis. Lego: *Cum Sylla conatus esset magno tempore, eduxit copias, ut* &c. Sensus est, Postquam Sylla diu frustra tentavit eminus expugnare Archelaum, eduxit copias &c. Videndus integer ille Quadrigarii locus apud Gellium. *Lambecius.* Sed nugatur acriter & negligenter, quum contra omnem fidem invertit ita *magno tempore*, quum ubique exstet *tempore magno.* Deinde illud *esset* accepit ab Regio codice, in quo plane id ita habetur, quod debuit profiteri, ne falso transferretur in ipsius ingenium. Cæterum ex Gellio non patet, illic agere Quadrigarium de universa expugnatione Archelai; utique ne nunc quidem ista spes Sullæ est; sed tantum eversio unius turris: qua dejecta nec sic tamen expugnatus erat Archelaus. Haud dubie agitur de consilio instituto versus certam partem munimentorum Piræi, sed quam aggredi commode nequibat, quamdiu turris illa propugnantium plena antestaret. Cæterum mox concurrunt Lipsius & Raderus tum in corrigendo *opere magno*, tum in hac vi aluminis illustranda ex Ammiano, quem non dubitavit velut ex suo apponere Oiselius: hic in Poliorceticis 2, 4, ille ad Curtium 4, 6, 11, ubi adhibuit eum Freinshemius. In Lincoln. inveniebam *tempo magno.* An placet? *Cum Sulla conatus esset, impete magno eduxit* &c. Vide 19, 7. Neque enim albumen Rob. Titii nunc meretur mentionem. *Gronov.*

10 *Ita*

vim unam, quam ille interposuit, ligneam incenderet. venit. accessit. ligna subdidit. submovit Græcos. ignem admovit. satis sunt diu conati. numquam quiverunt incendere : [10] *ita Archelaus omnem materiam obleverat alumine. quod Sulla atque milites mirabantur ; & postquam non succendit, reduxit copias.*

10 *Ita Archelaus*] MS. Reg. *item.* unde adscripsit Salmasius : lego *idem.*

CAP. II.

Quòd Plato in libris, quos de legibus composuit, largiores lætioresque in conviviis invitatiunculas vini non inutiles esse [1] *existimaverit.*

EX insula Creta quispiam ætatem Athenis agens Platonicum [2] se esse philosophum dicebat & viderier gestibat. erat autem nihili homo & nugator, atque in Græcæ facundiæ gloria jactabundus, & præterea [3] vini libidine adusque ludibria ebriosus. is in conviviis juvenum, quæ agitare Athenis [4] hebdomadibus lunæ sollemne nobis fuit, simulatque modus epulis factus, & utiles delectabilesque sermones cœperant ; tum silentio ad audiendum petito, loqui cœptabat: atque id genus vili & incondita verborum caterva hortabatur omnes ad bibendum, idque se facere ex decreto Platonico prædicabat ; tamquam Plato in libris, quos de legibus composuit, [5] laudes ebrietatis copiosissimè scripsisset, utilemque esse eam bonis ac fortibus viris censuisset. ac simul inter ejusmodi orationem crebris & ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat ; fomitem esse quemdam dicens & [6] incitabulum ingenii virtutisque, si mens & corpus hominis vino flagraret. Sed enim Plato, in primo & secundo de legibus, non, ut ille nebulo opinabatur, ebrietatem istam turpissimam, quæ labefacere & imminuere hominum

1 *Existimaverit*] Cod. Reg. Lugd. uterq. Memm. Petav. *existimavit.*

2 *Se esse philosophum*] Quum sic edit Stephanus, (& est ita in Lugd. min. quum ab maj. & Mem. & Petav. absit vocula *se*) nihil aliud nisi discessit ab editionibus, invertendo seriem vocum, quam illæ habent *esse se phil.* Sed in MS. Regio legitur *sese philos.* idque satis est. *Gronov.*

3 *Vini libidine adusq.*] Codex Schefferi ignorabat vocem secundam. *Idem.*

4 *Hebdomadibus Lunæ*] Est inanis & stulta ostentatio Oiselii, dum ad hæc verba describit ea ipsa, quæ collecta sunt ab Jo. Meursio in Græcia Feriata ad v. Ἑβδόμη, cui universa ista gratia attribui debuerat. Ibi Meursius quoque citat hunc locum Gellii, dicitque septimo quoque lunæ die hoc festum celebrari solitum. Vix dixero, utrum vel ipse hæc verba intelligam, vel Meursius Gelliana. Videtur autem Meursius intelligere solum septimum diem mensis lunaris fuisse festum : at Gellius ait hebdomadas lunæ ; atque adeo in isto spatio plures festos dies celebratos, ut septimum, quartum decimum, primum & vicesimum. Hi enim sunt hebdomades lunæ ad instar sabbatorum, ad quæ gentiles & præsertim isti seri Platonici se composuerunt præsertim in luna superstitiosi, ut patet ex Procli vita ab Marino scripta cap. XI. *Gronov.*

5 *Laudes*] Cod. Tornæs. *leges.*

6 *Incitabulum ingenii*] Apud Macrobium, qui integrum hoc caput, ut plurima alia ex Auctore nostro descripsit, lib. 2. Saturn. cap. 8. legitur *ignitabulum ingenii.*

7 *Arbi-*

num mentes solet, laudavit; sed hanc largiorem paulò jucundioremque vini invitationem, quæ fieret sub quibusdam quasi [7] arbitris & magistris conviviorum sobriis, non improbavit. nam & modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici, integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existimavit, reddique eos sensim lætiores, atque ad intentiones rursum capiendas fieri habiliores: & simul, si qui penitus in iis affectionum cupiditatumque errores inessent, quos [8] aliqui pudor reverens concelaret, ea omnia sine gravi periculo, libertate per vinum data, detegi, & ad corrigendum medendumque fieri opportuniora. Atque hoc etiam Plato ibidem dicit, non defugiendas esse neque respuendas hujusmodi [9] exercitationes adversum propulsandam vini violentiam; [10] neque ullum umquam continentem prorsum ac temperantem satis fideliter visum esse, cujus vita virtusque non inter ipsa errorum pericula & [11] in mediis voluptatum illecebris explorata sit. nam cui [12] libentiæ gratiæque omnes conviviorum incognitæ sint, quique illa-

7 *Arbitris & magistris conviviorum*] De his vide quæ supra notata sunt ad VII, 20 & XIII, 11.

8 *Aliqui*] Vett. edd. *aliquis*. Sic cod. Tornæs. suprapositum habet *s* in fine dictionis. forsan *alioqui*. Oif. Id quod recepit Stephanus, video probari ab Memm. Petav. Lugd. utr. Lincoln. Itaque & Pareus in Lex. Crit. ex vett. libb. ita emendandum monet. Attamen Reg. stat pro vulgaro *aliquis*. Gronov.

9 *Exercitationes*] Ita quoque legit Macrobius. At Lipsius lib. 1. Elector. cap. 7. melius censet, si legatur *exerrationes*. Et eleganter sic appellari ait mentis illos errores & quasi alucinationes ante plenam ebrietatem.

10 *Neque ullum unquam continentem prorsum, &c.*] Verba Platonis lib. 1 Legg. ab quocunque possunt inspici, cujus illa in vino disputatio ab aliis translata fuit ad amores: quo spectat istud Heliodori lib. 11 Æthiop. pag. 70. Ταῦτα μὲν ἡ ἐπαινῶν ἄξια κατ' ἐμὲ κριτὴν ἡ ἄλλοι, ὃς τις ἔρωτι προσπαλαίσας ἡττήθη τε τὴν μάχην ἡδέως, καὶ τὰ ἐκείνῃ σωφρόνως ἔγνωκεν ἀπαραίτητα πλώματα. Ubi sicut dicitur προσπαλαίσαι, sic Plato dixit προσγυμνάζειν, & proxime interpretatus est Gellius *exercitationes*, quæ non debuerunt ab Lipsio corrumpi. Non enim id agitur, quid eleganter potuerit dicere Gellius; sed quid Latine verterit, & ibi proprietas loquendi requirat. Lipsius autem cur rejiciat *exercitationes*, quas novit esse in libris veteribus, nec verbo aperit. Scio longe aliter censere de his Lipsii bellariis Bernartium, quem videre potes ad Statium lib. VI Theb. 446, ubi est locus à Lipsio citatus ad verbum *exerrare*, sed non agit, quod agere debet, & exercitationes ne quidem memorat. Et quare tacent illud, quod totum forte à glossa esse notat Lipsius, *adversum propulsandam vini violentiam?* Gronov.

11 *In mediis voluptatum illecebris expl.*] Id certe nimis verum, & agnoscunt ipsi senes in comœdiis, dum flagitiis suorum adolescentum quærunt umbram ex eo, quod egestas non sivit ipsos facere. Hinc ab Tacito describitur sub Vitellio Fabius Valens diu sordidus, repente dives, mutationem fortunæ male tegens, ut accensis egestate longa cupidinibus immoderatus & inopi juventa senex prodigus lib. 1 histor. c. 66. Ab conviviorum enim exemplo procedit hæc ratio ad omne genus delicias. Et sunt talia infinita documenta, ut Platonis sententia sit æquissima. *Idem.*

12 *Libentiæ*] Libentiæ, sive lubentiæ, ut bene J. Gulielmius observat, hîc sunt conviviorum lauticiæ, & quæ ultro citro reciprocant invitationes. Apulejus De Asino aureo lib. 1. *Lectulo refoveo, cibo satio, poculo mulceo; jam ad lubentiam proclivis est joci & scitum est cavillum.* Estque hæc conviviorum vox propria, cum fronte jam exporrecta jocandi & sese exhilarandi cuique lubido est. Unde Terentius Adelphis:

Hilarem ac lubentem fac te in nati nuptiis.

Hinc & *lubentes* pro lætis & hilaris, & ipsa hilaritas *lubentia* dicitur Plauto Asinaria, Act. 2. Sc. 2.

Ubi nunc Libanum requiram, aut familiarem filium,

Ut ego illos lubentiores faciam quam lubentia est.

Et Sticho, Act. 2. Sc. 2.

Itaque onustum pectus porto lætitia lubentiaque.

illarum omnino expers sit; si eum fortè ad participandas ejusmodi voluptates aut voluntas tulerit, aut casus induxerit, aut necessitas compulerit, deleniri plerumque & capi; neque mentem animumque ejus consistere, sed vi quadam nòva ictum labascere. Congrediendum igitur censuit, & tamquam in acie quadam cum voluptariis rebus, cumque ista vini licentia cominus decernendum: ut adversum eas non fuga simus tuti nec absentia; sed vigore animi & constanti præsentia, moderatoque usu temperantiam continentiamque tueamur, [13] & calefacto simul refotoque animo, si quid in eo vel frigidæ tristitiæ, vel torpentis verecundiæ fuerit, deluamus.

13 *Et calefacto simul refotoque animo*] Ante hæc verba in cod. Reg. exstant literæ *tc*, quasi omissæ ab aliis librariis, quum earum vis ignoraretur. An voluit igitur? *tunc & calefacto*. Insuper in eodem legitur *refotoque*. ita ut litera c superscripta sit post syllabam secundam. Etiam pater ex Lugd. min. notavit *refectoque* vel *fæc*. Lambecius quidem palam notat, quasi in Reg. legeretur *refectoque*, & adscripsit [*deinde refecto potione & cibo* Perron. p. 66. vid. lib. 10, 1.] omnino veluti probavisset, quod alii videntur rejecisse, ne concurrerent duo verba composita ab *facio*. Sed non opus est alienis exemplis, quæ sunt quidem infinita, quum jam ante dixerit Gellius *remissionibus refici*. Scioppius etiam adscripsit *deluamur*. Gronov.

CAP. III.

Quid M. Cicero de particula ista senserit scripseritque, quæ præposita est verbis aufugio *&* aufero. *& an in verbo* autumo *eadem ista hæc præpositio esse videri debeat.*

Legimus [1] librum Ciceronis, qui inscriptus est Orator. in eo libro Cicero, quum dixisset verba hæc, *aufugio*, & *aufero*, compositas quidem esse ex præpositione *ab*, & ex verbis, *fugio*, & *fero*; sed eam præpositionem, quo fieret vox pronunciatu audituque lenior, versam mutatamque esse in *au* syllabam; cœptumque esse dici *aufugio* & *aufero*, pro *abfugio* & *abfero*: quum hæc, inquam, ita dixisset; tum postea ibidem super eadem particula ita scripsit: *Hæc*, inquit, *præpositio, præter hæc duo verba, nullo alio in verbo reperietur*. Invenimus autem in commentario Nigidiano verbum, *autumo*, compositum ex *ab* præpositione & verbo *æstumo*; dictumque intercisè, *autumo*, quasi *abæstumo*, quod significaret *totum æstumo*, tamquam *abnumero*. Sed, quod sit cum honore multo dictum P. Nigidii hominis eruditissimi, audacius hoc argutiusque esse videtur, quàm verius. *autumo* enim [2] non id solùm signi-

1 *Librum Ciceronis*] Reg. *librum M. Ciceronis*. qui etiam mox legit *Quum inquam ita dixisset*, ubi ab aliis interponitur vocula *hæc*. Ab quo etiam & Scheff. & Lugd. maj. confirmatur priorum editionum scriptura *reperietur*, ubi per Stephanum supponi prave incepit *reperitur*. Gronov.

2 *Non id solum significat*] Iterum Reg. & Thuan. repetit *non id solum significat æstimo*. ita autem antea

significat, [3] sed & *dico* & *opinor* & *censeo*. cum quibus verbis præpositio ista neque cohærentia vocis, neque significatione sententiæ convenit. Præterea [4] vir acerrimæ in studio literarum licentiæ [5] M. Tullius non sola esse hæc duo verba dixisset, si reperiri posset ullum tertium. Sed illud magis inspici quærique dignum est, versane sit & mutata *ab* præpositio in *au* syllabam propter lenitatem vocis, an potius *au*, particula sua sit propria origine, & proinde, ut pleræque aliæ præpositiones à Græcis, ita hæc quoque inde accepta sit: sicuti est in illo versu Homeri:

Αὖ ἔρυσαν μὴ σφῶϊν ἀπούρας καὶ ἐπάρξας [6] καὶ ἐδέιραν [a].

a *Retraxerunt quidem primum & jugularunt & excoriarunt.* Exstat Iliad. ε. ver. 459.

antea ter quoque id verbum exhibuit. Sed Lugd. maj. habuit *significat æstumo*. Idem.

3 *Sed & dico*] Ita & Nonius: *Autumare est dicere*. Quod confirmat exemplis è Pacuvio in Peribœa: *Flexis non falsa autumare dictio Delphis solet*. Item Hermiona: *Quid beneficiam ei, patris cujus opera te esse ultum autumat*. Lucilio lib. 28. *Socratium quid ante tyranno mississe Aristippum autumat*. Et Plauto Amphitr. *Nisi hoc ita factum est, perinde ut factum esse autumo*. Sic in Glossis Philoxeni: *Autumat*, λέγει; *Autumator*, Ὁ ποιμαίνων.

4 *Vir acerrimæ in studio literarum licentiæ*] Quanquam omnes sic libri habeant, tamen illud *licentiæ* huic loco minime convenire nemo non animadvertere potest. Itaque multo melius cum Valente Acidalio in Lect. Vellej. leges: *Vir acerrimæ in studio literarum diligentiæ*. Quæ lectio sese satis commendat. *Oiſ*. Nec quisquam, opinor, negaverit, id placiturum, si ita legeretur vulgo, aut ex MSStis appareret veniſſe ab Gellio, quum sensus videretur perfectus, certe nobis quidem. Itaque & Pater olim quoque sic adscripsit velut ex sua conjectura. mox ex Acidalio ad Vell. 2, 64 appositum. Denique addidit Scriverius innuens [Sic & Sc. 4, 11. 5, 21. Idem in altero ex. *scientiæ*.] In quibus locis exstant sane aliqua diligentiam & assiduitatem exigentia. Acidalii conjecturam notavit quoque Isaacius Pontanus. Etiam in Salmasiano exemplari notatur [*in. diligentiæ*] Sed jam olim hæc licentia fuit in oculis, quippe hinc commentabatur Asconius [Si licentia in vulgata significatione accipiatur, non videatur illi congruere epitheton *acerrimæ*. quocirca putem à liceor, quod est æstimo aut existimo, deductum, ut sit acerrimæ censuræ.] Sed bonus ille homo jam excedit orbitam. Neque enim verbo liceor data est ista significatio, ut inde in substantivum traduceretur talis notio. Quid juvare hîc possit Prousteus, disce ex his verbis [Sic ubique legitur, licet hunc in locum non ita quadret id vocabulum] ut vides, rei bonæ vacuis. Ego ab codicibus antiquis non discedo, & de industria videtur sic loquutus Gellius. Utique quum sic auctor loquitur de Cicerone, non intellexit licentiam temerariam, procacem, vetitam, impotentem & indebitam; (qualem xv, 9 ille grammaticus in Cæcilio statuit jungens licentiam audaciamque) neque enim Cicero talia meruit. Sed ita acerrime studia dicit ab Cicerone tractata esse, ut liceat illi pronunciare ita & duo tantum talia verba statuere. Quod tameu est periculosum, quum memoria facillime queat fallere. Attamen tolerari id potest in Cicerone; imo quum iste ita loquitur, oportet nos id revereri, ut quum ejus sit acerrima in studio literarum licentia. *Gronov*.

5 *M. Tullius non sola esse hæc duo verba dixisset*] Ciceronis locus, quem denotat Gellius, exstat in Oratore ad Brutum: *Quid si etiam abfugit, turpe visum est: & abscr nolverunt? quæ præpositio præter hæc duo verba, nullo alio in verbo reperitur*.

6 Καὶ ἐδέιραν] In vett. edd. additur & ista ex Iliad. υ. ver. 41. Ἀβρομοι αὐίαχοι, Id est, *Valde strepentes, valde resonantes*. Sic enim Eustathius ista interpretatur: Δηλοῖ δὲ τὸ ἀβρομοι, αὐίαχοι, τὸ μέγα βρόμον, μεγα ἰαχῆ, Id est, *cum fremitu & clamore*. Dum vero ista hîc ex Homero Gellius adducit, nimium literionem, atque grammaticis nugis nimis sese addictum fatetur. *Oiſ*. Nescio qua in re. Nam quæ hîc legis addi solita, ea expulit pater, quantum conjicio, motus iis, quæ disputat G. J. Vossius lib. 4 de Analog. cap. 24. pag. 236. *Gronov*.

CAP. IV.

Historia de Ventidio Basso ignobili homine; quem primum de Parthis triumphasse memoriæ traditum est.

IN sermonibus nuper fuit seniorum hominum & eruditorum, multos [1] in vetere memoria altissimum dignitatis gradum ascendisse ignobilissimos [2] prius homines & despicatissimos. Nihil adeò de quoquam tantæ admirationi fuit, quantæ fuerunt, quæ [3] de Ventidio Basso scripta sunt. eum Picentem fuisse, genere & loco humili; & matrem ejus à Pompejo Strabone, Pompeji Magni patre, bello sociali, quo Asculanos subegit, captam cum ipso esse; mox triumphante Pompejo Strabone, eum quoque puerum inter cæteros ante currum imperatoris sinu matris vectum esse; post, quum adolevisset, victum sibi ægrè quæsisse, eumque sordidè invenisse [4] comparandis mulis & vehiculis, quæ magistratibus, [5] qui sortiti provincias forent, [6] præbenda publicè conduxisset;

1 *In vetere memoria*] Nescio cur id Gellio & sociis fuerit admirationi, quum ab omni ævo id contigisse referant historiæ: & quid hoc magis mirum, quam ipsas regiones & urbes ab sordidissimis incrementis produci? Sed non satis definit Gellius tempora illius veteris memoriæ, præsertim si Romanam solam cogitavit. Certe nunquam id magis accidit, quam in imperii mutatione, unde vel maximus talium numerus exstitit sub Augusto, non amante nisi eos, qui novitatem suam amarent, idque omni obsequiorum genere demonstrarent. Et hanc vetustatem opinor respexit iste doctorum hominum sermo. *Gronov.*

2 *Prius homines & despicatissimos*] Hæc omnia absunt ab codice Regio, nescio quomodo. *Idem.*

3 *De Ventidio Basso scripta sunt*] Qualia etiamnum sicut Gellius legit, nos legimus apud Valerium Maximum lib. 6 cap. 9, & Juvenalem Satur. 7. Quibus à Scioppio apponitur Vellejus lib. 2, quem & ipsum potuit legere Gellius, & Dio lib. 43. Sed in his converrendis accuratum videbis Stephanum Pigium in Annalibus Romanis ad annos 707, 710, 715.

4 *Comparandis mulis, &c.*] Quid si legas *confricandis*, vel *curandis mulis; & vehicula magistratibus, qui sortiti provincias forent, præbenda, publice conduxisse.* Sane τὸ *confricandis* vel *curandis* ex infra dictis confirmatur. *Oisius.* Immo frustra provocatur ad infradicta, quæ sunt aliena ab eo, quod in hoc loco agitur, ubi non unum vilissimum debuit poni, sed aliquid potius generale, quo tamen istud vilissimum contineretur. Cæterum non hæc sunt primum excogitata ab Oiselio (non enim erat tantus) sed pater ad marginem notavit eadem ex Scriverio: qui etiam ex Gebhardi Analectis lib. 1 cap. 15 adscripsit *copiandis*. Secundus error est, dum conatur relativum *quæ* post τὸ *vehiculis* modo ab Stephano ex MSStis oportunissime restitutum abjicere. Est autem satis vile istud *comparandis mulis & vehiculis*, si cogitetur illum ita dici comparavisse, ut qui eos etiam ipse curaverit & circa eos omnia administraverit instar lixæ & veri mulionis. Attamen indicabo in Reg. cod. me legisse *comprandis*, ubi secunda manus lineolam duxit per imam partem literæ p: tum in verbo *conduxisset* erasam literam postremam. *Gronov.*

5 *Qui sortiti provincias forent*] Notum est, senatum, postquam ad eum de provinciis relatio facta esset, jussisse provincias prætorias prætores sortiri, consules vero consulares, sive sortiri, sive inter se comparari; aut etiam, quamvis rarius, nonnunquam ipsum senatum; utrisque pro suo judicio nominatim singulas extra sortem decernere solitum.

6 *Præbenda publice conduxisset*] Magistratibus in provincias proficiscentibus de viatico, ut vestibus, vasibus, vehiculis, mulis, tabernaculis, & id genus reliquis instrumentis de publico præspici solebat. Unde Cicero lib. 4. in Verrem: *Majores nostri*, inquit, *neminem, qui cum potestate aut legatione in provinciam esset profectus, tam amentem fore putarunt, ut emeret argentum; dabatur enim de publico: aut vestem; præbebatur enim legibus: mancipium putaverunt; quo & omnes utimur, & non præbetur à populo. Sanxerunt, ne quis emeret mancipium,*

xisset; in isto quæstu [7] notum esse cœpisse C. Cæsari; & cum eo profectum esse in Gallias: tum quia in ea provincia satis naviter versatus esset, & deinceps civili bello mandata sibi pleraque impigrè & strenuè feciisset, non modò in amicitiam Cæsaris, sed ex ea in amplissimum quoque ordinem perveniisse: mox tribunum quoque plebi, ac deinde prætorem creatum, atque in eo tempore judicatum esse à senatu hostem cum M. Antonio: pòst verò conjunctis partibus, non pristinam tantùm dignitatem reciperasse, sed pontificatum, ac deinde consulatum quoque adeptum esse: eamque rem tam intoleranter tulisse populùm Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis victitasse, ut vulgò per vias urbis versiculi proscriberentur:

Concurrite omnes augures, haruspices:
Portentum inusitatum conflatum est recens.
[8] *Nam mulos qui fricabat, consul factus est.*

Eumdem Bassum Suetonius Tranquillus præpositum esse à M. Antonio provinciis orientalibus, [9] Parthosque in Syriam introrumpentis tribus ab eo prœliis fusos scribit, [10] eumque primum omnium de Parthis triumphasse, & morte obita [11] publico funere sepultum esse.

pium, nisi in demortui locum. Vide Livium lib. 42. ubi ait neminem ante L. Postumium consulem in itinere faciundo ullis unquam sociis, au provincialibus in ulla re oneri aut sumptui fuisse; quia magistratus mulis tabernaculisque, & omni alio instrumento militari ornabantur. Hæc autem instrumenta locari solebant, & à redemptoribus publice conduci; quemadmodum hic Gellius Ventidium Bassum ab initio fecisse commemorat; qui ἐργολάβος, & præbendorum manceps fuit, ut notavit Is. Casaubonus ad Suetonium in August. cap. 36.

7 *Notum esse cœpisse C. Cæsari & cum eo profectum esse*] Hoc posterius verbum substantivum omittitur ab MS. Reg. Paulo post male nuperæ editiones copulativam negligunt ante *τὸ deinceps*, quum contra eædem perperam assentiuntur Stephano illam inserenti ante vocem *pontificatum*, ubi ab MSStis & editis vetustioribus non admittitur, & delevi. Quinimmo illic habet liber Regius *sed pontificatum ac deinceps consulatum.* Gronov.

8 *Nam mulos qui fric.*] Cod. Regius *mulas.*

9 *Parthosque in Syriam introrumpentes*] Sub ductu Pacori Parthorum regis filii: qua de re Plutarchus in Antonio, & Dio Cassius lib. 49, aliique infiniti.

10 *Eumque primum omnium de Parthis triumphasse*] Ita & Dio l. 49. Καὶ συνέβη γε τῷ Οὐεντιδίῳ μονῳ τά τε νικητήρια ἐορτάσαι, ἀφ' ὧν μόνος ἐνίκησεν, ἢ δόξαν ἀπότε τότε ἢ ἐκ τῆς παραλόγου ἅμα τῆ τύχης μείζω λαβεῖν. οὐ γὰρ τοῖς τῆ Πομπηΐου τῆ Στράβωνος ἐπινικίοις πομπεύσας ποτὲ μέτ' ἄλλων αἰχμαλώτων, αὐτὸς ἐπινίκια τῶν Πάρθων πρῶτος Ῥωμαίων ἦγε. Id est, *Sed ut Ventidius solus vicerat, ita solus quoque de Parthis triumphavit, eaque res & insolitus fortunæ casus auxêre gloriam Ventidii: quippe olim in triumpho Pompeji Strabonis cum aliis captivis ductus, primus postea temporis inter Romanos de Parthis triumphum duxit.* Similiter Plutarchus in Antonio: Οὗτος (Οὐεντίδιος) ἀπὸ Πάρθων ἄχρι δεῦρο τεθριάμβευκε μόνος, ἀνὴρ γενόμενος μὲν ἀφανὴς, ἀπολαύσας δὲ τῆ Ἀντωνίου φιλίας, τὸ λαβεῖν εὐφορμους πράξεων μεγάλων. Hoc est, *Hic* (Ventidius) *de Parthis ad hanc memoriam triumphavit solus: vir obscuro loco natus, sed per amicitiam Antonii magnarum rerum gerendarum accepit materiam.*

11 *Publico funere sepultum*] De quo videndum caput quartum libri 1 Joh. Kirchmanni de funeribus Romanorum, & apparebit Oiselii notam obtinere, quod inde petierit, ita ut ne quidem scripturam verbi ἔταψε mutandam sciverit.

CAP. V.

Verbum profligò *à pleriſque dici impropriè inſciteque.*

SICUT alia verba pleraque, ignoratione & inſcitia improbè dicentium, quæ non intelligant, deflexa ac depravata ſunt à ratione recta & conſuetudine; ita hujus quoque verbi, quod eſt, *profligo*, ſignificatio verſa & corrupta eſt. nam quum ab affligendo, & ad perniciem interitumque deducendo inclinatum id tractumque ſit, ſemperque eo verbo, qui [1] diligenter loquuti ſunt, ita uſi ſint, ut *profligare* dicerent *prodigere* & *deperdere*, *profligataſque* res quaſi *proflictas* & *perditas* appellarint: nunc audio ædificia & templa & alia ferè multa, quæ propè abſoluta affectaque ſunt, *in profligato eſſe* dici; ipſaque eſſe *profligata* jam. Quapropter urbaniſſimè reſpondiſſe prætorem non indoctum virum [2] Barvaſculo cuidam ex advocatorum turbâ Sulpicius Apollinaris in quadam epiſtola ſcriptum reliquit. nam quum ille, inquit, rabula audaculus ita poſtulaſſet, verbaque ita feciſſet; Omnia, vir clariſſime, negotia, de quibus te cogniturum eſſe hodie dixiſti, diligentia & velocitate tua profligata ſunt; unum id ſolum relictum eſt, de quo, rogo, audias: tum prætor ſatis ridiculè, An illa, [3] inquit, negotia de quibus jam cognoviſſe me dicis, profligata ſint, equidem neſcio: hoc autem negotium quod in te incidit, proculdubio, ſive id audiam ſive non audiam, profligatum eſt. Quod ſignificare autem volunt, qui *profligatum* dicunt: ii qui Latinè loquuti ſunt, [4] non *profligatum*, ſed *adfectum*, dixe-

1 *Diligenter*] Forſan ſcripſerat *eleganter*. Sed & *diligenter* probum eſt, quemadmodum Macrobius lib. 6 c. 7. *Quod cum Virgilius anxie ſemper diligens fuerit in verbis*. Oiſ. Tanquam ipſi veniſſet in mentem ita conjicere, atque ita ſe revocaret. Sed ſcias ab patre etiam in ora adſcriptum ex Scriverio. Itaque potuerat hoc celari.

2 *Barvaſculo*] Ita revocavit lectionem hujus vocis H. Stephanus ad MSStos, prout ſic legitur in Reg. Lugd. utroq. Memm. Petav. quum in Scheff. exſtaret *barnaſculo*, in Chiffl. *barbaſculo*, quod expreſſit quoque editio Brixiana, & codici ſuo adſcripſit Scioppius. Et Aſcenſius notavit eſſe qui legant *Barbaſculo*. 1. aliquantulum barbaro. Adeo nullam auctoritatem habet iſtud anterius *barbatulo*. Interim tamen quis ſibi imaginetur tale nomen vel cognomen Romæ fuiſſe? Et notavit Pater Scriverium legiſſe *vaſculo*. Mihi certe videtur coaluiſſe ex gemino *Barb. Aſculo*, quod explicari debuerat *Barbario Aſculo*, prout notus eſt Barbarius Philippus, aut Barbio, ut in Inſcript. M. GALLICINVS. VINDILLE. L. BARB. L. L. PHILOTERVS. *Gronov.*

3 *Inquit*] Abeſt à cod. Tornæſ. & vett. edd. *Oiſ.* Quid mirum, quum in nullo è ſcriptis id repererim? ut ſubintelligi maluerit Gellius. *Gronov.*

4 *Non profligatum, ſed affectum dixerunt*] Falleris utique Gelli; nam & qui probe & Latine locuti ſunt, *profligatum* pro *adfectum* dixêre. Sic M. Cicero Tuſculan. Quæſt. lib. 5. *Profligata jam & pæne ad exitum deducta quæſtio eſt.* Auguſtus item in Ancyrano lapide: CEPTA. PROFLIGATAQVE. OPERA. A. PATRE. MEO. PERFECI. Et Tacitus Hiſtor. lib. 2. *Profligaverat bellum Judaicum Veſpaſianus, oppugnatione Hieroſolymorum reliquâ.* Id eſt, prope abſolverat. *Oiſ.* Quis neget hunc bellum hominem in ſermonis Latini peritia? Solus ſcilicet eſt doctrinæ ſuæ faber. Ergo eadem ſuccinctus firmitate accedit & Prouſteus notans [Immo vero & ipſe Cicero id uſurpat, cum alibi, tum ad famil. lib. XII epiſt. XXX ad Cornificium. Uſurpat Livius ac fortaſſe alii complures] Ita quaſi hæc res adhuc in partu hæreret, nec in lucem

dixerunt. ſicut M. Cicero in oratione, quam habuit de provinciis conſularibus. Ejus verba hæc ſunt: *Bellum adfectum videmus, &, vere ut dicam, pene confectum.* Item infrà: *Nam ipſe Cæſar quid eſt quòd in ea provincia commorari velit, niſi ut ea, quæ per eum adfecta ſunt, perfecta reipublicæ tradat?* Idem Cicero in Oeconomico: *Quum verò adfecta jam prope æſtate uvas à ſole miteſcere tempus eſt.*

lucem producta eſſet, audet dicere *fortaſſe*. Quam tardi veniunt bubulci? Atqui jam Aſcenſius adduxerat Cor. Tacitum. Sed nihil tam incredibile eſt, quam ab Freinshemio in indice Annæi Flori nihil aliud afferri, quam Gellium oppugnari ab Lipſio ad Tacitum 2 hiſt. 4. Quid igitur? An de vi & proprietate ſermonis Latini notaturus aut ſprevit aut ignoravit Obſervationes Gifanii in Linguam Latinam, qui in hoc verbo jam citat Muretum ad Senecam? An tantus vir adeo vilis eſt apud hos ſcabros puerulos? An Gifanii diſtinctionem ne noſcere quidem placet? Certe illa infelix eſt, dum ſuſtinet ſtatuere [Non enim dicebant *profligatam domum*, *templum*, diem, æſtatem, librum.] Contra enim ex marmore Ancyrano Lipſius notavit, cujus verba furantem Oiſelium idcirco hîc retinui, ut merito traduceretur. Inter iſta opera prorſus continetur & domus & templum. Et ſane Muretus ad Senecam non parcit nec Græcæ nec Latinæ copiæ ad Gellianum hoc juvenile explodendum, non cogitans convitio ipſum uti, quum ſcriberet ad Senecæ vitam beatam, cui id minime convenit; attamen præbens quoque Livium, Tacitum, & Ciceronem ſignificationis hujus auctorem, unde Lipſius videtur non niſi marmor Ancyranum allegare voluiſſe. Ego & hoc verbum *profligare* & ſuperius *noviſſime* dono libenter humanitati, qua erramus quotidie. *Gronov.*

CAP. VI.

In libro M. Ciceronis de gloria ſecundo, [1] *manifeſtum erratum in ea parte, in qua ſcriptum eſt ſuper Hectore & Ajace.*

IN libro M. Tullii, qui eſt ſecundus [2] de Gloria, manifeſtus error eſt non magnæ rei, quem errorem eſſe poſſit cognoſcere non aliquis eruditorum, ſed qui tantùm legerit Ὁμήρου τὸ ἡ [a]. quamobrem non tam id mirabamur erraſſe in ea re M. Tullium, quam non eſſe animadverſum hoc poſtea, correctumque, vel ab ipſo, vel à Tirone liberto ejus, diligentiſſimo homine, & librorum patroni ſui ſtudioſiſſimo. ita enim ſcriptum in eo libro eſt: *Apud eumdem poëtam Ajax cum Hectore congrediens depugnandi cauſa agit, ut ſepeliatur, ſi ſit forte victus, declaratque ſe velle, ut ſuum tumulum multis etiam poſt ſæculis prætereuntes ſic loquantur:*

[3] *Hic*

a *Homeri librum* 7. ſc. Iliadis.

1 *Manifeſtum erratum*] Ita recte ab Stephano repoſitum fuit, quum antea darent *manifeſte eſſe*, vel *eſt*, *erratum*, quum in Reg. & Lugd. maj. exſtet *manifeſtum erat ut*, unde optime eum ſequutæ ſunt poſteriores. Cæterum idem Stephanus in collectione & indice omnium capitum pag. 575 exhibuit vitioſe *manifeſtum eſſe erratum*, in quo cur tam pervicaciter eum ſequuntur poſteriores, ut etiam Prouſteus id ſervet? Ipſe non arbitror hæc diſſimilia eſſe oportere, & hinc verbum delevi. Reg. porro, *in ea parte*, *qua ſcriptum*. Gronovius.

2 *De Gloria*] Meminit ipſe Cicero librorum ſuorum de Honore & Gloria. Apud Græcos etiam Cleanthes & Sphærus de Gloria ſcripſerunt, ut eſt apud Diog. Laërtium.

3 *Hic*

[3] *Hic situs est vitæ jampridem lumina linquens,*
Qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.
Fabitur hæc aliquis. mea semper gloria vivet.

Hujus autèm sententiæ versus, quos Cicero in linguam Latinam vertit, non Ajax apud Homerum dicit, neque Ajax agit ut sepeliatur; sed Hector dicit, & [4] Hector de sepultura agit, priusquam sciat, an Ajax secum depugnandi causa congressurus sit.

3 *Hic situs est, &c.*] Homeri versus lib. 7. Iliad. quos Cicero interpretatur, hi sunt:

Ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι καταθνητῶτος,
Ὃν ποτ' ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ.
Ὥς ποτέ τις ἐρέει, τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

Ad verbum:

Viri quidem hoc monumentum jam diu defuncti,
Quem olim præstantem fortitudine interfecit illustris Hector.
Sic olim aliquis dicet: mea gloria nunquam peribit. Ois. Hi versus solebant in editionibus exhiberi velut ab Gellio adscripti. Ejecit Stephanus; nec enim reperiuntur in MSStis, cui propterea parent citeriores, etiam Prousteus, qui Ὁμήρου τὸ η interpretatur *Homeri octavum librum Iliados*, quia nempe ignorabat in numerandis Homeri libris non esse ἐπίσημον βάυ: sicut capite sequenti κλιμακτηρικὸν derivat ἀπὸ τῦ κλίμακτος.

4 *Hector de sepultura agit*] Ejus scilicet, cum quo pugnaturus esset.

CAP. VII.

Observatum esse in senibus, quòd annum ferè ætatis tertium & sexagesimum agant aut laboribus, aut interitu, aut clade aliqua insignitum: atque inibi super eadem observatione exemplum appositum epistolæ divi Augusti ad Cajum filium.

OBSERVATUM in multa hominum memoria, [1] expertumque est in senioribus plerisque omnibus, [2] sexagesimum tertium vitæ annum

1 *Expertumque est in senioribus*] Præpositio ista nulla apparet in MS. Reg. quod sane notandum. Quippe sequentia illa *senioribus plerisque omnibus* non debent interpungendo dividi ab sequentibus, quum pertineant ad verbum *venire*, & sint tertii casus. *Venire senioribus* dicit, ut Caligula *edixit reverti se, sed iis tantum qui optarent*, apud Suetonium. Quod mireris, cum codicis Regii lectione conspirat plane editio Brixiana. *Gronov.*

2 *Sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliqua venire &c. eum ætatis annum appellant κλιμακτηρικόν*] Extat laboriosa Cl. Salmasii cura circa hanc appellationem & ipsam rem opinionemque veterem; è qua non censeo in Gellio edendo id agi, ut grandia excerpta huc transferantur, quum illic legi queant ab illis, qui isto studio tenentur, prout fieri oportet ab vere studiosis. Præsertim vero non huc afferri debebat talis locus, unde probaretur plerosque veterum etiam antiquariorum & philologorum, & hinc quoque Gellium nostrum ignoravisse, quid esset annus Climacter vel annus Climactericus, idque ideo, quasi unum tantum videretur admittere annum Climactericum, nempe LXIII. Exerceat se hac in materia glorioše Salmasius; utique libro 3 cap. 10 Gellius ostendit se scire, qui sint climacteres, & de eo loco censere ex æquo nescivit Oiselius, nec potuit salva fide Salmasius scribere illic in vett. codd. legi *gravissima quæque . . septenariis*, quum in suo exemplari ex Reg. cod. ipse annotaverit *gravissimos quosque fieri septenarios*. Porro in multis specie diversis, attamen ad eandem rem pertinentibus potest unum aliquid haberi excellentius & magis eximium, ac ubique ab Græcis & Latinis factum novimus, quod sic appelletur; unde licet multi exstiterint anni climacterici, tamen ex continuo vel vulgi more licebit Gellio istum sic vocare κατ' ἐξοχήν, idque potest Gellio donari. Illustrare Gellium oportet, ut eum salvum integrumque habeamus; quid in quaque re, quam tractat, solidi ac veri sit, alio in loco deduci potest.

num cum periculo & clade aliqua venire, aut corporis morbique gravioris, aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis. propterea, qui rerum verborumque istiusmodi studio tenentur, eum ætatis annum appellant κλιμακτηρικόν. Nocte quoque ista proxima superiore, quum [3] librum epistolarum divi Augusti, quas ad Cajum nepotem suum scripsit, legeremus, duceremurque elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facili hercle & simplici; idipsum in quadam epistola super eodem anno scriptum offendimus; ejusque epistolæ exemplum hoc est: [4] VIIII Kalend. Octobr. *Have mi Cai, [5] meus ocellus jucundissimus: quem semper medius fidius desidero quum à me abes; sed præcipue diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Cajum: quem, ubicumque hoc die fuisti, spero lætum & benevalentem celebrasse quartum & sexagesimum natalem meum. nam, ut vides, κλιμακτῆρα communem seniorum omnium tertium & sexagesimum annum evasimus. deos autem oro, ut, [6] mihi quantumcunque supersit temporis, id salvis vobis traducere liceat in statu reipublicæ felicissimo [7] ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ ἀγαδεχομένων [a] stationem meam.*

a *Viriliter agentibus vobis & suscipientibus.*

---

potest. Hinc omnia Salmasiana pete ab Salmasio, & noli credere Augustum nescivisse distinguere inter annum sexagesimum tertium climactericum & fatalem; nam sibi fatalem tunc non fuisse ipse manifeste dixit. *Gronov.*

3 *Librum epistolarum divi Augusti*] Præter Epistolas Augustum etiam alia varia conscripsisse ex Suetonio in ejus vita, aliisque constat; quorum omnium quæ supersunt fragmenta & reliquias collegit, disposuit, & notis illustravit J. Rutgersius lib. 2. Variar. Lect. c. 19.

4 *VIII. Kalend. Octobr.*] Lege *IX. Kalend. Octobr.* ut bene vett. cod. Nam scripsit hanc epistolam ipso natali suo Augustus; is vero non in VIII. sed in IX. Kalend. Octobr. incidit, ut ex Suetonio notum. *Oisi.* Est error merus typorum in editione Lugd. Batav. anni 1644, quem nec adverterunt sequentes: sed ante eam Stephanica, Gryphianæ, Aldina, &c. numerum habent novenarium. nec aliter MSSti. unde sic reposui. Erat similiter erratum in Brixiana. *Gronovius.*

5 *Meus ocellus jucundissimus*] Vett. codd. leg. *meus Asellius jucundissimus*; unde τὸ *ocellus* factum. Notum illud Catulli,

Ni te plus oculis meis amarem.

Scriverio placuit olim: *mea salus jucundissima.* Oisi. Scioppius annotavit V. C. *asellus*, & alia manu *agellus*. Si placet audire jocos librariorum, *asellus* exstat etiam in fidelissima membrana Regia, & video sic quoque notatum ex Lugd. maj. Ex Memm. & Petav. & Lugd. min. *asfellus*, ex Ch. *ascellius*. Tanta est pertinacia literæ *a* in prima vocis ejus syllaba. Itaque & Brixiæ editum *Asellius*, quod tanto magis laudo, quanto improbior videtur audacia omnium aliorum, qui ita sustinent perfide tot antiquitatis ac veritatis pignora supprimere. Quæso enim, si ab Augusto scriptum fuit *ocellus*, idque retinuerit Gellius, fuitne ulla ratio librariis corrumpendæ vocis ejus? Non magis profecto, quam mox illud *oculi*. Quid igitur certius adsevarari potest, quam debuisse primam literam *a* observari pro signo, ad quod dirigi oporteret arcum, si tangi Augustea manus posset. Ego certe illud *asfellus* censui semper inoleviſse ex genuino *altellus*, ut delicate dictum Romæ novimus fuisse altellum Romulum ex Festo. Hoc satis tenerum & molle mirabatur Gellius 13, 4. *Tullius Tiro M. Ciceronis alumnus & libertus adjutorque studiorum.* Gronov.

6 *Quantum mihi*] Cod. Tornæs. *mihi quantumcunque*. Oisi. Nec etiamnum scio, cur Stephano placuerit eam vocem ita decurtare. Scias nullum vererem librum esse, quin offerat *quantumcunque*, quod ideo in hac editione non debuit desiderari. *Gron.*

7 *Stationem meam*] Prorsus non assequor, quemadmodum ita potuerint ab editionibus hæ duæ voces supprimi, ut H. Stephanus inde scribat pag. 99 in superioribus editionibus epistolam Augusti hisce verbis Græcis claudi, cui si adjicias ex vetu-

stis libris *stationem meam*, non fore, quod ad hujus loci expositionem desideres. Sunt tamen editiones, quæ potuerunt id ipsum tradere Stephano, & Brixiana certe sic habet, διαδεχομένων. 1. *fortiter ac viriliter agentibus vobis: atque succedentibus susci-*

pientibusque stationem meam. Etiam If. Pontanus adscripserat suo exemplari *viriliter agentibus vobis atque suscipientibus stationem meam*, qui etiam paulo ante pro voce *seniorum* cogitaverat *senecionum*. *Gronov.*

CAP. VIII.

Locus ex oratione Favorini veteris oratoris de cœnarum atque luxuriæ [1] *obprobratione,* [2] *qua usus est quum legem Liciniam de sumtu minuendo suasit.*

QUUM legeremus orationem veterem Favorini non indiserti viri: quam orationem totam, ut meminisse possemus, [3] odio hercle istiusmodi sumtus atque victus, perdidicimus. verba hæc, quæ apposuimus, Favorini sunt: *Præfecti popinæ atque luxuriæ negant cœnam lautam esse, nisi, quum libentissimè edis, tum auferatur, & alia esca melior atque amplior succenturietur. is nunc* [4] *flos cœnæ habetur inter istos, qui-*

1 *Obprobratione*] Al. *exprobratione*. Ois. Sed istud firmatur ab MSStis, neque debuit Stephanus in ipso contextu uti *exprobratione*, sed pag. 576 in collectione capitum *opprobratione*.

2 *Qua usus est cum legem Liciniam de sumptu minuendo suasit*] Horum verborum ne umbram quidem in ipso capite habemus. Mirum autem est, nisi Gellius harum inscriptionum auctor, unde librarii ista hauserint; neque enim Favorinus legem Liciniam de sumptu suasit. Sed nomen istud forte mendo non caret in ipso capite; ideo & olim Pithœus *Fannii* nomen pro *Favorini* reponendum censebat. Sane notum est C. Fannium auctorem fuisse legis sumptuariæ, quæ suo nomine Fannia appellata, de qua vide notas supr. lib. 2 cap. 24. *Ois.* Certe locus nodosus, quia MSSti omnes firmant hunc Favorinum, & is nusquam præbetur ab historia. Non requiritur autem, ut in ipso capite aliquid horum verborum habeamus. Sufficit in ipso hoc lemmate nos edoceri, quæ occasio fuerit hujus orationis, & locum ipsum continere cœnas & luxuriæ obprobrationem. Utinam modo Favorinum istum daretur noscere! Hinc in Salmasiano exemplari aliquis adposuit [an *Favonii*?] Nomen profecto bene notum; sed de quo nullus firmaverit; & tamen propterea notabile, quia Mich. Virdungus ad Agricolam Taciti ita prorsus citat. Pater suo libro adscripsit, incertum sua an Scriveriana, quoniam post numeros additur S. [Duo sunt Favorini apud Gellium, alter vetus orator, alter cujus sæpissime meminit. Dio lib. 69 apud Constantinum Por. in Hadriano, qui Γαλάτης vocat. Philostrat. in Sophistis. Lucianus in Demon. Gell. 1, 15. 9, 8. 10, 12. 11, 5. S.] Ita nihil etiamnum juvamur. Sed hanc fuisse sententiam Scriverii hinc quoque elucet, quod ex eodem pater adscripserit *orationem veteris Favorini*. Ut aliquid igitur & ipse afferam, nomen Favorini suspectum sane habeo, & quum id scriptum exhibeant primæ editiones per *Pha* in principio, judicavi in eo latere *P. Augurini*. Notum in republica Romana nomen P. Minucius Augurinus; sed quod Pigius defectu fastorum nimis raptim inde tollit, ita ut unum modo noverit diu ante tempus Fanniæ legis. Non potest autem dubitari, quin plures iisdem nominibus successerint, & aliquis vixerit ipsa illa ætate, qua legem eam ferri contigit. Non credo de literarum vicinia controverti aliquid posse. Videat alius commodiora. Habes L. Minucium Augurinum VII, 19. *Gronov.*

3 *Odio hercle istiusmodi sumptus*] Sic recte vetustiss. Roman. & Venet. edd. cum aliæ, *odio esse hercle istiusmodi sumptus*. Non ita bene. Et τὸ *esse* superfluum esse, & sensum turbare jam olim Badius monuit, ac ideo in editione suâ sustulit. *Ois.* Atqui id minime sufficit, quum id verbum exstet in libris scriptis, quod non debet ita temere abigi. Quin etiam in omnibus legitur *qua oratione totum*. Hinc habe, quod in suo exemplari notavit Pater: *qua oratione totum ut meminisse possemus, odio esse h. i. f. atque victus perdidicimus, verba hæc, quæ Favorini sunt, apposuimus*. Scriverius legebat *verbaque apposuimus* delens nomen Favorini. *Gronov.*

4 *Flos cœnæ*] Solenne optimis Auctoribus id quod optimum & maxime decorum cujusque rei, *florem*

quibus sumtus & fastidium [5] *pro facetiis procedit: qui negant ullam avem præter* [6] *ficedulam totam comesse oportere; cæterarum avium atque altilium, nisi tantum apponatur, ut* [7] *à cluniculis inferiori parte saturi fiant, convivium putant inopia sordere: superiorem partem avium atque altilium qui edunt,* [8 9] *eos palatum non habere:* [10] *si proportione luxuria pergit crescere, quid relinquetur, nisi ut delibari sibi cœnas jubeant, ne edendo* [11] *defati-*

florem appellare. Sic *flos vini* apud Plautum pro vino generosissimo; *Flos flammæ*, & *Flos nardi* apud Lucretium. *Flos populi*, apud Ennium,

Flos illibatus populi, Suadæque medulla.

Et sexcenta hujusmodi passim occurrunt.

5 *Pro facetiis*] Citat hunc locum Pricæus ad Apuleji Apologiam, ubi is dicit *scio nonnullos facetiæ sibi habere, res divinas deridere.* Ubi vox quidem eadem, sed sensus longe alius; & nullus ambigit quin Latina vox sit. Bene etiam habet in Appulejo; non in Gellio, ubi idcirco pater conjiciebat *pro cupediis.* Gronov.

6 *Ficedulam totam*] In summis enim deliciis ficedulæ habitæ. & cum à semetipsis fatui fere forent saporis, piper iis addebatur. Martialis libr. 13. Epigr. 5.

Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo
Cum tibi forte datur, si sapis adde piper.

Unde apud Petronium in Trimalcionis lautissimi hominis cœnâ Encolpion ait: *Persecutus putamen manu, pinguissimam ficedulam inveni piperato vitello piperatum.* Quam Petronius *pinguissimam*, Martialis *ceream* vocat, ob pinguitudinem toto corpore flavescentem. Nomen accepit, quia ficuum usu pinguis fit. Varro lib. 4. de L. L. *Ficedulæ & Miliariæ à cibo: quod alteræ fico, alteræ milio fiant pingues.* Similiter Isidorus lib. 12 cap. 7. Unde Martialis in Xeniis, Epigr. 49. cujus lemma *Ficedula.*

Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus uvis,
Cur potius nomen non dedit uva mihi?

Ideo & ficuum tempore venari ficedulas ex Alexandro Myndio scribit Athenæus lib. 2. Deipnosoph.

7 *A cluniculis*] Unde Martialis lib. 3. Epigr. 67.

Cereus immodicis turtur te clunibus implet.

8 *Eos palatum non habere*] Hoc est, eos saporis sensu privatos esse. Palatum enim ut saporis sedes quibusdam consideratur; unde Latinis crebro usurpatur palatus pro delicatiori gustu. Sic Cicero lib. 2. de Finib. *Non sequitur ut cui cor sapiat; ei non sapiat palatus.* Quintilianus lib. 1 cap. 2. ægre fert, quod ante palatus puerorum, quam os instituitur. Unde Horatii illud notissimum:

Tres mihi convivæ prope dissentire videntur
Poscentes vario multum diversa palato.

Ab his vero secedit Lactantius, qui putat eos falli, qui palato saporis sensum inesse velint. Sic enim lib. de Opific. Dei, cap. 10. *Nam quod attinet*, inquit, *ad saporem capiendum, fallitur quisquis hunc sensum palato inesse arbitratur. Lingua enim est qua sapores sentiuntur.* Quod haud dubie hausit ab Aristotele, qui lib. 1. de Histor. Animal. in oris descriptione soli linguæ saporis sensum tribuere videtur, hisce verbis: Τὸ δ' ἐντὸς σιαγόνων καὶ χειλῶν στόμα, τούτῳ μέρη, τὸ μὲν ὑπερῷον· τὸ δὲ, φάρυγξ· τὸ δ' αἰσθητικὸν χυμοῦ, γλῶττα, ἡ δ' αἴσθησις, ἐν τῷ ἄνω, ἐὰν δὲ ἐπὶ τῷ πλατεῖ ἐπιτεθῇ, ἧττον. Id est, *Quod intra maxillas ac labia continetur, os est. Cujus partes palatum, & fauces, & gustus instrumentum lingua: in mucrone potissimum: nam lata pars minus sentit.* Ad quæ verba Vir summus J. Cæsar Scaliger notat: *Gustus sedem in lingua cæteris animalibus Plinius tradit: homini etiam in palato. De palato hic Aristoteles nihil. At nos id experti sumus: Plinio vero quis dixit in palato non esse cæteris animalibus? Nam sale non solum linguam equis, verum etiam palatum fricamus ad gustum acuendum.* Gustus itaque sedes tam palatus, quam lingua.

9 *Eos palatum non habere*] Negativa destituitur Reg. Thuan. Lugd. uterq. Lincoln. Etiam Scioppius notam delendi adscripsit. Unde opinabar eam suppositam esse in vicem τὸ *haud* absorpti in verbi sequentis principio: sed patris affatim præsens & velox ingenium fuit inde legentis *eis palatum habere.* Quanquam & *eos* ita retineri possit. *Gronov.*

10 *Si proportione luxuria pergit crescere, &c.*] Ita hunc locum Jos. Scaliger & L. Carrio correxere; cum in vulgatis antea legeretur: *Si proportione crescit, & debere epulas crescere. Videte quid relinquitur: nisi ut delibari sibi cœnas jubeant, ne edendo defatigentur.* Unde Scriverius in suo codice olim faciebat, *Si proportione crescente luxuriâ, debeant epulæ crescere, videte quid relinq.* &c. Sensus vero totius loci est, ut bene notavit Scaliger; Si, inquit Favorinus, triclinia certant templis Deorum immortalium: quid relinquitur, nisi ut sibi è patellâ libari dapes jubeant, ut Diis immortalibus, & Laribus Penatibus solet?

11 *Defatigentur*] Lugd. uterq. Lincoln. *defetigentur.*

fatigentur? [12] *quando ſtratus auro, argento,* [13] *purpura, amplior* [14] *aliquot hominibus, quàm diis immortalibus adornatur.*

gentur. Imo ſic jam edidit H. Stephanus. Tum & ſcripti omnes *relinquitur*; quod etiam retinet ipſe Scaliger, & citat tanquam ab Scaligero Virdungus loco citato, ubi voces *ne edendo defetigentur* prorſus vult ignorare & omittit. Sicut facit & Scaliger, incertum volens an immemor, quum exſtent in MSS. agnoſcens quoque veruſtiſſimum Oratorem Favorinum. Ex quo quum Gellius citet iſta verba, perpende lector, an ſatisfacere tibi queant hæc nuper effuſa ad Juliani Cæſares pag. 17. *Un auteur Latin dans ſes Nuicts Attiques ſe plaignant du luxe des Romains dans leur Tables, ajoute, qu'ils faiſoient des licts aux hommes plus magnifiques, qu'aux Dieux mêmes.* Et pag. 21. *Il y à long temps, que Gellius parle du luxe des Romains en licts d'or, d'argent & de pourpre.* Mihi immanis & perdita videtur confuſio & temporum & auctorum. *Gronov.*

12 *Quando ſtratus auro, argento, &c.*] Hoc eſt, quod Manilius Aſtron. lib. 5. ait:

Hæc fuerat quondam Divis conceſſa figura:
Nunc jam luxuriæ pars eſt. Triclinia templis
Concertant, tectique auro jam veſcimur auro.

Quorum ſenſus, notante Scaligero, Ædes Deorum olim duntaxat bracteatæ & deauratæ erant, nunc vero & triclinia noſtra; tectique aureis lacunaribus veſcimur auro cavo; è vaſis nimirum, quibus cibum ſumimus, aureis. Cæterum de lectis & triclinis aureis argenteiſque Plinius lib. 33 cap. 2, ubi & primum eorum laudat Auctorem. *Lectos vero mulierum jam pridem totos operiri argento, & triclinia quædam, quibus argentum addidiſſe primus traditur Carvilius Pollio eques Romanus, non ut operiret, aut Deliacâ ſpecie faceret; ſed Punicana. Idem & aureos fecit.* De Julio Cæſare narrat Suetonius, eum *in aureo lecto veſte purpureâ decubuiſſe.* E ſolido etiam argento poſtea factos conſtat ex Lampridio in Heliogabalo: *Solido argento factos habuit lectos & tricliniares.* Unde Ulpianus *l.* 19. *D. de aur. arg. leg.* ait; *Lectum plane argenteum, vel ſi quæ alia ſuppellex argentea ſit, argenti appellatione non continetur.*

13 *Purpurâ*] Id eſt, purpureâ ſtragulâ, vel veſte coopertus lectus. Ut in illis Suetonii de Julio Cæſare: *In aureo lecto veſte purpureâ decubuiſſe.*

14 *Aliquot hominibus*] Quibuſdam hominibus. Alii legunt *aliqua* & referunt ad purpuram. *purpura amplior aliqua hominibus, quam Diis immortalibus adornatur.* Oiſ. Citatur *aliqua* ab Scaligero, ſed id in aliquo vetere libro non apparet; ac ſignificantius eſt τὸ *aliquot*, quod in utroque Lugd. exhibeant *aliquod.*

CAP. IX.

Quòd Cæcilius poëta frontem *genere virili, non poëticè, ſed cum probatione & cum analogia appellavit.*

[1] Verè ac diſertè [2] Cæcilius hoc [3] Subditivo ſcripſit:

[4] *Nam hi ſunt inimici peſſumi, fronte hilaro,*
Corde triſti: quos neque ut apprendas, [5] *neque ut mittas ſcias.*

Hos

1 *Vere ac diſerte*] Copula non eſt in Reg. cod. qui ſane habet etiam *in Subditivo.* ut & in Lugd. maj. licet ab aliis abſit. *Gronov.*

2 *Cæcilius*] Inclytus comœdiarum poëta, ut à Gellio vocatur lib. 4 cap. 20. ubi & ait *Statii* cognomen habuiſſe. Floruit temporibus Ennii. Hieronymus in Chronico ex Tranquillo: Olymp. CL. an. 11. *Statius Cæcilius comœdiarum ſcriptor clarus habetur, natione Inſuber Gallus, & Ennii primum contubernalis. Quidam Mediolanenſem ferunt. Mortuus eſt anno poſt mortem Ennii & juxta Janiculum ſepultus.*

3 *Subditivo*] Cod. Tornæſ. *in Subditivo.*

4 *Nam hi ſunt inimici peſſumi, &c.*] Huc faciunt illa Auguſtini lib. 19. De Civit. Dei cap. 5. ex Tullio de Amicitiâ: *Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quam hæ, quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam eum, qui palam eſt adverſarius, facile cavendo vitare poſſis. Hoc vero occultum, inteſtinum ac domeſticum malum, non ſolum exiſtit, verum etiam opprimit, antequam proſpicere atque explorare potueris.*

5 *Neque ut mittas ſcias*] Apud Nonium in voce *frontem*, ubi hos Cæcilii verſus quoque adducit, eſt, *neque vitare ſcias.* Oiſ. Non id modo monuit Mercerus, quem ejusnus iſte animus compilat, ſed etiam id ipſum, quod de inſcriptionibus fabularum partim Græcis, partim Latinis in Cæcilio & aliis

Hos ego verſus, quum de quodam iſtiuſmodi homine ſermones eſſent, in circulo fortè [6] juvenum eruditiorum dixi. tum de grammaticorum vulgo quiſpiam nobiſcum ibi aſſiſtens non ſanè ignobilis, Quanta, inquit, licentia audaciaque Cæcilius hic fuit, quum [7] *fronte hilaro*, non *fronte hilara* dixit, & tam immanem ſolœciſmum nihil veritus eſt? immo, inquam, potius nos & quàm audaces & quàm licentes ſumus, qui frontem improbè indocteque non virili genere dicimus, quum & ratio proportionis, quæ analogia appellatur, & veterum [8] auctoritas non *hanc*, ſed *hunc frontem* debere dici ſuadeant. quippe M. Cato in [9] quinto Originum ita ſcripſit: *Poſtridie ſignis collatis, æquo fronte, peditatu, equitibus atque* [10] *alis cum hoſtium legionibus pugnavit. recto* quoque *fronte* idem Cato eodem in libro dicit. At ille ſemidoctus grammaticus; Miſſas, inquit, auctoritates facias: quas quidem ut habeas, poſſe fieri puto; ſed rationem dic, quam non habes. atque ego his ejus verbis, ut tum ferebat ætas, irritatior, Audi, inquam, mi magiſter, rationem falſam quidem, ſed quam redarguere falſam eſſe tu non queas. Omnia, inquam, vocabula tribus literis finita, quibus *frons* finitur, generis maſculini ſunt, ſi in genitivo quoque caſu eadem ſyllaba finiantur: ut, [11] *mons, fons, pons, frons.* at ille contrà renidens, Audi, inquit, diſcipule, plura alia conſimilia, quæ non ſint generis maſculini. Petebant ibi omnes, ut vel unum ſtatim diceret; ſed quum homo vultum

aliis vir ille doctiſſimus ſcripſerat in anteriore nota ab hoc ipſo editum, & idcirco nunc omiſſum, quia in furti cauſam lapſum non debebat huic prodeſſe.

6 *Juvenum eruditorum*] Reg. Thuan. Lugd. min. *eruditiorum*, maj. *eruditionum*. Gronov.

7 *Fronte hilaro: non fronte hilara dixit*] Nonius. *Frontem fœminino genere Virgilius ait: Et frontem obſcœnam rugis arat. Maſculino Titinnius Setina. Quaſi Hermaphroditus fimbriatum frontem geſtas. Pacuvius: Fronte ſuppreſſa, innata fronte, vultu turbido.* Ubi præter Cæcilii exemplum, & alia ex Catone & Plauto adducit.

8 *Auctoritas*] Cod. Tornæſ. *Auctoritates.* Oiſ. Et id quidem certe approbandum, quum ſit in Reg. Thuan. Lugd. maj. & reſponſio grammatici videtur ad iſtum numerum mox reſpicere. *Gronov.*

9 *Quinto originum*] Inexſpectata varietas. Nam quum editiones nonnullæ darent *quinta*, Lugd. min. Thuan. Put. retinuerunt *quinto*: at Reg. & Lugd. maj. exhibent *primo*, verum omnes ante iſtud numerale adjectivum ſervant præpoſitionem *in*, quam neſcio quî omiſerit Oiſelius. *Idem.*

10 *Alis*] Male vulgo *aliis.* Notum enim, Alas dictas exercitus equitum ordines, qui circum legionis dextra ſiniſtraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur. *Oiſ.* Recte. Sed de equitibus utique jam clare præceſſit. *Alis* ſane notatum video ex Mem. & Lugd. min. idque exemplari ſuo adſcripſit Iſaa. Pontanus, indicans locum libri 16 cap. 4, unde ſumta ſunt ab Oiſelio verba ad explicandum. Annotavit & Scioppius. Sane plus moleſtiæ hic adfuit aut adfuiſſe olim videtur, quia in MS. Reg. legitur *peditatu, peditibus atque al-* Nec aſſequor, quid lateat, ſi repudies, quod mihi in mentem venit, *peditatu, velitibus, atque alis.* Hæc enim tria fuerunt corpora diſtincta quondam in acie Romana. Etiam in Regio non legitur *pugnavit*, ſed *pugnavimus.* In iſto libro quinto fuit Cato hic admodum bellicus, ut patet ex capite 13, ubi dicit *in quinta Origine*, & mirum, ſi non & nunc ita literas fecerit. *Gronov.*

11 *Mons, fons, pons, frons*] Sic ad quatuor exempla auxit pater, quod ſcio. quum alii tertio acquieſcerent, ex Memm. & Petav. Ex aliis enim nihil video notatum. Quod propterea hic indico, quia tergiverſatus in eo eſt Prouſteus. *Idem.*

tum intorqueret, & non hiſceret, & colores mutaret: tum ego interceſſi; &, Vade, inquam, nunc, & habeto ad requirendum [12] triginta dies: poſtquam inveneris, repetes nos. atque ita hominem nulli rei ad indagandum vocabulum, quo reſcinderet finitionem fictam, dimiſimus.

12 *Triginta dies*] Alludit ad triginta dies æris confeſſi, de quibus in XII. Tabulis. Vide infra cap. 13. & lib. 20. cap. 1. *Oiſ.* Hæc eadem ex codice Scriverii deſcripſit Pater in ora ſui exemplaris.

CAP. X.

De voluntario & admirando interitu virginum Mileſiarum.

Plutarchus in librorum, quos [1] περὶ ψυχῆς [a] inſcripſit, primo, quum de morbis diſſereret in animos hominum incidentibus, virgines dixit Mileſii nominis, fere quot tum in ea civitate erant, repentè, [2] ſine ulla evidenti cauſa, voluntatem cepiſſe obeundæ mortis; ac deinde plurimas vitam ſuſpendio amiſiſſe. id quum accideret in dies crebrius, neque animis earum mori perſeverantium medicina adhiberi quiret; decreviſſe Mileſios, ut virgines, quæ corporibus ſuſpenſis demortuæ forent, [3] ut eæ omnes nudæ cum eodem laqueo, quî eſſent prævinctæ, efferrentur: poſt id decretum virgines voluntariam mortem non petiſſe, pudore ſolo deterritas tam inhoneſti funeris.

a *De anima.*

1 Περὶ ψυχῆς] Horum librorum meminit & Auctor noſter ſupra lib. 1 cap. 3. Hiſtoria autem hæc adhuc hodie habetur apud Plutarchum lib. De Virtutibus Mulierum.

2 *Sine ulla evidenti cauſa*] Plutarchus De Virtut. Mulierum ait, quaſdam putaſſe aërem veneno infectum in cauſa fuiſſe: Verba ejus, Τὰς Μιλησίων ποτὲ παρθένους δεινὸν πάθος καὶ ἀλλόκοτον κατέχειν, ἐκ δή τινος αἰτίας. ἀδηλον. μάλιστα δὲ εἰκάζετο κρᾶσιν ἐκφαλικὴν καὶ φαρμακώδη λαβὼν ὁ ἀὴρ, τροπὴν αὐτοῖς καὶ παραφορὰν τῆ διανοίας ἐνεργάσασθαι. Id eſt, *Mileſias virgines quodam tempore atrox animi & abſurda inceſſit perturbatio: qua de cauſa, incertum: niſi quod putabatur aëris temperies veneno infecta & ad inſaniam excitandam parata, mutationem iſtam animorum atque alienationem effeciſſe.* Sunt, qui putent virgines haſce Mileſias laboraſſe furore uterino; Hippocrates enim περὶ παρθενίων, hoc morbo affectas nonnumquam ob oppreſſionem, quæ circa cor eſt, ſuffocationem ſibi parare, ſeſeque ſtrangulare ſcribit, vel etiam in puteos deſilire ac præcipitare; exiſtimantes hoc ut præſtantiſſimum remedium, omnemque utilitatem excedere; ſic ut voluptas quædam mortis tanquam boni cujuſdam expetendæ eas incedat. *Oiſ.* In Salmaſii codice adſcriptum eſt: Simillimum de Romanis & Superbo Caſſius Hemina apud Servium. *Tarquinius Superbus quum cloacas populum facere coegiſſet, & ob hanc injuriam multi ſe ſuſpendio necarent, juſſit corpora eorum cruci adfigi. hinc primum habitum eſt turpe mortem ſibi conſciſcere.*

3 *Ut eæ omnes*] Ita ſequor editiones omnes conſenſu hanc ſcripturam approbantes, uſque ad illam Lugd. Bat. anni 1644, quæ voculam *ut* repudiavit, quod & fecit Prouſteus, alias ſolitus ſequi Stephanum, quum Stephanus tamen recte retinuerit. Habent enim MSSti omnes, niſi quod multi *ut hæ omn.* & ſolent Latini eam in talibus iterare, ut notavit pater ad 3, 9. *Gronov.*

CAP.

CAP. XI.

Verba senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis: item verba edicti Censorum, quo improbati & coërciti sunt qui disciplinam rhetoricam instituere & exercere Romæ cœperant.

C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala Coss. [1] senatusconsultum de philosophis & de rhetoribus [2] Latinis factum est. M. POMPONIUS. PRÆTOR. SENATUM. CONSULUIT. QUOD. VERBA. FACTA. SUNT. DE. PHILOSOPHIS. ET. DE. RHETORIBUS. DE. EA. RE. ITA. CENSUERUNT. UTI. M. POMPONIUS. PRÆTOR. ANIMADVERTERET. COERARET. Q. UTI. EI. E. REPUBLICA. FIDE. QUE. SUA. VIDERETUR. UTI. ROMÆ. NE. ESSENT. [3] Aliquot deinde annis post id senatusconsultum Cn. Domitius Ænobarbus & L. Licinius Crassus Censores de coërcendis rhetoribus Latinis ita edixerunt. RENUNCIATUM. EST. NOBIS. ESSE. HOMINES. QUI. NOVUM. GENUS. DISCIPLINÆ. INSTITUERUNT. AD. QUOS. JUVENTUS. IN. LUDUM. CONVENIAT. EOS. SIBI. NOMEN. IMPOSUISSE. LATINOS. RHETORAS. IBI. HOMINES. ADULESCENTULOS. DIES. TOTOS. DESIDERE. MAJORES. NOSTRI. QUÆ. LIBEROS. SUOS. DISCERE. ET. QUOS. IN. LUDOS. ITARE. VELLENT. INSTITUERUNT. HÆC. NOVA. QUÆ. PRÆTER. CONSUETUDINEM. AC. MOREM. MAJORUM. FIUNT. NEQUE. PLACENT. NEQUE. RECTA. VIDENTUR. QUAPROPTER. ET. HIS. QUI. EOS. LUDOS. HABENT. ET. HIS. QUI. EO. VENIRE. CONSUERUNT. VISUM. EST. FACIUNDUM. UT. OSTENDEREMUS. NOSTRAM. SENTENTIAM. NOBIS. NON. PLACERE. Neque illis solùm temporibus nimis rudibus,

1 *Senatusconsultum de philosophis, &c.*] Exstat hoc Senatusconsultum; uti & quod mox sequitur Edictum Censorium, etiam apud Suetonium in principio libri De Claris Rhetorib. unde utrumque ab Auctore nostro desumptum videtur: ubi plura videri possunt in notis Is. Casauboni.

2 *Latinis*] Hæc vox suspecta est Stephano Pighio Annal. lib. 12. cum nec Suetonius, nec ipsum SC. ejus meminerit. ideoque putat forte suppositam, ut magis tritam, ab indocto librario pro voce *Inquilinis*. Nam M. Pomponius Prætor de extraneorum scholis adventiciis ad Senatum retulit; unde & vix dubium est, licet SC. verba non exprimant quam jurisdictionem is in Urbe obtinuerit, quin jurisdictio peregrina ejus provincia fuerit. *Oiſ.* Sed qui optime consulat, consul esto. Prorsus inique videtur arbitrari Pigius, quum licet appellare possit extraneorum scholas adventicias, tamen probabile sit Latine primo exercitam fuisse hanc rhetoricen, & Græculos magistros Romanam linguam addidicisse, ut magis dextre arriperent huic rerum domino & conclionario populo, sed artificiose non instructo, morosoetiam, & quem ruditatis avitæ non pœnitebat; non Romanos, quum cuperent primo philosophica & rhetorica tractare, debuisse primum fatigari Græco sermone apprehendendo. Latine hoc tempore & sua lingua Romanos aggressi videntur Græci, ut gustum excitarent, non dubitantes, Græca facile deinde accessura. Itaque nec dubitant codices antiqui, quorum fidem formula nulla potest ad aliquam notionem vocare. Nec felicior in hac suspicione est Pigius, quam quum mox auget hæc ipsa scribendo *Patres consulti de ea re ita censuerunt*, quum sæpe omiserint duas priores voces. *Gronov.*

3 *Aliquot deinde annis post*] Annis nimirum septuaginta duobus. Factum enim hoc Censorium Edictum anno ab U. C. IↃCLXII. Nam hoc Urbis anno Censores fuere Licinius Crassus & Domitius, ut est apud Plinium in principio lib. 17. Hist. Natur. Pighius vero ex Fastis Capitolinis in Annalibus hos Censores refert ad annum V. C. IↃCLXI. C. Claudio Pulchro, Marco Perpenna Cos.

4 *Dio-*

bus, necdum Græca [4] disciplina expolitis, philosophi ex urbe Roma pulsi: sunt [5] verum etiam Domitiano imperante senatusconsulto ejecti, atque urbe & Italia interdicti sunt. qua tempestate [6] Epictetus quoque philosophus propter id senatusconsultum [7] Nicopolin Roma decessit.

4 *Doctrina*] Cod. Torn. *disciplina*. Ois. Imo hanc vocem non solum Badiana & Aldina rite in contextu expressit, sed etiam multæ editiones ostentant in margine. Nec aliter Regius & uterq. Lugd. Petav. Lincoln. ut jeam credere liceat Gellianam. Mox Reg. & Lugd. maj. legunt *philosophi & ex urbe Rom.* An innuunt *expolitis exacti philosophi & ex urbe?* ut bina verba binis comparaverit. *Gronov.*

5 *Verum etiam Domitiano imperante*] Hæc optime sunt cognita & ab Suetonio aliisque posteritati tradita. Sed quum proprie hæc pertineant ad Romam, non oportuit hinc evagari ad quæcunque similia aliorum temporum & populorum decreta, quod faciebat Oiselius haud dubie hunc vel illum describendo violans, nec Gellio quidquam boni conferens.

6 *Epictetus*] De hoc supra 1, 2 & 2, 19 quædam notata. Adde sis Lipsium Manuduct. ad Philosoph. Stoic. lib. 1. Diss. 19.

7 *Nicopolin*] Ubi etiam obiisse, omnesque illas Epicteti dissertationes, quas scripto mandavit Arrianus, illic habitas fuisse existimat Salmasius, quum & libro 11 cap. 6 scribatur cum οἰκεῖν ἐν Νικοπόλει. Vide paginam 4 Salmasianæ operæ in Epictetum & Simplicium. Attamen cod. Reg. habet *Neapolin. Gronov.*

CAP. XII.

Locus ex oratione Gracchi de parsimonia, ac de pudicitia sua memoratissimus.

C. Gracchus, quum ex Sardinia rediit, [1] orationem ad populum in concione habuit. ea verba hæc sunt: *Versatus sum*, inquit, *in provincia quomodo ex usu vestro existimabam esse*, [2] *non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar. nulla apud me fuit popina:* [3] *neque pueri eximia facie stabant.* [4] *sed in convivio liberi vestri modestius erant, quàm;* [5] *apud principia.* pòst deinde hæc dicit: *Ita versatus sum in provincia, ut nemo possit verè dicere assem aut eo plus in muneribus me accepisse; aut mea*

1 *Orationem ad populum in concione habuit*] Occasionem hujus orationis, quam Oiselius descripserat ipsis Stephani Pighii verbis, pravitate animi stolida, cum indicio citationis Charisianæ de oratione Gracchi ad censores, rectius videbis in ejusdem Annalibus ad annum Urbis 629, quem consule. Annotavit pater ex Scriverio: *orationem ad populum habuit. in concione ea verba sunt hæc.* Sed apparet Pigium non fuisse his assensurum; nec ulli codices antiqui hanc trajectionem probant. Annotavit etiam Scioppius [Plutarchus in Graccho vertit hanc orationem.] *Gronov.*

2 *Non quomodo ambitioni meæ*] Adscripsit is, qui codicem Petavianum contulit, [Simile omnino apud Sall. in Epistola Pompeji ad Senatum: *Hiememque in castris inter sævissimos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi.* Notat Douza.]

3 *Neque pueri eximia facie stabant*] Stare proprie dicebatur de iis, qui ad mensam ministrabant, ut pocillatores. Hinc Ausonius de Ganymede:

Stat Jovis ad cyathum, generat quem Dardanius Tros.

Suetonius in Cæsare: *Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse objecit illi cum reliquis obsoletis.* Seneca lib. 3. de Beneficiis cap. 27. *Servus quum cœnanti ad pedes steterat, narrat quæ inter cœnam ebrius dixisset.*

4 *Sed in convivio*] MSS. Reg. & Lugd. maj. *& in convivio.*

5 *Apud principia*] Sic primus hunc locum ex optimo codice MS. correxit Petr. Victorius Var. Lect. lib. 3 cap. 5. cum vulgò legeretur *apud Principem.* Ois.

mea opera quemquam sumtum feciſſe. [6] *biennium fui in provincia: ſi ulla meretrix domum meam introivit, aut cujuſquam ſervulus propter me ſolicitus eſt,* [7] *omnium natorum poſtremiſſimum nequiſſimumque exiſtimatote. quum à ſervis eorum tam caſte me habuerim, inde poteritis conſiderare, quomodo me putetis* [8] *cum liberis veſtris vixiſſe.* Atque ibi ex intervallo, *Itaque*, inquit, *Quirites, quum Romam profectus ſum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. alii vini amphoras quas plenas tulerunt, eas argento* [9] *plenas domum reportaverunt.*

Oiſ. Non ex optimo ſcribit Victorius, ſed in Manuſcripto fidelique exemplari, cui accedunt Reg. Thuan. Mem. Petav. Lugd. uterq. unde dubitari de eo non debet, licet Scriverius vocem *principem* mutarit in *præceptorem*. Quod ad principia vero attinit, ea Oiſelius illuſtrare nequit, & licet incipiat contrectare Lipſiana, eorum tamen gloria integra eſt, quæ vide in libro v Militiæ Rom. dialog. 4. *Gron.*

6 *Biennium enim fui in provincia*] *To enim* abeſt à Cod. Tornæſ. Cæterum Gracchus hic dicit ſe biennium fuiſſe in provincia; quod omnino verum eſſe & Annales teſtantur. Plutarchus tamen eum triennio quæſtorem fuiſſe tradit. Lipſius olim Antiq. Lect. lib. 5 c. 4. putabat, aut hic *triennium*, aut apud Plutarchum *biennium* reponendum. Sed Pighius in Annalibus exiſtimat Plutarchum etiam annum quo Gracchus provinciam reliquit, & tribunatum petiit, ejus quæſturæ adjicere. *Oiſ.* Abeſt conjunctio etiam ab omnibus MSS. quorum copiam habui. Etiam Scioppius notat delendam. Abeat igitur. Cæterum Reg. & Scheff. retinent *ſolicitatus*.

7 *Omnium natorum*] Id eſt, omnium qui unquam, aut uſquam nati. Ita Lipſius in Electis hunc locum primus correxit, cum vulgò legeretur *omnium nationum*. Haud bene. *Oiſ.* Præterit Lipſius vocem *nationum* non apte huc trahi. Id notaverat jam Aſcenſius, quum de τῷ *poſtremiſſimus* aliquid dixiſſet, his verbis [Signandum etiam, quod ſuperlativus non conveniat cum genitivo in genere: dicit enim omnium nationum: ſed ſubauditur hominum] Certe antiqui codices univerſi mordicus retinent *nationum*, in cujus idcirco vocis literis, prout exſtant & ſcribi ſolent, perpenſis exhiberi debet corruptela, quam adverte ſi poſſis ſpectare in voce *latronum*. Gronov.

8 *Cum liberis vixiſſe*] Opinor typorum errorem fuiſſe in editione Lugd. Bat. anni 1644, quum vocem *veſtris* omiſit, quod non debuerunt citeriores ſequi, quum de MSStis nullum ſit dubium, & omnes habeant. Hinc repoſui. *Idem.*

9 *Plenas*] Cod. Tornæſ. *repletas*. Oiſ. Etiam Regius & Lugd. maj.

CAP. XIII.

[1] *De verbis inopinatis, quæ utroque verſum dicuntur, & à grammaticis communia vocantur.*

UTOR, & *vereor*, & *hortor*, & *conſolor*, communia verba ſunt, ac dici utroque verſus poſſunt: *vereor te* & *vereor abs te*, id eſt, tu me vereris. *utor te* & *utor abs te*, [2] id eſt, tu me uteris. *hortor te* & *hortor abs te*, id eſt, tu me conſolaris. *teſtor* quoque & *interpretor* ſignificatione reciproca dicuntur. Sunt autem verba hæc omnia ex altera parte inuſitata; & an dicta ſint in eam quoque partem quæri ſolet. Afranius in Conſobrinis:

[3] *Hem*

1 *De verbis inopinatis*] Adſcriptum eſt exemplari Salmaſii, ſic XIX, 2. *Aut inopinati rarioriſque verbi indagatio.*

2 *Id eſt, tu me uteris*] Pro his verbis in aliis omnibus Mſſ. legitur *id factum*, in Reg. *pro id factum*, nec aſſequor, quid velint.

[3] *Hem iſto parentum eſt vita vilis liberis:*
Vbi malunt metui, quàm vereri ſe ab ſuis.

hìc *vereri* ex ea parte dictum eſt, quæ eſt non uſitatior. [4] [5] Novius in Ligartaca verbum, quod eſt, *utitur*, ex contraria parte dicit: *Quia ſupellex multa, quæ non utitur, emitur tamen:* id eſt, quæ uſui non eſt. M. Cato in quinta Origine, *Exercitum*, inquit, *ſuum* [6] *pranſum* [7] *paratum cohortatum eduxit foras atque inſtruxit. Conſolor* quoque in partem alteram, præterquam dici ſolitum eſt, ſcriptum invenimus in epiſtola M. Metelli: quam quum in exſilio eſſet, ad Cn. & ad L. Domitios dedit. *At quum animum*, inquit, *veſtrum erga me video, vehementer con-*

3 *Hem iſto parentum, &c.*] Verſus hoſce laborare, dudum eſt, quod Viri Doctiſſimi animadvertêre; Muretus Var. Lection. lib. 7 cap. 4. hoc modo emendandos cenſet:

Horumce parentum eſt vita bilis liberis,
Qui malunt metui, quam vereri ſe à ſuis.

Et interpretatur de parentibus nimis ſeveris in liberos, quorum vita liberis bilis ſit, id eſt, amara, & odioſa, ita ut eorum mortem exoptent. Vulgo legebatur *vitabilis* unica voce, quæ nihili eſt. Lipſius vero Mureti emendationem haud probans, quia non putet Latinum eſſe, Ejus vita mihi bilis eſt; ideoque vitium contigiſſe exiſtimat, eò quod B & V. tam in ſcripturâ, quam pronuntiatione ſæpè olim confuſa fuerint. Unius igitur literæ mutatione locum ſic reſtituendum putat.

Horumce parentum eſt vita vilis liberis,
Qui malunt metui, &c.

Quomodo etiam Cicero locutus eſt Oratione in Catilinam: *Quorum eſt tibi videlicet auctoritas cara, vita viliſſima.* Et hoc modo ſenſus ſatis commodus efficitur. *Oiſ.* Mirus eſt Oiſelius, qui iſta ſic memorat, dum tacet de eo, quod prætulit Stephanus: cui licet placeat, & merito, *vita vilis* Lipſii, utique in primo vocabulo ab utroque diſcedit; id quoque jure, quia codices plerique ita legunt *hem iſto*, ſed Reg. *Hemuſto*, unde vera lectio exſculpi debuit, quam opinor iſtam fuiſſe *Hei tu iſto*, ut illa *Hei tu* ſint finis verſiculi præcedentis. *Gronov.*

4 *Novius*] Sæpius hujus mentio fit apud Nonium Marcellum, qui complura ex eo exempla adducit. Fuit Atellanarum ſcriptor, claruitque circa tempora Pomponii itidem Atellanarum ſcriptoris, ut hauriri eſt ex Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 10. *Mummius poſt Novium & Pomponium, diu jacentem artem Atellanicam ſuſcitavit.* Floruit itaque Novius circa Olymp. CLXXIII. ſi Pomponii tempore vixerit. De hujus enim ætate ſic Euſebius in Chronico Olymp. CLXXIII. ann. 1. *Pomponius Atellanarum ſcriptor clarus habetur.*

5 *Novius in Ligatraca*] Mendoſum eſſe nomen hujus fabulæ liquido conſtat. ASC. & GR. legunt *in Ligararta Licinaria.* C. TOR. *in Ligararea.* Aliquanto melius MS. R. *in Ligarchia Liganaria.* Me judice lege: *Novius in Lignaria.* Ejus nominis fabulam Novianam citat Priſcianus lib. 5. quamvis ibi perperam pro *Novius Nævius* legatur, quo modo ſæpius erratum in nomine hujus Poetæ. Lambecius. Præſtat enim ipſum produci Lambecium, ut pateat ejus varietas in allegando vel *Ligatraca* & ex Aſcenſio *Licinaria*, quum manifeſte illic exſtet *Liciniaria*, ut & apud Aldum. Licinaria eſt tantum in Gryphiana anni 1539. Verum in MS. Regio legitur *Novius inligat archiam in lignariam.* Hinc primo clare patet *Novius in Ligata.* Sequentia forſan erunt: *etiam in lignaria*, ut duobus locis uſurpaverit eundem verſum & ſenſum. Ut hic Ligatam docuit, ſic alius Suſpectam, alius Perſonatam. *Gronov.*

6 *Pranſum paratum*] Pranſi ac parati milites dicebantur duci ad pugnam, cum curatis corporibus & expediti in aciem ducerentur; unde poſtea in proverbium abiit *Pranſus paratus*, pro homine qui paratus eſt ad omnem caſum, rebuſque ſuis ſemper intentus. Hinc & olim Varro hoc nomine Satiram quandam inſcipſit, eoque utitur in Flexibulis: *Quare, ô Marce, pranſum ac paratum eſſe hoc minimè oportet.* Huic contrarium eſt, & diverſum ſenſum habet *Pranſus potus*; quod dicitur de homine diſſoluto, & temere negligenterque res ſuas agente. Unde Cicero pro Milone: *Adde inſcitiam pranſi poti oſcitantis ducis.* Plautus Menæchm. *Prandi ac potavi, ſcortum accubui.* Martialis lib. 4 Epigr. 90. *Prandeo, poto, cano, ludo, &c.*

7 *Paratum cohortatum*] Reg. *paratum & hortatum*, ut in exemplo ipſius ſimplicis maneat. Nonnulli MSS. præbent *parætum cohortavit*, quum Brixiana edat *cohortatus.* Gronov.

consolor: [8] &, *fides virtusque vestra mihi ante oculos versatur. Testata* itidem & [9] *interpretata* eadem ratione dixit M. Tullius in primo libro de divinatione: [10] ut *testor interpretorque* verba communia videri debeant. Sallustius quoque eodem modo, *Dilargitis proscriptorum bonis*, dicit, tamquam verbum *largior* sit ex verbis communibus. *Veritum* autem, sicut *puditum* & *pigitum*, non personaliter per infinitum modum dictum esse, non à vetustioribus tantùm videmus, sed à M. quoque Tullio in secundo de Finibus. *Primum*, inquit, *Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quæ maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere. Dignor* quoque, & *veneror*, & *confiteor*, & *testor* habita sunt in verbis communibus. [11] sic illa in Virgilio dicta sunt:

[12] *Conjugio Anchisa Veneris dignate superbo.*

Et:

[13] *Cursusque dabis venerata secundos.*

Confessi autem æris, de quo facta confessio est, in XII. tabulis scriptum est, his verbis: [14] ÆRIS. CONFESSI. REBUS. QUE. JUDICATIS.

8 *Et fides virtusque*] Sic reposui copulativam in principio, quam omiserat editio Lugd. Bat. anni 1644, & imitantur recentiores; quum sit in omnibus scriptis libris. *Gronov.*

9 *Interpretata*] Itidem annotata in codice Salmasii exempla tria, *in monstris interpretandis*, & *ex quo ita illud somnium esse interpretatum*, item *clarissimis monumentis testata consignataque antiquitas.* Est & in Suetonii Nerone cap. 13. Quin ipse Gellius sic usurpavit verbum *arbitror.* I, 13. *Ancops quæstio & in utramque partem à prudentibus viris arbitrata est.* Idem.

10 *Ut testor interpretorque verba communia haberi debeant*] Notavit Pater sibi ea verba videri delenda & esse glossema. Et sane ita jam antea clare Gellius id dixit, ut frustra nunc repetat. Mox in Sallustii verbis scribit Cod. Reg. *dilargitis proscriptorum verbis bonis*, nescio utrum pro *urbis*, an *uberibus.* Idem.

11 *Sic illa in Virgilio dicta sunt*] Non opinor ita locutum Gellium, quia nuspiam sic loquitur. Etiam tumultuantur scripti, quorum alii *sic in Virgilio illa*, quum ederint priores *sicut illa.* Sed Reg. & Lugd. maj. *Sigilla in Virg.* Lege: *Sigillatim Virgilio dicta sunt.* Idem.

12 *Conjugio Anchisa, &c.*] Exstat lib. 3. Æneid. ℣. 399.

13 *Cursusque dabit*] Exstat lib. 3. Æneid. ℣. 385.

14 ÆRIS. CONFESSI, &c.] Hujus Fragmenti ex Legibus XII. Tabularum optimus interpres est ipse Gellius infra lib. 20 cap. 1. ubi inquit: *Confessi æris ac debiti judicatis triginta dies sunt dati, conquirendæ pecuniæ causa, quam dissolverent: eosque dies Decemviri Iustos appellaverunt, velut quoddam justitium id est, juris inter reos quasi interstitionem quandam & cessationem, quibus diebus nihil cum his jure agi posset.* Cæterum *Æris* nomine hic intelligitur quævis pecunia debita, imò etiam quævis res, quæ pecuniâ æstimatur. Neminem verò, nisi plane hospes sit in his rebus, fugit, Romanos primum ære rudi & gravi, quod in rebus contrahendis, & in solutionibus solebant appendere, deinde etiam signato seu nota publica percusso usos fuisse. *Ois.* Interim non cessant libri veteres hoc loco legere: *Æris confessi rebusque judicatis*, prorsus sine ulla scripti cujusquam hæsitatione, perinde ut etiam lib. 20 cap. 1. Itaque ego quidem nescio, unde tam remisse nunc agi placuerit, ut rejecta veteri scriptura, spreta fide optimorum codicum, subjiciatur prorsus ut unice Gellio suum reddens Salmasii suspicio. Mendosa dicit ea quæ vulgo leguntur verba. Quasi nesciret, rogat quæ sint illæ res judicatæ. Alio loco addit haberi vocem *jure*, quæ in hoc loco omittitur ante *judicatis.* Hinc accensa fiducia pro *rebusque* corrigit *debitique*, & hoc addi vult, ut ex credito debitum intelligatur. tanquam sic intelligi nequiret istud *æris confessi.* No-

TIS. [15] TRIGINTA. DIES. JUSTI: SUNTO. item ex iisdem tabulis quoque est: [16] QUI. SE. SIERIT. TESTARIER. LIBRIPENS. VE. FUERIT. [17] NI.

tus est locus de Modo usur. cap. 18 pag. 818. At mihi videntur omnia recte se habere; quantumcunque forsan nihil videam. Haud dubie enim *æris confessi* includit quamcunque occasionem debiti, sive ex credito, sive ex vendito, sive ex conducto exortum sit: unde videtur non dicere *æris alieni*. Hujus æris confessio facta est ab eis, unde petitur, atque ita hoc primum damnatur; mox debent accedere res judicatæ, ut scilicet proponatur ab æs confessis exceptio & excusatio, cur non sit solutum ad diem, & qui petunt, vicissim sua adferant, ut sic utraque parte audita res judicentur, hoc est, prætor vel judex perpensis omnibus pronunciet. Sic igitur *æris confessi rebusque judicatis* lex præbet triginta dies justos per ellipsin satis claram. Hinc antiquum teneo. *Gronov.*

15 TRIGINTA. DIES. JUSTI. SUNTO.] Id est, sunto illis, qui debitum vel confessi sunt, vel etiam jure condemnati, triginta dies justi ad conficiendam pecuniam; interim vero in jus ne vocantor, sed jura pro illis stent ac sileant. Hi quidem erant justi dies privatis dati, quod ad exemplum videtur factum eorum, qui publice Justi dicebantur, quando scilicet in tota urbe juris erant feriæ. Sic Justi dies dicebantur triginta; cum exercitus esset imperatus, & vexillum in arce positum, ut scribit Festus; quibus diebus non licebat etiam hostem lacessere. Alii erant *Præliares dies*, quibus licebat cum hoste confligere. Idem Festus: *Præliares dies appellantur, quibus fas est bello hostem lacessere: erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas fuit id facere.* Per *ferias publicas* Justos intelligit dies. Sed & *Præliares dies*, quibus in arce vexillum proponebatur ad imperandum exercitum, *justos* appellatos scribit Macrobius, lib. 1. Saturn. cap. 16. *Præliares*, inquit, *dies ab justis non segregaverim. Siquidem justi sunt continui triginta dies, quibus exercitu imperato vexillum rufi coloris in arce positum est.* Recte autem ex sententia Salmasii in De M. U. Macrobius præliares dies ab justis non segregandos putat, quia quacunque de causa jura Romæ cessarent, illi dies *justi* appellati, quod in iis jus staret, cessaretque. Inde à justis diebus *lustidium* (sic enim vetustissimus liber apud Gellium scribit, quod vulgò *justitium*) appellatum, hoc est, tempus vel spatium justorum dierum, vel unus etiam justus dies, quo jure agi non licebat.

16 QUI. SE. SIERIT. TESTARIER.] Salmasius ad Jus Atticum ex vetustissimis libris certissimâ, ut ait, conjecturâ, hujus legis verba ita scribenda censet. *Qui se am sirit testarier, libripensve fieri, ni testimonium fari iatur, improbus intestabilisque esto.* More enim illius seculi vulgato per transpositionem scriptum, *Qui se am sirit testarier.* Ut hujus capitis sensus sit, qui se siverit testem fieri, non potest testimonium defugere, & nisi veniat ad testimonium dicendum in judicio cum citetur ab eo, à quo amtestatus est, improbus intestabilisque sit. Amtestatio enim ipsa non erat testimonii dictio, sed qui amtestabatur aliquem, eum sibi testem destinabat & præparabat, tactâ & vulsâ auriculâ, quasi admonens testem eum sibi esse futurum. Unde & apud Latinos *aurem vellere* pro admonere. Hinc vetus Interpres Horatii hæc verba amtestantis aliquem fuisse dicit, *memento quod tu in illa causa mihi testis eris.* Idem ibi adnotat, prius dixisse solitum qui amtestabatur ac testem faciebat, *licetne amtestari?* nisi responderet ille, qui testis destinabatur, *licet*, invitum non licebat testem facere. Si autem *licet* respondisset, ac se sivisset amtestari, non porerat postea testimonium defugere, nisi improbus intestabilisque haberi vellet. Ex modo deductis liquet, quantum errent, qui hanc legem ad *Testimonii denunciationem* referunt; quasi qui denunciati testimonium detrectant, improbi intestabilesque esse hac lege declarentur. Cum lex loquatur de eo, qui, cum se jam sivisset amtestari, id est, cum jam ut testis rei vel actui alicui, item velut libripens adhibitus fuisset, postea testimonium ferre de eo, cui interfuit; detrectat. Quæ actio Græcis δίκη λειπομαρτυρίας dicitur. Non minus etiam errant, qui putant hoc legis caput pertinuisse ad causam formamque testamenti, quod per æs & libram fiebat. *Oiselius.* Hæc nullus neget docta esse, & ea potuit Oiselius huc transscribere. Sed vix placet istud genus trajectionis, quod ex more adtribuitur cerro sæculo. Hanc relinquere, ubi invenimus; curæ debet esse; facere non oportet. Etiam quos vetustissimos libros prætexit, non sunt alii, quam Regius, unde ipse notavit in suo exemplari, *qui secus ierit.* Sic enim explanat notam, quæ in illo MSto est *Secus*: nec male, sed in qua tamen hæserunt librarii scribæ, unde in aliis exemplaribus exstat tantum *qui se sierit testarier*, quod approbarunt editiones. Et sane de simplici tantum egit agitque Gellius, non de composito. Hinc & patrem video aliquando adnotasse, F. *Qui se sierit testarier libripensve fieri, ni testimonium fari eat*, quæ prætexradunt Salmasiana. Vossius lib. 3 de Anal. c. 26. *Qui se sierit antestarier* &c. *ni testimonium fateatur*, ut Hotomannus, quum Marcilius ad legem XII tabb. ita jam citet. Sic tamen vetus scriptura salva non est, dum alii literas *cu* rejiciunt spernuntque, Salmasius vero

[17] NI. TESTIMONIUM. FARIATUR. [18] IMPROBUS. INTESTABILIS. QUE. ESTO.

vero amplificat mutando in *am*. Videtur in istis tanquam tribus lineis occultari numerus III *ter*, quasi lex exigeret non semel aliquem rogari de testimonio dicendo, & tunc statim obligari aliquem, postquam tacta auricula semel id petisset alius, sed tertia vice id fieri debere, & tunc recusari non posse. *Gronov.*

17 NI. TESTIMONIUM. FARIATUR] Cujacius hic olim reponebat, *Si in testimonium feriatur*, id est, pulsetur, cogatur, ἀναγκάζηται. Hotomanno autem pro *fariatur*, corrigi placuit *fateatur*. Quomodo & legit Turnebus Adversar. lib. 13 cap. 26. qui & ait non male *ferat* hîc legi posse. Quorum nullum Salmasio arridet, qui hic scriptum fuisse contendit, ut jam antea diximus, *Ni testimonium fari iatur*, id est, ni testimonium eat dicere; ἀρχαικῶς *iatur*, pro *eat*, ut aliâ lege *ni itur*, pro *ni it*. Et apud Priscianum lib. 8. *Fitur*, pro *fit*, & *fiebatur*, pro *fiebat*. *Testimonium fari*, est testimonium dicere. In ipso enim amtestandi actu non dicebat testimonium is, qui testis fiebat, sed testis destinabatur, testimonium paullo post in judicio dicturus de eo, quod actum esset. Qui hoc non faceret, postquam se testem fieri, sive *amtestari* passus esset, *testimonium defugere* dicebatur. Non enim testimonium defugit, qui non vult testis fieri, nec se sinit amtestari, sed qui postea testimonium in judicio dicere recusat, postquam se testem fieri permisit. Hujusmodi autem homo improbus intestabilisque hac lege declaratur.

18 IMPROBUS] Huic & sequenti proprius locus est in Institutionibus in §. 6. de Testamentis ordinandis.

CAP. XIV.

Quòd Metellus Numidicus figuram orationis novam [1] ex orationibus Græcis mutuatus est.

APUD [2] Q. Metellum Numidicum, in libro accusationis in Valerium Messalam tertio, novè dictum esse annotavimus. verba ex oratione ejus hæc sunt: [3] *Quum se sciret in tantum crimen venisse, atque socios ad senatum questum flentes venisse, sese* [4] *pecunias maximas exactos esse.* [5] *pecunias*, inquit, *maximas exactos*, pro eo quod est, *pecunias à se maximas exactas*. Id nobis videbatur Græca figura dictum. Græci enim dicunt, εἰσεπράξατό με ἀργύριον: id significat, *exegit me pecuniam*. quod si id dici potest, etiam *exactus esse aliqui pecuniam* dici potest. Cæciliusque eadem figura [6] in Hypobolimæo Æschino usus videtur:

Ego

1 *Ex orationibus Græcis*] Dura locutio, pro *ex lingua Græca*. & vix credibile hoc modo Gellium locutum ait Stephanus. *Ois.* Imo vanum totum.

2 *Metellum Numidicum*] De quo vide notata supra lib. 12 cap. 9.

3 *Quum se sciret*] Cod. Tornæs. & vett. edd. *quum sese sciret*. Ois. Etiam Regius & alii.

4 *Pecunias maximas exactos esse*] Græcorum more etiam Turnebo Adversar. lib. 12 cap. 17. videtur locutum esse Cœlium lib. 8. famil. Epistol. 20. *Ne quod furore Paulini ademptus esset boni*. Sic enim constituendam putat scripturam, non *adeptus*. Ac si Græce diceretur εἴπερ ἀγαθόντι ἀφῃρημένος εἴη. Quemadmodum & Plautus in Trinummo. Act. 2. Sc. 4.

Quas sponsione pronuper tu exactus es. Ois. Ad quem locum omnia hæc collecta obtulit Taubmannus. Et in notis Ascensii adfertur simile ex Hieronymo. Sed & nobis data fuit occasio spectandi hoc locutionis genus ad Arrianum lib. VI Exped. Alex. cap. 14. Quum interim sit ipsius Ciceronis pro Fonteio cap. 5. *Atque in his locis Servæum Croduni & Vulchalone ab his portorium esse exactum*. Gronov.

5 *Pecunias, inquit, maximas exactos, &c.*] Vulgo legebatur: *Pecunias se maximas exactos, id nobis videbatur Græca figura dictum*. Pro quo Carrio Antiq. Lect. lib. 3 cap. 17. primus reposuit: *Se maximas exactos pecunias, pro eo quod est, pecunias maximas à se exactas; id nobis videbatur Græca figura dictum*.

6 *In Hypobolimæo Æschino*] Apud Festum in vo-

Ego illud [7] *minus nihilo exigor portorium:*
Id est,
Nihilominus exigitur de me portorium.

ce *Noxia* citatur Cæcilius in *Hypobolimæo Chærestrato*. quæ alia est ab hac fabula, cui distinctionis causâ titulus inscriptus *Hypobolimæus Æschinus*. Scripserat & aliam adhuc fabulam idem Cæcilius, cui titulus *Hypobolimæa Rastraria*. cujus Nonius sæpius mentionem facit. Alia adhuc erat fabula, quæ simpliciter *Hypobolimæus*, sive *subditivus* inscripta. cujus Auctor noster meminit supra h. l. cap. 9. *Oiſ.* Priora omnia Scaligeriana ad istum Festi locum. Interim in codice Regio legitur *Hypobolimæo ad Eſchin*, quod Salmasius dilatat *Eſchinum*, in Lugd. maj. *Hypoblimeo aeſhinon*, quod perpende.

7 *Minus nihilo*] Sic optime omnes codd. & vett. edd. quas vidi, habent. L. Carrio Antiq. Lect. lib. 3 cap. 17. ut hoc modo corrigat, ineptè profert:
Ego illud minus nihil exigor pecuniam.

CAP. XV.

Passis velis, & passis manibus *dixisse veteres*, [1] *non à verbo suo, quod est* patior; *sed ab alieno, quod est* pandor.

AB eo quod est *pando*, *passum* veteres dixerunt, [2] non, *pansum*, & [3] cum

1 *Non à verbo suo, quod est Patior, &c.*] Rectè notat Stephanus, si verba huic capiti præfixa, essent Gellii, eum omnino ridicule & absurde loqui dicendum. Si enim constat, participium istud *passis*, cum de velis & manibus dicitur, habere suum verbum *Patior*, quid venit in mentem veteribus, ut, cum hoc scirent, eo tamen participio ita uterentur, ut suo verbo nullum jus in ipsum esse vellent, verum id in alienum verbum transferrent? Participium autem *passus*, cum de velis & manibus dicitur, non est à *pando*, ut ab alieno, sed omnino, ut à suo & genuino verbo. *Oiſ.* Potuit nunc etiam Gellio aliquid contigisse, prout illi contigit in arbitriis de vocibus *superesse* & *noviſsime*. Sed quam felices sunt literæ, ut statim parati sint unci, qui exerrationes & lapsus retrahant! Sicut certe nunc quoque aliquid illi excidit, quod ab omnibus vix poterit probari. Unde præter Stephanum exstitit & Gifanius in indice Lucretii confessus se dissentire ab Gellio, qui *passum à pando semper dici* contendit. Ego nec quod Stephanus effert, participium istud *passis*, cum de velis & manibus dicitur, habere suum verbum patior, nec hoc Gifanii penitus à Gellio dici video, quippe qui tantum à veteribus sic ait dictum. Certum est enim, analogiam non intercedere, quin participium *passus* tam à *pando* deductum videri possit quam ab *patior*. Ut enim à *scindo sciſsum*, *frendo freſsum*, *findo fiſsum*, quæ exempla notissima sunt, sic ab pando deduci potuit passum & passus. Hoc quum ita sit, constitit tamen ab pando ductum fuisse *pansum* & *pansus*, ut mando, mansum, scando, scansum. Quod adeo clarum est, ut nequeat ambigi, quin & primi inter Latinos ita dixerint; & Gellium id ignoravisse credam nunquam, quippe qui *pandor* agnoscit verbum alienum à *passus*, & *multa gravia passos* Latini perpetuo habuerunt in sermone. Unde quum possent ac deberent vitare confusionem, sicut caverunt in *prensus* & *pressus*; attamen surgente ætate melioris Latinitatis, & quum ingenia inciperent exerceri scribendo, incessit lubido, ut in illo *pansus* agnosceretur aliquid aut inhabile aut non affatim gratum auribus, unde in reliquiis etiam, quas habemus, reperitur non frequenter, sed quasi communiter *passus*, Gellio præbente Plautum & Cæcilium, quum à nobis præberi possint fere omnes boni poetæ. Sed quum melior ætas abiit, simul imminui cœpit usus vocis *passus*, & placuit repeti *pansus* unde apud Minutium Felicem, apud Prudentium ex MSStis exemplaribus, quæ sunt hujus auctoris sane vetustissima, id proponit Gifanius in indice eodem Lucret. in *Dispansus*. Hinc jam appareret, quos veteres dicat Gellius, & alienum verbum dici debere *pandor* in participio *passus*. Non disputat contra Gellium, qui docet *pansum* dictum esse à *pando*. Crediderim satis Gellio ad manum fuisse *scando scansum*, *mando mandere mansum*, & similia τῆς Γραμματικῆς. Veteres dixisse *passum* ait, nempe quorum scripta exstantia id demonstrabant, non veterrimos, & quibus lingua Latina magis in usu loquendi, quam scribendi. *Gronov.*

2 *Non pansum*] Errat Gellius, uti & Servius in Æneid.

[3] cum præpositione, *expassum*, non *expansum*. Cæcilius in Synaristosis:

[4] *Heri verò prospexe eumce ex tegulis:*
[5] *Hæc nunciasse, & flammeum expassum domi.*

[6] capillo quoque esse mulier *passo* dicitur, quasi porrecto & expanso, & *passis* manibus & velis *passis* dicimus, quod significat diductis atque distentis. itaque Plautus [7] in Milite glorioso, *a* litera in *e* mutata, per compositi vocabuli morem, *dispessis* dicit, [8] pro eo quod est, *dispassis:*

Credo ego isthoc exemplo tibi esse eundum actutum extra portam,
Dispessis manibus patibulum quum habebis.

Æneid. lib. 1. dum à *pando* veteribus *pansum* dictum negant. Ex *pansus* enim, ut G. Scioppius in Grammatica Philosophica notat, factum fuit *passus*. *Dispansus* autem dixit Lucretius lib. 1. *Vestes dispansæ in sole serescunt*. *Pansum* vero dictum à *pando* eodem modo, ut à *scando*, *scansum*, à *tundo*, *tunsum*. Quamvis receptius fuerit *passum* dici. unde *passo velo* apud Plautum; apud Virgilium, *Crinibus passis*, apud Ennium & Cæsarem *passis palmis* pro manibus expansis. Plautus etiam, ut mox notat Auctor noster, *dispessus* dixit, pro *dispassus*.

3 *Cum præpositione*] Reg. *cum ex præpositione*.

4 *Heri vero prospexe, &c.*] Cod. Tornæs. *prospexisse*. Et ita etiam Nonius in verbo *passum*, ubi hocce Cæcilii exemplum adducit hoc modo:

Heri vero prospexisse eum se ex tegulis,
Hæc nuntiasse, & flammeum expassum domi. Ois. Et nostri omnes codd. retinent vulgatum, quum tamen vix credi queat Stephanum ita grassaturum sine ullo subsidio.

5 *Hæc nunciasse*] Cod. Tornæs. & vett. edd. *Hæc nuntiasset*. Ois. Nequaquam: nam & Badiana, & Aldina & Gryphianæ habent *nunciasse* aut *nuntiasse* & *flammeum expassum*: quæ postrema interpretatur Prousteus *flammam per ædes fuisse grassatam*. Credis?

6 *Capillo quoque passo*] Dispersо & soluto. Habitus mulierum lugubris. Petronius de Matrona Ephesina: *Hæc cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, &c.* Sic Terentius Heautontimor. Act. 2. Sc. 3. puellæ describens lugubrem habitum inquit:

Capillus passus, prolixus, circum caput
Rejectus negligenter.

Et sexcenta similia passim apud Auctores occurrunt. Adde sis Plutarchum in quæstion. Roman. ubi inquit, Cur filiæ, cum parentes efferuntur, sint γυμναῖς ταῖς κεφαλαῖς, ἢ ταῖς κόμαις λελυμέναις; *Intectis capitibus & crinibus passis?* Ois. Cur igitur ingreditur recensionem talium exemplorum, quæ sibi conscius erat descripsisse ex aliis? Cur Gellium alia suppeditantem non adhibuit? Sed nempe eum legerat vix aut remississime. Oportune Lambecius annotavit ex lib. 2, 19 verba Quadrigarii: *Id ubi resciverunt propinqui obsidum . . eorum parentes cum propinquis capillo passo in viam provolarunt*. Gron.

7 *In Milite glorioso*] Exstat Act. 2. Sc. 4. vs. 6. & 7.

8 *Pro eo quod est disp.*] Vox secunda in Reg. nulla conspicitur.

CAP. XVI.

De novo genere interitus Crotoniensis Milonis.

[1] MILO Crotoniensis athleta illustris, quem in chronicis scriptum est [2] olympiade quinquagesima coronatum esse, [3] exitum habuit vitæ

1 *Milo Crotoniensis*] Hunc Milonis casum similiter describit Valerius Maximus lib. 9 cap. 12. *Milo Crotoniates*, inquit, *cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fissam vidisset; fretus viribus, accessit ad eam, insertisque manibus divellere conatus est: quas arbos exsaßis cuneis in suam naturam revocata compressit, eumque cum tot gymnicis palmis lacerandum feris præbuit*. Adde sis Ovidium in Ibin, Strabonem lib. 6. Suidam.

2 *Olympiade quinquagesima*] Quum nugax Oi-

vitæ miſerandum [4] & mirandum. quum jam natu grandis artem athleticam deſiſſet, iterque faceret fortè ſolus in locis Italiæ ſilveſtribus: quercum vidit proxime viam patulis in parte media [5] rimis hiantem. tum, experiri, credo, etiam tunc volens, an ullæ ſibi reliquæ vires adeſſent, immiſſis in cavernas arboris digitis, diducere & reſcindere quercum conatus eſt, [6] ac mediam quidem partem diſcidit, divellitque. quercus autem in duas diducta partes, quum ille, quaſi perfecto quod erat connixus, manus laxaſſet, [7] ceſſante vi rediit in naturam; manibuſque ejus retentis incluſiſque ſtricta denuo & cohæſa, dilacerandum hominem feris præbuit.

ſelii manus in grandi nota ad has voces nihil formaverit niſi deſcriptum ex Salmaſii Exercitationibus Plinianis pag. 38, commodius putamus id indicare lectori, quam temere molem hujus libri augere. In Lincoln. reperiebam *Olympiade coronatum*, quo affirmatur ſuſpicio Salmaſii, quum nota L. ſcriptus fuiſſet numerus, ab aliis ſuppoſitum temere fuiſſe I, quam iſte ſcriba omiſit. *Gronov.*

3 *Exitum habuit vitæ*] Reg. & Lugd. maj. legunt preſſius *exitum habuit è vita*, eſtque ipſius Tullii. *Gronov.*

4 *Et mirandum*] Quamvis hoc omnes libri habeant, Gloſſema tamen ſapere haud abſque ratione videtur. *Oiſ.* Oportuit eam ullo genere exprimi, ut ſciremus. Et forſan eſt aſtutus, ut reſciverit in codicibus antiquis eſſe aliquid incertum, & quod huic conjecturæ faveat, ut aliquis habeat *miſeræ vidit* mediis omiſſis. Sed ſcias ea omnia malæ fidei. Scilicet non placuit illi iſta alluſio earundem ſyllabarum. Quid igitur cenſuit de illis Ciceronis 4 Catil. 6. *Quia mihi vehementer hæc videntur miſera atque miſeranda*, quod egregie iſtic illuſtrat Scholiaſtes, quem ex paterno chirographo edidi.

5 *Rimis*] Sic primus, quod ſciam, repoſuit G. Ranchinus Variar. Lect. lib. 1 cap. 5. cum in omnibus libris legeretur *ramis*. haud bene. Nam *rimis* legendum, ut omittam, quod Valerius dicit, *quercum cuneis adactis fiſſam*, evincit ſententia, & verba illa, quæ ſequuntur, *immiſſis in cavernas arboris digitis*, id eſt, in rimas. His ſimilia videtur locutus Apulejus lib. 9. Metamorphoſ. *Hoc tibi dolium*, inquit, *nimis vetuſtum eſt, & multifariam rimis hiantibus caſſum.* Et lib. 10. *Clauſis ex more foribus per quandam modicam cavernulam rimantur me paſſim expoſitis epulis inhærentem.* Ubi cavernula nihil aliud, quam rima. *Oiſ.* Imitatur editionem anni 1651.

6 *Ac mediam quidem partem diſcidit, divellitque*] Lege cum Ranchino, *Ac mediam quidem diſcidit, divellitque*, id eſt arborem, evulſa illa vocula *partem*, quæ verum gloſſema videtur.

7 *Ceſſante vi*] Sic omnes. Sed MS. Reg. abigit ſeptem primas literas & tantum Gelliana agnoſcit *e vi*, quod videtur ſuaviſſimum, neque aliter dictum, quam Auguſtus apud Suetonium: *Sed ex magnis detrimentis præter ſpem paulatim retractus ſum.* Gron.

CAP. XVII.

Quam ob cauſam nobiles pueri Athenienſium tibiis canere deſierint, quum patrium iſtum morem canendi haberent.

ALCIBIADES Athenienſis quum apud avunculum Periclen puer artibus ac diſciplinis liberalibus erudiretur; & arceſſi Pericles Antige-

1 *Alcibiades Athenienſis, quum &c. artibus ac diſciplinis liberalibus erudiretur, &c.*] Sic Plutarchus in Alcibiadis Vita: ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ μαθήματα ἦκε, τοῖς μὲν ἄλλοις ὑπήκουε διδασκάλοις ἐπιεικῶς, τὸ δὲ αὐλεῖν ἔφευγεν ὡς ἀγεννὲς, καὶ ἀνελεύθερον. Id eſt, *Poſtquam ſe ad diſciplinas tranſtulit. aliis quidem obtemperavit magiſtris æquo animo, tibia autem canere refugiebat.* Ubi & rationem ſubjicit, quod plectri quidem & lyræ uſus nihil neque ex habitu, neque ex forma ingenuo digna depravaret, vultus vero ejus qui tibias ore inflat, vix à familiariſſimis dignoſci poſſet. Quod Cytharæ etiam uſus colloquium,

tigenidam tibicinem jussisset, ut eum canere tibiis, quod honestissimum tum videbatur, doceret: traditas sibi tibias, quum ad os adhibuisset, inflassetque; pudefactus oris deformitate abjecit infregitque. [2] ea res quum percrebuisset; omnium tum Athenienſium consensu, disciplina tibiis canendi desita est. Scriptum hoc est in commentario [3] Pamphilæ nono & vicesimo.

quium, nec concentum tolleret, tibia verò os obturaret & interſepiret, adeoque vocem & ſermonem auferret. Dicere itaque Alcibiades ſoleret, tibiâ canere debere Thebanorum filios, quippe qui diſſerere non noſſent; Athenienſes vero ſequi debere Minervæ & Apollinis exemplum, quorum illa quidem abjecerat tibiam, hic vero tibicinem etiam excoriaverat. *Oiſ.* Potui relinquere hanc citationem homini inepto, ſed ut rideretur. Nec enim dubito, quin & iliam rapuerit ex Agoniſtico Pet. Fabri, ubi libro I cap. IV non Gellius modo & Plutarchus junguntur, ſed & alii, quos illic vide; vel ex Leopardi Emendationibus 11, 13. Aut certe feciſſet melius, ſi lectorem miſiſſet ad ea quæ notata ſunt ab Brodæo ad Epigrammata lib. 3 cap. 7 pag. 321. Quæ omnia quum tamdiu ſcripta bene ſint, talis editor Gellii non niſi ludibrium debere voluit. *Gronov.*

2 *Ea res cum percrebuiſſet*] Similiter Plutarchus: *Statim dilata eſt inter pueros fama, merito Alcibiadem faſtidire tibiam, & ejus ſtudioſos deridere; unde ex oblectamentis liberalibus plane fuit exploſa & prorſus irriſa tibia.*

3 *Pamphilæ*] Videndus de hac docta fœmina, Voſſius de Hiſtor. Græc. lib. 2 cap. 7, quem non eſt opus in hac pagina deſcribere. Sed in codice Regio legitur modo *Scriptum hoc in com.* ſine verbo *eſt*, quod etiam omittitur in editione Brixiana; quum quod rideas, ita ederetur cap. 23 ante Stephanum, hic interpoſuit, firmantque MSS. Reg. Lugd. uterq. Lincoln.

CAP. XVIII.

Quod pugna belli civilis victoriaque C. Cæſaris, quam vicit in [1] Pharſalicis campis, nunciata prædictaque eſt per [2] cujuſdam remigis vaticinium eodem ipſo die in Italia Patavii.

QUO C. Cæſar & Cn. Pompejus die [3] per civile bellum ſignis collatis in Theſſalia conflixerunt, res accidit Patavii in Tranſpadanâ Italiâ memorari digna. [4] Cornelius quidam ſacerdos, & loco nobilis, & ſacerdotii religionibus venerandus, & caſtitate vitæ ſanctus, re-

1 *Pharſalicis campis*] Brixiana editio *Pharſaliis*, prout etiam retinuit Stephanus pag. 576 in collectione capitum, ex imitatione velut Aldi, quum uterque in ipſo contextu neſcio cur mutaverint. Sed *Pharſaliis* hoc loco legitur in utroque Lugdun. Utique poetis amabilius fuiſſe adjectivum *Arcadius* nuper docuerunt ex MSStis viri docti. *Gronov.*

2 *Cujuſdam remigis*] Neſcio unde illud *remigis* primum hic irrepſerit; cum omnes vett. codd. & edit. habeant *cujuſdam Cornelii ſacerdotis*; quod ſane cum Auctore noſtro congruit. *Oiſ.* Sic eſt. Sed jam Aldus in collectione harum ſummarum edidit *cujuſpiam*, prout habet quoque Stephanus citata pagina 576, quum in contextu exhibeat id quod citat Oiſelius. Cæterum & Lambecius adſcripſit *cujuſpiam remigis*, prout exſtat & in utroque Lugd. etiam Petav. & Memm. Unde apparet id jam vetus eſſe, neque rem expedierim, ſi repudies id quod mihi occurrit; nempe ab Gellio diviſa eſſe ejus hominis nomina, ut in lemmate poſuerit cognomen Remex, in capite ipſo gentilicium nomen, dictuſque fuerit Cornelius Remex, cui pronomen addit Plutarchus. Unde erat majuſculâ littera inchoandum. *Gronov.*

3 *Per civile bellum*] Scioppius ſubnotavit præpoſitionem. Et ſane illa interpoſita eſt ab Stephano, ſed ex MSStis, ut quam vidi in Reg. Thuan. Lincoln. Habent etiam uterque Lugd. & alii. Quæ quoniam in editis non erat expreſſa, inde nonnulli emendabant *confecerunt*. Idem.

4 *Cornelius quidam ſacerdos, &c.*] Hanc hiſtoriam, ſive fabulam mavis, Plutarchus in J. Cæſare,

repentè mota mente conſpicere ſe procul dixit [5] pugnam acerrimam pugnari, ac [6] deinde cedere alios, alios urgere, cædem, fugam, tela volantia, inſtaurationem pugnæ, impreſſionem, gemitus, vulnera, [7] proinde ut ſi ipſe in prœlio verſaretur, coram videre ſeſe vociferatus eſt; ac poſtea ſubito exclamavit, Cæſarem viciſſe. Ea Cornelii ſacerdotis hariolatio levis tum quidem viſa eſt & vecors: magnæ mox admirationi fuit: [8] quod non modò pugnæ dies, quæ in Theſſalia pugnata eſt, neque prœlii exitus, qui erat prædictus, idem fuit: ſed omnes quoque pugnandi reciprocæ vices, & ipſa exercituum duorum conflictatio vaticinantis motu atque verbis repræſentata eſt.

ex deperditis T. Livii libris, hoc modo narrat: Ἐν δὲ Πατανίῳ, Γάϊος Κορνήλιος, ἀνὴρ εὐδόκιμος ἐπὶ μαντικῇ, &c. Quia enim longior eſt locus, Latine tantum eum referam; ſic itaque ſonat: *Patavii C. Cornelius auguralis ſcientiæ peritus, Livii hiſtorici civis & familiaris, ſub idem forte tempus operam dabat auſpicio. Hic primum, ut Livius auctor eſt, tempus prœlii cognovit, præſentibuſque geri ait nunc rem, & prœlium duces committere. Ubi iterum aves inſpexit, advertitque ſigna, fanaticus exiluit clamans, Vincis Cæſar. Obſtupeſcentibus illis qui aderant, detractâ capiti coronâ, juravit non prius ſe repoſiturum eam, quam arti res eſſet ipſa adſtipulata. Hoc Livius verum eſſe affirmat.* Hujus etiam rei ita meminit Lucanus lib. 7.

Euganeo, ſi vera fides memorantibus, Augur
Colle ſedens, Aponus terris ubi fumifer exit,
Atque Antenorei diſpergitur undu Timavi,
Venit ſumma dies, geritur res maxima, dixit:
Impia concurrunt Pompeji & Cæſaris arma.

5 *Pugnam acerrimam pugnari*] Sic Lucilius apud Donatum ad Eunuch. Act. 5. Sc. 2. & Adelph. Act. 5. Sc. 3 & 4. *Vicimus, o ſocii, & magnam pugnavimus pugnam.* Plautus in Pſeudolo Act. 1. Sc. 5. *Priuſquam iſtam pugnam pugnabo, ego etiam prius*
Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.
Nec abſimiliter Boëthius lib. 1. de Conſol. Philoſ. Proſ. 3. *Nonne apud veteres quoque ante Platonis noſtri ætatem, magnum ſæpe certamen cum ſtultitiæ temeritate certavimus?*

6 *Deinde cedere alios, alios urgere*] Ita voces diſpoſuit Stephanus, quum ederent *deinde alios cedere*, nec ſcio quo ſtimulo motus, quum nihil de eis notatum videam, niſi quod iſtud prius *alios* intelligam non exſtare in Lugdun. minore, ut valde ambigam ex hac trajiciendi temeritate, an non & hoc exemplum debeat addi illis, quæ notavit collegitque pater ad Livium 3, 37. *virgis cædi, alios ſecuri ſubjici*, docens ab elegantioribus ſemel poni, ubi vulgus iterat. *Gronov.*

7 *Proinde ut ſi ipſe*] F. *Perinde ac ſi ipſe.* Oiſ. Dignum auctore ſuo contra omnes MSStos.

8 *Quod non modo pugnæ dies* &c.] In Reg. eſt *quonam modo.* Lincoln. Lugdun. uterq. Petav. *quo nōn modo.* In codice Salmaſii adſcriptum eſt huic capiti: [Giraldus in deſcriptione Cambriæ cap. 16.] Et non diſſimile eſt, quod memoratur in notis Aſcenſianis. *Gronov.*

CAP. XIX.

Verba M. Varronis memoria digna, ex ſatura, quæ inſcribitur περὶ ἐδεσμάτων [a].

NON pauciſſimi ſunt, in quos poteſt convenire id quod M. Varro dicit in ſatura, quæ inſcribitur περὶ ἐδεσμάτων. Verba hæc ſunt: *Si, quantum operæ ſumpſiſti, ut tuus piſtor bonum faceret panem, ejus duodecimam philoſophiæ dediſſes; ipſe bonus jampridem eſſes factus. nunc, illum qui norunt, volunt emere* [1] *milibus centum; te, qui novit,* [2] *nemo centiſſis.*

a *De Edulliis.*

1 *Milibus centum*] Subintellige *æris*, vel ſi mavis *ſeſtertium.* Videtur Varro hic alludere ad civium

vium censum maximum, qui primis temporibus Urbis fuerat centum millia æris. Sic Livius lib. 1. *Prima classis eorum fuit, qui centum millium æris, aut majorem censum haberent.* Postea vero census maximus tot millia sestertium fuisse videtur; quod haurire licet ex illis Asconii Pediani ad lib. 1. Ciceronis in Verrem, ubi Ciceronis verba de P. Annio Asello, *neque census esset*, ita exponit: *Neque centum millia sestertium possideret. Nam more veteri Censi dicebantur*, inquit, *qui centum millia professione detulissent. hujusmodi adeo facultates census vocabantur.* Ois. Mireris, cur adeo huc non trahat ad eandem allusionem istud Lucilianum. *Tu milli nummum potes uno quærere centum* ex lib. 1 cap. 16. Cæterum ex hac imitatione videtur Lucianus venisse ad suam τῶν βίων Πρᾶσιν.

2 *Nemo centussis*] Sic MSS. & vett. edd. in aliis postea repositum *centussi*. Perperam, ut notat Vir Summus, neque absque honore nominandus, Gronovius, in consummatissimo Opere de Pecunia Veteri lib. 1 cap. 8. Nam *emere centussis* per ellipsin dicitur, pro emere ære, vel pondere centussis. Ibidem eodem modo antiquam lectionem reponit apud Statium in Risu Saturnalicio:

Noster purpureus novusque charta,
Et binis decoratus umbilicis
Præter me mihi constitit decussis.

Ubi viri docti similiter scripserant *decussi*. Simili ellipsi Latine dici *valere quinquessis, decussis*, &c. nempe æs vel pondus, similesque loquendi modos ab eodem Viro Summo exemplis adductis ibidem latius probatos vide sis. Cæterum Centussis erat nummus æreorum omnium maximus, pretii & ponderis centum assium. Varro lib. 4. de L.L. *Centussis, à centum assibus, quo majus Æris vocabulum non est.*

CAP. XX.

Notata quædam de Euripidis poëtæ genere, vita, moribus, deque ejusdem fine vitæ.

[1] [2] EURIPIDI poëtæ matrem [3] Theopompus agrestia olera vendentem victum quæsisse dicit. patri autem ejus nato illo responsum est à Chaldæis, eum puerum, quum adolevisset, victorem in certaminibus fore. id ei puero fatum esse. pater interpretatus athletam debere esse, roborato exercitatoque filii sui corpore, Olympiam certaturum eum inter athletas pueros deduxit. ac primo quidem in certamen [4] per ambiguam ætatem receptus non est. post [5] Eleusino & [6] Thesco certamine

1 *Euripidis poëtæ matrem*] Sic Valerius Maximus lib. 3 cap. 4. *Quam matrem Euripides, aut quem patrem Demosthenes habuerit; ipsorum quoque seculo ignotum fuit: alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos venditasse omnium pæne doctorum literæ loquuntur.* Caute addit *pæne* Valerius. Suidas enim à Philochoro demonstratum ait Euripidis matrem non fuisse olerum venditricem, verum ex valde nobilibus: Οὐκ ἀληθὲς δέ, inquit Suidas, ὡς λαχανόπωλις ἦν ἡ μήτηρ αὐτοῦ· ἡ γὰρ σφόδρα εὐγενῶν ἐτύγχανεν, ὡς ἀποδείκνυσι Φιλόχορος.

2 *Euripidi poetæ*] Sic denuo edidi ex Reg. Lugd. utr. Chisl. Scheff. prout jam ediderat Stephanus, nescio cur non auditus, adeo ut nec Prousteus illi fidem habeat. Valebit credo posthac tanta auctoritas. Utique aliquoties in Gellio jam patuit placuisse illi genitivum vel Euripidæ vel Euripidi, & notavit ex Prisciano Scioppius in Grammatica p. 203.

3 *Theopompus*] Multa de isto historico vide sis apud Magnum Vossium in De Histor. Græc. lib. 1 cap. 7.

4 *Per ambiguam ætatem*] Hoc vult, Euripidem inter athletas pueros in certamen non receptum fuisse, quia jam pubertatem attigisset. Puberes ambiguæ ætatis existimati, quia non amplius pueri, neque dum viri; solis autem viris (quo nomine etiam juvenes intelligebantur, sed qui plenam pubertatem attigissent, atque adeo militarem ætatem, quæ à septimo & decimo anno inchoabatur) aut pueris impuberibus ad certamen gymnicum aditus patebat in antiquâ Græciâ. Quod latius à P. Fabro diductum vide Agonist. lib. 3 cap. 3.

5 *Eleusinio*] In Eleusiniis sacris in honorem Cereris Eleusinæ celebratis, majoribus quidem mense Boëdromione, minoribus vero Anthesterione mense, vigesimo primo mensis die, qui erat Mysteriorum septimus, certamen haberi solebat; cujus hic

mine pugnavit, & coronatus est. mox, à corporis cura ad excolendi animi studium transgressus, [7] auditor fuit physici Anaxagoræ & [8] Prodici rhetoris, in morali autem philosophia Socratis, [9] tragœdiam scribere natus annos duodeviginti adortus est. [10] Philochorus refert in insula Salamine speluncam esse tetram & horridam, [11] quam nos vidimus, in qua Euripides tragœdias scriptitarit. mulieres ferè omnes in majorem modùm exosus fuisse dicitur: sive quòd [12] natura abhorruit à mulierum cœtu, sive quòd duas simul uxores habuerat, quum id [13] decreto ab Athe-

meminit Gellius, cum ait Euripidem in eo coronatum fuisse; quod porro illustrat Cl. Meursius in Eleusin. cap. 28, quod putide huc traduxerat Oiselius, quum illic videri possit.

6 *Theseo*] Festum in honorem Thesei Athenis, octavo mensis die Θησεια dictum; de quo quod ex Græcis superest, collegit Meursius in Græcia Feriata, nec debuerunt illa ipsa loca huc ab Oiselio transscribi.

7 *Auditor fuit physici Anaxagoræ, &c.*] De Euripide & quæ varia hic tanguntur, videre poteris Suidam aliosque.

8 *Prodici rhetoris*] Hunc à καλλιλογίᾳ commendat Maximus Tyrius Dissert. VII. Tanti vero ejus Declamationes habitæ fuere, ut singuli, qui eas audire voluerint, quinquaginta drachmas, hoc est, quatuor coronatos Gallicos, & præterea duos regales Hispanicos, pendere consueverint, ut est apud Suidam in Προδικος. Hujus etiam meminit Aristoteles lib. 3. Rhetor. cap. 14. Et Plato, qui eandem rem memorat in Cratylo, eâ causa δραχμιαίαν ἐπίδειξιν appellat. Celeberrimum autem ejus nomen reddit commentum illud, quo introducit mulieres duas Herculem adolescentem, exquisita oratione, alteram ad virtutis, alteram ad voluptatis viam pellicentes. De quo Suidas.

9 *Tragœdiam scribere*] Quod qua occasione ab Euripide inceptum, sic narrat Suidas: Ἐπὶ τραγῳδίαν δὲ ἐτράπη, τὸν Ἀναξαγόραν ᾠδὼν ὑποστάντα κινδύνους δι' ἅπερ εἰσῆξε δόγματα. *Animum vero ad tragœdiam scribendam appulit, cum vidisset Anaxagoram pericula subiisse & in discrimen capitis venisse propter dogmata quæ introduxerat.*

10 *Philochorus*] Magni nominis hic fuit historicus, qui floruit tempore Ptolemæi Philopatoris, variisque scriptis insignis, de quo plura habes apud Vossium de Histor. Græc. lib. 1 cap. 18. & Jonsium de Scriptorib. Hist. Philos. lib. 2 c. 9.

11 *Quam nos vidimus*] Quod si ita est, & certa quædam documenta ab Salaminiis servata, Gellium compulerint ad id credendum, vix sane opus erat testimonio Philochori. Sed opinor, ut spelunca vel schola Homeri in insula Chio debebat curiosos posteros fatigare; sic supponi idem debuit in spelunca Euripidea de Gellio, præsertim quum in vicina Attica aliquamdiu vixerit. Tu scias, mi lector, hæc verba abesse ab codice Regio, ita ut etiam in Lugd. maj. legatur *horridam qm scriptitavit*, mediis omissis. Certe etiam Regia membrana non agnoscit τὰ *Euripides tragœdias*. atque etiam legit *in quam scriptitavit*. Gronov.

12 *Natura abhorruit à mulierum cœtu*] Id quidem quî probabitur in eo, qui duas simul uxores sumsisse fertur? An facere id potuit contra naturam suam? Vix censeo. Cæterum satis notabile, quod nec tertiam nec postremam vocem probet liber Regius; sed etiam exhibet *naturam abhorruit mulierum*. Nihil potuit eruditius. Livius 4, 45. *Propter cultum amœniorem ingeniumque liberius quam virginem decet, parum abhorrens famam.* Ita Lipsius ostentabat ex Farnesio codice apud Tacitum XIV annal. 21. *Majores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamenta.* Gronov.

13 *Decreto ab Atheniensibus facto*] Ob raritatem hominum, quibus civitas exhausta esset. Sic enim Athenæus lib. 13. Deipnosoph. ubi refert Socrati duas simul uxores in matrimonio fuisse, Xantippem & Myrtonem Aristidis alicujus filiam, nec tamen id Socrati vitio datum ab ejus reprehensoribus, quoniam ex decreto Atheniensium ob hominum penuriam, cui libuisset, duas uxores habere tum liceret. Quod & confirmat Diog. Laërtius in Socrate, qui sic scribit Latine versus: *Nonnulli ambas simul habuisse tradunt, ex quibus Satyrus est, & Hieronymus Rhodius. Nam Athenienses cum civitatem viris exhaustam procreatione liberorum augere vellent, decrevisse referunt, ut urbanam quidem unam uxorem cives ducerent, liceret autem & ex altera procreare liberos, idque tum & Socratem fecisse.* Ad præceptoris autem sui exemplum etiam Euripides simul duas uxores domum duxisse videtur. Suidas tamen Euripidem non tam eas simul, quam secundam post primam repudiatam duxisse scribit, ubi & ejus mores recenset hisce verbis Latine

Athenienſibus facto jus eſſet; quarum matrimonii pertædebat. Ejus odii in mulieres Ariſtophanes quoque meminit ἐν ταῖς προτέραις θεσμοφοριαζούσαις[a], in his verſibus:

Νῦν οὖν ἁπάσαισι παραινῶ καὶ λέγω,
Τοῦτον κολάσαι τὴν ἄνδρα πολλῶν οὕνεκα.
[14] Ἄγρια γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, δρᾷ κακὰ,
Ἅτ' ἐν ἀγρίοισι λαχάνοις αὐτὸς τραφείς[b].

[15] Alexander autem Ætolus hos de Euripide verſus compoſuit:

Ὁ δὲ Αναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου
Στρυφνὸς μὲν ἐμοί γε ἔοικε προσειπεῖν,
Καὶ μισογέλως, καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον
Μεμαθηκώς· ἀλλ' ὅ, τι καὶ γράψαι, τοῦτ' ἂν
Μέλιτος καὶ σειρήνων ἐτετεύχει[c].

Is, quum in Macedonia apud Archelaum regem eſſet, utereturque eo rex familiariter, rediens nocte ab ejus cœnâ, canibus à quodam æmulo immiſſis dilaceratus eſt: & ex his vulneribus mors ſecuta eſt. ſepulcrum autem ejus & memoriam Macedones eo dignati ſunt honore, ut in gloriæ quoque loco prædicarent; οὔ ποτε σὸν μνῆμα Εὐριπίδης [16] ὤλετο πῦ[d], quod egregius poëta morte obita ſepultus in eorum terra foret. quamobrem

a *In prioribus Theſmophoriazuſis.*

b *Nunc igitur omnes admoneo & dico*
Virum hunc ulciſci multis de cauſis:
Fera enim nobis, matronæ, facit mala,
Utpote in agreſtibus oleribus enutritus.

c *Anaxagoræ alumnus veteris*
Durus quidem mihi videtur ad ſalutandum,
Et ridendi exoſus, & jocari ne ad vinum quidem
Conſuetus; verum quicquid ſcripſerit, id
A melle & Sirenibus profluit.

d *Nunquam memoria tua, Euripides, peribit uſpiam.*

tine expoſitis: *Fuit autem homo ſeveris moribus præditus, & triſtis, & qui mulierum congreſſum fugiebat. Unde etiam oſor mulierum eſt habitus. Nihilominus tamen uxorem duxit, primum quidem Chærinam, Mneſilochi filiam, ex qua Mneſilochum, & Mnefarchidem, & Euripidem habuit. Hac vero repudiata habuit & alteram, quam æque impudicam eſt expertus.*

14 Ἄγρια γὰρ ἡμᾶς ὦ γυν.] Paulo ante Stephanum ſic inceperunt edere, quum priores omnes haberent ἄγρια γάρ τινα ὦ, quod eſt in omnibus etiam ſcriptis, aut τινας. Anton. Gryphius primus eſt, quod ſciam, qui adoptavit vocem ἡμᾶς. Sed neque antiquiores habent illud κακὰ, nec ex ſcriptis niſi Lugd. maj. quum in reliquis ſit ΔΡaΚaλλaΤΕ vel aΡaΚaΔamΤΕ, ſive quaſi ἄγρια ex ſeſe ſatis explicarentur, etſi κακὰ abeſſent, ſive celent ipſam vocem κακα. Etiam Scioppius poſt verbum δρᾷ annotavit κα ἅπαγ' ἐν. Mox tamen omnes retinent ἀγρίοις τοῖς λαχάνοις. Gronov.

15 *Alexander autem Ætolus*] Hic eſt Alexander Ætolus grammaticus, poëta tragicus, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus floruit, unde & à Suida & Hephæſtionis Scholiaſte altero, in ſeptem tragicorum Pleiade reponitur. Præter hoſce ejus verſus ab Auctore noſtro hic citatos, tres alios etiam ejus verſus refert Strabo lib. 12. quos ipſos iterum recenſes lib. 14. Parthenius vero Eroticôn cap. 4. ex ejus Apolline elegantiſſimum adducit carmen.

16 Ὤλετο πῦ] MSS. ὄλοιτο vel ολογτο vel οαοιτο, quæ in idem vergunt, & adſcripſit Scioppius ὄλοι τόπυ. Bourdelotius adpoſuit ὄλυ πῦ. Scriverio quid cauſæ fuerit, cur bis in hoc loco annotaverit ſcribendum eſſe *Macetæ* pro *Macedones*, quod ex libro ejus deſcripſit patet, nullus aſſequor. Οὔ ποτ' ὀλεῖται eſt Homericum. *Gronov.*

rem quum legati ad eos ab Athenienſibus miſſi petiſſent, ut oſſa Athenas in terram illius patriam permitterent transferri; maximo conſenſu Macedones in ea re deneganda perſtiterunt.

CAP. XXI.

Quòd à poëtis Jovis filii prudentiſſimi [1] humaniſſimique, Neptuni autem ferociſſimi & inhumaniſſimi traduntur.

PRÆSTANTISSIMOS virtute, prudentia, viribus, Jovis filios poëtæ appellaverunt, ut Æacum & Minoa & Sarpedona; ferociſſimos & immanes & alienos ab omni humanitate, [2] tamquam è mari genitos, Neptuni filios dixerunt, [3] Cyclopa & [4] Cercyona & Scyrona & [5] Læſtrygonas.

1 *Humaniſſimique*] Hanc vocem de ſuo adjeciſſe φιλογράφον putat Stephanus; quaſi neceſſe eſſe exiſtimarit, cum Neptuni filii dicerentur *inhumaniſſimi*, Jovis filios contra dici *humaniſſimos*; quod Gellius tamen non dicit. *Oiſ.* Sed non vetat intelligere. Certe & virtus Æaci & Minois prudentia ſic traduntur ab fabulis, ut comitem illam habuerint, & Gellius eam vult comprehendi non modo in iſtis, ſed & in viribus Sarpedonis, quas hoc diſcrimine ſeparat ab ferocia & immanitate aliorum. In Reg. autem legitur *Minoem*, Lugd. min. *Mino*. Gronov.

2 *Tanquam è mari genitos*] Hujus rationem reddit Phornutus de Deor. Natur. Διὰ δὲ τὴν θεωρεμένην βίαν παρὰ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντας τοὺς βιαίους καὶ μεγαλεπιβούλους γενομένους, ὡς τὸ Κύπλωπα, καὶ τοὺς Λαιστρυγόνας, καὶ τοὺς Ἀλωΐδας, Ποσειδῶνος ἐμφύεσθαι ἐκγόνους εἶναι. Id eſt, *Ob violentiam autem in mari conſpectam, omnes quoque violentos & præfractos homines, ut Cyclopem; & Lyſtrygonas, & Aloidas, Neptuno prognatos eſſe fabulantur.*

3 *Cyclopa*] Polyphemum Neptuni filium. *Oiſ.* Sic quidem licet doctrinam monſtrare, cui placet. Sed quid de ejus fratribus ergo ſtatuendum? In MS. Regio erat *Cyclo & Cere*. Sed in Thuan. legebam *Cyclopas & Scironas*. Neſcivit hic ſcriptor ſibi moderari. Haud dubiè Gellius dedit *Cyclopas & Cercyona* &c. *Gronov.*

4 *Cercyona*] Hyginus in Fabul. cap. 158. Cercyonem Vulcani filium facit. Forte hic legendum *Bergiona*, ut eſt apud Melam lib. 2 cap. 5. *Oiſ.* Cauſa nulla eſt.

5 *Læſtrygonas*] Schegkius in Præmiſſis Epiſtol. 6. ad H. Stephanum, ex MS. profert *Læſtrygonas atque Theſea*. quod an legitime ſit, non diſputat, ſed aliorum judicio permittit, etiamſi Theſeus ob fortitudinem etiam pro Neptuni filio habitus fuerit. *Oiſ.* Habeat hoc Schegkius peculiare ſibi, neque enim aliquod ejus indicium in ullo noſtrorum codicum.

CAP. XXII.

Hiſtoria de [1] Sertorio duce, deque aſtu ejus commenticiiſque ſimulamentis, quibus ad barbaros milites continendos conciliandoſque ſibi utebatur.

[2] SERTORIUS vir acer, egregiuſque dux, [3] & tuendi regendique exercitus peritus fuit. is, in temporibus difficillimis, & mentiebatur ad milites ſi mendacium prodeſſet, & literas compoſitas pro veris lege-

1 *Sertorio duce*] Reg. & Lugd. maj. *Sertorio egregio duce.*

2 *Sertorius vir acer, &c.*] Hujus vitam egregiè deſcribit Plutarchus in Parallelis, qui videndus.

3 *Et tuendi*] Pro his Reg. *educendi*, quod etiam notavit Scioppius: unde in aliis ſcriptis & vulgatis olim exhibuerunt *& utendi*. Ergo adſcripſit pater: [Ste. *tuendi*, bene credo, ut *tueri ſcholam* in Illuſtr. Grammatic]. Ego tamen illud *utendi* ſic rejicere nequeo, quia videtur aliquid ſingulare in Sertorio annotare

legebat, & somnium simulabat, & falsas religiones conferebat, si quid istæ res eum apud militum animos [4] adjutabant. Illud adeò Sertorii nobile est. Cerva alba eximiæ pulchritudinis & vivacissimæ celeritatis à Lusitano ei quodam dono data est. hanc sibi oblatam divinitus, & [5] instinctam [6] Dianæ numine colloqui secum, monereque, & docere, quæ utilia factu essent, [7] persuadere omnibus instituit: ac, si quid durius videbatur quod imperandum militibus foret, à cerva sese monitum prædicabat. id quum dixerat, universi, [8] tamquam si deo, libentes parebant. Ea cerva quodam die, [9] quum incursio esset hostium nunciata, festinatione ac tumultu consternata in fugam se prorupit, atque in palude proxima delituit; & postea requisita perisse credita est. neque multis diebus post, inventam esse cervam Sertorio nunciatur. tum qui nunciaverat jussit tacere: [10] ac, ne cui palam diceret, interminatus est: præcepitque, ut eam postero die repentè in eum locum, in quo ipse cum amicis esset, immitteret: admissis deinde amicis postridie, [11] visum sibi esse ait in quiete cervam, quæ perisset, ad se reverti,

notare auctor, quod pertinuit ad ipsius commodum. In eo est uti exercitu, & scire eum facere sibi utilem, prout ità sæpe Tullius notavit in epistolis uti his & illis hominibus. Certe Gellii est gerundia *utendi regendique* tanquam ejusdem proprietatis & efficaciæ insyntaxi jungere. *Gronov.*

4 *Adjutabant*] Ita sanè legitur in variis MSS. Attamen Reg. *adjuvabant.*

5 *Instinctam*] Al. *instructam*: haud ita bene. *Ois.* Non video, nec etiam opinor in ulla editione alia id exstare, præterquam in Stephanica: cujus præses certe doctior erat, quam ut talem mutationem sponte induceret, unde merum videtur esse typorum mendum, nec dignum, cujus servaretur mentio. Non est etiam ulla varietas in scriptis. Addendus Gebhardus lib. 1 Anal. cap. 15. *Gronov.*

6 *Dianæ numine colloqui secum, &c.*] Hoc strategemate usus Sertorius, ad exemplum aliorum, qui ut majori auctoritate & reverentiâ imperium & leges suæ à populo reciperentur, fingebant divinitus eas sibi traditas, & quicquid populo præscriberent, id divini numinis jussu & instinctu facere, adeo ut sub religionis specie superstitionem ipsam foverent. Hac arte leges suas tradidere Lycurgus Lacedæmoniis, Solon Atheniensibus, Minos Cretensibus. *Ois.* Sunt admodum dissimilia; ut imperia integra in legibus prorsus laudatissimum ad morem condendis & summo cum splendore ad longam diuturnitatem custoditis conferantur cum hoc exigui temporis latrocinio? Ne dictu quidem res digna est, & propius foret, si absurditatem Neronis huc traxisset in ista icuncula puellari, cujus volebat credi monitione prænoscere futura, & quæ sunt similis ineptiæ. aut ubi belluæ narrantur subito fuisse mansuetæ. *Gron.*

7 *Persuadere omnibus instituit*] Quod monui lib. XII cap. 1, libenter præsto, ut sciatur publice in cod. Regio & Lugd. maj. plane legi *institit*, cujus & rationem nunc haberi debere existimo, licet Bourdelotius, Salmasius, Lambecius id neglexerint. *Idem.*

8 *Tanquam si Deo*] Prout editur cap. 39 *Tanquam si ego dicam.* Et XVI, 2. *Tanquam si te dicas adulterum.* Attamen eximium est, quod patri in mentem venit & adscriptum his est, nempe *tum quasi Deo*, quod ipsum & Salmasius adfinxit. *Idem.*

9 *Quum incursio esset hostium nunciata, &c.*] Sic MSS. & vett. edd. In edit. Stephani est: *Cum incursu esset hostium nuntiata festinatio, tumultu consternata in fugam sese prorupit.* Ois. Quod quia nihil habet, quo se commendet, ab Patre etiam rejectum est, & compellimur pro non Gelliano rejicere; quum tamen inconsulte propaget Prousteus, interpretans [cum propter incursionem hostium imperata esset properatio] dubites, quid pejus sit, quum utrumque pessimum. *Idem.*

10 *Ac ne cui palam*] Vocula prima non exstat in Regio: & certe commode procedet sermo, si libeat legere *jussit tacere, ne cui palam diceret*, (vel *ne cui diceret, palam*) *interminatus; præcepitque.* Gronov.

11 *Visum sibi ait in quiete*] Ita Petronius: *Videbatur mihi secundum quietem Priapus dicere.* Simi-

liter

verti, &, ut prius consuerat, [12] quod opus esset facto, prædicare. tum Sertorio, quod imperaverat, significante, cerva emissa in cubiculum Sertorii introrupit; clamor factus, & orta admiratio est: eaque hominum barbarorum credulitas Sertorio in magnis rebus magno usui fuit. [13] Memoriæ proditum est, ex iis nationibus, quæ cum Sertorio faciebant, quum multis prœliis superatus esset, neminem umquam ab eo defeciviſſe: quamquam id genus hominum esset [14] mobiliſſimum.

liter Cæcilius apud Minucium Felicem in Octavio: *Etiam per quietem Deos videmus.*

12 *Quid opus esset facto prædicare*] Reg. Thuan. Lugd. maj. *prædicere*. Id certe hic intelligitur & desideratur. Cæterum mox in iisdem legitur *tum servo quod imp. sig.* vel *sermo*, ut est in Lugd. maj. quod certe videtur clarius, ut servus ab eo missus sit post congregatos amicos, qui ei, quicum constituerat, indicaret, amicos convenisse ad Sertorium, & quidem in eum locum. Sed iidem codices pariter habent *significat*, quod etiam potest probari. Bourdelotius adscripsit *significato*. Scioppius etiam annotavit *repente & in eum locum*. Gronov.

13 *Memoria prodita est*] Hi ipsi codices etiam legunt *memoria prodita est*. Idem.

14 *Mobiliſſimum*] Ut Horatius de plebe Romana Od. 1.

Hunc, si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus.

Et Cicero Orat. pro Roscio: *Quem hominem? levem? imo graviſſimum: mobilem? imo constantiſſimum.* Et Cæsar lib. 3. de Bello Gall. *Itaque cum intelligerent, omnes fere Gallos novis rebus studere, & ad bellum mobiliter celeriterque excitari.*

CAP. XXIII.

De ætatibus historicorum nobilium Hellanici, Herodoti, Thucydidis.

HELLANICUS, Herodotus, Thucydides, historiæ scriptores in isdem temporibus fere [1] laude ingenti floruerunt, & non nimis longè distantibus fuerunt ætatibus. nam [2] Hellanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque & sexaginta annos natus videtur, Herodotus tres & quinquaginta, Thucydides quadraginta. scriptum hoc libro undecimo [3] Pamphilæ.

1 *Laude ingenti*] Quid si legas *laude ingenii*] Oiſ. Verius sequaris, quod in Reg. & Lugd. maj. est *in isdem fere* aut *ferme temporibus*. Gronov.

2 *Hellanicus initio belli Peloponnesiaci*] De quo ut & reliquis duobus diligenter agit G. J. Vossius in Historicis Græcis. *Gronov.*

3 *Pamphilæ*] De hâc vide quæ notavimus ad cap. 17. hujus libri.

CAP. XXIV.

Quid Vulcatius Sedigitus in libro, quem de poëtis scripsit, de comicis Latinis judicarit.

[1] SEDIGITUS in libro, quem scripsit de poëtis, quid de iis sentiat, qui comœdias fecerunt, & quem ex omnibus præstare cæteris putet,

1 *Sedigitus in libro quem de Poëtis scripsit, quod de iis sentiat*] Putidum hoc & insulsum Volcatii Sedigiti de Latinis Comicis judicium, dudum est, quod à Viris doctissimis explosum est, eosque inter à J. Rutgersio Var. Lect. lib. 4 cap. 19. *Oiſ.* Recte; sed post illum non erat negligendus G. J. Vossius libro

tet, ac deinceps quo quemque in loco & honore ponat, his versibus suis demonstrat:

Multos incertos certare [2] hanc rem vidimus,
Palmam poëtæ comico cui deferant.
Eum meo judicio errorem dissolvam tibi:
Ut contra si quis sentiat nihil sentiat.
[3] Cæcilio palmam Statio do comico.
[4] Plautus secundus facilè exsuperat cæteros.
[5] Dein Nævius, qui fervet, pretium tertium est:
[6] Si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio.
[7] Post

libro 11 Institut. Poetic. cap. 23. Eum vero non nominat Oiselius, quia plures inde partes arripuit: quarum nonnullas delevimus ibi reperiendas. Quum vero illuc diligentia lectoris sit directa, non oportuit ista lacerari, partes inde surripiendo, quæ huc immitterentur. Hinc neque est, ut annexa ab Oiselio in Addendis de Sedigito aut ex 3, 3 aut Ciceronis verbis ac Suetonii monstrato observentur, quum sint omnia aliena. Interim licet cuique eligere suam Venerem, nec omnium rerum ratio exigi potest. Et Vossius recte monet judicium ejus pro privato habendum nec accurato: præ quo suspiciendus veterum consensus. Non in Senatu Romano perpetuus ordo certos quosdam præposuit, non Euripides poematibus suis semper vicit. *Gronov.*

2 *Hanc rem vidimus*) Mira est pertinacia omnium codicum, ut legant *videmus*, ut etiam Scioppius suo codici adscripserit. Et certe esse hîc aliquid salebrosum, docet vox insequens *tibi*, quæ docet illum supposuisse sibi cum uno rem esse, ut dubitare liceat, an non scripserit *hanc rem videris*. Gronov.

3 *Cæcilio palmam Statio do comico*) Unde Statii cognomen Cæcilio adhæserit, docet Auctor noster supra lib. 4 cap. 20. Cæcilio Sedigitus palmam tribuit inter Comicos; facilius id fortasse factum quam decuit: quamvis enim de eo, cujus nulla exstant scripta, judicari nihil possit, non parvi tamen Ciceronis judicium faciendum est, qui nunc *malum* eum *Latinitatis Auctorem esse*, nunc *malè locutum* dicit. Verum Acidalius Divinat. in Plaut. cap. 1. putat Sedigitum non tam sermonis puri, quam argumenti rationem habuisse; quo nomine etiam Cæcilio palmam tribuit Varro apud Nonium: *In argumento Cæcilius poscit palmam, in Ethesin Terentius, in sermonibus Plautus.* Sic Horatius etiam Cæcilium gravitate dicit vincere. *Oisius.* Cæterum hæret in his aliquod incertum. Nam quum multi ex vulgaribus MSS. habeant *statio docomico;* tum probatissimus ille Reg. legit *statio do minico.* Lugd. maj. *statio dandam minico.* Et sane quum antecesserit *poetæ comico*, non est satis proba hæc repetitio vocis, cui nullum inest momentum. An credimus igitur scripsisse *do mimico* aut *metrico?* Gronov.

4 *Plautus secundus*] Ex Varronis sententia in sermonibus Plautus princeps, ut modò vidimus. Acidalius putat Sedigitum non inepte Plauto secundum locum dedisse, ut Cæcilio primum, ab argumento scilicet: ut rerum argumentorumque omnium prima, verborum deinde sermonisque secunda ratio habeatur. Neque id diffitendum; quamvis enim Terentius sermonis puritate multis parasangis Plautum superet; argumentorum tamen varietate & rerum copia itidem Terentius à Plauto vincitur.

5 *Dein Nævius, qui fervet, pretium tertium est*] Sic in ultima editione edidit Vir doctissimus. Cum vulgo erat, ut & in cod. Tornæs. & vett. edd.

Dein Nævius qui fervet pretio in tertio est.

Stephanus vero ediderat,

Dein Nævius qui fervet pretium tertiu' est.

Valenti autem Acidalio legere placet:

Dein Nævius, si quis erit, pretio in tertio est.

Quod sensum non incommodum admittit. Legere etiam possis, quemadmodum Gryphius olim edidit:

Dein Nævius, qui fervet, pretio in tertio est.

Adde infra lib. 17 cap. 21. *Oisius.* Ex his quod produxit Stephanus, amplectitur quoque Vossius. Attamen in optimis MSS. legitur *pretio in tertio est* vel *tertioſt.* Hinc quum istud sive *fervet* sive *fervet* nihili sit, apparet antiquum esse, *dein Nævius qui ferret pretio in tertio est*: vel *dein Nævius qui ferret pretiom tertiom, est.* Gronov.

6 *Si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio*] Ita legendus hic versus è MS. vett. edd. habent:

Si quid quarto detur, dabitur Licinio.

Melius sane, quam eo modo, quo Stephanus edidit:

Si erit, quod quarto; dabitur Licinio.

Quem etiam secutus erat Vir Doctissimus in postremâ editione. Intelligitur autem hic Licinius

[7] *Post insequi Licinium facio Attilium.*
[8] *In sexto sequitur hos loco Terentius.*
[9] *Turpilius septimum,* [10] *Trabea octavum obtinet.*
Nono loco esse facilè facio [11] *Luscium.*
Decimum addo causa antiquitatis [12] *Ennium.*

Imbrex, de quo jam supra ad lib. 13 cap. 22. quædam notavimus. Meminit hujus Licinii etiam Cicero lib. 1. de Finib. & libb. de Divinatione.

7 *Post insequi Licinium facio Attilium*] Hic omninò Sedigiti judicium claudicat, qui Terentio præponit Attilium, quem Cicero lib. 14. ad Attic. Epist. 23. vocat *durissimum Poëtam*; Licinius etiam ferreum nuncupavit, eodem Cicerone teste lib. 1. de Finib. his verbis: *A quibus tamen dissentio, ut cum Sophocles vel optime scripsit Electram, tamen malè conversam Attilii mihi legendam putem: de quo Licinius:*

Ferreum scriptorem opinor; verum scriptorem tamen
Ut legendus sit. ——

Ex quibus Ciceronis verbis liquet Attilium Sophoclis Electram Latine reddidisse, quamvis malè. Hujus etiam meminit Suetonius in Jul. Cæsare, ubi ait in C. Julii Cæsaris funerationis processu, inter ludos cantata esse quædam ad miserationem & invidiam cædis ejus accommodata, *ex Pacuvii Armorum Iudicio, & ex Electra Attilii, alia ad similem sententiam.* ubi male Casaubonus *Attii* nomen pro *Attilii* reponit. Videtur tamen Attilius circa eadem tempora ac Attius vixisse, nimirum circa annum U.C. IↃ CXXII. Volcatius hic Attilium inter comicos recenset; quamvis Sophoclis Electram tragœdiam verterit; quia quæ ex suopte ingenio scripserit comici argumenti fuerint; unde & fragmenta illa, quæ Cicero, Varro, Macrobius ex eo adducunt, desumpta esse videntur.

8 *In sexto sequitur hos loco Terentius*] Cod. Tornæs. & vett. edd. *consequitur*. Omnino vix ferri potest hîc Sedigiti censura, qui sexto demum loco Terentium in comicorum ordine collocat. Cum Terentium tantopere venerata sit Antiquitas, ut optimus & ipse comicus Afranius ullum ei conferri, nedum præponi, vetet. Mirum etiam, ne quidem ullam Afranii mentionem à Volcatio fieri, quem optimus censorum Horatius ipse Menandro conferre non dubitat. Unde Vellejus Paterculus eum juxta Terentium & Cæcilium ponit lib. 1. *Dulcesque Latini sermonis facetiæ*, inquit, *per Cæcilium Terentiumque & Afranium, suppari ætate floruerunt.* Et Quintilianus lib. 10. Instit. Orator. cap. 1. Afranium in Togatis excellere scribit. Ex his etiam constare potest, quanti hoc Sedigiti judicium faciendum. *Oisi.* Immo ita veteres editiones habent *consequitur*, ut vocem *loco* tunc omittant. Et sane sic est in ipso Regio.

9 *Turpilius septimum*] Floruit hic Sextus Turpilius temporibus Terentii; & mortuus est admodum senex Sinuessæ Olymp. CLXIX. ut scribit Hieronymus in Chronicis. Terentium amasse fertur Turpilius, iisdemque ludis aliquando utriusque fabulas actitatas. Ejus Thrasyleontem, Fugitivos, ac Leucadiam, item Demetrium, quem ex Alexide transtulit, laudant inter veteres Varro, Festus, Nonius, alii.

10 *Trabea octavum obtinet*] Iisdem etiam temporibus atque Attilius, Trabea quoque comicus floruisse videtur. Meminit hujus Cicero lib. 2. de Finibus: *Nam & ille*, inquit, *apud Trabeam voluptatem animi Lætitiam nimiam dicit.* In libris etiam Tusculanar. Quæstionum multos Trabeæ versus Cicero adfert.

11 *Luscium*] Quem hîc nono loco adducit Sedigitus Luscium, fuit Terentio æqualis; inter fabulas ejus Thesaurus memoratur, cujus argumentum Donatus in Eunucho recitat.

12 *Ennium*] Præter Annalium libros plures insuper scripsit comœdias & tragœdias; quam ob causam ei propter antiquitatem decimum inter comicos hîc locum dat Sedigitus.

CAP. XXV.

De verbis quibusdam novis, quæ in Cn. Mattii mimiambis offenderamus.

[1] CN. Mattius vir eruditus in mimiambis suis [2] non absurde neque ab-

1 *CN. Mattius*] Vide notas ad lib. 6 cap. 6. *Oisi.* Ubi quum Thysius apposuerit, quæ illi erant ad manum, Oiselius id ad sua decora arripiens, huc allevit, quæ videbat esse G. J. Vossii libro 11 Instit. Poet. cap. 33. Ea ut illic inspicias, moneo, ne temere in hoc furtum conferas, quæ sunt alteri debita.

absonè finxit, [3] *recentatur*, pro eo quod Græci dicunt ἀνανεῦται, [4] id est, denuo nascitur, atque iterum fit recens. Versus, in quibus hoc verbum est, hi sunt:

Jamjam albicascit Phœbus, & recentatur
Commune lumen hominibus, voluptasque.

Idem Mattius in isdem mimiambis [5] *edulcare* dicit. quod est, dulcius reddere, in his versibus:

Quapropter edulcare convenit vitam;
Curasque acerbas sensibus gubernare.

ta. Sed in Vossio vitiose editum ἀνανεῦται. Gronovius.

2 *Non absurde neque absone*] Vox tertia non exstat in cod. Regio. *Idem.*

3 *Recentatur*] Nonius: *Recentari honeste positum pro renovari, quod est Græcè ἀνανεῦσθαι.* Atque idem citat Mattii exemplum, quod ex nostro hausit.

4 *Id est, denuo &c.*] Non potest dubitari, quin hæc Latina explicatio sit addita ab ipso Gellio; ita certatim ingeritur ab MSStis omnibus Reg. Lugd. utr. Mem. Per. Scheff. & quoscunque alios apparet adhibitos in editionibus, quarum Brixiana hinc totam interpositam habet, aliæ partem in marginibus. Sed certum est legi suo ordine integram in MSStis, quibus obniti nolui. Certe etiam Scioppius sic adscripsit. Sed neque mox ullum scio exstare codicem, qui non exhibeat *& voluptatis*, quæ certe postrema vox syllabas habet pares *τῷ recentatur*, unde non debuit sic abjici ab editoribus. Utique id ipsum novit & Scioppius. *Gronov.*

5 *Edulcare*] Sic Nonius *Edulcare, pro dulcius facere*, & Mattii verba adducit, quæ ex Gellio descripsit. Simili modo *Obdulcare* dixit Cæl. Aurelianus tardar. passion. lib. 3 cap. 1. *Cætera coquentes, atque obdulcantes sale & oleo ægris offerunt.* Utitur & Ambrosius lib. 5. Hexaem. cap. 21. de melle: *Nec salum voluptati, sed etiam saluti est: Fauces obdulcat, & curat vulnera.* Sic *Indulcare* est apud Tertullianum adverss. Judæos cap. 13. *Hoc enim lignum tum in sacramento erat, quo Moses aquam amaram indulcavit.*

CAP. XXVI.

Quibus verbis Aristoteles philosophus definierit syllogismum: ejusque definitionis interpretamentum verbis Latinis factum.

ARISTOTELES quid syllogismus esset his verbis definivit: λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων [a]. ejus definitionis non videbatur habere incommodè interpretatio facta hoc modo: *Syllogismus est oratio, in qua consensis quibusdam & concessis, aliud quid,* [1] *quàm quæ concessa sunt, per ea quæ concessa sunt, necessario conficitur.*

a *Oratio in qua positis quibusdam aliud quid positis necessario consequitur per ea quæ posita sunt.*

1 *Quam quæ concessa sunt*] Istud *quæ* non exstat in Reg. Græca etiam sic vidit in MS. Scioppius τεθέντων τινῶν ἐξ ἀνάγκης ἄλλό τι συμβαίνει. Gronov.

CAP. XXVII.

Quid sint comitia calata, *quid* curiata, *quid* centuriata, *quid* tributa, *quid* concilium; *atque inibi quædam ejusmodi.*

IN libro [1] Lælii Felicis ad [2] Q. Mucium primo scriptum est, Labeonem scribere, [3] *Calata Comitia* esse, quæ pro collegio pontificum habentur [4] aut Regis [5] aut Flaminum inaugurandorum causa. eorum autem alia esse curiata, alia centuriata. curiata per lictorem curiatum calari, id est, convocari: [6] centuriata per cornicinem. isdem comitiis, quæ

1 *Lælii Felicis*] Mireris sane hunc Lælium Felicem ita ab scriptoribus de comitiis Romanis velut continua sagatione jactatum extolli & produci creberrime, adeo, ut denique Latinus Latinius debuerit revocare Gruchium, incondite scribentem, [unde etiam Lælius apud Gellium ait, justius lege curiata Magistratus dari quod ex Messala habemus]. Quum interim nullus sategerit cognoscere, quis ille tantus adjutor istorum studiorum fuerit, aut quando vixerit; nisi quod Phil. Carolus ad XIII, 12 eum tradat vetustissimum scriptorem, nec dubitavit descriptor Oiselius sequi, quum de ejus ætate sciverit nihil uterque iste, nisi quod vel coætaneus vel posterior Q. Mucio vixerit, unde nequit juste sic appellari. In Regio est *Læliæ Fel.* Sed Scioppius annotavit *L. Ælii Fel.* Ita videlicet litera L varie potest considerari, & codex Reg. infra consentit cum vulgatis in *Lælii*, & in Grammaticis citatur aliquis *Q. Lælius.* Gronov.

2 *Q. Mucium*] Scævolam Jurisconsultum, de quo supra lib. 3 cap. 2.

3 *Calata Comitia*] Primum omnia *Comitia Calata* dicta, hoc est, convocata; posteà verò cum in desuetudinem hoc verbum abiisset, retentum est nomen Calatorum Comitiorum in his tantum, quæ pro collegio Pontificum habebantur, aut Regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum causa, de quibus hic Labeo; vel etiam quæ testamentorum condendorum causa fiebant, idque religionis cujusdam & antiquitatis ratione. De quibus Gellius mox subjicit. Cæterum ad hujus capitis pleniorem intelligentiam, Antiquitatum Romanarum Scriptores Onuphrius Panvinus, Sigonius, J. Perionius, Rosinus consulendi; præ cæteris verò Nic. Gruchius, qui totum Comitiorum Romanorum negotium tribus libris doctissime & fusissime complexus est. Nobis tantum hîc littora legere animus est. *Oisi.* Si ita oportet vocare miseram & acerbam ex illis variarum partium rapinam, recte est; quum in eis, quæ subnotantur, nihil sit, quod non ex horum scriptis detraxerit, & idcirco universum abominabile. At qui litora legit, & ipse vela curat & fundum explorat, quoniam priorum orbitam nequit agnoscere, quod noster facere nequivit. Unde omisi istas onerosas citationes auctorum undique huc allatas, partemque descriptionum. *Gronov.*

4 *Aut Regis sacrorum*] Sic omnes vett. edd. In editione Stephani, aliisque ejus editionem secutis, deest τὸ *sacrorum*, nescio an Ms. cujusdam auctoritate id factum. Forte Stephanus id pro glossemate habuit; ut qui satis notum putaret de rege sacrorum hîc sermonem esse, cum de flaminibus inaugurandis sequeretur. Nos tamen non dubitavimus veterem lectionem postliminio reducere. Notum autem Regem sacrorum, sive Sacrificulum apud Romanos dictum, qui in Sacerdotum ordine primus esset & maximus, & in ipsis inaugurationis conviviis solus supra omnes accumberet, ut scribit Festus in verbo *Ordo sacerdotum.* Oisi. Ubi est igitur ille toties citatus codex Tor. vel Tornæs.? non intelligo, quemadmodum isti homines eo fuerint usi. Atqui certe non legitur in codice Regio, ut vidi ipse, Salmasius, Lambecius, Frater, quum Bourdelotius observare omiserit. Abest ab utroque Lugd. item ab Petav. & Lincoln. Nisi fallor, sufficiens auctoritas nos cogit Stephanum laudare & sequi & vocem eam rejicere, ut ab sciolis interpositam.

5 *Aut Flaminum*] Ut Dialis, Quirinalis, Martialis, Vulcanalis, Furinalis, aliorumque. Singuli enim Dii suos habuêre Flamines cognominatos, ut scribit Varro lib. 4. de LL.

6 *Centuriata per cornicinem*] An hæc ergo non fuerunt tanti apud Gellium, ut sicut curiam dixit calari curiatim, ita centuriata scriberet per centurias aut centuriatim coire? Certe merebantur eodem pretio haberi & enarrari. Jam verò & Stephanus olim edidit *curiatum*, servante editione anni 1644, prout inde retinuit quoque Prousteus, interpretans *per lictorem curiarum convocans.* Porro istud *curiatum* servat non modo codex Regius, sed Lugd. uterq. Petav. Quid quod Lincolniensis edat *curiatum per calaxi*.

quæ calata appellari diximus, [7] sacrorum detestatio & testamenta fieri solebant. tria enim genera testamentorum fuisse accepimus, [8] unum, quod calatis comitiis in populi concione fieret: alterum in procinctu, quum viri ad prœlium faciendum in aciem vocabantur: tertium per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhiberetur. In eodem Lælii Felicis libro hæc scripta sunt: *Is qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet,* [9] *non comitia, sed concilium* [10] *edicere debet. tribuni autem neque advocant patricios, neque ad eos referre ulla de re possunt: ita ne leges quidem propriè, sed plebiscita appellantur quæ tribunis plebis ferentibus accepta sunt.* [11] *quibus rogationibus antè patricii non tenebantur,*

lari. Vides, quum Gellius de centuriatis nihil tale prædicet, etiam non de curiatis voluisse referre *curiatim*, & ab MSStis moneri nos, ne temerarii simus in verere & probo rejiciendo. Certe ego arbitrer ex scripto, quem postremum citavi, offerri nobis *per lictorem curiatum populi Romani calari.* Istud *curiatum* quidem nequivi spernere. *Gronov.*

7 *Sacrorum detestatio*] Supra lib. 6. cap. 12. breviter quid esset explicuit Thysius ex aliis repetens, & tamen ita, ut fere censuerim non fuisse causam Cl. Grævio, cur in præfatione Tomi primi Antiquitatum Romanarum ita large ampleque porrigeret eandem hujus detestationis expositionem. Nunc agnosco vel maxime repetitu necessariam esse, quum ne Prousteus quidem ab Thysio voluerit discere, sed corruptam ex Gruchio crambem rursus lectori apponat. *Gronov.*

8 *Unum, quod calatis comitiis*] Quæ hîc de de testamentorum faciendorum tribus apud Veteres usitatis modis breviter traduntur, haud aliunde meliorem lucem capere possunt, quam ab iis, quæ scribit Theophilus in Paraphrasi *Institut. lib. 2. tit. 10. De testamentis*, quem vide.

9 *Non comitia, sed concilium*] Hoc comitiorum & concilii discrimen videtur observare Cicero lib. 1. de Legib. *Quid enim majus est*, inquit, *si de jure quærimus, quam posse à summis imperiis & summis potestatibus comitiatus, & concilia vel instituta obnunciare, vel habita rescindere.* Et post reditum in Senatu: *Tribunus pl. tulit, ne obnunciare concilio, aut comitiis liceret.* Livius tamen indifferenter comitiorum & concilii nomine in eadem re utitur. Sic lib. 3. *Judicii die cum excusaretur solum vertisse exilii causâ, nihilominus Virginio comitia habente, collegæ appellati dimisere concilium.* Item lib. 6, ubi agit de judicio Manlii, quod centuriatis comitiis peractum fuit, inquit: *In lucum Petilinum concilium populi indictum est.* Quod & alibi Livius non semel facit: ex quibus apparet Livium non ita anxiè observasse illam comitiorum & concilii differentiam, quam hic Lælius Felix ponit. Verum Lælius hic Comitiorum & Concilii nomen in maximè propriâ significatione unumquodque accepit. Ut Comitia dicantur universi populi conventus ad aliquid suffragiis suis decernendum; Concilia vero partis populi conventus ad aliquid jubendum. Cujus generis erant, quæ à Tribunis plebis indicebantur comitia. Habebant enim jus vocandæ plebis, non universi populi. Itaque Tribuni pl. verius Concilia, quam Comitia habere dicebantur. *Ois.* Et id ostendit Sigonius ab Livio etiam accurate obtentum lib. 1 Antiq. jure Civ. Rom. cap. 17.

10 *Edicere debet*] Rævardo in Variis Lection. in libro sing. protrib. cap. 16 placuit legere *edicere dicitur*, quem vide; nam & geminam promit interpretationem.

11 *Quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortensius dictator*] Ante Hortensium tamen jam anno ab U. C. CCCIV, secessione secundâ in Aventinum, L. Lalerius & M. Horatius Coss. cum veluti in controverso jure esset, tenerenturne patres plebiscitis, legem centuriatis comitiis tulerunt, ut quod tributim plebes jussisset, populum teneret, ut constat ex Livio lib. 3. Hanc legem postea confirmavit Q. Hortensius dictator, lege lata, quæ suo nomine Hortensia dicta; quod factum anno U. C. CCCLXVII. cum plebes tertiò secessisset in Janiculum. Denique idem iterum statutum à dictatore Q. Publilio, anno U. C. CCCCXIII. Vide Liv. lib. 8. Ois. Sunt ista notissima. Cæterum MS. Reg. *dictator legem tulit.* Porro Henr. Valesius his adscripserat: Legis Hortensiæ mentio est in Institutis Iustiniani, apud Livium lib. XI. Ejus legis multa fuere capita; ut plebiscitis omnis populus ac senatus teneretur; ut nundinæ factæ essent, eisque agi cum populo fas esset. Macrobius pag. 222 Saturn. lib. 4.

bantur, donec Q. Hortensius dictator eam legem tulit, ut eo jure, quod plebes statuisset, omnes Quirites tenerentur. Idem in eodem libro hoc scriptum est: [12] *Quum ex generibus hominum suffragium feratur, curiata comitia esse.* [13] *quum ex censu & ætate, centuriata:* [14] *quum ex regionibus & locis, tributa. centuriata autem comitia intra pomœrium fieri nefas esse; quia exercitum extra urbem imperari oporteat; intra urbem imperari jus non sit: propterea centuriata in campo Martio haberi,* [15] *exercitumque imperari præsidii causa solitum: quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus.*

12 *Quum ex generibus hominum suffragium feratur, curiata comitia esse*] Hunc locum exsequitur Gruchius in fine libri tertii de comitiis, qui potest inspici.

13 *Quum ex censu & ætate, centuriata*] Quæ duo faciebant divisionem populi per classium centurias. Primum hæc instituta fuere à Servio Tullio, qui populum in classes & centurias distribuit, ut refert Livius lib. 1. & adhuc melius Dionysius Halicarnass. lib. 4. & lib. 7. Ubi in causa Marcii Coriolani primum tributa comitia habita narrans, horum differentiam à comitiis centuriatis describit, quibusque modis suffragia in centuriatis comitiis colligi solerent omnium optime declarat: ita nempe centuriatim, & quod plures centuriæ jussissent, id ratum haberetur. Fiebant autem illa tribus potissimum de causis, quarum una erat creandorum magistratuum; altera legum ferendarum, tertia judicii exercendi causâ.

14 *Quum ex regionibus & locis tributa*] Igitur a tribubus, quarum nomina locis inhærebant, Tributa Comitia nomen accepere; quibus non solum tributim divisus populus suffragium ferret, sed etiam quid plures tribus juberent, aut vetarent, spectaretur. Quatuor autem de causis potissimum tributa comitia habita fuere; primum, ad creandos minores magistratus; deinde ad sacerdotes collegiorum cooptandos; tertiò, ad leges ferendas; postremum, quæ eorum etiam origo fuit, judiciorum causâ.

15 *Exercitumque imperari præsidii causa solitum*] Imperare exercitum hîc nequaquam est rogare, ut optime jam pridem Doctissimus Gronovius contra J. Gutherium in libris De Jure Pontificio, observavit lib. 1. Observat. cap. 1. an vellent juberent Quirites arma præsidii causa capi, sed convocare populum dispositum per centurias, & sub signis partem in campum Martium ducere ad suffragia ferenda, partem præsidii causa locare in Ianiculo. Denique, ut ex Varrone lib. 4. de L. L. constat, imperare exercitum est mittere accensum circum muros, ut vocet in licium Quirites, hoc est, Populum Romanum Quiritium convocet ad Comitia Centuriata. Deinde locare, non quidem omnes centurias, sed tamen bonam partem cum armis in arce, ut ibi excubarent, dum cæteri suffragia irent. Moris enim fuit in omnibus Comitiis Centuriatis, ut in arce poneretur præsidium adversus subitam hostium vim, quæ urbe vacuâ, profectoque ad suffragandum exercitu urbano, ingruere forte posset. Idque est, quod hic dicit Lælius Felix, *exercitum imperari præsidii causa solitum: quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus.*

CAP. XXVIII.

Quòd erravit Cornelius Nepos, quum scripsit Ciceronem tres & viginti annos natum, causam pro Sex. Roscio dixisse.

[1] Cornelius Nepos & rerum memoriæ non indiligens, & M. Ciceronis, ut qui maximè, amicus familiaris fuit. atque is tamen [2] in primo

1 *Corn. Nepos*] Vide supra lib. 7 cap. 18

2 *In primo librorum, quos de vita illius*] Ex hoc opere etiam fragmentum adducit Hieronymus Epistol. ad Pammachium. *Oss.* Hoc ipsum & cætera quæ subnectebantur, rapuerat Oiselius ex Collectaneis G. I. Vossii de Historicis Latinis, pag. 71. Attamen istud fragmentum non ostendit libros aliquot ab Nepote de vita unius Ciceronis scriptos, quum

primo librorum, quos de vita illius compoſuit, erraſſe videtur; quum eum ſcripſit tres & viginti annos natum, [3] primam cauſam judicii publici egiſſe, Sextumque Roſcium parricidii reum defendiſſe. dinumeratis quippe annis à Q. Cæpione & Q. Serrano, quibus conſulibus ante diem III. nonas Ianuarias M. Cicero natus eſt, ad M. Tullium & Cn. Dolabellam, quibus conſulibus cauſam privatam pro Quintio apud Aquilium Gallum judicem dixit, [4] ſex & viginti anni reperiuntur. neque dubium eſt, quin poſt annum, quàm pro Quintio dixerat, Sex. Roſcium reum parricidii defenderit, [5] annos jam ſeptem atque viginti natus, [6] L. Sulla Felice Q. Metello Pio conſulibus. in qua re etiam [7] Feneſtellam erraſſe [8] Pedianus Aſconius animadvertit, [9] quòd eum ſcripſerit

quum hæc ſint ejus verba: *Fruſtra ſuſpicimus Tullium. refert enim Cornelius Nepos, ſe præſente iiſdem pene verbis, quibus edita eſt, eam pro Cornelio, ſeditioſo tribuno, defenſionem peroratam.* Certe in Memm. & Petav. legebatur *in primo librorum, quem de vita.* Gronov.

3 *Primam cauſam*] Reg. tamen *primum*, qui & mox *ante diem tertium nonas Januarium* plane indicans *Januarii*. In aliis tamen exſtitit *Januariarum*, Chiffl. *Januarias*, quod vidi etiam in Lincoln. *Idem.*

4 *Sex & viginti anni reperiuntur*] Sic Euſebius in Chronico, anno IV. Olymp. CLXXIV. *Viceſimo ſexto anno ætatis Cicero Quintium defendit.* hoc eſt, cum ageret annum vigeſimum ſextum. Quintii cauſam egit Cicero poſt Idus Martias M. Tullio Decula & Cn. Dolabella Coſſ. A.V.C. 672.

5 *Annos jam ſeptem & viginti natus*] Fallitur Gellius in ſupputatione annorum. Neque enim Cicero jam ſeptem & viginti annos natus, verum vigeſimum ſeptimum agens, ideoque viginti ſex tantum natus, pro Sexto Roſcio dixit. Totidem enim ſunt anni à Q. Cæpione & Q. Serrano, A.V.C. 647, quibus Coſſ. ante diem III. Januar. Non. natus eſt Cicero, ad L. Sullam Felicem & Q. Metellum Pium Coſſ. quibus Roſcium defenderit. His enim Coſſ. ante diem III. Non. Januar. Cicero viginti ſex annos abſolvit. Sic ut non viginti ſeptem annos natus dici potuerit, ſi nondum hos abſolviſſet, ſed tantum viginti ſex annos natus, quamdiu vigeſimum ſeptimum adhuc ageret. Dixit igitur anno ætatis vigeſimo ſeptimo, jam natus annos viginti ſex. Et hoc eſt, quod Quintilianus lib. 12. cap. 6. ſcribit, Ciceronem ſex & viginti annos natum pro Roſcio dixiſſe. Gellius itaque uno anno Ciceronis ætatem male auget, ut Feneſtella, quemadmodum mox dicemus, uno anno minus ejus ætatem facit. *Oiſ.* Abſit, ut exiſtimes potuiſſe hanc diſputationem prodire ex mente & acumine Oiſelii. Ille vero totum iſtud deſcripſit ex Steph. Pigii aut Schotti Annalibus ad annum V. C. 672. Sed injuſte captatur loquutio Gellii. Is enim dum in fine hujus capitis ſcribit Demoſthenem ſeptem & viginti annos natum dixiſſe cauſam illuſtriſſimam, prout etiam Cicero id fecit ſeptimo & viceſimo anno pro Q. Roſcio, apparet hanc utramque locutionem apud eum videri ejuſdem efficaciæ, ut idcirco illos reprehenſores audiri non deceat, & tuebatur Gellium quoque Fr. Fabricius. *Gronov.*

6 *L. Sulla Felice & Q. Metello Pio Coſſ.*] Anno ab U. C. IↃ C LXXIII. *Oiſ.* Sed cur Gellium non patiuntur ſe frui, & ſubducentes melius inferciunt quæ prava ſunt. Egregie enim MS. Reg. *L. Sullæ Felice II Q. Metello*, quod eſt certiſſimum, & miror ab Pigio adducente hæc Gelliana ad iſtum annum de eo nihil moneri. Iſte numerus binarius in Reg. ita ſcriptus eſt, ut fere tranſierit in literam *n*, ſed in Lugd. maj. ſatis diſtincti tractus ſunt, ut id debuerit jam Gellio reſtitui. Scioppius quoque opſuit *eq.* Gronov.

7 *Feneſtellam*] Floruit Feneſtella Auguſtæo ævo. Quæ porro alleverat Oiſelius, erant deſcripta ex G. J. Voſſii opere de Hiſtoricis Latinis pag. 103, ubi melius leguntur.

8 *Pedianus Aſconius*] Hic ſub Veſpaſiano floruit; quemadmodum videre eſt ex eis quæ colligit & diſputat idem Voſſius lib. 1. De Hiſt. Latin. cap. 27.

9 *Quod eum ſcripſerit ſexto viceſimo ætatis anno pro S. Roſcio dixiſſe*] Jure Feneſtella ab Aſconio Pediano reprehenſus eſt. Non enim ſexto & viceſimo ætatis anno, ſed viginti ſex annos natus, ut modo diximus, Cicero cauſam pro Roſcio egit. Vigeſimum enim ſextum annum Cicero abſolverat ante diem III. Non. Januar. L. Sulla Felice & Q. Metello Coſſ. ideoque vigeſimum ſeptimum annum agens,

rit sexto vicesimo ætatis anno pro Sex. Roscio dixisse. Longior autem Nepotis, quàm Fenestellæ error est; nisi quis vult in animum inducere, [10] studio amoris & amicitiæ adductum, amplificandæ admirationis gratia, [11] quadriennium suppressisse; ut M. Cicero orationem florentem dixisse pro Roscio admodum adolescens videretur. Illud adeò ab utriusque oratoris studiosis animadversum & scriptum est; quòd Demosthenes & Cicero pari ætate illustrissimas orationes in causis dixerint, alter κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ κατὰ Τιμοκράτους [a] septem & viginti annos natus, alter anno minor pro P. Quintio, septimoque & vicesimo pro Sex. Roscio. vixerunt quoque non nimis numerum annorum diversum, [12] alter tres & sexaginta annos; Demosthenes sexaginta.

a *In Androtionem & in Timocratem.*

agens, sive vigesimo septimo ætatis anno Roscium parricidii reum defendit. Uno itaque anno minus dixit Fenestella, cum sexto & vigesimo ætatis anno pro Roscio dixisse scripserit; quemadmodum Gellium, cum septem & viginti annos natum putaverit, uno anno Ciceronis ætatem male auxisse, modò diximus. *Oisius.* Omnia sunt G. J. Vossii in Historicis Latinis pag. 101, ubi agit de L. Fenestella.

10 *Studio amoris*] Cod. Tornæs. *Nepotem studio amoris.* Oisius. Nec sufficit id annotavisse, nec editiones laudandæ sunt, quæ penitus Gellium spoliant voce *Nepotem*, prout inchoavit Stephanica, quum ulteriores legerent *quadriennium Nepotem suppressisse.* At cum codice Tornæs. conspirant Regius, Lugd. major; quum reliqui omittant, quos judicavit Stephanus audiendos, violenta medicinæ ratione: quoniam isti duo prægravant alios, unde ex iisdem lego simul *orationem florentissimam*, prout habent, quod alii in positivo referunt. *Gronov.*

11 *Quadriennium suppressisse*] Peccat denuo hic Gellius, cum dicit Corn. Nepotem, qui scripserat Ciceronem tres & viginti annos natum S. Roscium parricidii reum defendisse, quadriennium suppressisse. Neque enim quadriennium, sed tantum triennium aberrat. Ex Nepotis enim sententia Cicero vigesimum quartum ætatis annum agens pro Roscio dixit, cum revera vigesimum septimum egerit annum. Triennii itaque solum, non quadriennii discrimen, ut Gellius putavit. *Oisius.* Et hoc est totum Vossii; sed & hoc hæret captatione sermonis, quem Gellius adhibet, qui tertium & septimùm post viginti connumeravit.

12 *Alter tres & sexaginta annos*] Occisus est Cicero Antonii jussu, anno U. C. IↃ CCX. C. Vibio Pansa & A. Hirtio Coss. VII. Idus, ut testimonio Tironis liberti scribit Auctor Dialogi De Caus. corrupt. Eloquent. quod intelligendum de VII. Id. Decemb. quoniam Triumviri inierunt V. Kalend. Decemb. ejusdem anni, ut est in lapide Coloriano. Vixit igitur Cicero annos LXIII. menses VI. dies V. sive annos LXIV. minus XXVI. diebus.

CAP. XXIX.

Quali figura orationis & quàm nova L. Piso annalium scriptor usus sit.

DUÆ istæ in loquendo figuræ notæ satis usitatæque sunt, [1] *Mihi nomen est Julius*, &, *mihi nomen est Julio.* tertiam figuram novam hercle

1 *Mihi nomen est Juli*, &, *mihi nomen est Julii*] Quid opinabimur? sponte Oiselii sic editum esse, an typorum licentia? Nam ab Aldo ad Oiselium usque exhibetur *mihi nomen est Julio & mihi n. e. Julii*, sine ulla varietate, quum pars posterior in multis MSStis non exstet, sed ante Aldum Brixia dedit *mihi nomen est Julius*, &, *mihi nomen est Julio*, id quod observatum patri, qui hinc adscripsit [olim *Julius.*] At vero codex Reg. aperte porrigit *mihi nomen est Julius*, &, *mihi nomen est Julio*, quo alludit etiam Lugdun. maj. Et hanc veram antiquamque esse lectionem colliges ex eo, quod dixi de

cle reperi apud [2] Pisonem in secundo annalium. verba Pisonis hæc sunt: *L. Tarquinium collegam suum*, [3] *quia Tarquinium nomen esset, metuere;* eumque *orat uti sua voluntate* [4] *Romam contendat. quia Tarquinium*, inquit, *nomen esset*, hoc proinde est, tamquam si ego dicam, [5] *mihi nomen est Julium.*

de vulgariis codicibus MSStis: nam scriptor archetypi, quod illi secuti sunt, oculos conjecit in vocem *Julio*, quum esset occupatus in scribendo primo exemplo, quod idcirco truncatum & omissum fuit, ut docet manifeste codex Reg. Præterea non debuit potuitve omittere syntaxin per nominativum *Julius*, quoniam ea ipse usurus erat 17, 21. *Cui cognomentum Superbus fuit*, sicut 2, 16 dixerat *cui nomen impositum Postumo fuerat.* Videbis autem ea convenire cum eis quæ notavit Pater ad Livium lib. 1. c. 1. *Gronov.*

2 *Pisonem*] Vide Vossium de Historicis Latin. lib. 1. cap. 6. Ois. Hæc enim sola relinqui hîc oportebat, cæteris quæ ex insigni isto opere descripserat Oiselius, repudiatis: qui homo quam cœcus in has rapinas irruerit ex eo patet, quod sicut Vossius scribit Pisonem cum P. Mucio consulatum gessisse anno Urbis 1xx, ita sequutus fuerit Oiselius per easdem notas, integro centenario ætatem ejus detorquentes. *Gronov.*

3 *Quia Tarquinium nomen esset*] Eodem modo Livius lib. 1. *Cui parentes Ascanium dedere nomen.* Et, *L. Tarquinium Priscum dixere nomen.* Virgilius lib. 3. Æneid.

Æneadasque meo nomen de nomine fingo.

Quasi dicat, impono illis nomen Æneadas. Ois. Nisi micet in tenebris. Nam Reg. Thuan. Mem. Lugdun. uterq. Perav. *quia Tarquinio nomen esset*, prout sane ediderunt etiam ex suo MSto Brixienses, quomodo & mox *quia Tarquinio*, *inquit*, *nomen esset* repetunt illi ipsi atque etiam codices MSSti præter Reg. & Thuan. & Lugd. maj. exhibentes *quia Tarquinio inquit nomine esset*: cui quidem adscripsit Salmasius [corrupte] sed ea existimatio videtur modo tangere vocem *nomine*, quomodo illa non videtur esse mutanda, & temere mutatam esse patet ex eo, quod jam ante dictum fuerat *nomen.* Mox tamen retinetur *Julium.* Sed & bis *Tarquinio* notavit Scioppius. *Gronov.*

4 *Romam contendat*] Ab Aldo adsciverunt id consensu editiones reliquæ præter Badianam Vascosani, & Colonienses Cervicorni, quæ ex Brixiana repetiverunt *Roma concedat*, quod ipsum Antonius Gryphius in ora monstrare dignatus est; etiam in Salmasiano exemplari adscripsit aliquis, etiam Pater suo: quum interim in MSStis nulla sit varietas, & omnes exhibeant *Romam contendat*, etsi alterum desiderari videatur; quia pertinent verba ad historiam a Livio narratam 2, 2. quum Brutus Tarquinium aggreditur, ut persuadeat abdicationem consulatus & discessum ex urbe Roma. Quod statuo & ipse, & inde conjicio servatis omnibus, quæ præbentur ab MSStis, sed auctis *Roma incont... at*, quod forsan fuit *in continenti exeat*, quæ videntur nimium concrescere. *Gronov.*

5 *Mihi nomen est Julium*] In hoc loquendi modo *Julium* est adjectivum recti casus. Ideoque barbare loqui, qui inde dicunt, *Est mihi nomen Petrum*, ait Vossius in de Arte Gramm. lib. 7. c. 34. Servius tamen ad 1. Æneid. notat: *Dicimus autem, &, nomen est mihi Cicero, ut*, Hecyræ est huic nomen fabulæ, *&, Ciceronis, ut Sallust.* Cui nomen oblivionis condiderant. *&, Ciceroni, ut*, Cui Romulo cognomen erat. *&, Ciceronem, ut*, Æneadasque meo nomen de nomine fingo. *Melius tamen est dativo uti.*

CAP. XXX.

Vehiculum, quod petorritum *appellatur, cujatis linguæ vocabulum sit, Græcæ an Gallicæ.*

QUI ab alio genere vitæ detriti jam & [1] retorridi ad literarum disciplinas serius adeunt, si fortè iidem sunt garruli natura & subargutuli, oppidò quàm fiunt in literarum ostentatione inepti & frivo-

1 *Retorridi*] Nihil boni ad proprietatem hujus vocis indagandam affert Oiselius, nisi quod ex notis Salmasii ad Lampridium in Alexandro Severo pag. 236 carpsit, dignius ibi totum legi, quam minuto hoc centone averti.

frivoli. quod genus profectò ille homo est, qui de *petorritis* nuper argutissimas nugas dixit. Nam quum quæreretur, [2] *petorritum* quali forma vehiculum, cujatisque linguæ vocabulum esset; & faciem vehiculi ementitus est longè alienam falsamque, & vocabulum Græcum esse dixit, [3] atque id significare volucres rotas interpretatus est: commutataque una litera *petorritum* esse dictum volebat, [4] quasi *petorotum*. scriptum etiam hoc esse à Valerio Probo contendit. Ego quum Probi multos admodum commentationum [5] libros anquisierim, neque scriptum in his inveni, nec usquam alioqui Probum scripsisse credo. *petorritum* enim est non [6] ex Græcâ dimidiatum, sed [7] totum transalpibus. nam est vox Gallica. id scriptum est in libro M. Varronis quartodecimo rerum divinarum. quo in loco Varro, quum de petorrito dixisset, esse id verbum Gallicum; [8] *lanceam* quoque dixit, non Latinum, sed Hispanicum verbum esse.

2. *Petorritum*] Non in voce ipsa, non in fabrica quidquam adfertur ab Oiselio, quod non sæpius jam erat dictum: idque omne mox latissime digessit CL. Schefferus libr. 11 de Re Vehicul. cap. 26.

3 *Atque id significare*] Sane media vox quam otiosa est, & nescio quid hoc loco acciderit, quum Lincoln. exhibeat *cum id signif.* Reg. tantum *atque significare*. Lugdun. maj. *atque adsignificare*, quod videtur Gellianum. *Gronov.*

4 *Quasi petorotum*] MSSti *petorrotum* vel *pectorrotum*. Porro Scioppius adscripsit *commentariorum*, unde tamen abeunt nostri codices in vulgatum consentientes. Quin etiam sicut in Gellio, sic in Horatii utroque loco codex meus MS. insigni vetustate præfert *petorrita* per duplex rr. Etiam in Quintiliano lib. 1. Instit. c. 6 vidi in codice Collegii Balliolensis *petorritum* vel *petonitum*, ut diversitas editionum sit jocosa & ridenda, neque inde debuerit Schefferus formare aliquid opinionis de diversa originis existimatione. Quum interim Ascensius fingens esse, quod inter duos trahitur mulos aut equos gestatorium, currus pensilis, putet dictum *petauro* simile. Id autem stupeo, quî nec Vossius nec Schefferus putaverint huc advocandum Cluverium, qui in Germaniæ antiquæ scribit hæc satis notabilia [Idem vocabulum *riden* aliis dialectis dicitur *reiten* & *riten*: ab hoc dictum puto illud Vehiculum Gallicum, quod Romani suo ore formarunt *petoritum*, referente Pompejo Festo: quod is dictum esse ait a numero quatuor rotarum. quatuor autem Britannis Wallis hodieque dicitur *pedwar*.] Novissime tamen Menagius in Amœnitatibus revocavit ad Italos & Oscos, & quidem procul dubio, & quidem errorem esse Varronis & Gellii. Sed ridenda est hæc arrogantia, quum plane nihil habeat, quo se stabiliat. *Gron.*

5 *Libros anquisierim*] Scripturam hanc nullus vetus codex probat, sed *adquisierim* vel *acquisierim*. Idem.

6 *Ex Græca*] Mem. Petav. *ex Græco*. Reg. & uterque Lugdun. & Scheff. *ex Græcia*, quod voluit Gellius. *Idem.*

7 *Totum transalpibus*] Tacet Oiselius, quia nullus id attigit, quod sciam. Laudandi tamen viri docti, qui sic ediderunt, utpote nihil sibi permittentes, sed sequuti libros antiquos, in quibus ita legitur, ut Reg. Mem. Lugd. utroque, Lincoln. unde alii fecerunt *transalpibus factum*, alii *transalpinum*, quum Badiana habeat *sed tota Transalpibus factum*, quasi vellet ansam dare conjectando *totum a Transalpibus factum*. Ego autem nullus ambigo hinc excidisse *vocalem in* vel *de*, ut scripserit *totum de trans Alpibus*, vel *totum in trans Alpibus*, ut solent istæ præpositiones duplicari. De Lancea mirum non est, quum & urbs eo nomine in Hispania fuerit, memorata Floro 4, 12, quæ docet in ea regione fuisse sedem ejus vocis. *Idem.*

8 *Lanceam*] Hispanicam esse vocem tradit hic Varro. Sed & ipsum teli genus Hispanicum fuisse, ex Hispania in Italiam cum nomine delatum haud dubium est. Imo non Hispanis solis, sed omnibus pariter Celtis & rem & nomen quondam fuisse communia, exinde haud vane deduci potest, quod Sisenna apud Nonium, id teli genus Suevis; Germanicæ genti, tribuat: *Gallia materibus, Suevi lanceis configunt*. Et Diodorus Siculus lib. 5. Germanis simul ac Gallis: Προσάλλονται δὲ λόγχας, ἃς ἐκεῖνοι λογχίας καλοῦσι. *Hastas jaciunt, quas ipsi Lanceas appellant*. Hodieque adhuc nobis id teli genus *lance* dicitur, unde *Landtsknecht*, quasi dicas lancearium militem.

CAP.

CAP. XXXI.

Quæ verba legaverint Rhodii ad hostium ducem Demetrium, quum ab eo obsiderentur, super illa incluta Ialysi imagine.

[1]RHODUM insulam celebritatis antiquissimæ, oppidumque in ea pulcherrimum ornatissimumque, obsidebat oppugnabatque [2]Demetrius dux ætatis suæ inclutus, cui à peritia disciplinaque faciendi obsidii, machinarumque sollertia ad capienda oppida repertarum, cognomentum πολιορκητὴς[a] fuit. [3]tum ibi in obsidione illa ædes quasdam publicè factas, quæ extra urbis muros cum parvo præsidio erant, aggredi & vastare atque absumere igni parabat. in his ædibus erat memoratissima illa [4]imago Ialysi, Protogenis manu facta illustris pictoris; cujus operis pulchritudinem præstantiamque ira percitus Rhodiis invidebat. mittunt Rhodii ad Demetrium legatos, cum his verbis: Quæ, malùm, inquiunt, ratio est, ut tu imaginem istam velis incendio ædium facto disperdere? nam si nos omnes superaveris, & oppidum hoc totum ceperis, imagine quoque illa integra & incolumi per victoriam potieris. sin verò nos vincere obsidendo nequiveris; petimus, consideres, ne turpe tibi sit, quia non potueris bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse. [5]hoc ubi ex legatis audivit, oppugnatione desita, & imagini & civitati pepercit.

a *Urbium expugnator.*

1 *Rhodum*] Vide supra ad lib. 7. c. 3.

2 *Demetrius*] Hujus vitam eleganter à Plutarcho descriptam habemus in Parallelis. Cæterum causam, quare Demetrius Rhodiis bellum intulerit, ait Plutarchus fuisse, quod socii forent Ptolemæi Ægyptiorum regis: Ἐπολέμησε δὲ Ῥοδίοις, inquit; Πτολεμαίῳ συμμάχοις ὄντι, καὶ τὴν μεγίστην ἐλέπολιν τοῖς τείχεσι προσήγαγεν. Hujus obsidii meminit & Vitruvius lib. 10. in fine, ubi & ipse loquitur, perinde ut Gellius: *Rex Demetrius, qui propter animi pertinaciam Poliorcetes est appellatus.*

3 *Tum ibi in obsidione illa*] Vox postrema ignoratur ab MS. Reg. *Gronov.*

4 *Imago Ialysi, Protogenis manu facta*] De qua colligendi, quod junioribus placuit hariolari aut antiquis scribere, operam sumsit Carolus Datus in vita hujus pictoris instruente multum Plutarcho & Plinio aliisque, qui interdum à se invicem dissident.

5 *Hoc ubi ex legatis audivit, oppugnatione desitâ, & imagini & civitati pepercit*] Hoc unde Gellius hauserit, equidem nescio. Sane Plutarchus non propter hanc legationem, sed quod Rhodii strenue se defenderent, Demetrium velamentum quæsisse, ut obsidione desisteret, ideoque Athenienses intercedentibus inter Demetrium & Rhodios fœdus ictum hac lege, ut socii Antigoni & Demetrii Rhodii præterquam contra Ptolemæum essent. Vitruvius etiam lib. 10. ait Demetrium cum classe sua discessisse, cum vidisset magnam suam machinam Helepolim, sapientiâ & arte Diogneti Rhodiensium Architecti inutilem redditam. Ois. Utique hæc singula potuerunt convenire ad eandem causam, neque alterum ab altero hinc repudiatur, etsi auctores alii hoc, alii illud maluerint prætendere, & sic distrahere. Certe enim quod scribit Gellius, habet quoque Plinius xxx, 10 his verbis: *Propter hunc Ialysum ne cremaretur tabula, Demetrius Rex, cum ab ea parte sola posset Rhodum capere, non incendit, parcentemque picturæ fugit occasio victoriæ.* Sed pergit Plinius: *Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo, hoc est, Demetrii castris* &c. Quod si ita fuit, sicut omnino contigit, & Protogenes vixit in ista obsidione, idque potuit Gellius ex ipso etiam Plinio scire, sed & præterea ex multis, & quidem tot aliis, ut nequiverit ignorare. Sunt enim hæc clara & prompta, quæ sicut legi possunt à nobis, procul dubio plura monumenta exstiterunt olim, unde & Plinius & Plutarchus

chus & cum ipsis Gellius potuerunt haurire. Valuit huc usque progredi CL. Datus, ut scriberet: *Per molte ragioni non e da prestar fede a questo racconto, ma particolarmente dicendosi che Protogene fosse già morto per l'assedio di Rodi, essendo certissimo ch'egli era vivo.* Sed destituit ita Gellium, nec auxiliari placuit contra quam decebat. Quid igitur tandem fiet huic bello *cum Protogene mortuo?* Nihil hîc notatum in liturariis mihi relictis video, nisi in exemplari Salmasiano [Atqui vivebat: vide Plutarchum in Demetrio] ubi nempe id ipsum narratur, sciunt omnes, & simile est illi quod ex Plinio adduxi. An dicemus erravisse in ætate pictoris? In re tam aperta, quam in utroque & in rege & in pictoris historia sæpius memoravit, ego quidem id in animum meum nequaquam induco. Quinimmo apparet etiam acumen dicti prorsus esse obscuratum hebetatumque ab illis, qui Gellium corruperunt. Nec enim acumen decens est ad jocum aut contumeliam, si rex magnanimus dicatur bellare cum pictore mortuo. Leoni mortuo incursare bovem dixerunt, qui viribus major erat dum vivebat. Pictor ne par quidem est: nihil igitur salis in isto pictore mortuo. Quid igitur dubitamus, quin Gellius ediderit *bellum cum Protogene & mortuo gessisse.* Protogenes vivebat, mortuus erat Jalysus, cujus picturam & imaginem qua sola supererat, erat corrupturus? contra hos duos ita videtur bellum & machinas & ignes afferre; animo prorsus non regio, ut cum pictore bellaret ac mortui picta tabula. *Gronov.*

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER SEXTUSDECIMUS.

CAPUT I.

Verba Musonii philosophi Græca, digna atque utilia audiri observarique, ejusdemque utilitatis sententia à M. Catone multis ante annis Numantiæ ad equites dicta.

ADOLESCENTULI quum etiam tum in scholis essemus, ἐνθυμημάτιον[a] hoc Græcum, quod appositi, dictum esse [1] à Musonio philosopho audiebamus, & quoniam verè atque luculentè dictum, verbisque est brevibus & rotundis vinctum, perquam libenter memineramus: ἂν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἂν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει[b]. postea istam ipsam sententiam

a *Commentatiunculam.*

b *Si cum labore honestum quippiam egeris, labor quidem abit, honestum manet. Si cum voluptate turpe feceris quippiam, quod suave est, abit; quod turpe est, manet.*

1 *A Musonio philosopho*] Præclarum & doctum de hoc inclito philosopho caput confecit Eruditissimus vir, Joh. Jonsius de scriptis Hist. Philos. lib. III cap. 7, quod huc integrum adhibebit prudens lector, utpote dignius, quam ut veniat in carnificinam Oselii.

2 *Prio-*

tiam in Catonis oratione, quam dixit Numantiæ apud equites, positam legimus: quæ etsi laxioribus paulò longioribusque verbis comprehensa est, præquam illud Græcum quod diximus; quoniam tamen [2] priore tempore, antiquiorque est, venerabilior videri debet. verba ex oratione hæc sunt: *Cogitate cum animis vestris, si quid vos per laborem rectè feceritis; labor ille à vobis citò recedet, bene factum à vobis, dum vivitis, non abscedet. sed siqua per voluptatem nequiter feceritis; voluptas citò abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit.*

2. *Priore tempore, antiquiorque est*] Malim, *prior tempore, antiquiorque est.* Ois. Et quomodo igitur id venditat? utrum ab se excogitatum, an repetitum ex aliis? Non nominantur nunc editiones veteres toties citatæ, quæ tamen complures habent nominativum; sic Brixiana, sic Aldina, sic tres Seb. Gryphii, etiam illa Antonii, qui tamen τὸ *priore* adjunxit in margine, quod fecit quoque Parisina Hieronymi de Marnef. Ex aliqua harum id potuisse tolli nemo, opinor, miretur. Sed Badius, sed Stephanus dederunt ablativum, quoniam is exstat in MSstis Reg. Lugd. utr. Et hoc est Gellianum, ideoque retinendum. *Gronov.*

CAP. II.

Cuimodi sit lex apud dialecticos percontandi disserendique, & quæ sit ejus legis reprehensio.

LEGEM esse ajunt [1] disciplinæ dialecticæ, si de quapiam re quæratur disputeturque, atque ibi quid rogare, ut respondeas: tum, ne amplius quid dicas, quàm id solum, quod es rogatus, aut ajas, aut neges, eamque legem qui non servent, & aut plus, aut aliter, quàm sunt rogati, respondeant, [2] existimantur rudes indoctique esse, disputandi-

1 *Disciplinæ dialecticæ*] Dialecticæ vox olim generatim à quibusdam, præsertim Stoicis, pro tota disserendi & argumentandi arte accepta, ita ut sub Dialectica & Τοπικὴν & Ἀποδεικτικὴν comprehenderent. Et διαλέγεσθαι, unde Dialectica dicitur, illis idem sit, ac λόγῳ χρῆσθαι, id est, *ratione uti, ratiocinari, disserere, disputare, argumentari*, quæ omnia eodem redeunt. Peripatetici tamen Dialectices vocem non tam generaliter accipere, sed tantum ea usi sunt pro ea Logices parte, quæ docet ex probabilibus argumentari, ita ut Τοπικὴν sub ea tantum intelligant. Ita enim Aristoteles veteresque Peripatetici ejus Interpretes. Cæterum totum hoc caput adeo bonarum rerum sterile est, ut nihil in eo dignum reperiatur, quod nos amplius morari debeat. *Ois.* Quam bene hic legit caput XX Polymathiæ Wouverianæ? Extra quod quum ex se nihil proferre posset, & bonas res non in alio duceret, quam in suo delicio aut alia mixturæ alienæ descriptione furtiva, sustinet ita pronunciare, quia ad dulcedinem hujus capitis gustandam nequivit pergere, ignarus moris diversi veterum philosophorum in methodo vel ratione ac via veniendi ad verum, cujus unam in interrogando & respondendo posuerint, de qua re est integrum caput XI libri sexti apud Præstantissimum Adamum Bursium in Dialectica Ciceronis elaboratissima, sed quam hodierni negligunt & nesciunt; ubi postquam hoc ipsum quoque Gellii caput adhibuisset, ita concludit. [Quas leges & cautiones videtis maxime ad eum finem dirigi, ne falli, decipi, errare possimus disputando, quod hoc genere dexterrime effici, nempe interrogando & respondendo constat: in eoque Stoicos principes fuisse tradit Cicero. Propter hanc enim artem eorum interrogationes vocat laqueos lib. I de Orat. *Stoici vero te suarum interrogationum laqueis irretitum tenerent.*] Gronov.

2 *Existimantur rudes indoctique esse*] Vox secunda non apparet in Reg. non in Thuan. non in Memm. Petav. Lugdun. utroque, item Lincoln. Itaque omisit Stephanus in editione sua, quum alii nescio unde adsciverint tam ante, quam post ipsum,

tandique morem atque rationem non tenere. Hoc quidem, quod dicunt, in pleriſque diſputationibus procul dubio fieri oportet. indefinitus namque inexplicabiliſque ſermo fiet, niſi interrogationibus reſponſionibuſque ſimplicibus fuerit determinatus. ſed enim eſſe quædam videntur, in quibus ſi breviter & ad id, quod rogatus fueris, reſpondeas, capiare. nam ſi quis his verbis interroget: poſtulo uti reſpondeas, *deſieriſne facere adulterium, an non?* utrumcumque dialectica lege reſponderis, ſive ajas, ſive neges, hærebis in captione, tamquam ſi te dicas adulterum. ſed quod minus eſt in interrogatione, id eſt addendum. nam qui facere non deſinit, non id neceſſario etiam fecit; falſa igitur eſt ſpecies iſtius captionis: & nequaquam procedere ad id poteſt, ut colligi concludique poſſit eum facere adulterium, qui ſe negaverit facere deſiſſe. quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hærere eos neceſſum eſt, ſi nihil amplius, [3] quàm quod interrogati erunt, reſponderint? nam, ſi ita ego iſtorum aliquem rogem; *Quicquid non perdidiſti, habeaſne, an non habeas?* poſtulo ut ajas, aut neges: utrumcumque breviter reſponderit, capietur. nam ſi non habere ſe negaverit, quod non perdidit; colligetur oculos eum non habere, quos non perdidit. ſin verò habere ſe dixerit; colligetur eum habere cornua, quæ non perdidit. Rectiùs igitur cautiuſque ita reſpondebitur: quicquid habui, id habeo, ſi id non perdidi. ſed hujuſcemodi reſponſio non ſit ex ea lege, quam diximus. plus enim quàm quod rogatus eſt, reſpondet. & propterea id quoque ad eam legem addi ſolet, non eſſe captioſis interrogationibus reſpondendum.

ut apparet, quia neſciebant digerere copulativam voci *indocti* annexam. Scias igitur eam non reperiri in Memmiano & Petav. codice, & eraſam eſſe in Reg. quum potuiſſe tamen videatur Stephanus illam tolerare. *Idem.*

3 *Quam quod interrogati erunt*] Reg. & Lugdun. maj. *quam quod interrogaverunt.* Quod idcirco ſignificandum duxi, ut appareat iſta corruptelæ ratio, qua ex duarum literarum ductibus coaluit una litera. *Idem.*

CAP. III.

Quanam ratione effici dixerit Eraſiſtratus medicus, ſi cibus fortè deerit, ut tolerari aliquantiſper inedia poſſit & tolerari fames, verbaque ipſa Eraſiſtrati ſuper ea re ſcripta.

CUM Favorino Romæ dies plerumque totos eramus: tenebatque animos noſtros [1] homo ille fandi dulciſſimus. atque eum quoquo iret,

1 *Homo ille fandi dulc.*] Sic repoſui, quum negligentiam noviſſimarum editionum, qua vocem ſecundam omittunt, animadverterem ſolis typographis exprobrari poſſe. *Idem.*

2 *Quaſi*

iret, [2] quasi ex lingua prorsum ejus capti prosequebamur. ita sermonibus usquequaque amœnissimis demulcebat. tum ad quemdam ægrum quum isset visere, nosque cum eo una introissemus, multaque ad medicos, qui tum fortè istic erant, valetudinis ejus gratia, oratione Græca dixisset: Ac ne hoc quidem, inquit, mirum videri debet, quod, quum antehac semper edundi fuerit appetens, nunc, post imperatam [3] inediam tridui, omnis ejus appetitio pristina elanguerit. nam quod [4] Erasistratus scriptum, inquit, reliquit, propemodum verum est: [5] esuritionem faciunt [6] inanes patentesque intestinorum fibræ, & cava intus ventris ac stomachi vacua & hiantia: quæ ubi aut cibo complentur, aut inanitate diutina [7] contrahuntur & connivent; tunc loco, in quem cibus capitur, vel stipato vel adducto, voluntas capiendi ejus desiderandique restinguitur. Scythas quoque, ait eumdem Erasistratum dicere, quum sit usus ut famem longius tolerent, fasciis ventrem strictissimè circumligare. [8] ea ventris compressione esuritionem posse depelli, creditum est. Hæc tum Favorinus, multaque istiusmodi alia affabilissimè dicebat. Nos autem postea, quum librum forte Erasistrati legeremus ἀλαιρέσεων a primum, id ipsum in eo libro, quod Favorinum audiebamus dicere, scriptum offendimus. verba Erasistrati ad eam rem pertinentia hæc sunt: ἐλογιζόμεθα

a *Divisionum.*

2 *Quasi ex lingua prorsum ejus capti*] Sic quidem omnes libri. Multo melius autem cum Stephano leges, *quasi ex lingua ejus prorsum apti*, Id est, juncti, sive vincti. ἐκ τῆ αὐτῆ γλώσσης δεδεμένοι. Vide notas supra lib. 1 cap. 15. *Oisel.* Itaque ad exemplum hujus placuit & Prousteo sententiam Stephani de hoc loco exponere; nihil tamen addere, quid ipse censeat, si potuit. Sed potuerat uterque præterire tacendo sine noxa Gellii, quem aliter scripsisse docet concordia librorum veterum. Itaque pater adscripsit citationem Pricæi ad epistolam 11 ad Timoth. 3, 5, ubi dicit Apostolus αἰχμαλωτέυοντες γυναικάρια, & ait apud Tacitum lib. 5 ann. dici allicere feminarum animos, quod Græce αἰχμαλωτίζειν, vulgato interpreti captivas ducere. Sic capi lingua alicujus arsensu meliore habemus 16, 3 apud Gellium. *Gronov.*

3 *Inediam tridui*] Varia exempla eorum qui diu inediam pertulerint, collegit Lilius Gyraldus Dialogismo XVII. in Thesaur. Crit. Tom. II. pag. 426. Faciunt huc etiam libri copiosissimi Fort. Liceti, De his qui diu sine alimento vivunt.

4 *Erasistratus*] Si inspexeris scriptum Pet. Castellani de vitis illustrium medicorum pag. 70, videbis in nota Oiselii prorsus nihil fuisse, cur ei devinctus sis. Immo si libet pergere, animadvertes hæc ipsa esse eadem illis, quæ affert Harduinus in indice auctorum, quem præfixit Plinio, ut certe parem furandi voluntatem ad scribendum attulerint uterque. Sciunt enim proculdubio, unde rapuerint per eadem vestigia, quæ cognosces, si inspexeris & contuleris ita duo furum dedecora. *Gronov.*

5 *Esuritionem*] Catullus:

Omnium pater esuritionum.

Martialis:

Post hæc omnia forte si movebit
Bacchus, quem solet esuritionem.

Unde & *Esuritor* eidem Martiali lib. 3. Epigr. XIV.

Romam petebat esuritor Tatius.

6 *Inanes patentesque int. f. & cava i. v. ac st. vacua & hiantia*] Mire placuit auctori coacervare parallela & synonyma omnia, quæ sunt ejus generis. Tale quid fecit Tacitus lib. 3 histor. c. 33. *In vacuas domos & inania templa faces jaculabantur.* Gronov.

7 *Contrahuntur & connivent*] Ut Senecam agnoscit idem Tacitus *frigidis jam artubus & clauso corpore adversus vim veneni.* Gronov.

8 *Ea ventris compressione*] Reg. *In ventris compr.* Idem.

9 Ἐάν-

μεθα οὖν παρὰ τὴν ἰσχυρὰν σύμπτωσιν τῆς κοιλίας εἶναι τὴν σφόδρα ἀσιτίαν· καὶ γὰρ τοῖς ἐπιπλέον ἀσιτοῦσι κατὰ προαίρεσιν, ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις ἡ πεῖνα παρακολουθεῖ· ὕστερον δὲ οὐκέτι. deinde paulum infra: εἰθισμένοι δέ εἰσι καὶ οἱ Σκύθαι ὅταν διά τινα καιρὸν ἀναγκάζονται ἄσιτοι εἶναι, ζώναις πλατείαις τὴν κοιλίαν διασφίγγειν, ὡς τῆς πείνης αὐτοὺς ἧττον ἐνοχλούσης· σχεδὸν δὲ καὶ ὅταν πλήρης ἡ κοιλία ᾖ, διὰ τὸ κένωμα ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι, διὰ τοῦτο οὐ πεινῶσιν. ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπτωκυῖα ᾖ, κένωμα οὐκ ἔχει[a]. In eodem libro Erasistratus vim quamdam famis non tolerabilem, quam Græci [9] βούλιμον appellant, in diebus frigidissimis multo faciliùs accidere ait, [10] quàm quum serenum atque placidum est: atque ejus rei causas, cur is morbus in eo plerumque tempore oriatur, [11] nondum sibi esse compertas dicit. Verba quibus id dicit hæc sunt: ἄπορον δὲ καὶ δεόμενον ἐπισκέψεως, καὶ ἐπὶ τούτου καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν βουλιμιώντων, διατὶ ἐν τοῖς ψύχεσι μᾶλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται ἢ ἐν ταῖς εὐδίαις[b].

a *Cogitabamus itaque propter robustam ventris compressionem esse illam grandem inediam: & ii qui sponte nimis abstinent cibo, primis temporibus fame afficiuntur, post autem non amplius. Consueverunt etiam Scythæ, si quando per aliquod tempus inediam ferre coguntur, latis fasciis ventrem cohibere, quasi ita fames minus eos infestet. Ventre autem fere pleno, quia nulla in eo sit inanitas, fit, ne esuriant. Dum autem venter compressus admodum est, caret inanitate.*

b *Dubium autem est, indigensque considerationis, cum in hoc, tum in cæteris famelicis, quare in frigoribus magis quam tepidis, hujusmodi casus incidat.*

9 Βούλιμον] Viri docti, qui sub titulo Oeconomiæ Hippocratis illustrarunt res Medicas, adducunt & hunc Gellii locum & Galeni, quem descripserat inde Oiselius sine illo in publicum commodo. Ab Alexandro etiam Tralliano lib. 8 c. 6. hoc modo describitur: Ὁ βούλιμος καλούμενος ὡς καὶ τοὔνομα δηλοῖ, μέγας ἐστὶ λιμός. γίνεται δὲ, ὡς ὁ λόγος ὑποδείκνυσιν, ἀπὸ ἀμέτρου θερμοτήτος καὶ ἀσθενείας τοῦ στόματος τοῦ γαστρός. ὅθεν εἰ μὴ προφέροιντο τροφὴν ἀμέτρως λειποθυμοῦσι καὶ πίπτουσι. Id est, Βούλιμος *dictus, ut etiam nomen Græce indicat, magna est fames. Fit autem, ut ratio subindicat, ab immoderato oris ventriculi calore, & imbecillitate: unde nisi alimentum immodice assumant ægri, animo deficiunt, conciduntque.*

10 *Quam quum serenum, atque placidum est*] Male hic Gellius Erasistrati verba ἐν ταῖς εὐδίαις, pro tempore sereno accepit; quasi frigus & serenum tempus ab Erasistrato sibi invicem opponerentur; cum εὐδία ibi non *serenitatem*, verum *teporem* designet, ut optime jam olim ab H. Magio Miscell. lib. 2 cap. 1. animadversum. Quamvis enim εὐδία etiam pro serenitate nonnunquam accipiatur, in eâ tamen significatione hic locum habere nequit, sed reddenda est per *teporem*. Quomodo quum & Hippocrates usurpet aphor. XII part. 11, sic quoque optime ab Erasistrato tempus frigidissimum tepidiori opponitur. *Ois.* Quin tu recte Gellium considera, qui diebus frigidissimis opponens serenum placidumque, primo excludit omne frigidum & hiemale ab hoc sereno atque placido. Quod idcirco ubicunque intelligetur, non potest non supponi aliquid tepidum. Etiam in Memm. & Petav. existit *placidissimum*. Gronov.

11 *Nondum sibi compertas esse ait*] Hujus rei tamen rationem saltem verisimilem vel Erasistratus, vel etiam Gellius petere potuit ex Aristotele, qui Problemate IX. Section. VIII. quærit, quam ob causam bulimus temporibus frigidis & hyeme magis incidat, quam æstate? Id vero asserit evenire, quod hyberno tempore calor ad interiora retractus validius operetur, magisque alimenta aut assumpta, aut inexistentia absumat; quibus absumptis bulimum produci ait. Huc enim redeunt, quæ aliquomodo fusius Aristoteles ibi diducit. Magius.

CAP.

CAP. IV.

Quo ritu, quibuſque verbis fecialis populi Romani bellum indicere ſolitus ſit his, [1] *quibus populus Romanus bellum fieri juſſerat: & item in quæ verba conceptum fuerit jusjurandum de furtis militaribus ſanciendis, & uti milites ſcripti intra prædictum diem in loco certo frequentarent, cauſis quibuſdam exceptis, propter quas id jusjurandum remitti æquum eſſet.*

[2] CINCIUS in libro tertio de re militari, [3] fecialem populi Romani bellum indicentem hoſtibus, telumque in agrum eorum jacientem, [4] hiſce verbis uti ſcripſit: QUOD. POPULUS. HERMUNDULUS. [5] HOMINES. QUE. POPULI. HERMUNDULI. ADVERSUS. POPULUM. ROMANUM. BELLUM. [6] FECERE. DELIQUERUNT. QUE. QUOD. QUE. POPULUS. ROMANUS. CUM. POPULO. HERMUNDULO. HOMINIBUS. QUE. HERMUNDULIS. BELLUM. JUSSIT. OB. EAM. REM. EGO. POPULUS. QUE. ROMANUS. POPULO. HERMUNDULO. HOMINIBUS. QUE. HERMUNDULIS. [7] BELLUM. INDICO. FACIO. QUE. Item, in libro ejuſdem Cincii de re militari quinto, ita ſcriptum eſt: [8] *Quum dilectus antiquitus fieret,*

1 *Quibus populus Romanus*] Vocem ultimam video notari ab MSStis ignoratam. *Gronov.*

2 *Cincius*] Cincii nomen ſemel iterumque exſtat apud Macrobium in Saturnalib. ubi eum citat De Faſtis, item in ſuaſione legis Fanniæ. Haud dubie idem eſt, cujus de Re militari libros Gellius hic adducit; è quorum tertio, quinto & ſexto niſi Gellius unum alterumve fragmentum nobis ſervaſſet, idem plane fatum Cincius habuiſſet cum quam plurimis aliis ſcriptoribus Strategeticis & Tacticis antiquis, quâ Græcis quâ Latinis, quorum præter nudum nomen hinc inde apud quoſdam laudatum, nihil nobis hodie temporis & fortunæ injuriâ relictum eſt. Omnium qui de Re Militari, ſive Tacticis, aliquid ſcriptis conſignarunt, tum Antiquorum deperditorum, tum eorum, qui adhuc ſuperſunt, tam in Bibliothecis latentium, quam editorum, ut & Recentiorum ad ſua uſque tempora, Catalogum, judicio ſuo hinc inde de ipſis addito, collegit & inſeruit Libris ſuis De Studio Militari, Librorum iſte ſuæ ætatis Helluo Doctiſſimus G. Naudæus lib. 2 cap. 4. §. 6. & ſeqq. *Oiſ.* Sed Salmaſius jam annotavit [ita V. C. Sed correctum in eodem *Curtius*] At Lambecius ſimpliciter inter varias lectiones conjecit.

3 *Fecialem*] De collegio hujus ſacerdotii & ejus ſolennibus & indictione belli formulaque Liviana vel verborum vel actionis in telo jaciendo collectanea habent omnes, qui Romanas res ſcribendo attigerunt, ut vel ipſe Roſinus &c. ut opera Oiſeliana potuerit hactenus compendifieri. *Gronov.*

4 *Hiſce verbis*] Sic in editis & ſcriptis omnibus reperio. Editio Lugd. Bat. anni 1664 neſcio cur omiſit prioris verbi duas poſtremas literas. *Idem.*

5 *Hominesque populi Hermunduli*] Videtur Pater aliquando ſuſpectum habuiſſe illud *populi*. Sed magis ridiculum notavit errorem Ludovici Aurelii ad Tacitum 2 ann. 63 opinati hos eſſe illos, quos Tacitus vocat Hermunduros ex Germania, tanquam populus aliquis in vetere Latio ſemel nominari nequiviſſe ſtatuat. *Idem.*

6 *Fecere deliqueruntque*] Sic legitur in codicibus, quorum mihi notitia eſt. Et poteſt concedi hic luſus in terminationis varietate ferme inepta, quum imitentur & ſcriptores alii. Sed Scioppius incertum ingenio an ex ſcripto codice annotavit *facere deliquere*. Quod certe admodum videtur favorabile, modo ex MSS. legas *deliquerunt*. Equidem illud *que* quod adhæret huic verbo, non erat in codice Schefferi. *Idem.*

7 *Bellum inaïco*] MSSti omnes per ſimplex *dico*, manifeſta negligentia repetendi tres lineolas, ex quibus vel litera *m* vel ſyllaba *in* conſit. *Idem.*

8 *Quum dilectus antiquitus fieret*] Cujus ordinem & majeſtatem declarat Polybius lib. 6. & ejus

ret, & milites scriberentur, [9] *jusjurandum eos Tribunus militaris adigebat, in verba hæc :* [10] IN. MAGISTRATU. C. LAELII. C. FILII. CONSULIS. L. CORNELII. P. FILII. CONSULIS. IN. EXERCITU. DECEM. QUE. MILIA. PASSUUM. PROPE. FURTUM. NON. FACIES. DOLO. MALO. [11] SOLUS. NEQUE. CUM. PLURIBUS. PLURIS. NUMMI. ARGENTEI. IN. DIES. SINGULOS. [12] EXTRAQUE. HASTAM. HASTILE. [13] LIGNA. NAPUM. PABULUM. UTREM. FOLLEM. FACULAM. SI. QUID. IBI. INVENERIS. SUSTULERIS. VE. QUOD. TUUM. NON. ERIT. QUOD. PLURIS. NUMMI. ARGENTEI. ERIT. UTI. TU. AD. C. LÆLIUM. C. FILIUM. CONSULEM. L. VE. CORNELIUM. P. FILIUM. CONSULEM. [14] SIVE. QUEM. AD. UTRUM. EORUM. JUS. ERIT. PROFE-

ductum sequens Lipsius De Militia Rom. lib. 1. Dialog. 3.

9 *Iusjurandum eos Tribunus militaris adigebat*] Citat hanc è Cincio formulam Lipsius in Militia Romana bis, tum 1, 6, tum v, 15. monens in loco priore hoc sacramentum præstitum à jam militibus & educendis, immo in ipsis jam castris, non quum milites scriberentur: in posteriore plenius & distinctius à Cincio reponi verba hujus formulæ. Quid igitur notavit Oiselius de suo ? Nihil prorsus, unde nihil potui ipsi relinquere. Certe melius erit inspici ipsum Lipsium, & Nobilissimum Schelium pag. 183 ad castra Polybii & Higini. *Gronov.*

10 *In magistratu C. Laelii*] Ab Reg. Th. Lugd. maj. Mem. Petav. abest præpositio: tum iidem codices & Lincoln. habent *Magistratu verba C. Lælii.* Sic sane & Scioppius notavit ex suis, tum præpositionem deleri, tum vocem *verba* inseri. Lugd. min. *In Magistratu verba ac Læl.* Posset hinc videri scripsisse: *Magistratu, verbi gratia, C. Laelii* &c. *Idem.*

11 SOLUS. NEQUE. CUM. PLURIBUS.] Nota formulam quam Romani ab Athenienfibus mutuarunt. Apud eos enim Ephebi, ubi vigesimo anno Civium albo inscribebantur, ita jurabant, ὅπλα, οὐδὲ καταλείψω τὸν παρστάτην, ὃν ἂν τύχω, ἀμυνῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν καὶ ὁσίων, KAI MONOΣ KAI META ΠΟΛΛΩΝ. *Arma non dehonestabo, nec prætorem quisquis is fuerit, relinquam: pugnabo quoque pro aris & focis* ET. SOLUS. ET. CUM. PLURIBUS. Et paulò post : καὶ ἄν τις ἀναίρῃ τοὺς θεσμοὺς οὐκ ἐπιτρέψω, ἢ μὴ πείθηται, ἀμυνῶ δὲ KAI MONOΣ KAI META ΠΑΝΤΩΝ. *Et si quis leges receptas sustulerit, nisi comprobaverit, non permittam. tuebor denique* ET. SOLUS. ET. CUM. RELIQUIS. OMNIBUS. Vide Jul. Pollucem lib. 8 cap. 30. *Lambecius.*

12 EXTRAQUE. HASTAM. HASTILE. &c.] Hoc est, si quid præter hastam, hastile, ligna, &c. inveneris, quod tuum non erit, illud, &c.

13 LIGNA. NAPUM. PABULUM.] Recte ita Stephanus primus edidit, ex vett. codd. qui habent *Ligna pompabulum.* Unde Lipsius haud dubie lib. 5. de Milit. Roman. Dial. xv. ubi Cincii verba adducit, fecerit *ligna, pomum, pabulum.* Sed *napum* potius legendum; quia syllaba *na* in principio vocis, omissa à librariis, quod eadem præcedentem vocem clauserit. Istud autem sæpius contingere in MSS. notum est, & exemplis demonstrat Scioppius in De Arte Critica. *Oiſ.* Ita quidem est, sed acumen istud vertitur facile in fraudem: & sane vix sine periculi metu tentari potuit, ut quum in Regio & aliis MSS. ne quidem vox *ligna* haberetur, sed tantummodo *hastile pōpabulum*, in aliis vox *ligna* retineretur, istis rebus tam specifice necessariis immiscereturnapus. Nobilisſ. Schelius pag. 186 ita agit, ut primum notet de pomo, idque quasi velit probare; mox addit [alii libri pro pomo *Napum* habent, nec absurdum sit, uti poma, eximi quoque illa stricta lege id genus] ut ignorem, quos libros designet vir alioquin accuratissimus, quum neutrum ex eis pro vero haberi possit. Mihi certe verisimilius multo videtur, si ex *pompabulum*, vel *pombabulum*, ut dederunt Brixiani, producatur *potus, pabulum*, sive retineas *ligna*, sive abigas. *Gronov.*

14 SIVE. QUEM. AD. UTRUM. EORUM. JUS. ERIT.] Recte hunc locum Viri Doct. sic legendum censuere. cum vulgo legeretur: *sive ad quem eorum jusserit.* In vett. vero edd. *Sive ad quem uter eorum jusserit.* Unde Scriverius in suo codice ad marginem faciebat: *sive ad quem alteruter eorum jusserit.* Verum rectum est *jus erit.* Quemadmodum & apud Varronem lib. 5. de L. L. pro *ut jussit vinum legere*, rectius legendum censet R. Fornerius Rer. quotid. lib. 4 cap. 18. *ut jus sit vinum legere.* Et hoc modo suæ ætatis Jurisconsultorum literatissimus J. Gothofredus ad Leg. XII. Tabul. Ovidii locum lib. 6. Fastorum emendat:

Adde quod Edictis, pompa qui funeris irent,
Artifices solos jus erat esse decem.

Ubi vulgo *Ædilis*, & *jusserat.* Sed *Edicta* vocat Ovidius leges XII. Tabularum, quemadmodum etiam Plinius lib. 11 cap. 37. *Interdictum* XII. *Tabular.*

FERES. AUT. PROFITEBERE. IN. TRIDUO. PROXIMO. [15] QUICQUID. INVENERIS. SUSTULERIS. VE. SINE. DOLO. MALO. AUT. DOMINO. SUO. CUJUM. ID. CENSEBIS. ESSE. REDDES. UTI. QUOD. RECTUM. FACTUM. ESSE. VOLES. [16] Militibus autem scriptis dies præfiniebatur, quo die adessent: & ut citanti consuli responderent. deinde ita concipiebatur jusjurandum, ut adessent, his additis exceptionibus; *nisi harumce quæ causa erit*, [17] *funus familiare*, [18] *feriæve denicales, quæ non ejus rei causa in eum diem collatæ sint, quo is*

bular. Sensus Ovidii est: *Edictis jus tantum fuisse decem Tibicines funeri adhibere*. In XII. autem Tabul. erat Lex. *Decem Tibicinibus foris efferre jus esto*. Atque hæc obiter.

15 *Quicquid inveneris sustuleriſve sine dolo m.*] Scioppius adscripsit *quidquid de*, quas postremas literas in nullo exemplari reperio, nisi quod ex Scheff. notatum video *quod quidem*. Tum pro *sine* annotavit *in*, quod ita etiam exstat in Reg. Thuan. imo omnibus, etiam Brixiensibus sic edentibus, quum editi anteriores id spernerent, Stephanus converteret in *sine*, sensu satis commodo, & forsan meliore, quam est in eo, quod supponebat Scriverius *vi*, propius certe ad scripturam veterem. *Gron.*

16 *Militibus autem scriptis dies præfiniebatur, &c.*] Melius cum doctissimo R. Schelio in dissertationibus De Re Militari, post Notas ad Hygini Gromatici librum de Castrametatione à se editum, adjectis, cap. 1. hic apud Gellium legas, ac distinguas hoc modo: *Militibus autem scriptis dies præfiniebatur, quo die adessent, & ut citanti Consuli responderent, deinde ita concipiebatur jusjurandum, ut adessent, his additis exceptionibus, &c.* Agit enim hîc Gellius, licet præpostero ordine, ut supra monitum in jurejurando de furto non committendo, agit hîc, inquam, de jurejurando, in quod adigebantur milites vel in ipso delectu, vel utique statim post delectum, priusquam dies præfiniretur quo adessent; tum enim jurabant *Conventuros se jussu consulum*, quoties consules vellent. Militibus enim scriptis primum dies dicebatur ad conveniendum, tum delectu facto jusjurandum exigebatur se conventuros quocunque die & quoties consules vellent. Hinc apud Livium lib. 3. L. Quintius Cincinnatus inquit: *Nobis vero nihil delectu opus est, cum quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba juraverint, conventuros se jussu consulis, nec injussu abituros. Edicimus itaque omnes, qui in verba juratis crastina die armati ad lacum Regillum adsitis.* Cum itaque Gellius dicit *& ut citanti consuli responderant, deinde ita concipiebatur jusjurandum, &c.* Sensus est, postquam milites ad nomen respondissent, & nomen dedissent, tum eos ad jusjurandum adactos, ut jussu consulum semper & quotiescunque ipsis necessum videretur, adessent. *Oiſ.* Quid mihi foret optabilius, quam in eadem posse concedere, qui nunquam dememinisse potero paternæ amicitiæ per ipsum hunc Gellium testatæ. Sed mirari cogor, unde hic locus ita corruptus fuerit, ut Brixia & Aldus & Badius & Gryphius uterque ederent *& ut citati*, quod ideo recte mutavit Stephanus in *citanti*, quod est in MSStis omnino omnibus; sed iidem pertinacissime ignorant voculam *ut*, adeo ut etiam testetur Scioppius eam à suis codicibus abfuisse. in qua tamen est fundus Schelianæ mutationis. Sed ex fide MSStorum vox illa debet ejici, & connecti *quo die adessent & citanti consuli responderent*. Et perinde jam post hæc intelligere licet [postquam ad nomen responderant & nomen dederant] deinde ita &c. *Gronov.*

17 *Funus familiare*] Justa absentiæ excusatio erat funeris familiaris procuratio; quando scilicet aliquis ex familia ejus qui militiæ nomen dedisset, satis concesserat; cujus si eo die efferendum esset funus, miles conscriptus id prosequi & ducere poterat. Officium enim hujusmodi non sine impia fraude negligi posse credebatur.

18 *Feriæve denicales*] Vett. edd. omnes male hic legunt *Feriæ vindemiales Kalendæque*. Aldina: *Feriæ denicales Kalendæque*. Et sic quoque cod. Tornæs. In H. Stephani editione legitur: *Feriæve devicales*. nisi mendum sit pro *denicales*. Quod tamen vocabuli monstrum aliæ editiones post Stephanicam retinuêre. Scriverius in suo codice notaverat, forte legendum: *Feriæve denique aliæ, quæ non ejus rei causa in eum diem conjectæ sunt*. Sed rectissimum est *Feriæve denicales*. Feriis enim Denicalibus familia funere polluta quibusdam cærimoniis purgabatur. Festus: *Denicales feriæ colebantur, cum hominis mortui causa familia purgabatur*. De his etiam Cicero lib. 2. de Legib. *Nec vero tam Denicales, quæ à nece appellatæ sunt, quia residentur mortui, quam cæterorum cœlestium quieti dies, feriæ nominarentur, nisi majores eos, qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent. Eas in eos dies conferre jus, quibus nec ipsius, neque publicæ feriæ sunt.* Ex quibus postremis verbis etiam

is eo die minus ibi esset; [19] *morbus sonticus, auspiciumve quod sine piaculo præterire non liceat, sacrificiumve anniversarium quod rectè fieri non posset, nisi ipsus eo die ibi sit; vis hostisve,* [20] *status conditusve dies cum hoste: si cui eorum harumce quæ causa erit, tum se postridie quam per eas causas licebit, eo die venturum, adjuturumque eum, qui eum pagum, vicum, opidumve delegerit.* Item in eodem libro verba hæc sunt: *Miles quum die, qui prædictus est, aberat, neque excusatus erat,* [21] *infrequens dabatur.* Item [22] in libro sexto hoc scriptum est: [23] *Alæ dictæ exercitus equitum ordines; quod circum legiones dextra sinistraque tamquam alæ in avium corporibus locabantur. in legione sunt centuriæ sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.*

manifestum, Denicales ferias statas non fuisse, cum Cicero dicat eas conferendas in eos dies, quibus nec privatæ ejusdem familiæ feriæ sint, nec ullæ publicæ. Per triduum celebratas idem docet Cicero paullo post: *Contra censuit habendas triduum ferias.* Quam religiose vero hæ feriæ cultæ, constare potest ex iis, quæ tradit Columella, quod ne quidem mulos iis jungere licuerit. Sic enim lib. 1 cap. 22. *Nos apud Pontifices legimus feriis tantum Denicalibus mulos jungere non licere, cæteris licere.* Non mirum itaque earum celebrationem etiam justam excusandi causam militi præbuisse, si die condicto non adfuisset. *Oiſ.* Reliqui ista, non quia facerent ad illustrationem rei ignotæ aut commodum Gellii, sed pateret, quam bonus centonator iste fuerit. Nam neque quod recta elegerit, ipsi tribuendum est, sed editioni paternæ. Quæ quum secunda post editionem Stephani prodierit, mentitur strenue, quum jactat editiones alias post Stephanum retinuisse monstrum vocabuli *devicales.* Non enim nisi una illa anni 1644 sic impegit. Et cur sic perstringit lapsum unius *literæ*, quum & vocem *ipsus* mox ei editio omiserit? Verum unicus loci hujus Gelliani patronus est Barn. Brissonius, qui eum in scripto de Spectaculis & Feriis fere circa finem doctissime aggressus nominat illum, qui temere corrupit Ciceronemque & Festum Pompejum ac Columellam ad eas ferias statuendas conduxit, quantum ruborem manibus Oiselianis inferens? Certe illi nihil præter Brissoniana potuerunt adferre. Sed id quoque nimis altum est, quam ut isti homini possit attribui. Quomodo de funeribus Rom. scriberet Jo. Kirchmannus, nisi & ipse has ferias attingeret? Hunc igitur in his terris cognitum & usurpatum videbis turpiter ab nostro describi lib. IV cap. 1, ne verbis quidem ejus mutatis. Brissonium quoque annotavit is, qui codicem Petavii contulit. *Gronov.*

19 *Morbus sonticus*] Quem illustrare conatur Cl. Menagius in juris Amœnitatibus. *Gron.*

20 *Status conditusve dies cum hoste*] In leg. XII. Tabul. erat: SI. STATUS. CONDICTUS. DIES. INTERCEDIT. CUM. HOSTE. ITO. Qui vero Status dies dicatur, explicat Festus: *Status dies vocatur, qui judicii causa est constitutus cum peregrino. ejus enim generis ab antiquis hostes appellabantur, quod erant pari jure cum populo Romano; atque hostire ponebatur pro æquare.* Plautus in Curculione:

Si status conditus cum hoste intercedit dies,
Tamen est eundum.

Decemviri quidem in XII. Tabulis *statum conditum diem* παραλλήλως conjunxêre, fuit tamen aliquomodo discrimen, ut jam olim observavit Marcilius. *Status* enim dies à Prætore statuebatur; *conditus* vero ab ipsis litigatoribus sive reis sibi invicem denunciabatur in jure.

21 *Infrequens dabatur*] Lege cum Lipsio Antiq. lect. lib. 5 cap. 4. *infrequens dicebatur.* Sic Festus: *Infrequens appellabatur miles, qui abest, abfuitve à signis.* Allusit Plautus in Truculento:

Ubi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum. Oiſ. Hoc ipsum quod publicavit Lipsius, etiam Scioppius adscripsit cum eodem Plauti loco. Sed pater meus cogitabat *notabatur.* Sed insuper Scioppius ad vocem *prædictus* scribit [v. c. *productus* f. *prodictus*] Idemque in superioribus signabat legendum non *eo die venturum*, sed *eo venturum.* Gronov.

22 *In libro sexto hoc scriptum*] A Regio aberat vox tertia.

23 *Alæ dictæ exercitus equitum ordines.*] Servius ad lib. 4. Æneid. ℣. 12[illegible]. *Dum trepidant alæ* notat: *Alæ: Equites: ab hoc alæ dicti, quia tegunt pedites alarum vice.* Et lib. 9. Æneid. ℣. 604. *Ala Camilla.* Id est, *Equitatus. Alæ autem dicuntur equites, quod alarum vice pedestrem exercitum tegunt.*

CAP.

CAP. V.

Vestibulum quid significet, deque ejus vocabuli rationibus.

Pleraque sunt vocabula, quibus vulgò utimur, neque tamen liquidò scimus, quid ea propriè atque verè significent: sed incompertam & vulgariam traditionem rei non exploratæ sequuti, [1] videmur magis dicere quod volumus, quàm dicimus; sicuti est *vestibulum*, verbum [2] in sermonibus celebre atque obvium: non omnibus tamen, qui illo facile utuntur, satis spectatum. animadverti enim quosdam haudquaquam indoctos viros opinari, *vestibulum* esse partem domus [3] primorem, quam vulgus atrium vocat. [4] C. Ælius Gallus, in libro de significatione verborum, quæ ad jus civile pertinent, secundo, *vestibulum esse* dicit, *non in ipsis ædibus, neque partem ædium, sed locum ante januam domus vacuum; per quem à via aditus accessusque ad ædis est, [5] quum dextrâ siniſtrâque*

1 *Videmur magis dicere*] Ex Petav. notatur *videmus*, quasi propius accedere vellet ad lectionem codicis Regii, quæ est *audemus mag. d.* etsi istud s videatur factum ab secunda manu. ut nobile istud *Aude hospes contemnere opes*. Gronov.

2 *In sermonibus celebre*] Reg. *in sermonibus tam celebre*, hoc est, *tamen*: quam vocem videntur omisisse, qui bis eam in tanta propinquitate conjungi gravabantur. Utique poterant literas tres *tam* minimum retinuisse in aliis exemplaribus. Sed eximie codex Regius, quem prorsus approbare oportet. Plautus Sticho v, 4. *At nos nostro Samiolo poterio Tamen vivimus: nos tamen efficimus pro opibus nostra mœnia*. Idem.

3 *Primorem*] Quamvis rarius in singulari reperiatur; dixit tamen & Cato *primorem partem*; uti & Lucretius lib. 7. *nasi primoris*; item Tacitus alicubi *primori acie*.

4 *Cæcilius Gallus*] Sic quidem etiam Macrobius lib. 6. Saturnal. cap. 8. ubi integrum hoc Gellii caput transscripsit. Verum utrobique legendum *C. Ælius Gallus*, quem libros De Verborum significatione scripsisse constat. Meminit ejus Festus in voce *postliminium*, & in *tribunicia*, ubi lib. 12. de Verb. signif. citat. Adducitur etiam in Pandectis Florentinis *l.* 57. *D. de Verb. signif.* hoc modo: *Ælius Gallus lib.* 1. *de Verbor. quæ ad jus pertinent signif.* Ois. Nonne tædia invadere debent legentem talia notarum furta? Quanto melius actum ab viro docto, qui codicem Petavii contulit, & in orâ adscripsit? [A. Augustinus cap. 4 lib. 1 Emend. monet legendum *Aelius* ex l. 157 de ver. signif.] Utique hic Jurisconsultus legit tales libros. Aut si iste vir doctissimus senescit, ubi Amœnitates Menagii? Hunc certe laudavit supra; at ille dignatus fuit eum nominare cap. 22 ejus politissimi scripti. Ne dubites, in Regio palam exstat *Cælius Gallus*, unde ita nunc edidi. Admodum ignarus in hac parte est Vossius in Etymologico. *Gronov.*

5 *Quum dextra siniſtraque inter januam tectaque, &c.*] Sic vett. codd. quorum lectionem hic revocandam duximus. In editione Stephanica est: *Cum dextra siniſtraque januam tecta sunt viæ juncta; atque ipsa janua procul via est area vacanti intersita.* Quod vix sensum admittit. Unde & Vir Doctus in postrema sua editione fecerat: *Cum dextra siniſtraque januarum tecta sunt viæ juncta, atque ipsa janua procul via est a. v. i.* Haud multo melius. Sed proba est antiquorum codd. lectio. *Ois.* Ergo vult etiam ipse experiri aut venditare, quam validus fuerit in discernendo pravo ab meliore, genuino ab suppositio. Ante omnia idcirco proferri oportebat codicem Tornæs. ut ejus fide probaret id quod audet scribere. Tantum enim abest, ut exhibeatur in his lectio veterum codicum, ut nullus ex eis confirmet vocem *inter*, non habet eam Reg. non Memm. Petav. neuter Lugdun. non Lincoln. non Scheff. pignora affatim multa & magna veritatis. Sed & ostendere æquum fuit, quid illud foret *inter januam & tecta viæ juncta quæ sint*, & quod spatium queat relinqui inter ea & januam. Immo nulla auctoritas libri scripti quem nominare possum, probat ista *tectaque quæ sunt*, etsi Scioppius inter voces *tecta* & *sunt* adscripserit *que quæ*. Et in tanto incerto natans noster revocat lectionem veterum codicum, sed quæ nec intelligi potest, nec in Mssis exstat. Vir

ſtrâque inter januam tectaque, quæ ſunt viæ juncta, ſpatium relinquitur; atque ipſa janua procul à via eſt, areâ vacanti interſitâ. Quæ porrò huic vocabulo ratio ſit, quæri multum ſolet. ſed quæ ſcripta legi, ea ferme omnia inconcinna atque [6]abſurda viſa ſunt. quod Sulpicium autem Apollinarem memini dicere virum eleganti ſcientia ornatum, hujuſcemodi eſt. *ve* particula, ſicuti quædam alia, tum intentionem ſignificat, tum minutionem. nam [7] *vetus* & *vehemens*, alterum ab ætatis magnitudine compoſitum eliſumque eſt, alterum à mentis vi atque impetu dicitur. *veſcum* autem, quod ex *ve* particula & *eſca* copulatum eſt, utriuſque diverſæ ſignificationis vim capit. aliter enim [8] Lucretius *veſcum ſalem* dicit ex edendi intentione: aliter [9] Lucilius *veſcum* appellat cum edendi faſtidio. Qui domos igitur amplas antiquitus faciebant, locum ante januam vacuum relinquebant, qui inter fores domus & viam medius eſſet. in eo loco qui dominum ejus domus [10] ſalutatum venerant, priuſquam admitterentur, conſiſtebant: & neque in via ſtabant, neque intra ædis erant. ab illa ergo grandis loci [11] conſtitione, & qua-

doctus itaque, quem appellat, in hoc certe egit melius, quod expulſa voce ſpuria *inter*, & altera *quæ*, ſequutus Mſſtos, voluit potius tantum indulgere Salmaſio ſic corrigenti de Modo Uſur. cap. xv pag. 660, quem ſi vanus ille & indoctus alienarum rerum coacervator non bene legerit, quis miretur? Sed & iſta *ſpatium relinquitur* pro alienigena centone haberi debent, utpote in nullo ſcripto libro reperienda. Etenim ſcriptura vetus eſt, *cum dextra ſiniſtraque januam tecta quæ ſunt viæ juncta atque ipſa janua eſt* &c. mediis omiſſis. Hinc Salmaſius illam rite conſtitui putabat lectionem. Verum ſi januam intelligimus januam domus, ut paulo ante dixit, & mox rurſus innuit; non percipio, quemadmodum dextra ſiniſtraque januarum ſint tecta viæ juncta. Immo tecta viæ juncta ſi qua fuerunt, nequiverunt illa eſſe dextra & ſiniſtra januarum, ſed tantummodo forium externarum vel januæ, per quam patebat introitus ex via in veſtibulum. Quid autem eſt, cur Macrobius hæc verba omiſit? an jam ipſius tempore ſic fuerunt corrupta, ut deſperaverit de bono ſenſu aut vera Gellii manu? Gellius omnino tale quid voluit *quum dextra ſiniſtraque arceant* vel *cingant* vel *ambiant tecta quæ ſunt viæ juncta: atque ipſa janua* &c. In iſta enim voce *januam* abſorptum eſt verbum, quo dicebat dextra ſiniſtraque ductam eſſe maceriam, quæ diſſepiret viam publicam ab veſtibulo & veſtiret. *Gronov.*

6 *Abſurda viſa ſunt*] In MS. Regio videtur ſcriptum *abſurda inſunt*, ut collegit Bourdelotius & Frater. Certe exſtant tantum novem lineæ huc tendentes, ut dubitem an non Gellius dederit *abſurda nimis ſunt*. Idem.

7 *Vetus, vehemens*] Non habuit Stephanus cauſam expellendæ copulativæ, quæ exſtat in omnibus ſcriptis, quos novi, & retinuerunt priores editi. *Idem.*

8 *Lucretius*] Lib. 1. ℣ſ. 326.

Nec mane quæ impendent veſco ſale ſaxa pereſa.

Gellio adſentit Feſtus ubi ſcribit: *Lucretius Veſcum dixit edacem.*

9 *Lucilius veſcum appellat cum edendi faſtidio*] Lucilii verba nobis ſervavit Nonius Marcellus: *Veſcum, minutum, obſcurum.* Lucilius lib. 26. *Quam faſtidioſum ac veſcum cum faſtidio vivere.* Ubi & addit ex Virgilio Georg. lib. 3. *Nec veſcas ſalicum frondes.* Item ex Afranio in Sororibus: *At puer eſt veſcis imbecillus viribus.* Sic Feſtus: *Veſcus, faſtidioſus; ve enim pro puſillo utebantur.*

10 *Salutatum venerant*] Salutatores Romæ paſſim divitum & potentiorum limina obiiſſe, & matutinum *Ave* portaſſe vulgatum eſt. Unde Martialis lib. 1. *Et matutinum portat ineptus Ave.* Quo alludit Virgilius lib. 2. Georgic.

——— *Ingentem foribus domus alta ſuperbis*
Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam.

Videndus etiam Seneca lib. 6. de benef. cap. 34. Juvenalis Satir. 3.

11 *Conſtitione*] Rectè ita vett. codd. quemadmodum jam olim à Turnebo etiam apud Nonium repoſitum. Male poſteriores apud Gellium, quomodo & apud Macrobium factum, edidere *conſiſtione*. Oiſ. Mira halucinatio longi temporis. Nam

& quaſi quadam ſtabulatione, veſtibula appellata ſunt; ſpatia, ſicut diximus, grandia ante fores ædium relicta: in quibus ſtarent, qui veniſſent, priuſquam in domum intromitterentur. Meminiſſe autem [12] debemus id vocabulum non ſemper [13] à veteribus propriè, ſed per quasdam tranſlationes, eſſe dictum; quæ tamen ita ſunt factæ, ut [14] ab iſta, de qua diximus, proprietate non longè deſciverint. ſicut illud in ſexto [15] Virgilii:

Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus orci,
Luctus & ultrices poſuere cubilia curæ.

non enim veſtibulum priorem partem domus infernæ eſſe dicit; quod obrepere poteſt, tamquam ſi ita dicatur. ſed loca duo demonſtrat extra orci fores, veſtibulum & fauces: ex quibus & veſtibulum appellat ante ipſam quaſi domum, & ante ipſa orci penetralia; fauces autem vocat iter anguſtum, [16] per quod ad veſtibulum adiretur.

Nam quum Brixiæ editum eſſet *conſtitutione*, Aldus dedit *conſiſtione*. Id retinet Gryphius anno 1534, ſed anno 1539 edit *conſtitione*. Sed ex Mſſ. Reg. Mem. Petav. Lugd. ut. Lincoln. prorſus *conſiſtione*, quum unus Scheff. *gradus loci conſiſtitione* aberrationem certiſſimam ſcribentium demonſtret. Itaque repoſui, quod magis probabile. Regnaverunt enim hîc eædem ineptiæ, quas ſequutus Voſſius in verſu Ennii ex Scipione *conſiſtere amnes perennes, arbores vento vacant*, etiam vult reſcribi *conſtitere*, quum meliores Mſſti & præſertim eximius Thuaneus vulgatum tueantur. Etiam Lipſius ad Taciti Hiſtorias 1, 10 ſic notat ex Pandectis *conſiſtiſſe* pro conſtitiſſe, neſcio ad quos prætextus. Similia autem noſtro vocabulo ſunt *nauſtibulum*, *proſtibulum*, unde neceſſitas hujus etymologiæ poteſt aſpici. *Gronov.*

12 *Debemus*] Cod. Tornæſ. & vet. ed. *debebimus*. Oiſ. Sed ex codice Reg. Stephanus mutavit, recte, licet alii futurum retineant; quippe & alii habent *debemus*, ut Scheff.

13 *A veteribus*] Cod. Tornæſ. *Veteribus ſcriptoribus*. Oiſ. Id certe recipi debuit, quum confirmetur ab iſto fidiſſimo Regio.

14 *Ab iſta, de qua diximus, proprietate*] Proprietatem vocat τὸ ἔτυμον vocis *Veſtibulum*. Mercerus in principio notarum ad Nonium Marcellum.

15 *Virgilii*] Lib. 6. Æneid. ℣ſ. 273. 274.

16 *Per quod ad veſtibulum adiretur*] Huic explicationi contradicit Adr. Behotius lib. 2 Apophoret. cap. 20, quippe fauces ibi notare limen ipſum atque adeo aditum, qui veſtibulum excipit, unde veſtibulum nominatur prius, & vide ibi plura. Huc ſane pertinet altera citatio ex Virgilio *Veſtibulum ante ipſum primoque in limine Pyrrhus* ſupr. lib. 2 cap. 3. *Gronov.*

CAP. VI.

Hoſtiæ, *quæ dicuntur* bidentes, *quid ſint, & quam ob cauſam ita appellatæ ſint: ſuperque ea re P. Nigidii & Julii Higini ſententiæ.*

REDEUNTES Græcia, [1] Brunduſium navem advertimus. ibi quiſpiam linguæ Latinæ literator, Româ à Brunduſinis accerſitus, experiundum ſeſe vulgo dabat; imus ad eum nos quoque oblectamenti gratia. erat enim feſſus atque languens animus de æſtu maris. legebat barbarè inſciteque Virgilii ſeptimum, in quo libro hic verſus eſt:

Cen-

1 *Brunduſium navem advertimus*] Reg. & Lugdun. maj. hoc eſt, optimi legunt *Brunduſi* aut *Brundiſi nav.* Gronov.

Centum lanigeras mactabat rite bidentis:

& jubebat rogare se, [2] si quis quid omnium rerum vellet dicere. tum ego indocti hominis confidentiam demiratus, Docesne, inquam, nos, magister, cur *bidentes* dicantur? *bidentes*, inquit, oves appellatæ, iccircoque *lanigeras* dixit, ut oves planiùs demonstraret. posthac, inquam, videbimus an oves solæ, [3] ut tu ais, bidentes dicantur; & an [4] Pomponius Atellanarum poeta in Gallis Transalpinis erraverit, quum hoc scripsit:

Mars tibi voveo facturum, si umquam [5] *redierit,* [6] *bidenti verre.*

sed nunc ego à te rogavi, ecquam scias esse hujusce vocabuli rationem. atque ille nihil contatus, sed nimium quantum audacter, Oves, inquit, bidentes dictæ, quòd duos tantùm dentes habeant. Ubi terrarum, quæso te, inquam, duos solos per naturam dentes habere ovem vidisti? ostentum enim est, & piaculis factis procurandum. tum ille permotus mihi & irritatus: Quære, inquit, ea potiùs [7] quæ ex grammatico quærenda sunt. nam de ovium dentibus opiliones [8] percontantur. facetias nebulonis hominis risi & reliqui. Publius autem Nigidius, in libro quem de extis composuit, bidentes appellari ait, [9] non oves solas, sed omnes bimas hostias. neque tamen dixit apertiùs cur *bidentes:* sed, quod ultro existimabamus, id scriptum invenimus in commentariis quibusdam ad jus pontificium pertinentibus, *bidennes* primò dictas, *d* litera immissa, [10] quasi *biennes:* tum [11] longo usu loquendi corruptam vocem esse, & ex

2 *Si quis quid omn. rer. vellet dicere*] Ita quidem vulgus codicum. Sed Reg. & Lugd. maj. ignorant vocülam *quis*, habentque *si quid omnium rerum vellet discere*. Idque verbum sic notavit ad oram pater, quasi Scriverius huc advocasset, quum ipse ex vulgato mallet *doceri*. Videtur autem præstantia istorum codicum exigere, ut credatur Gellii manus *si qui id omnium rerum vellet discere*. Sic 5, 18. *Omnium rerum hoc interfuit*. Gronov.

3 *Ut tu ais*] Sic plene edidi ex prioribus editis, à quibus non dissentiunt scripti; atque ita nesciebam quid causæ fuerit Stephano ejiciendi pronominis. *Idem*.

4 *Pomponius Atellanarum poëta*] Vide supr. lib. 10 c. 24.

5 *Redierit*] Apud Macrobium, qui Saturnal. lib. 6 cap. 9. verbotenus pænè hoc è Gellio descripsit, legitur, *rediero*.

6 *Bidenti verre*] Nimis quidem abrupte Gellius: neque enim sequitur his duabus vocibus unam pecudem significari debere, quum duabus quoque & sacrificari & voveri possit. Immo quis negare ausit in his plane esse principium sententiæ, qua Pomponius voluit proferre & describere Suovetaurilia, satis nota & insigni sculptura per Sponium nuper illustrata? Itaque anceps hoc totum est, & nisi Gellius ipse adseveret sequentia ab se recte esse inspecta, non est, quod inde posset à nobis colligi. *Gronov*.

7 *Quæ ex grammatico quærenda*] Hoc ipsum notatur exstare in Lugd. min. quum vulgo ederetur *quæ à grammatico*, at Lugdun. major, ut & Reg. Mem. Petav. aliique ignorent alterutram harum præpositionum. Et forsan voluit in eo ambiguus esse, prout crebro facit & Tacitus. *Idem*.

8 *Percontantur*] Macrobius, *percunctator*. Ois. Scioppius adscripsit *percontator*. Verum in Ms. Regio omissum est vocabulum *nemo*, ac *nisi*, & legitur, *nam de ovium dentibus opiliones percontantur*, quod imitatur Stephanus. *Gronov*.

9 *Non oves solas*] Reg. *nec oves solas*.

10 *Quasi biennes*] Servius ad lib. 4. Æneid. *Bidentes autem*, inquit, *dictæ sunt quasi biennes: quia neque minores, neque majores licebat hostias dare:*

Sic

& ex *bidennibus bidentes* factum: quoniam id videbatur esse dictu facilius leniusque. Higinus tamen Julius, qui jus pontificium non videtur ignorasse, [12] in quarto librorum, quos de Virgilio fecit, appellari [13] *bidentes* scripsit hostias, quæ per ætatem duos dentes altiores haberent. Verba illius ipsa posui: *Quæ bidens est*, inquit, *hostia, oportet habeat dentes octo, sed ex his duo ceteris altiores, per quos appareat ex minore ætate in majorem transcendisse.* [14] Hæc Higini opinio an vera sit, non argumentis, sed oculis judicari potest.

Sic vetus Horatii Interpres ad lib. 3. od. XXIII. bidentes interpretatur *oves bimas*. bidentes etiam sic dici quasi *biennes* ab ætate, vult quoque Nonius Marcellus, & Macrobius ex Auctore nostro. Sed verior eorum videtur opinio, qui *bidentes* à *dentibus* dictas velint. Nam, ut notat Scaliger in Conjectan. ad Varronem, si *bidens* dicta est quasi *biens*, non *bidentis*, sed *bidennis* vel *biennis* dicendum foret. A dentibus autem esse apparet etiam in *Ambidens*. De quo Festus: *Ambidens, sive bidens ovis appellabatur, quæ superioribus & inferioribus est dentibus.* Bidentes itaque erant hostiæ quæ & cornigeræ essent, & duos dentes eminulos haberent, in qua sententia etiam ex Veteribus quamplurimos fuisse mox videbimus. Hinc vero Hesychius: Κεχάιδες, τὰ προβάτων τὰ θήλεια τὰ ἔνδον ὀδόντας ἔχοντα. His vero si carerent ineptæ erant ad sacrificia & ἀτέλειοι. Necesse itaque erat in hostia, ut haberet duos dentes longiores aliis, unde bidens appellata; quemadmodum & in tauro τελείῳ requirebatur, ut diversa haberet & patentia cornua, cujusmodi boves *Patales* dicuntur Plauto in Truculento.

11 *Longo usu loquendi corruptam vocem*] Hæc ratiocinatio & proprietas alibi forsan, in hoc negotio nequit bene cedere, quum utique *biennis* & hujus vocis vicina aut derivata caste fuerint observata, quæque usus certe non attrivit aut attaminavit. *Gronov.*

12 *In quarto*] Apud Macrobium est *in quinto*.

13 *Bidentes scripsit hostias qui per ætatem duos dentes altiores haberent*] Hisce subscribit Festus, qui etiam *bidentes* exponit *hostias quæ duos dentes cæteris longiores haberent*. Similiter Servius ad lib. 4. Æneid. statim post verba modo citata subjicit: *Sunt etiam in ovibus duo eminentiores dentes inter octo, qui non nisi circa bimatum apparent: nec in omnibus, sed in his quæ sunt aptæ sacrificiis inveniuntur.* Idem ad lib. 6. Æneid. *Bidentes*, inquit, *oves sunt circa bimatum, habentes duos dentes eminentiores; quæ erant aptæ sacrificiis.* Sic quoque Acron vetus Horatii scholiast. l. 3. Od. 23. *Bidentes proprie dicuntur oves, quæ duos annos habent, sic vocatæ ab eminentioribus dentibus, qui circiter duos annos nascuntur.* Et Isidorus lib. 22 c. 1. *Ex ovibus quasdam bidentes vocant, eo quod inter octo dentes, duos altiores habent: quas maxime Gentiles in sacrificium offerebant.* Atque hoc modo capienda illa Philoxeni in Glossis. *Bidentes*: ἐπὶ τῶν προβάτων, διὰ τὸ δύο δόντα αὐτὰ εἶναι. Intelligenda enim sunt non simpliciter de duobus dentibus, sed de duobus dentibus longioribus, & extra cæteros eminentibus.

14 *Hæc Higini opinio*] Ab Reg. abest vocula prima: & pro verbo *judicari* effert *videri*. Gronov.

CAP. VII.

Quòd Laberius verba pleraque licentius petulantiusque finxit: quod multis item verbis utitur, de quibus an sint Latina quæri solet.

[1] LABERIUS in mimis, quos scriptitavit, oppidò quam verba finxit prælicenter. nam & [2] *mendicimonium* dicit, & *mæchimonium;*

1 *Laberius*] Vide supra lib. 1 cap. 7 & sæpius.

2 *Mendicimonium*] Nonius Marcellus: *Mendicimonium & Mœchimonium. Laberius in libro quem Cropium inscripsit: in eo verba hæc inveniet, qui doctrinæ studium putaverit adhibendum. In eo quoque libro Manuatus, quod est furatus, inveniet.* Quæ haud dubie ex Gellio nostro hausit. Ideoque, ut monuit quoque Mercerus, scribendum apud Nonium *Cophinum*, non *Cropium*. Oiſ. In quo tamen etiam scire licet, quid vir doctus, qui codicem

nium; & [3] *adulterionem*, *adulteritatemque* pro *adulterio;* & *depudicavit*, pro *ſtupravit;* & *abluvium* pro *diluvio;* &, quod in mimo ponit, quem *Cophinum* ſcripſit, *manuatus eſt*, pro *furatus eſt*; & item [4] in Fullone *furem*, *manuarium* appellat:

Manuari, inquit, *pudorem perdidiſti.*

multaque alia hujuſcemodi novat; neque non obſoleta quoque, & maculantia ex ſordidiore vulgi uſu ponit: quale eſt in Staminariis:

Tollet bona fide vos Orcus nudas [5] *in Catonium.*

& [6] *elutriare lintea*, & *lavandria* dicit, quæ ad lavandum ſint data, & *coicior*, inquit, *in fullonicam.* [7] *Ecquid properas? ecquid præcurris Caldonia?* item in Reſtione, *calabarriunculos* dicit, quos vulgus *calabarriones:* item in Compitalibus, *malas* [8] *malaxavi.* Item in [9] Cacomemmone.

Hic

Petavianum contulit, adſcripſerit in margine: [Nonius in Mendicimonium & in Adulterionem. Sed utrobique corruptus titulus libri Laberiani. hic, *in primo:* illic, *Coprio.* Junius ex Gellio reponit *Cophino.* iſque titulus libri etiam apud Nonium in V. levis. Mihi tamen religio eſt non ſequi V. C. in quo ſcriptum eſt *Caprino.* & intelligo, *Caprino prælio.*]

3 *Adulterionem*] Videndus Nonius in hac etiam voce, & ibi Cl. Mercerus. Porro MS. Reg. habet *& adulterionem & adulteritatemque*, quaſi innueret excidiſſe aliquid adnexum ab eadem origine. *Gronovius.*

4 *Fullone*] Hoc nomine etiam fabulam conſcripſit Titinnius, quæ paſſim à Nonio citatur. quod non mirum, cum fullonum olim Romæ magna copia, unde & crebra eorum mentio in Juris noſtri libris. Cum enim togis albis utplurimum Romani uterentur, quæ facile ſordes contraherent, qui nitidiori cultui ſtudioſi, eos ſtatim fulloni poliendas curandaſque tradebant. Officium enim fullonis eſt *polire*, *curare*, *lavare.* His enim verbis Juriſconſulti noſtri utuntur, ut conſtat ex *l.* 31. *D. Loc. conduct. l.* 48. §. 4. *l.* 82. *D. de furt. l.* 2. *D. de cond. fin. cauſ.* Et in inſtitut. *de locat. conduct.* §. 1. *Qua de cauſa ſi fulloni polienda curandave veſtimenta quis dederit.* Poliebantur autem & lavabantur cretâ, idque quo modo & ordine fieri deberet, lege Metella fullonibus dicta, præſcriptum erat, ut refert Plinius lib. 35 cap. 17. ubi & poliendi modum tradit, ex quo partim Iſidorus tranſcripſit lib. 16 c. 1. *Creta cimolia candida: quarum altera veſtimentorum precioſos colores emollit, & confricato ſulfure quodam nitore exhilarat: altera gemmis nitorem præſtat.* Sordes itaque cretâ elutæ, nitorque & candor veſtibus inductus. Hinc Titinnius Fullonibus à Nonio Marcello in *argutari*: *Terra hæc eſt non aqua, ubi tu argutari pedibus, cretam dum compeſcis, veſtimentaque lavas.* Ubi *argutari pedibus* dixit eleganter, quia fullones pedibus veſtimenta ſubagitare & comprimere ſolebant.

5 *In Catonium*] Quum ſeries literarum faciat, ut in Voſſii Etymologico Catomum excipiatur ab voce Catonium, hinc Oiſelius ex gemina hac pericope unum grandem notam congeſſit, quæ totam paginam impleret, ſed nihil contineret ſuum vel boni roboris. Confer modo ad ejus editionem, ſtatueſque jure me feciſſe, qui tam craſſum & doloſum compilatorem jecerim in Catonium. *Gronov.*

6 *Elutriare lintea*] Haud dubie pro *eluere lintea*, hoc eſt *lavare*, *ſordibus purgare.* In Veteri Onomaſtico: Elutrio, διαχέω. Sic *elutriare* idem erit quod *diffundere*, hoc eſt, *de vaſe in vas fundere.* Quæ ſignificatio, quomodo hic apud Laberium locum habere poſſit, non video. *Oiſ.* Adſcriptum in Salmaſii libro, *elutriatum vellus* Plinio. Mox liber Reg. *lavandaria.*

7 *Ecquid properas*] MS. Reg. habet *Et, quid properas? quid præcurris Caldonia?* Gronov.

8 *Malaxavi*] Id eſt, *mollivi.* Malaxo enim ſignificat *mollire*, *ſubigere.* à Græco μαλάσσω, ejuſdem ſignificationis. hinc & μάλαγμα *malagma* pro fomento, quo apoſtemata molliuntur, ac matura redduntur. Unde & *commalaxare* pro *maturefacere*, notante Nonio Marcello, dixit Varro in Flexabulis, ſive περὶ ἐπαρχιῶν. *Nec dolere adiapboron eſſe, quod philoſophiâ commalaxarem eâ patrem, neque irato mihi habenas dedî unquam, neque cupiditas non impoſuit frænos.*

9 *Cacomemmone*] Cod. Tornæſ. *Cacomnemone.*

Vet.

Hic est, inquit, *ille* [10]*gurdus*, *quem ego*
Me abhinc duos menses ex Africa
Venientem excepisse tibi narravi.

item in mimo qui inscribitur [11] *Natal*, *cippum* dicit & *obbam*, & [12] *camellam*, [13] & *pictacium*, & *capitium*: *induis*, inquit, [14] *capitium tunicæ pictacium*. præterea [15] in Anna Perenna, [16] *gubernium* pro *gubernatore*, & [17] *planum* pro *sycophanta*. & *nanum* pro *pumilione* dicit. quamquam *planum* pro *sycophanta* M. quoque Cicero in oratione scriptum reliquit, quam [18] pro Cluentio dixit. atque item in mimo, qui *Saturnalia* inscriptus est, *botulum* pro *farcimine* appellat, & *hominem* [19] *levennam* pro *levi*. item in Necyomantia, [20] *cocionem* pervulgatè dicit, [21] quem veteres *arulatorem* dixerunt. Verba Laberii hæc sunt: *Duas uxores; hoc herclè*

Vet. ed. *Cacomemnone*. Ois. Et probat Tornæsianum Regius.

10 *Gurdus*] Totum de origine Hispanica & pinguedine raptum ex Etymologico G. J. Vossii, quod huc alleverat Oiselius. Idem quum possis animadvertere in vocibus *cippus* (de quo noluit Oiselius memorare Scaligeri notas ad Festum in v. silicernium, quia inde aliquid furabatur. etiam adscripsit Joh. Isaac. Pontanus *Legit Franc. Junius Lucium Cippum*, *Vide pag.* 108 *in notis ad Tertull.*) *obba*, *capitium*, *planus*, *nanus*, *botulus*, ut omnia his subnotata ex eodem libro fuerint ingrate rapta, putavi sufficere, si intelligeres fontem, unde perinde ipse posses petere. Certe Oiselii mala opera est: & Laberius ut forsan primus uti potuit, ita non fuit usus solus; certe quibusdam, etsi nec primus. *Gronov.*

11 *Natal*] Vet. ed. *Nata*, *L. cippum*. Al. *Nacca L. Cippum*. Unde Læv. Torrentius ad Horat. lib. 1. Sat. 6. totum hunc locum legit: *Qui inscribitur Nata* vel *Natta*, *Alcippum dicit & Obbam*. Et *Natta* dicit inscribi mimum hunc, ut modo citatus *Restio*. *Natta* enim celebre Pinariorum cognomen, ut *Restio* Antiorum erat cognomen.

12 *Camellam*] Camella dictum vas eximiæ artis, in quo mundus & jocalia uxoris erant, quod quoniam nuptialia munera soceri generis mittere lege prohibebantur, opertum in nuptiis ferebant. Usus & ea voce Ovidius Fastorum lib. 3.

Dum licet apposita velut in cratere camella
Lac niveum potes, *purpureamque sapam*

13 *Et pictacium*] Reg. *& capitatium*.

14 *Capitium tunicæ pictacium*] Capitium *pictacium* hic apud Laberium explico *capitium pictum*, i. e. figuris exornatum, sive intextum, & variegatum, quemadmodum dicebatur *toga picta*.

15 *In Anna Perenna*] Hujus nominis fabulam Laberii citat & Nonius Marcellus in *collabella*. Vett. edd. pro *in Anna Perenna*; hic habent *manua pro annua*. Quod quidam melius se habere dicunt, quam, ut postea editum, *Anna Perenna*. Veterem enim lectionem, etsi mendo non careat, viam tamen monstrare dicunt, quo ad veram lectionem perveniri possit. Scribunt itaque, *Præterea manua pro annuas*. Adduntque Gellium hoc velle, *Manuare* verbum noviter factum fictumque à Laberio, pro *Annuere*. Manu enim vulgò & innuimus & annuimus alio alioque schemate. atque hinc natum Laberio verbum *manuare*. Ita ad oram veteris codicis manu Viri cujusdam doctissimi annoratum inveni. Quamvis non omnia probem.

16 *Gubernium*] Reg. *guberinum*.

17 *Planum pro Sycophanta*] Collegit sedulo de hac voce in Etymologico G. J. Vossius, ubi quæ ille congesserat non modo de hoc plano, sed etiam de voce *navus* & mox *botulus* quum furtive exsignavisset omnia Oiselius, consultius indicavi illa omittere, ut eadem legeres apud illum, qui genuerat.

18 *Cluentio*] Hisce verbis: *Hic ille planus improbissimus*, *quæstu judiciario pastus*.

19 *Levennam*] Ita L. Carrio Antiq. Lect. lib. 1 cap. 6. primus reposuit, cum vulgo legeretur *leucunam*, sive *leenam*.

20 *Cocionem pervulgare dicit*] Usus tamen & eâ voce Plautus in Asinaria Act. 1 sc. 3.

Vetus est, *Nihili Cocio est*. *Scis cujus? non dico amplius.*

Ubi qui inspexerit nuper apposita ab patre, melius de proprietate hujus vocis formabitur, quam si percurrat varietatem à diversis hîc illic proditam & sine dilectu ab Oiselio collectam, unde nihil proficiat.

21 *Quem veteres Arulatorem dixerunt*] Cod. Tornæs. *Arillatorem* Festus: *Arilator*, *qui etiam cocio appellatur*, *dictus videtur à voce Græca*, *quæ est ἀῖζε*, *id est*, *tolle*, *quia sequitur merces*, *ex quibus*

herclè plus negotii eſt, [22] *inquit Cocio: ſed ædilis viderit.* ſed enim in mimo, quem inſcripſit *Alexandream*, eodem quidem modo quo vulgus, ſed probè Latineque uſus eſt Græco vocabulo. [23] *emplaſtrum* enim dixit ἐδετέρως [a], non genere feminino, ut iſti novicii ſemidocti. Verba ex eo mimo appoſui:

Quid eſt jusjurandum? emplaſtrum æris alieni.

a *Neutre genere.*

quid cadens poſſit tollere. Scaliger mavult *Arrilator*, & putat non ab *ara*, ſed ab *arra* ita dictum. Et Arrilatorem eſſe, qui empturiens data arra ſibi poſtulat credi. Quod & Meurſio placuiſſe vidimus, qui *Arrulatores* vocatos ab arra cenſet, qui etſi opulenti eſſent, tamen tricones eſſent maximi, arraque data reliquum perſolvere tergiverſarentur. In optimis tamen Gloſſis ſcribitur *Arillator*, & explicatur, Ἐψέτης, βωμολόχος, πραγματευτής. Item in Gloſſis Iſidori *Arilator*, *Cocio*, μεταβολεύς. Unde & Salmaſius contra Wiſſenbachium vix dubium eſſe putat, quin ita dictus ſit à diminutivo *aræ*. Nam *Arulator* eſt ab *arula*; & alio diminutivo, etiam *arillator* ab *arilla*. Hinc & optimus ille Gloſſarum Auctor βωμολόχον Græcè reddidit. Græcos autem grammaticos ait βωμολόχους exponere, de genere quodam hominum ſordido, vili & abjecto, qui lucelli gratia, quidvis facere ac pati ſuſtinerent: εὐτελεῖς τινες ἀνθρωποι, καὶ ταπεινοὶ, πᾶν ὁτιὲν ὑπομένοντες ἐπὶ κέρδει. Aſſidebant enim aris, & carnes victimarum, quas domum referre ex ara jus erat, emebant, quas coctas poſtea pauperioribus venderent. Inde autem ad alios minutos lucelli ſectatores tranſlatum eſſe, qui quaslibet tenues merces emebant, ut ſcruta & alia quæcunque vilia mercimonia, ut illa poſſent carius revendere. *Oiſ.* Scioppius notavit *arylatorem*. Sed Mſ. Reg. *arillatorem*.

22 *Inquit cocio ſed &c.*] Scio quid dicant velintque. Tamen Mſ. Reg. exhibet. *hoc hercle plus negotii eſſet quid cocios excles viderat.* Hinc editiones dederunt ab Brixienſi ad Stephanum *cocio ſex ædiles viderat;* quod etiam ita exſtat in aliis Mſſtis libris, ita ut nullus inde abeat: unde hic vel gnarus Lipſianæ conjecturæ in Exceſſu O ad ſecundum Taciti annalem *ſed ædiles viderint*, ſive inſcius, ita ut vides ſuſtinuit in Gellio mutare. Fragmenta hæc ſunt, in quibus præter codices priſcos aliquid conari eſt periculoſum. Hic vero locus jam corruptus hæſit diu in aliis Mſſtis, quippe quos damnat codex Regius, ille certe primarius; quem nunc apparet velle *hoc hercle plus negotii eſt. Ecquid, cocio? Seniles viderat.* Gronov.

23 *Emplaſtrum*] Mſſti prorſus omnes edunt bis vel *Implauſtrum* vel *Implaſtrum*? ſed ſolus Regius primo *emplauſtrum*, dein *inplaſtrum*. Lincoln. *Implaſtrium* & *Implauſtrum*. Idem.

CAP. VIII.

Quid ſignificet, & quid à noſtris appellatum ſit, quod ἀξίωμα dialectici dicunt: & quædam alia, quæ prima in diſciplina dialectica traduntur.

QUUM [1] in diſciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus; [2] neceſſum fuit adire atque cognoſcere quas vocant dialectici εἰσαγωγὰς [a], tum quia in primo περὶ ἀξιωμάτων [b] diſcendum, quæ M. Var-

a *Introductiones.* b *De pronunciatis.*

1 *Diſciplinas dialecticas induci*] Sic loquitur Auctor vitæ Perſii, *à quo introductus aliquatenus in philoſophica eſt*: quem locum adſcripſit pater. *Gron.*

2 *Neceſſum fuit adire*] At Reg. Mem. Perav. Lugdun. ut. habent *neceſſus*, nec dubito ita exſtare in pluribus. Quod prætermiſſum à viris doctis non oportet mirari. Nos dubitare oportet, an non Gellius vetuſtatem captaverit, quam ita locutam didicimus ex SCto vetere de Bacchanalibus, quod præmiſi editioni Ciceronis, ubi hæc ſunt verba: *Sei ques eſent quei ſibei deicerent, neceſſus eſſe Bacanal habere.* Idem.

M. Varro aliàs *profata*, aliàs *proloquia* appellat, commentarium de proloquiis [3] L. Ælii docti hominis, qui magister Varronis fuit, studiosè quæsivimus: eumque [4] in Pacis bibliotheca repertum legimus; sed in eo nihil edocenter, neque ad instituendum explanatè scriptum est: feciſseque videtur eum librum Ælius [5] sui magis admonendi, quàm aliorum docendi gratia. redimus igitur necessariò ad Græcos libros: ex quibus accepimus [6] [7] ἀξίωμα esse his verbis, λεκτὸν αὐτοτελὲς ἀπφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ [a]. hoc ego supersedi vertere, quia novis [8] & inconditis vocibus utendum fuit, quas pati aures per insolentiam vix possent. Sed M. Varro, in libro de lingua Latina ad Ciceronem quarto vicesimo, expeditissimè ita finit: *Proloquium est sententia in qua nihil desideratur.* erit autem planius, quid istud sit, si exemplum ejus dixerimus. ἀξίωμα igitur, sive id proloquium dicere placet, [9] hujuscemodi est: *Hannibal Pœnus fuit: Scipio Numantiam delevit: Milo cædis damnatus est: neque bonum est voluptas neque malum:* & omnino quicquid ita dicitur plena

a *Axioma dictum per se absolutum, enuntiabile quantum ex semetipso.*

3 *L. Ælii*] Ita recte L. Carrio Antiq. Lect lib. 1 cap. 8. reposuit, cum vulgo legeretur *Lælii*. Intelligitur hic autem L. Ælius Stilo, quemadmodum plene vocatur supra lib. 10 cap. 21. cujus meminit & Suetonius in De Illustrib. Grammaticis; & sæpius Festus Pompejus. L. Ælius simpliciter etiam vocatur à nostro supra lib. 2 cap. 21. lib. 3 cap. 3. lib. 5 c. 21. item lib. 10 cap. 21. ubi vide notata.

4 *In Pacis bibliotheca*] In Bibliotheca Pacis Templo adjunctâ, quam intellexit quoque 5, 21. Meminit hujus Bibliothecæ etiam Galenus *lib.* 1. *de Compos. Medicam.*

5 *Sui magis admonendi, quam aliorum docendi gratiâ*] Insolitus loquendi modus. Melius foret, *quam alios docendi gratia.* Oiſ. Huc usque debuerunt Oiſelii verba relinqui, ut plane appareat, quam in studiis ille fuerit insolitus animadvertendi alicujus boni, qui locutionem ante ipsum natum probatam ab doctissimis viris optimam ita ignarus Latinorum dejicit. An is Gellium legit? Habuisti utique 5, 10, & ante restituit Pater. Sed in his præstans ante omnes fuit Clar. Mercerus ad Taciti 1 1 annalem cap. 25, ubi & hunc ipsum Gellii locum tutelæ suæ duxit. Nam reliqua loca de junctis his verbis *docere* & *admonere* omnia furtive abstulit Jo. Pricæo ad Apologiam Apuleji pag. 121. *Gronov.*

6 Ἀξίωμα *definitum esse his verbis* λεκτὸν αὐτοτελὲς, &c.] Descripserat hoc loco longam notam Menagii, & satis sæpe spectatam, Oiſelius ad Diogenis Laertii Zenonem, ubi id ipsum Stoicum ἀξίωμα consideratur. Quod quum istic legi queat, satis esse opinor. Et est hæc ipsa materia, quam tractavit quoque Burſius in Dialecticæ Ciceronis lib. v cap. 1 & 111, unde bonam istius doctrinæ partem satis audacter hausit Menagius; etiam uterque non præterit hoc Gellii caput. *Idem.*

7 Ἀξίωμα *definitum esse his verbis*] Sic agnosco revocatum esse in paterna editione, quum Stephanus secundam vocem antea ejeciſſet, nescio qui receptam ab editionibus antiquis. Sed testor eam nec reperiri in codice Regio, nec in ullo Lugdun. non in Petav. nec in Lincoln. ut prorsus nequeat pro Gelliana agnosci. Sed neque sententia aut constructio desiderat, quæ statuit Gellium dicentem se ex Græcis accepisse his verbis ἀξίωμα esse &c. Quod quidni est integrum? Hinc quod non est Gellii, non censui retinendum. *Idem.*

8 *Et inconditis*] MS. Reg. *& conditis*, quasi tunc facta & producta excogitataque intellexisset Gellius, quæ analogiæ castimoniam servantia nonerant utique futura incondita. x, 21 dicit *novum & improbum verbum.* Deinde idem *quas pati aures per insolentiam vix solent* vel *solerent.* Nam id verbum ambigue scriptum. Sed & statim voces *in libro* ignorat. *Idem.*

9 *Hujuscemodi est*] Sic edidi ex illo ipso optimo libro, miratus à Stephano id non factum, dum retinet vulgatum *hujusmodi.* Sed & hic ipse legit *plana atque perfecta*, perseverans in adjectivo semel posito. *Idem.*

plena atque perfecta verborum ſententia, ut id neceſſe ſit aut verum aut falſum eſſe, id à dialecticis ἀξίωμα appellatum eſt, à M. Varrone, ſicuti dixi, *proloquium;* [10] à M. autem Cicerone *pronunciatum.* quo ille tamen vocabulo tantiſper uti ſe atteſtatus eſt, *quoad melius*, inquit, *invenero.* Sed quod Græci συνημμένον ἀξίωμα dicunt, [11] id alii noſtrorum *adjunctum*, alii *connexum* dixerunt. id connexum tale eſt: *ſi Plato ambulat, Plato movetur. ſi dies eſt, Sol ſuper terras eſt.* Item quod illi συμπεπλεγμένον, nos vel *conjunctum*, vel *copulatum* dicimus, quod eſt ejuſcemodi; *P. Scipio Pauli filius & bis conſul fuit, & triumphavit, & cenſura functus eſt, & collega in cenſura L. Mummii fuit.* In omni autem conjuncto ſi unum eſt mendacium, etiamſi cætera vera ſunt, totum eſſe mendacium dicitur. nam ſi ad ea omnia, quæ de Scipione illo vera dixi, addidero, *& Hannibalem in Africa ſuperavit*, quod eſt falſum: univerſa quoque illa, quæ conjunctè dicta ſunt, propter hoc unum quod falſum acceſſerit, quia ſimul dicentur, vera non erunt. Eſt item aliud, quod Græci [13] διεζευγμένον ἀξίωμα, nos *disjunctum* dicimus. [12] id hujuſcemodi eſt: *Aut malum eſt voluptas, aut bonum: aut neque bonum, neque malum eſt.* Omnia autem, quæ disjunguntur, pugnantia eſſe inter ſeſe oportet: eorumque [14] oppoſita, (ἀντικείμενα Græci dicunt,) ea quoque ipſa inter ſeſe adverſa eſſe: ex omnibus quæ disjunguntur unum eſſe verum debet, falſa cætera. quòd ſi aut nihil omnium verum, aut omnia plurave quàm unum vera erunt, aut quæ disjuncta ſunt, non pugnabunt, aut quæ oppoſita eorum ſunt, contraria inter ſeſe non erunt; tunc id disjunctum mendacium eſt; & appellatur παραδιεζευγμένον [a]. ſicuti hoc eſt, in quo quæ oppoſita, non ſunt contraria: *Aut curris, aut ambulat.*

a *Vitioſe disjunctum.*

10 *A. M. autem Cicerone pronuntiatum*] Locus quem Gellius innuit, exſtat lib. 1. Tuſculan. Quæſtion. ubi Cicero; *An tu*, inquit, *dialecticis ne imbutus quidem es? Inprimis enim hoc traditur, Omne pronunciatum (ſic enim mihi in præſentia occurrit, ut appellarem ἀξίωμα: utar poſt alio ſi invenero melius*, &c.)

11 *Id alii noſtrorum*] Ex his quoque primam vocem rejicit iſte liber, ut certe mox in ſimili exemplo edunt. *Gronov.*

12 Διεζευγμένον ἀξίωμα] Quod jam tetigit libro 11 cap. 7, ubi vocat *disjunctionem*, ſicut infra dicit *disjunctum* & *disjuncta*, quibus Scioppius bis adſcripſit *dijun*, neſcio unde, ſed videtur tamen ex Mſſ. quum & ipſe in nonnullis cernam *dijungunturque* utroque loco & *dijunctum*. Sed & locum hunc Gellii citat Henr. Stephanus in Theſauro Linguæ Græcæ. *Idem.*

13 *Id hujuſcemodi eſt*] Nec hoc poſtremum verbum probatur ab Regio libro, nec mox in illis *neque malum eſt*. Idem.

14 *Oppoſita (ἀντικείμενα Græci dicunt) ea*] Sic revocaſſe veterum editionum ſcripturam videtur pater, quam Stephanus ita mutaverat *oppoſita, quæ ἀντικείμενα Græci dicunt.* Sed ſane id Stephanus fecit ex auctoritate codicis Regii, quod omiſerat Salmaſius & Lambecius annotare, & hinc nequivit olim ſcire. Sed tu ſcias non in eo ſolum exiſtere, ſed & in Lugdun. maj. ut notavit poſtea pater, qui etiam ex Lugdun. Excerptis adſcripſit *propugnantia* pro voce *pugnantia*. Cæterum mox habet Reg. *in quo oppoſita non ſunt contr.* omiſſa vocula *quæ*. Idem.

15 *Sed*

ambulas, aut ſtas. nam ipſa quidem inter ſeſe adverſa ſunt: ſed oppoſita eorum non pugnant. *non ambulare* enim, & *non ſtare*, & *non currere* contraria inter ſeſe non ſunt: quoniam contraria ea dicuntur, quæ ſimul vera eſſe non queunt. poſſis enim ſimul eodemque tempore neque ambulare, neque ſtare, neque currere. [15] Sed hoc breve ex dialectica libamentum dediſſe nunc ſatis erit: atque id ſolùm addendum admonendumque eſt, quòd hujus diſciplinæ ſtudium atque cognitio [16] in principiis quidem tetra & aſpernabilis inſuaviſque eſſe [17] & inutilis videri ſolet: ſed, ubi aliquantum proceſſeris, tum denique & emolumentum ejus in animo tuo dilucebit, & ſequetur quædam diſcendi voluptas inſatiabilis; cui ſane niſi modum feceris, periculum non mediocre erit, ne, ut plerique alii, tu quoque in illis dialecticæ gyris atque mæandris, tanquam [18] apud Sirenios ſcopulos conſeneſcas.

15 *Sed hoc jam breve*] Ita ut vett. editiones, exhibent, refert quoque Reg. & Lugdun. maj. unde tertiam voculam delevit Stephanus, quia ſequitur τὸ *nunc*. Gronov.

16 *In principiis quidem tetra & aſpernabilis, &c.*] Quod hic Gellius de Dialectica addiſcenda, idem refert infra h. l. cap. 18. Varronem de diſciplinis Mathematicis dixiſſe. Nempe, *Voluptas vel utilitas talium diſciplinarum in poſtprincipiis exſiſtit, cum perfectæ abſolutæque ſunt; in principiis vero ipſis ineptæ & inſuaves videntur.*

17 *Et incivilis*] Utinam verbum aliquod cernerem additum Capiti XIX Obſervationum ad Eccleſ. ſcriptores, quo defenderetur uſus vocis hujus in loco hoc, qui quidem ab ea eſt alieniſſimus. Et tamen eam repetivit Pater, quum Stephanus edidiſſet *& inutilis*, proculdubio non ſine fide & auctoritate antiquitatis. Nam plane in Regio & Lugd. maj. ſcriptum eſt *ac inutilis*, in Excerptis Thuan. & Lugd. min. & Petav. & Lincoln. *& inutilis*, quod idcirco libens repetivi. *Gronov.*

18 *Apud Sirenios ſcopulos*] Ut alii aliis quas averſamur rebus comparaviſſe probat & eruditiſſima dialectica Ciceronis ab Adamo Burſio conſcripta in fine. Habet autem Regius liber non *gyris*, ſed *ciris*, nec tamen opinor illum deſtinare ad *ſiros* vel ſubterraneos receſſus. *Idem.*

CAP. IX.

Quid ſignificet verbum in libris veterum creberrimè poſitum, ſuſque deque.

Suſque deque fero, aut *ſuſque deque habeo* (his enim omnibus modis dicitur) verbum eſt ex [1] hominum doctorum ſermonibus: in poëmatis quoque & in epiſtolis veterum ſcriptum eſt plurifariam: ſed facilius reperias, qui id verbum oſtentent, quàm qui intelligant. ita plerique noſtrûm, quæ remotiora verba invenimus, dicere ea properamus, non diſcere. Significat autem *ſuſque deque ferre*, animo æquo eſſe & quod accidit non magni pendere, atque interdum negligere & con-

1 *Hominum doctorum*] Prout hodieque exſtant loca Plauti ex Amphitruone & Ciceronis ad Atticum, illius quidem addentis verbum *habituram*, hujus plane omittentis, quomodo forſan & Gellius potuit ſcripſiſſe omiſſo verbo, ſed quod intercidit; aut addidiſſe verbum *eſſe*, quod & ipſum periit: unde illud *omnibus modis* non potuit multis placere, ut etiam Scriverius adnotaverit V. C. *duobus*: quam vocem priores editi habent marginibus impoſitam. *Gronov.*

2 *Ma-*

contemnere: & propemodum id valet, quod dicitur Græce ἀδιαφορεῖν. Laberius in Compitalibus:

Nunc tu lentus es: nunc tu susque deque fers.
[2] *Mater familias tua* [3] *in lecto adverso sedet.*
[4] *Servos sextantis verbis nefariis utitur.*

M. Varro in Sisenna, vel de historia [5] *Quod si non horum omnium similia essent principia, ac postprincipia; susque deque esset.* Lucilius in tertio:

[6] *Verùm hæc ludus ibi susque omnia deque fuerunt:*
[7] *Susque & deque fuere, inquam, omnia ludus jocusque:*
Illud opus durum, ut Setinum accessimus [8] *finem:*
[9] Αἰγίλιποι *montes, Ætnæ omnes, asperi Athones.*

2 *Indifferens habere.*

2 *Mater familias tua* &c.] Nemo vel dubitat de hac lectione, nec vel codices scripti alii vel editiones latum unguem hinc abscedunt. Unus ille, sed præstantissimus Regius, *Sanatur familias tua.* Hinc aliquis, quisquis fuit ille Deorum, nequivit proferre aliquid commodius ad speciem, quàm quod vulgo in Mssis offertur. Et sane ambigo, an mihi liceat huc vel accedere, quò aliquid aliud coner; quod tamen, quoniam palma in medio est, faciam. Apparet utique sensum quidem replerum esse, sed quod secretiore facundia erat expressum, id retineri non potuisse. Videtur enim in eis, quæ posui, latere *Caia cur familias tua in lecto adverso sedet?* Neque est nobis ignotum de Caja sæpius illustrata, quod illis temporibus, quum concinnarentur vulgares Gellii codices, erat paulo magis absconditum; ut idem hîc contigerit, quod in Phædri fabula XVII, ubi quum non bene consideraretur *videns*, suppositа fuit *ovis*, ut sagaciter perspexit Nic. Heinsius. Ita videtur commune aliquid nunc esse suppositum, cum Laberius ediderit aliquid sepositum à vulgo. *Gronov.*

3 *In lecto adverso sedet*] Lectus adversus quis antiquis esset; vide apud Jos. Scaligerum in Castigationibus ad Festum Pompeium post *Putus*, quas ipse citat ad Propertium lib. 4 circa finem.

4 *Servos sextantis verbis nefariis utitur*] Quia olim postremum verbum hinc erat avulsum & sequentibus additum; inde Scaliger citat versum Laberii ita;

Servis sex tantis, vernulis nefariis.

Scriverius verò in suo codice legendum notaverat:

Servus sex ante vernulas nefarios
Fututor. -- --

Alii etiam legunt:

Servus exhaustis nervis nefarius utitur.

Verum cum vetustissimi libri constanter habeant, ut edidimus, puto Laberium per *servum sextantis*, intelligere *servum duorum assium*, hoc est, servum nequissimum & hominem nihili. Quasi dicat, servus improbus nequissimusque in præsentia uxoris tuæ verbis nefariis, hoc est, obscœnis & castis auribus indignis utitur, tuque istud nihil moraris. *Ois.* Si quidem hæc ejus sunt. Certe quum & Stephanus edidisset *sex tantis*, adscripsit Salmasius [leg. *sextantis. Servos sextantis* est servus nihili]. Quæ sic concedi possunt, modo non sextans cum Oiselio explicetur per duos asses, quum sic tantum exprimantur duæ partes unius assis in duodecim tales divisi. Itaque nisi ab duodecim assium capite numerare inceperit, egregie erravit. Docent sextantarii asses. Sed & pater adscripsit, 1. servus qui est sextantis. Scioppius vero: [forte: *verpis nef.*] qui etiam delet *in* post *Varro.* Gronov.

5 *Quod si non horum omnium*] L. Carrio Antiq. Lect. lib. 2. cap. 15. ex Busslidiano codice legit: *Quod si non omnino similia essent principia, & postprincipia: susque deque esset.* In vulgatis deerat τὸ *ac postprincipia.* Quomodo tamen legendum, indicant & Varronis ista infra h. l. cap. 18. ubi *principia* & *postprincipia* similiter conjungit. *Ois.* Idem legitur in pluribus aliis Mssis.

6 *Verum hæc ludus ibi*] Al. *Verum hic ludus ubi &c.*

7 *Susque & deque fuere*] Franciscus Douza ad Lucilii fragmenta legit, *susque hæc deque fuere.*

8 *Finem*] Forte, *fines.* Ois. Apparet ludibrium. Quippe quid fiet voce *Setinum*, cur non & ea concinnatur plurali.

9 Αἰγίλιποι *montes*] Veram hanc hujus loci scripturam primus eruit Theodorus Canterus Var. Lect. lib. 2. c. 8. cum in Mss. legeretur αἰπύλιποι, quæ vox nihili, unius literæ mutatione in veram lectionem αἰγίλιποι restituitur. Quod ex Homero plus-

quam

quam satis probatur, quippe apud quem sæpius legitur: ὅτε κατ' αἰγίλιτος πέτρης, cum loquitur de scopulo aliquo prærupto, & rupe adeo altâ, ut præ altitudine à capris relinquatur. Describens itaque Lucilius lib. 3 Satyrarum iter suum, quod Roma fecit Capuam, & inde ad fretum usque Siciliense, ut notat Porphyrion in Horat. lib. 1 Sat. v. his versibus indicare vult totum iter ad Setinorum, qui populi sunt in Campania, usque fines viatoribus tam fuisse commodum, ut etiam ludendo, connugando, & festivis jocis indulgendo fuerit peractum. Ubi vero ad Setinorum agros perventum est, ibi fuisse opus durum, ibi laborem. Nam exinde viam fuisse instar altissimorum montium, ita ut omnes Ætnæ & asperi Athones viderentur. In vulgatis Gellii libris pessime antea exstabat: ἐπὶ τὸ λειπον *ut ajunt montes Ætnæ omnes atque asperi Athones.* Oiſ. Salmasius adscripsit [pro Αἰγίλοποι in V.C. habetur Gr. quod indicat Græcam vocem desiderari] Ego vix intelligo, quî potuerit hic locus tamdiu pro corrupto sperni, utpote quum Excerpta Thuan. clare habeant α.Για.Βοι, Mem. Αιπιλιπου. Lugdun. min. Αιπιλιπαι, maj. αιπιατοι, Lincoln. αἰπιλιποῦ. Etiam Scioppius notavit ex V.C. αἰπύλιπον, & *omnes* abesse: prout ea vox certe in nonnullis non exstat, sed habent tunc aliquid aliud, ut Lugdun. min. Αιπιλιποι *ait montes aetenea periathones.* quæ singula istuc tendunt, ut recte emendaverit Canterus: licet post eum notaverit Scriverius; f. *Cyclopum montes.* Modo non *Octæ* scripserit pro *Ætnæ*, ut in Græcis maneat. Interim hoc etiam loco legi publice interest, in libro primo Epistolarum Mureti num. LXXIV, quæ data est anno 1569 Gifanium huic scribere Lucilii versus ita legendos ex veteri codice Αἰγίλιτος *montes Ætnæ* &c. quasi nescivisset de Cantero. *Gronov.*

CAP. X.

Quid sint proletarii, *quid* capitecensi, *quid item sit in* XII. *tabulis* assiduus, *& quæ ejus vocabuli ratio sit.*

OTIUM erat quodam die Romæ in foro à negotiis, & læta quædam celebritas feriarum; legebaturque in consessu fortè complurium [1] Ennii liber ex annalibus. in eo libro versus hi fuerunt:

Proletarius publicitus scutisque, [2] *feroque*
Ornatur ferro: muros, urbemque, forumque
Excubiis [3] *curant.*

Tum [4] ibi quæri cœptum est quid esset *proletarius.* atque ego, adspiciens quempiam in eo circulo jus civile callentem familiarem meum, rogabam, ut id verbum nobis enarraret. &, quum ille se juris, non rei grammaticæ, peritum esse respondisset: Eò maximè, inquam, te dicere hoc oportet, quando, ut prædicas, peritus juris es. nam Q. Ennius

1 *Ennii liber ex annalibus*] Vett. codd. *Ennii liber ex Annalibus tertius.* Ad quem Annalium Ennii librum etiam Merula in sua editione hosce versus retulit. Stephanus primus libri numerum omisit. *Oiſ.* Certe vox illa *tertius* non exstat in Mss. ut neque in Nonio Marcello. Quia tamen statim sequitur *In*, videntur obliti fuisse aut noluisse geminare istas tres lineas, in quibus vox ista numeri illigata est, ut sine vitio eum librum queas supponere. *Gron.*

2 *Feroque Ornatur ferro*] Ut hic *ferum ferrum*, sic Lucretius lib. 2 dixit *fera ferri corpora.* Et eodem libro paulo ante *fera tela.* Oiſ. Quas ipsas citationes rapuit ex Merula, agnitas etiam Columnæ. Sed quod magis notabile dixeris, ne unus quidem ex codicibus Mss. tuetur illud *scutisque*, tanquam scribæ aut ignoravissent eam vocem aut eas literas scribere nequivissent; sed habent *publicitus jam si uti isque feroque*, ut & in Regio, aut *jam sicuti isque* aut absque τῷ *jam*, aut *sicutusque* aut *sicutris.* Si potest supponi hæc scripta esse pro *scutiis* vel *scuteis*, prout edit Merula & in Nonio corrigit, bene est; nisi quod vetustiores pro illo ediderunt *excubiis* geminantes eam vocem incondite; at tu dicas fere dirigere ad *publicitus lanceisque fer.* aut *siculisque*, ut seculas novit Varro libro 4 de L. L. *Gronov.*

3 *Curant*] Vett. codd. *curat.* Oiſ. Nisi fuerit *curans.*

4 *Ibi quæri cœptum est*] Reg. *ibi quæsitum est.*

nius verbum hoc ex duodecim tabulis veſtris accepit: in quibus, ſi rectè commemini, ita ſcriptum eſt. [5] ASSIDUO. [6] VINDEX. ASSIDUUS. ESTO. [7] PROLETARIO. QUOI. QUIS. VOLET. VINDEX. ESTO. petimus igitur, ne annalem nunc Q. Ennii, ſed duodecim tabulas legi arbitrere; & quid ſit in ea lege *proletarius*, ſi vis, interpretere. Ego verò, inquit ille, dicere atque interpretari hoc deberem, ſi jus Faunorum & Aboriginum didiciſſem. [8] Sed enim quum *proletarii*, *& aſſidui*, *&* [9] *ſanates*, *&* [10] *vades*, *& ſubvades*, [11] *& vigintiquinque aſſes*, [12] *& taliones*, [13] *fur-*

5 ASSIDUO. VINDEX. ASSIDUUS. ESTO] Non Oiſelianæ ſunt iſtæ citationes, quæ huc congerebantur, ſed conſulit Th. Marcilius ad XII tabulas pag. 82. Quod enim ad Nonium pertinet, ei vim infert non laudabilem.

6 VINDEX] Oprime omnium Feſtus: *Vindex*, inquit, *ab eo quod vindicat, quo minus is qui prenſus eſt, ab aliquo teneatur.* Hinc in Gloſſis Philoxeni, *Vindex*, Ἔκδικος. Vindex itaque ſpeciatim appellatus, qui cum cuipiam eſſet injecta manus, ut ad prætorem judicemve duceretur, eum liberabat. Malè illi, qui *Vindicem* cum *Vade* confundunt. Vindex enim reum ab in jus eundi neceſſitate liberabat. *Vas* autem ad judicium vocatum, ſeu reum certo die affuturum promittebat.

7 PROLETARIO. QUOI. QUIS. VOLET. VINDEX. ESTO.] Sic Mſſ. Alii leg. *Proletario civi quivis volet vindex eſto.* ſive *civi cuivis*, ut Turnebus, quod eodem redit. Illud *civi* tamen conſtanter Mſſ. rejiciunt *Quoiquis* autem antique pro *quiſquis* ſive *quivis*, ut etiam *cuicui* pro *quiqui*, ſive quicunque. Sententia itaque legis eſt, Homini aſſiduo, ſive locupleti, ſolum aſſiduum ſive locupletem fieri poſſe vindicem; at proletario ac nullius claſſis homini quiſquis velit, hoc eſt, non aſſiduum tantum, utpote meliorem, ſed etiam proletarium tanquam parem. Secus tamen Viro maximo in De Fœnere Trapezitico, videtur, qui non putat veriſimile acceptum proletarium proletarii vindicem. Ideoque verba Legis reſcribit: *Proletario civi, qui ſolvet, vindex eſto.* Quaſi qui proletario vindex eſſe voluerit, ſtatim ſolvere debuerit, ut eum vindicaret in jure. Hanc Salmaſii ſententiam Juriſconſultorum ſui temporis Doctiſſimus J. Gothofredus in Not. ad Leg. XII Tabul. non admittit; ſed putat ex legis mente quemlibet pro proletario admiſſum, quod proletarius aſſiduum invenire facile non poſſet. Denique ad mentem revocandum, multa in Leg. XII Tabul. in plebis gratiam ſancita fuiſſe. *Oiſ.* Sit hoc ſalvum Oiſelio. Sed unde illi nota eſt iſta conſtantia Mſſtorum in rejicienda voce *civi?* Si de proletario iſto genere fateretur ſe loqui, poſſet venia dari. Immo ipſe Regius plane ita habet *aſſiduus eſt proletario jam civi cui quivis volet.* Item Lugd. maj. *aſſiduus eſt oleatorio jam civi cui quis volet.* Scioppius adſcripſit *cui quivis*, quum plerique noſtri *cui quis* & Ch. *cujus quis?* Marcilius edidit *cui cui volet*, ut ait, pro quiqui ſive quicunque, ex fide grammaticorum. *Gronov.*

8 *Sed enim quum*] Scioppius notavit *quam*, nec aliter habet liber Reg. & Petav. *Idem.*

9 *Sanates*] Lex in XII Tabulis erat FORCTI. SANATI. QUE. IDEM. IUS. ESTO. Qui autem ſic dicti fuerint, declarat Feſtus Pompeius, apud quem & ſervatorem ejus Scaligerum id videre licet, quem non libet nobis cum Oiſelio deſcribere, quia is liber quotidie ſtudioſis teri debet & inſpici. Ita ſcilicet defectores & rebelles conſiderabant ad ſanam mentem regreſſos ex imitatione Græcorum rempublicam, ut corpus hominis ſpectantium, qui etiam pertinaces in hoc morbo κακόζηλος dixerunt, ut monſtratum ſummo viro Iſ. Caſaubono in Polybiani commentarii fragmento. *Idem.*

10 *Vades*] Hunc locum de vadibus & ſubvadibus excutit Salmaſius de Modo Uſurarum cap. XVI, quem quum noverit & indicarit Oiſelius, miror maluiſſe tantam verborum copiam inde excerpere, quam penitus illuc lectorem dimittere, præſertim quum nihil in eo eſſet, quod moneret illum adhibere aliquid propriarum virium. Integra hæc illic adi, & ſatia te maximi viri doctiſſima meditatione. *Idem.*

11 *Et viginti quinque aſſes*] Pœna injuriæ levioris, ex Leg. XII. Tabularum, de qua in lib. XX cap. 1, eamque legem ponit Marcilius LXIV, & illuſtrat pag. 188.

12 *Et taliones*] Talionis Lex hujuſmodi in XII. Tabulis erat: SI. MEMBRUM. RUPIT. NI. CUM. EO. PACIT. TALIO. ESTO. Hanc quoque legem infra lib. 20 cap. 1. Favorinus reprehendit, ob ulciſcendi acerbitatem, & exſequutionis difficultatem; cui etiam Cæcilius ſuo more reſpondet, Decemvirosque in talionis pœna in atrocioribus injuriis ſtatuenda defendit; & de hac agitur in *Inſtit. De injur.* §. *pœna.*

13 *Fur-*

[13]*furtorumque quæstio cum lance & licio* evanuerint, [14]omnisque illa duodecim tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus centumviralium causarum, lege Æbutia lata, consopita sit: studium scientiamque ego præstare debeo juris & legum, vocumque earum, quibus utimur. Tum forte quadam Julium Paulum, poëtam memoriæ nostræ doctissimum, prætereuntem conspeximus. is à nobis salutatus, rogatusque, uti de sententia, deque ratione istius vocabuli nos doceret, Qui in plebe, inquit, Romana tenuissimi pauperrimique erant, [15]neque amplius quàm mille

13 *Furtorumque quæstio cum lance & licio*] De Furto per lancem & licium quæsito, vide notata supra ad libr. XI cap. 18.

14 *Omnisque illa duodecim tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus centumviralium causarum lege Æbutia lata*] Ex hisce verbis Antonius Augustinus lib. de Legibus, Centumviralia judicia lege Æbutia constituta esse existimat, quod etsi verba ipsa non exprimant, putat tamen utrumque & de centumvirali judicio, & de Legis actionibus XII Tabul. nisi earum causarum, quæ apud Centumviros essent agendæ, abrogandis fuisse cautum. Paulus vero Manutius in De Legib. Roman. simpliciter lege Æbutiâ XII Tabulas correctas fuisse putat. Cui accedit Hotomanus lib. de Legib. qui Æbutium Tribunum plebis de tollendis legum actionibus XII Tabularum legem rogasse scribit. Ant. autem Augustino subscribit Sibr. Siccama lib. 1 cap. 8 De Centumvir. judicio. Neque id factum absque ratione verisimili. Cum enim ejus temporis historia, quo consentaneum est Centumviros esse institutos, apud Livium temporum injuria deperdita sit, aliique ejus rei speciatim non meminerint, constet vero Æbutiorum familiam eo tempore & postea diu varios magistratus gessisse, putat ille Æbutium Tribunum pleb. legem de Centumviris populum rogasse, idque factum ipsius judicio Anno U. C. IↃXIII Q. Lutatio Cercone A. Manlio Coss. aut paulo post. Centumviri enim ex triginta quinque tribus electi sunt, ut ex Festo constat. Tribuum vero numerus demum anno U. C. IↃXIII. ad XXXV. pervenit, ut docet Florus Epitom. XIX. Igitur non antea, sed vel eo ipso anno, vel paulo post, Centumvirale judicium constitutum. Stephanus quoque Pighius in Annalibus, Centumvirale judicium lege Æbutiâ existimat institutum esse, sed refert ad annum U.C. IↃXX. Q. Fabio Maximo, M. Pomponio Coss. Ex Gellii enim verbis videtur sibi colligere Æbutiam legem latam esse, cum centumvirale judicium institueretur: & eâdem XII. Tabularum leges de jure privato imprimis fuisse correctas & reformatas, actionibus quibusdam certis & solemnibus, ut Pomponius *D. de Orig. Juris* tradit, compositis ad illius sæculi statum, & ad novi judicii exercitium accommodatis, quibus inter se homines disceptarent, ne populus ut vellet ex legum tabulis XII. actiones diutius varie institueret. Nam cum anno præcedenti, quo tribus ad numerum XXXV. suppletas diximus, novus Prætor qui inter cives & peregrinos jus diceret, priori urbano Romæ adjectus esset, accessit non diu post insuper centumvirale judicium, ne in civitate potenti & in dies augescente justitia deesset. Quod & Pomponius *D. de Orig. jur.* non dissimulat, qui post duos Prætores urbanum & peregrinum, centum viros litibus judicandis constitutos fuisse tradit. Quemadmodum igitur eodem quasi tempore, sic eâdem quoque de causâ, Prætorem alterum peregrinum, & centum viros Romæ creatos ex jam dictis liquet; ille quidem, ut collegam urbanum Prætorem judiciorum onere sublevaret, hi autem, ut sublevarent utrumque, crescente simul cum ipsa Republica atque Imperio in tanta civitate, litium & causarum multitudine, privatis civibus apud exteras nationes & longinquis in regionibus negotiari incipientibus.

15 *Neque amplius, quam mille quingentum æris in censum deferebant*] Falsum est, ut optime notavit Salmasius De Fœn. Trapezit. quod hic Jul. Paulus, ait tantulam summam, ut est mille quingentum æris, quæ efficiunt in auro illius ævi, tres aureos cum tribus aurei quartis, in censum delatam fuisse. Nemo enim, qui minus quam quinquaginta aureos in bonis haberet, aliquid in censum deferre solebat, quia nec in ulla classe erat. Minimus quippe census ultimæ & quintæ classis fuit eorum, qui duodecim millibus æris & quingentis censebantur. Infra hunc censum positi omnes extra classes fuere, & capite, non ære, censebantur. Et quamvis inter hos etiam quidam gradus fuerint, ut inter divites, ita ut alii aliis aliquanto plus in substantia habuerint, omnes tamen *Proletarios* & *Capitecenſos* eosdem dictos esse vult Salmasius, non, ut Paulus hic, hoc discrimine separatos *Proletarios* & *Capitecenſos*, quasi hi pauperiores essent, illi minus. Unde & ridiculum esse ait, quod statim

mille quingentûm æris in censum deferebant, *proletarii* appellati sunt. qui verò nullo, aut perquam parvo ære censebantur, *capitecensi* vocabantur. extremus autem census capitecensorum æris fuit [16] trecenti septuaginta quinque. Sed quoniam [17] res pecuniaque familiaris obsidis vicem pignorisque esse apud rempublicam videbatur; amorisque in patriam fides quædam in ea, firmamentumque erat; neque proletarii, neque capitecensi milites, nisi in tumultu maximo, scribebantur; quia familia pecuniaque his, aut tenuis, aut nulla esset. proletariorum tamen [18] ordo honestior aliquanto, & re, & nomine, quàm capitecensorum fuit: nam & asperis reipublicæ temporibus, quum juventutis inopia esset, in militiam tumultuariam legebantur, [19] armaque iis sumtu publico præbebantur: & non capitis censione, sed prosperiore vocabulo à munere officioque prolis edendæ appellati sunt. quod, quum [20] re familiari parva minus possent rempublicam juvare, subolis tamen gignendæ copiâ

hic subjicitur: *Qui mille, aut perquam parvo ære censebantur, capitecensi vocabantur. Extremus autem census capitecensorum, æris fuit trecenti septuaginta quoque.* Si enim capite censi dicebantur, nullo ære censos constat. Et quid miserius istis hominibus, in quorum substantia tota nihil amplius esset, quam trecenti & septuaginta quinque asses, id est, triginta septem drachmæ cum dimidia, sive aureus unus cum vix dimidio? *Oiſ.* Nisi festinaverit vir maximus. Potuit enim & Servius noluisse aliquid neglectum & incognitum habere, ut etiam minimas pecunias, quæ in urbe essent, annotari oportuerit. Porro quum *proletarii* & *capitecensi* vocabulis differunt; certe etiam rebus eos discretos fuisse statueris securius, etiamsi istius humilitatis proprias differentias & certe observatas tunc perdiderimus. Sane & capite census debuit aliquid ad suam tutelam quoque indicare potuisse. *Gronov.*

16 *Trecenti septuaginta quinque*] Sic cod. Tornæs. & vett. edd. Stephanica vero editio habet CCCLXXX. *Oiſ.* Haud dubie lapsu typorum, quum & editi & Mssti alii omnes illos *septuaginta quinque* agnoscant. Etiam Salmasius ad Stephani editionem annotavit *trecentis septuaginta quinque*, quo modo Scioppius inter tertium C & literam L super posuit *tis*. Gronov.

17 *Res, pecuniaque familiaris*] Legendum forte, *Res, pecunia, atque familia.* Ut statim de capitecensis, *quia familia pecuniaque his aut tenuis.* Pecunia enim familiaque junctim posita pro tota hominum substantia sæpius apud Auctores occurrit, & non semel etiam apud nostrum. *Oiſ.* Non venit opinor ad hoc prodendum nisi prolutus ex eodem fonte, unde pater petiit, quod adscripsit suo exemplari [pecunia atque familia 18, 1 pecunia familiaque ubi vulg. familiaris. Sed ita leg. monuit Salm. Sc.] ut sint Scriveriana. Sed nulla causa est, cur discedatur à Mss. qui conspirant in vulgatam, & recte. *Gronov.*

18 *Ordo honestior*] Unde Sallustius dicit à Mario conscriptos *capite censos plerosque*: quia si ad infimum usque gradum descendit, etiam proletarios non omisisse ultro videbatur colligi, quos tamen proletarios singulatim posuit Cassius Hemina in fragmento, quod citat Nonius, & emendat Freinshemius ad Florum III, 1. *Idem.*

19 *Armaque iis sumptu publico præbebantur*] Hoc est quod Ennius scribit:

Proletarius publicitus scutisque feroque
Ornatur ferro ——

Additque

—— *muros, urbemque, forumque*
Excubiis curant ——

Quibus notat Proletarios milites etiam scriptos, muros duntaxat custodisse & urbem. Neque enim, in aciem id genus hominum educebant, aut cæteris legionibus immiscebant, sed in urbe retinebant sub oculis & cura seniorum: Post Marium tamen & Capitecensi vulgo in militiam scripti, cæterisque militibus permixti.

20 *Re familiari parvâ*] Similiter hic legendum censeo, *Re familiaque parva.* Ois. Quis neget esse perfrictam frontem, aut invideat? Multa enim loca mutari oportebit, si hæc violentia impetraverit admissionem.

piâ civitatem frequentarent. Capitecenſos autem primus C. Marius, ut quidam ferunt, bello Cimbrico difficillimis reipublicæ temporibus, vel potius, ut Salluſtius ait, bello Jugurthino, milites ſcripſiſſe traditur; quum id factum antè in nulla memoria exſtaret. [21] ASSIDUUS, in duodecim tabulis, pro locuplete & facilè facienti dictus, [22] aut ab aſſibus, id eſt, ære dando, quum id tempora reipublicæ poſtularent; aut à muneris pro familiari copia faciendi aſſiduitate. verba autem Salluſtii in hiſtoria Jugurthina de C. Mario conſule, & de capitecenſis hæc ſunt: *Ipſe interea milites ſcribere, non more majorum, nec ex claſſibus, ſed ut lubido cujuſque erat, capitecenſos pleroſque. id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem conſulis memorabant, quòd ab eo genere* [23] *celebratus auctuſque erat: & homini potentiam quærenti egentiſſimus quisque oportuniſſimus.*

21 ASSIDUUS *in* XII. *tab. pro locuplete, &c.*] Feſtus *Adſiduus* per *d* ſcribit: *Adſiduus dicitur*, inquit, *qui in ea re quam frequenter agit, quaſi conſediſſe videatur: alii adſiduum locupletem, quaſi multorum aſſium dictum putarunt; alii eum qui ſumptu proprio militabat, ab aſſe dando vocatum exiſtimarunt.* Quem ſcribendi modum Soſipater Chariſius reprehendit lib. 1. *Adſiduus quidam per d ſcribunt, quaſi ſit à ſedendo figuratum, ſed errant. Nam cum à Servio Tullio populus in quinque claſſes eſſet diviſus, ut tributum, prout quiſque poſſideret, inferret; ditiores, qui aſſes dabant, Aſſidui dicti ſunt; & quoniam ſoli in negotiis publicis frequentes aderant, eos qui frequentes aſſunt, Aſſiduos, ab aſſibus dixerunt.* Sane rectius aſſiduus cum pro locuplete ponitur, ſic dictus ab aſſibus dandis, quia *aſſes dait*, hoc eſt, *det*.

22 *Aut ab aſſibus, id eſt, ære*] Ita concinnavit editionem Gellii pater meus ex doctrina Salmaſii, quam prodit de Modo uſur. pag. 236, quum vulgo particula *aut* migraviſſet ante voces *pro locuplete*, ut in editione Stephani; & ſic citat Voſſius in Etymolog. aut quia iſtic aliæ ponunt particulam &, plane aboleretur, quum tamen in Regio legatur *dictus ab aſſiduis ab ere dando*, ut notavi ego & Bourdel. vel *dictus aſſiduus quaſi ab ære*, ut Lambecius, quum Salmaſius adſcripſerit *dictus aut ab aſſibus*, quæ eſt ejus emendatio prodita loco, quem citavi. Sed neque aliter ex codice Regio notavit frater, ut oculis ipſe meis aut chirographo diffidam. Interim illi aſſes potuerant ſine injuria ab origine hujus vocis excludi, ut opinor, quum & Livius ſub Numa flaminem Dialem inſtitutum ſcribat aſſiduum Jovis Sacerdotem, ita uſu ipſo ſignificans, ubi primum iſta vox fuerit in urbe Româ uſurpata. *Gronov.*

23 *Celebratuſque auctuſque*] Etſi ita ex Gryphiana anni 1539 reperiverit Stephanus, adeo ut id ipſum quoque imitatus fuerit Prouſteus, cenſui tamen nihil temere admittendum, quum ex Mſtis nullus agnoſcat primam iſtam copulam *que*. Idem.

CAP. XI.

Hiſtoria ex Herodoti libris ſumta de Pſyllorum interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant.

GENS in Italia Marſorum orta eſſe fertur à Circæ filio: propterea [1] Marſis hominibus, quorum dumtaxat familiæ cum externis cogna-

1 *Marſis hominibus*] Locum hunc Gellii, Plinium aliosque de his maleficis non potuit præterire Phil. Cluverius in Italia Antiqua de his acturus lib. 11 cap. 15. Sed & ante illum ab aliis ſimilia collecta erant ex poetis, ut erubeſcendum ſit ludicris tam tritis Oiſelium defungi. Noviſſime de his bene egit Th. Reineſius lib. 1 Var. Lection. cap. 8.

nationibus nondum etiam permixtæ corruptæque sunt, vi quadam genitali [2] datum est, ut serpentium virulentorum domitores sint, & [3] incentionibus, herbarumque succis faciant medelarum miracula. Hac eadem vi præditos esse quosdam videmus, [4] qui *Psylli* vocantur: quorum super nomine & genere quum in veteribus literis quæsissem; in quarto denique [5] Herodoti libro fabulam de Psyllis hanc invenimus. Psyllos quondam fuisse in terra Africa conterminos Nasamonibus: Austrumque in finibus eorum quodam in tempore perquam validum ac diutinum flavisse: eo flatu aquam omnem in locis, in quibus colebant, exaruisse: Psyllos re aquaria defectos, eam injuriam graviter Austro succensuisse; decretumque feciſſe, uti armis sumtis ad Austrum, proinde quasi ad hostem, jure belli, [6] res repetitum proficiscerentur: atque ita profectis ventum Austrum magno spiritus agmine venisse obviam; eosque universos, cum omnibus copiis armisque, cumulis montibusque harenarum supervectis, operuisse: [7] eo facto Psyllos [8] ad unum omnis interisse: itaque eorum fines à Nasamonibus occupatos.

2 *Datum est, ut serp.*] Ita nonnulli gregalium codicum, & ipse etiam Lincoln. Sed interim alii omittunt verbum *est*, quibus auscultavit Aldus & Gryphius uterque, quos nescio cur deserens Stephanus redierit ad priores. Sed egregie Reg. & Lugd. maj. *datum, ut & serp. vir. domitores sint, & incentionibus.* Gronov.

3 *Incentionibus*] Incantationibus. Nam Marsos etiam cantaminibus usos tradit Lucilius Satyr. lib. 20.

Jam disrumpetur medius, jam ut Marsus colubros
Disrumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

Inde etiam ex Pomponii Pistoribus.

Mirum ni hæc Marsa est, in colubros callet canticulam.

Idem de Marsis tradunt Virgilius lib. 7. Æneid. & Silius Ital. lib. 7.

4 *Qui Psylli vocantur*] De Psyllis vide supra lib. 9 cap. 2.

5 *Herodoti libro*] Unicus ille Reg. *Herodici.*

6 *Res repetitum*] Non culpo viros egregios, qui sic ediderunt, & video, quid fuerint sequuti. Attamen in omnibus MSS. de quibus novi, lectum fuit *res petitum*, unde id ipsum annotavit quoque Scioppius. Sed ita & c. 13 Reg. & Lugdun. ut. *pro ferenda gratia.* Gronov.

7 *Eo facto Ps.*] MS. Reg. *& facto Ps.* & deinde *itaque fines à Nasamonibus occup.* omissa voce *eorum.* Idem.

8 *Ad unum omnis interisse*] Vide ad lib. 3 cap. 7.

CAP. XII.

De his vocabulis, quæ Cloatius Verus aut satis commodè, aut nimis absurdè & illepidè ad origines linguæ Græcæ redigit.

CLOATIUS Verus in libris, quos inscripsit *Verborum à Græcis tractorum*, non pauca herclè dicit curiosè & sagaciter conquisita, neque non tamen quædam futilia & frivola. *Errare*, inquit, *dictum est* [1] ἀπὸ τοῦ ἔρρειν; versumque infert Homeri, [2] in quo id verbum est:

ἔρρ'

1 Ἀπὸ τοῦ ἔρρειν] *A vagando*, sive *ægre eundo.* Verbum ἔρρω, usurpatur imprimis, cum quis in malam rem ire jubetur. Ut Homerus in versu sequenti.

2 *In quo id verbum est:* Ἔρρ' ἐκ νήσου] Ita prudenter corripuit H. Stephanus ejectis illis, quæ nescio auctore ingeri solebant, ἔρρε κακὴ γλήνη, *& illud.* Gronov.

ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλέγχιστε ζωόντων[a].

Item [3] *alucinari* factum scripsit ex eo, quod dicitur Græcè ἀλύειν, unde *elucum* quoque esse dictum putat, *a* litera in *e* versa, tarditatem quamdam animi & stuporem, qui alucinantibus plerumque usu venit. Item *fascinum* appellat, quasi βάσκανον[b], & *fascinare* esse quasi [4] βασκαίνειν[c]. commodè hæc sanè omnia, & [5] conducenter. Sed in libro quarto, *Fœnerator*, inquit, *appellatus est, quasi* φαινεράτωρ, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον[d], *quoniam id genus hominum speciem ostentent humanitatis, & commodi esse videantur inopibus nummos desiderantibus:* idque dixisse ait [6] Hypsicratem quempiam grammaticum; cujus libri sanè nobiles sunt super his, quæ à Græcis accepta sunt. Sive hoc autem ipse Cloatius, sive nescio qui alius nebulo effutivit, nil potest dici insulsius. *fenerator* enim [7] uti M. Varro in libro tertio de sermone Latino scripsit, *à fenore est nominatus.* [8] *fenus autem dictum à fetu, & quasi à fetura quadam pecuniæ parientis, atque increscentis.* iccirco & M. Catonem & ceteros ætatis ejus *feneratorem*, sine *a* litera pronunciasse tradit, sicuti *fetus* ipse & *fecunditas* appellata.

a *Abi ex insulâ ocius pessime viventium.* Exst. Ὀδυσσ. κ. Vs. 72.

b *Invidum.* c *Invidere.*

d *Ab apparendo ad id, quod melius ac benignius est.*

---

3 *Alucinari factum scripsit ex eo quod dicitur* ἀλύειν] Si huc contuleris, quæ Jos. Scaliger primo edidit ad Tibullum pag. 152 & ad Festum Pompejum p. 58, Jos. Mercerus ad Nonium Marcellum pag. 123, Jo. Pricæus ad Apologiam Appuleji pag. 140, Salmasius in Plinianis Exercitat. pag. 1279 & quæ jam tractata sunt supra ad IV, 19, nihil videbis in utraque nota Oiselii, quod ipsius sit, ut nulla pars digna fuerit huc reponi.

4 Βασκαίνειν] Βασκαίνω vero dicitur, quasi φάσκαινω, hoc est, *oculis* vel *adspectu occido*, ut scribit Auctor Etymologici Magni, item Theocriti Scholiastes. Oculis autem *fascinandi* vim inesse veteres credidisse, constat ex Virgilio Eclog. 3.

His certe neque amor caussa est, vix ossibus hærent.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Ois. Quod mireris, in Mss. legitur jocose *fascinare esse quasi bascinare.*

5 *Conducenter*] Editio Aldina, *Condecenter*. haud male. *Ois.* Sic credo judicarunt illi omnes, qui sustinuerunt contra libros Mss. ita edere, quo in numero sunt omnes Gryphianæ. Sed jam olim recte Brixia dedit *conducenter*, ut habet Reg. Lugdun. uterq. Mem. Petav. *Gronov.*

6 *Hypsicratem*] Citatur hic etiam à Varrone lib. 4. de L. L. item à Festo in voce *aurum*, ubi male vulgo *Hippocrates* editum: legendum enim, ut monuit J. Scaliger, *Hypsicrates*, qui de Romanis vocibus scripsit, quæ à veteri linguâ Græcâ derivantur. Alius ab hoc videtur Hypsicrates Amisenus historicus, cujus mentio apud Lucianum in Macrobiis. *Ois.* Interim nomen id codex Regius concipit *Hypsicreantem.*

7 *Uti*] Cod. Torn. & v. edd. *sicuti. Ois.* Dubito. Ab Brixia enim & Aldo ad Stephanum continenter video *sicut*: & quum Lugdun. min. habeat *uti* (quod sane adhibuit & Vossius in Etymologico, ut patet, ex editione Stephani) tum Reg. & Lugd. maj. etiam Petav. habent *sicuti*; quorum Regius paulo ante habebat quoque *nihil potest.* Etiam dubito, an editiones multæ habeant recte *nescio qui alius*; nam & Aldus & codex Reg. legunt *nescio quis alius.* Mox auget Regius *fenus autem dictum ait à fetu.* Gronov.

8 *Fenus autem dictum à fetu*] Varietates judiciorum de hac etymi ratione & hinc inventa alia collegit Vossius in Etymologico, unde nulla causa fuit, ut describeret Oiselius, & inter notas Gellianas venditaret. Si placet, potes adhibere caput primum mantissæ Paternæ.

CAP.

CAP. XIII.

Quid sit municipium, *& quid à* colonia *differat, & quid sint* municipes, *quæque sit ejus vocabuli ratio ac proprietas: atque inibi, quòd divus Hadrianus in senatu de jure atque vocabulo* municipum *verba fecit.*

Municipes & *municipia*, verba sunt dictu facilia & usu obvia; & neutiquam reperias, qui hæc dicit, quin scire se planè putet quid dicat: sed profecto [1] aliud est, aliud dicitur: quotus enim ferè nostrûm est, qui, quum [2] ex coloniâ ex populo Romano sit, non & se *municipem* esse, & populares suos *municipes* [3] esse dicat? quod est à ratione & à veritate longè aversum. sic adeò & *municipia* quid, & quo jure sint, quantumque à *colonia* differant, ignoramus: existimamusque meliore conditione esse *colonias*, quàm *municipia*. de cujus opinionis tam promiscæ erroribus [4] D. Hadrianus, in oratione quam [5] de Italicensibus, [6] unde ipse ortus fuit, in senatu habuit, peritissimè disseruit: mirarique se ostendit, quòd & ipsi Italicenses, & quædam item alia municipia antiqua, in quibus Uticenses nominat, quum suis moribus legibusque uti possent, in jus coloniarum mutare gestiverint. Prænestinos autem refert maximo opere à Tiberio imperatore petisse orasseque, ut ex colonia in municipii statum redigerentur: idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse, quòd in eorum finibus, sub ipso opido, ex capitali morbo revaluisset. [7] *Municipes* ergo sunt cives Romani ex municipiis, le-

1 *Aliud dicitur*] Cod. Torn. & vet. ed. *atque aliter dicitur*.

2 *Ex colonia ex populo Romano*] Cod. Tornæs. & vet. ed. *Ex colonia populi Romani*. Ois. Itaque totum hoc recipitur periculo Stephani, quum nullus MStus in id consentiat, & simpliciter legant *ex colonia populi Romani*, sicut Regius & Lugd. maj. habent etiam *atque aliter dicitur*. Gronov.

3 *Esse dicat*] Cod. Tornæs. *sibi esse dicat*.

4 *D. Hadrianus in Oratione*] Citatur D. Hadrianus Orationum XII. à Charisio lib. 2. Scripsit etiam sermonum libros, quorum primum idem Charisius eodem libro laudat.

5 *De Italicensibus*] Italicenses dicti ab Italica urbe à Scipionibus in Hispania condita. Stephanus de Urbibus: Ἰταλικὴ πόλις Ἰβηρίας, τὸ ἐθνικὸν Ἰταλικήσιος. Condidit autem Scipio hanc urbem, cum rebus in Hispania compositis, de reditu in Italiam cogitans, omnes Italos vulneribus affectos in una urbe collocavit, quam de ipsorum patria Italicam appellavit, ut auctor Appianus Alexandrinus in Ibericis. *Ois.* Unde est in sanus error Vertranii ad Tacit. XI ann. 23. intelligentis socios Italici juris.

6 *Unde ipse ortus fuit*] Unde scilicet D. Hadrianus originem duxit. Non quod in Italica natus fuerit, ut male scribunt Eutropius, & Hieronymus in Chronico Eusebiano. Origo quippe Imperatoris Hadriani vetustior à Picentibus, posterior ab Hispanienſibus manat; siquidem Hadria ortos majores suos, apud Italicam, Scipionum temporibus, resedisse in libris vitæ suæ Hadrianus ipse commemoraverat, ut scribit Spartianus in ejus vita. Majores itaque Hadriani fuere Italicenses, ipse vero natus est Romæ IX. Cal. Febr. Vespasiano septies & Tito quinquies Coss.

7 *Municipes ergo sunt cives Romani ex municipiis*] Non erat causa Oiselio, ut præmisso Festi notissimo loco de ratione municipii, pergeret describere verba Car. Sigonii lib. II de Antiquo Jure Italiæ capite sexto & seqq. Ibi ista possunt consuli, teque, qui legis, mitto. *Gronov.*

8 *Mu-*

legibus ſuis & ſuo jure utentes, [8] muneris tantùm cum populo Romano honorarii participes, à quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque ulla populi Romani lege adſtricti, [9] niſi, inquam, populus eorum fundus factus eſt. primos autem municipes ſine ſuffragii jure [10] Cærites eſſe factos accepimus: conceſſumque illis, [11] ut civitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed negotiis tamen atque oneribus vacarent, [12] pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditiſque. [13] hinc tabulæ Cærites appellatæ, verſa vice, in quas cenſores referri jubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis privabant. Sed [14] *Coloniarum* alia neceſſitudo eſt: non enim veniunt extrinſecus in civitatem,

8 *Muneris tantum cum pop. Roman. honorarii participes*] Per munus honorarium hic non intelligitur magiſtratus petendi jus, ſed quidam tantum dignitatis gradus; quod nempe honoris cauſa in civitatem Romanam accepti, cives Romani dicerentur, & in legione, tanquam cives Romani, non in auxiliis, ut ſocii, militarent. hoc eſt, quod Feſtus dicit, *quod æque cives Romani erant, & in legione merebant, ſed dignitates non capiebant.*

9 *Ni, inquam, populus eorum fundus factus eſt*] Vulgo, *Cum nunquam populus eor. f. f. eſſet.* At Mſſ. *Nunquam populus eorum fundus factus eſt.* Unde nihil facilius quam legere, ut jam olim edidit Stephanus, *Ni, inquam, pop. &c.* Oiſ. Juſte quidem hæc Oiſelius; ſed Stephanum miror, qui ſcire potuit gregalem Mſſtorum turbam legere *ni inquam* vel *nunquam*, ſed in codice Regio exſtare *niſi inquam*, quod ipſum ita integris literis legitur quoque in Lugd. maj. unde ineptus forem ſi voluiſſem ultra quercu veſci non reſtituendo, quod eſt eximium. Scioppius non debet nos morari, qui ſive ex MS. ſive ex ſe appoſuit vetus *Cum nunquam.* De populo fundo utique Oiſelius non erat, qui pronuntiaret; unde in trivio velut hærens miſeriam ſuam ipſe magna nota confeſſus eſt, præſertim quum nequiret inhærere explicationi Feſti *fundum* intelligentis *auctorem:* multo minus miſerabile illud ingenium Prouſtei. Feſto alligare ſe melius potuit CL. Grævius in notulis ad Ciceronis orationem pro Balbo, quoniam prælegi audiverat à patre Diſputationem, quam is conſcripſit de hac ipſa re, & ſi ita tempus & voluntas feret, huic Gellio forſan adjungam. Erat etiam in Regio, *nullis ab his neceſſitatibus.* Gronov.

10 *Cærites*] Sic dicti à *Cære*, nobiliſſimo Etruriæ opido, olim etiam *Agylla* dicta à Pelaſgis, à quibus condita fertur, ut ait Strabo lib. 5.

11 *Ut civitatis Romanæ quidem honorem caperent, &c.*] Hoc eſt, ut beneficii loco jure civitatis populi Rom. donarentur; ſic tamen, ut ad dignitates capiendas non admitterentur. Quo nomine Romani à Strabone taxantur, quaſi ipſi Cæritanos, non ut à ſe benefactis ſuis meriri eſſent, tractaſſent, lib. 5.

12 *Pro ſacris bello Gallico ſuſceptis*] Livius lib. 5. poſt Gallos Roma pulſos, Senatuſconſultum factum ait, quo inter alia decretum: *Cum Cæritibus publice hoſpitium fieret, quod ſacra populi Romani ac ſacerdotes recepiſſent, beneficioque ejus populi non intermiſſus honos Deûm immortalium eſſet.*

13 *Hinc tabulæ Cærites appellatæ, verſa vice*] In quas ſcilicet referebantur non qui beneficii loco, ut ante Cærites; ſed qui ignominiæ cauſa moti tribu, ſuffragiis privabantur. In Cæritum tabulas autem referebantur plebei. Cenſores enim, ut ſcribit Aſconius Pedianus in Divinat. Ciceron. cives ſic notabant, *Ut qui ſenator eſſet, ejiceretur ſenatu; qui eques Romanus, equum publicum perderet; qui plebejus, in Cæritum tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ; ſed ad hoc eſſet civis tantum, ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderet.* Hinc apud Horatium lib. 1. epiſt. 6. *Cærite cera digni.* Oiſ. Ex hoc loco ſcribit Philip. Carolus ad noſtri auctoris librum IV cap. 13. In Cæritum tabulas relati ſuffragandi munere tantum privabantur, idque teſtatur pluribus ſe oſtenſurum. Quam inanis hæc fuiſſet opera! Sed videtur male uti verbo *ſuffragandi.* Gronov.

14 *Coloniarum*] Coloniæ quid, & unde ſint, declarat Servius ad illud lib. 1. Æneid.

——— *Tyrii tenuere coloni.*

Sane Veteres colonias ita definiunt. Colonia eſt cœtus eorum hominum, qui univerſi deducti ſunt in locum certum ædificio munitum, quem certo jure obtinerent. Alii: Colonia eſt, quæ Græce ἀποικία vocatur, dicta autem eſt à colendo. Eſt autem pars civium aut ſociorum miſſa, ubi Rempublicam habeant ex conſenſu ſuæ civitatis, aut publico ejus populi, unde profecta eſt, conſilio. Hæ autem coloniæ ſunt, quæ ex conſenſu publico, non ex ſeceſſione, ſunt conditæ. De

tem, nec ſuis radicibus nituntur: ſed ex civitate quaſi propagatæ ſunt: & jura inſtitutaque omnia populi Romani, non ſui arbitrii habent. quæ tamen conditio, quum ſit magis obnoxia & minus libera; potior tamen & præſtabilior exiſtimatur, propter amplitudinem majeſtatemque populi Romani, cujus iſtæ coloniæ quaſi effigies parvæ ſimulacraque eſſe quædam videntur: & ſimul quia obſcura obliterataque ſunt municipiorum jura, quibus uti jam [15] per innotitiam non queunt.

Coloniis plura qui deſideras, vide accuratiſſimè diſſerentem Marcum Velſerum l. 4. & 5. Rer. Auguſtan. Vindelicarum.

15 *Per innotitiam*] Id vero egregium & Gellianæ lucubrationis ingenio reſtitutum denique, debetur curæ paternæ. Gnarum id fuerat editoribus primis, unde laudabiliter retentum ab editione Brixiana faſtidivit Aldus & omnis illa, quæ ſequitur, cohors uſque ad annum 1651, quando exoſculari ſuſtinuit editio docti hominis. Nec tamen amplecti voluit catus ille Prouſteus, ſed ignarus margaritarum. At nihil temere hìc agitur. Jam olim ſcribebat Gifanius in obſervationibus L. L. [Innotitia conjuncta vox à *notitia* pro ignoratione apud Agellium] unde colligebat pater eum in libris ſuis ita reperiſſe. Hinc Phil. Pareus in Lexico Critico [*Ignotitia* pro ignoratio. Sed obſoletæ antiquitatis. Agellius 16, 13. *Et ſimul quia obſcura obliterataque ſunt municipiorum jura, quibus uti jam per ignotitiam non queunt.* Ita reperitur in MS. lib. Vid. *ignorantiam*] Stephani tanto turpior contumacia, quod vidit in codicibus id ſcriptum Gallicis. Non enim modo ita exſtat in Regio, ſed Memm. Chif. Petav. Lugdun. min. habet *ignotitiam*. Chirographum Scioppii probat etiam ipſi notum fuiſſe, qui etiam pro *effigies parvæ* adſcripſit *effigies paſuæ*, nec ſcio quorſum tendat. Sed neque verbum *uti* apparet in Reg. *Gronov.*

CAP. XIV.

Quòd M. Cato differre dixit properare *&* feſtinare, *& quam incommodè Verrius Flaccus* [1] *vim verbi quod eſt,* feſtinat, *interpretatus ſit.*

[2] *Feſtinare & properare* idem ſignificare, atque in eamdem rem dici videntur. ſed M. Cato id differre exiſtimat: eaque hoc modo diviſa. verba ſunt ipſius ex oratione, quam de ſuis virtutibus habuit: *Aliud eſt properare, aliud feſtinare. qui unum quid maturè tranſigit, is properat: qui* [3] *multa ſimul incipit, neque perficit, is feſtinat.* Verrius Flac-

1 *Vim verbi quod eſt feſt.*] Ediderunt olim *verbum quod eſt f.* Vocabulum *vim* ignorat Regius, quum tamen retineat genitivum *verbi*. Notabile eſt in Lugdun. maj. *verbi quod eſt feſtinate TOIMON interpret.* Apparet igitur excidiſſe aliquid Græcum, quod apparet fuiſſe Ετοιμον, ut ſcripſerunt pro Ἕτυμον. Nam negligentia Stephani damnanda eſt, qua nunc edidit in hoc loco *feſtinare & properare*, at pag. 579 in collectione capitum *properare & feſtinare*, prout eſt in Mſſ. quum tamen editiones ſequantur perverſum ordinem. *Gronov.*

2 *Feſtinare*, &c.] Nonius Marcellus, *Feſtinare & properare veteres voluerunt habere diſtantiam.* Ubi Catonis exemplum ex Gellio petitum ſubjicit, additque: *Verum utrorumque verborum ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt veritati, ut ſit ſæpe animi properare ſtudioſe ad res aliquas contendentis; feſtinare corporis neceſſitatibus obſequentis.* Virgilius lib. 4.

Et mediis properas Aquilonibus ire per altum

Idem Æneid. lib. 2.

Feſtinate viri, nam quæ tam ſera moratur
Segnities. ——

Aliter Cornel. Fronto lib. de Differ. voc. *Qui properat, apparet non eſſe feſſus. Qui feſtinat, videtur eſſe defatigatus.* Sed hæ grammaticorum argutiæ Veterum auctoritate facile refelli poſſunt, qui utroque verbo utuntur pro *accelerare*, niſi quod *feſtinare*, videatur motum & celeritatem majorem exprimere.

3 *Multa ſimul incipit*] Reg. & Lugd. maj. *multa ſibi incipit.* Gronov.

4 *Igna-*

Flaccus rationem dicere volens differentiæ hujus, *Festinat*, inquit, *à fando dicitur: quoniam isti* [4] *ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum quàm operæ habent:* sed id nimis coactum atque absurdum videtur. neque tanti momenti esse potest prima in utroque verbo litera, ut propter eam unam tam diversa verba, *festinare*, & *fari*, eadem videri debeant. commodius autem propiusque visum est, *festinare*, esse quasi fessum esse. nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is jam non properat, sed festinat.

4 *Ignaviores*] Lipsius Elect. lib. 2 cap. 3. reponit *ignaviones*. quod formatum putat, ut Optiones, Volones, Edones, Geriones, Gestiones; à veteri verbo *ignavire*, quo Accius usus est, notante Nonio.

CAP. XV.

[1] *Quid Theophrastus mirum de perdicibus scriptum reliquerit; & quid Theopompus de leporibus.*

[2] THEOPHRASTUS, philosophorum peritissimus, omnes in Paphlagonia perdices bina corda habere dicit; [3] Theopompus in Bisaltia lepores bina jecora.

1 *Quod Theoph. m. d. p. scr. reliquit*] Nescio unde aut qua fide sic conceperit hanc partem editio anni 1644, quæ & labstulit sequentem & Oiselianam, quod dedecet. Reposui quod vetus est & quantum scio, verum. *Gronov.*

2 *Theophrastus*] Scripsit Theophrastus inter alia multa, etiam septem Libros De Animalibus, ut testatur Laërtius in ejus vitâ. Unde haud dubie hausta, quæ Gellius hic ex eo de Perdicibus Paphlagoniæ tradit. Quod & facit Ælianus De Animalib. lib. 10 c. 35. Παφλαγόνων δὲ ἄρα πέρδικων διπλῆν ἐμάθομεν τὴν καρδίαν Θεόφραστός τε φησιν. *Paphlagoniæ perdicum cor geminum reperiri Theophrastus alicubi prodidit.* Et lib. 11 cap. ult. Πέρδικες οἱ Παφλαγόνες δικάρδιοί εἰσιν, ὡς περ Θεόφραστος λέγει. *Perdices, ut scribit Theophrastus, in Paphlagonia cor geminum habent.*

3 *Theopompus in Bisaltia*] Idem ex eo testatur Ælianus de Animal. lib. 5 cap. 27. Τὰς οὖν τοῖς Βισαλταῖς λαγὼς διπλᾶ τὰ ἥπατα ἔχειν Θεόπομπος λέγει. *In Bisaltia duplex jecur habere lepores Theopompus ait.* Et lib. 11 cap. ult. Θεόπομπος τὰς οὖν Βισαλτίας λαγὼς, διπλᾶ ἥπατα ἔχειν ἑκασὸν φησιν. *In Bisaltiâ Theopompus ait, singulos lepores duplex habere jecur.* Putem hoc à Theopompo scriptum fuisse in eo libro, quem *Thaumasia* inscripserat, cujus meminit D. Laërtius in Epimenide & Pherecyde. Item Servius ad Eclog. VI. Virgilii.

CAP. XVI.

Agrippas *à partus ægri & improsperi vitio appellatos; deque his deabus, quæ vocantur* Prosa *&* Postverta.

QUORUM in nascendo non caput, sed pedes primi exstiterant (qui partus difficillimus ægerrimusque habetur) [1] Agrippæ appellati vocabulo [2] ab ægritudine & pedibus confecto. Esse autem pueros in

1 *Agrippæ appellati*] Glossæ Philoxeni: *Agrippa*, Ὁ ἐπὶ ποδὸς γενόμενος. Plinius lib. 7 cap. 8. *In pedes procidere nascentem, contra naturam est. quo argumento eos appellavere Agrippas, ut ægre partos.*

2 *Ab ægritudine & pedibus confecto*] Legendum cum Salmasio ad Solinum: *ab ægritudine partus confecto.* Ridiculum enim est illud de pedibus, cum Agrippam non ab ægritudine pedum, sed ab ægro

in utero Varro dicit capite infimo nixos, ſurſum pedibus elatis; non ut hominis natura eſt, ſed ut arboris. nam pedes cruraque, arboris appellat ramos; caput, ſtirpem atque caudicem. *quando igitur*, inquit, *contra naturam forte* [3] *converſi in pedes, brachiis plerumque diductis retineri ſolent: ægriuſque tunc mulieres enituntur. hujus periculi deprecandi gratia aræ ſtatutæ ſunt Romæ duabus Carmentibus: quarum* [4] *altera* [5] *Poſtverta nominata eſt,* [6] *Proſa altera; à recti perverſique partus & poteſtate & nomine.*

partu dictum voluerint, ut modo ex Plinio vidimus. Et Gellium etiam ſic ſcripſiſſe indicat lemma capitis: *Agrippas à partus ægri & improſperi vitio appellatos.* Et ſic quoque Nonius, qui pleraque ex Gellio noſtro deſcribere ſolet: *Agrippæ, qui cum labore matris eduntur; hoc eſt, per pedes contra naturam, non per caput. Quaſi ab ægro partu.* Sed, ut bene ibidem notavit Salmaſius, ſuaviſſime ſomniarunt Veteres illi, quamquam doctiſſimi homines, qui *Agrippam* quaſi ægre partum dici putaverint, cum vocabulum ſit mere Græcum ὁ Ἀγρίππας. Sic τῷ Ἀγρίππας, ut nominis Græci meminit alicubi Vetus Theocriti Scholiaſtes. Latini itaque hoc nomen, ut alia multa, à Græcis deſumpſere; quod primum illis prænomen, poſtea vero cognomen fuit. *Oiſ.* Equidem video ita ab Salmaſio ſtatui locum mutandum, ut etiam autumet Gellium ita ſcripſiſſe: quum contra pateat ex omnibus antiquis codicibus probum & vetus eſſe id ipſum quod vulgo legimus. Nam ſane ægritudines pariendi poſſunt oriri ex pluribus aliis cauſis, & ex illis tamen nati non utique etiam dicuntur Agrippæ. Sed hic ſtatuitur ab Gellio unus ſingularis caſus, quo ægritudo partus contingit ex pravo embryonis ſitu, adeo ut pedes procedant. A quibus pedibus igitur deſcendit prima cauſa hujus ægritudinis, & idcirco etiam illi pedes in vocabulo ægritudinem partus notaturo debent locum habere & oſtendi, quod agnoſcit Gellius, dum tradit vocabulum ab ægritudine & pedibus confictum, inque eo abſit ut aliquid mutari oporteat. Scriverius etiam hìc tentavit *difficillimus acerrimuſque*, & dicit *capite juſum nixos*, prout adſcripſit in ora ſua pater: ſed ut opinor nec credidit hic nec laudavit. *Gronov.*

3 *Converſi in pedes*] Scioppius notavit delendam præpoſitionem. *Idem.*

4 *Una*] Cod. Tornæſ. & vet. edit. *altera*. Oiſ. Certe non Regius tantum codex iſtud *altera* defendit, ſed omnes ſcripti libri, quos vidi; atque etiam ex editis nemo mutavit, niſi unus Stephanus, cujus cauſas ignoro, & ideo vane putans illum obſtrepere tot tantiſque fidei pignoribus repoſui verum. Cæterum Reg. habet *quarum altera Poſtverta cognominata*. Pro hoc autem nomine Scioppius poſuit *Poſueſta*, ac voce *proſa* appoſuit Porrima Ovid. 1 Faſt. Macrob. *Gronov.*

5 *Poſtverta*] In Lapide Veteri reperto apud Lingones ſub capite Mercurii & mulieris:

DEO. MERCURIO. ET. POS
TUERTE. C. ANTIUS. TITI
FILIUS. EX. VOTO.

Exſtat in Corp. Inſcript. apud Gruterum pag. 50. n. 9. Alio tamen ſenſu atque Varro, ſcribit Ovidius in Faſtis lib. 1.

Porrima placantur, Poſtvertaque, ſive ſorores,
Sive fugæ comites, Mænali diva, tuæ.
Altera, quod porro fuerat, ceciniſſe putatur,
Altera venturum poſtmodo quicquid erat.

Sic Macrobius lib. 1 cap. 7. ubi de Jano ait: *Qui & præterita noſſet & futuræ proſpiceret, ſicut Antevorta & Poſtvorta divinitatis ſcilicet aptiſſimæ comites apud Romanos coluntur.*

6 *Proſa*] Al. *Prorſa*. Sed eodem redit, ſive *Prorſa*, ſive *Proſa* legatur. *Oiſ.* Huc uſque ille tolerandus fuit, quoniam reliqua ab eo attexta erant accurate deſcripta ex Etymologico Voſſii, & nihil aliud. Interim de his quoque agit Steph. Pigius in ſcripto, quod appellatur Themis dea, ita ut pateſaciat cogitationes habitas de *Poſtventa*. Gronov.

CAP. XVII.

Quæ ratio vocabuli ſit agri Vaticani.

ET agrum Vaticanum, & ejuſdem agri deum præſidem, appellatum acceperamus à vaticiniis, quæ vi atque inſtinctu ejus dei, in eo

eo agro fieri solita essent. sed præter hanc causam M. Varro, in libris divinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem. *nam* [1] *sicut Ajus*, inquit, *deus appellatus, araque ei statuta est, quæ est infima Nova via, quòd in eo loco divinitus vox edita erat: ita* [2] *Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanæ initia. quoniam pueri, simul atque parti sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano syllaba est: idcircoque* vagire *dicitur exprimente verbo* [3] *sonum vocis recentis.*

1 *Sicut Ajus*] Nimirum *Locutius*. Livius lib. 5. *Expiandæ etiam vocis nocturnæ, quæ nuncia cladis ante bellum Gallicum audita neglectaque esset, mentio illata, jussumque templum in Novâ viâ Ajo Locutio fieri.* Meminit ejus rei & Cicero lib. 1. De Divinat.

2 *Vaticanus*] Augustinus de Civ. Dei lib. 4 cap. 11. *Ipse in vagitu os aperiat, & vocetur Deus Vaticanus.* Sic enim ibi cum antiquissimis libris legendum, non, ut vulgò, *Vagitanus*. Quemadmodum & dict. lib. cap. 8. *Aut Vaticano, qui infantum vagitibus præsidet.*

3 *Sonum vocis*] Regius *sono*. An voluit sonos? *Gronov.*

CAP. XVIII.

Lepida quædam memoratu & cognitu de parte geometriæ, quæ ὀπτικὴ appellatur, & item alia quæ κανονικὴ, & tertia itidem, quæ dicitur μελικὴ.

[1] PARS quædam Geometriæ [2] Ὀπτικὴ appellatur, quæ ad oculos pertinet: pars altera, quæ ad auris, [3] Κανονικὴ vocatur, qua musici, ut

1 *Pars quædam Geometriæ* Ὀπτικὴ *appellatur*] Geometriæ voce hic Gellius generatim pro Matheseos uti videtur, cum dicit Ὀπτικὴν & Κανονικὴν Geometriæ esse partes. Alioquin notum est, Arithmeticam & Geometriam proprie constituere disciplinas mere Mathematicas, sive puras: Opticam vero & Canonicam esse partes Matheseos mixtæ. Hoc autem modo consideratur Optica, ut Geometriæ ὑπάλληλος, sive *subordinata*. Sicut enim Geometria agit de lineis, angulis, superficiebus &c. in abstracto consideratis; ita Optica, quia ejus est prospectus rationem reddere, in visionis & illuminationis radiis lineas, angulos, superficies, pyramidas, conos, axes, aliaque quæ ad Geometriæ objectum pertinent, considerat, iisque utitur ad demonstranda ea, quæ circa visorios radios accidunt.

2 Ὀπτικὴ] Vulgo redditur *Perspectiva*, melius vero diceretur *Adspectiva*. Dividitur autem Optica ut plurimum in tres partes, pro triplici radiorum profusione; in *Opticam* scilicet proprie sic dictam, quæ agit de visione & illuminatione, quæ simpliciter per rectos radios fit; in *Catoptricam*, quæ tractat de radio repercusso, sive reflexo in κατόπτροις, sive speculis; ac denique in *Dioptricam*, quæ considerat visionem & illuminationem per radios refractos, propterea quod transeant per medium raritate & densitate differens, velut partim per aërem, partim per aquam, vel etiam per lentem convexam aut concavam, ut fit in Tubis Opticis.

3 Κανονικὴ *vocatur*] Latine dici possit *Regularis*. Sed Latini etiam Græcam vocem retinuere. Unde Vitruvius lib. 1 cap. 1. *Musicen autem sciat oportet, uti Canonicam rationem & Mathematicam notam habeat*. Nititur enim Musica θεωρητικὴ partim Canonicâ ratione, partim Mathematica. Postea autem Harmonice dicta, quæ prius dicebatur Canonica. Quare autem prius sic vocaretur, explicat Porphyrius in Harmonicis ex Ptolemaïde Cyrenaicâ, clarissima fœmina, ipsismet ejus verbis, ubi alia inter: Ἡ ἐν Κανονικὴ πραγμάτεια κατά τινας μᾶλλον ἐστὶ καθόλα; Κατὰ τὰς Πυθαγορικάς. ἣν γὰρ νῦν Ἁρμονικὴν λέγομεν, ἐκεῖνοι Κανονικὴν ὠνόμαζον. Ἀπό τινος Κανονικὴν αὐτὴν λέγομεν; Οὐχ, ὡς ἔνιοι νομίζουσι, ἀπὸ τοῦ κανόνος ὀργάνου παρονομασθεῖσαν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς εὐθύτητος, ὡς διὰ ταύτης τῆς πραγματείας τὸ ὀρθὸν τοῦ λόγου εὑρίσκεται. Id est, *Canonicum ergo studium secundum quos generalius est? Juxta Pythagoricos. Quam enim nunc Harmonicam vocamus, Canonicam appellamus? Non, ut aliquibus visum fuit, à canone instrumento; sed à rectitudine. Siquidem ratio id, quod est rectum, repetit utendo canonibus, sive regulis harmonicis.* Ut autem Optica Geometriæ, ita Canonica sive Musica Arithmeticæ ὑπάλληλος, sive *subordinata est*. Quod & auctor noster innuere videtur, cum addit: *Utra-*

ut fundamento artis suæ utuntur. Utraque harum spatiis & intervallis linearum, & ratione numerorum constat. Ὀπτικὴ facit [4] multa demiranda id genus, [5] ut in speculo uno imagines unius rei plures appareant: item, [6] ut speculum in loco certo positum, [7] nihil imaginet; aliorsum translatum, faciat imagines. [8] item, si rectus speculum spectes, imago fiat

que harum spatiis & intervallis linearum, & ratione numerorum constat. Prius enim ad Opticam, posterius ad Canonicam referendum.

4 *Multa demiranda*] Hæc illustrabat Oiselius alienis exemplis, quippe quum Gellius non abscedat à terris, ut docent exempla subjecta, ille tentans μετεωρολογικὴν percensebat cœlum, quatenus quotidie id perambulatur circa solem lunamque & stellas &c. De terris addebat vix quatuor aut quinque ludicra, quum Gellius ex magna turba, quam enumerare poterat, sufficere putaverit illa quæ ponit: ut sint addita in vacuum. *Gronovius.*

5 *Ut in speculo uno &c.*] Ad quod præstandum opus est speculo concavo; ejus enim ope idem objectum potest habere in speculo duas, tres, quatuorve imagines. Quod demonstratur à Vitellione lib. 8. Opticæ, Propos. 25. 26. 40. & 41. ex Alhazeno, & ex utroque auctor Perspectivæ Communis lib. 2. Propos. 46. 47. & 48. Hujusque rei Praxin exhibet Maginus lib. De Phænomen. Speculi Concavi Sphærici, c. 13. Ratio vero est, quia potest ita collocari objectum & oculus, ut à pluribus punctis speculi reflexio fiat ad oculum. *Alioquin fiunt & specula quædam*, ut ait Seneca lib. 1. Nat. quæst. cap. 5. *ex multis minutisque composita: quibus si unum ostenderis hominem, populus apparet, unaquaque parte faciem suam exprimente.* Sed de ejusmodi speculo non capiendus hic Gellius; quamvis quæcunque breviter hic de speculis tangit magis quam explicat, historice potius id faciat quam philosophice, ut & facit Apulejus in Apologia, licet aliquo modo accuratius, distinctiusque nostro; utpote qui pro diversâ speculorum formâ diversos eorum effectus recenseat, hisce verbis: *Videnturne vobis debere Philosophi hæc omnia vestigare & inquirere, & cuncta specula vel uda vel suda soli videre? Quibus præter ista quæ dixi, etiam illa ratiocinatio necessaria est, cur in planis quidem speculis ferme pares obtutus & imagines videantur; in tumidis vero & globosis omnia defectiora: at contra in cavis auctiora: ubi & cur læva cum dextris permutentur: quando se imago eodem speculo tum recondat penitus, tum foras exerat: cur cava specula, si exadversum soli retineantur, appositum fomitem accendant? qui fiat, ut arcus in nubibus, varii & duo soles æmula similitudine visantur? Alia præterea ejusmodi plurima, quæ tractat volumine ingenti Archimedes Syracusanus, vir in omni quidem Geometria multum ante alios admirabili subtilitate, sed haud sciam, an propter hæc vel maxime memorandus, quod inspexerat speculum sæpe & diligenter.* Inter Archimedis opera supereſt adhuc hodie libellus de speculis ustoriis parabolicis.

6 *Ut speculum in loco certo positum nihil imaginet*] Hoc itidem ope speculi concavi præstari potest. Omne enim objectum existens in centro speculi concavi videri nequit, quoniam radii ab eo perpendiculariter cadunt super superficiem speculi, atque ita in se ipsos redeunt, neque ad ullum aliud punctum declinant extra centrum. Cum igitur oculus sit extra centrum, non potest videre id, quod est in centro. Hinc etiam sequitur, oculum existentem in centro speculi concavi sphærici, nihil præter se ipsum videre. Similiter oculus existens in semidiametro speculi concavi sphærici, nihil eorum videt, quæ in illo semidiametro continentur. Quorum omnium demonstrationem habes apud Joannem Pisanum Perspectiv. Commun. lib. 2. Propos. 40. 41. & 42. *Ois.* Sed MS. Reg. habet *loco tcio*, Lugd. maj. *tertio.*

7 *Nihil imaginet*] Nullam reddat imaginem. Glossæ Vett. Εἰκονίζω, *Imaginor.* Hoc modo usus Apulejus Apologia; *Atque ita quod extra tangunt ac visant, id intra speculum imaginentur.* Sidonius Apollinaris lib. 2. Epistol. 2. *In hanc ergo piscinam &c. sex fistulæ prominentes leonum simulatis capitibus effundunt, quæ temere ingressis veras dentium crates, meros oculorum furores, certas cervicum jubas imaginabuntur.* Lactant. l. 5 c. 14. *Sed terram digitis suis imaginatam metuant & adorent.*

8 *Item, si rectus speculum spectes &c.*] Hoc est, si speculum jaceat in plano horizontali, tuque juxta speculum erectus stans in illud inspicias, videbis imaginem tuam capite deorsum. pedibus sursum versis. Idem continget, si speculum sit elevatum supra planum horizontale, sive supra caput tuum, in illud inspicienti imago tua eversa tibi apparebit. Idque semper fit in speculis planis & convexis; in concavis vero speculis ita collocatis aliquando eversa, aliquando erecta, seu in proprio situ imago appareat. Quibus autem casibus alterutrum contingat de-

fiat tua hujuſmodi, ut caput deorſum videatur, pedes ſurſum. reddit etiam cauſas ea diſciplina, cur iſtæ quoque viſiones fallant; [9] ut, quæ in aqua conſpiciuntur, majora ad oculos fiant; quæ procul ab oculis ſunt, minora. [10] Κανονικὴ autem longitudines & altitudines vocis emetitur. longior menſura vocis [11] ῥυθμὸς dicitur, altior [12] μέλος. [13] Eſt & alia ſpecies Κανονικῆς, quæ appellatur [14] μετρικὴ: per quam ſyllabarum longarum & brevium & mediocrium junctura, & modus congruens cum principiis Geometriæ, aurium menſurâ examinatur. *Sed hæc*, inquit M. Varro, *aut omnino non diſcimus: aut prius deſiſtimus, quàm intelligamus*,

demonſtratur ab Euclide in Catoptric. Propoſit. 2. & Vitellione lib. 8. Optic. Propoſit. 52. Iſta vero Mathematico ſtilo ſic enunciari ſolent. In cavis ſpeculis ſphæricis, Altitudines & Profunditates, aliquando apparent everſæ, aliquando vero ut re ipſa ſe habent; in planis autem & convexis ſpeculis, hujuſmodi Altitudines & Profunditates ſemper apparent everſæ. Si enim, verbi gratia, ſpeculum concavum ſphæricum jaceat in plano horizontali, ita ut concavitas ſurſum vergat, & in eodem plano erectum ſit perpendiculariter objectum quodcunque, ex. gr. baculus; dicitur hujuſmodi objectum reſpectu ſpeculi, Altitudo, ſeu Sublimitas. Si vero idem ſpeculum ſit elevatum ſupra planum horizontale, ita ut concaviras deorſum tendat, & in eodem plano erectum ſit objectum perpendiculariter, dicitur hujuſmodi objectum reſpectu ſpeculi, Profunditas.

9 *Majora ad oculos fiant*] MS. Reg. *in oculos*.

10 Κανονικὴ *autem longitudines & altitudines vocis emetitur*] Hoc modo ad Muſicam non parum conferet Geometria; cum ejus ſit quantitatem metiri. Sed & Geometriam Muſicæ inſervire, videre eſt ex toni & hemitonii leimatici ἀνατομῇ, ſive *ſectione*; in quâ multum ſudabit Arithmeticus; Geometræ vero ex doctrinâ de magnitudinum dimenſione, facile negotium ex voto ſuccedet.

11 Ῥυθμὸς] *Modus*, *Numerus*. Eſt vero Rhythmica Muſicæ pars, quæ in voce conſiderat τὴν τάχύτητα, καὶ βραδύτητα, *celeritatem & tarditatem*. Numerat enim ſyllabas, eaſque ad aurium judicium examinat non habitâ ratione quantitatis, ut facit Μετρικὴ. Agit autem Rhythmica de quinque rebus. I. De primis temporibus, ſive qvæ primo ſenſu apprehenduntur. II. De generibus rhythmicis, pedumque differentiis. III. De celeritate, aut tarditate temporum. IV. De mutatione rhythmorum V. De facultate efficiendi rhythmos, quæ ῥυθμοποιία dicitur.

12 Μέλος] *Modulatio*, *Cantus*. Per Μέλος Gellius hic indicare videtur eam Muſices partem, quæ Veteribus Harmonica dicitur, quæque in ſonis perpendit acutum & grave. Sic enim Ptolemæus: Ἁρμονικὴ δύναμις ἐστὶ καταληπτικὴ τοῦ ἐν τοῖς ψόφοις περὶ τὸ ὀξὺ καὶ βαρὺ διαφορῶν. *Harmonica eſt facultas apprehendens ſonorum differentias ratione acuminis & gravitatis*. Hæc in Muſices ſcientiâ ordine prima erat, & elementa in primis complectebatur, ejuſque ſeptem erant partes. I. De Sonis. II. De intervallis. III. De Syſtematis. IV. De Generibus. V. De Tonis. VI. De Commutationibus. VII. De ipſa cantus Compoſitione. De quibus videndi Antiquæ Muſicæ Auctores à Meibomio junctim editi.

13 *Eſt & alia ſpecies* Κανονικῆς] Sic repoſuimus ex MS. Cod. Tornæſ. & vett. edd. Malè Stephanus ediderat, quod & alii poſt eum retinuêre, *Eſt & alia ſpecies Geometriæ*. Metrica enim ſpecies eſt Canonicæ ſive Muſicæ, non Geometriæ. Nec obſtat, quod in titulo hujus capitis eſt, *& tertia itidem, quæ dicitur* μετρικὴ. Inſcriptiones enim iſtæ non tam à Gellio, quam ſciolo quodam nugatore appoſitæ ſunt. *Oiſ.* En ut facile noſter potuit delabi in ſententiam illam Stephani, qua nihil ineptius unquam protulit? eam vero, quæ non temere ab illo concepta fuit, peſſumdare? Inſcriptiones enim tanta antiquitas commendat codicum, ut liceat eas Gellianas credere, præſertim quum ipſe fateatur illas ab ipſo præfationi fuiſſe ſubjectas. Et cui ille ſciolo nugatori acceptas refert inſcriptiones deperditi libri octavi? Miror interim ab Stephano ſuppoſitum *Geometriæ* vocabulum, quod perinde ab Regio libro abeſt ac iſtud Κανονικῆς, licet vulgo editiones adſciverint, quas credo id hauſiſſe ex illis gregalibus codicibus male ſcriptis, qui exiſtunt plurimi. *Gronov.*

14 Μετρικὴ] *Dimenſio*. Hæc tertia Muſices pars Metrica dicta, quæ circa ſyllabarum quantitates verſabatur, deſpiciebatque utrum breves vel longæ eſſent. Agebat vero de quinque hiſce rebus. I. De Elementis, ſive literis. II. De Syllabis. III. De Pedibus. IV. De Metris, V. De Poëmatis.

15 *In*

mus, cur discenda sint. voluptas autem, inquit, *vel utilitas talium disciplinarum* [15] *in postprincipiis exsistit, quum perfectæ absolutæque sunt: in principiis verò ipsis, ineptæ & insuaves videntur.*

15 *In postprincipiis existit*] Hac voce etiam alibi usus Varro, ut in Sisenna, vel de Historia: *Quod si non horum omnium similia essent principia, ac postprincipia.* Et lib. 3. de R. R. *Quare unde velis me incipere, Axi dic. Ille, Ego vero, inquit, à postprincipiis, ut in castris, hoc est, ab his potius temporibus, quam superioribus.* Sic enim recte hunc locum legit Scaliger, ubi & Varroniana hæc ex Gellio adducit. Est autem proverbialis loquendi modus à castris desumptus, à post principiis incipere, in postprincipiis stare, in postprincipiis esse, cujus usus ex hisce Varronis verbis percipitur.

CAP. XIX.

Sumta historia ex Herodoti libro super fidicine Arione.

CELERI admodum & [1] cohibili oratione, vocumque filo tereti & candido fabulam scripsit [2] Herodotus super fidicine illo Arione. Vetus, inquit, & nobilis Ario cantator fidibus fuit. is loco & opido Methymnæus, terra atque insula omni Lesbius fuit. Eum Arionem rex Corinthi [3] Periander amicum amatumque habuit artis gratia. is inde à rege proficiscitur terras inclutas Siciliam atque Italiam visere. ubi eò venit, auresque omnium mentesque in utriusque terræ urbibus demulsit, in quæstibus istic & voluptatibus amoribusque hominum fuit. [4] Is tum posteà, grandi pecunia & re bona multa copiosus, Corinthum instituit redire. navem igitur & navitas, ut notiores amicioresque sibi, Corinthios delegit. sed eo Corinthios homine accepto, navique in altum provecta, prædæ pecuniæque cupidos cepisse consilium de necando Arione. tum illum ibi, pernicie intellecta, pecuniam cæteraque sua, ut

1 *Cohibili oratione*] Glossæ Philoxeni: *Cohibilis, Facilis*, Εὐχερὴς. Supra noster lib. 7 c. 14. *Genus dicendi subtile & cohibitum.* Appulejus Apolog. *Ordinatius & cohibilius eadem Græce & Latine adnitar conscribere.* Ois. Jam Bourdelotius istum locum ex libro VII adscripsit, cum altero lib. 5 c. 3 *Genere oneris tam impedito ac tam incohibili.* Sed erat aliud perpendendum. Nam in MS. Lugd. maj. legitur *celari*, ut videatur iste scriba voluisse accurate sequi exemplar antiquius quod habebat ante oculos, etsi nequiret intelligere, quum in eo legeretur *celarius* aut *celari*[9] prout expresse apparet in Regio. In quo etsi causa emendandi etiamnum mihi consistat, non dubitavi tamen damnare istud vulgatum *celeri* ut nugatorium, (nisi quod Prousteus potest interpretari volubilem, quum XI, 13 volubilem sententiam interpretetur numerosam, & vides quò istud procedat) & opinari Gellium dedisse aliquid derivatum ab cælando. *Gronov.*

2 *Herodotus*] Lib. 8. Quod & facit Hyginus Fab. CXCIV. & Servius ad Virgilium Eclog. 8. licet paulò aliter. Sed & quæ corruptiora apud Servium exstant, ex Gellio suppleri & corrigi possent.

3 *Periander*] Iste Cypseli filius fuit, ut constat ex Herodoto. addit vero principatum Olympiad. XXXIX. anno I. Sic enim Anonymus in Descript. Olympiad. ad istum annum. Quod & ipsum indicare vult Diog. Laërtius in ejus Vita, ubi ait eum floruisse circa Olympiadem XXXVIII. ac regnasse annis deinde LX. Ἤκμαζε δὲ περὶ τὴν τριακοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα, καὶ ἐτυράννησεν ἔτη τεσσαράκοντα. Atque ita Suidas: Περίανδρος, Κυψέλου, Κορίνθιος. τῶν ζ' σοφῶν, γεγονὼς κατὰ τὴν λή Ὀλυμπιάδα.

4 *Is tum postea*] Lugd. maj. *istinc postea.* In fragm. Thuan. vidi *iste postea*, quomodo & Lincoln. Mox Reg. Mem. Ch. *amicitioresque*, de quo tantopere satagunt in Cicerone. *Gronov.*

5 *Quod*

ut haberent, dediſſe: vitam modò ſibi ut parcerent, oraviſſe. navitas precum ejus harum commiſeritum eſſe illactenus, ut ei necem afferre per vim ſuis manibus temperarent; ſed imperaviſſe, ut jam ſtatim coram deſiliret præceps in mare. Homo, inquit, ibi territus, ſpe omni vitæ perditâ, id unum poſtea oravit; ut, prius quàm mortem oppeteret, induere permitterent ſua ſibi omnia indumenta, & fides capere, & canere carmen caſus illius ſui conſolabile. feros & immanes navitas prolubium tamen audiendi ſubit. quod oraverat, impetrat. atque ibi mox de more cinctus, amictus, ornatus, ſtanſque in ſummæ puppis foro, carmen, [5] quod Orthium dicitur, voce ſublatiſſima cantavit. Ad poſtrema cantus, cum fidibus ornatuque omni, ſicut ſtabat canebatque, jecit ſeſe procul in profundum. navitæ, haudquaquam dubitantes quin periſſet, curſum quem facere cœperant, tenuerunt. ſed novum, & mirum, & pium facinus contigit. [6] Delphinum repentè inter undas adnaviſſe, fluitantique ſeſe homini ſubdidiſſe, & dorſo ſuper fluctus edito vectaviſſe; incolumique eum corpore & ornatu Tænarum in terram Laconicam devexiſſe. tum Arionem prorſus ex eo loco Corinthum petiviſſe: talemque Periandro regi, qualis delphino vectus fuerat, inopinanti ſeſe obtuliſſe: eique rem, ſicuti acciderat, narraviſſe. regem [7] iſthæc parum credidiſſe: Arionem, quaſi falleret, cuſtodiri juſſiſſe: [8] navitas requiſitos, ablegato Arione, diſſimulanter interrogaſſe, ecquid audiſſent in iis locis, unde veniſſent, ſuper Arione? eos dixiſſe hominem, quum inde irent, in terra Italia fuiſſe: [9] eumque illic bene agitare, & ſtudiis delecta-

5 *Quod Orthium dicitur*] Carmen Orthium, ſive Orthius modus, talis erat modus, qui ad accendendos animos, exigendoſque trepidos in prælio efficax eſſet & accommodatus: videlicet intenſus, ſonorus & claſſicus. Sic Euſtachius ad Ἰλιαδ. λ'. Τοιοῦτος γὰρ παρὰ τοῖς μουσικοῖς ὄρθιος νόμος, ἤγουν τρόπος ἐκεῖνος εἰς τὸ πόλεμον ἐρεθιστικός. Τιμόθεος δὲ ἄσας τοσοῦτον ἄριος Ἀλέξανδρον ἔπληττεν, ὡς εἰς τὰ ὅπλα εὐθὺς ἐκεῖνος ἀναπηδῆσαι. Et Scholiaſtes Vetus Ariſtophanis in Acharnenſibus: Ὄρθιος νόμος καλούμενος, διὰ τὸ εἶναι εὔτονος, καὶ ἀνάτασιν ἔχειν· ὡς δὲ λαλεῖ καὶ Ὅμηρος,

Ἔνθα σᾶσ' ἄὐσε θεὰ μεγά τε δεινόν τε,
Ὄρθι' Ἀχαιοῖσιν, μέγα δὲ σθένος ἔμβαλ' ἑκάστῳ.

Suidas: Ὄρθιον νόμον καὶ προχαῖον. τὸν δύο νόμους ἀπὸ τῶν ῥυθμῶν, ὠνόμασε Τέρπανδρος. ἀνατεταμένοι δὲ ἦσαν καὶ εὔτονοι. Ubi & idem exemplum ex Homero adducit. *Oiſ.* Quamdiu & quoties hæc dicta ſunt? Principia hujus notæ veniunt ex Henr. Stephani Theſauro in hac voce. *Gronov.*

6 *Delphinum*] Delphinos muſicâ mulceri ſcribit etiam Solinus cap. 12. ubi præter Arionis & alia exempla refert.

7 *Iſthæc parum credidiſſe*] Id firmat ſane Herodotus: Περίανδρον δὲ ὑπὸ ἀπιστίης Ἀρίονα ἐν φυλακῇ ἔχειν, quum tamen Lugd. maj. exhibeat: *Regem iſtaegrarum*, ſed & Reg. *Regem iſte grarum*, quaſi oſtenderent literam p in vulgata *parum* veniſſe ex diviſione aliena literæ g, cujus major linea applicita literæ ſequenti conſtituit illam p. Quippe Gellius videtur ita narrare, quaſi certe quidem crediderit, ſed acriter ſuccenſuerit, & quum hic modus detegendi veniſſet illi in mentem, eum arripuiſſe. Iſta autem Herodoti verba explicantur in ſequentibus *quaſi falleret*. Atque ita videntur optimi Miſti monere de Gellii manu, quaſi ea fuerit *Regem iſtahæc iratum credidiſſe*. Iſtud enim iota ſcriptum charactere j peperit g. *Gronov.*

8 *Navitas requiſitos*] Reg. & Lugd. maj. *inquiſitos*. Idem.

9 *Eumque illic bene agitare*] Occaſione citationis

delectationibusque urbium florere; atque in gratia pecuniaque magnâ opulentum fortunatumque esse. tum inter hæc eorum verba Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum ejaculaverat, exstitisse: navitas stupefactos convictosque ire inficias non quisse. eam fabulam dicere Lesbios & Corinthios: atque esse fabulæ argumentum, quòd [10] simulacra duo ænea ad Tænarum viserentur, delphinus vehens, & homo insidens.

ex Ammiano Marcell. in qua occurrit *bene vivere*, quod exponit in honore aliarumque bonarum rerum abundantia vivere, aperuit Jo. Pricæus mentem suam ad Evangelium Lucæ 1, 51, qua credidit Gellium eo sensu nunc dixisse *ævum bene agitare*; at ibi pro *ævumque* minus recte *eumque* in vulgatis legi. Crediderim procedere, si aliquot annos & permagnam vitæ partem in hac Italica peregrinatione posuisse innueretur, quod nequaquam video. Itaque & Mssti coeunt in vulgatum, quod satis probabile. *Idem.*

10 *Simulacra duo ænea ad Tænarum viserentur*] Solinus Polyhist. cap. 7. *Est & Tænaron promontorium adversum Africæ, in quo fanum est Methymnæi Arionis, quem delphine eo advectum imago tostis est, ad effigiem casus & veri operis expressa ære.*

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER SEPTIMUSDECIMUS.

CAPUT I.

Quòd Gallus Asinius, & Largius Licinius sententiam Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quam dixit pro M. Cœlio: & quid adversus homines stolidissimos, pro eadem sententia, verè digneque dici possit.

VT quidam fuerunt [1] monstra hominum, qui de diis immortalibus impias falsasque opiniones prodiderunt: ita nonnulli tam prodigiosi tamque vecordes exstiterunt (in quibus sunt [2] Gallus Asinius & Largius Licinius, cujus liber etiam fertur infando titulo, [3] Ciceromastix) ut scribere ausi sint M. Ciceronem parum integrè atque impropriè atque inconsideratè loquutum.

1 *Monstra hominum, qui de diis*] An voluerunt ita studere elegantiæ, cujus exempla dantur in notis paternis ad Livium 29, 12? Nescio an conscieverit Gellius. Nam Reg. Lugd. ut. Petav. Lincoln. habent *quod de diis*, tanquam Gellius excusaret se in appellatione convitii & monstrorum. *Gronov.*

2 *Gallus Asinius*] De quo si inspexeris notam Beroaldi ad Suetonium Claud. c. 41 & Lipsii ad Tacitum lib. VI annal. c. 23, scias nihil dixisse Oiselium, quod non ex alterutro hauserit, ut sic nec Gellio profuerit, nec in commune consuluerit.

3 *Ciceromastix*] Præter Gallum Asinium, & Largium Licinium, de quibus hic Gellius, aliorum etiam multorum iniquiora judicia expertus est Cicero, eorumque absque causa justa reprehensionem effugere nequivit. Quod & testatur Ammianus Marcellinus lib. 22. *Herodianus aliique scriptores nobilium in literis studiorum, inter quos Chalcenterus emicuit, multiplicis scientiæ captu memorabilis, qui in illis sex libris, ubi nonnunquam imperfecte Tullium repre-*

quutum. atque alia quidem, quæ reprehenderunt, neque dictu, neque auditu digna sunt. [4] sed enim in hoc, in quo sibimet ipsi præter cætera esse visi sunt verborum pensitatores subtilissimi, cedò, quale id sit consideremus. M. Cicero pro M. Cœlio [5] ita scripsit: *Nam quod objectum est de pudicitia; quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est; id numquam tam acerbè feret M. Cœlius,* [6] *ut eum pœniteat non deformem esse natum.* non existimant verbo proprio esse usum, quòd ait, *pœniteat;* atque id propè ineptum etiam esse dicunt. nam *pœnitere*, inquiunt, tum dicere solemus, quum, quæ ipsi fecimus, aut quæ de nostra voluntate, nostroque consilio facta sunt, ea nobis pòst incipiunt displicere; sententiamque in iis nostram demutamus. neminem autem rectè ita loqui, [7] *pœnitere sese quòd natus sit*, aut *pœnitere quòd mortalis sit*, aut *quod ex offenso fortè vulneratoque corpore dolorem sentiat:* quando istiusmodi rerum, nec consilium sit nostrum, nec arbitrium; sed ea [8] ingratiis nostris vi ac necessitate naturæ nobis accidant. [9] sic hercle, inquiunt, non voluntarium fuit M. Cœlio, quali forma nasceretur; cujus eum dixit non pœnitere: tamquam in ea causa res esset, ut rationem caperet pœnitendi. Est hæc quidem, quam dicunt, verbi hujusce sententia; & *pœnitere*, nisi in voluntariis rebus, non probè dicitur; tametsi antiquiores verbo ipso alio quoque modo usita-

reprehendit, fillographos imitatus, scriptores maledicos, judicia doctarum aurium incusat. Oisi. Non est Oiselianum, sed bona fide Wouwerianum, ex cujus Polymathiæ pag. 138 & notulam hanc & Ammiani locum rapuit. *Gronov.*

4 *Sed enim in hoc, in quo*] Quum priores editi bene multi darent *sed etenim hi in hoc, quo*, [in Badiana est *sed enim hi in hoc quo*) Stephanus sic & secundam vocem recte imminuit, & judicavit pulchre trajici voculam tribus lineis constantem *hi* in *in*, Et certe utrumque hoc approbat Lugd. maj. quum reliqui Mssti laudent solum istud prius. Porro Regius habet *sed enim in hi in hoc quo.* Sed Lambecius notavit *sed enim nilim hoc quo.* Apparet omnino post illud *enim* aliquid vocis excidisse. Nec aliud video, quam *sed enim mihi in hoc, quo*: sive ille dativus adsit verbo sequenti *cedo*, seu sit insertus, ubi non requirebatur, & habeat gratiam pleonasmi, prout sæpe alibi, & Livius in ipsa præfatione. *Idem.*

5 *Ita scripsit*] Recte. sed Reg. & Lugd. maj. *scribit*, & *subjectum* pro *objectum.* Idem.

6 *Ut eum pœniteat non deformem esse natum*] Ad Ciceronis exemplum verbo *pœnitere* etiam de eadem re usus Apulejus Metamorph. lib. 4. *Jam faxo hujus etiam illicitæ formositatis pœniteat.* Oisi. Hausit hunc locum ex indicio ipsius Pricæi, qui ad ista Apuleji verba citat hunc Gellii locum, ut ex eo disceret lector, quam eleganter & festive adeo ista voce ibi usus sit Apuleius. *Gronov.*

7 *Pœnitere sese quod natus sit*] Quam definitionem imitatus Nazarius in Panegyrico maluit dicere: *Jam illa vix audeo de tanto principe commemorare, quod nullam matronarum cui forma emendatior fuerit, boni sui piguit.* Aliter Julius Firmicus: *Vestigia sua cum delicata quadam moderatione suspendent, & pœnitebit eos, quod viri nati sunt.* Idem.

8 *Ingratiis nostris*] Ita correxit Stephanus tam prope adhærens libris Mssti, quam potuit, quum ederetur *ingratis in corporibus nostris.* In illis tamen opinor omnibus legitur *ingratiis* vel *ingratis in nostris.* Certe quidem *nostris* est supervacuum, ubi mox τὸ *nobis* sequitur; quare ut ferri potest, ita si absit requirat nemo. Suspicor similem ingratiis vocem latere sub vocibus *in nostris.* Necessitas vero ista illustratur in Observationibus Paternis libro 2 cap. 2. *Idem.*

9 *Sic*] Cod. Tornæs & vett. edd. *sicut.* Oisi. Ita sane & omnes Mssti.

usitati sunt; & *pænitet* [10] ab eo, quod est *pænè*, & à *pænuria* dixerunt: sed id aliorsum pertinet, atque alio in loco dicetur. Nunc autem sub hac eadem significatione, [11] quæ vulgò nota est, non modò ineptum hoc non est, quod M. Cicero dixit; sed festivissimum adeò & facetissimum est. nam quum adversarii, & obtrectatores M. Cœlii, quoniam erat pulcro corpore, formam ejus & faciem in suspiciones impudicitiæ accerserent: illudens Cicero tam absurdam criminationem, quòd formam, quam natura fecerat, vitio darent; eodem ipso errore, quem illudebat, sciens usus est: & *non pænitet*, inquit, *M. Cœlium non deformem esse natum:* ut vel hac ipsa re, quod ita dicebat, opprobraret adversariis ac per facetias ostentaret, facere eos deridiculum, quod proinde Cœlio formam crimini darent, quasi arbitrium ejus fuisset, quali forma nasceretur.

10 *Ab eo quod est pæne & a pænuria*] Reg. & Lugd. min. illud *a* non agnoscunt. *Gronov.*

11 *Quæ vulgo nota est*] Reg. *nata*. Idem.

CAP. II.

Verba quædam ex Q. Claudii annalium primo cursim in legendo notata.

QUUM librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea memoriæ vegetandæ gratiâ indipisci animo ac recensere, quæ in eo libro scripta essent in utrasque existimationes, [1] laudis aut culpæ adnotamentis digna: eratque hoc sane quam utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi veniisset usus, verborum sententiarumque elegantium recordationes. velut hæc verba, [2] ex Q. Claudii primo annali, [3] quæ meminisse potui, notavi; quem librum legimus biduo proximo superiore. *Arma*, inquit, *plerique abjiciunt: atque* [4] *inermi inlatebrant sese.* Ibi

1 *Laudis, vel culpæ adnotamentis digna*] Grandem notam ab Oiselio his appositam vides, sed cujus partem utique ab ipso venire tibi imaginaberis, quia citat nunc ipse Wouwerii ejusdem Polymathiæ caput 17, & Reinesium Variar. Lection. lib. 3 cap. 7. Sed non ita est. Nihil ex sese addidit, & omnia melius ibi apud patres ipsos legi queunt; unde totam hanc injuriam expuli. His tamen oportebit adjungas Scaligerana ad Varronem pag. 212, unde meus homo bonam partem quoque levavit, quod conferenti res ipsa indicat. *Gronov.*

2 *Ex Q. Claudii*] Quadrigarii scilicet, cujus & lib. 1 cap. 7 & sæpe alibi meminit.

3 *Quæ meminisse potui, notavi*] Goldastus ex V. C. scribit legendum in Gellio esse *mihi notavi* ad Petronii caput VI, ubi is dicit etiam; *Non notavi mihi Æschylli fugam.* Sed ea vox in nullo nostrorum codicum exstitit. Et videtur vir doctus erravisse in citando hæc verba, quum debuisset ultima hujus capitis *Hæc ego quorum memoria p. l. suppetierat, mihi notavi.* Ubi annotavit etiam Scioppius, quum ita distinctionem concinnasset, adscribens [ita interpungo.] Equidem editio Brixiensis jam habet *suppetierat: mihi notavi.* Gronov.

4 *Inermi*] Pro *inermes.* Nonius Marcellus: *Inermis pro inermibus:* datque exempla, alterum ex Sallustio, alterum ex Sisenna. *Oiſ.* Addi possunt ex Tacito libro XV ann. c. 67, ubi notavi. Interim Lincoln, habuit *inermi latebrant*, & *ibi latebrant.* Gronov.

5 *Inla-*

Ibi [5]*inlatebrant*, verbum poëticum visum est, sed non absurdum, neque asperum. *Ea*, inquit, *dum fiunt, Latini, subnixo animo.* [6]*subnixo*, quasi sublimi & suprà nixo, verbum bene significans, & non fortuitum: demonstratque animi altitudinem, fiduciamque. quoniam, quibus innitimur, iis quasi erigimur, attollimurque. *Domus*, inquit, *suas quemque ire jubet, & sua omnia fruiscí.* [7]*fruiscí* rarius quidem fuit in ætate M. Tullii, ac deinceps, infrà rariſſimum: dubitatumque est ab imperitis antiquitatis, an Latinum foret: non modò autem Latinum, sed jucundius amœniusque etiam verbum est *fruiscor*, quàm *fruor:* & ut *fatiscor* à *fateor*, ita *fruiscor* factum est à *fruor.* [8]Q. Metellus Numidicus, qui castè pureque lingua usus Latina videtur, in epistola, quam exsul ad Domitios misit, ita scripsit: *Illi verò omni jure, atque honestate interdicti:* [9]*ego neque aqua neque igni careo, & summa gloria fruniscor.* [10]Novius in Atellana, [11]quæ Parcus inscripta est, hoc verbo ita utitur:

Quod

5 *Inlatebrant*] Nonius Marcellus etiam hinc notavit, ubi Gellium citat Cl. Mercerus.

6 *Subnixo*] Nonius Marcellus: *Subnixum, sublime, hoc est susum nixum. Cœlius* (Lege *Claudius* ex Gellio nostro) *Annali lib.* 1. *Et Latini subnixo animo ex victoria inerti consilium ineunt.*

7 *Fruniscí*] Nonius Marcellus: *Fruniscí pro frui.* Lucilius lib. 18. -- *Æque fruniscor ego ac tu.* subjicit postea idem exemplum ex Claudio lib. 1. quem iterum malè *Cœlium* vocat; item ex Novio. *Fruniscí* etiam dixit Plautus Rudente Act. IV. Sc. *Heus mane:*

Hinc tu, nisi malum, fruniscí nil potes.

Sic enim ibi veteres libri: pro quo male in vulgatis *fruiscí.* Usus & eo Cato, ut indicat Festus: *Fruniscor & frunitum dixit Cato, nosque cum adhuc dicimus infrunitum, certum est antiquos dixisse frunitum.*

8 *Q. Metellus Numidicus*] Vide notata supra ad lib. 6 cap. 11.

9 *Ego neque aqua neque igni careo*] Hoc est, licet mihi Romæ aqua & igni interdictum sit, neutrius tamen copia in loco, ubi dego, mihi deest. Ut enim veteri jure Quiritium civi Romano vita adimi non poterat: quod Cæsar apud Sallustium in conjuratione Catilinaria elegantissime persequitur; ita etiam eodem jure nemo invitus civitatem, aut libertatem amittebat, ut notum ex Ciceronis Oration. pro Balbo, pro Cæcina, & pro Domo suâ. Ne tamen delicta impunita relinquerentur, ratio à Romanis excogitata, qua noxii cives, salvis majorum suorum constitutionibus, civitate pellerentur. Itaque aqua & igni eis interdixerunt, ut his subsidiis, quibus vita humana continetur, destituti, in alias terras migrare, seque in aliam civitatem conferre cogerentur, in quam recepti Romanam civitatem amittebant; quia nemo duarum civitatum civis esse poterat, ut testatur Cicero pro Balbo & Cornelius Nepos in Vita Attici. Nominatim etiam in ipsa interdictione comprehendebatur, ne liceret eos, quibus aqua & igni interdictum erat, tecto excipere, & lege Juliâ De Vi publica & privata tenebatur, qui eos recepissent, celassent, tenuissent, teste Paulo Sentent. lib. 5. tit. 26. Hac itaque ratione Romani noxios suos cives, non palam, sed vi ipsa è civitate expellebant, ut scribit Pomponius *leg. fin. D. de legationib.* Permansit autem Romæ aquæ & ignis interdictio, usque ad Augustum Imperatorem, qui deportationem primus in Rempublicam introduxit. Primus enim, ut scribit Dio lib. 56. constituit, μηδένα πυρὸς καὶ ὕδατος εἰργθέντα ἐν ἠπείρῳ διατρίβειν. atque hoc modo deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis successit, ut est in *l.* 2. §. 1. *D. de pœnis. l.* 3. *D. ad leg. Jul. pecul. l. pen. D. de Var. & extraord. cogn.*

10 *Novius*] Vide quæ de eo diximus supra ad lib. 15 cap. 13.

11 *Quæ Parcus inscripta est*] Sic jam edidit Stephanus, eumque titulum approbat ad Nonium Mercerus. Ex libris nostris etiam ita profert Lugdun. min. & Petav. Alii retinent *Partus*, quod est priorum editionum, quum tamen Regius exhibeat *Parens.* Id vero inexspectatum advenit, quod quum Mercerus mox in Nonio ediderit *magno opere*, atque ita

Quod magno opere quæſiverunt, id fruniſci non queunt.
Qui non [12] *parſit, apud ſe frunitus eſt.*

Et Romani, inquit, *multis armis, & magno commeatu, prædaque ingenti* [13] *copiantur. copiari* verbum caſtrenſe eſt; nec facilè id reperias apud civilium cauſarum oratores: ex eademque figura eſt, qua *lignantur*, & *pabulantur*, & *aquantur*. *Sole*, inquit, *occaſo*. *Sole occaſo*, non inſuavi venuſtate eſt, ſi quis aurem habeat non fordidam, nec proculcatam. In duodecim autem tabulis verbum hoc ita ſcriptum eſt: [14] ANTE. [15] MERIDIEM. CAUSAM. CONSCITO. QUOM. PERORANT. AMBO. PRÆSEN-

etiam in Gellio legant codices veteres, Regius, Lugdun. min. Lincoln. ut ſine dubio idem in aliis libris debuerint vidiſſe editores nonnulli, huc uſque tamen continenter lectum fuerit *magnopere*, quod putavi non ferendum, & prætuli melius, quod lib. XVI cap. 13. adſcitum quoque videbis jam olim. *Gronov.*

12 *Parſit*] Cod. Torn. *ſparſit.*

13 *Copiantur*] Id eſt, *augentur*: Nonius Marcellus: *Copiatur, à copia honeſte poſitum, ut lignantur, & pabulantur, & aquantur.* Cœlius (Lege denuò *Claudius*) *lib.* 1. *Armis & magno commeatu, & præda ingenti copiantur. Virg. Georg. lib.* 3. *Sub mœnibus urbis aquantur.* Copiari autem verbum caſtrenſe ſic formatum à *copia*, quod pro annonâ & alimentis Veteres accipiunt. Valerius Maximus lib. 5 cap. 1. *Cenſuitque ut domus ei Romæ quam optima conduceretur, & copiæ non ſolum ipſi, ſed etiam comitibus ejus publice præberentur.* Sic Caſſiodorus Variar. lib. 5. Epiſtol. 18. de Præfecto annonæ. *Is certe debet eſſe glorioſus, qui ad copiam populi Romani probatur electus.* Unde & in Vet. Inſcriptione mentio fit Præfecturæ cujuſdam *A Copiis militaribus.*

14 ANTE. MERIDIEM. CAUSAM. CONSCITO.] Sic cum vett. libb. hanc Legis XII Tabul. particulam legimus. Et ita quoque eſt apud Auctorem ad Herennium lib. 2. ubi etiam aliquomodo plenior exſtat: hoc modo: NI. PAGUNT. IN. COMITIO. AUT. IN. FORO. ANTE. MERIDIEM. CAUSAM. CONSCITO. Alii pro *cauſam conſcito*, hic legunt *cauſam conjicito*, vel *cauſam conjiciunto*, quemadmodum & ediderat Stephanus. Verum id neutiquam hic locum habere poteſt, cum non de *cauſæ conjectione*, verum de *cauſæ cognitione* verba hæc capienda ſint. *Cauſam* itaque *conſcito*, idem eſt, ac *cauſam cognoſcito*, ſcilicet, tu Prætor, ſive judex; quam interpretationem & in ſcriptis quibuſdam Codd. ad Herennium ad marginem adjectam ſe inveniſſe teſtatur Hotomannus Antiquitat. Roman. lib. 3. Et ſic in Gloſſis Cyrilli: συγγιγνώσκω, σύνοιδα. *Conſcio.* Apud Philoxenum vero in Gloſſis eſt, *Conſciſcit*, συγγιγνώσκει. Unde & quidam in XII. Tabul. legunt *conſciſcito.* Verum rectius eſt, & genuinum XII. Tabularum verbum *conſcito*, ut optime obſervat J. Gothofredus, non *conſciſcito.* non etiam, ut Rævardus vult, *gnoſcito*; ac multo adhuc minus *conjicito*, vel *conjiciunto. Conſcire* enim *cauſam* dicebatur Prætor, cum de cauſa apud ſe acta cognoſcebat. *Conjicere* vero *cauſam* quid ſit, docet Aſconius Pedianus hiſce verbis: *Cum*, inquit, *ad jus ventum eſſet, antequam cauſa ageretur, litigatores quaſi per indicem rem exponebant: idque dicebatur* Cauſæ conjectio, *quaſi cauſæ in breve coactio.* Litigatores itaque cauſam conjiciebant, Prætor vero cauſam conſciebat. Atque adeo verba hæc *cauſam conſcito*, non ad litigatores, ſed ad Prætorem ipſum jus dicentem referenda ſunt; idque etiam manifeſtum ex iis, quæ ſequuntur: QUUM. PERORANT. AMBO. PRÆSENTES. item, STLITEM. ADDICITO. Nam omnino neceſſe eſt, alios eſſe, qui poſtulant, ſive perorant, alium vero, qui, poſtulantibus aliis, de cauſa cognoſcat, & iis addicat. Sententia itaque Legis eſt, ut Prætor ante meridiem, cum actor & reus peroraſſent, id eſt, cauſam dixiſſent, de cauſa cognoſceret. Unde conſtat eos falli, qui *Cauſæ conjectionem* ex hâc Lege XII. Tabular. originem accepiſſe exiſtimarunt; quod & faciunt Notæ ſupra ad lib. 5 c. 10. *Oiſ.* Quæ ut ſunt erudite elaborata, ſic noſſe oportet totum comparari contra libros olim ſcriptos. Nam Reg. Mem. Ch. Lugd. ut. Petav. Lincoln. habent aut *conjiciunt*, aut *coniciunt* aut *conitiunt* aut *comciunt.* Hinc Brixiana editio *conjicito*, ſed Aldus dedit *conſcito*, quod ſecutæ ſunt editiones utriuſque Gryphii & Hieronymi de Marneſ. Hinc ad Stephani editionis oram adjecit quoque Scioppius [*conicintur.* leg. *conicito.* Afran. ap. Nonium in Conjic.] Porro quum Stephani editio hic eſſet trunca, adſcripſit [*cum perorant ambo præſentes.* Adorare pro agere in leg. XII tab. SI. ADORAT. FVRTO. QVOD. NEC. MANIFESTVM. ERIT. Ita et Perorare. Eun. *Tu face vere quod tecum precibus pater orat.*] Gronov.

15 MERIDIEM] *Meridiei* mentionem in XII. Tabul.

SENTES. [16] POST. MERIDIEM. PRÆSENTI. STLITEM. ADDICITO. [17] SOL. OCCASUS. SUPREMA. TEMPESTAS. ESTO. *Nos*, inquit, [18] *in medium relinquemus.* vulgus *in medio* dicit. Nam vitium esse isthuc putant: &, si dicas in medium ponere, id esse solœcum putant. sed probabilius significantiusque sic dici videbitur, si quis ea verba non incuriose introspiciat. Græcè quoque θεῖναι εἰς μέσον, vitium id non est. *Postquam nunciatum est*, inquit, *ut pugnatum esset in Gallos, id civitas graviter tulit. in Gallos* mundius subtiliusque est, quàm *cum Gallis*, aut *contra Gallos.* nam pinguiora hæc, [19] absolutioraque sunt. *Simul*, inquit, *forma, factis, elo-*

Tabul. factam disertis verbis hic habemus apud Gellium, & Auctorem ad Herennium lib. 2. item Censorinum de Die Natali cap. 22. ubi inquit: *Horarum nomen non minus annos* CCC. *Romæ ignoratum esse credibile est: nam* XII. *Tabulis nusquam nominatas horas invenies, ut in aliis postea Legibus: sed* ANTE MERIDIEM: *eo videlicet, quod partes diei, bifariam tum divisi, meridies dividebat.* Quod autem Censorinus hîc de horis, id ipsum testatur Plinius de *Meridie*, scilicet in XII. Tabulis non inveniri. Ita enim scribit lib. 7 c. 60. *Duodecim Tabulis Ortus tantum & Occasus nominantur. Post aliquot annos adjectus est & Meridies, accenso Consulum id pronunciante, cum Curio inter Rostra & Græcostasin prospexisset talem solem.* (sc. Meridianum) Quæ in speciem contraria hoc modo cum J. Gothofredo concilianda existimo. Nimirum, Lucem diei in Leg. XII. Tabul. in duas quidem partes παχυμερέστερον distinctam sic fuisse, ut una *Ante meridiem:* altera *post meridiem* diceretur: *Meridiem* tamen ipsam in XII. Tabulis speciatim designatam non fuisse; quia eo tempore, cum Leges XII. Tabularum conscriberentur, nondum observatum fuisset exacte momentum illud, quod medium diem divideret.

16 POST. MERIDIEM. PRÆSENTI. STLITEM. ADDICITO.] Jubetur Prætor hac lege *Litem præsenti addicere*, hoc est, præsenti actionem dare, litigandique potestatem facere; non autem, ut aliqui volunt, absentem causæ damno propter absentiam multare, eamque præsenti adjudicare. Per solam itaque absentiam neminem causâ cadere volebant Decemviri, cum constituerent Prætorem *post meridiem præsenti litem addicere*; sed hanc absentis pœnam statuebant, quod, cum regulariter judicium, nisi actore & reo præsentibus, constitui soleret, hoc tamen casu, post meridiem nimirum, etiam ei, qui solus præsens erat, actionem Prætor daret, atque litigandi potestatem faceret.

17 SOL. OCCASUS. SUPREMA. TEMPESTAS. ESTO.] Ad hujus capitis illustrationem faciunt illa Varronis lib. 5. de L. L. *Suprema, summum diei: id à superrimo* (sc. dictum) *Hoc tempus* XII. *Tabulæ dicunt* OCCASUM. ESSE. SOLIS. *Sed postea Lex Plætoria id quoque tempus jubet esse supremum, quo Prætor in comitio* supremam *pronunciavit populo.* Et lib. 6. de L. L. *Supremum à superrimo dictum. Itaque in* XII. *Tabulis*, SOLIS. OCCASU. DIES. SUPREMA. TEMPESTAS. ESTO. *Libri Augurum pro tempore*, tempestatem *dicunt: id est supremum Augurii tempus.* Addesis Festum in *V. supremum* & Macrobium lib. 1. Saturnal. cap. 13. in fine. Sed & Censorinus de Die Natali cap. ult. inquit: *Plurimi supremam post occasum Solis esse existimant: quia in* XII. *Tabulis scriptum est sic:* SOL. OCCASUS. SUPREMA. TEMPESTAS. ESTO. *Sed postea M. Plætorius Trib. plebis SC. tulit, in quo scriptum est: Prætor Urbanus qui nunc est, quique posthac fiet, duos lictores apud se habeto, isque usque ad supremam jus inter cives dicito.* Lex itaque XII. Tabul. vult sole occidente, supremum, sive ultimum judiciorum terminum esse, judiciaque tum dissolvi; ad solem vero occasum usque Prætorem jus reddere debere. Inter Leges Atticas, unde caput hoc desumptum, ad verbum etiam hujusmodi erat: Ο ΗΛΙΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΡΩΝ ΕΣΧΑΤΗ ΩΡΑ ΕΣΤΩ. Unde Musonius apud Stobæum Serm. 1. de capitali Socratis judicio agens, inquit, Καὶ τριῶν ἡμερῶν αὐτῷ δοθεισῶν τῇ πρώτῃ ἔτιεν, καὶ ὁ προσίμενεν τὴν τρίτης ἡμέρας ΤΗΝ ΕΣΧΑΤΗΝ ΩΡΑΝ παρατηρεῖν, εἰ ἐφ' ΗΛΙΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΟΡΩΝ, ἀλλ' εὐθαρσῶς τῇ πρώτῃ. Id est, *Ac triduo ei* (Socrati) *concesso, primo bibit, & noluit tertiæ diei horam supremam exspectare, donec Sol juga montium transcenderet,* (hoc est, donec Sol occideret) *sed animose primo die bibit.*

18 *In medium relinquemus*] Huc igitur respexit auctor, scribens VI, 14 *ego in medium relinquo.* Ut Ovidius XV Metam. *In medium discenda dabat.* Mox Reg. Retav. Lugd. min. *solœcismum putant. Et probabilius.* Gronov.

19 *Absolutioraque sunt*] Cod. Torn. & vett. edd. *Obsoletioraque sunt.* Ois. Sic & Reg. aliique, & apnotavit Scioppius. Sed Lugd. min. *obsolutiora.*

20 *Pra-*

eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter [20] *præcellebat:* [21] *ut facilè intelligeretur magnum viaticum ex se, atque in se ad rempublicam evertendam habere.* [22] *magnum viaticum* pro magna facultate, & paratu magno, novè positum est: videturque Græcos sequutus, qui ἐφόδιον, à sumtu viæ ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt: ac sæpe [23] ἐφοδιάζον pro eo dicunt, quod est, *institue* & *instrue*. *Nam M.* inquit, [24] *Manlius, quem Capitolium servasse à Gallis supra ostendi, cujusque operam cum M. Furio dictatore apud Gallos cumprimè fortem, atque exsuperabilem respublica sensit, is & genere, & vi, & virtute bellica nemini concedebat.* [25] *apprimè* crebrius est: *cumprimè* rarius, traductumque ex eo est, quod *cumprimis* dicebant, pro eo, quod est *in primis*. *Nihil sibi*, inquit, *divitias opus esse.* nos *divitiis* dicimus. sed vitium hoc orationis nullum est, ac ne id quidem est, quod figura dici solet. recta enim ista hæc oratio est: & veteres complusculè ita dixerunt. nec ratio dici potest, cur rectius sit *divitiis opus esse*, quàm *divitias:* [26] nisi si qui grammaticorum nova instituta, ut πεμφύων ἱερὰ [a], observant. *Nam hæc*, inquit, *maximè versatur deorum iniquitas, quòd deteriores sunt incolumiores: neque optimum quemquam inter nos sinunt diurnare.* inusitatè dixit *diurnare*, pro, *diu vivere*. sed ex ea [27] figuratione est, qua dicimus [28] *perennare*. *Cum his*, inquit, *consermonabatur. sermonari* rusticius videtur, sed

a *Templorum sacra.*

20 *Præcellebat*] Reg. *præcolebant*. Lugd. maj. *præcollebat*. Gronov.

21 *Ut facile intelligeretur magnum viaticum ex se atque in se ad rempublicam evertendam habere*] Ita primus L. Carrio lib. 2. Antiq. Lect. cap. 15. ex libro Buslidiano restituit. cum in vulgatis post *magnum viaticum*, illa, *ex se atque in se &c.* non haberentur. *Ois.* Ea plane sic exstant in Lugdun. maj. Adde ipsum Stephanum pag. 163.

22 *Magnum viaticum*] Viaticum pro peculio & facultatibus militis dixit etiam Suetonius in Julio: *Ingresso civile bellum centuriones cujusque legionis singulos equites è viatico suo obtulerunt.* Uti & Horatius lib. 2. Epist. 2.

— *Luculli miles collecta viatica multis*
Ærumnis &c.

23 Εφοδιασον] Quum Stephanus edidisset ἐφωδιασον, de quo tamen egit in Specimine emendationum pag. 164. Scioppius adscripsit ἐφόδισον. Quod & ab Salmasio adscriptum supposita litera P. *Gronov.*

24 *Manlius quem Capitol.*] Quum in Reg. & Lugd. maj. pronomen non appareat, declarant in Quadrigario lectum fuisse *Manlius* (*Capitolium servasse à Gallis supra ostendi cujusque op. . . . sensit*) *is*. Idem.

25 *Apprime*] Veteres *Prime* dicebant. Scioppius. *Idem.*

26 *Nisi si qui*] Est Stephani. In Mssis mediam voculam non video. *Idem.*

27 *Figuratione*] Ita Liber Buslidianus, ut testatur Carrio Antiquar. Lect. lib. 3 c. 3. vulgo, *figurâ*. Ois. Reg. etiam cum ut. Lugd. probant Carrionis restitutionem.

28 *Perennare*] Hoc verbum Plauto familiare. Columella de R. R. lib. 1 cap. ult. *Ut & obsequantur ejus imperiis & diutius perennent boves non confecti vexatione simul operum, verberumque.* Et lib. 2 cap. 9. *Ita reposita perennant diutius quam cætera.* Item lib. 22 c. 20. *Ea res si non in totum perennat, certe usque in alteram vindemiam plerumque vini saporem servat.* Sic Ovidius de Arte:

Arte perennat amor.

Tertullianus De Resurrect. *Constat non tantum ossa durare, scá & dentes incorruptos perennare.* & alibi non semel. *Ois.* Tangit hunc locum Marcilius ad Suetonium in Vespas. cap. 5.

29 *Ser-*

sed rectius; [29]*sermocinari* crebrius est, sed corruptius. *Sese*, inquit, *ne id quoque, quod tum suaderet, facturum esse. ne id quoque*, dixit, pro, *ne id quidem;* infrequens nunc in loquendo, sed in libris veterum creberrimum. *Tanta*, inquit, *sanctitudo fani est, ut* [30]*numquam quisquam violare sit ausus. sanctitas* quoque & *sanctimonia* non minus Latinè dicuntur; sed nescio quid majoris dignitatis est verbum *sanctitudo*, sicuti M. Cato in L. Veturium *duritudinem*, quàm [31]*duriciam* dicere gravius putabat: *Qui illius*, inquit, *impudentiam norat & duritudinem. Quum tantus*, inquit, *arrabo penes Samnites populi Romani esset.* [32]*arrabonem* dixit, sexcentos obsides: & id maluit, quàm pignus dicere, quoniam vis hujus vocabuli in ea sententia gravior acriorque est. sed nunc arrabo in sordidis verbis haberi cœptus: [33]ac multo videtur rectius *arra;* quamquam *arra* quoque veteres sæpe dixerunt. [34]*Et complures*, inquit, *in laboribus miserrimas vitas exegerunt: at hic nimiis in otiis consumptus est.* elegantia utrubique ex multitudine numeri quæsita est. *Cominius*, inquit, *quà escenderat, descendit, atque verba Gallis dedit.* verba Cominium dedisse Gallis dicit, qui nihil quicquam cuiquam dixerat: neque eum Galli, qui Capitolium obsidebant, escendentem viderant. sed *verba dedit*, haud secus posuit, quàm si tu dicas, *latuit, atque obrepsit. Convalles*, inquit, *& ar-*

29 *Sermocinari*] Utitur & Sidonius Apollinaris lib. 2. Epistol. 9. *Diversæ censentes sermocinabantur.* Et lib. 4. Epistol. 3. *Cui tamen sermocinari Latialiter cordi est.*

30 *Nunquam quisquam*] Posterius *quam* subnotavit Scioppius aut damnans aut in MS. non reperiens, quum nostri codd. id probent; sed tamen habuit Pater Excerpta ex Academiæ hujus Bibliotheca, ubi itidem aberant istæ quatuor literæ. *Gronov.*

31 *Duriciam*] Vett. codd. *duriciem.*

32 *Arrabonem*] Non sententia tantum notæ, quam adjecit Oiselius, sed ipsa verba singula descripta sunt ex G. I. Vossii Etymologico, & talia sunt, ut parum huc faciant. Nuper etiam hunc Gellii locum in Arrhabone citavit Vir Cl. Stephanus le Moine ad Polycarpum pag. 478. *Gronov.*

33 *Ac multo videtur rectius arra*] Sic recte vett. codd. Male correctores ediderant: *ac multo videtur fordidius arra.* Vox autem *arra* sæpius in Juris nostri libris occurrit. Reperitur & apud Plinium, & Jul. Capitolinum in Maximino Juniore. Quæ inter *arram* & *pignus* differentia sit, explicare conatur Isidorus Origin. lib. 5 cap. 26. *Interest in loquendi usu inter pignus & arram. Nam pignus est, quod datur propter rem creditam, quæ dum redditur, statim pignus aufertur. Arra vero est primum quod pro re bonæ fidei contractu empta ex parte datur, & postea completur. Est enim arra complenda, non auferen da: unde qui habet arram, non reddit, sicut pignus, sed desiderat plenitudinem.*

34 *Et compluriens Laberius*] Certe si quis alius locus, tum vel hic imprimis de correctorum audacia conqueritur. In antiquis editionibus pro *fordidius arra* scriptum erat *rectius arra* & vere rectius. Dein post vocem *dixerint* interpunctum erat &. incipiebat nova ἐκλογὴ ex Quadrigarii annalibus in hunc modum concepta: *Et compluries, inquit, in laboribus miserrimas vitas exegerunt: & hic motus in otiis, inquit, consumptus est.* Vide quæso quam temere & verba & sensum veteris scripturæ immutarint, quæ licet mendosa sit, nilominus tamen integritatis suæ satis luculenta vestigia retinet. Non dubito quin vera & genuina lectio sit: *Complures, inquit, in laboribus miserrimas vitas exegerunt: at hic nimiis in otiis consumtus est.* Approbant hanc lectionem, quæ ipse Gellius glossematis loco addit: *Elegantia*, inquit, *utrobique ex multitudinis numero quæsita est.* Multitudinis numerum intelligit, quem vulgo pluralem vocant, & respicit ad istæc verba *in laboribus* & *in otiis*, quæ duo elegantissime hoc loco Quadrigarius sibi invicem opposuit. *Lambecius.* Hoc exemplum tibi dari debuit, ut disceres, quemad-

& arboreta magna erant. [35] *arboreta*, ignobilius verbum est, *arbusta* celebratius. *Putabant*, inquit, *eos qui foris atque qui in arce erant, inter se commutationes & consilia facere. commutationes*, id est, collationes, communicationesque, [36] inusitatè dixit; sed non hercle inscitè, nec ineleganter. [37] Hæc ego non pauca interim super eo libro, quorum memoria post lectionem suppetierat, mihi notavi.

modum Oiselius noverit carpere & ubique sibi similis esse, quum hæc sit ejus nota. [Sic optime huic loco genuinam lectionem è vestigiis vett. codd. restituit Lambecius in Lucubrationibus Gellianis. In vett. enim edd. post vocem *dixerint* interpunctum est, quemadmodum & nos edidimus; ac postea incipit nova ἐκλογὴ ex Claudii Annalibus in hunc modum concepta, *Et compluries*, inquit, *in laboribus miserrimas vitas exegerunt; & hic motus in otiis*, inquit, *consumtus est.* Hæc cum non intelligerent Correctores, temere & verba & sensum veteris scripturæ mutarunt. Hoc enim modo legitur in Stephanicâ editione: *Quamquam arva quoque veteres sæpe dixerint, & compluriens Laberius. Miserrimas, inquit, vitas exegerunt, & hic minus in otiis, inquit, consumptus est.* Ex *laboribus*, fecerunt *Laberius*, quo nihil absurdius fingi potest. Interpungendum enim post *dixerint*, cum veteribus libris. Et verba sequentia sunt ex Quadrigarii Annalibus, quæ Gellius excerpsit. Licet enim illa aliquomodo mendosa sint in vett. codd. nihilominus integritatis suæ satis luculenta vestigia indicant. Nec dubitandum, quin veram & genuinam lectionem Lambecius eruerit; quam idcirco & in contextum Gellianum recipiendam judicavimus. Quippe quæ approberur ab iis, quæ ipse Gellius Glossematis loco addit. *Eligantia*, inquit, *utrubique ex multitudinis numero quæsita est.* Multitudinis numerum dicit, quem vulgo pluralem vocant, & respicit ad ista verba, *in laboribus*, & *in otiis;* quæ duo elegantissime hoc loco à Quadrigario sibi invicem opposita sunt.] Habes vim Oiselii, transfundentis Lambeciana, sed ad rem & sapientiam nihil. Quid mirum igitur, si & Prousteus didicit oberrare chorda Lambecii, qui corruptum hunc locum restituerit? At cur Lambecius adeo vilipendit MStum Regium, lucum istius Gellianæ lucubrationis, & per paginas decantatum singulas? Cur Oiselius obscurat Tornæsianum? Sane & Scioppius ad Stephanicam notavit *compluriens inquit in laboribus miserrimas vitas ex. & hic minus in.* Jam vero legit Regius & plane habet, ut edidit Stephanus, ut & Chif. Mem. Lugd. ut. & Lincoln. nisi quod Chif. transponat *compluriens inquit Laberius.* Porro quum dicit *utrobique* hinc colligere licet esse duo loca, seorsum à Claudio posita, quæ citantur, non connexa, quasi unus sit locus, in quo verba ista omnia continenter se sequantur; quod etiam videtur affirmari ex mutatione numeri, quod animadvertisse dixeris Stephanum. Neque ego tamen interventum Laberii laudare & servare volo, quod nomen extra oleas prorsus est. Sed istud Lambecianum *complures* contra omnes etiam libros est antiquos. Quapropter censeo sic ex Claudio posuisse Gellium. Et, *Compluriens*, inquit, *in tabernis miserrimas vitas exegerunt.* Et, *Hic nimiis in otiis*, inquit, *consumtus est.* Gronov.

35 *Arboreta*] In Glossario Gelliano, cujus particula à G. Barthio Adversarior. lib. 8 cap. 16. edita, *Arboretum* explicatur, *Seminarium.*

36 *Inusitate dixit*] Sic video in editione Paterna exstare, prout editum Brixiæ secutus fuit Aldus Gryphiique. At Stephanus *non usitate*, quod habet Petav. Lugdun. min. Lincoln. & aut ita exstat in codice etiam Regio aut *non inusitate*, neque enim prærupte dixerim. Etiam pro *collationes* est in Reg. *consolationes* id est, consultationes. *Gronov.*

37 *Hæc ego &c. quorum memoria post lectionem suppetierat, mihi notavi*] Sic distinguo, non ut vulgo, *Hæc ego &c. q. m. p. l. suppetierat mihi, notavi.* Elegans enim loquendi modus *notare sibi.* Quomodo non semel loquitur Petronius: *Non notavi mihi Ascylti fugam.* Et, *Notavit sibi ad lunam tonsorem.* Item: *Proxima nocte cum miles notasset sibi & lumen inter monumenta clarius fulgens.* Hic autem finis capitis secundi, ut primus, quod sciam, monuit J. Lipsius lib. 1. Antiq. Lect. cap. 10. & caput tertium sequens incipiendum à verbis *In sermonibus &c.* quæ antea in vulgatis male usque ad verbum *agitabamus*, huic capiti secundo adjecta erant.

CAP. III.

Verba M. Varronis ex libro quinto & vicesimo Humanarum, quibus contra opinionem vulgariam interpretatus est Homeri versum.

IN

IN sermonibus fortè, quos de temporibus rerum ad usus hominum repertarum agitabamus, adolescens quispiam non indoctus, [1] *sparti* quoque usum in terra Græcia diu incognitum fuisse dixit: multisque post Ilium captum tempestatibus ex terra Hispania advectum. Riserunt hoc ad illudendum ex his, qui ibi aderant, unus atque alter, malè homines literati; quod genus ἀγοραίους [a] Græci appellant: atque eum, qui id dixerat, librum legisse Homeri ajebant, cui versus hic fortè deesset:

Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται [b].

Tum ille prorsum irritatus, Non, inquit, meo libro versus, [2] sed vobis plane magister defuit, si creditis in eo versu [3] σπάρτα id significare, quod nos *spartum* dicimus. Majorem illi risum subjiciunt: neque id destiterunt, nisi liber ab eo prolatus esset M. Varronis vicesimus quintus Humanarum. in quo de isto Homeri verbo à Varrone ita scriptum est: *Ego σπάρτα apud Homerum* [4] *non plus spartum significare puto, quàm* [5] *σπάρτους, qui dicuntur in agro Thebano nati. in Græcia sparti copia modò cœpit esse ex Hispania.* [6] *neque ea ipsa facultate usi Liburni. sed hi* [7] *plerasque naves*

a *Viles, mercenarios, circumforaneos.*

b *Atque adeo navium ligna putrefacta sunt, & sparta dissoluta.* Exst. Iliad. β. ὑς. 135. Plinius lib. 24. cap. 9, & lib. 19.

---

1 *Sparti*] De *Sparto* multis agit Salmasius ad Solinum pag. 261. & seqq. qui videndus. Breviter tamen notandum, à Veteribus Græcis σπαρτὸν usurpatum de herbis omnibus ad vitilia, nexilia & textilia aptis, ut sunt *linum*, *cannabis*, *junci*, *genistæ*, aliaque id genus. Quod vel ex Dioscoride patet, ubi σπαρτίον describens ait: Σπαρτίον θάμνος ἐστὶ φέρων ῥάβδους μακρὰς, ἀφύλλους, στερεὰς, δυραύστους, αἷς τὰς ἀμπέλους δεσμεύουσι, φέρει δὲ λοβοὺς ὥσπερ φασήλους, ἐν οἷς σπερμάτια φακοειδῆ, ἄνθος μήλινον ὥσπερ λευκοΐου. Hæc genistæ descriptio est, ea enim vitibus ligandis apta est. Latini vero *spartum* vocabant solam herbam Hispanicam, ex qua funes necterent. Hujusmodi funes ex Hispanico sparto designat Horatius Epodôn libro, cum ait:

Ibericis peruste funibus latus.

Sed & Græci postquam herbæ Hispanicæ notitiam habuere, eam etiam σπαρτὸν appellavere; quia quicquid vinculorum usum haberet, & ad nexus aptum esset, σπαρτὸν vocabant.

2 *Sed vobis plane magister defuit*] Sic vulgo codices scripti & impressi. Sed Lugdun. maj. tantum habet *se nobis plane*, in quo hærendum foret, nisi Regius edidisset *ipse vobis*. Hinc vides egregium: Non inquit, *meo libro versus ipse, vobis plane magister defuit.* Quod intelligere nequiverunt, qui adversativam exprimendam, non tacite supplendam, vane opinati sunt, quod toties in Livio corruptum restituit Pater. *Gronov.*

3 Σπάρτα *id significare*] Ita edidi Græce scripta prima voce, quomodo Gellium scripsisse firmat fides codicis Regii, ubi ipsa omissa est, sed ejus loco positum G R, quo indicio significat Græcum quid illic fuisse in exemplo, quo utebatur; & eodem modo quum pari signo testetur infra scriptum fuisse *Ego G R apud Homerum*, nequivi esse contumax. *Idem.*

4 *Non plus Spartum significare puto*] Spartum scilicet Hispanicum, quod Romani solum hoc nomine vocabant.

5 Σπάρτους] De quibus erudita exstat epistola Jo. Johnsii ab Marq. Gudio edita, ubi etiam Gellii hic locus adfertur. *Gronov.*

6 *Neque ea ipsa facultate usi Liburni*] Hoc est, Neque ipsi Liburni qui olim re nautica & piratica claruêre, sparto Hispanico, sed plerumque naves suas loris suebant; cæteri vero Græci sutilium navium ῥάμματα non ex lino tantum, sed ex cannabo & stuppa, cæterisque sativis rebus, in quibus & linum, factitabant. *Salmasius.*

7 *Plerasque naves*] Retulit hoc Scaliger inter fragmenta Varronis pag. 29 & maluit edere *plerumque*, quod in scriptis quidem nullis exstat, sed Anton.

ves [8] *loris suebant: Græci magis cannabo & stuppa, cæterisque sativis rebus, à quibus σπάρτα appellabant.* Quod quum ita Varro dicat; dubito hercle, an posterior syllaba in eo verbo, quod apud Homerum est, acuenda sit; nisi quia voces hujusmodi, quum ex communi significatione in rei certæ proprietatem concedunt, diversitate accentuum separantur.

ton. Gryphius & Parisina Hieronymi de Marnef modo prætulerunt, nescio unde. *Gronov.*

8 *Loris suebant*] Prout quam plurima in navibus habuerunt ex corio antiquitus confecta, aut etiam temporibus jam seris illæ gentes, quibus non fuit causa & occasio commercii ad res magis idoneas huic usui comparandum. *Idem.*

CAP. IV.

Quid Menander poëta Philemoni poëtæ dixerit, à quo sæpe indignè in certaminibus comœdiarum superatus est: & quòd sæpissimè Euripides in tragœdia ab ignobilibus poëtis victus est.

[1] MENANDER â [2] Philemone, nequaquam pari scriptore, in certaminibus comœdiarum [3] ambitu gratiaque & factionibus sæpenumerò vincebatur. eum quum fortè habuisset obviam, Quæso, inquit, Philemo, bona venia dic mihi; quum me vincis, non erubescis? Euripidem quoque M. Varro ait, quum quinque & septuaginta tragœdias scripserit, [4] in quinque solis vicisse, quum eum sæpe vincerent [5] aliquot poëtæ

1 *Menander*] Vide quæ supra de eo notata sunt lib. 2 c. 23.

2 *Philemone*] Floruit quidem iisdem temporibus Philemon atque Menander, sed ætate tamen paulò major fuit. Patrem habuit Damonem, qui claruit sub Alexandro Magno, Olymp. CXI. uti Philemon sub Antigono rege. Suidas eum Syracusanum facit, at Strabo Pompeiopoli Ciciliæ urbe natum refert. Appulejus in Floridis mediæ comœdiæ poëtam facit, ubi etiam memoratu digna quædam de ipso refert: *Poëta fuit hic Philemon*, inquit, *mediæ comœdiæ scriptor. Fabulas cum Menandro in scena dictavit, certavitque cum eo: fortasse impar, certe æmulus. Namque eum etiam vicit sæpenumero, pudet dicere. Reperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnatos lucide explicatos, personas rebus competentes, sententias vitæ congruentes: joca non infra soccum, seria non usque ad cothurnum. Raræ apud illum corruptelæ: & uti errores, concessi amores. Nec eo minus & leno perjurus, & amator fervidus, & servulus callidus, & amica illudens, & uxor inhibens, & mater indulgens, & patruus objurgator, & sodalis opitulator, & miles præliator: sed & parasiti edaces, & parentes tenaces, & meretrices procaces. Hisce laudibus diu in arte comœdica nobilis*, &c. De eo etiam est illud Fabii Quintiliani lib. 10. Instit. Orat. cap. 1. *Habent tamen alii quoque comici, si cum venia legantur, quædam quæ possis decerpere: & præcipue Philemon, qui ut pravis sui temporis judiciis Menandro sæpe prælatus est, ita consensu omnium meruit credi secundus.* Varias conscripsit fabulas, easque inter unam, quam Ἔμπορος inscripserat, ad cujus imitationem Plautus fecit suam nomine *Mercator*. Ut ipse testatur in Prologo:

Græcè hæc vocatur Emporos Philemonis.
Eadem Latinè Mercator Marci Accii.

Grandis ætate demum obiit Philemon, & nonaginta septem, vel, ut alii, novem annos vixisse dicitur. Mire de ejus morte variant Veteres, ut videre est apud L. Gyraldum De Poëtar. Histor. Dialog. VII.

3 *Ambitu, gratiaque*] Sic apud Petronium: *Ego, inquit, poëta sum, &, ut spero, non humilis spiritus, si modo coronis aliquid credendum est, quas etiam ad imperitos deferre gratia solet.*

4 *In quinque solis vicisse*] Quod & testatur Suidas de Euripide: Δράματα δὲ αὐτοῦ κατὰ μὲν τινας δέ. κατὰ δὲ ἄλλους στῶ. σώζονται δὲ ὄζ. νίκας δὲ εἵλετο ε. τὰς μὲν τέσσαρας περιών. τὴν δὲ μίαν μετὰ τελευτὴν, ἐπιδειξαμένου τὸ δράμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου. Id est,

poëtæ ignaviſſimi. Menandrum autem alii centum octo, partim centum novem comœdias reliquiſſe ferunt. Sed [6] Apollodori ſcriptoris celebratiſſimi hos de Menandro verſus legimus, in libro qui Chronica inſcriptus eſt:

[7] Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθους πατρὸς,
Πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα
Ἐξέλιπε, πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτοῖν[a].

Ex iſtis tamen centum & quinque omnibus, ſolis eum octo viciſſe idem Apollodorus eodem in libro ſcripſit.

a *Cephiſieus genere ex Diopeithe patre,*
Quinque & centum cum ſcripſiſſet fabulas,
Fato eſt defunctus, annos natus duo & quinquaginta.

---

eſt, *Fabulæ vero ipſius, ut quidam ajunt, fuere ſeptuaginta quinque, ut alii, nonaginta duæ. Exſtant autem ſeptuaginta ſeptem. Victorias quinque eſt adeptus. Quatuor quidem ſuperſtes; unam vero poſt obitum, actore fabulæ Euripide, fratris ipſius filio.* Alii Euripidem quindecies viciſſe tradunt. Unde & Is. Caſaubonus olim hic apud Gellium legebat: *in quindecim ſolis viciſſe.* Quia Græci ſcriptores teſtantur Euripidem νίκας πεντεκαίδεκα.

5 *Aliqui*] Cod. Tornæſ. & vett. edd. *aliquot*. Oiſ. Sed & alii ſic Mſſ. ut neſciam unde petierit hanc mutationem Stephanus, quæ tolerari nequit, atque idcirco mutavi. Porro mox vidi in fragmento Thuaneo ſcriptum *Menandrum autem centum octo, partim* &c. omiſſa voce *alii*, quam tamen retinet reliqua copia librorum veterum. Et Lincoln. digerebat *in libro Chronica qui inſcribitur*. Gronov.

6 *Apollodori*] Fuit hic Apollodorus Athenienſis Aſclepiadæ filius grammaticus, Panætii Rhodii philoſophi, & Ariſtarchi grammatici diſcipulus, inventor verſuum, qui τραγιαμβων nomine vocantur, ut auctor eſt Suidas. Vixit autem ſub Ptolemæo Euergete ſecundo. Ejus Chronica etiam, non ſemel citantur à Diogene Laërtio, ut in Empedocle, Ἀπολλόδωρος δέ ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς χρονικοῖς φησίν. Item in Thalete, Ariſtotele, Zenone, & alibi. Nec non à Diodoro Siculo Bibliothec. lib. 3. Luciano in Macrobiis, Clemente Alexandrino lib. 1. Στρωμ. multiſque aliis. Hujus ſunt, qui hodie adhuc ſuperſtites, Bibliothecæ, ſive de Deorum origine libri tres; qui olim longe plures fuerint; cum librum decimum quartum citet Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 17. & decimum ſeptimum Stephanus de Urbibus in Ἄγκυρα. Plura de Apollodoro videſis apud Voſſium de Hiſtor. Græc. lib. 1 cap. 21. & Jonſium de Scriptorib. Hiſtor. Philoſ. lib. 2 cap. 15.

7 Κηφισιεὺς ὢν, ἐκ τε Διοπείθους] Græcos verſus edidimus, quemadmodum eos olim correxit Doctiſſimus I. Caſaubonus. *Oiſ.* Non quod Oiſelius ſciverit, ubi id fecerit Caſaubonus, & hinc Gellio adferat aliquod commodum antehac ignotum; ſed quod præſes editionis anni 1644 verecunde appoſuerat in extremo fine, ut aliqua commoda ratio pedum exiſteret interpoſito τε, hoc iſte audaculus rapere & ita venditare non dubitavit. Cui inèptiæ intercedendum putavi deleto rurſus illo τε, quod in nullis eſt codicibus; & perinde potuit ſine iſta vocula ſcripſiſſe auctor Κηφισιεὺς ἐὼν ἐκ Διοπ. Sed qui ſcripſit eos verſus, probabiliter videtur ſecundam ſyllabam in voce Διοπείθους produxiſſe. Reliqua licet ab Caſaubono retineas, ſed & ipſa eadem Salmaſius adſcripſit ſuo exemplari. *Gronov.*

CAP. V.

Nequaquam eſſe verum, quod minutis quibuſdam rhetoricæ artificibus videatur, M. Ciceronem in libro, quem de amicitia ſcripſit, vitioſo argumento uſum, ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου[a] poſuiſſe, totumque id conſideratius tractatum, exploratumque.

M. Cicero in dialogo, cui titulus eſt Lælius, vel de amicitia, docere volens, amicitiam non ſpe, exſpectationeque utilitatis, neque

a *Ambiguum pro confeſſo.*

precii mercedisque causa colendam; sed, quo ipsa per sese plena virtutis honestatisque sit, [1] expetendam diligendamque esse, etiamsi nihil opis, nihilque emolumenti ex eâ percipi queat: hac sententiâ, [2] atque his verbis usus est; eaque dicere facit C. Lælium sapientem virum, qui P. Africani fuerat amicissimus: *Quid enim Africanus indigens mei? [3] ne ego quidem illius. sed ego admiratione quadam virtutis ejus, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. auxit benivolentiam consuetudo. sed quamquam utilitates multæ & magnæ consequutæ sunt; non sunt tamen ab earum spe causæ diligendi profectæ. ut enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam: (neque enim beneficium feneramur, sed naturâ propensi ad liberalitatem sumus:) sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quòd omnis ejus fructus in ipso amore inest, expetendam putamus.* Hoc quum legeretur in cœtu fortè hominum doctorum, rhetoricus quidam sophista utriusque linguæ callens, haud sanè ignobilis, ex istis [4] acutulis & minutis doctoribus, [5] qui τε-

1 *Expetendam*] Ante hoc verbum Lincoln. interponit *sed*, quasi ita vellet constitutam habere Gellii sententiam: *amicitiam non spe exspectationeque utilitatis, neque pretii mercedisque causa colendam, sed quò ipsa per sese plena virtutis honestatisque sit; sed expetendam diligendamque esse, etiamsi nihil* &c. *Gronov.*

2 *Atque his verbis*] Reg. plane *versibus*, quos constat etiam non poeticos esse. Tamen illud sequens *eaque* videtur magis probare vulgatum. *Idem.*

3 *Nec ego quidem illius*] Exemplum insigne licentiæ, quam sibi tribuerunt editores posteriores. Nam sic primus edidit Stephanus, quum in prioribus legeretur *ne ego quidem*, quod sancte retinent codices scripti, nec oportuit mutare, si ratio Latinitatis habeatur, unde repositi. Adscripsit insuper Scioppius quasi inferendum: *indigens mei? Minime hercle. At nec ego.* Idem.

4 *Acutulis & minutis doct.*] Recte & ex fide sic mutavit vocem primam H. Stephanus pro eo quod vulgo exstabat *argutulis*, quum id probent omnes Mssti. Sed in tertiam tantus consensus non est. Etsi enim scripti quoque libri id exhibeant, tamen video in Badiana esse *minutulis*, quod expressit quoque Gryphius exemplari Lambeciano & in Reg. legitur pro ea *minoris*, cui in fine superscriptum est *bu*, quum Lugd. maj. plene planeque habeat *minoris*, ut fere credam aliud quid latere. Nam si plena fide alii codices propagaverunt istud *minutis*, certe non fuit causa, cur ullus scriba hinc manum averteret, per inde ut sunt concordes cap. 8 in istud *minutim*. Nunc credo vocem ex inscriptione petitam huc insutam esse, quum ignoraretur Gelliana, & suspicari licet tres lineas obscuriuscule scriptas coisse fortuito in literam primam m, & vide an non Gellius dederit *spinosis*. Idem.

5 *Qui τεχνικοὶ appellantur*] Quasi dicas, *Artificiales*. Maximus Victorinus lib. 1. de Grammat. Technicos interpretatur *artium traditores*. A mediæ ætatis scriptoribus Latinis *Artigraphi* nominantur, ut sæpius facit Albinus Flaccus Alcuinus lib. De Sept. Artib. *Technicos* Gellius vocat minutos istos doctores, qui totam Philosophiæ & Eloquentiæ Artem per præcepta, in compendium redacta, & libellos exiguos se tradere profitebantur. De quibus etiam Quintilianus lib. 2 cap. 14. *Nolo*, inquit, *se juvenes satis instructos, si quem ex his, qui breves plerumque circumferuntur, artis libellum edidicerunt, & veluti decretis Technicorum tutos putent.* Græci tamen Τεχνικῶν vocem in laude ponunt. Sic Eunapius in Juliano: Ἦσαν μὲν ἡνίκα καὶ κατὰ ταυτὸν ἕτεροί τινες παραψαύοντες τοῦ καλοῦ. καὶ πρὸς τὴν ἐκείνου δόξαν διαιρόμενοι. Ἀψίνης τε ὁ ἐκ Λακεδαίμονος, δόξαν ἔχων Τεχνικοῦ τινός. Id est, *Erant eodem tempore alii nonnulli, qui honestatis amore accensi, ad illius gloriam aspirantes animos erigebant, quos inter & Apsines Lacædemonius Technici*, (sive, ut vertit Hadrian. Junius, *professoris artium liberalium*) *nomen adeptus.* Sic in Platone οἱ περὶ τοὺς λόγους τεχνικοὶ, *dicendi artifices.* Tzetzes quoque Chiliad. II. Rhetorum Technicorum eloquentiam & in dicendo vim laudans, ait:

Δεῖξαι ῥητόρων βελτίους ἢ Τεχνικῶν τὸ ἔθνος. Oisi. Adhibe Wouwerii Polymath. caput VIII, ubi aliquid ex his occurrit; cætera aliunde rapta sunt. Artigraphos & technicos tangit Vossius lib. 3 Institut. Orat. cap. 4.

6 *Ad*

τεχνικοὶ appellantur, atque in differendo tamen non impiger, usum esse existimabat argumento M. Tullium non probo, neque apodictico, sed ejusdem quæstionis, cujus esset ea ipsa res, de qua quæreretur, verbisque id vitium Græcis appellabat, quod accepisset ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου. nam *beneficos*, inquit, & *liberales* sumsit ad confirmandum id, quod de amicitia dicebat: quum ipsum illud & soleat quæri, & debeat, quisquis liberaliter & benignè facit, qua mente, quove consilio benignus liberalisque sit? utrum, quia mutuam gratiam speret, & eum, in quem benignus sit, [6]ad parem curam sui provocet, quod facere plerique omnes videntur. an quia natura sit benivolus, benignitasque eum per sese ipsa & liberalitas delectet sine ulla recipiendæ gratiæ procuratione? quod est omnium ferme rarissimum. argumenta autem censebat aut probabilia esse debere, aut perspicua & minime controversa; idque apodixin vocari dicebat, quum ea, quæ dubia aut obscura sunt, per ea, quæ ambigua non sunt, illustrantur. atque, ut ostenderet beneficos liberalesque, ad id, quod de amicitia quæreretur, quasi argumentum exemplumve sumi non oportere. Eodem, inquit, simulacro, eademque rationis imagine, amicitia invicem pro argumento sumi potest; si quis affirmet homines beneficos liberalesque esse debere, non spe aliquâ compendii, sed amore & studio honestatis. poterit enim consimiliter ita dicere. namque, ut amicitiam non spe utilitatis amplectimur; sic benefici liberalesque non gratiæ reciperandæ studio esse debemus. poterit sanè, inquit, ita dicere: sed neque amicitia liberalitati, neque liberalitas amicitiæ præbere argumentum potest, quum [7]de utroque pariter quæratur. Hæc ille rhetoricus artifex dicere quibusdam videbatur peritè & scienter. sed [8]videlicet eum vocabula rerum vera ignoravisse. nam beneficum & liberalem Cicero appellat; ita ut philosophi appellandum esse censent, non eum qui, ut ipse ait, beneficia feneratur; sed qui benignè facit, [9]nulla tacita ratione ad utilitates suas redundante. non ergo obscuro, neque ambiguo argumento usus est, sed certo atque perspicuo. siquidem qui verè beneficus liberalisque est, qua mente benè aut liberaliter faciat, non quæritur. aliis enim longè nominibus appellandus est,

6 *Ad parem gratiam provocet*] Cod. Tornæs. & vett. edd. *ad parem curam sui provocet*. Oiſ. Fieri nequit, ut aliud quam typorum error esse credatur, quod in editionem Stephani insinuavit. Ne enim dubites, sine ulla discordia libri veteres omnes ignorant illud *gratiam*, & habent fideliter, quod non potui non reponere. *Gronov*.

7 *De utroque*] MS. Reg. *de utraque*. Idem.

8 *Videlicet*] Vett. codd. *videre licet*. Oiſ. Dubium quid agat. Certe sic egregie restituit Stephanus suffultus auxilio & fide omnium MSStorum, qui sic *videlicet* exhibent contra ineptiam & ignorantiam editorum medii temporis, quum probe sic ediderint jam Brixiæ & Aldus. *Gronov*.

9 *Nulla tacita ratione*] MS. Reg. *citata*, unde Salmasius adscripsit *incitandi* vel *incitatus*. Idem.

10 *For-*

est, si, quum talia faciat, sui potiùs quàm alterius juvandi causâ facit. processisset autem argutatori isti [10] fortassean reprehensio, si Cicero ita dixisset: *Ut enim benefice liberaliterque facimus, non ut exigamus gratiam.* videretur enim beneficè facere, etiam in non beneficum cadere posse, si id per aliquam circumstantiam fieret, non per ipsam perpetuæ benignitatis constantiam. sed quum beneficos liberalesque dixerit; neque aliusmodi isti sunt, quàm cujus esse eos suprà diximus, inlutis, quod ajunt, pedibus & verbis reprehendit doctissimi [11] hominis orationem.

10 *Fortasse an reprehensio*] Sic ediderat jam pater anno 1651, & si Deus voluisset, porro restituisset, ut ipse paulo ante obitum promittens scribebat ad v, 14. Qui cum id noluerit, & hoc ipsum nos adorare venerabiliter oporteat, ut scias potuisse id juste ab eo fieri, plane sic legitur in Regio, Mem. Chis. Petav. Lugdun. utroque, unde annotatum Bourdelotio, Salmasio, Lambecio. Sed & notum id observatumque fuit primis editoribus, utpote quum sic ediderint Brixienses. Etiam annotavit Scioppius. Sed bona fide accipe, quid ipse adscripserit suo exemplari, quanquam id non tam ex se quam ex Scriverio videatur scripsisse [v. ed. ven. 1509. fortasse an reprehensio. l. fortassean rep. lib. 11 & 1 lib. 19. Cujac. 9 Obs. 10. Sc.] Prousteus tamen hæc maluit ignorare. *Gronov.*

11 *Hominis*] Cod. Tornæs. *viri.* Ois. Etiam Regius & Lugd. maj.

CAP. VI.

Falsum esse, quod Verrius Flaccus [1] *in secundo librorum, quos de obscuris M. Catonis composuit, de* servo recepticio *scriptum reliquit.*

[2] M. Cato Voconiam legem suadens verbis hisce usus est: [3] *Principio* [4] *vobis mulier magnam dotem* [5] *attulit. tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestatem non committit. eam pecuniam viro mutuam dat. postea, ubi irata facta est, servum recepticium sectari atque flagitare virum jubet.* Quærebatur, *servus recepticius* quid esset. libri statim quæsiti, allatique sunt Verrii Flacci de obscuris Catonis. In libro secundo scriptum inventum est, [6] *recepticium servum* dici nequam & nul-

1 *In secundo librorum*] Ita invertit Stephanus, quum priores ferme habeant *in librorum secundo*, quum Mssti Reg. Petav. Lugdun. ut. *in libro secundo*, & pergit Regius *quod de obscuris*, qui etiam habet *servo recepto.* Habes hæc ipsa verba 11, 8. *Gronov.*

2 *M. Cato Voconiam legem suadens*] Orationem hanc, qua legem Voconiam suasit contra mulierum impotentiam, habuit Cato, Cæpione & Philippo Coss. cum esset quinque & sexaginta annos natus, ut ipse apud Ciceronem De Senectute prædicat. Cæterum de Lege Voconia videsis quæ supra lib. 7 cap. 13. notata sunt; sed iis omninò adde, quæ infra ad lib. 20 cap. 1. dicemus.

3 *Principio vobis mulier magnam dotem attulit*] Hæc Catonis verba Apulejus exprimere videtur Apologiâ: *Dixêre, me grandem dotem mox in principio conjunctionis nostræ mulieri amanti, &c. extorsisse.* l. Pricæus.

4 *Vobis*] Vet. cod. *nobis.* Ois. Editiones credo. Sed Mss. unanimes in eo quod repositum ab Stephano, ut istud *nobis* respici non mereatur. MS. Reg. etiam *committat.* Mox *scriptum & inventum est.*

5 *Attulit*] Id est, adfert, ut explicat Sosipater lib. 3. Grammat. *Sustuli, ejus perfecti instans sustulo est; atque dicebant antiqui, Magnam dotem ad nos attollit. Cato: Magnam dotem attulit; quod geminum est. Dotem attulit, est adfert. Dotem attulit, & dotem attollit.*

6 *Receptitium servum*] Vitiose hæc descripta sunt ab Nonio Marcello in hac voce, ut ad eum notavit Cl. Mercerus.

7 Et

& nulli precii; qui, quum venum esset datus, redhibitus ob aliquod vitium, receptusque sit. propterea, inquit, servus ejusmodi sectari maritum [7] & flagitare pecuniam jubebatur; ut eo ipso dolor major & contumelia gravior viro fieret, quòd eum servus nihili petendæ pecuniæ causa compellaret. Cum pace autem, cumque venia istorum, si qui sunt, qui Verrii Flacci auctoritate capiuntur, dictum hoc sit. *recepticius* enim *servus* in ea re, quam dicit Cato, [8] aliud omninò est, quam Verrius scripsit. atque id cuivis facile intellectu est. Res enim proculdubio sic est. Quando mulier dotem marito dabat, tum quæ ex suis bonis retinebat, neque ad virum tramittebat, [9] ea *recipere* dicebatur. [10] sicuti nunc quoque in venditionibus recipi dicuntur, quæ excipiuntur, neque veneunt. quo verbo Plautus quoque in Trinummo usus est in hoc versu:

Posticulum hoc recepit, quum ædis vendidit.

id est; quum ædis vendidit, particulam quandam, quæ post eas ædis erat, non vendidit, sed retinuit. Ipse etiam Cato mulierem demonstrare locupletem volens, *Mulier*, inquit, *& magnam dotem dat, & magnam pecuniam* [11] *recipit:* hoc est, retinet. ex ea igitur re familiari, quam sibi dote data retinuit, pecuniam viro mutuam dat. eam pecuniam quum viro

7 *Et flagitare pecuniam jubebatur*] Glossæ Philoxeni: *Flagitaverit μὴ βοῶν ἀπαιτήσῃ.* hoc est, *cum clamore exposcit.* Proprius ejus verbi usus, quando ab obæratis pecunia credita reposcitur. Sic Plautus in Pseudolo:

——— *Si non dabis,*
Clamore magno & multum flagitabere.

Idem Casina:

Ducite ex animo curam atque æs alienum,
Nec quis formidet flagitatorem suum.

Hinc etiam Lactantius De Opif. Dei cap. 3. *Magnisque clamoribus conditionem pristinam flagitant.* Ois. Vides furtum ex Pricæo ad Apuleji Apolog. p. 169.

8 *Aliud omnino est*] Sic vulgo libri, nec est difficultas. Sed MS. Reg. diversum voluisse videtur exhibens *omni veo*, quod explicaretur *omni vero.* Gronov.

9 *Ea recipere*] Et tamen obstinatissime tenent MSSti *ea reciperare*, quod etiam adscripsit Scioppius. *Idem.*

10 *Sicuti nunc quoque in venditionibus recipi dicuntur, quæ excipiuntur*] Ita genuinam lectionem ex Codice Tornæsiano restituendam curavimus. Male in vulgatis erat, *Sicuti nunc quoque in venditionibus, quæ excipiuntur.* Ois. Recte factum. Et quum debuerit Stephanus scire ea verba exstare in codice Regio, nescio cur maluerit repellere, nedum tot insecutos, à quibus ad oras video adscriptum. Exstant autem in Regio, ut dixi, & Lugdun. maj. Habebat Lincoln. *nunc quoque venditionibus quæ excipiuntur*, quasi intelligeret quædam.

11 *Recipit, hoc est, & magnam d. d. & m. p. retinet*] Verbosa est hæc explicatio, nec tam explicatio, quam molesta & tædiosa eorundem verborum repetitio. Quam nescio an aversatus Stephanus de industria omiserit decem priora vocabula, an vero typorum istud mendum sit. Certe cæca ratione imitatus fuit Prousteus. Neque enim Cato usurpavit verbum *retinet.* Et tamen indicari oportet sic legi in duobus optimis, Reg. & Lugdun. maj. Sed, ut dixi, verbum *retinet* non debet attribui Catoni; quippe qui eo usus non fuit. Unde merito adscripsit Pater: [Forte *recipit, hoc est, retinet*, deletis mediis.] Hoc quum perquam sit probabile, neque ego vanis vocibus aut locum aut chartam concedendam putem, plane sic edidi. Ipsum autem verbum hoc *recipere* illustrant notæ paternæ in Senecam Consol. ad Marciam cap. 10. *Gronov.*

viro fortè irata repetere instituit; [12] apponit flagitatorem *servum receptitium*, hoc est, proprium servum suum, quem cum pecunia reliqua receperat, neque dederat doti, sed retinuerat. non enim servo mariti imperare hoc mulierem fas erat, sed proprio suo. Plura dicere, quibus hoc nostrum tuear, supersedeo: ipsa enim sunt per sese evidentia, & quod à Verrio dicitur, & à nobis. [13] Quod utrum ergo videbitur cuique verius, eo utatur.

12 *Apponit flagitatorem*] Sic editiones, quantum scio, omnes; etiam codices reliqui ex scriptis. Sed Reg. & Lugd. maj. interponunt *et*. Scribe: *apponit ei flagitatorem*. Adhæret enim plerumque iste casus huic verbo. Et sic quoque hinc Salmasius adscripsit suo libro. Mox scias oportet in Mstis legi *proprium servum suum*, sicut habebant editiones priores, sed in novissimis nescio quid turbatur. *Gronov.*

13 *Quod utrum ergo videbitur*] Sic quod contemserunt alii, tandem jus & locum suum obtinere potuit auctore patre, qui primus ita edidit, quum legerent editiones *& quod à nobis. Utrum ergo* &c. sed contra Mstos Reg. Mem. Petav. Lugd. utrumque & Lincoln. Ubi eleganter istud *Quod* ex supervacuo ponitur, ut docuerunt & alii & Pater aliquoties ad Livium. Nisi forsan etiam scripserit Gellius, *Quod utrum ergo videbitur cunque verius*, ut supra, *Quem in locum cunque*. Idem.

CAP. VII.

Verba hæc ex Atinia lege, QUOD. SUBREPTUM. ERIT. EJUS. REI. ÆTERNA. AUCTORITAS. ESTO. *P. Nigidio & Q. Scævolæ visa esse non minus* [1] *de præterito, quàm de futuro cavisse.*

LEGIS veteris Atiniæ sunt: [2] QUOD. SUBREPTUM. ERIT. EJUS. REI. ÆTERNA. AUCTORITAS. ESTO. [3] Quis aliud putet in hisce verbis, quàm de tempore tantùm futuro legem loqui? sed Q. Scævola [4] patrem suum, & Brutum, & Manilium, viros apprimè doctos, quæsisse

1 *De præterito*] Cod. Tornæs. in vett. edd. *De præterito furto*. Ois. Est jocus editionis Henr. Stephani, qui quum pag. 453 omisisset verbum *furto*, pag. 581 in collectione summariorum bene habet additum, ut pateat nunc ab typis fuisse neglectum: unde restitui, quum sit in Mss. Sed pro vocabulo *visa* MS. Reg. habet *facta*, & miro codicum concordique nisu legitur ubique scriptum *subrutum* aut *subruptum*, ut hoc notavit & Scioppius. *Gronov.*

2 QUOD. SUBREPTUM. ERIT. &c.] Sic ante legem Atiniam in XII. Tabulis Lex concepta erat: REI. FURTIVÆ. ÆTERNA. AUCTORITAS. ESTO. Hoc est, Res furtiva nunquam potest usucapi, sed semper manet penes eum, cujus fuit tempore furti facti, nec ullius temporis quamvis longissimi possessione ei adimi, aut alteri acquiri potest. Latius autem aliquomodo se extendit Lex Atinia, quam Lex XII. Tabul. latior quippe *subrepti*, quam *furtivi* significatio; nam & res per uxorem amotas comprehendit. Præter Gellium Legis Atiniæ De Usucapione meminit & Justinianus §. *furtivæ Institut. De Usucap.* & Paulus *l.* 4. *D. eod.* ubi & refert exceptionem in Lege Atiniâ additam, quâ furti vitium elueretur, si nimirum res furtiva in potestatem ejus, cui surrepta erat, reverteretur. Hoc autem quomodo accipiendum ibidem explicat Paulus hisce verbis: *Quod autem dicit Lex Atinia, ut res furtiva non usucapiatur, nisi in potestatem ejus, cui surrepta est, revertatur, sic acceptum est, ut in domini potestatem debeat reverti.* Idem Paulus in *l. sequitur.* §. *quod autem D. eod.* scribit: *In lege Atinia in potestatem domini rem furtivam venisse videri, si ejus vindicandi potestatem habuerit, Sabinus & Cassius ajunt.*

3 *Quis aliud putet*] Mssti *alius*, quod annotavit & Scioppius. Tum Reg. mox ignorat *viros*. Gronovius.

4 *Patrem suum*] Q. Mucium Scævolam. Idem enim

ſiſſe ait, dubitaſſeque, utrumne in poſtfacta modò furta lex valeret, an etiam in antefacta? quoniam SUBREPTUM. ERIT. utrumque tempus videretur oſtendere, tam præteritum, quàm futurum. Itaque P. Nigidius civitatis Romanæ doctiſſimus, ſuper dubitatione hac eorum ſcripſit in tertio viceſimo [5] grammaticorum commentariorum: atque ipſe quoque idem putat incertam eſſe temporis demonſtrationem. ſed anguſtè perquam & obſcurè differit; ut [6] ſigna rerum ponere videas, ad ſubſidium magis memoriæ ſuæ, quàm ad legentium diſciplinam. Videbatur tamen hoc dicere; verbum *eſſe* & *erit*, quando per ſeſe ponuntur, habent atque retinent tempus ſuum. quum verò præterito [7] jugantur, vim temporis ſui amittunt, & in præteritum contendunt. quum enim dico *in campo eſt*, [8] *in comitio eſt;* tempus inſtans ſignifico. item quum dico, *in campo erit;* tempus futurum demonſtro. at quum dico, *factum eſt, ſcriptum eſt, ſubreptum eſt;* quamquam *eſt* verbum temporis ſit præſentis, confunditur tamen cum præterito, & præſens eſſe deſinit. ſic igitur, inquit, etiam iſtud, quod in lege eſt; ſi dividas, ſepareſque duo verba hæc *ſubreptum*, & *erit*, ut ſic audias *ſubreptum*, tamquam *certamen erit*, aut, *ſacrificium erit*, tum videbitur lex in poſt futurum loqui. ſi verò copulatè permixteque dictum intelligas, ut *ſubreptum erit*, non duo, ſed unum verbum ſit, idque [9] unitâ patiendi declinatione ſit: tum hoc verbo non minus præteritum tempus oſtenditur, quàm futurum.

enim nomen patri & filio fuit. Verba autem Q. Mucii, quæ Gellius innuit, referuntur haud dubie à Pomponio lib. 26. ad Q. Mucium, & habentur in *l.* 123. *D. de V. S. Verbum, Erit, interdum etiam præteritum, nec ſolum futurum tempus demonſtrat.* Quod Pomponius etiam aliquot exemplis confirmat.

5 *Grammaticorum commentariorum*] Mira corruptela codices Mſſti habent *aut cammaticorum*, aut *camaticorum* aut *commaticorum*, ut eſt etiam in editione Brixienſi, & notavit quoque Scioppius. Sed recte emendatum, quum etiam cap. 13 habeat Reg. *quos gammaticos inſcripſit*. Mox Reg. & Lugd. maj. innuebant, *videbatur tamen hoc dicere ſuum, verbum & eſſe & erit*. Gronov.

6 *Signa rerum ponere videas*] Salmaſius adſcripſit [forte *judices*] vel *judicet*: nec enim ſatis diſtinguo literam poſtremam. *Idem*.

7 *Jugantur*] Cod. Tornæſ. & vett. edd. *junguntur*. Oiſ. Plane omnes ita Mſſti, nec ſcio, unde Stephano petita ſit iſta mutatio. Mox pro verbo *contendunt* editio Anton. Gryphii & Hieronymi de Marnef in oram recepit *concedit*, quod & patri meo in mentem venit.

8 *In comitio eſt*] Reg. & Lugd. maj. *& in comitio eſt*. Gronov.

9 *Unitâ*] Vett. Edd. *unica*.

CAP. VIII.

In ſermonibus apud menſam Tauri philoſophi quæri [1] *agitarique ejuſmodi ſolita; cur oleum ſæpe & facilè, vina rarius congelaſcant, acetum haud fere umquam, & quòd aquæ fluviorum fontiumque durentur, mare gelu non duretur.*

1 *Agitarique ejuſmodi ſolita*] Sic repoſui ex editionibus ante Stephanum, quantum ſcio, omnibus & MSto Regio aliiſque, quum ipſe ediderit *hujuſmodi*. Gronov.

PHILOSOPHUS Taurus accipiebat nos Athenis cœna plerumque ad id diei, ubi jam vesperaverat. id enim est [2] tempus isthic cœnandi frequens. ejus cœnæ fundus & fundamentum omne erat [3] aula una [4] [5] lentis Ægyptiæ, & cucurbitæ inibi minutim cæsæ. Ea quodam die ubi paratis & exspectantibus nobis allata atque imposita mensæ est; puerum jubet Taurus [6] oleum in aulam indere. erat is puer genere Atticus ad annos maxime natus octo, festivissimis ætatis & [7] gentis argutiis scatens. [8] guttum Samium oretenus imprudens inanem, tamquam si inesset oleum, affert, convertitque eum; &, ut solitum est, circumegit per omnem partem aulæ manum, nullum inde ibat oleum. adspicit puer guttum atrocibus oculis stomachabundus, & concussum vehementius iterum in aulam vertit. idque quum omnes sensim atque [9] summissim rideremus, tum puer Græcè, & id quidem perquam Atticè, μὴ γελᾶτε, inquit, ἔνι τ' οὔλαιον, ἀλλ' οὐκ ἴστε οἷα φρίκη περὶ τὸν ὄρθρον γέγονε τήμερον· κεκρυστάλλωται[a]. [10] Verbero, inquit ridens Taurus, nonne is curriculo, atque oleum

a *Ne ridete, inest oleum, verum vos nescitis, qualis matutino diluculo hodie rigor fuerit; itaque congelatum est.*

2 *Tempus isthic cœnandi frequens. ejus cœnæ*] Bourdelotius sive ex Mss. sive ex sese adscripsit *cœnandi. frequens ejus.* Etiam in Salmasiano exemplari scriptum est: *cœnandi. Frequens ejus* V. C. Ego ex cod. Reg. notavi *frequentis*, idque præfero, quum pateat viros doctos hæsisse in isto nominativo. qui seu referatur ad priorem partem, sive ad posteriorem, non est satis congruus. Vult Gellius multos accubuisse ex liberalitate Tauri, sed parca; hinc cœnam vocat frequentem, ut *forum frequens, dies frequens: tempus isthic cœnandi. Frequentis ejus cœnæ.* Sed oppido quam notabile est, quod sequitur. In Regio enim libro & Lugdun. majore non legitur *fundus & fundamentum*: quibus quæ venustas adsit ita junctis, parum video; sed *fundus & firmamentum*, quam vocem ex ipso Tullio videtur legisse, qui præsertim ea delectatur, ante quem Afranius uxorem dixerat *firmamentum familiæ.* Gronov.

3 *Aula*] Festus: *Aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas: quia nullam literam geminabant. Itaque aulicoqua exta, quæ in aulis coquebantur, dicebant, id est, elixa.* Aulæ voce sæpius utitur Plautus, cætera inter in Captivis dixit *frangere aulas in caput.* Hinc etiam *Aulularia* Plauti, dicta ab aulâ Euclionis auro referta. Apud Festum etiam est: *Auxilla, olla parvula.* Jos. Scaliger ad Varronem ab *aula* etiam *aular* dictum vult, pro *ollæ operculo*, eadem ratione, qua dicitur *puteal*, pro *putei operculo.* Unde apud Varronem lib. 3. de R. R. cap. 15. legit: *In tenebris cum aular impositum est, fiunt pingues glires.*

4 *Lentis Ægyptiæ & cucurbita*] Cœnæ frugalis, tenuisque ac plane philosophicæ indicium. Utplurimum enim philosophi in victu leguminibus vescebantur, quæ inter lentes, fabæ, pisa, siliquæ, & similia. Unde Persius de philosophorum victu:

—— *Siliquis & grandi pasta polenta.* Ois. Quantum hæc distant ab verbis Scaligeri in epistola ad Richardum Thomsonem, ubi tractat locum Synesii in Opusculis ejus variis antehac non editis? *Gronov.*

5 *Lentis Ægyptiæ*] Et proprie magis Pelusiacæ. Hæc enim pars proventu isto abundanter floruit, unde tot loca eam commendantia, quorum aliqua collegit Bochartus in Phaleg. V, 3. *Gronov.*

6 *Oleum in aulam indere*] Sic vulgo, & intelligi potest. Sed dulce & speciosum est, quod adscripsit Pater: [f. *oleum in aulam videre*, & sic MS. Salmas.] Certe Salmasius in ora annotavit *videre.* In Lugdun. min. exstabat *edere*, prima litera ante E erasa, ut pateat scrupulus illorum, qui ignorabant vim istius verbi, quod usurpant pro petere, arcessere. Videtur enim omnino id Gellius scripsisse, quum plane ita in MS. Lincolniensi legerim ipse. Adde paterna ad Livium XXI, 4 fine. *Idem.*

7 *Gentis argutiis*] Ad locum Ciceronis. *minimeque resipiens patriam* de Epicuro Atheniense. sic Scioppius.

8 *Guttum Samium*] Quum de gutto nihil attulerit Oiselius aut suum aut novum, sed singula scripserit ex Vossii Etymologico, satius esse opinor istum locum indicare, quam hoc onus chartis dare.

9 *Summissim*] Cod. Reg. Lugd. min. *summussim.* Idem.

10 *Verbero, nonne is curriculo?*] Nihil habet in hic

oleum petis? sed quum puer foras emtum isset; nihil ipse ista mora offensior, Aula, inquit, oleo indiget; [11] &, ut video, intolerandùm fervit. cohibeamus manus: atque interea, quoniam puer nunc admonuit solere oleum congelascere, considerabimus, cur [12] oleum quidem sæpe & [13] facilè, sed [14] vina rarenter congelascant? atque adspicit me, & jubet quid sentiam dicere. Tum ego respondi, conjectare me, vinum iccirco [15] minus citò coalescere, quòd semina quædam caldoris in sese haberet, essetque natura ignitius; [16] ob eamque rem dictum esse ab Ho-

hac nota Oiselius, quod non furatus fuit ex Pricæo ad Apuleji Apolog. pag. 148. *Gronov.*

11 *Et, ut video, intolerandum fervit*] MS. Reg. *intoleratidum*, quod Bourdelotius explanat *intolerantidum*, Salmasius *intoleratimdum*: unde etiam hic conjiciebat, [Forte *interim dum fervit*,] copulativa & deleta, quæ non exstat in eodem codice. *Idem.*

12 *Oleum q. sæpe & facile*] Putavit igitur Taurus oleum etiam congelascere. Quo nomine à Mureto Variar. Lect. lib. 15 cap. 11. castigatur; oleum enim frigore quidem crassescere, sed nunquam congelascere: quod ibi probat tribus ex Aristotele citationibus. Oleum itaque frigore densius & crassius quidem fit, nunquam autem congelascit, sive κεκρυσάλλωται; quo verbo puer Atticus hic utitur; & super quo verbo universa disputatio hic instituta. Unde manifestum Taurum imperite παχυσμὸν olei κρυστάλλωσιν appellasse, ut ait Yvo Villiomarus, hoc est, Josephus Scaliger Animadvers. in Loc. Controvers. Rob. Titii lib. 6 cap. 7. ubi Titius Taurum à Mureto male correptum scripserat; quasi Taurus non existimarit oleum κρυσαλλοῦσθαι, verum mitigasset hoc verbum, & quod congelascere primum dixerat, id postea stare, concrescere dixisset. Hoc vero eodem redit: nam quod congelascit, id stat, consistit, & concretum est. Et quæritur hic disertim, cur oleum sæpe stet, vinum autem rarenter? Omnis autem dubitandi ratio tollitur, si vera est lectio; quam supra ex MS. Reg. adduximus: *Cur oleum quidem sæpe & facile, sed vina rarenter congelascant.*

13 *Facile stet*] In MS. R. erat: *cur oleum quidem sæpe & facile: sed vina rarenter congelascant.* Ita certe aptius cohæret hic locus, & habet majorem vim particula *quidem*, quam ut otiosam H. ST. extra editionem suam eliminavit. Attamen non fugit me, si quis veterem lectionem malit, eam sic defendi posse, ut videatur hîc verbum *stare* dictum, qua ratione superius ait, *mare Scythicum gelu stringi & consistere.* Lambecius. Habes ipsa verba Lambecii, quæ Oiselius nescio in quod suum infundibulum missa nescio quî ad suum judicium trahebat, adeo ut in fine notæ scribat se ex MS. Regio adduxisse hanc lectionem. Et sane Stephanus expulit τὸ *quidem*, sed non sine causa, quia Gryphianæ editiones illud prave transposuerant edendo *considerabimus quidem, cur oleum sæpe*, contra Brixianam editionem & Aldi. Porro visu & cognitu dignum est, quonam modo lectionem codicis Regii referat Lugdunensis major: *cur oleum quidem sepe & faciles & vina rar.* Unde vides, quali ex fonte ortum sit illud *stet*, quod quum in istis optimis libris non sit, expulit merito Lambecius, nec debuit pœnitere, unde ego certe ejeci. *Gronov.*

14 *Vina rarenter congelascant*] Bene additum *rarenter*; ergo nonnunquam vinum etiam congelascit ex sententia Tauri; quod in frigidioribus regionibus perquam frequens est. Unde & Virgilius de vinis congelatis in Scythia lib. 3. Georgic. dixit:

—— *Cæduntque securibus humida vina.*

Et Ovidius lib. 3. Trist.

Nudaque consistunt formam servantia testæ
Vina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt.

Ubi loquitur de immoderato frigore in tractibus Ponti. Sic Xenophon lib. 7. de Expedit. Cyri, de populis Thynis: ἦν δὲ χιὼν πολλὴ, καὶ ψῦχος οὕτως, ὥστε τὸ ὕδωρ, ὃ ἐφέροντο ἐπὶ δεῖπνον, ἐπήγνυτο καὶ ὁ οἶνος ὡς τοῖς ἀγγείοις. Id est, *Jacebat nix ingens & tantum frigus erat, ut etiam aqua ad cænam allata, & vinum ipsum in vasis congelasceret.* Plinius tamen lib. 14. Hist. Natur. vini naturam non gelascere, sed ad frigus stupere tantum scribit. *Ois.* Tria ista priora loca etiam adnotata sunt in exemplari Salmasii, ut ab aliis jam collecta compilaverit.

15 *Minus cito coalescere*] Immo prorsus *congelascere*, ut exstat in MS. Regio, quum alii codices habeant *convalescere*, quod vidi in Thuan. *Gronov.*

16 *Ob eamque rem dictum esse ab Homero* αἴθοπα οἶνον] Id est, *Vinum urens*, sive *calidum* ex mente Gellii. Athenæus lib. 1. Deipnosoph. ubi de virtutibus vini nigri agit, inquit: Ἐπαινῶν δὲ Ὅμηρος τὸ μέλαινα οἶνον, πολλάκις αὐτὸν καὶ αἴθοπα καλεῖ, δυνα-

Homero αἴθοπα οἶνον, non, ut alii putarent, propter colorem. Est quidem, inquit Taurus, ita ut dicis; nam fermè convenit, vinum, ubi potum est, calefacere corpora. sed non secus quoque oleum calorificum est: neque minorem vim [17] in corporibus calefactandis habet. ad hoc, [18] si ista hæc, quæ calidiora sunt, difficiliùs gelu coguntur; congruens est ut, quæ frigidiora sunt, facilè cogantur. acetum autem omnium maximè frigorificum est: [19] atque id nunquam tamen concrescit. num igitur magis causa oleo coaguli celerioris in levitate est? faciliora enim ad coëundum videntur, quæ levatiora levioraque sunt. præterea id quoque ait quæri dignum: cur fluviorum & fontium aquæ gelu durentur: [20] mare omne incongelabile sit? tametsi [21] Herodotus, inquit, historiæ scriptor, contra omnium ferme, qui hæc quæsiverunt, opinionem, scribit, mare Bosporicum, quod Cimmerium appellatur, earumque partium mare omne, quod Scythicum dicitur, gelu stringi & consistere. Dum hæc Taurus: interea puer venerat & aula deferbuerat: tempusque esse cœperat edendi & tacendi.

μικώταλος γὰρ ἐστὶ, καὶ μέγιστον ἐν ταῖς ἕξεσι τῶν πινόντων πλεῖστον χρόνον. Id est, *Vinum autem nigrum cum Homerus laudat, sæpicule id vocat* αἴθοπα, *id est, vel atrum, vel urens. Alendi enim corporis vim maximam habet, diutissimeque in eorum habitu permanet, qui biberunt.*

17 *In corporibus calefactandis*] Hoc datum est Gellio ab Stephano, quum codex Reg. haberet *calefacandis*, ut notavit etiam Lambecius. In Thuaneo vidi *calefatandis*, quum ederent *calefaciendis*, in Lugdun. autem majore legeretur *caleficandis*, ut scias voluisse scribas monstra alere. Scioppius quoque præpositionem delebat. *Gronov.*

18 *Si ista hæc, quæ cal. sunt, diff. gelu coguntur*] Quum Salmasius in codice Reg. cerneret *si ita est* (ut sane ibi legitur, ut in Lugdun. maj. *si ita hæc*) & *cogantur*, censuit scripsisse Gellium, *si ita est, ut quæ calidiora sunt, difficilius gelu cogantur.* Idem.

19 *Atque id nunquam tamen concrescit*] Acetum nunquam concrescere, sive gelu constringi, falsissimum est. Nam in locis frigidioribus versus alterutrum polum, tempore hyemis acetum non minus atque vinum congelascere, certissimum est. *Oisi.* En crimen sane ingens. Atqui Græci & Romani quum decidunt de rebus apud ipsos usitatis, non respiciunt, quid eis fiat ultra Hyperboreos, sed in ipsorum terris: ibi id erat probandum.

20 *Mare omne incongelabile sit*] Taurum philosophum à veritate rei hic aberrare, nemo nostrum est, qui nesciat. Nam ipsum Oceanum in hisce etiam oris quando durior hyems frigusque acriùs existat, circa littora gelu stringi & consistere novimus. Ex diariis etiam nauticis eorum, qui versus Polum nostrum navigationes instituêre, scimus mare propter glaciem ibi impervium ut plurimum esse. *Oisi.* Quid igitur? An Taurus non perinde ac Juvenalis supponi debet noscere glacialem Oceanum? Quin tu sepias te intra partes maris mediterranei & cogniti.

21 *Herodotus*] Locus quem innuit, exstat apud Herodotum lib 4. ubi Scythiam describens, cætera inter etiam hoc inquit. Quod Herodotus hic de mari Scythico & Bosporo Cimmerio gelu constricto scribit, omnino veritati consonum est; & nugatur Gellius, sive potius Taurus philosophus, cujus verba hic referuntur, cum dicat id ab Herodoto factum contra omnium fermè opinionem.

CAP. XI.

De notis literarum, quæ in C. Cæsaris epistolis reperiuntur, deque aliis clandestinis literis ex vetere historia petitis: & quid scytale *sit* Laconica.

LI-

LIBRI sunt epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium & [1] Balbum Cornelium, [2] qui res ejus absentis curabant. [3] in his epistolis, quibusdam in locis inveniuntur [4] literæ singulariæ sine coagmentis syllabarum; quas tu putes positas incondite. nam verba ex his literis confici nulla possunt. erat autem conventum inter eos clandestinum de commutando situ literarum; ut in scripto quidem alia aliæ locum & nomen teneret, sed in legendo locus cuique suus & potestas restitueretur: [5] quænam vero litera pro qua scriberetur, ante iis, sicuti dixi, complacebat, qui hanc scribendi latebram parabant. Est adeo [6] Probi grammatici commentarius satis curiose factus de occultâ literarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum. Lacedæmonii autem veteres, quum dissimulare & occultare literas publice ad imperatores suos missas volebant, [7] ne, si ab hostibus forent eæ captæ, consilia sua noscerentur, [8] epistolas id genus factas

1 *Balbum Cornelium*] De quo notat Juretus ad Symmachum 2, 18. *Gronov.*

2 *In his epistolis*] De toto hoc artificio occulte scribendi videndus Illustrissimus Gustavus Selemus in Cryptographiâ, & Gasparus Schottus in Scholâ Steganographicâ.

3 *Qui res ejus absentis curabant*] Eximius ille Reg. habet *rebus*, cui se adjungit Lugdun. maj. quod doctius est, quam ut potuerit ab librario venire. Sicut paulo post ab Tertulliano in Apologet. c. 46. *Curare saluti suæ* dicuntur Christiani, ubi Apuleium adducit Heraldus. Macrobius 1 Saturn. 14 *Sacerdotes, qui curabant mensibus ac diebus.* Et cap. 21 Δώρους ἡλιακὴν, *quæ fructibus curat.* Gronov.

4 *Literæ singulariæ*] Literæ singulæ: Festus: *Nota nunc significat signum, nunc literas singulas, aut binas.* Notæ itaque & literæ. Et quod dicitur in *l.* 6. §. *ult. D. de bonor. poss. Notas, literas non esse*, intelligendum de scripturâ integrâ. *Oisi.* Add. Wouwerii Polymathia cap. 6, ubi coagmenta syllabarum interpretatur, ductus aut lineas, quibus literæ connectuntur. Quod non videtur bene intellexisse: nam ductus & lineæ, quibus connectuntur literæ, possunt & scribi semper & si non sunt scriptæ, nihil vetat semper pro scriptis habere; sed licet adsint, non inde fit, ut verba confici possint aut non possint: pendent enim ab manu & consuetudine scribentis. Sed Gellius intelligit consonantes & vocales, quæ junctæ sibi efficiunt syllabas Romanarum vocum, ut inde verba usurpata conficiantur. In Cæsaris epistolis sunt literæ, quas connectere sequentibus nemo potest, & hinc singulariæ considerandæ sunt, quia præcedentibus aut sequentibus non adponuntur, ut faciant verbum. *Gronov.*

5 *Quænam vero pro*] Cod. Tornæs. & vet. edd. *quænam vero litera pro &c.* Oisi. Unus modo Petav. notatur fuisse eadem voce defectus; alioquin opinarer de typorum vitio; neque enim ullus alius eam deserit, unde interfuit reponi.

6 *Probi grammatici commentarius*] Commentarius iste omnino alius fuit à Libello Valerii Probi adhuc superstite, *De Notis Romanorum.* quo explicat Literarum Notas, quibus Romani veteres in publicis monumentis ut plurimum uterentur. Hoc verò Commentario, cujus hic Gellius mentionem facit, ea tantum explicaverat, quæ brevibus notis & singulariis literis exarata, & studio occultata in C. Cæsaris epistolis essent. Qui scribendi mos Cæsari peculiaris erat in epistolis; cum cæteræ *Notæ* usus essent communis; utpote in Legib. Senatusconsultis, Plebiscitis, Edictis, Judiciis, Testamentis, Conventionibus, aliisque similibus, adhiberi solitæ.

7 *Ne si ab hostibus exceptæ forent*] Ita habuerunt editiones priores, ut Brixiana, Aldi, Gryphianæ. Mutavit Stephanus, quum deprehenderet in Mssctis ita non legi, ediditque *eæ captæ forent*, quod nequivit probare pater, nescio quamobrem. Certe enim vulgares libri habent aut *hæ captæ* aut *eæ capite:* verum Regius *eæ forent captæ*, qui debet esse instar normæ, licet postea J. Gebhardus etiam ex MS. Pal. obducat idem illud *exceptæ* 2 ant. 18. Utique literas non opus est excipere insidiis; possunt venire in manus hostium & capi sine illis. unde placuit sequi veteres libros, & singulatim Regium. *Gronovius.*

8 *Epistolas id genus mittebant. Surculi duo erant teretes, &c.*] Quæcunque hic Gellius de Scytale Lacedæmoniorum tradit, videtur descripsisse ex Plutarcho in Lysandro. Accurate etiam eadem de re Suidas

factas mittebant. [9] Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento, [10] ejuſdemque longitudinis, [11] deraſi atque ornati conſimiliter; unus Imperatori in bellum proficiſcenti dabatur, alterum domi magiſtratus cum jure, atque cum ſigno habebant. quando uſus venerat literarum ſecretiorum, circum eum ſurculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei ſatis erat, complicabant, volumine rotundo & ſimplici; ita uti oræ adjunctæ undique & cohærentes lori, quod plicabatur, coirent. literas deinde in eo loro per tranſverſas junctarum oras, verſibus à ſummo ad imum proficiſcentibus, inſcribebant: id lorum literis ita perſcriptis revolutum ex ſurculo imperatori commenti [12] illius conſcio mittebant: reſolutio autem lori literas truncas atque mutilas reddebat; [13] membraque earum & apices in partes diverſiſſimas ſpargebat. propterea ſi id lorum in manus hoſtium inciderat; nihil quicquam conjectari ex eo ſcripto quibat. ſed ubi ille, ad quem erat miſſum, acceperat; ſurculo compari, quem habebat, capite ad finem, proinde, ut debere fieri ſciebat, circumplicabat: atque ita literæ per ambitum eumdem ſurculi coaleſcentes rurſum coibant; integramque & incorruptam epiſtolam & facilem legi præſtabant. hoc genus epiſtolæ Lacedæmonii Σκυτάλην appellant. Legebamus id quoque in vetere hiſtoria [14] rerum Pœnicarum, virum indidem quempiam illuſtrem (ſive ille Haſdrubal, ſive

das hiſce verbis, quæ apud eum vide, ſunt enim hæc centies dicta.

9 *Surculi d. e. teretes oblonguli*] Mirum eſt in Reg. exſtare *ſinguli duo erant teretes obloculi*. In Lugdun. maj. *terra & eſ obloculi*. In min. *Siuſ ſurculi duo*. Etiam Lincoln. *ſinguli duo*. Gronov.

10 *Ejuſdemque longitudinis*] Quæ vero fuerit longitudo, nemo Veterum præter Demetrium Triclinium ad Pindari Olymp. Od. VI. tradit, qui ſcribit ſcytalen trium aut quatuor cubitorum longitudinem habuiſſe: Ὅτι πρός τινα πόλιν, inquit, οἱ Λάκωνες στρατηγὸν ἔπεμπον, βυλόμενοι δηλώσαι τι αὐτῷ τῶν ἀπορρήτων, οὐκ ἐπίστευον χάρτῃ, ἀλλὰ τοιοῦτό τι ἐποίουν. τορεύοντες ξύλον στρογγύλον, τριῶν, ἢ τεττάρων, πήχεων, καὶ τέμνοντες εἰς δύο, τὸ μὲν ἓν τῷ ἐκπεμπομένῳ στρατηγῷ ἐδίδουν, θάτερον δὲ αὐτοὶ κατεῖχον. Id eſt, *Cum ad urbem aliquam Lacedæmonii ducem mitterent, aliquid arcani ipſi indicare cupientes, chartæ minime credebant, ſed ad iſtum modum agebant. torno elaborantes lignum rotundum, trium aut quatuor cubitorum, & in duo diſſecantes, partem unam huic, quem emittebant, alteram ipſi retinebant.* Scholiaſtes quoque ad eandem Pindari Odam, dicit lignum fuiſſe nigrum. Ἡ δὲ σκυτάλη, τοιοῦτόν ἐστι. Λάκωνες, κήρυκας διαπεμπόμενοι, ξύλον μιλαίνοντες, περιέλιττον λευκῷ ἱμάντι, &c. *Scytale vero talis eſt. Lacedæmonii præcones paſſim mittentes, lignum, nigro colore tinctum, circumvolvebant loro albo.* Oiſ. In quo loco μιλαίνοντες male putabat legi Scioppius pro λιαίνοντες.

11 *Deraſi atque ornati*] Editio Gryphii ann. 1539 in margine appoſuit *tornati*, quod in priore anni 1534 non factum. Imitati id ſunt Anton. Gryphius & Hieron. de Marnef. Salmaſius eandem conjecturam ex ſeſe appoſuit editioni Stephanianæ. *Gronov.*

12 *Illius*] Cod. Tornæſ. *iſtius*. Oiſ. Sed & Reg. licet alii tueantur vulgatum. Quæ autem de Scytale hîc alleverat Oiſelius, erant rapta ex Hermanno Hugone de ſcribendi Origine cap. XV.

13 *Membraque earum & apices*] Interpretatur Grotius literarum ductus aut partes ad Matthæum V, 18. Sed fere aliquid intelligit brevius, & quod per puncta aut omnis formæ, ſed inconditæ, ſegmenta eas habet ſecretas & divulſas, ut contingit literaturæ Græcæ, præſertim ſi character adhibeatur grandior, & lorum eſſet nullius latitudinis, quam dicit auctor modicam tenuitatem. *Gronovius.*

14 *Rerum Pœnicarum*] Adſcripſit Scioppius [Polybius deſignatus.] *Idem.*

15 *Pa-*

sive quis alius est, non retineo) epistolam scriptam super rebus arcanis hoc modo abscondisse. [15] pugillaria nova, nondum etiam cerâ illita, accepisse; literas in lignum incidisse; postea tabulas, uti solitum est, cerâ conlevisse: easque tabulas tamquam non scriptas, cui [16] futurum id prædixerat, misisse; eum deinde ceram derasisse, literasque incolumes ligno incisas legisse. Est & alia [17] in monumentis rerum Græcarum profunda quædam & inopinabilis latebra barbarico astu excogitata. Histiæus nomine fuit, loco natus in terra Asia non ignobili. Asiam tunc tenebat imperio rex Darius. is Histiæus, quum in Persis apud Darium esset, Aristagoræ cuipiam res quasdam occultas nunciare furtivo scripto volebat. comminiscitur opertum hoc literarum admirandum. servo suo diu oculos ægros habenti capillum ex capite omni, tamquam medendi gratiâ, deradit, caputque ejus leve [18] in literarum formas compungit. his literis, quæ voluerat, perscripsit. hominem postea, [19] quoad capillus adolescceret, domo continuit. ubi id factum est, ire ad Aristagoram jubet. & quum ad eum, inquit, veneris, mandasse me dicito, ut caput tuum, sicut nuper egomet feci, deradat. servus, ut imperatum erat, ad Aristagoram venit, mandatumque domini affert. atque ille id non esse frustra ratus, quod erat mandatum, fecit. ita [20] literæ perlatæ sunt.

15 *Pugillaria nova, nondum etiam cerâ illita*] In tabulis ligneis cerâ oblitis Veteres olim scripsisse notum est, unde *cerei pugillares;* sic dicti, quia stilo in his pungendo scribebatur. Hujus singulari *pugillar* utitur Ausonius: *Bipatens pugillar expedi.* Pugillarium autem materia olim varia. Fiebant enim è buxo, unde πυξὸν, è citro, ebore, laminis membraneis, &c. De singulis exempla habet Martialis. *Oisi.* Sed & hæc ipsa descripta sunt ex capite x Hermanni Hugonis de Origine scribendi.

16 *Futurum*] Cod. Tornæs. *facturum.* Ois. Facile est hoc notare, quum ipse Tornæsius id indicaverit. Scribit enim Juretus ad Symmachum lib. I epist. 71 [Eo modo, n. *facturum*, antiquus & manuscriptus codex Tornæsii, ut ille fatetur in sua editione. Cujus loco alii obtrudunt, *cui futurum id*] Mihi istam editionem videre non contigit. Interim & nostri istud *factlurum* videntur firmare, quum Petav. habeat *fectlurum*, Lugd. min. *cujus factlurum*, Lincoln. *cui factlum id*, Lugd. maj. *cui factlurum id promiserat*, quod plane offert etiam Regius, ut debeat merito præferri. Et videtur causa turbandi exstitisse ab illis, qui voculam *se* non additam dolebant, quum tamen illam toties antea Gellius omisit, ut V, 10. *Daturumque promisit mercedem grandem pecuniam.* Gronov.

17 *In monumentis rerum Græcarum*] Exstat hæc historia de Histiæo apud Herodotum, qui lib. 5. ita scribit: Συνέπιπτε γὰρ κῆρ τὸ ἐστιγμένον τὴν κεφαλὴν ἀπίκεσθαι ἐκ Σούσων παρ' Ἱστιαίεα, σημαίνοντα ἀπίσασθαι Ἀριστα-γόρην ἀπὸ βασιλῆος. ὁ γὰρ Ἱστιαῖος βουλόμενος, &c. Sed longior est locus, ideoque apud eum melius leges.

18 *In formas literarum compungit*] Hoc est, literas stigmatitias impressit, sive literas stigmate capiti ejus inussit. Quod Herodotus dixerat ἔστιξε. & Susis venisse quendam τὸ ἐστιγμένον τὴν κεφαλήν.

19 *Quoad capillus adolescceret*] Notat Gisanius in Observationibus Ling. Lat. *quod* pro *quoad* uti antiquos, & usurpans ad id hunc locum citat *quod capillus adolescceret*, addito *sic v. l. vulg. quoad.* Ergo id ipsum quoque in Lexicon Criticum retulit Pareus *e v. c.* Itaque oportet contra testari in omnibus nostris exstare vocem, prout vulgo edita fuit. Mox bis Lugdun. maj. *Aristagoran.* Gronov.

20 *Literæ perlatæ sunt*] Scioppius etiam voluit *perlectæ.* Idem.

CAP. X.

Quid de versibus Virgilii Favorinus existimarit, quibus in describenda flagrantia montis Ætnæ Pindarum poëtam sequutus est: collataque ab eo super eadem re utriusque carmina [1] & dijudicata.

FAVORINUM philosophum, quum in hospitis sui Antiatem villam æstu anni concessisset, nosque ad eum videndum Româ venissemus, memini super Pindaro poëta & Virgilio in hunc fermè modum differere: Amici, inquit, familiaresque P. Virgilii in his, quæ de ingenio moribusque ejus memoriæ tradiderunt, dicere eum solitum ferunt, parere se versus more atque ritu ursino. namque, [2] ut illa bestia fetum ederet [3] ineffigiatum informemque [4] lambendoque id posteà, quod ita edidisset, conformaret & fingeret; proinde ingenii quoque sui partus recentes rudi esse facie & imperfecta: sed deinceps tractando, colendoque reddere iis se oris & vultus lineamenta. Hoc virum judicii subtilissimi ingenuè atque verè dixisse, [5] res, inquit, indicium facit. nam, quæ reliquit perfecta expolitaque, quibusque imposuit census atque dilectus sui supremam manum, omni poëticæ venustatis laude florent: sed quæ procrastinata sunt ab eo, ut pòst recenserentur, & absolvi, quoniam mors præverterat, nequiverunt, nequaquam poëtarum elegantissimi nomine atque judicio digna sunt. itaque quum, morbo oppressus, ad-

1 *Et dijudicata*] Certe Reg. *& indijudicata*. Quod quum non potuerit non venisse ab Gellio, tum colligé ex ipsa capitis historia. *Gronov.*

2 *Ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque, &c.*] Pervulgata hæc apud Veteres fuit opinio, ursas parere massam rudem, membrisque indistinctis informem, quam postea lambendo figurarent perficerentque, ut videre est apud Aristotelem lib. 6. Hist. Animal. cap. 30. Horum Apollinem in Hieroglyph. lib. 2 cap. 83. Plinium lib. 8 cap. 36. & ex eo Solinum cap. 29. Ælianum lib. 2. de Animalib. c. 19. aliosque. Sed fabulosa hæc opinio inde ortum duxisse videtur, quia ursæ pariant catulos suos crassissimis secundinis involutos, qui hoc modo contecti informis carnis speciem præferunt; hasce autem secundinas mater dentibus rumpere & avellere solet, fœtumque suum à sordibus lambendo purgare; quod & aliis animalibus in more est. Sic Dalechampius ad Plinii locum indicatum notat, se in utero gravidæ ursæ à venatoribus captæ, omnibus suis membris distinctos catulos formatos vidisse. Quod & de se testatur Jul. Cæsar Scaliger De Subtilitate Exercitat. VI. Sect. XV. ubi scribit: *Quid hujus fabulæ auctoribus fidei sit habendum, ex hac historia cognosces. In nostris Alpibus venatores fœtam ursam cepere. dissectâ eâ, fœtus plane formatus intus inventus.*

3 *Ineffigiatum*] Hoc verbo etiam utitur Ammianus Marcellinus lib. 26. *Aureos scilicet nummos effigiatos in vultum principis.* Item Apulejus lib. 1. Floridor. circa initium: *Vel truncus dolomine effigiatus.* Et lib. 2. Florid. *Magna etiam vis æris, vario effigiatu, veterrimo & spectabili opere.* Ut & Sidonius Apollinaris lib. 6. Epist. 12. Minucius Felix in Octavio. Prudentius περὶ στεφάνων. Augustinus De Civ. Dei lib. 8. Lactantius, aliique.

4 *Lambendoque id postea*] Istud *que* in MS. Reg. non occurrit. *Gronov.*

5 *Res, inquit, indicium facit*] Ita rectè delevit Stephanus, quæ aliunde erant addita, nec exstabant in libris veteribus. Sed cur verterit etiam vocem tertiam in *judicium*, non percipio bene, & ideo reposui, quod ubique legitur. Judicium bene sequitur. Sed & Lambecius paulo ante pro *reddere* annotavit *addere*, & hinc pater scripsit [f. *addere se iis.* & sic Reg.] quod nec ab Bourdelotio cognitum est, nec ab Salmasio, nec à me, ut id non temere ausim probare. *Idem.*

6 *Pe-*

adventare mortem videret; [6]petivit, oravitque à suis amicissimis impense, ut Æneida, quam [7] nondum satis elimavisset, abolerent. in his autem, inquit, quæ videntur retractari & corrigi debuisse, is maximè locus est, qui de monte Ætna factus est. [8] Nam quum Pindari veteris poëtæ carmen, quod de natura atque flagrantia montis ejus compositum est, [9] æmulari vellet; ejusmodi sententias & verba molitus est, ut Pindaro quoque ipso, qui nimis opimâ pinguique esse facundiâ existimatus est, insolentior hoc quidem in loco tumidiorque sit. atque uti vosmetipsos, inquit, ejus quod dico, arbitros faciam, carmen Pindari, quod est super monte Ætna, quantulum est mihi memoriæ, dicam:

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
τε πυρὸς ἀγνόταται
Ἐκ μυχῶν πάγαι· ποταμοὶ
Δ' ἀμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνῶ

Αἴθων.

8 *Cujus eructantur quidem inaccessi ignis purissimi*
ex cavernis fontes: fluviique
interdiu quidem profundunt fluxum fumi

6 *Petivit, oravitque à suis amicissimis impense, ut Æneida, quam nondum satis elimasset, abolerent*] Hujus rei meminit quoque Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 24. Ac varia etiam exstant Epigrammata in Catalectis Veterum Poëtarum à Scaligero editis, quæ Scholastici Veteres eâ de re confecere. Alia inter est C. Sulpitii Apollinaris Grammatici in Æneidem Virgilianam Epigramma, ad cujus imitationem cætera ab aliis facta sunt.

Jusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Variusque simul, tu maxime Cæsar
Non finis, & Latiæ consulis historiæ.
Infelix alio cecidit prope Pergamon igni,
Et pene est alio Troja cremata rogo.

7 *Nondum satis elimavisset*] Neque enim causam video, cur hæc pronunciatio ejus verbi debuerit Stephano displicere contra plerosque Mssros quantum scio, edendo *elimasset*, quod non nisi in uno Lugdun. min. invenio. Cæterum mox legunt fere Mssi *adolerent*, neque ullum scio, in quo legatur *abolerent*, quo videntur editores Gellium voluisse componere cum epigrammatis scriptore. Sed Virgilius dicitur proprie egisse variis temporibus de comburendo & cremando. *Gronov.*

8 *Nam quum Pindari veteris poëtæ carmen, &c. æmulari vellet*] Totum hunc locum ex Gellio more suo descripsit Macrobius lib. 5. Saturnal. c. 17. & Virgilium Pindari de Ætnâ descriptionem imitatum quidem esse, verum haud exæquasse vult. Joan. Jov. Pontanus verò in Dialogo Antonio pluribus contendit, Pindarum à Virgilio in Ætnæ montis descriptione superatum; & irridet Favorinum, & omnes eos, qui dicunt Virgilium voluisse montis Ætnæ flagrantiam ad Pindari imitationem exsequi, eosque censet delirare & cæcutire; cum nemo tam aversi aut parvi sit ingenii, qui non palam videat Virgilium in versibus sequentibus se totum à Pindarica enarratione avertisse, ut nec verbis nec tralatione, qua ille utitur, parte aliqua similis esse velit; quæ omnia uberiori orationis flumine à Pontano tractata dicto loco invenies. Huic adstipulatur etiam Turnebus lib. 20. Adversar. cap. 18. ubi ait Virgilium à Gellio & Macrobio injuria in versibus, quos de Ætna scripsit, reprehendi; neque ex Pindaro eos esse imitatos, cum Virgilius de eo nihil tum cogitaverit. sed potius rei fidem, & Lucretii lib. 6. descriptionem secutus sit. Si quis autem non maligne æstimare velit, multis partibus in Ætnæ descriptione Virgilium Pindaro anteponet, utpote qui tantum miraculum, tantumque prodigium orationis gravitate non videtur æquare.

9 *Æmulari vellet*] Tanquam de industria retineret verbum ab Horatio semel positum & ita semper usurpandum *Pindarum quisquis studet æmulari* &c. *Gronov.*

Αἴθων'. ἀλλ' ἐν ὄρφναις [10] πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου πλάκα σὺν παλάγῳ·
Κεῖνο δ' Ἀφαίστοιο χρυσὸς [11] ἑρπετὸν
Δεινοτάτους ἀναπέμπει τέρας μὲν θαυμάσιον θεσσιδέσθαι, θαῦμα δὲ καὶ παλιόντων ἀκέσασθαι.

Audite nunc, inquit, [12] Virgilii verſus, quos inchoaſſe eum verius dixerim, quàm feciſſe:

[13] *Portus ab acceſſu ventorum immotus, & ingens*
Ipſe; ſed horrificis juxta tonat Ætna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente favilla,
[14] *Attollitque globos flammarum, & ſidera lambit:*
Interdum ſcopulos, avulſaque viſcera montis
Erigit eructans, liquefactaque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæſtuat imo.

Jam principio, inquit, Pindarus veritati magis obſequutus, id dixit, quod res erat, quodque iſtic uſu veniebat, quodque oculis videbatur,

candentem; ſed in tenebris ſaxa
rutila evoluta flamma in profundum defort maris æquor cum fragore,
Illa autem Vulcani beſtia gurgites
horrendiſſimos ejectat; Monſtrum quidem mirabile aſpectu: Sed & miraculum tranſeuntium, ſi audiant Exſt. Pythiod. od. 1.

10 Πέτρας] Hanc vocem aut decrevit abeſſe debere, aut ex Mſſ. notavit eam non conſpici illic Scioppius. Certe vocem Græcis licet immiſceat Aldus, in Latinis tamen eam ignorat. *Gronov.*

11 Ἑρπετὸν] Ad verbum *reptile*. ut etiam vulgo apud Pindarum redditur. Sed ſæpe τὸ ἑρπετὸν pro *quacunque beſtia* aut *bruto* accipitur, ut apud Homerum Ὀδυσ. Δ. Ὅσα ἐπὶ χθόνα ἑρπετὰ γίνεται. Et ſic quoque apud Pindarum hoc loco capiendum. Quod quidem de Typhone intelligunt; quaſi Pindarus Typhonem *Vulcani beſtiam* appellaret. Sed potius cum Heraldo in Animadverſionib. ad Arnob. lib. 3. τὸ Ἀφαίστοιο ἑρπετὸν exponendum de ipſo igne, quem Pindarus appellat *Vulcani beſtiam;* quia ignis dicitur vorare, tanquam truculenta aliqua beſtia. Unde Arnobius lib. 3. adverſ. Gentes. *In tutela Vulcani eſt ignis, & materies ejus in illius regimine conſtituta eſt: & cur ædes frequentiſſime ſacras, atque urbium portiones ad cinerem patitur flammarum voracitate collabi?* Oiſ. Imo quia ſic conſiderare libet ignem vorantem, ut inde beſtia fieret, cur non ex eo fit Perſicus Deus, ubi quoque vorare dicebatur? Neque utique fons eſt ad ſimilitudinem beſtiæ formatus eiaculantis aquam, ut Pindarus eam in animo habuerit. Omnino igitur ſimpliciſſime, ut expreſſit auctor, ſic interpres convertit *illud Vulcani reptile*, ille ignis ſic volutus more ſuo ſubjicit ac in altum ſummittit ſcatebras horroris plenas. *Gronov.*

12 *Virgilii verſus*] Exſt. Æneid. lib. 3. ℣ſ. 570 & ſeqq.

13 *Portus ab acceſſu*] Reg. *& acceſſu.* Gronov.

14 *Attollitque globos flammarum*] Huc videtur reſpexiſſe Auſonius in Solone, cum inquit:

Quin flamma totum ſe per ambitum dabat,
Volvens in altum fumidos æſtu globos.

Sic Zeno Veronenſis De Daniele Sermon. 1. ubi loquitur de tribus pueris in fornace ardenti illæſis, ait; *Inter tetros undantis incendii globos.*

tur, [15][16][17] interdiu fumare Ætnam, noctu flammigare: Virgilius autem, dum in ſtrepitu ſonituque verborum conquirendo laborat, utrumque tempus, nullâ diſcretione factâ, [18] confundit. [19] Atque ille Græcus quidem [20] fontes imitus ignis eructare, & fluere amnis fumi, & flammarum fulva & tortuoſa volumina in plagas maris ferre [21] quaſi quoſdam igneos angues, luculentè dixit: at hic noſter, atram nubem [22] turbine piceo & favilla fumantem, [23] ῥόον καπνῦ αἴθωνα [a] interpretari volens, craſſe

a *Fluxum fumi calidum*, ſive, *candentem*.

15 *Interdiu fumare Ætnam, noctu flammigare*] Ita & Strabo l. 6. de Ætna: Νύκτωρ μὲν οὖν καὶ φίσγη φαίνεσθαι λαμπρὰ ἐκ τ κορυφῆς, μεθ' ἡμέραν δὲ καπνῶ καὶ ἀχλύι καλύπτεσθαι. *Noctu quidem clari etiam à vertice fulgores eduntur; interdiu vero fumo & caligine obtinetur.*

16 *Interdiu fumare Ætnam*] Quando id contigiſſe dicemus? Certe enim vitavit Virgilius, qui exempla ſatis crebra habuit diurni incendii, & clare flammantis; nec id in parte ſolum alicujus diei, ſed per totos dies & plures uno, & quidem continenter; ut debuerit utriuſque temporis nullam diſcretionem facere: nec id eſt confundere, ſed veritati obſequi.

17 *Interdiu*] Ex Reg. quidem nihil obſervatum. Sed Lugd. min. habet *interdii fumare*, at major plane *interdius*. quod omnino videtur Gellius ex Plauto ſuo imitatus. *Gronov.*

18 *Confundit*] Cod. Tornæſ. *confudit*. Oiſ. Et Reg. ac Lugdun. maj.

19 *Atque ille Græcus quidem, fontes imitus ignis eructare*] Non erant in adverbii hujus reſtitutione repetendæ Lipſii rationes ante centum annos ſcriptæ, quæ apud ipſum legi poterant lib. 2 Elect. cap. 3, quæ eſt Oiſelii ratio ad hunc locum; ſed potius provolvenda notitia ejus, quod factum ab patre ad 2, 30, ut dubitari de probitate adverbii nequeat. Quod eo ſecurius ab illo factum, quia codices Mſſti ultro ibi ſuppeditabant, quum in hoc loco cuncti retineant ſyllabas quatuor, & Lipſius præter analogiam & ſententiam habeat nihil, quo ſe tueatur. Sententia vero forſan poſſet integra & ſatis concinna haberi, ſi editum fuiſſet *fontes imis atriis ignis eructari*. Sic enim ut paſſivum exhibetur quoque iſtud verbum in MSStis, quantum novi, omnibus. *Imis atrIs* ſcriptum fuit pro geminæ literæ i indicio, quod poſtea imminutum ut eſſet *imiſatris*, dedit occaſionem participio fingendo *imitatus*. Gronov.

20 *Fontes ignis ---- amnes fumi*] Hæc videntur commoviſſe omnium veterum admirationem, ut voces contrariorum elementorum ita ſubtiliter tamen nexas legerent. Quod etſi palam non dicant, ipſa æmulandi & uſurpandi frequentia fere clamat. Hinc ſcribit etiam quaſi explicaturus Conon narrat. 43 ἀνέῤῥυσαν ποταμῶ δίκην φλόγα καὶὰ τ χώρας.

Hinc Origenes adverſus Celſum lib. IV pag. 168. ποταμὸς πυρὸς ἕλκειν ἐμπρησθεν αὐτῶ.

Hinc refert Scholiaſtes Apollonii Rhodii ex Agathocle ad IV, 761, altera vocatur νῆσος Ηφαίςη, ἐν ᾗ πυρὸς ποταμὸς φασὶν ἀνιέναι, quaſi vero id aliter nequiviſſet exprimere.

Hinc & Dio ſcribit in Tito Veſuvium habere πηγὰς πυρὸς ἀφθόνους.

Denique ample omnino Sozomenus libro II Hiſt. Eccleſ. pag. 477 Εἰς Σικελίαν ἐπὶ Θεόδ τ αὐτοῦ κρατήρων, ἐν οἷς ἀεὶ μὲν ὡς ἀπὸ πηγῆς ἀναδιδόμενον αὐτόματον πάμφλαζει πῦρ· πολλάκις δὲ ὑπερχέον ποταμῶ δίκην ῥεῖ. Unde poſſet colligi nihil mirum eſſe, ſi etiam Virgilius ſtatueretur huic imitationi adjeciſſe mentem, ſed hactenus, ut pudenter id faceret, ac ſaxa liquefacta diceret; tum flammas ad aliam torqueret ſimilitudinem exemplum transferendi ex Pindaro ſumens & ſequutus. *Gronov.*

21 *Quaſi quoſdam igneos angues*] Hæc ſimiliter Lipſii eſt emendatio, quam priori ſtatim ſubjunxit. Vulgo apud noſtrum, uti & apud Macrobium, intricatiſſime legitur, *quaſi quoſdam igneos amnes*. Sed legendum eſt *igneos angues*. Quod bene Lipſius ait facere interpretandis illis Pindari: ἀῤῥαίσοιο ἑρπετόν. Imagine quidem audaci & vere poëticâ, ſed quæ ipſi tamen arridet. *Oiſ.* Id tamen proprie non agitur, ſi fœtus ipſi ſuus arrideat. Verum hoc ſcias, quum Seb. Gryphius in maturatis tribus Gellii editionibus ita fuerit verſatus, tum ab illo ipſo in editione Macrobii 1556 plane exhibitum eſſe *quaſi quoſdam igneos angues*, quod potuit Lipſius vidiſſe & forſan vidit. Tanto magis autem mirari licet, quod & Reg. & uterque Lugd. & Petav. liquide exferant *angues*, non *amnes*, ut hoc quoque potuerit Lipſius vidiſſe in MSS. *Gronov.*

22 *Turbine piceo & favilla fumantem*] Sic Suetonio *è favilla & carbonibus*.

23 Ῥόον καπνῦ αἴθωνα] Quod addat Favorinus Virgilium hoc interpretari voluiſſe iſtis verbis: *Turbine fumantem piceo & candente favilla.*

crasse & immodicè congessit; globos quoque flammarum, quod ille κρουνὰς[a] dixerat, duriter & ἀκύρως[b] transtulit. Item quod ait, *sidera lambit;* vacanter hoc etiam, inquit, accumulavit & inaniter. Neque non id quoque inenarrabile esse ait, & propemodum insensibile, quod *nubem atram fumare* dixit *turbine piceo & favilla candente.* non enim fumare, inquit, solent, neque atra esse, quæ sunt candentia: nisi si *candente* dixit pervolgatè & impropriè, pro ferventi favilla, non pro ignea & relucenti. [24] nam *candens* scilicet est à candore dictum, non à calore. [25] Quod saxa autem & scopulos eructari & erigi, eosdemque ipsos statim liquefieri, & gemere, atque glomerari sub auras dixit; hoc inquit, nec à Pindaro scriptum, [26] nec umquam fando auditum, & omnium, quæ monstra dicuntur, monstrosissimum est.

a *Fluenta.* b *Improprie.*

in eo sane, ut in totâ hac de re ejus Dissertatione, fabitur, cum Virgilius potius præ oculis habuerit illa Lucretii lib. 6.

Funditque ardorem longe, longeque favillam
Differt, & crassa volvit caligine fumum.

24 *Nam candens scilicet est a c. d.*] Bourdelotius adscripsit quasi ex MS. *scilicet & a.* Id ipsum observavit pater in utroque Lugdun. Unde cogitans duas modo literas antiquitus ibi scriptas exstitisse conjiciebat à Gellio scriptum *scilicet ee a candore d.* pro *esse. Scilicet esse*, ut cap. 5. *sed videlicet eum vocabula rerum vera ignoravisse.* Non oportet tacere, quod superius animadverti exstare in Lincolniensi *vacanter hoc etiam, inquit, aereum accumulavit:* quum Salmasius notaverit voces ab *item quod*, usque ad *inaniter* deesse in Mac. quod vocabuli supplere nescio. *Gronov.*

25 *Quod saxa autem & scopulos eructari, &c. dixit, hoc nec à Pindaro scriptum, nec unquam fando auditum*] Esto, hoc à Pindaro non esse scriptum, an inde sequitur, ut ais, nec nunquam fando auditum esse? Atqui ante Virgilium etiam Lucretius scripserat lib. 6.

Extruditque simul mirando pondere saxa.

Et mox:

Atque efflare foras: ideoque extollere flammas,
Saxaque subjectare, & arenæ tollere nimbos.

Et neutrum etiam à rei veritate abiisse, indicant ista Strabonis l. 6. Geograph. ubi de monte Ætna inquit: Καὶ ποτὲ μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, ποτὲ δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος. Id est, *Et aliquando flammas & fuliginem, interdum etiam massas exsufflat.* Hinc impudentia & inscitia Grammaticastrorum nimis quam manifestatur, dum temere in Virgilio reprehendunt, quæ ipse majori cum veritate dixerit, quam aut Favorinus, aut Gellius, qui hæc memoriæ consignavit, scivêre.

26 *Nec fando unquam auditum*] Ne putes ea, quæ huc alleverat Oiselius, fuisse ipsius; quippe collegit Pricæus ad Apuleii Apolog. pag. 19.

CAP XI.

Quod Plutarchus in libris Symposiacis opinionem Platonis de habitu atque natura stomachi fistulæque ejus, quæ τραχεῖα dicitur, adversum Erasistratum medicum tutatus est auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

ET [1] Plutarchus & alii quidam [2] docti viri reprehensum esse ab [2] Erasistrato nobili medico Platonem scripsere, [3] quod potum dixit defluere

1 *Plutarchus*] Lib. 7. Symposiac. Quæst. 1.

2 *Erasistrato*] De quo vide quæ supra notavimus lib. 16. cap. 3.

3 *Quod potum dixit defluere ad pulmonem*] Platonis locus, qui innuitur, exstat apud eum in Timæo, ubi de hominis formatione differens, alia inter

fluere ad pulmonem, eoque satis humectato demanare per eum, [5] quia sit rimosior, & confluere inde in vesicam; erroriſque istius fuisse [6] Alcæum ducem, qui in poëmatis suis scriberet:

[7] Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον ἐπιτέλλει[a].

Ipsum autem Erasistratum dicere, duas esse quasi canaliculas quasdam, vel fistulas; easque ab oris faucibus proficisci deorsum: [8] per earumque alteram deduci delabique [9] in stomachum esculenta omnia & [10] potulenta: ex eoque ferri in ventriculum, [11] quæ Græcè appellatur ἡ κάτω κοιλία;

a *Madefacito pulmones vino; astrum enim nunc exoritur.*

ter pulmonum officium hisce verbis describit: Τὴν τε πνεύμονος ἰδέαν οἱεφύτευσαν· πρῶτον μὲν μαλακὴν καὶ ἄναιμον, εἶτα σήραγγας ὥστε ἔχεσθαι οἷον σπόγγε κατατετρημένας· ἵνα τό, τε πνεῦμα καὶ τὸ πόμα δεχεμένη, ψύχεσθαι, ἀναπνοὴν καὶ ῥᾳστώνην ἐν τῷ καύματι παρέχοι. *Pulmonis speciem inseruerunt; primum quidem & mollem & exsanguem, deinde ita constitutam, ut fistulis quibusdam, veluti spongia, intus diduceretur: ut, dum spiritum & potum reciperet, & refrigeraretur, respirationem & quietem in æstu præberet.*

4 *Potum dixit defluere*] Nihil in his scrupuli vel ex sese, vel ex sequentibus, ubi repetitione insigni confirmari hæc vox videtur. Ac tamen Regius manifeste habet *plotum*. hinc Lugdun. maj. plane id ipsum refert, sicut & margini suo adscripsit Scioppius. Minor *plopotum*. Apparet clare dixisse auctorem aliquid *prolutum*. Sed mox Regius quoque *defluere & pulmonem*. Gronov.

5 *Quia sit rimosior*] Regius & Lugd. *pmosior*, & primæ literæ superinscripta est nota, quæ solet explanari in *pri*. An igitur scripsit Gellius? *quia sit perrimosior*. Idem.

6 *Alcæum*] Alcæus Mytilinæus Lyricus Poëta, temporibus Periandri, qui inter septem Sapientes numeratur; & cum altero etiam eorum, Pittaco nimirum, inimicitias gessit, teste Diogene Laërtio in ejus vitâ. De Alcæo Quintiliani exstat testimonium lib. 10. cap. 1. *Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur, quoniam tyrannos insectatus est: multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis & magnificus & diligens, Homero similis. Sed & in lusus & in amores descendit, majoribus tamen aptior.* Quam operis partem respexit quoque Horatius lib. 11. Od. XIII.

Et te sonantem plenius aureo
Alcæe plectro, dura navis,
Dura fugæ mala, dura belli.

Hæc autem ejus Poëmatum pars fuit, quæ ad domesticas seditiones & tyrannos, quos insectabatur, spectabat, ut testatur Strabo lib. 15. Unde & Horatius lib. 4. Od. IX. *Alcæi minaces* vocat *Camænas*. Vir fuit omnino gravis & severus, quique patriam & foris, contra Athenienses, & domi contra tyrannorum oppressionem, armis non minus, quam carminibus strenue defendere conatus est. *Alcaico carmini*, quo genere potissimum utitur Horatius, nomen dedit, & Lyricorum prope princeps habitus; sic, ut in arte modulandorum carminum præ cæteris excelluisse Alcæum Veteres testentur.

7 Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ] Ita recte Stephanus in sua editione hunc Alcæi locum restituit; cum antea in omnibus editionibus corrupte legeretur:

Τότε πνεύμονα οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄκρον περιέλλει.

Quam depravationem etiam Interpres Gellii secutus, verterat: *Pulmonem vino, summum enim contrahitur*. Ois. Si modo constiterit Stephano ratio scribendi πνεύμονας, quum non nisi singularem intelligam esse in MSStis, & utique ipse interpres eo utitur, quem Oiselius traducit, in hac parte non traducendum.

8 *Per earumque alteram deduci, &c.*] Quæ nimirum proprio nomine *Oesophagus* dicitur. Οἰσοφάγος enim proprie dicitur hæc pars, per quam ἡ τροφὴ πορεύεται εἰς τὴν κοιλίαν, καθάπερ εἴς τι τμῆμα κοινὸν ἁπάντων μορίων, *cibus proficiscitur in ventriculum, tanquam in penum cunctis partibus*, ut loquitur Aristoteles lib. 3. De Part. Anim. cap. 3. Latinis *gulæ* nomine venit.

9 *In stomachum*] Per *stomachum* Gellius hic videtur intelligere superiorem ventriculi partem, sive ipsum osculum ventriculi. *Ois.* Abhinc incipit Oiselius ostentare doctrinam de notitia harum corporis partium: in qua tamen quum nihil dicat, quod ante fuerit ignotum, & omnia hauserit vel ex Stephani Thesauro, vel ex Oeconomia Fuchsiana Hippocratis editioni adjecta, scire licet istic omnia ista utilius legi, utrobique etiam Gellio citato.

10 *Poculenta*] Regius manifeste *potulenta*, quod annotatum quoque ab Scioppio, & ab Bourdelotio in pluribus MSS. inventum. Etiam per hanc literam t scribitur apud Ciceronem 2 Nat. Deor. 56, & Suetonium in Othone 2. *Gronov.*

11 *Qui Græce appellatur ἡ κάτω κοιλία*] Non opinor

λία ; atque ibi subigi, digerique : ac deinde aridiora ex his [12] recrementa in alvum convenire, [13] quod Græcè κῶλον dicitur, humidiora per renes in vesicam. per alteram autem fistulam, quæ Græcè nominatur τραχεῖα ἀρτηρία, spiritum à summo ore in pulmonem, atque [14] inde rursum in os, & in naris, commeare; perque eamdem viam vocis quoque fieri meatum: ac, ne potus [15] cibusque aridior, quem oporteret in stomachum ire, procideret ex ore labereturque in eam fistulam, per quam spiritus reciprocatur, eâque offensione intercluderetur animæ via; [16] interpositam esse arte quadam & ope naturæ inde apud duo ista foramina, quæ dicitur ἐπιγλωττίς[a], quasi claustra quædam mobilia, conniventia vicissim & resurgentia : eamque ἐπιγλωττίδα inter edendum bibendumque operire atque protegere τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, ne quid ex esca potuve incideret in illud quasi æstuantis animæ iter; ac propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipso arteriæ commœnito. Hæc Erasistratus medicus adversus Platonem. Sed Plutarchus [17] in libro Symposiacorum, [18] auctorem Platonis sententiæ [19] Hippocraten dicit fuisse; idem-

a *Appositа lingua.*

---

nor quæsita est Gellio venustas ex eo, si hæc constructio foret diversa ab aliis quæ sequuntur, ubi relativum ponitur in genere, quod ei attribuitur ab sequente substantivo. Itaque scias in Regio apparere, *quæ Græce.* & is unus sufficit: attamen scias à Gellio perpetim observari, unde sic reposui. *Gronov.*

12 *Recrementa*] Sic quidem omnes libri. Macrobius tamen, qui lib. 7. Saturnal. cap. 15. quamplurima verbotenus ex hoc capite descripsit, videtur legisse *retrimenta.* Ois. At MSSti omnes *recreamenta.*

13 *Quod Græce κῶλον dicitur*] Sic habent Vett. Codd. & ita quoque Macrobius loco modo citato. In Stephanica editione legitur κοιλὸν. Quod etiam aliæ editiones postea retinuêre. Quid autem hæc vox significet, fateor me ignorare, cum ne Græcam quidem putem. Κοῖλον quidem dicitur de quacunque cavitate; unde & κοῖλα dicuntur cavitates sub oculis sitæ; & κεῖλον etiam accipitur pro cavitate in imâ pedis plantâ, sed qui κοιλὸν dixerit pro *alvo*, neminem inveniri puto. Itaque κῶλον cum Vett. Codd. & Macrobii auctoritate revocandum duximus. *Ois.* Recte equidem. Sed quid huic loco acciderit, vix assequor. Utique Stephanus, à cujus editione venit ista labes, vocem hujus loci qualitercunque scriptam non retulit in indicem Græcarum vocum, quæ his Gellii libris sunt insertæ, ab ipso confectum: & lib. 12 cap. 5 ea ipsa vox Latinis literis concepta est in simili prorsus sensu. Etiam patet, quid in Thesauro aperiat Stephanus ex MSS. in scribenda olim hac voce, nempe sæpius κόλον, qua hîc usi sunt Brixienses, & eandem margini apposuit Scioppius.

14 *Inde rursum in os*] Reg. *sursum.* Gronov.

15 *Cibusque*] Macrobius: *cibusve.* Ois. Id plane sic legitur in Regio: & Gellium ita scripsisse colligas quoque ex sequentibus *esca potuve* quasi repetente eadem auctore.

16 *Interpositam esse arte quadam & ope*] Video id verbum placuisse patri, quum id notaret ex MS. prout hanc auctoritatem adscripsit. Etiam in alio exemplari signavit codicem Mem. qui sic haberet. Sed cæteri omnes & editi retinent *impositam*, quibus obluctari non oportuit, & in Mem. videtur istud *inter* temere iteratum ex præcedente verbo. Regius etiam habebat *opere.* Etiam in Lincoln. mox habetur quod mireris *claustra quædam G. conniventia*, quo significat pro voce *mobilia* fuisse aliquid Græce scriptum in exemplo, unde describebat. *Gronov.*

17 *In libro Sympositacorum*] Lib. 7. Quæst. 1.

18 *Auctorem Platonis sententiæ Hippocratem dicit fuisse*] Sane Hippocrates in libello περὶ καρδίης apertissimis verbis scribit portionem quandam potus ferri in pulmones per arteriam asperam. Locus quia longior est, ut Græce transscribatur, Latine huc redit: *Cor humiditatem tantam habet*, inquit, *quanta maxima ad æstuantis medelam facit. Hoc humidum cor in serum vertit, pulmonis potum elambendo*

idemque esse opinatos & [20] Philistiona Locrum & [21] Dioxippum Hippocraticum, veteres medicos & nobiles: atque illam, de qua Eraſistratus dixerit, [22] ἐπιγλωτίδα non iccirco in eo loco constitutam, ne quid ex potu

bendo ebibens, assumens & consumens. Nam cum quis bibit, maximam partem in ventrem demittit. Gula enim velut infundibulum & potus copiam, & quæcunque expetimus excipit. Bibit autem & in guttur & arteriam, verum quasi ex mamma fugens (τιτθὸν δὲ οἷον, vel, ut alii, ἧττον δὲ, *minus vero*) *& quantum latere possit per rimam illapsum. Epiglottis enim operculum exactum ne permiserit quidem aliquid amplioris potus penetrare.* (πῶμα γὰρ ἀτρεκὲς ἡ ἐπιγλωττὶς ἐκ ἂν δύσει μεῖζον ποτὸ ὕδεν.) *Cujus rei hoc est indicium: Si quis enim aquam cæruleo colore tinctam valde sitienti bibendam dederit, præsertim sui,* (*hoc enim pecus neque curam adhibet, & immundum est*) *deinde adhuc bibenti jugulum secuerit, hunc potu coloratum reperiet. Verum non cuivis hanc manuum actionem aggredi datur. Non igitur nobis fides est detrahenda de potu; quod in hominis guttur & pulmonem feratur.* Verum idem Hippocrates contrariam videtur tueri sententiam lib. 4. de Morbis, ubi multis rationibus & argumentis, iisque validissimis, eos convellit, qui potum in pulmonem ferri contendebant. Sed utraque hæc opinio facile conciliari potest ex iis, quæ tradit Galenus lib. 8. De Placitis Hippocratis & Platonis, ubi inquit: *Si Plato potum omnem in pulmonem ferri existimat, merito accusandus est: quippe qui apertissimam rem ignoret. Si vero portionem aliquam potus per asperam arteriam in pulmonem deerrare arbitratur; probabile quidpiam dicit.* Ubi etiam Hippocratis argumenta ex lib. 4. De Morbis Galenus solvit, hac adhibita distinctione. *Si multa potio ἀθρόως, hoc est, confertim in pulmones influat, ut spirationis vias occupet, tussim excitabit, vocem intercipiet, & difficilem spirationem pariet; quod si sensim per latera arteriæ asperæ in pulmonem feratur, nec tussim, nec ullum irritationis sensum excitabit.* Hanc autem esse Hippocratis sententiam: Libello enim περὶ καρδίας, portionem tantum potus in pulmonem deferri putat. at lib. 4. De Morb. eos refellit, qui universum potum in pulmones defluere asseverabant.

19 *Hippocratem*] Natus Hippocrates parentibus Heraclide & Praxitheâ, fuitque discipulus Herodici, qui sub Artaxerxe Longimano claruit, & Διαιτητικὴν invenit. De eo Plinius lib. 7 cap. 37. ubi agit de iis, qui in artibus excelluêre: *Hippocrates renituit Medicinâ: qui venientem ab Illyriis pestilentiam prædixit, & discipulos ad auxiliandum circa urbes dimisit: quod ob meritum honores illi, quos Herculi, decrevit Græcia.* Hunc *omnis medicinæ parentem* vocat Cornelius Celsus. Notum etiam est quam magnifice de eo Macrobius dicat: *Hippocrates, qui tam fallere, quam falli, nescit.* Hinc est, quod ejus sententias ut Dei vocem habendas esse, Galenus scribat lib. 1. De Usu partium cap. 9.

20 *Philistiona Locrum*] Præter Plutarchum in Symposiacis, qui Philistionem Locrum vocat pervetustum hominem, & qui arte medica magnam sibi gloriam paravit, Philistionis veteris medici meminit Plinius lib. 20 cap. 12. qui non alius ab hoc Philistione Locrensi videtur; uti & ille, qui ab Athenæo lib. 12 cap. 3. inter ὀψαρτυλικῶν Scriptores recensetur. Nec ab hoc Philistione Locro diversus est Philistio Siculus Medicus, quo in medicina præceptore usus est Eudoxus Cnidius, ut auctor est Callimachus in Tabulis, teste Diogene Laërtio in Eudoxo. Floruit itaque temporibus Philippi Amyntæ filii, Regis Macedoniæ, circa Olympiad. CVI. Tribuitur huic Liber *De Diæta*, qui vulgò inter Hippocratis Opera exstat.

21 *Dioxippum Hippocraticum*] Sic etiam disertim hujus medici nomen exstat apud Plutarchum. Nusquam autem alibi, quod sciam, inter Veteres medicos Hippocratis discipulos, Dioxippus nominatur, sed Dexippus quidam Cous, qui Hippocratis discipulus fuit. Ita Galenus De optima secta ad Thrasybulum cap. 11. Ἀπολλώνιος δὲ καὶ Δεξιππος οἱ Ἱπποκράτους ἀκροαταὶ, ἐχ' ὅπως οἶνον, ἀλλ' ὕδὲ ὕδωρ ἐδίδοσαν. *Apollonius vero & Dexippus, Hippocratis discipuli, ne aquam indulgebant, nedum vinum.* De eo etiam Suidas: Δέξιππος, Κῶος ἰατρὸς, Ἱπποκράτους μαθητὴς, ὃς μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Ἑκατόμνω τῦ Καρῶν βασιλέως, ἰάσαθαι αὐτῦ τὺς παῖδας ἀπογνωσθέντας Μαυσωλὸν καὶ Πιξώδαρον, ἐπὶ ὑποχείσει ἰάσατο, τῦ παῦσαι τὸ πρὸς Κᾶρας (leg. Κώους) τότε αὐτῷ ἐνεστῶτα πόλεμον. Id est, *Dexippus Cous, medicus, Hippocratis discipulus, qui arcessitus ab Hecatomno Carum Rege, ut ipsius filios desperatis morbis laborantes curaret, eos eâ conditione sanavit, ut bellum, quod tum adversus Caras* (leg. *Côos*; verisimile enim est, voluisse Dexippum bellum à patria suâ amoliri) *gerebat, deponeret.* Sed omnino Dioxippus hic apud Plutarchum & Gellium, non alius videtur, ac Dexippus Cous, ut à Galeno & Suida, aliisque vocatur. Scripsit autem Dexippus Cous librum de Re Medica unum, & duos De Præcognitionibus; ut idem Suidas auctor est.

22 Ἐπιγλωτίδα *non iccirco in eo loco constitutam, ut quid, &c.*] Hac de re ex Dioxippo, sive potius Dexippo, ita Plutarchus: Ἡ γὲ μὲν πολυτίμη-

potu influeret in arteriam (nam pulmoni quoque fovendo, rigandoque utiles necessariosque humores videri) sed appositam quasi moderatricem quamdam arbitramque prohibendi [23] admittendive, quod ex salutis usu foret: uti edulia quidem omnia defenderet ab arteria, depelleretque in stomachi viam; potum autem partiretur inter stomachum & pulmonem; &, quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet, non rapidum id, neque universum, sed quadam quasi obice sustentatum ac repressum sensim paulatimque tramitteret: atque omnem reliquum in alteram stomachi fistulam derivaret.

τος ἐπιγλωττὶς οὐκ ἔλαθε τὸν Διώξιππον, ἀλλὰ περὶ ταύτης φησὶ τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ καταπόσει διακρινόμενον, εἰς τὴν ἀρτηρίαν ἐπιῤῥεῖν, &c. Hoc est, *Neque vero illam tanto honore dignatam epiglottidem ignoravit Dexippus, sed ad eam ait humorem in deglutiendo secerni, in arteriamque delabi, devolvente se in stomachum cibo: & in arteriam sane esculentorum nihil incidere: stomachum una cum sicco nutrimento etiam aliquam humidi partem admixtam excipere. Est vero hoc probabile. Nam epiglottidem ait arteriæ præpositam esse veluti sepimentum & penu, ut sensim paulatimque potum percolet, ne subito consertimvé infusus spiritum opprimat aut turbet, &c.*

23 *Admittendivé*] Sic omnino hîc legendum cum Acidalio in Lection. Vellejan. Nam & statim sequitur, *quod ex eo admitti in pulmonem deberet.* Male in vulgatis omnibus antea editum, *admiscendivé.* Oiſ. Quasi non ante fuisset notum istud verbum hoc loco, quum & Anton. Gryphius anno 1566 & Hieron. de Marnef anno 1584 id in oram conjectum addiderint, editio autem Badiana prorsus in contextum admiserit; quod non video cur non propagaverint sequuti. MS. autem Reg. habet. *moderatricem & arbitram.*

CAP. XII.

De materiis infamibus, quas Græci ἀδόξους appellant, à Favorino exercendi gratia disputatis.

INFAMES materias, sive quis mavult dicere inopinabiles; [1] quas Græci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant, & veteres adorti sunt, non sophistæ solum, sed philosophi quoque: [2] & noster Favorinus oppidò quàm libens [3] in eas materias dicebat, vel ingenio expergificando ratus idoneas, vel exercendis argutiis, vel edomandis usu difficultatibus. sicuti, [4] quum Ther-

1 *Quas Græci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant*] Et viciniam aut differentiam ἀδόξων & παραδόξων, & rationem sophistarum in laudando, quod est exiguum, Oiselius furtive descripsit ex Lud. Cresollii Theatro Rhetor. 3, 9. ubi omnia ista bene exstant & legi debent. *Gronov.*

2 *Et noster Favorinus*] Inde haud dubie est, quod Philostratus Favorinum lib. 1. De Vit. Sophist. inter Sophistas recenseat, ejusque vitam incipiat hisce verbis: Καὶ Φαβωρῖνον τὸν φιλόσοφον ἡ εὐγλωττία ἐν Σοφισταῖς ἐκήρυττεν. *Et Favorinum Philosophum eloquentia inter Sophistas prædicavit.* Paulo post etiam, ubi de rixâ inter Palæmonem & Favorinum, subjicit: Τοῖς μὲν οὖν Σοφιστὴν τὸν Φαβωρῖνον καλοῦσιν, ἀπόχρη ἐς ἀπόδειξιν καὶ αὐτῷ Σοφιστῇ διενεχθῆναι αὐτόν. *Favorinum ergo Sophistam appellantibus, satis est ad hoc probandum, quod cum aliquo Sophista certaverit.*

3 *In eas materias dicebat*] Nisi quid curvum latet. Videtur enim fictum ex eo quod sequitur *in utramque causam dixit.* Nam notabiliter in Regio & Lugdun. maj. Mem. erat *deicebat*, in Thuan. *deiciebat.* Certe ipsa loquutio vulgata non satis pura nec congrua sequenti, & tanquam scripti vellent *incidebat* aut *exibat.* Gronov.

4 *Quum Thersitæ laudes qaæsiverit*] Quem Homerus Iliad. 6. sic describit:

-- Αἴσχι-

Therſitæ laudes quæſivit, &, quum febrim quartis diebus recurrentem laudavit, lepida ſanè multa, & non facilia inventu, in utramque cauſam dixit, eaque ſcripta in libris reliquit. [5] ſed in febris laudibus teſtem etiam Platonem produxit; quem ſcripſiſſe ait, qui quartanam paſſus convaluerit, vireſque integras reciperaverit, fidelius conſtantiuſque poſteà valiturum. atque [6] inibi in iſdem laudibus, non hercle hac ſententiola invenuſtè luſit. verſus, inquit, eſt longo hominum ævo probatus:

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλῃ ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ [a].

[7] eo verſu ſignificatur, non omni die bene eſſe poſſe, ſed iſto bene, atque alio malè. quod quum ita ſit, inquit, ut in rebus humanis bene, aut male, vice alternâ ſit; hæc biduo medio intervallata febris quanto eſt fortunatior, in quâ eſt μίαμητρυὰ, δύο μητέρες [b]?

a *Quandoque noverca eſt dies, quandoque mater.*
b *Una noverca, duæ matres.*

—— Αἴαντος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε,
Φολκὸς ἦν, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, τὼ δέ οἱ ὦμω
Κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε· αὐτὰρ ὕπερθε,
Φεξὸς ἦν κεφαλὴν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη.

Id eſt:

—— *Turpiſſimus autem vir ad Trojam venit,*
Strabo erat, claudus altero pede, & ipſius humeri
Curvi & in pectus contracti, cæterum deſuper
Acutus erat capite, rarâque conſperſus lanugine.

5 *Sed in febris laudibus teſtem etiam Platonem produxit, &c.*] Non occurrit hodie, quod ſciam, in ſcriptis Platonis, quæ exſtant, hujuſmodi locus, ubi dicat, Eos qui ex febri quartana convaluerint, poſtea ſaniores, validioreſque exiſtere. Qui vitam Platonis conſcripſere, dicunt quidem Platonem ob Academiæ habitationem paſſum eſſe quartanam febrem menſes decem atque octo: ſed ſobrietate & diligentia ſua vires poſt febrem validiores, quam antea recuperaſſe. Et hinc forte eſt, quod Cicero ad Tironem lib. ult. ad Famil. 10. ſcribat: *Sed quando in quartanam converſa eſt vis morbi, ſpero te diligentia adhibita etiam firmiorem fore.*

6 *Inibi in eiſdem laudibus*] Præpoſitio non eſt in Reg. & mox *non hercbac ſententiola.* Gronov.

7 *Eo verſu ſignificatur*] Non decet nimium fidere. Sic enim videntur finxiſſe poſteriores, qui veram Gellii manum & proxima inde apographa non aſſequebantur, ut ſenſus modo conſtaret. Sed ſimpliciter legitur pro his in Regio *verſus ſignificatur.* Apparet clariſſime primam vocem à ſcriba appoſitam, dum Græca præcedentia omittit, innuente verſum ibi ſcriptum fuiſſe, at Gellium poſt ſcriptum illum verſum Græcum incepiſſe *Significatur non omni* &c. *Idem.*

CAP. XIII.

Quin, *particula quot qualeſque varietates ſignificationis habeat, & quam ſæpe in veterum ſcriptis obſcura ſit.*

QUIN, particula, quam grammatici conjunctionem appellant, variis modis ſententiiſque connectere orationem videtur. aliter enim dici putatur, quum quaſi increpantes, vel interrogantes, vel exhortantes dicimus: *quin venis. quin legis. quin fugis.* aliter, quum ita confirmamus: *Non dubium eſt, quin M. Tullius omnium ſit eloquentiſſimus.* aliter autem, quum ſic componimus, quod quaſi priori videtur contrarium: *Non iccirco cauſas Iſocrates non defendit, quin id utile eſſe & honeſtum*

ſtum exiſtimarit: à quo illa ſignificatio non abhorret, quæ eſt in tertia Origine M. Catonis: *Haud eos*, inquit, *eo poſtremum ſcribo, quin populi & boni & ſtrenui ſient.* In ſecunda quoque Origine M. Cato non longè ſecus hâc particulâ uſus eſt: *Neque ſatis*, inquit, *habuit* [1] *quòd eam in occulto vitiaverat, quin ejus famam proſtitueret.* Præterea animadvertimus Quadrigarium in octavo Annalium particulâ iſtâ uſum eſſe obſcuriſſimè. ipſius verba poſuimus: *Romam venit. vix ſuperat,* [2] *quin triumphus decernatur.* item in ſexto Annali ejuſdem verba hæc ſunt: *Pæne factum eſt, quin caſtra relinquerent, atque cederent hoſti.* Non me autem præterit, dicere aliquem poſſe [3] de ſummo pectore, nihil eſſe in his verbis negotii. nam, *quin*, utrobique poſitum pro, *ut*; planiſſimumque eſſe, ſi ita dicas: *Romam venit, vix ſuperat ut triumphus decernatur.* item alio in loco: *Pæne factum eſt, ut caſtra relinquerent atque cederent hoſti.* [4] ſed utantur ſanè, qui tam expediti ſunt, perfugiis commutationum in verbis, quæ non intelliguntur: utantur tamen, ubi id facere poterunt, verecundiùs; hanc verò particulam, de qua dicimus, niſi quis didicerit [5] compoſitam copulatamque eſſe, neque vim tantùm conjungendi habere, ſed certa quadam ſignificatione factam, numquam profectò rationes ac varietates iſtius comprehenſurus eſt. quod quia longioris diſſertationis eſt, poterit, cui otium eſt, reperire hoc in P. Nigidii commentariis, quos Grammaticos inſcripſit.

1 *Quod eam in occulto vitiav.*] Editiones priores *eum.* Gronov.

2 *Quin triumphus decernatur*] Hoc loco *quin* videtur ſignificare *ut non.* Ita ut ſenſus ſit: Venit Imperator Romam, ubi vix auctoritate ſuâ evincere atque ſuperare poterat, ut ſibi triumphus non decerneretur. *Oiſ.* Itane? atqui plane alio modo exponit ea auctor in verbis ſequentibus. Dein hæc ſententia tam obſcura eſt, quam videtur eſſe ab facto aliena. Quid enim? an ideo Romam venit, ut impediret ſibi triumphum decerni, & noluit triumphare? Certe contempſerunt nonnulli triumphum. Sed id non videtur innuere Quadrigarius; imo potius contra, vix eò rem inclinavit, ut triumphus decerneretur, plane ut in exemplo, quod ſequitur, etiam pro ut intelligi patet. Et plane jam olim notavit Aſcenſius: [Et in illo *quin triumphus*, videtur accipi pro ut.] Sed MS. Reg. *vix ſuperat*, vel temporis vel auctoritatis tantum. *Gronov.*

3 *De ſummo pectore*] Id eſt, Incogitanter, ſive, re minime profundius cogitatâ & penſiculatâ.

4 *Sed utantur ſane &c.*] Id ipſum verbum conceſſivo ita modo quum mox ſequatur, apparet nunc aliud ab auctore allatum fuiſſe, quum bis idem in his dicere non deceat. Diverſa attulit, & ſic diverſa, ut ab uno perveniri ad alterum debeat. Hæc autem verba cito, quia MS. Regius in eis aperit mendum legendo *caducantur ſane*, ut videatur Gellius ſcripſiſſe *atque cederent hoſti ea. Ducantur ſane.* Sicut cap. 6 dixit: *ſi qui ſunt, qui Verrii Flacci auctoritate ducantur.* Mox etiam ille ipſe codex *niſi ſi quis*, quod ipſum ſupra reſpuebat. *Gronov.*

5 *Compoſitam*] Eſt enim *quin* compoſitum ex *qui* & *ne* pro *non*, & dicitur *quin κατ' ἀποκοπὴν* pro *quine.*

CAP. XIV.

Sententiæ ex Publii mimis ſelectæ lepidiores.

[1] PUBLIUS mimos ſcriptitavit, dignuſque habitus eſt, [2] qui ſuppar La-

1 *Publius*] Fuit natione Syrus, qua ratione Publius Syrus dictus. Floruit cum Laberio, minor licet

Laberio judicaretur. C. autem [3] Cæsarem ita Laberii maledicentia & arrogantia offendebat, ut acceptiores & probatiores sibi esse Publii, quam Laberii mimos prædicaret. hujus Publii sententiæ feruntur pleræque lepidæ, [4] & ad communem sermonum usum commendatissimæ. ex quibus sunt istæ singulis versibus circumscriptæ, quas libitum hercle est adscribere:

Malum est consilium, quod mutari non potest.
[5] *Beneficium dando accepit, qui digno dedit.*
Feras, non culpes, quod [6] *vitari non potest.*
Cui plus licet, quam par est, plus vult, quàm licet.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
[7] *Frugalitas inserta est rumoris boni.*
[8] *Heredis fletus sub persona risus est.*

Fu-

cet ætate, sub Julio Cæsare. Qua de re sic Hieronymus in Chronico Eusebiano ad Olympiad. CLXXXIV. ann. 11. *Laberius mimorum scriptor decimo mense post C. Julii Cæsaris interitum, Puteolis moritur. Publius mimographus natione Syrus, Romæ scenam tenuit.* Multis de ejus salibus & ingenio agit Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 7.

2 *Qui super Laberio judicaretur*] Locus corruptus propter ignorationem paulo remotioris vocabuli. Lege indubitanter ex MS. R. *qui suppar Laberio judicaretur*. Sensus est, Publium mimographum tanto in honore fuisse, ut non suppar tantum Laberio judicaretur, sed à Cæsare etiam ipsi præferretur. *Lambecius*. Hæc ab Oiselio non tantum sermone ipsius referuntur, sed etiam laudantur. Et quis non stupeat Lambecium sic ausum scribere, quum jam Stephanus id ipsum in Mstis animadvertens non aliter ediderit tot annis ante quam nasceretur iste Lambecius nimium in hac parte procax. Non enim Regius solus ita habet, sed plane Memm. Petav. Lugd. maj. *suppar*, minor & Thuan. *subpar*. Gronov.

3 *Cæsarem ita Laberii maledicentia & arrogantia offendebat*] De Laberio vide lib. 16 cap. 7. Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 7. dicit Laberium asperæ libertatis equitem Romanum fuisse, & specimen præbet.

4 *Et ad communem sermonum usum commendatissimæ*] Ita edidit H. Stephanus. Vett. Codd. habent *commodatissimæ*. Et ita quoque videtur legisse Macrobius lib. 2. Saturnal. c. 7. ubi hunc locum ex Gellio nostro transcripsit, habet enim *accommodatissimæ*.

5 *Beneficium dando accepit, qui digno dedit*] Ita hunc versum etiam citat Macrobius. Membranæ verò Mss. olim in Ecclesiæ Frisingensis Bibliothecâ asservatæ, ex quibus beneficio M. Velseri optima Mimiambornm Publii editio procurata, paulo aliter legunt:

Beneficium dando accipit, qui digno dedit. Ois. At ita jam Aldus & Gryphius.

6 *Vitari*] Macrobius, & Mss. Frising. *mutari*.

7 *Frugalitas inserta est rumoris boni*] Si quidquam attulisset Oiselius in grandi nota, quod non dictum esset ab Scaligero vel ad Manilium pag. 411 vel ad ipsos Syri mimos, retineri id potuisset: tanto autem stultior, quod celebret MS. Vetustiss. Gellianorum Excerptorum lectionem, quum nihil de istis Vetustissimis scribat Scaliger. Cujus quidem menti valde inhæserunt derivata ab verbo *ferere* ad hunc sensum, adeo ut in Catalectis pag. 39 notet etiam crustas marmorum, formas vocatas, quas aliter ἐμβλημάλα, à conserendo dixisse. Sed nimis incocte arripiens ista omnia Oiselius, ostendit non sibi esse lecta, quæ protulit Salmasius in Solinianis pag. 1122, ubi ille vult *incerta* ex vetustissimis membranis, quas viderit, item Excerptis Macrobii eximiæ vetustatis, ut illic licet cognoscere. Ego quam antiquas membranas viderim Macrobii, alias dicam: sed ibi nonnisi *miseria* legebatur, unde statui *maceria* scriptum ab Syro, qualis vere est. Libri tamen Mss. in Gellio habent *inserta*. Gronov.

8 *Heredis fletus*] Ita hunc versum citat & Macrobius. In MS. tamen Frisingensi legitur:

Hæres fictus sub persona risus est.

Quod vix sensum admittit. Prout vero hic citatur eleganter significat, Fletum hæredis esse risum personarum, id est, dissimulatum. Gaudet enim, etiamsi fleat.

Furor fit [9] *læsa sæpius patientia.*
[10] *Improbe Neptunum accusat. qui iterum naufragium facit.*
Ita amicum habeas, posse ut fieri [11] *hunc inimicum putes.*
Veterem ferendo injuriam [12] *invites novam.*
Numquam [13] *periclum sine periclo vincitur.*
Nimium altercando [14] *veritas amittitur.*
Pars beneficii est, quod petitur [15] *si bellè neges.*

9 *Læsa sæpius*] Mſſti habent aut *inlæsa*, aut *illæsa*, ut videatur fuiſſe *illusa*. Gronov.

10 *Improbe Neptunum accusat*] Ita unico verſu hæc legenda; non ut vulgo, quaſi *rò improbe* pars foret verſus præcedentis. Eſt enim Trochaicus tetrameter; cujus hic ſenſus: Qui ſemel periculum expertus iterum exponit ſe periculo, imprudenter accuſat fortunam.

11 *Hunc*] Particula hæc abeſt apud Macrobium. In Scaligeriana mimorum editione hic verſus legitur hoc modo:

Ita habeas amicum, posse ut fieri inimicum putes.

Ut ſit Trochaicus. In MS. vero Friſing. eſt:

Ita amicum habeas, posse ut facile fieri putes hunc inimicum.

12 *Vites*] Apud Macrobium eſt *invitas*. Senſu non minus probo. & ita forte ſcripſerat Publius, cum in MS. Friſing. aperte ſit:

Veterem ferendo injuriam invites novam. Oiſ. Et is ſenſus requiritur. Quod ipſum verbum ſic quum exſtet in Reg. Thuan. Lugdun. utr. Mem. adſcivi in contextum. *Gronov.*

13 *Periclum sine periclo*] Ita & Macrobius. In codice Friſingenſi eſt, *N. periculum sine periculo v.*

14 *Veritas amittitur*] Sic quoque Macrobius. At MS. Friſingenſ. legit. *Veritas evertitur.*

15 *Si belle neges*] Ita etiam MS. Friſingenſ. apud Macrobium autem legitur, *ſi cito neges*. Oiſ. Adde Th. Marcilium ad leges XII Tabb. pag. 205.

CAP. XV.

Quòd Carneades Academicus elleboro ſtomachum purgavit, ſcripturus adverſus Zenonis Stoici decreta: deque natura, medelaque ellebori candidi & nigri.

[1] CARNEADES Academicus, [2] ſcripturus adverſus Stoici Zenonis libros, ſuperiora corporis elleboro candido purgavit; ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus ad domicilia uſque animi redundaret, & [3] inſtantiam vigoremque mentis labefaceret. tantâ curâ, tantoque apparatu ſui vir ingenio præſtanti ad refellenda, quæ ſcripſerat Zeno, aggreſſus. Id quum in hiſtoria Græca legiſſem, quod *elleboro candido* ſcriptum erat, quid eſſet quæſivi. tum comperi duas ſpecies ellebori eſſe

1 *Carneades Academicus*] De quo ſupra VII, 14. Quod autem notabat Oiſelius alios auctores, quos ſcribit ſe opinari tribuiſſe perperam Chryſippo, quod ſolummodo ad Carneadem pertinebat, nequaquam ipſe opinabatur, ſed ut fur invadens opinionem Joh. Jonſii, eam transferebat ad ſe. Vide modo viri illius doctiſſimi de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ librum II cap. I pag. 117, ubi etiam diſtinguit, quem Zenonem nunc ex variis intelligendum cenſeat, nempe Tarſenſem aut Sidonium, quem & ipſum integra nota monſtrabat Oiſelius, ſed ſurtifica, & hinc omiſſa.

2 *Scripturus*] Nihil tamen hic Carneades ſcripſit, ut teſtantur Plutarchus & Laërtius. Animum itaque tantum ad ſcribendum induxit; nihil autem abſolvit. Valerius etiam Maximus lib. 8 cap. 7. eum non ſcribere, ſed diſputare voluiſſe ait.

3 *Inſtantiam vigoremque*] Rite id revocavit pater ex primis editionibus, quod ab Aldo erat mutatum in *conſtantiam*, ſed quod Brixiana profert, id probat Reg. Mem. Pet. Lugdun. ut. eſtque convenientius, & hinc annotavit quoque Scioppius. *Gronov.*

4 *Diſ-*

esse [4] discerniculo coloris insignes, [5] candidi & nigri. eos autem colores non in semine ellebori, neque in virgulis, sed in radice dinosci. candido stomachum & ventrem superiorem [6] vomitionibus purgari; nigro alvum, quæ inferior vocatur, dilui: utriusque hanc esse vim, ut humores noxios, in quibus causæ morborum sunt, extrahant. esse autem periculum, ne inter causas morborum, omni corporum via patefacta, ea quoque ipsa, in quibus causa vivendi est, exinaniantur: amissoque omni naturalis alimoniæ fundamento homo exhaustus intereat. Sed elleborum sumi posse tutissimè in insula Anticyra [7] Plinius Secundus, in libris Naturalis Historiæ, scripsit: propterea Livium Drusum, qui tribunus plebi fuit, quum morbum, qui comitialis dicitur, pateretur, Anticyram navigasse, & in eâ insulâ elleborum bibisse ait; atque ita morbo liberatum. Præterea scriptum legimus, [8] Gallos in venatibus tinguere elleboro sagittas, quod his ictæ exanimatæ feræ teneriores ad epulas fiant: sed propter ellebori contagium, vulnera ex sagittis facta circumcidere latius dicuntur.

4 *Discerniculo coloris insignes*] Modus loquendi Gellio peculiaris, pro, diverso colore præditas, sive, quæ diverso colore discernuntur. *Discerniculum* enim proprie dicebatur acus, qua mulieres capillos suo discernebant. Varro lib. 4. de L. L. *Discerniculum, acus, quæ capillos mulierum ante frontem dividit.* Eadem & *discriminalis* vocata, item *discriminale*; & lapsus Isidorus, qui *discriminale* ab acu distinguit.

5 *Candidi & nigri*] Certe apparet ea inhiavisse illi herbæ Oiselium, qui tam multa huc contulerit dicta sæpius & nota omnibus, quo magis probaret se indigere, ex Theophrasto & Dioscoride, nunc Gellium firmantibus, nunc ab eo discedentibus; quæ cuncta hinc abigimus, utpote auctori nostro non utilia. Hinc ab eodem Oiselio mox editum *tribunum plebis*, quum Stephanus dedisset *tribunum plebi*, sancte sequutis duabus Hollandicis editionibus, quoniam diserte sic Mss. Reg. duo Lugdun. Petav. Habeat igitur elleborum suum sibi, quia eget. *Gronov.*

6 *Vomitionibus purgari*] Scioppius annotavit *vomitibus*, quod tamen in nullis nostris libris reperi. *Idem.*

7 *Plinius Secundus in libris Naturalis Historiæ*] Et hoc & quædam alia hujus capitis tradit Plinius lib. 25 cap. 5. qui illic videndus.

8 *Gallos in venatibus*] Opportune huc annotando advocavit Joh. If. Pontanus videndum Jos. Scaligerum Auson. Lect. lib. 1 cap. 9 & Vulcanium ad Glossar. in v. Τοξικὰμος, ubi etiam citat Scaligerum. *Gronov.*

CAP. XVI.

Anates Ponticas vim habere [1] venenis detergendis potentem: atque inibi de Mithridati regis in id genus medicamenti sollertia.

ANATES Ponticas dicitur edundis vulgò venenis victitare. scriptum etiam

1 *Venenis detergendis*] Equidem & Brixiana & Aldina & quædam Gryphii editiones exhibent *detegendis*, quod arripuit in Verisimilium libro IV cap. 16 Scioppius, ut indefateretur sibi videri legendum *detergendis*, vel *digerendis*, quod verbum sequitur in ipso capite. Sed actum egit: quippe posterius jam adsciverat Badiana, & illa Hieronymi de Marnef itemque Antonius Gryphius: prius Stephanina, quæ decem & ultra annos editionem Verisimilium antecessit. Interim in Mssis vulgaribus est *degendis* aut *detegendis*, sed in meliore id quod recte elegit Stephanus. *Gronov.*

etiam [2] à Lenæo Cn. Pompeji liberto, Mithridatem illum Ponti regem [3] medicinæ rei & remediorum id genus sollertem fuisse: [4] solitumque earum sanguinem miscere medicamentis, quæ digerendis venenis valent: eumque sanguinem vel potentissimum esse in ea confectione: ipsum autem regem, assiduo talium medelarum usu, à clandestinis epularum insidiis caviisse: quin & scientem quoque [5] ultro tentandi gratia venenum rapidum & velox sæpenumerò hausisse: atque id tamen sine noxâ fuisse. quamobrem postea, quum prœlio victus in ultima regni refugisset, & mori decrevisset, venena violentissima festinandæ [6] necis gratiâ frustrà expertus, suo se ipse gladio transegit. [7] hujus regis antidotus celebratissima est, quæ Mithridatios vocatur.

2 *A Lenæo*] Meminit hujus quoque Suetonius lib. De Illustr. Grammat. Hunc inter primos fuisse, qui apud Romanos de Re Medica quædam scriptis mandaverint, testatur Plinius l. 25. c. 2.

3 *Medicinæ rei*] Pro, *Medicæ rei*. Modus loquendi Gellianus. Sic infra lib. 18 cap. 10. inquit, *Medicinæ disciplinæ libro attigi*. Ois. Sed & Higini fabula 274.

4 *Solitumque earum sanguinem miscere medicamentis*] De anatum Ponticarum sanguine Plinius lib. 29 c. 5. inquit: *Coagulum quoque agninum adversus omnia mala medicamenta pollet; item sanguis anatum Ponticarum. Itaque & spissatus servatur, vinoque diluitur. Quidam fœminæ anatis efficaciorem putant.* Sanguinem anatum uriliissime in antidotis misceri scribit quoque Dioscorides lib. 2 cap. 97. Meminit & ejus Scribonius Largus Composit. Medic. CLXXXVII.

5 *Ultro & ostentandi gratia*] Lectio suspecta. Quæ enim in bibendo veneno ostentatio? Ferri posset, si id non de Mithridate rege, sed de Agyrta vel Præstigiatore aliquo diceretur. Quare potius legendum videtur cum MS. R. *quin etiam scientem ultro tentandi gratia venenum* &c. Lambecius. VII, 14. *Ante ipsi seorsum quoque quisque ostentandi gratia dissertaverunt.* Gronov.

6 *Necis gratia*] At MS. Reg. Lugd. ut. Mem. Chif. Petav. *causa*, quod non debuerat sperni. *Idem.*

7 *Hujus regis antidotus celebratissima est, quæ Mithridatios vocatur*] Mithridatis antidoti plures apud Galenum lib. 2. De Antidotis cap. 1. 2. & 9. formulæ inter se diversæ habentur. A quibus etiam abeunt formulæ, quæ exstant apud Celsum lib. 5 cap. 23. & Scribonium Largum Composit. CLXX. Plane itidem diversam habet Plinius lib. 23 cap. 7. ubi scribit: *In sanctuariis Mithridatis maximi regis devicti Cn. Pompejus invenit in peculiari commentario ipsius manus compositionem antidoti è duabus nucibus siccis, item ficis totidem, & rutæ foliis viginti simul tritis, addito salis grano. Et qui hoc jejunus sumat, nullum venenum nociturum illo die.* Plinio in descriptione antidoti consentit Serenus Sammonicus cap. 60.

Antidotos vero multis Mithridatica fertur
Consociata modis, sed Magnus scrinia regis
Cum caperet victor, vilem deprendit in illis
Syntheſin, & vulgata satis medicamina risit.
Bis denas rutæ frondes, salis & breve granum
Iuglandesque duas totidem cum corpore ficus.
Hæc oriente die parco conspersa Lyæo
Sumebat. ——

Satis hæc compositio vilis est, ut ait Sammonicus; & vix homine plebejo, nedum rege digna. Plane etiam fallacem esse, scribit Joan. Rhodius in Notis ad Scribonium Largum, se observasse, cum pestis Anno cIↃ Ↄcxxxi. universam prope Italiam, sed imprimis Patavinam urbem diris modis vastaret.

CAP. XVII.

Mithridatem Ponti regem quinque & viginti gentium linguis loquutum, Quintumque Ennium tria corda habere sese dixisse, quod tres linguas percalluisset, Græcam, Oscam, Latinam.

Q. Ennius tria corda habere sese dicebat, quod loqui Græcè, & Oscè, & La-

& Latinè sciret. Mithridates autem Ponti atque Bithyniæ rex inclutus, qui à Cn. Pompejo bello superatus est, [1] quinque & viginti gentium, quas sub ditione habuit, linguas percalluit: earumque omnium gentium viris haud umquam per interpretem colloquutus est; sed ut quemque ab eo appellari usus fuit, proinde lingua & oratione ipsius, non minus scitè, quam si gentilis ejus esset, locutus est.

1 *Duarum & viginti gentium linguas percalluit, &c.*] Sic omnes vett codd. In Stephanica editione est: *Quinque & viginti g. l.* Unde vero illud hauserit, mihi ignotum. Sane & alii non nisi viginti & duarum gentium linguas Mithridatem calluisse scribunt. Ita Plinius lib. 7. Hist. Natur. cap. 24. *Mithridates duarum & viginti gentium rex, totidem linguis jura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus.* Item lib. 25 cap. 2. *Illum solum mortalium viginti duabus linguis locutum certum est, nec de subjectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis* LVI. *quibus regnavit.* Idem testatur & Solinus cap. 7. qui Plinium exscripsit; quod & Gellius hoc capite, quemadmodum & duobus proxime præcedentibus, haud dubie fecerit. *Oiſ.* Atqui non debebat id esse ignotum ei, qui Gellio aliquam utilem operam dare instituit. Stephanus enim sic edidit ex ipso Reg. libro, in quo plane id bis legitur. Jam vero & uterque Lugdun. sic integre per literas exhibent, quum Petav. & alii quidam in lemmate legant *regem duobus & vig.* in ipso autem contextu *superatus est V et vig.* Gronov.

CAP. XVIII.

Quod M. Varro C. Sallustium historiæ scriptorem deprehensum ab Annio Milone in adulterio scribit, & loris cæsum pecuniaque data dimissum.

M. Varro in literis atque vita, fide homo multâ & gravis, in libro, quem scripsit *Pius, aut de Pace*, C. Sallustium scriptorem seriæ illius & severæ orationis, in cujus historia [1] notiones censorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprensum ab Annio Milone [2] loris bene cæsum dicit, & quum dedisset [3] pecuniam, dimissum.

1 *Notiones censorias*] Sic quidem omnes libri, Verum haud dubie legendum *notas*, vel *notationes censorias*. ut jam pridem, & primus quidem, quod sciam, monuit Guiliel. Ranchinus Variar. Lection lib. 1 cap. 5. *Oiſ.* En specimen judicii, quo iste congessit hanc notarum turbam, idque post tam clara documenta certissimæ locutionis Romanæ, quæ adhibuit pater ad has notiones tuendas ad Livium XXVII, 25. Et tamen quod magis rideas, repetit quoque Prousteus, quum nihil inficetius dici queat apud aures, quæ Ciceronem audiverunt. *Gronov.*

2 *Loris bene cæsum*] Petronius: *Lorum de perâ solvit & me cæpit non perfunctorie verberare.*

3 *Pecuniam*] Quid si legas, *& cum dedisset pœnam?* ut ad modo dictum, *loris bene cæsum* respiciat. *Oiſ.* Sed quomodo satisfiet tunc prægresso lemmati, in quo dicitur pecuniâ datâ dimissus?

CAP. XIX.

Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hominibus nequam & impuris disciplinas philosophiæ studiose tractantibus, & quæ duo verba observanda præceperit [1] *omnium rerum longè salubria.*

1 *Omnium rerum longe salubria*] Non oportet tacitum & incastigatum prætermittere judicium Stephani, quod ausus fuit de his verbis committere paginæ 79 ita scribens [Ad illa autem loquendi genera ut revertar, quibus Gellium minime usurum fuisse puto, legimus in titulo capitis XIX libri XVII,

FAVORINUM ego audivi dicere Epictetum philosophum dixisse, plerosque istos, qui philosophari videntur, philosophos esse hujuscemodi ἄνθ τῦ πράτειν, μέχρι τῦ λέγειν. id significat, [2] factis procul, verbis tenus. jam illud est vehementius, quod [3] Arrianus solitum eum dictitare in libris, quos de Dissertationibus ejus composuit, scriptum reliquit. Nam quum, inquit, animadverterat hominem pudore amisso, importuna industria, corruptis moribus, audacem, confidentem linguâ, cæteraque omnia præterquam animum procurantem; istiusmodi, inquit, hominem quum viderat studia quoque & disciplinas philosophiæ contrectare, & [4] physica [5] adire, & meditari dialectica, multaque id genus theoremata [6] suspicari sciscitarique, inclamabat deûm atque hominum fidem, ac plerumque inter clamandum his eum verbis increpabat: ἄνθρωπε, πῦ βάλλεις; σκέψαι εἰ κεχάθαρ) τὸ ἀγγεῖον· ἂν γὰ εἰς τίνα οἴησιν αὐτὰ βάλλης, ἀπώλετο. ἦν σαπῇ, ἢ ἧττον, ἢ ὄξος γένοιτο ἄν, ἢ τι τύπων χεῖρον[a]. nihil profecto his verbis gravius, nihil verius: quibus declarabat maximus philosophorum literas atque doctrinas philosophiæ, quum in hominem falsum atque degenerem, tanquam in vas spurcum atque pollutum,

a *Mi homo, ubinam mittis? considera numquid purgatum vas sit? nam si ad opinionem ea immittas, interierint. Sin computrescant, in urinam, aut acetum convertentur; aut quid iis ipsis deterius.*

---

de duobus illis Epicteti verbis &c.] Quod sane ferri nequit, & in Salmasiano exemplari contra fuit adscriptum: [optime.] Et sic Gellius & Asellio. 1, 3. *Hunc autem locum, de quo satis quæsitum esse dixi, omnium rerum aliarum difficillimum strictim transgressus est.* 11. 15. *Apud quos Lycurgi legibus major rerum omnium bonos majori ætati habebatur.* v 18 *Inter eos omnium rerum hoc interfuit*] Sed neque aliud legitur VI, 15. *Qua est omnium rerum verecunda mediocritate*, ubi plane patet esse ellipsin vocis *respectu* aut *ratione*, aut *usu*, . XVI, 8. *Jubebat rogare se, si quis quid omnium rerum vellet dicere.* XIII. 27 *Ain tu, inquit, aliarum homo rerum judicii elegantissimi.* Græcismus apertissimus & jam tactus 2, 15. *Gronov.*

2 *Factis procul, verbis tenus*] Huc pertinent, quæ habet Arrianus Dissertat. Epictet. lib. 2 cap. 19. cujus inscriptio: Πρὸς τὰς μίχρι λόγυ μόνον ἀναλαμβάνοντας τὰ τῶ φιλοσόφων. *Ad eos qui verbo tenus duntaxat se pro philosophis gerunt.*

3 *Arrianum*] De quo vide quæ supra notata ad lib. 1 cap. 2. & Joh. Johnsium in Histor. Philos. 3, 7 pag. 243.

4 *Physica*] Cod. Tornæs. *Physicam*; & paulo post *Dialecticam*. Ois. Sed nequaquam Reg. (qui etiam ex verbis *istiusmodi inquit hominem* mediam vocem monet delendam & statim *videre*) nequaquam ullus ex eis Mss. codicibus, quorum auxilio utor.

5 *Adire*] Quid si legeres, *Et physica audere?* Ois. Nescio an id velit, quod expressum vides. Etsi enim construere queat *audere meditari physica & dialectica*, apparet ei ignotum fuisse Græcorum φοιτᾶν. Insuper Gryphianæ tres habent *audire*: sed contra fidem vetustatis, quæ sanctum jubet haberi vulgatum. Et mirum est, quî hic infrenis homo se non continuerit. 16, 8. *Necessum fuit adire atque cognoscere quas vocant dialectici εἰσαγωγὰς.* Et 15, 33. *Qui ad literarum disciplinas serius adeunt.* Gronov.

6 *Suspicari*] Leges fortasse rectius, *ruspari*, quod est, *scrutari*, ut Nonius exponit, sive, *studiose quærere*. Quomodo eo usus Accius in Nyctegresia, & Meleagro, ut ex Nonio liquet; item Apulejus in Apologiâ, & Tertullianus de Pallio cap. 2. *Ois.* Id aliunde sublectum Oiselius astute pro suo venditat. Nam sub nomine Scriverii id pater adscripsit margini sui exemplaris. Sed τὸ *suspicari* firmatur ab omnibus scriptis. *Gronov.*

7 *Et quod ipse κυνικώτερον urinam*] Sicut recte fecit Stephanus, quum elisit verbum *dixit* ab editionibus interpositum; ita nequit probari, quod plane his verbis invideat suam integritatem. Etsi enim vulgares quidam certe amoveant τὸ *dixit*, nihilque reddant; tamen sic loquutioni subripitur omne fulcrum,

lutum, influxiſſent, verti, mutari, corrumpi, [7]&, quod ipſe κυνικώτερον[a], urinam fieri, aut ſi quid eſt urina ſpurcius. Præterea idem ille Epictetus, quod ex eodem Favorino audivimus, ſolitus dicere eſt, duo eſſe vitia multo omnium graviſſima ac tæterrima, intolerantiam & incontinentiam; quum aut injurias, quæ ſunt ferendæ, non toleramus, neque ferimus; aut à quibus rebus voluptatibuſque nos tenere debemus, non tenemus. itaque, inquit, ſi quis hæc duo verba cordi habeat, eaque ſibi imperando atque obſervando curet; is erit pleraque impeccabilis, vitamque vivet tranquilliſſimam. Verba duo hæc dicebat [8]ἀνέχου καὶ ἀπέχου[b].

a *Magis cynicum.* hoc eſt, *multo acerbius.*
b *Suſtine & abſtine.*

crum, licet ſequatur Prouſteus, ſed ita, ut in interpretando ſcribat [*& quod magis cynice* dicebat] Atqui clare excellens ille codex Reg. habet *& quod ipſe κυνικώτερον ait*, inque eo ſecundas illi faciunt Thuan. & Lugdun. maj. ut de eo nequeat dubitari. *Gronov.*

8 Ἀνέχου καὶ ἀπέχου] Siquidem Gellius ſtatuat ſic illa junctim fuiſſe ab eo pronunciata, quod certe ſtatuunt editiones exhibendo ea per hunc modum, quem ſane retinent etiam alii ſcripti: ſed in Thuan. legi ἀνέχου & ἀπέχου. Gronov.

CAP. XX.

[1]*Verba ſumta ex Sympoſio Platonis numeris coagmentiſque verborum [2]ſcitè, modulatèque apteque exercendi gratiâ in Latinam orationem verſa.*

SYMPOSIUM Platonis apud philoſophum Taurum legebatur. verba illa Pauſaniæ inter convivas amorem vice ſua laudantis, ea verba [3]ita prorſum amavimus, ut meminiſſe etiam ſtuduerimus. Sunt adeò, quæ meminimus, verba hæc: πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδε ἔχει. αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη, ὅτε καλὴ, ὅτε αἰσχρὰ, οἷον νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν ἢ πίνειν ἢ ᾄδειν [4]ἢ διαλέγεσθαι. οὐκ

a *Omnis enim actio ſic habet. Ipſa quantum in ſemetipsâ agitur, neque honeſta, neque turpis: quemadmodum eſt id quod nunc nos ipſi facimus, aut bibere, aut cantare, aut diſputare. Non enim eſt*

1 *Verba &c. ſcite, modulate, apteque exercendi gratia in Latinam orationem verſa*] Titulus hic omnino arrogantiſſimus eſt, nec modeſtiæ, quam Gellius alibi, & in ipſo etiam hoc capite, in Græcis vertendis adhibere ſolet, minime conveniens. Quod ſatis evincit, ut Henricus Stephanus quoque animadvertit, inſcriptionem hanc huic capiti potius à ſciolo quodam, quam ab ipſo Gellio, eſſe præfixam. *Oiſ.* Homines queruli oberrant eandem chordam. Oportebat oſtendi igitur, quando exiſterint iſti ſcioli, quum codices adeo vetuſti jam deſcripta habeant argumenta iſta ex exemplaribus, quæ ad ipſam Gellii ætatem fere acceſſerint: neque eſt tam hic titulus ad arrogantiam declinans aut ab modeſtia ſolita devians, ut non id ipſum velle Gellium ex ipſo capite appareat.

2 *Scite, modulateque apteque*] Sic edidi, prout referebat Stephanus pag. 582, quum in pag. 470 daret *ſcite modulate apteque*, quod ſequuntur omnes editiones, quum priores fingerent *ſcite modulateque & apte.* Sed quod repoſui, eſt in Regio libro, Lugdun. utroque, Petav. *Gronov.*

3 *Ita prorſum amavimus*] Scripti omnes *rurſum*, ut eſt adhuc in Brixana. *Idem.*

4 Ἢ ᾄδειν] Editi ante Stephanum ἢ λαλεῖν, nec ſcripti inde diſcrepant, etſi ipſe Gellius referat *amare.* Sed & mox Lugdun. maj. ἔτω δὴ κ. Idem.

οὐκ ἐπὶ τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ, καλὸν ὀδὲν· ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς αὖ πραχθῇ, τοιοῦτον ἀπέβη. καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς, καλὸν γίγνεται· μὴ ὀρθῶς δὲ, αἰσχρόν. οὕτω δὲ καὶ τὸ ἐρᾶν· καὶ ὁ ἔρως, οὐ πᾶς ἐπὶ καλὸς, οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν[a]. Hæc verba ubi lecta sunt; [5]atque ibi Taurus mihi, Heus, inquit, tu rhetorisce (sic enim me in principio recens in diatribam acceptum appellitabat, existimans eloquentiæ unius [6]extundendæ gratiâ Athenas venisse) videsne, inquit, ἐνθύμημα[b] crebrum, & coruscum, [7] & convexum, brevibusque & rotundis numeris, cum quadam æquabili circumactione devinctum? habesne nobis dicere in libris rhetorum vestrorum tam aptè, tamque modulatè compositam orationem? sed hos, inquit, tamen numeros censeo videas ὁδὸν παρεργον[c]. [8]ad ipsa enim Platonis penetralia, ipsarumque rerum pondera, & dignitates pergendum est; non ad vocalarum ejus amœnitatem, nec ad verborum venustates deversitandum. Hæc admonitio Tauri, de orationis Platonicæ modulis, non modò non repressit, sed instinxit etiam nos ad elegantiam Græcæ orationis verbis Latinis affectandam: atque uti quædam animalium parva & vilia ad imitandum sunt, quas res cumque audierint viderintve, petulantia; proinde nos ea, quæ [9]in Platonis oratione demiramur, non æmulari quidem, [10]sed lineas umbrasque facere

borum honestum per seipsum quicquam, sed in actione, ut quidem est actum, ejusmodi evenit. Nam honeste gestum & recte, honestum fit; contra vero, turpe. Eodem modo & amare: & amor, non omnis honestus est, neque commendatione dignus; verum is, qui amare honeste adhortatur.

b *Commentum.* c *Obiter.*

5 *Atque ibi Taurus mihi*] *Atque* hoc loco est, statim. Vid. supra lib. 10 cap. ultim.

6 *Extundendæ gratia*] Patet imitatio Virgiliana, unde merito sic refinxit Stephanus, quum ederetur *exercendæ*, quum non hoc, sed istud legatur in libris antiquis, aut *extudendæ*, quod est in Reg. quum in Lugd. maj. exstet *exstudendæ*. Lambecius ex Regio codice sustinuit adscribere *excudendæ*, & subnotare *extundendæ*. Gronov.

7 *Et convexum*] Sic est in quibusdam Mss. sed alii *connexum*, ut est in prioribus editis. Sane *convexum* est, quod mox describit *brevibus numeris cum quadam æquabili circumactione devinctum*. Idem.

8 *Ad ipsa enim Platonis penetralia*] Furtivus certe & occultus dolus Gellium videtur hîc vexare; dum vocem *ipsa* non agnoscit vel Reg. vel Lugdun. maj. optimi codices. Quod alii non ferentes ita nude poni præpositionem distractam secretamque ab suo casu videntur pronomen infulsisse, repertum ex sequentibus. Hi ipsi duo codices mox non habent *petulantia*, sed *putantia*, ut ego quidem opiner aliter Gellium scripsisse, præsertim quum non per petulantiam id faciant, sed natura proclivitate quodque hoc illis sit proprium, quodque ad ita faciendum nutent, etsi non assequar satis bene, quo verbo se oblectaverit Gellius. Satis quidem prope accedit, quod dixi. Quod ad verbum *instinxit*, id adscivit Stephanus, quum vulgo legeretur *instruxit*, quod ipsum Stephano sic largitur Lugdun. minor, quum major retineat prius *instruxit*, Regio, Petaviano, Lincoln. referentibus *instrinxit*, quod mihi videtur magis Gellianum. Scioppius adscripsit *deversit*, quod notavit etiam Bourdelotius. *Idem.*

9 *In Plat. oratione demiramur*] Lugdun. maj. habet quidem hanc lectionem, sed ut superscriptum habeat *demoramur*. At Regius plane *denumerabamur*. Idem.

10 *Sed lineas umbrasque facere quæsivimus*] H. Stephanus verosimile putat Gellium scripsisse, *sed lineas umbrasque eorum facere quæsivimus*. Id est, ea delineare & adumbrare. *Oisi.* Interposito scilicet vocabulo contra fidem omnium vett. codicum; quod eo minus in Stephano stupemus, quia majus faci-

re [11] ausi sumus. velut ipsum hoc est, quod ex illis isdem verbis ejus effinximus: *Omne*, inquit, *omnino factum sic sese habet. neque turpe est quantum in eo est, neque honestum: velut est, quas facimus nunc ipsi res, bibere, cantare, differere; nihil namque horum ipsum ex sese honestum est.* [12] *quale quum fieret modo factum est, tale exstitit. si recte honesteque factum est, tum honestum fit: sin parum rectè, turpe fit. sic amare.* [13] *Sic amor non honestus omnis, neque omnis laude dignus.* [14] *sed qui facit nos, ut honestè amemus.*

facinus impulit, quod mox tangit Oiselius. Cæterum non putat Stephanus verosimile esse, sed rogat an non verosimile sit. *Gronov.*

11 *Quæsivimus &*] Has duas voces non habet Cod. Tornæs. nec vett. edd. *Ois.* Prorsus intolerandas; nec capio quemadmodum ad id venerit Stephanus, unde ejeci. Sed tamen Prousteus jam novit hæc interpretari *studuimus & ausi sumus.* Fruatur.

12 *Quale quum fieret modo factum est*] Stephano multo magis placet: *Sed quali, quum fieret, modo factum est.* Ois. In qua conjectura nihil est, quo lætari possit, & mirum ni id cogitare cœpit, postquam vidit in Regio libro exstare *qualis*: inde istud s transtulit ex eoque fecit adversativam, quam sæpe Latini omittunt. *Gronov.*

13 *Sic amor non honestus omnis*] Cod. Tornæs. & vett. edd. *sic amare, sic amor n. h. o.* Ois. Et certe nullus codex etiam MS. aliter legit, quia nec debet aliter legi, quum ita plane in Græcis ediderit Plato etiam retinente Gellio, ut cuilibet patere potest inspicienti. Cur igitur ea non retinuit Stephanus, mire circa hæc grassatus? *Gronov.*

14 *Sed qui facit*] Stephanus reponit, *sed qui commonefacit*, quod respondet Platonis verbo ὁ πειθει. Quod neutiquam per verbum simplex *facit*, reddi potest. Ois. Sed jam Salmasiano exemplari adscripsit aliquis *cave mutes.*

CAP. XXI.

Quibus temporibus post Romam conditam Græci Romanique illustres viri floruerint ante secundum bellum Carthaginiensium.

UT conspectum quemdam ætatum antiquissimarum, item virorum illustrium, qui in his ætatibus nati fuissent, haberemus; ne in sermonibus fortè [1] inconspectum aliquid, super ætate atque vita clarorum hominum, temerè diceremus; sicuti sophista ille ἀπαίδευτος [a], qui publicè nuper differens Carneadem philosophum à rege Alexandro Philippi filio pecuniâ donatum, & Panætium Stoïcum cum superiore Africano vixisse dixit: Ut ab istiusmodi, inquam, temporum, ætatumque erroribus caveremus, [2] excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruissent Græci simul atque Romani viri, qui vel

a *Ineruditus.*

1 *In conspectum aliquid*] Habet Pricæus, quod imputet Aldo & Gryphiis, qui in editionibus suis discerpentes verbum primum dederunt ei causam notandi ad Apuleji Apologiam pag. 165 [cusi plerique omnes, *in conspectum*; levi errore sane: atqui induxit nonnullos, quorum nomina in his literis haud incelebria sunt] Non enim sic Brixiana, non Badiana, non postrema Stephani, quæ debuerat Pricæus uti, & ad eam se componere. *Gronov.*

2 *Excerpebamus ex libris*] *Exercebamus* manifeste scriptum fuit in Memm. Chif. Petav. Lugd. utroque. In Regio *etexercebamus.* Hinc licet mox nulla difficultas ab codicibus antiquis referatur sequenti voci *excerptiones*, tamen pater conjiciebat probabiliter *excernebamus.* Idem.

vel ingenio, vel imperio nobiles insigneſque poſt conditam Romam fuiſſent ante ſecundum bellum Carthaginienſium: eaſque nunc excerptiones noſtras [3] variis diverſiſque in locis factas, curſim digeſſimus. neque enim id nobis negotium fuit, ut acri atque ſubtili curâ excellentium in utraque gente hominum συγχρονισμοὺς [a] componeremus; ſed ut Noctes iſtæ quadamtenus his quoque hiſtoriæ floſculis leviter injectis aſpergerentur. Satis autem viſum eſt in hoc commentario de temporibus paucorum hominum dicere, ex quorum ætatibus de pluribus quoque, quos non nominaremus, haud difficilis conjectura fieri poſſet. Incipiemus igitur à Solone claro: quoniam [4] de Homero & Heſiodo inter omnes ferè ſcriptores conſtitit, ætatem eos egiſſe vel iſdem ferè temporibus, vel Homerum aliquanto antiquiorem; utrumque tamen ante Romam conditam vixiſſe, [5] Silviis Albæ regnantibus, annis poſt bellum Trojanum, ut [6] Caſſius in primo annalium de Homero atque Heſiodo ſcriptum reliquit, [7] plus centum atque ſexaginta, ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos [8] in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum & ſexaginta. [9] Solonem ergo accepimus

a *Congruentia tempora.*

3 *Variis diverſiſque in locis f.*] Notabile eſt, quod repericbam in Thuan. *variis diverſisque modis & locis.* Gronov.

4 *De Homero & Heſiodo*] De utriuſque horum ætate ex Variorum ſententia egit Auctor noſter ſupra lib. 3 c. 11.

5 *Silviis Albæ regnantibus*] Albâ ſcilicet Silvio, Æneæ Silvii filio; ad cujus annum regni ſextum, ſive num. Euſebian. Io cccxcvi. Hieronymus in Chronico Euſebiano ſcribit: *Quidam Homerum & Heſiodum his temporibus fuiſſe ſcribunt.* in quo ſequitur ſententiam Caſſii, ut bene ibi notavit Scaliger. Nam anni clx. cum numero Iocccxxv, in quo Troja capta, compoſiti, efficiunt numerum Io cccxcv, qui numerus uno anno minor ſuperiori eſt, ad quem Hieronymus dixit quoſdam ſcripſiſſe Homerum & Heſiodum vixiſſe. Quod nullius eſt momenti, cum etiam ipſe Caſſius annis plus centum & ſexaginta, poſt bellum Trojanum, Homerum & Heſiodum floruiſſe ſcripſerit.

6 *Caſſius*] Intelligitur L. Caſſius Hemina, qui floruit ludis ſecularibus quartis C. Cornelio Lentulo, & L. Mummio Achaico Coſſ. anno V. C. Iocviii. ut teſtis eſt Cenſorinus de Die Natali cap. 17. nec confundendus cum Caſſio Severo, qui ſub Auguſto & Tiberio vixit, ut aliqui faciunt. Voſſius lib. 1. De hiſt. Latin. cap. 7. & cap. 21.

7 *Plus centum atque ſexaginta*] Lipſius in Notis ad Vellejum Paterculum hic corrigendum cenſet, *Plus ducentis atque ſexaginta* ſcil. annis poſt bellum Troianum, ut hoc modo conveniat ſententia Cornelii Nepotis, qui in primo Chronicorum, ut ſtatim ſequitur, de Homero dixit, eum vixiſſe annis circiter centum & ſexaginta ante Romam conditam. Sed, ut optime Salmaſius ad Solinum notavit, hic annorum numerus apud Caſſium non eſt mutandus; cum opinio Caſſii nihil commune habeat cum ſententia Nepotis. Sed uterque alios ſequutus eſt auctores: Caſſius enim paullo plus quam centum & ſexaginta annos poſt Trojam captam Homerum vixiſſe voluit: Nepos vero annis centum & ſexaginta ante Romam conditam. Nepotis ſupputationi calculum addere & conſenſum omnes ferme Latinos ſcriptores, ex Salmaſio annotari poteſt. Adde 3, 11. Scholia Juvenalis ſcribunt ad Satiram vii ℣ſ. 39. Fuit autem Homerus annis ante urbem conditam centum lx. poſt Ilium captum ducentis lx.

8 *In prima Chronicorum*] Præſtantem bonitatem ſuam exſerit in his verbis Regius exhibens *in primo Chronico*, quod loquendi genus frequentet jam illuſtratum eſt. *Gronov.*

9 *Solonem ergo accepimus, &c. leges ſcripſiſſe Athenienſium*] Omnes Auctores conſentiunt Solonem hoc præſtitiſſe Olympiade quadrageſimâ ſextâ: quamvis alii alium ejus deſignent annum. Anonymus enim in Deſcriptione Olympiad. annum ponit tertium. Quod etiam confirmat Diogenes Laërtius

mus unum ex illo nobili numero ſapientum, leges ſcripſiſſe Athenienſium, Tarquinio Priſco Romæ regnante, anno regni ejus triceſimo tertio. Servio autem Tullio regnante, Piſiſtratus Athenis tyrannus fuit, [10] Solone ante [11] in exilium voluntarium profecto: [12] quoniam id ei prædicenti non creditum eſt. [13] Poſtea Pythagoras Samius in Italiam venit Tar-

tius in Solone, ubi dicit eum floruiſſe circa Olympiad. XLVI. ejuſque anno III. Archontem Athenienſium fuiſſe: atque eo tempore leges ſuas conſtituiſſe: quod veriſſimum eſt. Euſebius vero in Chronico ejuſdem Olympiad. anno II. Solonem leges ſuas ſcripſiſſe vult: *Solon*, inquit, *Draconis legibus antiquatis, extra eas, quæ ad ſanguinem pertinebant, jura ſua conſtituit.* Qui id etiam factum notat anno regni Tarquinii Priſci vigeſimo quarto, non vero trigeſimo tertio, ut Gellius ſcribit. Et ſane, cum Tarquinius Priſcus ſecundum Hieronymum in Chronico Euſebiano Romæ regnum adierit Olympiad. XL. an. III. vel, ut alii volunt, Olymp. XLI. an. II. ſive anno U. C. CXXXIX. Solon vero leges ſuas tulerit Olympiad. XLVI. neceſſario inde ſequitur, id non ultra vigeſimum quartum regni Tarquinii Priſci factum fuiſſe. Lapſus itaque hoc loco Gellius παραχρονισμῷ novem aut decem annorum: niſi forte quis dicat in Codicibus Gellii numerum mendoſum XXXIII. pro XXIII. irrepſiſſe. ideoque ita reſcribendum. *Oiſ.* Meurſius lib. I de Archontibus cap. 12 corrigit ſane *anno regni ejus viceſimo ſecundo.*

10 *Solone ante in exilium voluntarium profecto*] Solonem Athenis abiiſſe, poſtquam Piſiſtratus tyrannidem occupaverat, teſtatur etiam Diogenes Laërtius in ejus Vita: Ἤδη δὲ αὐτῷ (Πεισιστράτῳ) κραλαίντος ἐπίθων, ἔθηκε τὰ ὅπλα πρὸ τῆς ϛρατηγίδος, καὶ εἶπεν, Ὦ πάτρις, βεβοήθηκά σοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον καὶ εἰς Κύπρον. i. e. *Sed cum Piſiſtrato jam dominante nemini perſuaderet, arma ante Prætorium deponens, & inquiens: O Patria & verbo & re opem tibi tuli, in Ægyptum atque in Cyprum navigavit.* Quamquam Laërtius in eo fallat, quod putaverit Solonem Piſiſtrato dominante demum in Ægyptum navigaſſe: cum omnino Solon hanc peregrinationem ſuſceperit, poſtquam leges condidiſſet, ut robur iis poſt abſentiam decennalem compararet, ut ex Plutarcho in Solone quoque obſervavit Meurſius in Solonis Vita. Sic etiam non videtur veroſimile, quod Plutarchus de Solone ſcribit, eum ſcilicet Athenis manſiſſe, etiam poſt occupatam à Piſiſtrato tyrannidem, quamvis amici ejus ſuaderent, ut abiret: quod etiam legere eſt apud Ælianum Var. Hiſtor. lib. 8 cap. 16. Sed præter Gellii & Diogenis Laërtii teſtimonium contrarium, illud ipſum etiam evinci poteſt ex Epiſtolis, quæ leguntur apud Laërtium, tam nomine ipſius Piſiſtrati ad Solonem datis, quibus eum ad reditum in patriam invitat: quam Solonis nomine ad Piſiſtratum Reſponſione, quâ reditum ſuum excuſat, utpote qui, eo dominante, ſibi honeſtus eſſe non poſſet. Quamvis enim haſce epiſtolas non à Piſiſtrato ipſo, nec Solone conſcriptas exiſtimem, ſed ipſorum nomine confictas, liquet tamen ex iis, Veteres in eâ fuiſſe opinione, Solonem ſub Piſiſtrati tyrannide Athenis non commoratum fuiſſe. Optime etiam Meurſius in Solone obſervat, tum demum Solonem profectionem in Lydiam ad Crœſum inſtituiſſe, ut tradit Diogenes Laërtius. Secus atque facit Plutarchus, & eo prior quoque Herodotus: qui in eo errant, quod commemorent Crœſum à Solone aditum, poſtquam confirmandis legibus in decennium peregre abiiſſet, quod neutiquam fieri potuit. Cum, ut antea etiam notatum, Solon leges ſuas ſcripſerit Olympiade XLVI. Crœſus vero regnare demum cœperit Olympiad. LIV. anno II. ut teſtatur Euſebius in Chronico.

11 *In exilium voluntarium profecto*] At Regius transfert adjectivum ad ipſum Solonem, legens *in exilium voluntario prof.* Gronov.

12 *Quoniam id ei prædicenti non creditum eſt*] Nam præviderat, ut docet Laertius cum Valerio Maximo.

13 *Poſtea Pythagoras Samius in Italiam venit*] Jamblichus De Vita Pythagoræ ſcribit, Eum veniſſe in Italiam κατὰ τὴν Ὀλυμπιάδα τὴν δευτέραν ἐπὶ ταῖς ἑξήκοντα, *circa Olympiadem ſexageſimam ſecundam.* Quod an ita ſe habuerit, mox videbimus. Cauſam vero, quare in Italiam Pythagoras profectus fuerit, refert Laërtius in ejus Vitâ, hanc fuiſſe, quod poſt longam peregrinationem in patriam reverſus, eam à Polycratis tyrannide oppreſſam offendiſſet. Εἶτα ἐπανελθὼν εἰς Σάμον, καὶ εὑρὼν τὴν πατρίδα τυραννευομένην ὑπὸ Πολυκράτους, ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα τῆς Ἰταλίας. Cui conſentit Malchus, ſive Porphyrius De Vitâ Pythagoræ. Μετὰ δὲ ταῦτα δὲ Πολυκράτους τυραννίδος Σαμίους καταλαβούσης ὁ πρίπον ἡγούμενος ὁ Πυθαγόρας οὐ τοιαύτην πολίτειαν εἶεν ἀνδρὶ Φιλοσόφῳ, διενοήθη εἰς Ἰταλίαν ἀπαίρειν. Id eſt, *Poſtea autem cum Samii Polycratis tyrannide oppreſſi tenerentur, Pythagoras indecorum ſibi viro philoſopho arbitratus, in ejuſmodi republica vivere, in Italiam cogitare cœpit.* Alii Syloſontem Polycratis fratrem & ſucceſſorem (quem

Stra-

Tarquinii filio regnum obtinente, cui cognomentum Superbus fuit. [14] isdemque temporibus occisus est Athenis ab Harmodio & Aristogitone Hipparchus Pisistrati filius, [15] Hippiæ tyranni frater. [16] Archilochum autem Nepos Cornelius tradit, Tullo Hostilio Romæ regnante, jam tum fuisse poëmatis clarum & nobilem. [17] Ducentesimo deinde & sexagesimo anno post Romam conditam, aut non longè amplius, [18] victos esse ab Athenienſibus Persas memoriæ traditum est, pugnam illam inclutam Marathoniam, Miltiade duce: qui post eam victoriam damnatus

Strabo lib. 14. adeo sæviter regnasse scribit, ut plurimi Samum desererent) ajunt non potuisse ferre. Quod rei veritati propius accedere videtur. Si enim Pythagoras, ut idem scribit Jamblichus, viginti duos annos in Ægypto versatus sit; atque eo ibi commorante, à Polycrate jam dominante Ægyptiorum Regi Amasidi per literas commendatus sit, ut refert Laërtius; non potuit sane Pythagoras circa Olympiadem LXII. in Italiam abire, quippe quo tempore primum Polycrates dominari cœperit. Syloson vero post Polycratis necem, Sami principatum à Dario Persarum rege dono accepit Olympiad. LXVI. anno IV. qui fuit annus U. C. CCXLI. quo tempore adhuc Romæ Tarquinius Superbus regnabat; atque ita Pythagoras sub Tarquinio in Italiam perveniſſe potuit, ut vult Auctor noster. At Solinus sub Bruto demum consule Pythagoram Italiam adiisse scribit cap. 16. *In Samo*, inquit, *nihil nobilius, quam Pythagoras civis, qui mox offensus fastu tyrannico, relictâ domo patriâ, Bruto consule, qui reges Urbe exegit, Italiam advectus est.* Sic Cicero Tusculan. Quæstion. lib. 4. scribit Pythagoram fuisse in Italia iisdem temporibus, quibus L. Brutus patriam liberavit. Quicquid sit de Pythagoræ in Italiam adventu, an fuerit scilicet sub extremis regni Tarquinii Superbi temporibus, an vero, illo exacto, sub Bruti demum consulatu; istud certissimum est, Pythagoram Italiam non adiisse circa Olympiadem LXII. ut voluit Jamblichus, vel, quod eodem redit, paulo post initium regni Polycratis, ut Diogenes Laërtius, & Malchus in Vitâ Pythagoræ innuere videntur.

14 *Isdem temporibus occisus est Athenis ab Harmodio & Aristogitone Hipparchus Pisistrati filius*] Vide sis supra lib. 9 c. 2.

15 *Hippiæ tyranni frater*] Qui etiam anno quarto post Hipparchi cædem Athenis ejectus est, hoc est, anno III. Olympiad. LXVII. sive an. V. C. CCXLIV.

16 *Archilochum*] De quo vide sis Lil. Gyraldum de Poëtar Historia Dialog. IX.

17 *Ducentesimo deinde & sexagesimo anno post Romam conditam, &c.*] Sic quoque Sulpitius Severus Histor. Sacr. lib. 2. *Hic (Darius) ante quadriennium quam decederet, apud Marathonem pugnavit, celeberrimo Græcis Romanisque historiis prælio. Id gestum post Romam conditam anno fere ducentesimo & sexagesimo; Macerino & Augurino, Coss.* In tabulis tamen Capitolinis consules hi referuntur ad ann. U. C. CCLXI. Anonymus in Descriptione Olymp. Marathoniam pugnam refert ad an. 1. Olympiad. LXXII. quo Athenis Archon fuit Diognetus. Dionysius etiam lib. 5. auctor est, prælium Athenienſium ad Marathonem accidisse sedecim annis post mortem L. Bruti Romanorum primi consulis. Γέγραπται δὲ καὶ τὰ Μαραθώνια καὶ ὁ Βρούτου θάνατος, εἰ δὴ ἀπὸ τούτων πρώτου ἤρξαντο οἱ ἕπαινοι λέγεσθαι τοῖς ἀποτεινομένοις, ἐκκαίδεκα ἔτεσιν. Quod eodem redit. Nam Bruti Regum exactoris mors incidit in Olympiad. LXVIII. annum 1. cui annorum numero si sedecim annos addas, reperies ann. 1. Olymp. LXXII. qui potest esse annus CCLX. ab U. C. si sententiam Eratosthenis & ipsius Dionysii sequamur, qui, ut supra monuimus, Romam conditam statuunt anno 1. Olympiad. VII. à quo si deinceps ducentos sexaginta annos numeres, habebis Olympiad. LXXII. ann. 1. Ad quem etiam annum Marathoniam pugnam contigisse scribit Eusebius in Chronicis. Scaliger Marathoniam cladem refert ad ann. II. Olymp. LXXII. Hujus vero adversarius Petavius lib. 10. de Doctr. Tempor. ad sequentem, sive ann. III. Olympiad. LXXII. qui ipsi, ex Varroniano calculo, est annus U. C. CCLXIV.

18 *Victos esse pugnam illam inclutam Marathoniam*] Sic restituit jure priscam & ab Brixienſibus agnitam lectionem Pater, mire eam spernentibus medio tempore viris eruditis contra libros MSStos, quum & Regius & Thuan. & Mem. & Chif. & Petav. & uterque Lugdunensis illum accusativum casum & insignem Græcismum probent fideliter & tueantur, ut non oportuerit esse tam contumaces. Id ignotum esse Prousteo quis miretur aut invideat? Annotavit quoque Scioppius ex V. C. *Gronov.*

19 *Post*

tus à populo Athenienſi in vinculis publicis mortem obiit. tum Æſchylus Athenis tragœdiarum poëta celebris fuit. Romæ autem iſtis fermè temporibus tribunos & ædiles tum primùm per ſeditionem ſibi plebes creavit; ac non diu pòſt Cn. Marcius Coriolanus, exagitatus vexatuſque à tribunis plebi, ad Vulſcos, qui tum hoſtes erant, à republicâ deſcivit; bellumque populo Romano fecit. [19] Pòſt deinde paucis annis Xerxes rex ab Athenienſibus, & pleraque Græciâ, Themiſtocle duce, navali prœlio, quod ad Salamina factum eſt, victus fugatuſque eſt. [20] atque inde anno ferè quarto, Menenio Agrippa, M. Horatio Pulvillo conſulibus, bello Veiente, apud fluvium Cremeram, [21] ſex & trecenti patricii Fabii cum familiis ſuis, univerſi ab hoſtibus circumventi, perierunt. Juxta ea tempora Empedocles Agrigentinus in philoſophiæ naturalis ſtudio floruit. Romæ autem per eas tempeſtates decemviros legibus ſcribundis creatos conſtitit; tabulaſque ab his primò decem conſcriptas, mox alias duas additas. Bellum deinde in terrâ Græciâ maximum Peloponneſiacum, [22] quod Thucydides memoriæ mandavit, cœptum eſt circa annum ferè, poſt conditam Romam, trecenteſimum viceſimum tertium. qua tempeſtate [23] Olus Poſtumius Tubertus

19 *Poſt deinde paucis annis Xerxes rex ab Athenienſibus, &c.*] Decem ſcilicet annis poſt Marathoniam pugnam certatum eſt ad Salaminem, ut teſtis eſt Thucydides lib. 1.

20 *Atque inde anno fere quarto Menenio Agrippa, M. Horatio Pulvillo Coſſ.*] In Faſtis Capitolinis ad ann. U.C. CCLXXVI. nominantur conſules C. Horatius Pulvillus & T. Menenius Agrippæ F. Atque ita horum Coſſ. nomina apud Gellium reponenda cenſet Pighius in Annalibus, *Menenio Agrippæ F. C. Horatio Pulvillo*. Conſentiunt Livius & Dionyſius Halicarnaſſ. qui C. Horatium Marci ejus, qui Capitolium dedicavit, & T. Menenium, Agrippæ Menenii, qui plebem patribus reconciliavit, filios fuiſſe ſcribunt. Gellius verò hoc loco à librariis corruptus, qui ignorarunt, quod Agrippa in Meneniis prænomen eſſet. Ex horum itaque Conſulatu, qui ad ann. U.C. CCLXXVI. in Faſtis Capitolinis collocantur, apparet Gellium exiſtimaſſe pugnam Salaminiam contigiſſe anno U.C. CCLXXII. qui quarto inde anno hos conſules fuiſſe dicit; ſub quorum conſulatu, ſex & trecentos patricios Fabios cum familiis ſuis apud Cremeram à Vejentibus cæſos eſſe ſcribit. Quod rectiſſime ab eo factum. nam hiſce Coſſ. cladem hanc Romani paſſi ſunt. Qui Varronianum U.C. calculum ſequuntur, Conſules hoſce fuiſſe volunt anno U.C. CCLXXVII. qui ipſis eſt ann. IV. Olymp. LXXV. Prochroniſmo duodecim annorum hinc recedit Euſebius in Chronicis, qui Fabios à Vejentibus cæſos notat ad ann. IV. Olymp. LXXII. Contra Anonymus in Deſcript. Olymp. parachroniſmo quinque annorum ſerius hanc cladem accidiſſe ſcribit. nimirum ann. I. Olymp. LXXVII. ubi ejus verba: Ῥωμαίοις πρὸς Οὐεντανοὺς εὐστάντος πολέμου περὶ τὸν Κρεμέραν, Ῥωμαίων ἡττηθέντων, οἱ τριακόσιοι Φάβιοι, συγγενεῖς ἀλλήλων ὄντες, ἔπεσον. Quod ex ipſius ſententia incideret in an. U.C. CCLXXXI. Romam enim ipſe conditam ſcribit ad ann. I Olymp. VII. ut ſupra monitum.

21 *Ab his ſex & trecenti patricii Fabii*] Plane nauſeabam ad hoc tam placitum edentibus, ut quum præmittant *ab his*, tamen mox apponere voluerint *ab hoſtibus*; non potuit id fieri ab Gellio. Itaque inſpectis MSStis vidi illa *ab his* fuiſſe ab ipſis fabricata, quum in illis non agnoſcantur, ſed ejectis illis verba ſic exſtent tranſpoſita: *apud fluvium Cremeram Fabii ſex & trecenti patricii cum familiis ſuis* &c. quod eſt decentiſſimum. Sic autem habet Reg. Thuan. Lugdun. uterque. *Gronov.*

22 *Quod Thucydides memoriæ mandavit*] De quo notavit G. J. Voſſius lib. 1 cap. 4 de Hiſtoricis Græcis ea ipſa, quæ Oiſelius ſubjecerat. *Idem.*

23 *Olus Poſtumius Tubertus*] Male in vet. ed. & vulgatis eſt *Torquatus*, pro *Tubertus*. Oiſ. Ita egregie reſtituit Stephanus, ſed plane ex MSStis, qui integra tria nomina ſic exhibent.

bertus dictator Romæ fuit, qui filium suum, [24] quod contra suum dictum in hostem pugnaverat, securi necavit. hostes tum populi Romani fuerant [25] Fidenates. [26] itaque inter hæc tempora nobiles celebresque erant Sophocles, ac deinde [27] Euripides tragici poëtæ, & [28] Hippocrates medicus, & Democritus philosophus: quibus, [29] Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit; sed quibusdam temporibus isdem vixerunt. Jam deinde, tribunis militaribus consulari imperio rempublicam Romæ regentibus, [30] ad annum ferè conditæ urbis trecentesimum quadragesimum septimum, triginta illi tyranni præpositi sunt à Lacedæmoniis Athenienſibus; & [31] in Siciliâ Dionysius superior tyrannidem tenuit, pauciſque annis pòst, Socrates Athenis capitis damnatus est, & in carcere veneno necatus. ea ferè tempestate Romæ M. Furius Camillus dictator fuit, & Vejos cepit. ac pòst non longo tempore bellum Senonicum fuit. tum Galli Romam, præter Capitolium, ceperunt. neque multò posteà Eudoxus astrologus in terrâ Græciâ nobilitatus est: [32] Lacedæmoniique ab Athenienſibus apud Corinthum superati, duce Phormione

24 *Quod contra suum dictum*] Melius forte leges, *Quod contra suum edictum*. Ois. At istud *forte* nihil nisi vacillationem intolerandam in sermonis Latini usu & peritia demonstrat. Firmi sunt omnes codices Mssti in isto *dictum*, nec quisquam ex editoribus ante hunc sustinuit vel dubitare de optima hujus locutionis præstantia, prout certe est.

25 *Fidenates*] Bello Fidenati Gellius hoc accidisse vult; cum tamen alii bello contra Æquos & Volscos in Algido, quibus cæsis Postumius dictator triumphavit, id contigisse referant. Livius lib. 4. Diodor. Sicul. lib. 12.

26 *Itaque inter hæc tempora*] Sic edidit Stephanus, quum anteriores præferrent *itaque qui inter hæc tempora*: & qui Salmasiano exemplari usus fuit, tuetur hanc locutionem verbis IV, 7. *Valerius Probus grammaticus inter suam ætatem præstanti scientia fuit*. Sed & reliquus codicum vetustorum grex id retinet per omnia. Cæterum Regius & Lugdun. maj. habent *itaque qui in hoc tempore*; unde videtur certissimum existere *Ita quoque in hoc tempore*. Gronov.

27 *Ac deinde Euripides*] Vide supra libr. XIII cap. 18.

28 *Hippocrates*] De quo in cap. 13.

29 *Quibus Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit*] Si Gellius Socratem etiam Hippocrate juniorem esse putaverit, in eo falsus est; novem enim ad minimum annis ante Hippocratem natus est Socrates; nimirum ann. IV. Olympiad. LXXVII. ut ex Apollodori Chronicis refert Laertius in Socrate: Ἐγεννήθη δὲ (ὁ Σωκράτης) καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς, ἐπὶ Ἀφεψίωνος, ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆ ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, Θαργηλιῶνος ἕκτη, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι. Id est, *Natus est autem Socrates, ut ait Apollodorus in Chronicis, Apsephione Archonte, anno quarto septimæ & septuagesimæ Olympiados, sextâ Thargelionis, quâ die Athenienses urbem purgant*. Socratis itaque natalis incidit in an. V. C. CCLXXXV. Alii etiam, ut scribit Anonymus in Descript. Olympiad. Socratis annum natalem rejiciunt in an. IV. Olymp. LXXIV. Sed verior est Apollodori sententia.

30 *Ad annum fere* C. V. CCCXLVII. *triginta illi tyranni præpositi sunt à Lacedæmoniis Athenienſibus*] Alios hic sequitur Annales Gellius, atque supra fecit, ubi scribit Bellum Peloponnesiacum cœpisse ann. V. C. CCCXXIII. ubi Varronem secutus est. Istud autem duravit XXVII. annis amplius, hoc est, ad ann. V. C. CCCL. qui est an. I. Olymp. XCIV. quo demum tempore Athenæ Lysandro captæ.

31 *In Sicilia Dionysius*] Hic tyrannidem occupavit circa annum ultimum belli Peloponnesiaci.

32 *Lacedæmoniique ab Athenienſibus apud Corinthum superati, duce Phormione*] Notabilis Gellii παραχρονισμὸς, qui hanc Lacedæmoniorum cladem collocat post Romam à Gallis captam, hoc est, post an. III. Olympiad. XCVII. sive an. V. C. CCCLXIV. cum reverâ Lacedæmonii ab Athenienſibus, duce Phormione, navali prælio prope Corinthum profligati sint anno tertio belli Peloponnesiaci, qui fuit ann. IV. Olympiad. LXXXVII. sive ann. V. C. CCCXXV.

Hoc

Phormione: & M. Manlius Romæ, qui Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus est consilium de regno occupando iisse; damnatusque capitis, saxo Tarpejo, ut M. Varro ait, præceps datus; ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est. eoque ipso anno, qui erat post reciperatam urbem septimus, Aristotelem philosophum natum esse, memoriæ mandatum est. aliquot deinde annis post [33] bellum Senonicum, Thebani Lacedæmonios duce Epaminonda, apud Leuctra superaverunt: ac brevi pòst tempore, in urbe Roma, lege Licinii Stolonis consules creari etiam ex plebe cœpti, quum antea jus non esset, nisi ex patriciis gentibus, fieri consules. [34] Circa annum deinde urbis conditæ quadringentesimum Philippus, Amyntæ filius, Alexandri pater, regnum Macedoniæ adeptus est: [35] inque eo tempore Alexander natus est: pauciſque inde annis pòst [36] Plato philosophus ad Dionysium Siciliæ tyrannum posteriorem profectus est. post inde aliquanto tempore Philippus apud Chæroneam prælio magno Athenienses vincit. tum Demosthenes orator ex eo prælio

Hoc enim anno Phormio Athenienſium dux, Lacedæmonios navali prælio bis vicit: ſemel circa Rhium, ubi XLVIII. naves Lacedæmoniorum oppugnat, ac XII. αὐτάνδρες capit; quos deinde novâ navium acceſſione auctos rurſus aggreditur, ſed ambigua victoriâ recedit; mox vero ipſe Phormio XX. navibus auctus, Lacedæmonios in fugam conjecit Corinthum uſque, ut tradit Diodorus Sicul. lib. 12. & Thucydides lib. 2.

33 *Bellum Senonicum*] Sic etiam ſupra bellum Gallicum appellavit, quia à Senonibus, gente Gallicâ, illatum.

34 *Circa annum deinde urbis conditæ* CCCC. *Philippus &c. regnum Macedoniæ adeptus eſt*] Nimis ſecure hic Gellius numerum annorum expreſſit. Neque enim Philippus Amyntæ F. circa ann. V. C. CCCC. Macedoniæ regnum adeptus, verum ann. II. Olympiad. CV. fratri Perdiccæ ab Illyriis occiſo in Macedoniæ regno ſucceſſit, ut auctor Diodorus Siculus lib. 16. Qui incidit in ann. V. C. CCCXCV. Varronianum: quo anno etiam Athenienſes ad Methonem in prælio vicit. Circa annum vero V. C. à Gellio nominatum, ſive Olympiad. CVI. Philippus, re feliciter ubique geſtâ, ac variis gentibus devictis, & imperio ſuo ſubjugatis, ampliſſimum ſibi regnum acquiſiverat, ſtabiliveratque.

35 *Inque eo tempore Alexander natus eſt*] Natus eſt Alexander M. an. I. Olympiad. CVI. die VI. menſis Hecatombæonis, qua die templum Dianæ ab Heroſtrato incenſum conflagravit, ut ſcribit Plutarchus in Alexandro, & Diodorus Sicul. lib. 16. Item Anonymus in Deſcript. Olympiad. ad ejuſdem Olymp. annum. Qui ſecundum Varronem eſt ann. V. C. CCCXCVIII.

36 *Plato philoſophus ad Dionyſium Siciliæ tyrannum poſteriorem profectus eſt*] Iterum hic Gellius παραχρονισμὸν aliquot annorum committit, cum ſcribit Platonem paucis poſt Alexandrum M. natum annis in Siciliam ad Dionyſium juniorem profectum eſſe. Quod omnino fieri nequivit. Nam ante Alexandrum natum jam Plato tertiùm ex Siciliâ in patriam redierat. Ter enim Platonem in Siciliam navigaſſe ſcribit Diogenes Laërtius in ejus Vitâ; primò, ut inſulam & montis Ætnæ crateras inviſeret, quo tempore à Dionyſio majore Siciliæ tyranno adeo male habitus eſt, ut eum etiam venum dederit. quemadmodum etiam teſtatur Plutarchus in Dione, & Diodorus Siculus lib. 15. Quod accidit circa ann. III. Olympiad. XCVIII. hoc eſt, ann. V. C. CCCLXVIII. Quo tempore Plato jam quadrageſimum annum ætatis exceſſerat, ut ipſe teſtatur in Epiſtolâ ſeptimâ. Secundo autem profectus eſt ad Dionyſium Juniorem αἰτῶν γῆν καὶ ἀνθρώπους τοὺς κατὰ τὴν πολιτείαν αὐτῷ ζητουμένους, *locum atque homines poſtulans in Republica à ſe inſtituta victuros*, quod Dionyſium quidem promiſiſſe, non tamen præſtitiſſe idem ait Laërtius. Itaque in patriam rediens, quamvis ægre à Dionyſio dimiſſus, poſtea tertiâ vice Syracuſas profectus, Dionis Dionyſio reconciliandi causâ, ab utroque iterumque arceſſitus.

lio salutem fugâ quæsivit; quumque id ei, quòd fugerat, probrosè objiceretur, versu illo notissimo elusit:

Ἀνὴρ, inquit, ὁ φεύγων κ᾽ πάλιν μαχήσετ[a].

postea Philippus ex insidiis occiditur; & Alexander regnum adeptus ad subigendos Persas in Asiam atque in Orientem transgressus est. [37] alter autem Alexander, cui cognomentum Molosso fuit, in Italiam venit, bellum populo Romano facturus. jam enim [38] fama, virtusque felicitatis Romanæ apud exteras gentes enitescere incœptabat. sed prius, quàm bellum faceret, vita decessit. Eum Molossum, quum in Italiam transiret, dixisse accepimus, se quidem ad Romanos ire, quasi in ἀνδρωνῖτιν; Macedonem isse ad Persas, quasi in γυναικωνῖτιν. postea Macedo Alexander plerâque parte orientali subactâ, quum annos undecim regnavisset, obiit mortis diem. [39] neque ita longè pòst Aristoteles philosophus, & pòst

a *Vir fugiens etiam rursus pugnabit*, vel *pugnare potest*.

cessitus. Sed re infectâ denuo in patriam rediit sospes. Paulo vero post Platonis discessum, Dioclàm collectis copiis, in Siciliam navigans Dionysium Syracusis expulit, ac libertatem Syracusanis restituit. Quod factum an. IV. Olympiad. CV. ut est apud Diodorum Sicul. lib. 16. qui est ann. V. C. CCCXCVII. uno anno antequam Alexander M. natus erat. Plato vero ejusdem Olympiadis an. I. reversus videtur; quippe qui in Epist. VII. scribat, se paulo post suum ex Siciliâ reditum, in Peloponneso Dionem offendisse ludos spectantem Olympiacos. Ultra annum vero Platonem apud Dionysium Syracusis hæsisse, ex eadem Epistolâ Platonis facile colligi potest; ita ut Plato circa ætatis annum septuagesimum, tertiam hanc in Siciliam profectionem suscepisse videatur; post reditum vero suum adhuc vixit ad an. IV. Olympiad. CVIII. sive V. C. an. CCCCVI. quo anno natus annos LXXXI. mortuus est, ut est apud Laërtium in ejus Vitâ.

37 *Alter autem Alexander &c. in Italiam venit*] Fuit avunculus Alexandri Magni, frater quippe Olympiadis, & Rex Epiri. Hic in Italiam à Tarentinis, auxilia adversus Bruttios deprecantibus, sollicitatus, ita cupide profectus fuerat, veluti in divisione orbis terrarum, Alexandro Olympiadis sororis suæ filio Oriens, sibi Occidens forte contigisset, ut scribit Justinus lib. 12. Livius lib. 8. constare scribit, hunc Alexandrum in Italiam classem appulisse, T. Manlio Torquato III. & P. Decio Mure Coss. qui fuit an. V. C. CCCCXIV. sive an. I. Olympiad. CX. Itaque septem annis ante Alexandri Magni in Asiam trajectionem. Plutarchus quoque lib. De Fortunâ Romanor. prope finem, Alexandri Molossi expeditionem priorem facit, cum scribit Alexandrum M. etiam de expeditione in Italiam suscipiendâ cogitasse, sub prætextu, quod Alexander Molossus apud Pandosiam à Bruttiis & Lucanis esset occisus, re verâ autem gloriæ stimulo & imperii æmulatione adversus Romanos agitatum. Hoc modo verum esse nequit, quod Gellius de Alexandro Molosso mox subjicit, eum scilicet dixisse, cum in Italiam transiret; *se quidem ad Romanos ire, quasi in ἀνδρωνῖτιν; Macedonem isse ad Persas, quasi in γυναικωνῖτιν.* Cum eo tempore Alexander M. nondum in Asiam trajecisset. *Oisius.* At hoc quidem quiritandi genus non prodest Gellio, quod tamen hactenus etiam placuit Prousteo. Primum igitur nosse oportet *andronitin* & *gynæconitin* efferri in Mss. Latino more. Deinde nescio quid turbarum hîc ostendi ex Lincoln. dum profert *in andro intro ap in andronitin*. Sed & in Regio omittitur τὸ *ipse*. Sic igitur irritatus Lambecius judicavit in Gellio ita legendum *se quidem ad Romanos isse* vel *iviisse quasi in andronitin; Macedonem ire ad Persas quasi in gynæconitin*, lib. III Biblioth. Cæsar. pag. 377, quod satis oportunum arbitror. *Gronov.*

38 *Fama virtusque felicitatis Romanæ*] Est aliquid ambiguum. Nam Regius & uterq. Lugdun. tantum legunt *fama virtutesque Romanæ*. Etiam sic Thuan. qui inde mox etiam scribit *incæptabant*. Idem.

39 *Neque ita longe post*] Codex Regius est, & unus, qui legit *neque haut longe post*. Idem.

40 *Bel-*

pòst aliquanto Demosthenes vitâ functi sunt: isdemque fermè tempestatibus populus Romanus gravi ac diutino Samnitium bello conflictatus est: consulesque Tib. Veturius & Sp. Postumius in locis iniquis apud Caudium à Samnitibus circumvallati, ac sub jugum missi, turpi fœdere facto discesserunt; ob eamque causam populi jussu Samnitibus per Feciales dediti, recepti non sunt. Post annum deinde urbis conditæ quadringentesimum ferè & septuagesimum [40] bellum cum rege Pyrrho sumtum est. Ea tempestate Epicurus Athenienſis, & Zeno Cittiensis philosophi celebres erant: eodemque tempore C. Fabricius Luscinus & Q. Æmilius Papus [41] censores Romæ fuerunt; & [42] P. Cornelium Rufinum, qui bis consul, & dictator fuerat, senatu moverunt: [43] causamque isti notæ subscripserunt, quod eum comperissent argenti facti cœnæ gratiâ decem pondo libras habere. Anno deinde post Romam conditam quadringentesimo ferme & nonagesimo, consulibus Appio Claudio, cui cognomentum Caudex fuit, Appii illius Cæci fratre, & M. Fulvio Flacco bellum adversum Pœnos primum cœptum est. neque diu post Callimachus poëta Cyrenensis Alexandriæ apud Ptolemæum regem celebratus est. annis deinde posteà paulò pluribus quàm viginti, pace cum Pœnis factâ, consulibus Claudio Centone Appii Cæci filio & M. Sempronio Tuditano, primus omnium L. Livius poëta fabulas docere Romæ cœpit, [44] post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè centum & sexaginta, [45] post Menandri annis circiter quinquaginta duo-

40 *Bellum cum rege Pyrrho sumtum est*] Non accuratum annorum numerum expressit Gellius, ut alias quoque non semel fecit, quo bellum cum Pyrrho Epirotarum rege cæptum est. Ex Fastis enim Capitolinis fuit is annus V. C. CCCCLXXIII. Varronis vero ann. V. C. CCCCLXXIV. quo Pyrrhus Epirotarum Rex à Tarentinis in auxilium vocatus, venit cum exercitu, atque elephantis in Italiam.

41 *Censores Romæ fuere*] Anno nimirum V. C. CCCCLXXVIII. secundum Fastos Capitolinos; Varroniano autem CCCCLXXIX. C. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus censores lustrum Romæ fecerunt XXXIII. Censa sunt civium capita CCLXXI. M. cum CCXXIV. ut habet Epitome Liviana lib. 14.

42 *P. Cornelium Rufinum &c. senatu moverunt*] Videsupra lib. 4 cap. 8. & quæ ibi notata sunt.

43 *Causamque isti notæ subscripserunt*] Quum sic olim ederetur, medio tempore exhibere inceperunt *subscripsere*, quod recte Stephanus iterum mutavit, quia scripti omnes istam terminationem ostentant. Sed & alterum, quod in his alienum est, & ipse potuit nosse, nescio cur toleraverit; vidisse enim potuit in Regio legi *causam isti* &c. ut certe ego vidi. Jam quoque pater notavit in Lugdun. majore similiter legi, qui duo quum sint optimi, proscribo reliquos ut Gellianæ manus parum curiosos propagatores, & ita primo scriptum fuisse credo. Insuper quum ex Stephani editione excidisset copulativa *quadringentesimo ferme nonagesimo*, id placuit deinde sequi, quum eam tueantur simul priores editiones & codices scripti, unde aliter egisse me vides. Ab uno tantum Lugdun. min. abesse video; cui similem si fortassis habuit Stephanus, non oportuit illi tantum indulgeri. *Gronov.*

44 *Post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere centum & sexaginta*] Si CLX. annos deducas ab ann. V. C. IↃXIV. obitus Sophoclis & Euripidis incidet in an. V. C. CCCLIV. sive ann. 1. Olympiad. XCV. ex Diodoro Siculo Apollodorum sequente discimus eos obiisse eodem ann. III. Olymp. XCIII. sive an. V. C. CCCXLVIII. sed fortasse Gellius eos sequitur, qui Sophoclem sexennio post Euripidem decessisse volunt, ut etiam supra XIII, 18 notatum.

45 *Post Menandri annis circiter quinquaginta duobus*]

duobus. Claudium & Tuditanum consules sequuntur [46] Q. Valerius & C. Mamilius: quibus natum esse Q. Ennium poëtam M. Varro, in primo de poëtis libro, scripsit: eumque [47] quum septimum & sexagesimum [48] annum ageret, duodecimum Annalem scripsisse, idque ipsum Ennium in eodem libro dicere. Anno deinde post Romam conditam [49] quin-

duobus] Deductis itaque ann. LII. ab ann. U. C. IↃXIV. mortalis Menandri erit an. V. C. CCCCLXII. sive an. 1. Olympiad. CXXII. Biennio tamen post Menandrum obiisse, colligi posse videtur ex Veteri Inscriptione, quæ Romæ exstat, & vulgata est in Corpore Gruteriano pag. 1027. n. 2. ubi scribitur, Menandrum obiisse anno ætatis quinquagesimo secundo, archonte Philippo, natum autem fuisse sub archonte Sosigene.

ΜΕΝΑΝΔΡΟC. ΔΙΟΠΕΙΘΟΥC.
ΚΗΦΙCΙΕΥC. ΕΓΕΝΝΗΘΗ.
ΑΡΧΟΝΤΟC. CΩCΙΓΕΝΟΥC
ΕΤΕΛΕΥΤΗCΕΝ. ΕΤΩΝ. Ν΄
ΚΑΙ. Β΄. ΕΠΙ. ΑΡΧΟΝΤΟC.
ΦΙΛΙΠΠΟΥ. ΚΑΤΑ. ΤΟ. Β΄.
ΚΑΙ. Α΄ ΕΤΟC. ΤΗC. ΠΤΟΛΕΜΑΙ
ΟΥ. ΤΟΥ. CΩΤΗΡΟC. ΒΑCΙΛΕΙΑC.

Id est, *Menandrus Diopithis F. populo Cephisieus, natus est Archonte Sosigene. Obiit annorum duum & quinquaginta, Archonte Philippo, anno altero & trigesimo regni Ptolemæi Soteris.* Sosigenes vero archon Athenis fuit ann. III. Olymp. CIX. sive an. V. C. CCCCXII. quibus si addas annos quinquaginta duos, habebis an. III. Olymp. CXVII. sive ann. V. C. CCCCLXIV. quod vero additur in Inscriptione, Menandrum obiisse an. XXXII. Ptolemæi Soteris, istud sane non convenit cum prioribus, sed potius cum Gellio. Nam annus XXXII. Ptolemæi Soteris incidit in annum 1. Olymp. CXXII. sive ann. V. C. CCCCLXI. siquidem regni ipsius anni computantur à morte Alexandri Magni an. 1. Olymp. CXIV. sive an. V. C. CCCCXXX. In alterutro itaque erratum, vel in annis ætatis Menandri, vel in annis regni Ptolemæi Soteris, sive Lagidæ assignandis. In Prolegomenis tamen Aristophanis totidem anni Menandro tribuuntur: τελευτᾷ δὲ οὗ Ἀθήνῃσι ἐτῶν ὑπάρχων νδ΄. Anonymus autem Olympiadum Scriptor Menandri mortem refert ad ann. II. Olymp. CXXIII. quo archontem Philippum, sive eundem, quem Inscriptio Vetus habet, iterum, sive alium cognominem facit, Menandro vero L. tantum annos tribuit: Μενανδρος Διοπειθους Κηφισιευς κωμῳδοποιὸς ἐτελεύτησεν ἐτων ν΄. Sed multum fallitur, nec sibimet ipse constat Anonymus; eum enim Menandri natalem faciat an. II. Olymp. CIX. archonte Sosigene; si inde numeres quinquaginta annos, habebis ann. I. CXXII. Quod convenit cum Gellio, & an. XXXII. regni Ptolemæi, quo Menandrum mortuum esse Vetus ait Inscriptio. Ab his uno anno iterum abit Eusebius in Chronicis, qui Menandri mortem refert ad ann. IV. Olympiad. CXXI. sive ann. V. C. CCCCLXI.

46 *Q. Valerius & C. Mamilius*] Sic alterius horum consulum nomen legendum, non ut vulgo, *C. Manilius.* Consules enim Romæ fuere C. Mamilius Furius, Q. Valerius Fabro ann. V. C. IↃXIV. secundum Fastos Capitolinos, sive Varron. an. V. C. IↃXV. Quo anno Ennium natum esse etiam ex Cicerone, Tusc. Quæst. lib. 1. & Bruto; in verbis bene notis manifestum est. *Oif.* Sic corrigendum nomen consulis jam monuit Paulus Merula atque etiam margini codicis sui inscripsit Lambecius. Sed quis docuit Oiselium scribere *C. Mamilius Furius?* Sic in alienis acuti ad propria remittimur. Pigius mirabiliter scribit ad annum DXIV recte eosdem consules nominare Gellium, nec dubitat citare *Mamilius*, quasi ita in Gellio exstaret, quod in nulla editione reperio.

47 *Quum septimum & sexagesimum annum ageret, duodecimum Annalem scripsisse*] Qui fuit Varron. ann. V. C. IↃ LXXXII. Cæterum pro *duodecimum Annalem*, ut omnes habent libri, P. Merula in Commentariis ad Ennium lib. 18. legendum censet, *duodevigesimum Annalem*, cui assentitur Vossius lib. 1 cap. 2. De Histor. Latinis, quasi Gellius dicat, extremam Annalium partem, quæ ex Varguntei divisione libris 18. constitit, demum ab Ennio conscriptam esse, triennio ante obitum suum. Ennium autem libros 18. Annalium conscripsisse, designare videtur Diomedes lib. 3. ubi in Putschiana editione legitur: *Epos Latinum primus digne scripsit is, qui res Romanorum* XIIX. *complexus est libris, qui & Annales inscribuntur, quod singulorum fere annorum actus contineant; sicuti publici Annales, quos Pontifices, Scribæque conficiunt de Romanis, quod Romanorum res gestas declarant.* In aliis etiam Codd. apud Diomedem, teste Merula, ipsum *Ennii* nomen expressum invenitur, hoc modo: *digne scripsit Ennius, is, qui &c.* Vide sis etiam Vossium dict. lib. 1. De Histor. Latin. cap. 2.

48 *Annum ageret*] Ita vulgo fateor in MSStis legi; sed Reg. & Lugdun. maj. *haberet.* Gronov.

49 *Quin-*

[49] quingenteſimo undeviceſimo, Sp. Carvilius Ruga primus Romæ de amicorum ſententiâ divortium cum uxore fecit, [50] quod ſterilis eſſet, juraſſetque apud cenſores uxorem ſe liberûm quærendorum cauſa habere. eodemque anno C. Nævius poëta fabulas apud populum dedit; quem M. Varro, [51] in libro de Poëtis primo, ſtipendia feciſſe ait bello Pœnico primo; idque ipſum Nævium dicere [52] in eo carmine, quod de eodem bello ſcripſit. [53] [54] Porcius autem Licinius ſeriùs Poëticam Romæ cœpiſſe dicit in his verſibus:

[55] *Pœnico bello ſecundo Muſa pinnato gradu*
Intulit ſe bellicoſam in Romuli gentem feram.

[56] ac

49 *Quingenteſimo undeviceſimo*] Supra lib. 4 cap. 3. Gellius ſcribit divortium à Sp. Carvilio cum uxore factum ann. V. C. IↃ XXIII. M. Attilio & P. Valerio Coſſ. unde annorum numerus hoc loco reponendus, Sed Conſulum nomina male appoſuit. Nam an. V. C. IↃXXIII. non M. Attilius & P. Valerius, ſed M. Pomponius Matho & C. Papyrius Maſo Conſules fuêre, ut ex Faſtis manifeſtum. Atque ſub hiſce Conſulibus primum divortium Romæ factum fuiſſe, teſtatur etiam Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2. ubi quam nominat Olympiadem 137; ea incidit in ann. U. C. IↃXXII. ex Faſtis Capitolinis; qui eoſdem Coſſ. hoc anno habent, quos Dionyſius recenſet. Hic autem ex Varronis calculo eſt an. U. C. IↃ XXIII. quo divortium primum Carvilium feciſſe Gellius ſupra ſcripſit. Itaque Conſulum nomina apud Gellium lib. 4 cap. 3. non autem annorum U. C. numerus utrobique mutandus in annum U. C. IↃ XXVII. quo Conſules fuêre M. Attilius & P. Valerius, ut voluit Lambecius; ſub illis enim Coſſ. nulli Romæ Cenſores fuêre; à quibus tamen Sp. Carvilius jurares coactus fuit. *Oiſ.* Verum attendi debuit Gellium in libro IV c. 3 loqui ex Servii Sulpicii libro de dote, non ex ſuo ore, ſicut clare patet, ac bene notatur ab Pigio ad annum DXIX, ubi & iſte vir doctus ſatagit. Teſtor interim in Thuan. excerpto me legiſſe *quingenteſimo & viceſimo.* Gronov.

50 *Quod ſterilis eſſet*] Cod. Tornæſ. *quod ſterila eſſet.* Oiſ. Adſcripſit idem codici ſuo Scioppius. Etiam exſtat clare in Thuan. Lugdun. utroq. Mem. Perav. Tum nimis diu jam notatum videtur ab viris doctis, Feſto Pompeio, Gifanio ad Lucretium, G. J. Voſſio in Etymolog. Auſonio Popma de Uſu antiq. locut. libro 1. pag. 45, ut non debuerit hinc diutius exulare, etſi de codice Regio nihil mutatum aut notatum videam. *Gronov.*

51 *In libro de poetis primo*] Reg. Thuan. Lugd. ut. Perav. habent *libris*; unde conjecit pater *in libris de poetis, prima ſtipendia feciſſe.* Gronov.

52 *In eo carmine, quod de eodem bello ſcripſit*] Verſibus bellum iſtud à Nævio conſcriptum fuit Saturniis dictis, ut teſtatur Feſtus: *Verſus antiquiſſimi, quibus Faunus fata cecinisſe hominibus videtur, Saturnii appellantur; quibus & à Nævio bellum Punicum conſcriptum eſt.* Hoc bellum unico volumine & continenti ſcripturâ Nævius ſcripſerat: Cajus autem Octavius Lampadio diviſit in libros ſeptem, ut Suetonius inquit lib. de Illuſtr. Grammat.

53 *Porcius autem Licinius*] Hujus meminit & infra Auctor noſter lib. 19 cap. 9. ubi quoſdam ejus verſus adducit. Nobili proſapia apud Romanos ortum putat Gyraldus de Hiſtoria Poëtarum Dialog. x. Torrentius vero Comment. ad Horatium, libertum à Porciorum aliquo manumiſſum. Quicquid ſit, ſaltem conſtat Porc. Licinium variis ſcriptis, præſertim Epigrammatis conſcribendis excelluiſſe; poſt bellum etiam Punicum ſecundum floruiſſe, ſatis manifeſtum ex diſticho ſequenti; quo autem anno V. C. natus ſit, vel deceſſerit, cum Veteres ſileant, mihi incompertum.

54 *Porcius autem Licinius*] Scioppius adſcripſit in margine *Porcium Licinium.* Neque reor veterem ullum codicem eſſe, ubi non hæc duo nomina in quarto caſu exhibeantur. Andr. Schottus lib. II Obſerv. cap. 16 negat ſe ſcire cur etiam Licinium illum nominet hoc loco Gellius. Itaque idem Scioppius adſcripſit præterea [f. Licinum,] Quod ad Schottum attinet, non debuit magis id mirari in Gellio, quam in Soſipatro Chariſio, qui ſic citat quoque: *Fretus, hujus fretus, Porcius Licinius.* Et locum hunc Gellii advocat Voſſius de Poetis Latinis cap. 1. Porcius Licinus occurrit in Faſtis Romanis, ut iſto nomine fuerint proprie magiſtratus iſti. Sed potuit quid interveniſſe quod neſcimus, cur hic tali gemino gentili nomine fuerit indicatus. *Gronov.*

55 *Pœnico bello ſecundo, &c.*] Etſi enim rudia quædam initia Poëſios Latinæ fuerint mox à primo bello

[56] ac deinde annis fere pòst quindecim bellum adversus Pœnos sumtum est: atque non nimium longe [57] M. Cato orator in civitate, [58] & Plautus poëta in scena floruerunt. [59] isdemque temporibus [60] Diogenes Stoïcus, & [61] Carneades Academicus, & [62] Critolaus Peripateticus ab Athenien-

bello Punico, ut ex iis fabulis, quas Livius Andronicus, & haud longe post eum Cn. Nævius populo dedisse constat, videtur tamen Porcius Licinius ob illustre incrementum, quod mox sumpserit bello Punico secundo, eo præsertim tempore ejus initium statuere. Quo etiam respexit Horatius lib. 2. Epist. 1. ubi de populo Romano scribit:

Servus enim Græcis admovit acumina chartis,
Et post Punica bella quietus, quærere cœpit,
Quid Sophocles & Thespis & Æschylus utile ferrent.

56 *Ac deinde annis fere post quindecim bellum adversus Pœnos sumptum est*] Ex Fastis Capitolinis belli Punici secundi initium fuit an. V. C. Io xxxv. secundum Varronem autem ann. V. C. Io xxxvi. P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronio Longo Coss. Pax Carthaginiensibus data an. V. C. Io liii. Varroniano, Cn. Cornelio Lentulo, P. Ælio Pæto Coss.

57 *M. Cato orator*] Intelligitur Cato Major, qui & Censorius dicitur, cujus vitam Plutarchus conscripsit. De eo enim Plinius lib. 7 cap. 27. scribit: *Tres summas in homine res præstitisse existimatus est, optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator.* Unde & apud Justinum lib. 33. eodem modo, quo apud Gellium hic, *Cato Orator*, pro Majore, aut Censorio legitur. Catonem autem Majorem hoc loco intelligi vel inde manifestum, quod natus an. V. C. Io xx. ut colligi potest ex Cicerone De Senectute, ubi ipse Cato se natum dicit sex annos, postquam Livius Andronicus fabulam primum docuisset, Centone Tuditanoque Coss. florere cœperit bello Punico secundo, in quo sub Fabio Maximo militaverit. Vixit autem usque ad bellum Punicum tertium, quod cœpit an. V. C. Io cv. L. Marcio Censorino & M. Manilio Coss. ejusque persuasione potissimum factum, quod Romani incitati Carthaginiensibus bellum indixerint.

58 *Plautus Poëta in scenâ*] Annum, quo Plautus fatis concesserit, indicat Cicero in Bruto: *Plautus P. Claudio, L. Porcio, viginti annis post illos* (Cethegum & Tuditanum) *quis ante dixi, Coss. mortuus est.*

59 *Isdemque temporibus Diogenes Stoicus & Carneades &c. legati sunt*] De celebri hac Athenienſium legatione ad S. P. Q. R. etiam Auctor noster supra lib. 7 c. 14. egit. Plutarchus in Catonis Vita scribit hanc trium celeberrimorum virorum legationem è Græciâ Romam advenisse Catone valde sene. Annum designat Cicero in Lucullo, sive Academ. Quæst. lib. 4. ubi ex Clitomacho Carneadis discipulo, eam confert in consules P. Cornelium Scipionem, & M. Marcellum, cum A. Albinus prætor Romæ esset, qui fuit annus Varronianus V. C. Io xcix. hoc est ann. ii. Olympiad. clvi. Falsus itaque Gellius, qui istam legationem contigisse vult sub bellum Punicum secundum, ante Ennii mortem; cum Ennius diem obierit an. V. C. Io lxxxv.

60 *Diogenes Stoicus*] De quo Athenæus lib. 5. Deipnosoph. cap. 13. ita scribit: Διογένης Ἐπικούρειος, ἐξὸν ἔχων ἱκανὴν ἐν οἷς μετεχειρίζετο λόγοις, τὸ μὲν γένος ἦν ἐκ Σελευκίας τῆ ἐν Βαβυλῶνι, ἀναδοχῆς δ' ἐτύγχανε παρὰ τῶ βασιλέως καί τοι τοῖς ἀπὸ τῆ στοᾶς λόγοις χαίροντι. Id est, *Diogenes Epicureus satis promptus atque disertus, cum de re quapiam disputaret, qui genus ducebat è Seleuciâ Babyloniæ vicina, acceptus gratusque* (Alexandro Syriæ) *regi fuit, quamvis Stoicorum placitis gauderet.* Subjicit postea Athenæus, hunc Diogenem, mandato Antiochi, qui Alexandro in regno successit, cum ejus virulentam maledicentiam pati non posset, occisum esse. Regnare autem cœpit Antiochus ann. iv. Olymp. clviii. Itaque non diu post Diogenes Babylonius occisus. Vixit autem annos lxxxviii. ut testatur Lucianus in Macrobiis. Si itaque ponamus Diogenem occisum Olympiad. clix. hoc est, circiter an. V. C. Io cx. annos fuit natus Diogenes lxxvii. quo tempore legationem cum Carneade & Critolao obierit.

61 *Carneades Academicus*] Scribit Laërtius in ejus Vita ex Apollodori Chronicis, Carneadem discessisse ann. iv. Olympiad. clxii. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς ἀπελθεῖν αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπων ἔτει τετάρτῳ τῆ δευτέρας καὶ ἑξηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιωσανία ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. *Refert Apollodorus in Chronicis, eum rebus humanis excessisse Olympiadis centesimæ sexagesimæ secundæ anno quarto, cum vixisset annos octoginta quinque.* Antea dixerat Laërtius moriente Carneade, defectionem Lunæ factam; quod & testatur Anonymus in Olympiad. clxii. notat: Ἔκλειψις σελήνης, καὶ ἐν τῆ αὐτῆ ἡμέρᾳ Καρνεάδης ὁ Φιλόσοφος τὸν βίον μετήλλαξε. De Lunæ eclipsi idem tradit Suidas in Καρνεάδης. Mortuus itaque Carneades ann. iv. Olympiad. clxii. qui est an. V. C. Io cxxv. Varron. cum vixisset annos lxxxv. ut præter Laërtium, etiam scribit Lucianus in Macrobiis. Cicero lib. 4. Academ. quæstion.

nienſibus, ad ſenatum populi Romani, [63] negotii publici gratia, legati ſunt. [64] neque magno intervallo poſtea Q. Ennius, & juxta Cæcilius, & [65] Terentius, ac ſubinde & Pacuvius, & Pacuvio jam ſene Accius, clariorque tunc in poëmatis eorum obtrectandis Lucilius fuit. ſed progreſſi longiùs ſumus, quum finem propoſuerimus annotatiunculis iſtis bellum Pœnorum ſecundum.

ſtion. ait Carneadem vixiſſe annos XC. ut & facit Valerius Maximus lib. 8 cap. 7. ſed haud dubie numero rotundo, nec adeo accurato, uterque uſus eſt, ut quidem fecit Apollodorus in Chronicis. Petavius tamen in Miſcellan. Exercit. poſt Juliani Imper. Opera, cap. 8. ex Cicerone demonſtrare conatur, Carneadem adhuc in vivis fuiſſe ann. v. c. ID CLII. ſive ann. III. Olymp. CLXIX. cui iterum aſſentiri nequit, ſed hac in re Apollodori potius, quam Ciceronis teſtimonium ſequendum, contendit Jonſius De Scriptor. Hiſt. Philoſ. lib. 2 c. 14. cui & nos calculum adjicimus.

62 *Critolaus Peripateticus*] Hunc quoque Lucianus inter Longævos ponit, & vixiſſe ſcribit ultra LXXXII. annos. Quo vero anno v. c. obierit, incertum. Craſſus apud Ciceronem lib. 1. de Oratore, ait, ſe, cum quæſtor ex Macedoniâ veniſſet Athenas, inter cæteros viros celebres, etiam Critolaum peripateticum vidiſſe. Quæſturâ autem functus eſt Craſſus circa annum v. c. IDCL. Si itaque tum temporis adhuc vixerit Critolaus; neceſſe eſt, ut legationis tempore tantum fuerit annorum circiter XXX. Quod autem Craſſus Critolaum Athenis viderit, dubio non carere, merito ſcribit Jonſius dicto lib. 2 cap. 14. quem vide ſis.

63 *Negotii publici gratiâ*] Supra lib. 7 cap. 14. Auctor noſter cauſam expreſſit, nempe, ut Athenienſibus multa quingentorum talentorum ob Oropi vaſtationem indicta remitteretur. Altius totum hoc negotium repetit Pauſanias in Achaicis, ſive lib. 7. ubi narrat, cum Athenienſes egeſtate potius, quam liberâ voluntate impulſi, (utpote qui Macedonico bello rebus acciſis, Græcorum jam prope egentiſſimi eſſent,) ſociam civitatem Oropum diripuiſſent, ab Oropiis Romanum Senatum appellatum; Senatum vero Romanum cum injuriam factam illis cenſuiſſet, Sicyonios juſſiſſe ab Athenienſibus multam petere, quanti ſcilicet illatam Oropiis injuriam ipſi æſtimaſſent. Sicyonios autem diem judicii non obeuntibus Athenienſibus, multam illis quingentûm talentorum irrogaſſe; eam vero Athenienſes pendere recuſantes ad S. P. Q. R. provocâſſe; quod factum hac illuſtri legatione; quæ tantum valuit, ut Senatus Romani decreto ea multa ad centum duntaxat talenta redacta fuerit. Vide & Plutarchum in Catone Majore.

64 *Neque magno intervallo poſtea Ennius*] Falſiſſimum hoc. Nam Ennium jam XIV. annis ante hanc legationem diem ſuum obiiſſe, manifeſtum ex Cicerone in Bruto, & De Senectute, ubi ſcribit, eum mortuum Q. Marcio Philippo & Cn. Servilio Cæpione Coſſ. hoc eſt, ann. v. c. IDLXXXV. ſive ann. IV. Olymp. CLII. Hieronymus tamen in Chronico Euſebiano mortem Ennii refert uno anno poſt, ac Cicero fecit, nempe ad Olympiad. CLIII. an. 1. ubi notat: *Ennius poëta ſeptuagenario major articulari morbo periit: ſepultuſque in Scipionis monumento, viâ Appiâ, intra primum ab Urbe miliarium. Quidam oſſa ejus Rudiam ex Ianiculo tranſlata affirmant.*

65 *Terentius*] Floruit Terentius medio tempore inter bellum Punicum ſecundum ac tertium. Obitus annum notat Hieronymus in Chronico ad an. III. Olympiad. CLV. *Publius Terentius Afer Comœdiarum ſcriptor ob ingenium & formam libertate donatus in Arcadiâ moritur, qui primam Andriam antequam Ædilibus venderet, Cæcilio* (leg. *Acilio*. Nam Andria Terentii acta eſt an. v. c. ID LXXXVIII. Cæcilius autem jam deceſſerat ann. v. c. ID LXXXVI. anno ſcilicet poſt mortem Ennii, ut modo vidimus) *multum ſe miranti legit.* Is vero eſt annus v. c. ID XCVI. Triennio ita mors Terentii ante legationem Carneadis & ſociorum accidit.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER OCTAVUSDECIMUS.

CAPUT I.

Disputationes à philosopho Stoïco, & contrà à Peripatetico, arbitro Favorino factæ: quæsitumque inter eos, quantum in perficiendâ vitâ beatâ virtus valeret; quantumque esset in iis, quæ dicuntur extranea.

FAMILIARES Favorini erant duo quidam non incelebres in urbe Roma philosophi. eorum fuit unus Peripateticæ disciplinæ sectator, alter Stoïcæ. his quondam ego acriter atque contentè pro suis utrinque decretis propugnantibus, quum essemus unà omnes Ostiæ cum Favorino, interfui. ambulabamus autem in littore, quum jam advesperasceret, [1] æstate anni novi. atque ibi Stoïcus censebat & [2] vitam beatam hominum virtute animi solâ, & miseriam summam malitiâ solâ posse effici, etiamsi cætera bona omnia, quæ corporalia & externa appellarentur, virtuti deessent, mali-

1 *Æstate anni novi*] Rectè observat Turnebus Adversarior. lib. 23 cap. 8. Novum annum non uno modo dici apud Veteres; nonnunquam enim initium anni intelligitur, ut novum ver, nova æstas, veris & æstatis initium. Sic Ovidius Fastor.

Dic, age, frigoribus quare novus incipit annus.

Nonnunquam etiam novus annus est pars illa anni, quæ novas fruges, novosque fructus parit. Tibullus lib. 1. Eleg. 1.

Et quodcunque mihi pomum novus educat annus.

Ita forte Gellius *æstatem novi anni* dixit, quod æstas novas fruges adferat. Sic Servius ad illud Virgilii Æneid. lib. 7.

Vel cum sole novo densæ torrentur aristæ:

notat: *Prima æstatis parte. Nam proprie Sol novus est* VIII. *Kalend. Jan. sed tunc non sunt aristæ.* Alioquin & Romani annum vel Solem novum appellabant primum annum alicujus novi Imperatoris, vel Consulis primum diem, quo magistratum inierat. Seneca Apolocynthos. *Quid factum sit in cœlo ante diem* III. *Id. Octob. Asinio Marcello, Acilio Aviola Coss. anno novo, initio seculi felicissimi, volo memoriæ tradere.* Sic Statius de XVII. Consulatu Domitiani lib. 4. Sylv. v.

Insignemque aperit Germanicus annum
Atque oritur cum Sole novo.

Q. Symmachus lib. 1. Epist. 22. *Deinde gaudeo cum te consulem novus annus exspectat.* Sidonius Apollinaris Carmine II. in principio:

Et effulgens trabealis mole metalli,
Annum pande novum, Consul vetus. Oïs. Sed ista omnia quidem nihil conferunt Gellio, licet eadem prorsus efferat quoque Petrus Brossæus ad Cassiodorum lib. 11 epist. 1, p. 36. Itaque adscripsit exemplari suo Salmasius. [Lege: *æstate anni nova*, etsi in v. c. legatur etiam *novi*.] Hinc etiam pater ita adscripsit. L. *æstate anni nova*, ut *æstu anni medio*. cap. 10. *æstate anni flagrantissima*. Nisi ferre liceat enallagen. *Gronov.*

2 *Vitam beatam hominum virtute animi solâ &c. effici*] MS. Reg. & Lugdun. maj. legunt *homini*. Gronov.

3 *Sed*

malitiæ adeſſent. Ille contrà Peripateticus, miſeram quidem vitam vitiis animi & malitiâ ſolâ fieri concedebat, [3] ſed ad complendos omnes vitæ beatæ numeros virtutem ſolam nequaquam ſatis eſſe exiſtimabat. quoniam & corporis integritas, ſanitaſque, & honeſtus modus formæ, [4] & pecunia familiaris, & bona exiſtimatio, cæteraque omnia corporis & fortunæ bona neceſſaria viderentur perficiendæ beatæ vitæ. Reclamabat hoc in loco Stoïcus, &, [5] tamquam duas ille res diverſas poneret, mirabatur: quòd, quum eſſent malitia & virtus duo contraria, vita miſera & beata quoque æquè contraria, non ſervaret in utriſque vim & naturam contrarii; & ad miſeriam quidem vitæ conficiendam ſatis valere malitiam ſolam putaret, ad præſtandam verò vitam beatam non ſatis virtutem ſolam eſſe diceret. atque id maxime [6] diſſidere, neque convenire dicebat, quòd, qui profiteretur vitam nullo pacto beatam effici poſſe, ſi virtus ſola abeſſet; idem contrà negaret beatam fieri vitam, quum

3 *Sed ad complendos omnes beatæ vitæ numeros virtutem ſolam nequaquam ſatis eſſe exiſtimabat*] Hanc Ariſtotelis, & Peripateticorum eſſe opinionem notum ex lib. 1. Ethic. cap. 3. ubi Ariſtoteles primas quidem contemplationi & Virtuti defert, negat autem eum poſſe dici felicem, qui in maximis doloribus calamitatibuſque verſetur, & Vitæ beatæ congruere putat, ut quis opibus, liberis, & amicis floreat. Sane, quicquid etiam à ſuperciliosis & rigidioribus quibuſdam Magiſtris, Cenſuram ſibi in omnes abſque ſuffragio fruſtra arrogantibus, dici & incaſſum in contrarium adferri ſoleat, omnino, ut paucis totam rem complectar, ad bene beateque, & cum animi tranquillitate vivendum, neceſſe eſt, ut quis gerat mentem ſanam in corpore ſano, non deficiente crumenâ. A quibus non abeunt illa Scleriæ apud Stobæum Serm. CI.

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνητῷ,
Δεύτερον δὲ φυὰν καλὸν γενέσθαι.
Τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως, εἶτα
Τέταρτον ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

Id eſt,

Optima quidem eſt ſanitas viro mortali,
Deinde bonum ingenium:
Tertio divitiæ ſine dolo partæ:
Poſtremo vigens ætas inter amicos.

Notum etiam omnium ore celebratum Epigramma Martialis lib. 10. Epig. 47.

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Jucundiſſime Martialis, hæc ſunt:
Res non parta labore, ſed relicta;
Non ingratus ager, focus perennis:
Lis nunquam, toga rara, mens quieta;
Vires ingenuæ, ſalubre corpus;
Convictus facilis, ſine arte menſa:
Nox non ebria, ſed ſoluta curis.
Non triſtis thorus, at tamen pudicus:
Somnus, qui faciat breves tenebras:
Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis:
Summum nec metuas diem, nec optes.

4 *Et pecunia familiaris*] Pridem monuit Salmaſius ad Solinum hic legi debere, *& pecunia, familiaque.* Vide notas ſupra ad XVI, 10. Alibi etiam Auctor noſter: *Quod quiſque familiæ pecuniæque habebat, in medium dabant.* Oiſ. Ita igitur prodit nunc ſe, unde citato loco ſic ſuſtinuerit ſine ullo juris prætextu negare rem familiarem, etſi & tunc aperui. Sed vides Salmaſium quoque fateri ſe deſtitui probatione omni: itaque ſicut in Solinianis prætexit nihil, ita ſolummodo adſcripſit etiam libro ſuo [*pecunia familiaque.* ita lege. Vide ſupra pag. 432] Mirum ſane eſt ab Martiale in enumerandis bonis illis non fieri mentionem famulitii ex horum ſententia. Sed ut is potuit omittere, ſic nunc quoque iſte peripateticus. *Gronov.*

5 *Tamquam duas illeres diverſas pon.*] Scias licet Stephanum ita edidiſſe vocum ſeriem ex Mſſtis, quantum ſcio, omnibus, ut mireris in prioribus exſtare *ille duas.* Sed inſuper in Lugdun. maj. legitur *& tam duas ille res.* immo ſic plane etiam Regius, codicum iſte optimus, ſed ubi literæ *m* aliquid eſt ſuperſcriptum ab diverſa manu, quaſi voluiſſet vulgatum *tamquam* ſupplere. Etiam in Thuaneo erat *ponere.* Idem.

6 *Diſſidere*] Reg. *diſſerere.* Hoc voluit, an *differre?* Edit. Brix. *diſſedere.* Idem paulo ante retinet ſeriem in prioribus editis ſervatam *ſolam eſſe virtutem.* Idem.

quum sola virtus adesset: & quem daret haberetque virtuti absenti honorem, eumdem petenti atque præsenti adimeret. Tum Peripateticus perquam herclè festivè, Rogo te, inquit, cum bona venia respondeas, an existimes esse [7] vini amphoram, quum abest ab eâ unus [8] congius? [9] Hoc ubi accepit Stoïcus: Minime, inquit, [10] vini amphora dici potest, ex quâ abest congius. hoc ubi accepit Peripateticus, Unus igitur, inquit, congius amphoram facere dici debebit: quoniam, quum deest ille unus, non fit vini amphora; & quum accessit, fit amphora. quòd si id dicere absurdum est, uno congio solo fieri amphoram; itidem absurdum est, unâ solâ virtute vitam fieri beatam dicere: quoniam, quum virtus abest, beata esse vita numquam potest. Tum Favorinus adspiciens Peripateticum, Est quidem, inquit, argutiola hæc, quâ de congio vini usus es, expositа in libris: sed, ut scis, captio magis lepida, quàm probum, aut simile argumentum videri debet. congius enim, quum deest, efficiet quidem, ne sit justæ mensuræ amphora: sed quum accedit [11] & adjicitur, non ille unus facit amphoram, sed supplet. virtus autem, ut isti dicunt, non accessio, neque supplementum, sed sola ipsa vitæ beatæ instar est: & propterea vitam beatam [12] sola una, quum adest, facit. Hæc atque alia quædam [13] minuta magis & nodosa, tam-

7 *Vini amphoram*] Quæ quid sit, & quæ ejus ratio ad congium, ex hisce Volusii Mæciani videre est: *Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet urnas duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios quadraginta octo, heminas nonaginta sex, quartarios centum nonaginta duos, Cyathos quingentos septuaginta sex.* Sic Festus: *Quadrantal vocabant antiqui, quam Græci amphoram dicunt: quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capit sextarios.*

8 *Congius*] Congius Romanus, mensura liquidorum, senos quaquaversum habebat pollices Romanos, capiebatque sextarios Rom. sex. ac pendebat libras Romanas novem, si oleo: decem, si vino: tredecim & semis, si melle impleretur. Unde Cato de R. R. cap. 57. *Mense quinto, sexto, septimo & octavo bibant servi indies sextarium unum, in menses congios quinque.* Si enim singulis diebus sextarius unus hauriatur, triginta diebus sive mensis spatio, congios quinque, hoc est, sextarios triginta efficient. Apud Plinium lib. 14. Histor. Natural. cap. 22. de strenuis bibonibus legere est, qui bicongii & tricongii dicerentur, ut de Ciceronis filio, qui binos congios simul haurire soleret; & de Novellio Torquato, qui spectante Tiberio Imp uno impetu tres congios evacuâsset.

9 *Hoc ubi accepit Stoicus*] Sic rite mutavit primam vocem Stephanus, quum ista, non *hæc* legatur in pluribus vulgo Mss. Sed plus mali insidet. Nam nihil horum exstat vel in Regio, vel in Lugdun. maj. Quin etiam abfuerunt ab min. sed secunda manus adscripsit. Omnino probabile vix est illa sic repetivisse Gellium, præsertim quum frustrationem oculorum duxisse scribas in hanc repetitionem probet Lincoln. in quo erat scriptum *hoc ubi accepit Stoicus Peripateticus minime.* Quod ipsum sic ab Bourdelotio etiam ex MS. adpositum video. Equidem negligens totum illum quaternionem, animadvertes narrationem optime procedere. *Gronov.*

10 *Vini amphora dici potest*] Lugdun. maj. *amphoram*, itemque Lincoln. quasi τὸ *esse*, quod antecessit, reperi intellectu vellent. *Idem.*

11 *Et adjicitur*] Cod. Tornæs. & vett. edd. *& additur.* Ois. Certe & plerique nostri, & meliores. Sunt tamen, in quibus alterum. Nescio cur prætulerit hoc Stephanus. *Idem.*

12 *Ipsa sola una*] Vox prior male repetita in editionibus quibusdam (nam Anton. Gryphius eam rejecit) temere suscepta est ab Stephano, quum ignoretur codici Regio, Lugd. utriq. Chifl. Memm. Petav. Lincoln. Quid enim confert? *Gronov.*

13 *Minutis & nodosis*] Velut ex more quorundam sophi-

tamquam apud arbitrum Favorinum, in suam uterque sententiam conferebant. sed quum jam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent, prosequuti Favorinum in domum, ad quam devertebat, discessimus.

sophistarum, de quibus similia multa & egregia collegit doctissimus Cresollius lib. 2 Theat. Rhet. cap. 4 & 5. ubi hæc verba non præterit. *Gronov.*

CAP. II.

Cujusmodi quæstionum certationibus Saturnalicia ludicra Athenis agitare soliti sumus; atque inibi inspersa quædam sophismata, & ænigmata oblectatoria.

[1] SATURNALIA Athenis agitabamus [2] hilarè prorsum & modestè, non, ut dicitur, remittentes animum, (nam remittere, inquit Musonius, animum, [3] quasi amittere est) sed demulcentes eum paulum atque laxantes jucundis honestisque sermonum illectationibus. Conveniebamus autem ad eamdem cœnam compluscuti, [4] qui Romani in Græciam veneramus, quique [5] easdem auditiones, eosdemque doctores colebamus. [6] tum qui & cœnulam ordine suo curabat, præmium solvendæ quæstionis ponebat librum veteris scriptoris vel Græcum, vel Latinum, & [7] coronam è lauro plexam; totidemque res quærebat, quot homines istic eramus: quumque eas omnis exposuerat, rem locumque di-

1 *Saturnalia Athenis agitabamus*] In Græciâ enim æque ac Romæ Saturnalia, Græcis Κρόνια appellata, & in Saturni honorem celebrata patet ex Cl. Meursii Græcia Feriata & Macrobio.

2 *Hilare prorsus & modeste*] Sic omnes Gellii scripti & typis excusi. Et tamen cernes in notis ad Juliani Cæsares non modo citari *hilare ac honeste*, sed etiam Gallico sermone traduci *& des occupations egalement plaisantes & honestes*, non alia causa, nisi quod sibi permittant impudenter esse negligentibus. Utique nunc de illo non erat cogitandum, quia mox sequitur. *Gronov.*

3 *Quasi amittere*] Quod in suo exemplo ostendit Drusus Tiberii filius, quem idcirco Suetonius ab patre negat fuisse debita caritate dilectum, quia animi fluxioris remissioriisque vitæ erat, quum noctes conviviis, dies editionibus impenderet. Sed laudat hunc Gellii locum Casaubonus ad Athenæum XII, 12, & quid in hoc ἀνέσει, quid φιλολόγησις eleganter nunc explicari ait. *Idem.*

4 *Qui Romani in Græc.*] Ego quidem nihil notavi peculiare ex codice Reg. At Salmasius margine apposuit *qui Romam*, quum in contextu subnotavisset duas voces priores, adjiciens l. *qui Roma*. Istud *Roma* sic plane in collatione libri Regii Lambecius in codice suo scripsit. *Idem.*

5 *Easdem auditiones*] Illustravit hanc vocem Jan. Wouwerii Polymathia cap. 4, unde omnia indecenter Oiselius rapuit. *Idem.*

6 *Tum qui & cœnulam*] Sic rursum supplevi, quum ex editione Stephani elapsum τὸ & ab nullis qui sequuti fuerunt, reparetur, etsi ab omnibus Mssis approbatum. *Idem.*

7 *Coronam è lauro plexam*] Intellige coronam ex integrâ fronde lauri plexam; Hujusmodi enim coronæ, quos ex integris frondibus & intonsis veteres nectebant, *plectiles*, vel *nexiles* dicebantur. Unde apud Plautum Bacchid. Act. 1. Sc. 2. *Corona plectilis*, ad differentiam earum, quas ex mero folio funiculis suebant, quæ *tonsiles* vel *tonsæ* appellatæ, ideo quod ex foliis detonsis textæ essent, ut bene observat Salmasius ad Solinum, ex Servio ad istum Virgilii versum,

Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ.

Quem Servius recte de corona tonsili interpretatur. *Tonsæ*, inquit, *olivæ, minutis foliis compositæ. Ha-*

dicendi sors dabat. quæstio igitur soluta corona & præmio donabatur; non soluta autem tramittebatur ad eum, qui sortitò succesſerat. idque in orbem vice pari servabatur. si nemo dissolvebat [8] quæstionis ejus nodum, præmium ipsum & corona deo, cujus id festum erat, dicabatur. quærebantur autem res hujuscemodi, aut sententia poëtæ veteris lepidè obscura non anxiè, aut historiæ antiquioris requisitio, aut [9] decreti cujuspiam ex philosophia perperam invulgati purgatio; aut captionis sophisticæ solutio, aut inopinati rarioriſque verbi indagatio, aut tempus item in verbo perspicuo obscurissimum. itaque nuper [10] quæsita esse memini numero septem, quorum prima fuit enarratio horum versuum, qui sunt in Saturis Q. Ennii uno multifariam verbo concinniter implicati. quorum exemplum hoc est:

[11] *Nam qui lepidè postulat alterum frustrari,*
Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.
Nam qui sese frustrari quem frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est; si non, ille est frustra.

[12] Se-

biturum se autem coronam tonsilem dixit. De Cotonis porro antiquorum, earumque apud Veteres usu, exstat Opus insigne Caroli Paschalii. *Ois.* Citat & Pricæus ad Apuleji Apologiam pag. 21.

8 *Quæstionis ejus nodum, præmium ipsum &*] Mirum est adeo secure hæc exhiberi in editis, quum nullus ita habeat liber vetus & scriptus. Certe quatuor postremæ voces absunt ab Regio & Lugdun. maj. In minore & Memm. & Petav. legitur *quæstionis ejus deo, cujus*, in Lincoln. *quæstionis eadem cujus.* Chifl. *quæstionis ejusdem cujus.* In Thuaneo mirabiliter *Sine nodis solutæ corona quæstionis ei deo.* Quidni igitur satisfacit simplex veritas libri Regii & Lugd. maj. *Si nemo dissolvebat, corona quæstionis ejus deo cujus id festum erat, dicabatur?* ut sub unius coronæ voce præmium simul intelligatur, quod persæpe faciunt veteres. Utique in fine similiter de libro tacetur, quum corona quæstionis Saturno detur, ut hieram faciant. Etiam liber iste relinqui significatur apud eum qui curaverat cœnam, utpote cujus fuerat. Et sensus est certe integer; etiam elegantius videtur dici *corona quæstionis*, ut supplementum nodi plane non requiratur. *Gronov.*

9 *Decreti cujuspiam ex philosophiâ*] Sic supra lib. 12 cap. 4. 5. & 9. alibique sententias philosophorum *Decreta* appellat Gellius. Græci γνώμας & δόγματα vocant. Quintilianus lib. 8 cap. 5. *Sententiæ vocantur, quas Græci γνώμας appellant.* Appulejus lib. 1. de Dogmate Platonis: *Quæ autem consulta, quæ δόγματα Græce licet dici, ad utilitatem hominum, vivendique & intelligendi & loquendi rationem extulerit, hinc ordiemur.*

10 *Quæsita esse numero septem*] Quia scilicet septem aderant convivæ; qui legitimus convivarum numerus olim habebatur. Vide supra 13, 11.

11 *Nam qui lepide postulat alterum frustrari*] Jos. Castalio in Variis Lectionib. cap. 23. refert M. Ant. Muretum hosce Ennii versus sic solitum explicare: Qui vult alium lepide fallere, dicere non debet errare ac falli eum, quem ipse fallere cogitat. Nam, ubi quis sentit frustra alium operam dare, ut se fallat, tum nisi is, cui dolus tenditur, fallitur, is ipse frustra est, qui eum frustrari volebat, hoc est, ipse fallitur, qui fallere volebat. Nam *Frustrari*, est fallere; *Frustra esse*, falli, ac decipi. Valens vero Acidalius Divinat. & Interpretat. in Amphitruon. Plauti cap. 2. Ennii versus hunc in modum rescribendos putat:

Qui se lepidè postulat alterum frustrari,
Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.
Nam qui sese frustrari quem frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est, non ille est frustra.

Ois. Molestior locus, quia libri veteres sunt corrupti, & secundus versus cum priore parte tertii non legitur in libro Regio. ac tum pergit *quem frustrassent*, sicut etiam Scioppius ad voces *quem frustra sentit* adscripsit *frustras*, id quod ex vetere codice notavit quoque Hier. Columna pag. 300 ad fragmenta Ennii. Et non assequor, quid hîc contigerit, quum eadem duorum insignium virorum indicia

[12] Secunda quæstio fuit, quonam modo audiri atque accipi deberet, [13] quod Plato in civitate, quam in libris suis condidit, κοινὰς τὰς γυναῖκας esse censuit; [14] & præmia viris fortibus, summisque bellatoribus posuit saviationes puerorum & puellarum? Tertio in loco hoc quæsitum est; in quibus verbis captionum istarum fraus esset, & quo pacto distingui resolvique possent? [15] *Quod non perdidisti, habes: cornua non perdidisti: habes igitur cornua.* [16] item altera captio: *Quod ego sum, id tu non es: homo igitur tu non es.* Quæsitum id quoque ibi est, quæ esset hujus quoque sophismatis resolutio? *Quum mentior, & mentiri me dico, mentior, an verum dico?* Postea quæstio ista hæc fuit: *Quam ob causam patricii* [17] *Megalensibus* [18] *mutitare soliti sint, plebes* [19] *Cerealibus?* Secundum ea quæsitum hoc est; verbum *verant*, quod significat, *vera dicunt*, quisnam veterum poëtarum dixerit? Sexta quæstio fuit, aspho-

dicia videam adscripta exemplari suo ab patre. Sed præter hos est Bangius in Observ. Philol. pag. 1150. Citat quoque hunc locum Casaubonus in Satira Rom. pag. 249 ad diversitatem in ea metri notandam. *Gron.*

12 *Secunda quæstio fuit*] In cod. Reg. non exstant duo postrema, forsan suppleta, quoniam prima dicebatur enarratio, quum hæc videretur alterius modi, sed frustra. Mox in eodem libro est *viris fortissimisque bellatoribus*, quod placuit Salmasio, adnotanti [ita alibi loquitur.] *Gronov.*

13 *Quod Plato in civitate &c. κοινὰς τὰς γυναῖκας esse censuit*] Cod. Tornæs. post γυναῖκας addit, *id est, communes esse mulieres censuit.* Ois. Id ipsum sic exhibetur in Mss. plane omnibus, tanquam ista explicatio foret Gelliana.

14 *Et præmia viris fortibus, summisque bellatoribus posuit saviationes, &c.*] Platonis locum è libro 5. de Republica præ oculis habuisse videtur, ubi inquit: Καὶ τοῖς ἀγαθοῖς γέ που τῶν νίων ἐν πολέμῳ, ἢ ἄλλοθί που, γέρα δοτέον καὶ ἆθλα ἄλλα τε, καὶ ἀφθονωτέρα ἡ ἐξουσία τοῦ τῶν γυναικῶν ξυγκειμώσεως, ἵνα καὶ ὡμα μετὰ προφάσεως ὡς πλεῖστοι τῶν παίδων ἐκ τῶν τοιούτων σπείρωνται. Id est, *Et illis qui inter juvenes præstantiores sunt in bello aut alibi, munera ac præmia danda sunt, & alia, quin & uberior mulieribus congrediendi licentia, ut hac simul occasione filii quam plurimi ex his serantur.*

15 *Quod non perdidisti, habes*] Vide supra lib. 16 c. 2. *Ois.* Ubi quia tacebat Oiselius, & ipse me continui. Nunc quum adjicit aliquid de ceratinis Quintiliani captionibus, & cornibus, materia syllogismi, Chrysippumque & Laertium & Senecam citat, scire oportet sedulo id omne notavisse Crescollium lib. 2. Theat cap. 6, unde sine docentis mentione descripsit noster.

16 *Item altera captio*] Sic media codicum vett. turba. Sed Regius ignorat vocem primam, pro qua habet Lugdun. maj. *autem.* Etiam mox in eodem legitur: *Sed homo igitur.* Quin & procedit *Quæsitum ibi est*, omissis vanis vocibus. *Gronov.*

17 *Megalensibus*] De Ludis Megalensibus vide supra lib. 2 cap. 24.

18 *Mutitare soliti sint*] Id est, mutua inter sese dominia, sive convivia agitare soliti sint, ut Auctor noster ipse supra loco citato interpretatus est. Causam addit Ovidius lib. 4. Fastor. quod Magna Deum Mater, ex Pessinunte Phrygiæ Romam accita & transportata, sedem bene mutavisset, & inde patricios vicissim mutua inire convivia. Sic enim inquit:

Cur vicibus factis ineant convivia, quæro,
Tum magis indictas concelebrentque dapes?
Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit,
Captant mutatis sedibus omen idem. Ois. Mssti plerique legunt *motitare*, quod est & in editionibus primis.

19 *Cerealibus*] Ludi Cereales in honorem Cereris instituti, & celebrati à pridie Idus Aprilis per dies octo in Circo, proximo post Circenses die, ut indicat Ovidius lib. 4. Fastor. Cur autem Cerealibus plebes, ut patricii Megalensibus, mutua agitare convivia solerent, cum nusquam, quod sciam, causam ejus rei Veteres promant, præstat eam silentio involvere, quam temere divinando aliis forte risum præbere. Quod fecit olim Mosellanus, qui ad hunc locum notavit, eam non admodum remotam esse; quod magnos magna deceant, parvos autem parva & rustica. Sic Patricius ordo, ut honestissimus in civitate, ita Megalensia maximorum Deorum festa; Plebs vero, ut infima est inter cives, ita quoque rusticæ

asphodelum [20] cujusmodi herba sit, quod Hesiodus in isto versu posuerit:

[21] Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ [a].

& quid item Hesiodus se dicere sentiat, quum dimidium plus esse toto dicit? Postrema quæstionum omnium hæc fuit: *scripserim*, [22] *venerim*, *legerim*, cujus temporis verba sint, præteriti, an futuri, an utriusque? Hæc ubi ordine, quo dixi, propositа, atque, singulis sorte ductis, disputata explanataque sunt, libris coronisque omnes donati sumus; [23] nisi ob unam quæstionem, quæ fuit de verbo *verant*. nemo enim tum commeminerat dictum esse à Q. Ennio id verbum [24] in tertio decimo Annalium in isto versu:

Satin' vates verant ætate in agunda?

Corona igitur hujus quæstionis deo feriarum istarum Saturno data est.

a *Stulti neque sciunt, quanto plus dimidium* sit *toto,*
Neque quantum in malva & asphodelo bonum.

sticæ Deæ sibi vindicaverit festa. In quibus verbis non unus est error, præsertim quod existimaverit ludos Megalenses in honorem magnorum Deorum institutos, cum tantum Magnæ Deûm Matri fiebant, ut recte notatum supra pag. 175.

20 *Cujusmodi herba sit*] Sic cod. Tornæs. & vett. edd. in MS. Reg. legitur, *cujusmodi herbarum sit*. In Stephanicâ editione est, *cujusmodi verbum sit*. Haud ita bene. *Ois.* Mirum vnde tam exacta notitia MSti Regii nostro Oiselio: quum in eo perspicue legatur *cujusmodi herbarumque Hesiodus*. In aliis autem Mssitis legitur *cujusmodi herba sit quod*, in aliis *sit que*. Lugdun. minor effert *cuimodi herba sit, quod*. Hæc scriptura certe in priore voce tutatur locum suum, si adhibueris notata ad libri secundi caput 8. Cæterum sero reprehendit Stephanum, quum eum nonnisi editio anni 1644 in hoc loco sit imitata & Prousteus, non etiam illa anni 1651, in versu autem primo expellendo prorsus nulla. *Gronov.*

21 Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν, &c.] Hunc primum Hesiodi versum & Cod. Torn. & vett. edd. habent. Male istum omisit Stephanus in suâ editione. Ambo vero exstant apud Hesiodum Ἔργων καὶ Ἡμερῶν ὑ. 40. & 41.

22 *Venerim, legerim*] *Legerim, venerim* est in Reg. Lugdun. utroque, Petav. *Gronov.*

23 *Nisi ob unam quæstionem*] In Memm. codice quum vidisset Pater *ob viam q.* venerat ei in mentem *ob vtam quæstionem* 1. *quintam*. Sed alii retinent vulgatum. *Idem.*

24 *In tertio decimo*] Sic edidi, quum explanate offerret codex Regius simul & Lugdun. maj. quum Brixia, Aldus, Badius, Cervicornus per numeri notam XIII expressissent, Gryphianæ autem editiones haberent *decimo tertio*, quod vulgo inde obtinuit; unde colligas licet de quibusdam præcedentibus. Statim adscripsit Scioppius *verat*. Idem.

CAP. III.

Quid Æschines rhetor in oratione, qua Timarchum de impudicitia accusavit, Lacedæmonios statuisse dixerit super sententia probatissima, quam improbatissimus homo dixisset.

ÆSCHINES vel acerrimus [1] prudentissimusque oratorum, qui apud conciones Athenienſium floruerunt, in oratione illa sævâ, criminosaque

1 *Prudentissimusque*] Vicit tamen hunc prudentia Demosthenis, quippe cujus eloquentiæ vi & factionibus

nosaque & virulentâ, quâ Timarchum de impudicitia graviter insigniterque accusavit, nobile & illustre consilium Lacedæmoniis dedisse dicit virum indidem civitatis ejusdem principem, virtute atque ætate magna præditum. Populus, inquit, Lacedæmonius de summa republica sua, quidnam esset utile & honestum, deliberabat: tum exsurgit, sententiæ dicendæ gratiâ, homo quispiam turpitudine pristinæ vitæ [2] defamatissimus, sed linguâ tunc atque facundiâ [3] nimium quantum præstabilis. consilium, quod dabat, quodque oportere fieri suadebat, acceptum ab universis & complacitum est; futurumque erat ex ejus sententiâ populi decretum. ibi unus ex illo principum ordine, quos Lacedæmonii, ætatis dignitatisque majestate tamquam arbitros & magistros disciplinæ publicæ verebantur, commoto irritatoque animo exsilit: &, Quænam, inquit, Lacedæmonii, ratio, aut quæ tandem spes erit, urbem hanc & hanc rempublicam salvam inexpugnabilemque esse diutius posse, si hujuscemodi anteactæ vitæ hominibus consiliariis utemur? Quod si proba ista hæc & honesta sententia est; quæso vos, non sinamus eamdem dehonestari turpissimi auctoris contagio. atque ubi hoc dixit, [4] elegit virum fortitudine atque justitiâ præter alios præstantem, sed inopi linguâ & infacundum; jussitque eum, consensu petituque omnium, eamdem illam sententiam diserti viri cuicuimodi posset verbis dicere: ut nulla prioris mentione habitâ, scitum atque decretum populi ex ejus unius nomine fieret, [5] quod ipsum denuo dixerat. atque ita, ut suaserat

nibus in Republicâ victus, Rhodum exulatum abire coactus est, ubi sustendandæ vitæ causa ludum literarium aperuit. Deinde Samum profectus, atque in insulâ degens, non multo post obiit.

2 *Defamatissimus*] Reg. & Thuan. & Lugd. maj. *diffamatissimus*. Gronov.

3 *Nimium quantum*] Cod. Tornæs. & vett. edd. *nimium quanto*. Æschines in ipsa oratione dicit εἰς ὑπερβολήν. Scribit enim consilium hujusmodi fuisse datum ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν βεβιωκότες μὲν αἰσχρῶς, λέγειν δ' εἰς ὑπερβολὴν δυναμένῳ. *Oisius*. Illud *quanto* est quidem in pluribus libris, imo in omnibus, quos adhibeo, etiam in ipso Regio. Sed in Thuan. vidi notavique *quantum*, quod an venerit sub oculos Henr. Stephani, nescio: is certe id elegit quum animadverteret alibi placuisse Gellio, ut 1, 8 & sæpius, ut citati ab Gisanio in Observationibus L. L. Carrio & Muretus docuerunt. Gryphius anno 1539 in margine posuit *nimis quam*, quasi Plautinæ Bacchides non servent *nimium quam es barbarus*. Gron.

4 *Elegit virum fortitudine, &c.*] Verba Æschinis sunt: Ἅμα δὲ παρακελεύσας ἄλλον τινὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἄνδρα, λέγειν μὲν οὐκ εὐφυᾶ, τὰ δὲ κατὰ πόλεμον λαμπρόν, τῷ πρὸς δικαιοσύνην καὶ ἐγκράτειαν διαφέροντα, ἐπέταξεν αὐτῷ τὰς αὐτὰς εἰπεῖν γνώμας, ὅτῳ ὅτῳ ἂν δύνηται, ἃ εἶπεν ὁ πρότερος ῥήτωρ. Id est, *Simul autem arcessens alium quendam Lacedæmoniorum, virum haud sane disertum, sed rebus bello gestis illustrem, justitiaque & continentia præstantem, jussit, ut easdem sententias, quas prior ille orator dixisset, prout posset, utcunque repeteret.*

5 *Quod ipsum denuo dixerat*] Nullus non judicaverit admodum tarde accedere hæc verba, quæ respiciunt *scitum & decretum*; adeo ut fere politior esset sermo, si illa supprimerentur. Id credo cogitatum fuisse ab Patre, quum id tædii non probans conjecit forte scribendum; *qui id ipsum den. d.* Porro quum qui hujus actionis caput fuit, mox dicatur *prudentissimus senex*, cumque antea significaverit fuisse unum ex illo principum ordine, quos Lacedæmonii ætatis dignitatisque majestate tanquam arbitros & magistros disciplinæ publicæ verebantur, quibus verbis clarissime demonstrat fuisse unum τῶν γερόντων, quibus illa descriptio proprie convenit; attamen

rat prudentissimus senex, factum est. sic bona sententia mansit; turpis auctor mutatus est.

Prousteus notat Gellium intelligere Ephoros, qui Lacedæmoniorum magistratus tribunis plebis apud Romanos similes erant. Postremum notum est; sed nunc tempus non erat id notare, quippe ad causam nihil pertinens, neque hoc negotium Romæ foret tribunicium; Ἔφοροι autem & γερουσίης dicuntur Herodoto ab Lycurgo instituti, ut diversi duo magistratus; quorum postremi manifeste ab Gellio nominantur. Narratur hæc historia ab Plutarcho in præceptis de Rep. gerenda pag. 801, dicunturque οἱ ἔφοροι κληρώσαντες ἕνα τῶν γερόντων jussisse id dicere. Sed Gellius plane illos Ephoros non tangit, & forsan alia etiam fuit hujus historiæ narratio, quam secutus fuit. *Gronov.*

CAP. IV.

Quod Sulpicius Apollinaris prædicantem quemdam à se uno Sallustii historias intelligi illusit, quæstione proposita, quid verba ista apud Sallustium significarent: [1] incertum stolidior, an vanior.

QUUM jam adolescentuli Romæ [2] prætextam & puerilem togam mutassemus; [3] magistrosque jam nobismetipsi exploratiores quæreremus: [4] in Sandaliario forte [5] apud librarios fuimus; quum ibi in multorum hominum cœtu Apollinaris Sulpicius, vir in memoria nostra præter alios doctus, jactatorem quempiam & venditatorem Sallustianæ lectionis irrisit, illusitque genere illo facetissimæ dissimulationis, qua Socrates ad sophistas utebatur. nam quum ille se [6] unum & unicum lectorem esse, enarratoremque Sallustii diceret; neque primam tantùm cutem, ac speciem sententiarum, sed sanguinem quoque ipsum, ac medullam verborum ejus eruere atque introspicere penitus prædicaret: tum Apollinaris amplecti venerarique se doctrinas illius dicens, Per, inquit, magister optime, exoptatus mihi nunc venis cum sanguine & medullà

1 *Incertum stolidior an v.*] Ita quum scirem legi in Regio, Lugdun. utroque, Mem. Chif. nequivi dubitare, quin id sequerer, præsertim quum H. Stephani editio pag. 583 in collectione capitum ita jam præferret. Certe illic non debuit aliter scribi, quam nunc, licet varietatem Stephani huc usque omnes sequantur & in titulo edant *perincertum*. Gronov.

2 *Prætextam*] Vide supra 1, 23.

3 *Magistrosque jam nobismet ipsi*] Recte sic mutavit Stephanus pro eo; quod in vulgatis legebatur *ipsis*. Sic enim & uterque Lugdun. legunt. Sed in priore parte nimium fuit grassatus. Neque enim ullus vel scriptus vel typis excusus ante eum exstat, in quo non legatur *magistrosque tum nob.* vel *tunc*, ut ego plane ignorem, unde istud *jam* arcessiverit. Admirabile est, quod exstat in Regio: *magistrosque tunc nobis nosmet ipsi*. Hoc notum habuit, nec assequor, cur spreverit, aut post eum alii non publicaverint, ut notitia constaret. Salmasius etiam adscripsit *prætextam puerilem toga mutassemus*. Gronovius.

4 *In Sandaliario*] Vide commentationes ad Suetoni Augustum cap. 57. Nam inde Oiselius rapinam exercuit, *Idem*.

5 *Apud Librarios*] Qui nimirum libros describebant, & vendebant. Unde in Glossis: Βιβλιογράφος, *Libellio*. Palladius De R. R. Præfatione libri de insitione: *Quod volumina hæc ruris colendi serius quam jusseras scripta sunt, librarii segnior manus fecit*. Hinc & in Vett. Inscriptionib. *Scribæ librarii* dicuntur. Et Vetus Horatii Interpres in De Arte Poëtica ex Suetonio notat: *Scriptor, librarius, bibliopola*. De Librariis & Scribis plura vide apud Barthium Adversar. lib. 50 cap. 1. & Wouwerum De Polymathia cap. 6.

6 *Unum & unicum lectorem*] Non enim debet propagari nævus editionum ultimarum quæ legunt *doctorem*. Gronov.

7 Cn.

dullâ Salluſtii verborum. heſterno enim die quærebatur ex me, quidnam verba ejus hæc in quarto hiſtoriarum libro de Cn. Lentulo ſcripta ſignificent, de quo incertum fuiſſe ait, ſtolidiorne eſſet, an vanior. eaque ipſa verba, uti ſunt à Salluſtio ſcripta, dixit: *At* [7] *Cn. Lentulus patriciæ gentis, collega ejus, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum ſtolidior an vanior, legem de pecuniâ, quam Sulla emtoribus bonorum remiſerat, exigendâ promulgavit.* quæſitum ergo ex ſe Apollinaris, neque id ſe diſſolvere potuiſſe aſſeverabat, quid eſſet *vanior*, & quid *ſtolidior*? quoniam Salluſtius ſic ea ſeparaſſe, atque oppoſuiſſe inter ſe videretur, tamquam diverſa ac diſſimilia, nec ejuſdem utraque vitii forent: ac propterea petebat, uti ſe doceret ſignificationes utriuſque vocis & origines. Tum ille rictu oris [8] labearumque ductu contemni à ſe oſtendens, & rem, de qua quæreretur, & hominem ipſum, qui quæreret, Priſcorum, inquit, & remotorum ego verborum medullas & ſanguinem, ſicuti dixi, perſpicere & elicere ſoleo; non iſtorum, quæ proculcata vulgo & protrita ſunt. ipſo illo quippe Cn. Lentulo ſtolidior eſt & vanior, qui ignorat ejuſdem ſtultitiæ eſſe vanitatem & ſtoliditatem. ſed ubi hoc dixit, media ipſa ſermonum reliquit, & abire cœpit. nos deinde eum tenebamus, urgebamuſque, & cum primis Apollinaris, ut de vocabulorum iſtorum vel differentia, vel, ſi ei ita videretur, ſimilitudine pleniùs apertiuſque diſſereret; & ut ne ſibi invideret diſcere volenti orabat. [9] atque ille, ſe jam planè illudi ratus, negotium ſibi eſſe cauſatur, & digreditur. Nos autem poſteà ex Apollinari didicimus [10] *vanos* propriè dici, non, ut vulgus diceret, deſipientes, aut hebetes, aut ineptos, ſed, ut veterum doctiſſimi dixiſſent, mendaces, & infidos, & [11] levia ina-

7 *Cn. Lentulus*] Videndi annales Steph Pigii ad annum V. C. 631, neque enim ferri poteſt, quod delirabat Oiſelius. *Idem.*

8 *Labearumque ductu*] Sic Stephanus edidit è Mſſ. vulgo *labiorumque ductu*. Poſſis etiam legere *labiarumque ductu*. ut ſupra lib. 10 cap. 4. ubi ex Nigidio *labias* adfert. Cæterum labiarum ductu aliquem contemnere, idem valet, quod irridere; quod Plautus *labiis ductare* dixit: *Labiis dum ductant eum.* Græci eodem modo, ἐπὶ τοῦ τὰ χείλη διαστρέφειν. Heſychius: δαμυλλαίειν, χλεύαζειν. ἐπὶ τοῦ τὰ χείλη διαστρέφειν. Vide Salmaſium ad Hiſtor. Auguſt. Scriptor. p. 283. *Oiſ.* *Labearumque* habent codices noſtri omnes.

9 *Atque ita ille*] Quum neſciam qua fide in Batavicas editiones irrepſerit vox media, quæ in nullo exſtat ſcripto vel ante annum 1644 edito, jure eam rurſus expuli. *Gronov.*

10 *Vanos proprie dici, &c. mendaces, & infidos*] Sic Nonius Marcellus: *Vanum eſt mendax.* & adducit varia ad id probandum loca. Sic Arnobius adverſus Gentes lib. 1. *Vanos, mendaces, ſtolidos* conjunxit. *Oiſ.* Adhibendus Jo. Pricæus ad Apuleji Apologiam pag. 78, ubi ex hoc loco Gellii eam conatur illuſtrare. Phædrus in fabula 88, ubi primo dixit *vanum animum*, mox vocat *ſtultam levitatem.*

11 *Leviaque & inania &c. aſtutiſſime componentes*] Vanos tamen dici, non qui aſtutiſſime tantum mendacia componunt, ſed etiam qui pro ingenitâ mentiendi voluptate ſine propoſito ſæpius mentiuntur; ac pro levibus, inconſideratis & ſimplicibus nonnunquam accipi, arguit locus Salluſtii in Conjurat. Catilinæ, ubi Q. Curii mores deſcribens, ait: *Huic homini non minor vanitas, quam audacia; neque reticere quæ audierat; neque ſuamet ipſe ſce-*

inaniaque pro gravibus & veris astutissimè componentes : stolidos autem vocari non tam stultos & excordes, [12] quàm tetros, & molestos, & illepidos, quos Græci [13] μοχθηρὰς καὶ φορτικὰς dicerent. etyma quoque harum vocum, & origines scriptas esse dicebat in libris Nigidianis. [14] quos requisitos ego, & repertos cum primarum significationum exemplis, ut commentariis harum Noctium inferrem, notavi, [15] & intulisse jam me aliquo in loco commentationibus istis existimo.

lera occultare, prorsus neque dicere, neque facere quicquam pensi habebat. Oiſ. Sit sane ita: sed id non rejicit Gellius, cæterum proprie dicens convenire astutiæ, ut inde produci possit etiam ad eos, qui sine illa sic agunt. Vide Servium ad istud Virgilii *Vane Ligus*, quod adscripsit hoc loco Salmasius, lib. XI Æn. 715.

12 *Quam tetros*] Requiritur aliud, si fides codici Regio, in quo est *ſtautros*, unde in Lugdun. maj. legitur *castros*. Stephanus videtur censuisse illi scripturæ satisfactum, si ederet *tætros*. Certe μοχθηρὰς καὶ φορτικὰς, quos indigne arripit Stephanus, dixeris *satyros*: hos agnoscas & molestos simul & illepidos. Nonne enim collegit Casaubonus in Satyrica poesi illud in Satyris εὐτράπεζον, φιλοκέρτομον, illas μορφὰς ἀπρεπεῖς, σκιρτητικὰς, & ex Plutarcho σατυρικὰς τοῖς βίοις ἀνθρώπους? Gronov.

13 Μοχθηρὰς καὶ φορτικὰς] Id est, *Improbos & graves*. Henr. Stephanus concludit Gellium μοχθηρὰς fecisse, si ita scripserit, ut hic legitur, tetros & molestos, atque illepidos à Græcis μοχθηρὰς & φορτικὰς vocari, quod μοχθηρὰς cum φορτικὰς junxerit; magisque verisimile sibi fieri, ὀχληρὰς cum φορτικὰς junxisse. quamvis nec *tetros*, nec *illepidos* satis apta ne horum quidem interpretatio sit. *Oiſ.* Patet ex Stephani pagina 9 Noctium Parisinarum tale momentum cogitationibus ejus exstitisse. Sed id non multum fuisse in turbando Stephano patet item ex Thesauro ejus, ubi de voce μοχθηρὰς agit.

14 *Quos requisitos ego & repertos*] Rutgersius Variar. Lect. l. 3 c. 16. ubi Nigidii Figuli reliquias, quæ exstant, collegit, digessit, & emendavit, hoc loco legendum censet: *quas requisitas ego & repertas*, scilicet *Origines*. Oiſ. Libri veteres in vulgatum consentiunt.

15 *Et intulisse me jam aliquo in loco*] Forte Gellius id fecerat lib. 8 cap. 14. ubi ex lemmate appareret, eum ex Nigidio origines quasdam retulisse. *Oiſ.* Id ipsum video adscriptum similiter ab patre exemplari suo.

CAP. V.

Quòd Q. Ennius in septimo annali quadrupes eques, *ac non*, quadrupes equus, *ut legunt multi, scriptum reliquit.*

CUM Antonio Juliano rhetore, [1] viro hercle bono & facundiæ florentis, complures adolescentuli familiares ejus Puteolis, [2] æstivarum feriarum ludum & jocum in literis amœnioribus, & in voluptatibus pudicis honestisque agitabamus. [3] atque ibi tunc Juliano nunciatur ἀναγνώστῃ [a] quemdam, non indoctum hominem, voce admodum scitâ & ca-

a *Prælectorem.*

1 *Viro hercle bono & facundiæ florentis*] Videnda Pricæana ad Apuleji Apologiam pag. 201, unde penitus rapinam Oiſelii odoraris.

2 *Æstivarum ludum*] Cod. Tornæs. legit, *æstivatum feriarum ludum*. Oiſ. Quum plane sic augerent quoque & integrarent Regius cum Lugdun. maj. non licuit mihi deserere Gellium suo verbo spoliatum, præsertim quum agnoscerem eadem licentia id ab scribis nonnullis omissum esse, qua Stephanus incepit edere *adolescentes*, quum scripti & editi ante illum exhibeant id quod revocatum à me vides, & prave ab Stephano spectatum est. Certe nescio quando pater adscripsit suo codici: [f. *æstivi anni*, ut 1, 2 17, 10. Sc.] quo notat nomen Scriverii, quibus subscripsit [videtur intelligi feriarum.] *Gron.*

3 *Atque ibi tunc Juliano nun.*] In Lincoln. *atque*

& canorâ Ennii Annales legere ad populum in theatro. Eamus, inquit, auditum nescio quem istum Ennianistam. hoc enim se ille nomine appellari volebat. Quem quum jam [4] inter ingentes clamores legentem invenissemus (legebat autem librum ex Annalibus Ennii septimum) hos eum primùm versus perperam pronunciantem audivimus:

Denique vi magna quadrupes equus, atque elephanti
Projiciunt sese.

[5] neque multis posteà versibus additis, celebrantibus eum laudantibusque omnibus, discessit. Tum Julianus egrediens è theatro, Quid vobis, inquit, de hoc anagnosta & de quadrupede equo videtur? sic enim profectò legit:

Denique vi magna quadrupes equus, atque elephanti
Projiciunt sese.

ecquid putatis; si magistrum prælectoremque habuisset [6] alicujus æris, *quadrupes equus*, dicturum fuisse, ac non *quadrupes eques?* quod ab Ennio ita scriptum relictumque esse, nemo unus literarum veterum diligens dubitavit. quumque aliquot eorum, qui aderant, [7] *quadrupes equus*, apud suum quisque grammaticum legisse se dicerent; & mirarentur quidnam esset, *quadrupes eques*; Vellem vos, inquit, optimi juvenes, tam accuratè Q. Ennium legisse, quàm P. Virgilius legerat, qui hunc ejus versum sequutus [8] in Georgicis suis, *equitem* pro *equo* posuit his in versibus:

Fræna Pelethronii Lapithæ gyrosque dedêre.
Impositi dorso, [9] *atque equitem docuêre sub armis*
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

in quo loco, *equitem*, si quis modò non inscitè, inepteque argutior sit, nihil potest accipi aliud, nisi *equum*. pleraque enim veterum ætas & ho-

que ibi Juliano nunc. Thuan. *atque ibi nunc.* In Regio etiam exstat *non doctum.* Gronov.

4 *Inter ingentes clamores*] Est hæc materia libri III capitis XX in Theatro Cresolliano, quò decentius potuisset lector ab Oiselio mitti, quam ex pagina ejus 283 decerptam rapinam invenuste objici. *Idem.*

5 *Neque postea multis versibus additis &c. discessit*] Quia scilicet pauci versus restabant ex libro septimo Annalium Ennii; ad cujus umbilicum fere pervenerat Anagnostes; quod vel liquet ex Fragmentis, quæ ex lib. 7. Annal. Ennii à P. Merula collecta sunt, & collocata, quemadmodum Historiæ series requirebat.

6 *Alicujus æris*] Id est, alicujus pretii. Sunt tamen qui legendum censent, *alicujus oris.*

7 *Quadrupes equus*] Hoc loco demum Scioppius notat legi *ecus*, quum in præcedente citatione ex voce *equus* postremum u induceret. At Reg. utrobique legit *quadrupe secus.* unde tamen non video aliquid commodi. *Gronov.*

8 *In Georgicis*] Lib. 3. ℣. 115. & seqq.

9 *Atque equitem docuêre*] Ubi & Junius Philargyrus notat: *Hic Equitem sine dubio equum dicit, maxime cum inferat, Insultare solo.* Similiter ibidem Servius. *Equitem*, ait, *id est, equum. Nam pro equo rectorem posuit.* Vide & Macrobium l. 6. Saturn. c. 9. ubi plurima more suo ex Auctore nostro transscripsit.

& hominem equo insidentem, & equum, qui insideretur, *equitem* dixerunt. propterea *equitare* etiam, quod verbum è vocabulo equitis inclinatum est, & homo equo utens, & equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeò vir adprimè linguæ Latinæ sciens, *equum equitare* dicit his versibus:

[10] *Quîs hinc currere equum nos atque equitare videmus,*
His equitat curritque: oculis equitare videmus;
Ergo oculis equitat.

Sed enim contentus, inquit, ego his non fui: & ut non turbidæ fidei nec ambiguæ, [11] sed ut puræ liquentisque esset, *equus*ne, an *eques*, Ennius scriptum reliquisset; librum summæ atque reverendæ vetustatis, quem ferè constabat [12] Lampadionis manu emendatum, studio pretioque multo unius versus inspiciendi gratiâ conduxi: &, *eques*, non, *equus*, scriptum in eo versu inveni. Hæc tum nobis Julianus, & multa alia [13] erudite simul & affabiliter dixit. sed eadem ipsa post etiam in pervulgatis commentariis scripta offendimus.

10 *Quîs hinc currere equum, &c.*] Dixit Lucilius in Sophistas, ut olim F. Duzæ indicavit Jos. Scaliger; Quasi diceret, Tu vides currere equum tuis oculis, ergo tuis oculis currit. *Oiſ.* Et hîc notavit Scioppius, prout nunc editur, quod auctore patre fit, quum Stephanus noluerit progredi ultra vocem *oculis*, ita legi in V. C.

11 *Sed ut puræ liquentisque esset*] Ita optime restituit Lipsius Elector. lib. 1. cap. 21. cum vulgo legeretur, *sed ut pure liquentiusque esset.* Liquentem enim & puram fidem Julianus opponit turbidæ; prorsus proprie. Liquens autem & pura fides, id est, clara & certa. *Oiſ.* Imo quod Lipsius ita corrigere se dicit, manifeste editum fuit Brixiæ anno 1485, ut mirum sit, cujus manu id ita potuerit perverti.

12 *Lampadionis manu emendatum*] Haud dubie idem est, cujus meminit Suetonius lib. De Illustr. Grammat. & Cajum Octavium Lampadionem vocat, quem scribit Nævii Bellum Punicum in septem libros divisisse, ut postea factum à Q. Vargonteio in Annalibus Ennii. Sed ex hoc Gellii loco manifestum, Veteres existimasse Lampadionem corrigendis Ennii Annalibus etiam manum admovisse.

13 *Erudite simul & affabiliter*] Petav. & Mem. legunt *eludite*, & in hujus margine adscriptum *Eludite*. Lugdun. maj. *eluditae*. Thuan. *Ludite*, sed Reg. plane *lucide* Lincoln. & Lugd. min. vulgatum servantibus, nisi quod iste prior habeat etiam *effabiliter*. Gronov.

CAP. VI.

Quòd Ælius Melissus, in libro cui titulum fecit, de loquendi proprietate, *quem, quum ederet*, cornum *esse* copiæ *dicebat, rem scripsit neque dictu, neque auditu dignam: quum differre* matronam *&* matremfamilias *existimavit differentiâ longè vanissimâ.*

[1] ÆLIUS Melissus in nostrâ memoriâ fuit Romæ summi quidem [2] loci

1 *Ælius Melissus in nostrâ memoriâ*] Vixit itaque hic Ælius Melissus temporibus Gellii. Lenæi Melissi meminit Suetonius De Illustr. Grammat. cap. 3. & cap. 21. Caji Melissi, quem Mæcenati gratum acceptumque fuisse ait; à quo etiam Augusto insinuatum, eoque delegante curam ordinandarum bibliotheca-

[2] loci inter grammaticos & temporis: sed majore in literis erat jactantiâ & σοφιστείᾳ [a], quàm operâ. is præter alia, quæ scripsit compluria, librum composuit, ut tum videbatur, quum est editus, [3] doctrinæ inclutæ. ei libro titulus est ingentis cujusdam illecebræ ad legendum scriptus. quippe est, *De loquendi proprietate;* quis adeò existimet loqui se rectè atque propriè posse, nisi illas Melissi proprietates perdidicerit? ex eo libro hæc verba sunt: *Matrona est, quæ semel peperit: quæ sæpius, materfamilias: sicuti* [4] *sus, quæ semel peperit, porcetra; quæ sæpius, scropha.* Utrum autem hoc de matrona, ac de matrefamilias Melissus excogitaverit ipse, & conjectaverit; an scriptum ab alio quo legerit, hariolis profecto est opus. nam de porcetra habet sanè auctorem Pomponium in Atellanâ, quæ hoc eodem vocabulo inscripta est. sed matronam non esse appellatam, nisi quæ semel peperit, neque matremfamilias, nisi quæ sæpius, nullis veterum scriptorum auctoritatibus confirmari potest. enimverò illud impendiò probabilius est, quod idonei vocum antiquarum enarratores tradiderunt, [5] matronam dictam esse propriè, quæ in matrimonium cum viro conveniisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiam si liberi nondum nati forent: dictamque esse ita à matris nomine non adepto jam, sed cum spe & omine mox adipiscendi; unde

a *Inani sapientia.*

thecarum in Octaviæ porticu suscepisse scribit. Hunc proculdubio inter majores suos habuit Ælius Melissus, cujus mentionem facit Gellius.

2 *Loci inter grammaticos & temporis*] Vix dixeris, utrum promtius fuerit Prousteo hæc explicare *dignitate & ætate provectus*, quod quemadmodum Latinitati probet, viderit: an Gryphiis ex copulativa & in margine apponere *ejus;* qua certe ratione diceretur aliquid valde supervacuum. Et quidem jam Stephanus in suo exemplari subnotavit vocem *temporis*. Salmasius quum ex codice Reg. pro copulativa subjecisset *sed*, superscripsit *Nonius*, in quo aliquid huc pertinens non animadverti, nisi quod de adjectivo *summum* tractet. Lud. Cresollius, quum hæc σοφιστεία ad theatrum ejus referri posset, decenter illam observavit lib. 1 cap. 12, eamque ita citat, ut media hæc omitteret. Lugdun. min. *grammaticos & temporibus*, maj. *grammatico sed temporis*. Vix me expedio, nisi legam *loci inter grammaticos & decoris*. Gronov.

3 *Doctrinæ inclutæ*] Scripsit forsan *doctrinæ multæ*. Ois. Sed istud *forsan* nihil est perinde ut *multæ*.

4 *Sus quæ semel peperit, porcetra; quæ sæpius, scropha*] Hanc lectionem ex editionibus antecedentibus revocavit pater, & confirmant scripti, quum Stephanus voce postrema omissa distinctionem quoque mutavisset. Utrumque prave. Sed id tamen potuit placere Prousteo. *Gronov.*

5 *Matronam dictam esse proprie, quæ in matrimonium cum viro conveniisset, &c.*] Sic & Servius ad Virgil. Æneid. lib. 11. notat, *rectius Matronam dici, quæ in matrimonio cum viro convenerit, & in eo matrimonio manserit, etiamsi liberi nondum nati fuerint, dictam matris nomine, spe atque omine; unde & matrimonium dictum.* Matronas itaque hic Gellius dicit, quas Cicero in Topicis *uxores* simpliciter vocat; quæ scilicet in matrimonium convenissent; quo denotabant eam uxorem, non concubinam fieri, & in matrimonium, non in concubinatum datam. Unde Plautus Trinummo:

Sed ut inops infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant
Me germanam meam sororem in concubinatum tibi
Sic sine dote dedisse magis, quam in matrimonium.

Festus autem scribit *Matronas eas esse, quibus stolas habendi jus erat.* Sic ut matronæ dicerentur notæ auctoritatis, spectatæque vitæ, & pudicitiæ fœminæ. Ut apud Livium lib. 10. *Ut nulla nisi spectatæ pudicitiæ matrona, & quæ uni viro nupta esset, jus sacrificandi haberet.*

5 *Ma-*

unde ipsum quoque matrimonium dicitur. [6]matrem autem familias appellatam esse eam solam, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus, manu mancipioque esset: quoniam non in matrimonium tantùm, sed in familiam quoque mariti, & in sui heredis locum venisset.

6 *Matrem autem familias, &c. quæ in mariti manu mancipiove, &c.*] Similiter Servius ad dict. Æneid. lib. 11. scribit: *Matrem familias eam esse, quæ in mariti manu mancipioque, aut in cujus maritus manu mancipioque esset: quomodo in familiam quoque mariti, & sui heredis locum venisset.* Sic enim apud Servium legendum: In manum vero mariti mulier veniebat per coëmptionem. Unde Boëthius ad Topica Ciceronis inquit: *Matresfamilias erant, quæ ducebantur per coëmptionem.* Et Servius ibidem subjicit: *Alii matresfamilias dicunt illas, quæ in matrimonium* (lege, *in manum*) *per coëmptionem convenerunt. nam per quandam juris solemnitatem in familiam migrant mariti.* Quomodo id autem fieri solebat, notatum est supra lib. 3 cap. 2. *Oisi.* Et quousque id pertineat, nuper illustrans, ut solet, ex eruditione Romana solertissimus juris interpres Gerardus Noodt in Probabilibus 11, 9. Sicut eadem ad Nonii aberrantem scriptionem coercendam adhibuit Mercerus pag. 199. Alludit interim Gellius ad verba, quæ scripsit 1v, 3, probrosam habitam pellicem, quæ *consueta esset cum eo viro, in cujus manu mancipioque alia matrimonii causa foret*, ut bene annotavit Lambecius. Codex interim Regius habet *non in matrimonium totum*, quod ita transtulerunt, quum scriptum sit forsan pro *solum*. Gronov.

CAP. VII.

[1]*Quem in modum Favorinus tractaverit intempestivum quemdam de verborum ambiguitatibus quærentem: atque ibi quot significationes capiat* concio.

DOMITIO homini docto, celebrique in urbe Roma grammatico; cui cognomentum Insano factum est, quoniam erat naturâ intractabilior & morosior. ei Domitio Favorinus noster quum fortè [2]apud fanum Carmentis obviam venisset; atque ego cum Favorino essem: Quæso, inquit, te, magister, dicas mihi, num erravi; quod, quum vellem δημηγορίας[a] Latinè dicere, conciones dixi? dubito quippe & requiro, an vete-

a *Actiones ad populum.*

1 *Quem in modum Favorinus tractaverit, &c.*] Titulus hic est spurius, imo omnino mendax & repugnans iis, quæ à Gellio dicuntur, ut optime notavit Stephanus: neque enim Domitius homo doctus, & celeber Romæ grammaticus de verborum ambiguitatibus quærebat, sed ipse Favorinus ipsi quæstionem movebat de *concionum* appellatione: ideoque potius rescribendum: *Quem in modum Domitius grammaticus Favorinum tractaverit, &c.* Oisi. Nota est acritudo Stephani in hoc genere, cui libenter secundas facit noster. Et qui mirum? quum & in Salmasiano exemplari adnotatum sit [Falsus & contra mentem Gellii titulus, sed corruptus ex comparatione tit. VIII, XIIII, nisi fallor.] Unde tamen excitus ante Oiselium Pricæus, etiam disputat neutiquam Favorinum tractasse, at tractari, ut interpellatorem intempestivum, quod ex serie totius capitis appareret, & præcipue his verbis ejus, *Non tempestive hunc hominem accessimus.* corrigendam itaque vulgatam lectionem, & hoc modo formandam: *Quem in modum Favorinum tractaverit quidam* (aut si malueris *Grammaticus quidam*) *intempestive de verb. amb. quærentem.* Ita ille ad Apuleji librum 8 Metam. p. 461. Hinc & pater adscripsit: *Favorinum tractaverit intempestivus quidam.* In Brixiana editum, *intempestivum quedam.*

2 *Apud fanum Carmentis*] Solinus: *Pars infima Capitolini montis* II. versus Tiberim, *habitaculum Carmentæ fuit, ubi & Carmentale fanum est, à quo Car-*

veterum eorum, qui electiùs loquuti sunt, pro verbis & oratione dixerit quis concionem. tum Domitius voce atque vultu atrociore, Nulla, inquit, prorsus bonæ salutis spes reliqua est; quum vos quoque philosophorum illustrissimi nihil jam aliud, quàm verba auctoritatesque verborum cordi habeatis. mittam autem librum tibi, in quo id reperias, quod quæris. ego enim grammaticus vitæ jam atque morum disciplinas quæro: vos philosophi mera estis, ut M. Cato ait, [3] mortuaria glossaria. [4] namque colligitis lexidia, res tetras, & inanes, & frivolas, tamquam mulierum voces [5] præficarum. atque utinam, inquit, muti omnes homines essemus! minus improbitas instrumenti haberet. Quumque digressi essemus: Non tempestivè, inquit Favorinus, hunc hominem accessimus. videtur enim mihi [6] ὑποπαίνεσθαι. scitote, inquit, tamen intem-

Carmentalis portæ nomen est. Unde & P. Victor in VIII. urbis Regione ponit *Templum Carmentale*, *alias Carmentæ*.

3 *Mortuaria glossaria*] Al. *mortualia glossaria*. quod eodem redit. Sic Plautus Asinaria Act. 4. Sc. 1.

Hæc non sunt nugæ, non enim mortualia.

Ubi Plautus ponit pro *næniis* sive *carminibus præficarum*. Nævius vestimenta, quæ in luctu sumuntur, *mortualia* appellat:

Pallis petagiis, crocotis, malacis, mortualibus.

Et recte omnia, quæ ad mortuos pertinent, *mortualia* dici possunt. Unde & Cato hic *mortuaria glossaria* vocat, quæ mortuorum nomina perscripta habebant. ut fieri solebat in limine conditoriorum, in quibus mortui condebantur, ut colligere licet ex Epistolâ LXI. Senecæ, ubi, quod alii *conditorium*, ipse *conditivum* appellat: *Qui latitant & torpent*, inquit, *sic in domo sunt quomodo in conditivo. horum licet in limine ipso nomen marmore inscribas, mortem suam anteceserunt.* Eleganter vero Cato, per translationem philosophos appellavit *mortuaria glossaria*, acriter eos pungens, quasi ipsi non aliter, atque conditorii limen, nomina tantum mortua præ se ferrent, neque vivere se ullâ re præclarâ testarentur: ut notavit alicubi Meursius lib. De Funere: vel etiam cum Turnebo adversar. lib. 23 cap. 8. intelligere possis, quasi Cato innuere vellet, eos tantum esse loquaces, & inanes verborum funditatores, præficisque similes, quæ in mortuos neniam argutam & nugacem canere solebant. *Oisi.* Prima pars hujus notæ rapta ex Vossii Etymologico; posterior non *alicubi* notata in Meursii scripto de Funere, sed industrie petita ex capite 42, ubi habes & verba & loca quælibet. Gelliani vero codices tuentur *mortuaria*, non *mortualia*; quod idcirco præferendum, quia etiam congruit Gellio toties terminationem istam in litera r amplexo potius quam l. præsertim quum & Cato videri queat lusisse in utriusque vocis pari exitu. Habent autem Reg. & Lincoln. *glosaria*, quum Brixia ediderit *glosiaria*.

4 *Namque colligitis lexidia, res tetras, & inanes*] Sic ex Carrionis mente edidit primum Stephanus: cum in vulgatis antea legeretur: *nam qui collegisti & lectitasti res tetras & inanes, &c.* quæ lectio nihili est. Scaliger vero in Conjectaneis ad Varronem, ubi hunc Gellii locum adducit, se legisse indicat: *nam qui collegistis & lectitastis res tetras & inanes, &c.* Aliquomodo quidem melius: Carrionis vero emendatio præferenda. Scriverius in suo Codice notaverat, veram hujus loci lectionem sibi videri: *Vos philosophi, mera estis, ut M. Cato ait, mortualia Glossaria, vanaque colligitis lexidia, res tetras, & inanes &c.* ad quam eruendam Carrio ipsi præiverat. *Oisi.* Immo certe est hoc aliquid palmarium, quod præclara illa ætas intermortuum anterioris ævi supinitate & prava Latini sermonis insciția reparavit; & certa obrussa, quæ indicare possit differentiam codicum Gellii, ut eam admirari oporteat. Sed præclare optimi huc alludunt. Reg. *nam qui collegisti & lexidia vestra etras.* Thuan. *& lege idia res tractas inanes.* Lugd. maj. Mem. Petav. plane *collegisti & lexidia res tetras.* Minor, *nam qui collegitis & lexidia res tetras.* Scioppius interim adscripserat [Plaut. Mortualia .1. nænias] item *colligitis & lexidia & res tetr.* dum Pontanus hæret in *Nam cui collegisti.* Itaque sibi habeant scriptiones & explicationes, quas hic videmus. Patet ex libris antiquis Gellium dedisse: *mera estis, ut M. Cato ait, mortuaria. Glossaria namque colligitis & lexidia.* Gronov.

5 *Præficarum*] Non est tempus transferendi huc partes vel ex Scaligeri Conjectaneis ad Varronem de L. L. vel Kirchmanni capite VI libri secundi de funer. & infinitis aliis. Legi enim præficæ jam possunt omnibus paginis. *Gronov.*

6 Ὑποπαίνεσθαι] Sic quidem recte ediderat Stephanus, cum in vulgatis legeretur ἐπιμαίνεσθαι, hoc

temperiem istam, quæ μελαγχολία[a] dicitur, non parvis, nec abjectis ingeniis accidere, [7]ἀλλὰ εἶναι ἀχεδόν τι τὸ πάθος τοῦτο ἡρωϊκὸν[b]; & veritates plerumque fortiter dicere, sed respectum non habere μήτε καιροῦ, μήτε μέτρου[c]. [8]vel ipsum quale hoc existimatis, quod nunc de philosophis dixit? nonne, si id [9]Antisthenes, aut [10]Diogenes dixisset, dignum memoria visum esset? [11]Misit autem paulò post Favorino librum quem promiserat: [12]Verrii, opinor, Flacci erat. in quo scripta ad hoc genus quæstionis pertinentia hæc fuerunt: *senatum* dici & pro loco, & pro hominibus; [13]*civitatem* & pro loco, & pro opido, & pro jure quoque omnium, & pro hominum multitudine: *tribus* quoque & [14]*decurias* dici & pro loco, & pro jure, & pro hominibus. *concionem* autem tria significare, locum, & verba, suggestumque, unde verba fierent. sicut M. Tullius, in Oratione, quæ scripta est contra concionem Q. Metelli, [15]*Escendi*, inquit, *in concionem: concursus est populi factus.* sicut

a *Atra bilis.*
b *Sed affectionem fere hanc heroicam esse.*
c *Neque temporis, neque modi.*

est, *insanire*; haud tamen bene idem Stephanus in Emendationibus ad Gellium, τὸ ἐπισημαίνεσθαι explicat, quasi Favorinus intellexerit, Domitium grammaticum sermone uti, qui aliquid portendat, & male ominosus sit. Melius multo Salmasius in Exercitationibus Plinianis ad Solinum, ubi observat eodem modo, quo Febrium accessiones ἐπισημασίαι dicuntur, ut in Glossis: *Accessio*, ἐπισημασία; ita & in furoris morbo, cum post dilucidum intervallum insania redit, ἐπισημασία. In hac vero significatione Favorinus hic verbo ἐπισημαίνεσθαι utitur. Domitius enim iste, de quo loquitur, homo fuit melancholicus & insanus. Qui istâ intemperie laborant, aliquando habent intervalla, quibus sunt remissiores, aliquando morbus iis recrudescit. Ἐπισημαίνεσθαι dicuntur, qui in accessu sunt morbi, quos insania rursus percipit. Dicebat igitur Favorinus, haud tempestive Domitium accessisse, utpote qui jam inciperet ἐπισημαίνεσθαι, hoc est, qui jam esset in ipso articulo τῆς ἐπισημασίας.

7 Ἀλλ' εἶναι ἀχεδόν τι, &c.] Hæc enim est sententia Aristotelis, quam copiosius tractat Sect. xxx. Problemate 1. ubi rationem reddere conatur, quam ob causam Homines, qui vel ingenio excelluerunt, aut in philosophia, aut in civili scientiâ, aut in poësi, aut in actionibus, melancholici fuerint? Ubi etiam videndus Septalius in commentariis, cui addesis Cœlium Rhodiginum lib. 17. Antiquar. Lect. cap. 5.

8 *Vel ipsum quale hoc ex.*] Reg. *Vel ipsum hoc quale ex.* Sic & Lugdun. ut. quum Thuan. abjiciat istud *hoc*. Brixiæ dederunt *vel ipsum hoc quale hoc exist.* unde pejus retinuerunt posteri. *Gronov.*

9 *Antisthenes*] Hujus vitam descriptam habemus à Diogene Laërtio lib. 6.

10 *Diogenes*] Hunc Antisthenis auditorem fuisse, tradit Laërtius in Diogene.

11 *Misit autem paulo post*] Ex Lincoln. notaveram *misit autem paulo Favorino*. Etiam videbam τὸ *post* non exstitisse in Perav. Itaque expedivit me, quod satis notabile, unus ille Lugdun. min. clare habens *misit autem post paulo*. Gronov.

12 *Verrii, opinor, Flacci*] Sic revocabat pater lectionem pristinam, quam superstitiose temeraverat Stephanus edendo *Verrii inopinor*, cui Salmasius adscripsit. [Leg. *is opinor.*] Sane in Thuan. vidi *versus ut opinor*. Et ex Lugd. min. notatum *verrii n. opinor*. Sed Reg. & Lugd. maj. nil mutant. *Idem.*

13 *Civitatem & pro loco & pro opido*] Posterius *pro* ignoratur ab Reg. Thuan. Perav. Lincoln. uti debet exstingui, quum locus & opidum pro uno eodemque dicantur. *Idem.*

14 *Decurias*] Legendum forte, *curias*. Ois. Hoc ipsum cogitabat quoque Fam. Nardinus in descriptione Romæ lib. 2 cap. 1. Etiam adscripserat oræ Scioppius.

15 *Escendi*] Sic in Veteribus puræ & liquentis fidei membranis reperiri testatur L. Carrio Emendat. lib. 1 cap. 5. ubi & plurima hujus generis exempla exhibet. In vulgatis antea erat *ascendi*. Ois. Non omnibus tamen. Nam plane in Brixiana exstat *Escendi*.

sicut idem M. Tullius in Oratore ait: *Conciones sæpe exclamare vidi, quum aptè verba cecidissent. etenim exspectant aures, ut verbis colligetur sententia.* [16] item significare cœtum populi assistentis, item orationem ipsam, quæ ad populum diceretur, exempla in eo libro scripta non erant: sed nos postea Favorino desideranti harum omnium significationum monumenta, & apud Ciceronem, sicuti suprà scripsi, & apud elegantissimos veterum reperta exhibuimus. Id autem quod potissimum expetebat, *concionem* esse dictam [17] pro verbis & oratione, docui titulo Tulliani libri, qui à M. Cicerone inscriptus est: *Contra concionem Q. Metelli.* quo nihil profectò significatur aliud, quàm ipsa, quæ à Metello dicta est, oratio.

16 *Item significare cœtum populi assistentis*] Ut in verbis Ciceronis modo adductis: *Conciones sæpe exclamare vidi*, hoc est, cœtum. Idem Cicero Attico lib. 15. Epistol. 1. *Brutus noster misit ad me orationem suam habitam in concione Capitolina.* hoc est, in cœtu hominum, qui in Capitolio aderant.

17 *Pro verbis & oratione*] Sic etiam ipse Gellius usus supra lib 9 cap. 3. *Inclutæ illæ Demosthenis orationes concionesque, &c.*

CAP. VIII.

Ὁμοιοτέλευτα, καὶ ὁμοιόπτωτα; *atque alia id genus, quæ ornamenta orationis putantur, inepta esse & puerilia, Lucilii quoque versibus declarari.*

Ὁμοιοτέλευτα, καὶ ἰσοκατάληκτα, καὶ πάρισα, καὶ ὁμοιόπτωτα[a], cæteraque hujusmodi scitamenta, quæ isti ἀπεροκάλοι[b], qui se Isocratios videri volunt, in collocandis verbis immodicè faciunt, & rancidè quàm sint [1] insubida, & inertia, & puerilia, facetissimè hercle significat in quinto Saturarum Lucilius. nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se ægrotum non viseret, hæc ibidem addit festiviter:

Quo me habeam pacto, [2] tametsi non quæris, docebo:
Quando in eo numero [3] mânsti, [4] quo in maxima nunc est

Pars

a *Similiter finientia, & æqualiter desinentia, & comparia, & similiter cadentia.*

b *Inepti*, sive mavis, *Infruniti*, *Opici*, ut alibi Gellius loquitur.

1 *Insubida*] Al. *insipida*. Ois. Ira sane in editionibus ante Stephanum, sed quibus non oportuit auscultare Lud. Crescollium, virum doctissimum, in Theatro Rhet. lib. 3 cap. 8, ubi præclare illustrat eadem quæ hîc tractat Gellius. Nam plane *insubida* legitur in Lugdun. utroq. Mem. quo alludit plane Reg. *insubdita*, ut rectè judicaverit Carrio lib. 1 Emend. cap. 12. Porro Reg. Lugdun. ut. non *satyrarum*, sed *saturarum*, quod repetivi. *Gronov.*

2 *Tametsi non quæris, docebo*] J. Duza pater, notante ejus filio Francisco, olim legebat, ut versus constaret: *tamenetsi haud quæri' docebo.* pro tametsi. Ut Catullus:

Quæ tamenetsi uno non est contenta Catullo. Ois. Adscripsit etiam in ora Scioppius.

3 *Mânsti*] Pro *mansisti*; Ita optime Nannius correxit lib. 4. Miscell. c. 26. ubi vulgo erat *mansi*. Male omnino.

4 *Quo in maxima nunc est*] Vulgo:

-- Quo in maxima non est
Pars hominum --

Unde Nannius dicto loco legit,

-- quo maxima non est
Pars hominum -- Cujus explicationem illic vide.

Pars hominum, ut periisse velis, quem nolueris, quum
5 Visere debueris. 6 hoc, NOLVERIS, *&* DEBVERIS, *te*
Si minus delectat quod 7 ἄτεχνον Isocratium est: O' - -
χληξῶδεςque simul totum ac συμμειρακιῶδες:
Non operam perdo. 8 Si tu hic.

5 *Visere debueris*] Τὸ *visere* abest in quibusdam edd. *Oiſ.* Etiam ab scriptis, sed qui tum trajiciunt ita *quem visere nolueris, cum debueris*. Sic Reg. Mem. Chif. Lugdun. uterq. Petav. Idemque in ora notavit Scioppius. Unde non ineleganter cogitabat Pater: *quem visere nolue -- Ris, cum debueris. hoc nolue & debueris te.* Cæterum mox omnes aut perspicue exhibent aut varia scripturæ frustratione alludunt *quod atechnon & Isocratium est*, tanquam in hoc exitu tres syllabæ duplicata elisione in unam coalescant. Et eam lectionem notavit in exemplari suo Scioppius. *Gronov.*

6 *Hoc Nolueris & Debueris te*] Franciscus Duza ad Lucilium legit: *hoc Nol' & Debueris te*, more Enniano decurtatis verbis. Nimirum ut, si τὸ *visere* retineatur, hoc modo versus sibi constare possit.

7 Ἄτεχνον] Sic omnes quidem libri. Scaliger vero in Ausonianis Lectionib. lib. 2 cap. 4. legit: τεχνίον *Isocratium est.* Fr. Duza: *Isocratæum est.* Nannius:

—— *Isocratium*
Ο'χληξῶδεςque *simul* ——

Ut prima syllaba in ὀχληξῶδες ad hunc *priorem* versum pertineat. Quod tamen etiam fieri potest legendo, ut hic editum,

—— *Isocratium est o'* ——
χληξῶδεςque *simul* ——

Si penultima syllaba in *Isocratium* absorbeatur in *est*; pronunciando *Isocrati' est* ὀχληξῶδεςque, *&c.* Scaliger tamen dicto loco post

—— τέχνιον *Isocratium est.*

Sequentem versum sic legendum censet:

Ληξωδεςque *si mitu: tum* συμμειρακιῶδες.

8 *Si tu hic*] Scioppius *sicuti hic*, ut fuit quoque in Mem. Chif. Petav. Etiam Lincoln. *sicut hic.* Sed Reg. Lugdun. uterq. habent, quod editur. *Gronov.*

CAP. IX.

Quid significet apud M. Catonem verbum, insecendo. *quodque* insecendo *potius legendum sit, quàm, quod plerique existimant*, insequendo.

1 IN libro vetere, in quo erat oratio M. Catonis 2 de Ptolemæo contra Thermum, sic scriptum fuit: *Sed si omnia dolo fecit, omnia avaritiæ atque pecuniæ causa fecit; ejusmodi scelera nefaria, 3 quæ neque insecendo, neque legendo audivimus: 4 supplicium pro factis dare oportet.*

1 *In libro vetere, &c.*] Principium, & maxima pars huius capitis in vulgatis editionibus deerat, antequam Guil. Canterus Novar. Lection. lib. 2 c. 6. ex MS. Busiidiano codice supplevisset. Unde & Stephanus in suâ editione id adjunxit.

2 *De Ptolemæo*] Intelligitur Ptolemæus minor, cui cognomen Euergetes II. sive Physcon fuit; septimus Ægypti Rex, & successor Philometoris fratris. Vide Justinum lib. 38. Strabonem lib. ult. Athenæum lib. 4. & lib. 12. qui testes sunt, Ptolemæum hunc tyrannum fuisse crudelissimum.

3 *Quæ neque insecendo, neque legendo audivimus*] Sic hunc locum cum viris doctissimis legendum censemus. Guil. Canterus edidit: *quæ neque fanda, neque legenda audivimus.* Sed addit pro *fanda*, forte *insecenda*; nisi quædam Catonis hic desint. In H. Stephani, & Tornæsiana editione legitur, *quæ neque insecenda, neque legenda audivimus.* Sed optime divinavit Canterus *insecenda* pro *fanda* reponendum. *Fanda* enim irrepsit ex glossemate. Omnino autem legendum cum Rutgersio Variar. Lect. lib. 4 cap. 19. & Ausonio Popma in Fragmentis Catonianis, quomodo etiam sibi videri notaverat in suo Codice Scriverius; quemadmodum edidimus, *quæ neque insecendo, neque legendo audivimus.* Oiſ. Verum Scioppius existimavit fortasse scriptum fuisse *scelera insecenda, quæ neque fando neque legendo audivimus*: additque ad verbum *insecenda*, ubi id in Stephani editione exstat, deesse in vetere codice, seu tanquam & ipse locum hunc in veteri codice viderit, seu potius ex indicio ipsius Canteri.

4 *Supplicium pro factis dare oportet*] Ita edidit Can-

tet. [5] *Insecendo* quid esset, quæri cœptum? Tum, ex his qui aderant, [6] alter literator fuit, alter literas sciens. hi duo inter sese dissentiebant, & grammaticus quidem contendebat. *insequendo* enim scribi, inquit, debet, non, *insecendo.* [7] quoniam *insequens* significat: dictumque est *insequere*, quasi, perge dicere, & insequere. itaque ab Ennio scriptum in his versibus:

Insequere Musa, manu Romanorum induperator
Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo.

alter autem ille eruditior [8] nihil mendosum, sed rectè atque integrè scriptum esse perseverabat; & Velio Longo non homini indocto fidem esse habendam: qui in commentario, quod feciſſet de usu antiquæ loquutionis, scripserit, non *insequere* legendum apud Ennium, sed *insece:* ideoque à veteribus, quas narrationes dicimus, [9] *sectiones* esse appellatas: Varronem quoque versum hunc [10] Plauti de Menæchmis,

[11] *Hæc nihilo mihi videntur esse sectius, quàm somnia,*

sic enarrasse: nihilo magis narranda esse, quàm si ea essent somnia. hæc illi inter se certabant. Ego arbitror & à M. Catone *insecendo*, & à Q. Ennio [12] *insece* scriptum, sine *u* litera. offendi enim in bibliothecâ Patrensi librum

Canterus & alii post eum. Scriverius ad oram sui codicis legendum censet: *Supplicium profecto iis dari oportet.*

5 *Insecendo quid esset*] Ita ex verbis Catonis hoc loco, uti & infra reponendum; ubi aliæ habent editiones, *insecenda.*

6 *Alter literator fuit, alter literas sciens*] In MS. unde totum hunc Gellii locum eruit Canterus, additum erat, *id est, alterum* (leg. Canter. *alter*) *docens, doctus alter.* Sed optime factum à Stephano, qui hæc verba ut præcedentium glossema, è sua editione jam eliminare fecit. *Oiſ.* Id quidem potuit facere Stephanus: sed & lector potuit rursus adscribere, unde signo posito post verbum *sciens* adnotavit Scioppius *alter docens, doctus alter*, nescio cur omittens *id est.*

7 *Quoniam insequens significat*] Legit Canterus: *quod in insequere significatur, dictumque est insequere.* Oiſ. Non sufficit. Quippe addi oportuit in MS. fuisse: *insequenda enim scribi inquit, non insecenda: quoniam insequens significat, traditumque esse insequere.* Scioppius verò adscripsit. [f. *insequenda debere scribi cum qu. non insecenda, quod insequere signet, dictumque esse Insequere.* vel, *quod in Insequere significatur, dictumque.*]

8 *Nihil mendosum*] Ex Ms. edidit. Canterus *mendum*, unde ita ipse in ora corrigit. Sed Scioppius vicissim apposuit *mendum.* Quin & in ima ora adscripsit [Sic Plautus Exsequi pro narrare Amphit. a. 2. s. 2. Perge exsequi. *Gronov.*

9 *Insectiones*] Sic Ms. Alii hic *sectiones* reponendum censent. Ut *sectiones* dicantur *narrationes*, quia hæ sectæ & distinctæ, ordineque suo distributæ. Verum *insectiones* retinendum, tota disputationis series Gellii satis evincit.

10 *Plauti de Menæchmis*] Exst. Act. v. Sc. VII. In Plautino versu in Bustidiano codice erat *sectius.* ut notat Canterus; apud Plautum tamen in editis habent *secius.*

11 *Hæc nihilo mihi*] Scioppius apposuit *Nihilominus esse videtur sectius.* Et mox in vocibus *quam si ea essent somnia*, inducit istud *ea.* Gronov.

12 *Insece*] Insecere, est dicere, narrare. Nihil autem refert scribas, *insequere*, an *insece.* Sic ex Festo Paulus: *Insequere apud Ennium, dic.* Et in Glossis Philoxeni *Insequere*, εἶπε. Veteres enim promiscue scribebant, *hujusque* & *hujusce.* Unde eadem *Fortuna hujusce diei* apud Plinium lib. 34. & *Fortuna hujusque diei* apud Ciceronem lib. 8. de Legib. Ut & apud Victorem De Reg. Urb. in Reg. x. *Vicus hujusque diei Fort. ad.* Item *cujusque*, & *cujusce.* similiter *insequere* & *insece.* Quæ verus pronunciatio, sive usus, Grammaticis postea causam præbuit hæc subtilius distinguendi. *Oiſ.* Scioppius pro eo reponebat *insicite.*

librum [13] veræ vetuſtatis Livii Andronici, qui inſcriptus eſt Ὀδύσεια, in quo erat verſus primus, cum hoc verbo, ſine *u* litera,

Virum mihi Camœna inſece verſutum;

factus ex illo [14] Homeri verſu:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον.

illi igitur ætatis & fidei magnæ libro credo. nam quod in verſu Plautino eſt, *ſectius quàm ſomnia*; [15] nihil in alteram partem plus argumenti habet. Etiamſi veteres autem non *inſeque*, ſed *inſece* dixerunt, credo quia erat levius, leniuſque: tamen ejuſdem ſententiæ verbum videtur. nam & *ſequo*, & [16] *ſequor*, & item *ſecta*, & *ſectio* conſuetudine loquendi differunt: ſed qui penitùs inſpexerit, origo & ratio utriuſque una eſt. doctores quoque & interpretes vocum Græcarum, Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα, καὶ, ἔσπεδε νῦν μοι Μοῦσαι, dictum putant, quod Latinè *inſeque* dicitur. namque in altero, *n*, geminum, [17] in altero, *p*, eſſe tralatum dicunt. ſed etiam ipſum illud ἔπη, quod ſignificat verba, aut verſus, non aliunde eſſe dictum tradunt, quàm ἀπὸ τῦ ἕπεσθαι καὶ εἴπειν[a]. eadem ergo ratione antiqui noſtri narrationes ſermoneſque, *inſectiones*, appellitaverunt.

a *Ab eo quod eſt ſequi & dicere.*

13 *Veræ vetuſtatis*] G. Canterus legit *miræ vetuſtatis*. Alii: *meræ vetuſtatis*. Sed *veræ vetuſtatis* à librario lineolâ ſuper inductâ forte ſcriptum, pro *venerandæ*. Oiſ. Illud *miræ* adſcripſit quoque Scioppius, cui etiam non placuit illa Stephanica *Caſimœna* unde induxit literam s.

14 *Homeri verſu*] In initio ſcilicet Ὄνδρα. Deerat vulgo hic verſus; quem rectè primo inſeruit ex MS. L. Carrio Antiq. Lect. lib. 3 cap. 17. *Oiſ.* Sed non ex libro ſcripto, aut alia fide, quam ſua: quum Gellius omiſiſſe potuerit ideo quod confidebat omnibus eſſe notiſſimum, ideoque non apponendum.

15 *Nihil in alteram partem plus*] Prodidit Canterus *nihil in alteras plus*, id quod Scioppius etiam margini ſuo commiſit, qui etiam illa *ſequo* & delebat. *Gronov.*

16 *Et ſequor, & item ſecta, &c.*] Ab hiſce verbis demum ante G. Canteri ſupplementum, hoc caput incipiebat.

17 *In altero p.*] V. C. 6. Scioppius. At Lugd. min. *in altero q ee.* Lincoln. *in altero g eſſe.* Gron.

CAP. X.

Errare iſtos, qui in exploranda febri pulſus venarum pertentari putant, non arteriarum.

IN Herodis [1] c. v. villam, quæ eſt in agro Attico, loco qui appellatur [2] Cephiſiæ, aquis, & lucis, & nemoribus frequentem, [3] æſtu anni medio, conceſſeram. ibi [4] alvo mihi citâ & accedente febri rapidâ decubue-

1 *C. V.*] Id eſt, Conſularis viri; Vide lib. 1 cap. 2. & lib. 19 c. 12. *Oiſ.* Sed Brixia, ſed Aldus dederunt *CL. V.* & nullus ex Mſtis inde abit.

2 *Cephiſiæ*] Κηφισιὰ, tractus circa Athenas, ubi fuit Herodis Attici V. C. villa, ut notat Gellius hoc loco, & ſupra lib. 1 cap. 2.

3 *Æſtu anni medio*] Et ſic ſummo calore dominante. Sic ſupra lib. 1 cap. 2. *æſtu anni flagrantiſſimo.*

4 *Alvo mihi cita*] Id eſt, profluvio alvi laboranti.

Sic

cubueram. Eò Calvisius Taurus philosophus & alii quidam sectatores ejus quum Athenis visendi mei gratiâ venissent; medicus, qui tum in his locis repertus assidebat mihi, narrare Tauro cœperat, quid incommodi paterer, & quibus modulis, [5] quibusque intervallis accederet febris decederetque; tum in eo sermone, quum jam me [6] sinceriore corpusculo factum diceret, Potes, inquit Tauro, tu quoque idipsum comprehendere ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ τῆς φλεβὸς; quod nostris verbis profecto ita dicitur, *si attigeris venam illius.* Hanc loquendi imperitiam, [7] quod venam pro arteriâ dixisset, quum in eo docti homines, qui cum Tauro erant, tamquam in minimè utili medico offendissent, atque id murmure & vultu ostenderent; tum ibi Taurus, ut mos ejus fuit, satis leniter, Certi, inquit, sumus, vir bone, non ignorare te, quid vena appelletur, & quid arteria; quod venæ quidem suapte vi immobiles sint, & [8] sanguinis tantùm demittendi gratiâ explorentur; arteriæ autem motu atque pulsu suo habitum & modum febrium demonstrent: sed, ut video, pervolgatè magis quàm inscitè loquutus es. [9] non enim te solùm, sed alios quoque itidem errantes audivi venam pro arteriâ dicere. fac igitur, ut experiamur elegantiorem esse te in medendo, quàm in dicendo; & cum diis bene volentibus [10] operâ tuâ sistas hunc nobis sanum atque validum quàm citissimè. Hoc ego postea quum in medico reprehensum esse meminissem; existimavi non medico soli, sed omnibus quoque hominibus liberis, liberaliterque institutis turpe esse, ne ea quidem

Sic infra etiam lib. 19 cap. 4. *alvum citam* dixit; item *alvum pronam atque præcipitem.* Scribonius Largus Composit. CXI. *alvum citatam;* quomodo & loquitur Cornel. Celsus De Re Medicâ lib. 1 cap. 6. qui & alibi *alvum citam* dixit.

5 *Quibusque intervallis accederet febris*] Seneca Epist. 78. *Intervalla morbos tolerabiles faciunt.*

6 *Sinceriore corpusculo*] Id est, sine febre. Ita Scribonius Largus Composit. CXIII. *Datur unus jejuno ante meridiem, alter in noctem ex aquâ, si febres erunt: ex vino Signino, si sincere corpus erit.* Hoc Celsus lib. 3 cap. 4. *ex toto integrum esse* dixit: & ibidem paulo ante: *cum jam bene venæ conquieverunt.*

7 *Quod venam pro arteriâ dixisset*] Veteres ita loqui solebant non tantum Græci, sed & Latini. Haud itaque adeo pervulgate, aut inscite Medicus iste loquebatur: ut quidem Taurus eum feciisse vult. Vide Foësium in Oeconom. Hippocr. in φλεβες, & J. N. Loëns. Epiphyllid. lib. 4 cap. 22. Cœl. Rhodigin. Antiq. Lect. lib. 3 cap. 14. *Oisi.* Quum Oiselius citare œconomiam istam sustineat & lectori offerre, non erat cur inde magnam partem describeret, quæ illic poterat melius inspici, quum frustra tot literas hîc curaverit colligi; quod ut nulli bono factum velui.

8 *Sanguinis tantum demittendi*] Sic editi quidem. At Mssti Lincoln. Memm. Chisl. Petav. *ademittendi*, nunc junctis literis & una voce, nunc distractis quasi primæ duæ literæ præpositionem indicarent. Unde pater adscripsit [an *adimitandi*] Sed Reg. & Lugdun. uterq. *admittendi*. Gronov.

9 *Non enim te solum, sed alios quoque*] Particulæ adversativæ *sed* nullum indicium exstat in Regio, hoc est, præstantissimo codice: ut debeat apponi illis tot aliis exemplis, quæ collegit pater in Livianis. *Idem.*

10 *Opera tua sistas*] Id expressum ex vulgata turba Mssorum librorum, quum Regius exhibeat *operam aut sistas*, quasi certe scripsisset *ope* toties ab Latinis in medendo usurpata, ut ipse Apollo *opifer* in Ovidio & sic ipse XVII, 11. *Arte quadam & ope naturæ.* An fuit *ope amabili?* Idem.

11 *Sub-*

quidem cognoviſſe ad notitiam corporis noſtri pertinentia, quæ non altiùs occultiuſque remota ſunt; & quæ natura nobis tuendæ valetudinis causâ & in promtu eſſe & in propatulo voluerit: ac propterea, quantum temporis habui [11] ſubſicivi, [12] medicinæ quoque diſciplinæ libros attigi, quos arbitrabar eſſe idoneos ad docendum, & ex his, cùm alia pleraque ab iſto humanitatis uſu non aliena, tum de venis quoque & arteriis didiciſſe videor, ad hunc fermè modum. Vena eſt conceptaculum ſanguinis, quod ἀγγεῖον medici vocant, mixti confuſique cum ſpiritu naturali; in quo plus ſanguinis eſt, minus ſpiritûs: arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis mixti confuſique cum ſanguine; [13] in quo plus ſpiritûs eſt, minus ſanguinis. Σφυγμὸς autem eſt intentio motus, & remiſſio in corde & in arteriâ naturalis, non arbitraria. à medicis autem veteribus oratione Græcâ ita definitus eſt: [14] Σφυγμός ἐστιν ἀφαιρετὴ καὶ συστολὴ ἀπροαίρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας[a].

a *Pulſus eſt diſparatio & contractio involuntaria arteriæ & cordis.*

11 *Subſicivi*] Recte ita Stephanus, quum medii dediſſent *ſubciſivi*, revocavit ex Brixiana, Aldina aliiſque anterioribus editionibus, ut XIII, 24. Efferunt ita & Reg. & Lugdun. ut. *Gronov.*

12 *Medicinæ quoque libros attigi*] An potuit ita edere Stephanus, ille tam diligens & ſedulus in Gellio ex omnibus ſubſidiis reparando? Vix editionem eſſe reor, vix ullum ſcriptum olim librum, in quo ſic legatur, ſed pariter in omnibus integram vocem legi animadvertas, quam idcirco reſtituere compulſus fui, ut vides, præſertim quum jam libro præcedente cap. 10 ſimiliter loquutus fuerit auctor, licet Stephanum imitentur editiones, quæ poſt illum uſque ad hanc prodierunt, ſed illaudabiliter. *Idem.*

13 *In quo plus ſpiritus eſt, minus ſanguinis*] Ad hanc mentem capienda illa J. Pollucis in Onomaſtico, ubi ſcribit Ἀρτηρίαι δέ εἰσιν ὁδοὶ πνεύματος, ὡς φλέβες, αἵματος. *Arteriæ ſunt viæ ſpiritus, ut venæ, ſanguinis.* Nam & arteriæ ſanguinem continent & vehunt, ſed magis ſpirituoſum, quam qui per venas ducitur. *Oiſ.* Forte ſic deſumtæ ſunt hæ deſcriptiones ex Cicerone lib. 2 de nat. Deor. ut ipſa ejus verba repetant, ſed plenius conſtructa, quæ refert Auſonius Popma lib. 1 de Differentiis verborum pag. 40.

14 Σφυγμός, *&c.*] Recepimus hic indubitatam H. Stephani emendationem, qui ἀπροαίρεσις repoſuit, pro ἀδιαιρέσις, quod in vulgatis legebatur; ſed neutiquam huic loco convenire poterat. Quid enim eſſet ἀδιαίρεσις, *indiviſibilis*, cum Gellius ipſe dicat intentio & remiſſio naturalis, non arbitraria? hoc enim eſt ἀπροαίρετος, ſive *involuntaria*. Ab Ægineta autem lib. 2 cap. 11. pulſus ita definitur: Σφυγμὸς, κίνησίς ἐστι καρδίας καὶ ἀρτηριῶν κατὰ διαστολὴν καὶ συστολὴν γιγνομένη, Id eſt, *Pulſus, motus eſt quo cor & arteriæ attolluntur, ſubmittunturque.* Apud Gellium etiam in vett. edd. poſt καὶ καρδίας, alia adhuc additur definitio hiſce verbis: Σφυγμὸς ἐστι παλμὸς ἢ ζέσις φλεβὸς, ἢ ἀρτηρίας. Id eſt, *Pulſus eſt palpitatio aut fervor venæ, vel arteriæ.* Sed omnino ſpuria eſt, & rem minime gentium declarat. *Oiſ.* Fruſtra gloriatur tam ſero, quum in utroque non aliter conſulat, quam præiverant duæ Batavæ editiones, tum ejicientes hæc in capitis exitu ſpuria, tum exhibentes ἀδιαίρεσις, ſicut ipſe etiam in contextu edidit, quicquid ſcribat in nota. Cur autem noſter cum Stephano ſic inſultat antecedentibus editoribus, quaſi tulerint, quod ferri hoc loco & convenire ei nequit? Cur ipſe Stephanus non dubitavit hoc exponere in Theſauro, & venditare ut proprium Theophili? Immo cur intelligi nequit, ſi dicatur, *Pulſus eſt diſparatio & contractio, quæ dividi aut ſeparari nequit ab arteria & corde?* An non in iſtis duabus partibus continenter illa duo eveniunt, & illis aſſidue inhærent? etſi mens & ſententia Gellii ſic non exhibeatur. Sed Stephanus fuit uſus aſtutiæ quodam genere, dum celat, quomodo ad iſtud ἀπροαίρετος venerit. Non eſt ejus mens tantum mota ab ipſo. Plane viderat in quibuſdam Mſſ. exſtare ἀποδιαίρεσις. Id notat Lambecius ex Regio. Id video notatum ex Memm. Lugdun. Petav. Hinc fons ejus conjecturæ, ſed perperam petitam ex Gellii explicatione confirmationem habentis, qua dicit non arbitrariam. Neque enim ut προαίρεσιν dixerunt arbitrium vel decretum, ſic nunc ἀπροαίρετος dici debuit, ſed naturale explicat non arbitrarium, non quod eſſe poſſit aut non eſſe,

esse, sed quod semper adest, quod ex natura illis adfixum est. Hinc scripta lectio debuit retineri, ut pateret σφυγμὸν esse intensionem motus & contractionem ἀποδιαίρετον ἀρτηρίας καὶ καρδίας descendentem & devenientem ab arteria & corde. Gellius videtur istos genitivos junxisse cum diastole & systole, sed Græci cum adjectivo, ut originem demonstrent, etsi sentiatur alibi. *Gronov.*

CAP. XI.

Verba ex carminibus Furii Antiatis inscitè à Cæsellio Vindice reprehensa, versusque ipsi, in quibus ea verba sunt, subscripti.

NON hercle idem sentio cum [1] Cæsellio Vindice grammatico, ut mea opinio est, haudquaquam inerudito. verùm hoc tamen petulanter inscitéque; quod [2] Furium veterem poëtam dedecorâsse linguam Latinam scripsit hujuscemodi vocum fictionibus, quæ mihi quidem neque abhorrere à poëtica facultate visa sunt, neque dictu profatuque ipso tetræ aut insuaves esse: sicuti sunt quædam alia ab illustribus poëtis ficta durè & rancidè. Quæ reprehendit autem Cæsellius Furiana, hæc sunt: quod terram in lutum versam [3] *lutescere* dixerit; & tenebras in noctis modum factas *noctescere;* & pristinas reciperare vires *virescere;* & quod ventus mare cæruleum crispicans nitefacit, *purpurat* dixerit: & opulentum fieri *opulescere.* Versus autem ipsos ex poëmatis Furianis, in quibus hæc verba sunt, subdidi:

Sanguine diluitur tellus. cava terra lutescit.
Omnia [4] *noctescunt tenebris caliginis atræ.*
Increscunt animi. [5] *virescit vulnere virtus.*
[6] *Hìc fulica levis volitat super æquora classis:*
Spiritus Eurorum viridis quum purpurat undas,
Quo magis in patriis possint opulescere campis.

1 *Cæsellio Vindice*] Sæpius ab Auctore nostro & aliis citatur, ut notatum supra ad lib. 3 cap. 16.

2 *Furium veterem poëtam*] Intelligitur A. Furius Antias, ut ex lemmate capitis apparet. Floruit autem circa V. C. annum 130 CLII. Q. Lutatii Catuli familiaris, ut manifestum ex verbis Ciceronis in Bruto, quæ citantur ab G. J. Vossio de Poetis Latinis, unde Oiselius furtim subtraxit & ipsa & quæ adjuncta sunt de Lutatio & altero Furio Bibaculo.

3 *Lutescere*] Singula hæc verba, ut videtur, ea hoc ipso Gellio animadversa transtulit in Lexicon suum Nonius, ubi & quisque inspicere potest & ab Mercero sunt collata, quæ idcirco tot notis onerare Gellium non debebant, ut factum. Scioppius vero delebat τὸ *sunt* in his verbis *sicuti sunt quædam alia:* tum adscripsit *crispans* pro *crispicans.* Gronov.

4 *Noctescunt tenebris*] Sed unicus ille Regius *tenebras*, ut supra occurrit *victus pugnam.* Idem.

5 *Virescit vulnere virtus*] Ita ausus reponere Oiselius prætexit apud Nonium sic legi, quemadmodum etiam in vett. codd. apud Gellium. Quod si verum, cur ipse mox subjungit *cum in quibusdam libris legatur virescunt.* Atqui id non exstat in quibusdam, sed ita Regius, ita uterque Lugdun. ita Mem. Petav. Immo fatetur Mercerus in Gellio libros scriptos habere *virescunt.* Barthius ad Statium lib. v Thebaid. tam apud Gellium quam Furium in vetere libro testatur scriptum offendisse *virgescere*, quod ego nuspiam animadverti. Pater aliquoties cogitavit *virescunt.* Modo non vocabulum *virtus* ex trisyllabico contractum sit in bisyllabicum & scripserit *virtûs*, pro, virtutes. *Idem.*

6 *Hìc fulica*] Cod. Tornæs. & vett. edd. *Sicut fulica;* quod cum versus non patiatur, quidam inde fecêre, *Sicut hiulca*, &c. Sed *fulica* habent omnes libri. In Stephan. Ed. est, ut edidimus, *Hìc fulica.* Notum autem fulicam esse avem aquaticam, quæ præcipue mari stagnisque amplioribus gaudet. Eam

tempestate imminente in siccum se recipere, ac clariore voce clangere, nautasque admonere ferunt. Unde Virgilius lib. 1. Georgicor.

Jam sibi cum curvis male temperat unda carinis,
Cum medio celeri revolant ex æquore mergi
Clamoremque ferunt ad littora, cumque marinæ
In sicco ludunt fulicæ. ——

Et Plinius lib. 18 cap. 35. *Loligo volitans; conchæ adhærescentes, echini adfigentes sese, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt: Ranæ quoque ultra solitum vocales, & fulicæ matutino clangore.* Cicero lib. 2. De Divinat. *raucam fulicem* eadem significatione dixit. *Oiſ.* Citat hunc locum, ut vulgo legitur, Mart. Delrio ad Senecæ Medeam v. 322. Itaque Prousteus in Ascensianis notis propinatum proceleusmaticum in secundo loco iterat. Verum Joh. Is. Pontanus adscripsit [*fulca* pro *fulica* leg.] quod tanto probabilius, quoniam Mssti nostri plane non discedunt ab vulgato *sicut fulica*. Varro in Bimargo similitudinem captabat aliunde, nimirum, *ut levis tippula lymfon, λυμφῶν, frigidos transit lacus*, quod citat Nonius. *Gronov.*

CAP. XII.

Morem istum veteribus nostris fuisse, verba patiendi *mutare, ac vertere in* agendi *modum.*

ID quoque habitum est in oratione faciendâ elegantiæ genus, ut pro verbis habentibus patiendi figuram, agentia ponerent: ac deinde hæc vice [1] inter sese mutuâ verterent. [2] Juventius in comœdiâ:

[3] *Pallium* inquit, *face ut splendeat.*

non-

1 *Inter sese*] Id recipiendum putavi, quum non opiner exstare ullum veterem librum, in quo legatur Stephani istud *inter se* nescio unde petitum. *Gronov.*

2 *Juventius in Comœdiâ*] Ita optime hujus Comici nomen J. Rutgersius Var. Lect. lib. 4 cap. 19. reposuit; & post eum G. Barthius Adversar. l. 21 cap. 5. quoque, pro eo, quod vulgo legebatur, *Terentius in Comœdiâ;* quasi sequens exemplum e Terentio, ubi nusquam exstat, adduceretur. Sed Veteres libri, ut Cod. Tornæs. & alii, referunt, *Juventus in Comœdia.* Unde nihil certius, quam *Juventius* hoc loco reponendum. Fuit autem Juventius inter Veteres Comicos olim clarus, etsi nunc longinquitate temporum obscurus. Meminit ejus Varro lib. 5. de L. L. ubi hosce ejus versus citat:

—— *Gaudia*
Sua si omnes homines conferant unum in locum,
Tamen mea exsuperet lætitia. ——

Uti & lib. 6. ubi de eo ita inquit: *Scrupedam Aurelius scribit, quasi Scauripedam. Iuventius comicus dicebat à vermiculo pilosо, qui solet esse in fronde cum multis pedibus.* E Juventio etiam Charisius lib. 2. hæc verba adfert:

—— *Caput ei testatim desregero.*

Nil itaque mirum, quod Gellius etiam hoc capite ejus auctoritate utatur. *Oiſ.* Illustravit hoc scribendi genus ab Gellio observatum doctissimus Juretus ad Symmachum lib. 8 epist. 42, sed auctorem Gellio citatum non tangit. Ergo laudavit in hac restitutione Rutgersium G. J. Vossius in Poeticis, eamque in contextum recepit Pater, firmatus consensu veterum codicum, in quibus est *Iuventus* aut *Inventus* aut *Viventus*, quod postremum è V. C. notavit Scioppius.

3 *Pallium*, inquit, *face ut splendeat*] Mirum in modum hic versus in Vett. lib. variat; & ut vulgo editur, nihil minus, quam quod Gellius vult, probare videtur. In vett. edd. est:

Pallium, inquit, *Flacci ut splendeat.*

In Cod. Tornæs.

Pallium, inquit, *S. flocci ut splendeat.*

Ita etiam quidam Codex Gifanii, nisi quod pro *splendeat* male habebat *splendeam.* Alius item Gifanii referebat:

Pallium, inquit, *flocci ut splendida nunc.*

Sed cum Gellius hoc loco probare velit, *ne macules* agendi forma à Juventio venustius multo dictum esse, quam si dixisset patiendi modo *ne maculetur*, recte à viris doctissimis observatum est, duas istas voces necessario adjungendas. Valens itaque Acidalius ad Velleium ita hunc versum legit:

Pallium face ut ne maculet.

Rutgersius vero Var. Lect. lib. 4 c. 19. rescribit:

Pallium, Philoti, ut splendeat, ne maculet.

Et duas voculas, *inquit S.* ejicit, tanquam à malâ manu. Nam cum dixisset Gellius, *Iuventius in Comœdia*, annotasse vult lectorem, *inquit scilicet.* Hoc enim τὸ S. valere è Probi literarum Notis manifestum. Pro *flocci* rescribit *Filoti*, ut Comicæ mulieris nomen, quod etiam habetur apud Terentium

nonne hoc impendio venuſtius, gratiuſque eſt, quàm ſi diceret, *ne maculetur?* Plautus etiam non diſſimiliter,

Quid eſt hoc? rugat pallium. amictus non ſum commodè.

itidem Plautus, *pulveret*, dicit, [4] quod non pulvere impleat, ſed ipſum pulveris plenum ſit:

— *Exi tu Dave,*
Age, ſparge: mundum eſſe hoc veſtibulum volo.
[5] *Venus ventura eſt noſtra.* [6] *non hoc pulveret.*

[7] in Aſinaria quoque *contemples*, dicit, pro *contempleris.*

Meum caput contemples, ſiquidem è re conſultas tua.

[8] Cn. Gellius in annalibus: *Poſtquam tempeſtas ſedavit, Atherbal taurum immolavit.* M. Cato in Originibus: *Eodem convenæ complures ex agro acceſſitavere. eo res eorum* [9] *auxit.* Varro in libris, quos ad Marcellum de lingua Latina fecit: *In priore verbo graves proſodiæ, quæ fuerunt, manent. reliquæ mutant. mutant*, inquit elegantiſſimè, pro, *mutantur.* Poteſt etiam id quoque ab eodem Varrone in VII. Divinarum ſimiliter dictum videri: *Inter duas filias regum quid mutet, inter Antigonam & Tul-*

tium in Hecyrâ. Scriverius ad oram ſui Codicis legendum cenſet:

Pallium, inquit, *ne maculet, ut ſplendeat volo.*

Denique G. Barthius Adverſar. lib. 31 cap. 5. legit:

Pallium ne inquinet, flocci ut ſplendeat.

Et τὸ *ne inquinet* ἀντὶ τοῦ *ne inquinetur* poſitum ait, quod Gellius mox exponit appoſito deteriore *ne maculetur.* Quicquid ſit de variis horum emendationibus, iſtud ſaltem conſtat, Juventii verſum, ut vulgo editur, minime cum Gellianis verbis convenire. *Oiſ.* Adſcripſit ſubnotatis tribus vocibus *face ut ſplendeat* etiam Scioppius [*S. flocci ut ſplendeat.*] Quum tamen Regius exhibeat *pallium inquit flocci ut ſplendeam*, duo Lugdun. *flocci ut ſplendean*, atque adeo pateat interceptum aliquid eſſe, merito prætuli hanc corruptam ſcripturam, cui in fine appoſitum fuit id, propter quod ab Gellio citatur hic locus. Cæterum ex Regio & Lincoln. notavi *quam ſi diceret, maculetur* ſine vocula *ne* vulgo anteponi verbo poſtremo ſolita. Similiter video notatum ex Petav. Mirum eſt auctores ſic corrumpi potuiſſe. Nam ut multa mihi obveniunt, ſic magis ſuſpendor quam firmor, quum illa quæ adferuntur, diſpliceant, ut arceſſita magis, quam utilia. Ut enim variis uti queas, vel G. J. Voſſium vide libro V Art. Grammat. cap. 3, ſed certe in tenebris micantem, & neſcio cur Oiſelio ignotum. *Gronov.*

4 *Quod non pulvere impleat, ſed quod ipſum*] Semigellianum aliquid nunc tibi offerri ab Stephano ſcias, mi lector. Nam ut recte & ex fide Mſſtorum trajecit primas duas voces, ita poſterius *quod* prave retinuit contra quam videbat in Mſſtis eſſe, quorum Reg. Lugdun. uterq. Lincoln. Memm. Chif. Petav. habent, *quod non pulvere impleat, ſed ipſum* &c. Unde ſic edidi. *Gronov.*

5 *Venus ventura*] Scioppius *Venens.* Idem.

6 *Non hoc pulveret*] V. Cod. *'o hoc pulveret.* Oiſ. Scilicet editionum. Sed ſic itidem notare poterat V. Cod. habere *hocce veſtibulum.*

7 *In Aſinaria*] Act. III. Sc. I. ℣ſ. 35. Idem Plautus Amphitr. Act. I. Sc. I. ℣ſ. 285.

Certe ædepol, quom illum contemplo, & formam cognoſco meam

Vide Nonium Marcellum in *Contempla.* Oiſ. Interim Mſſti omnes Gelliani *mecum* mox pro *meum.* ut retinuit etiam Stephanus.

8 *Cn. Gellius*] Vide ad libri XIII caput 22. Etiam Scioppius adſcripſit hoc nomen.

9 *Auxit*] Pro, *auctæ ſunt.* Oiſ. Ubi MS. Reg. habet *auſit:* ſicut pro *convenæ* mirabiliter in eo legitur *convenere*, priores editi pro eo efferebant *nomine.* Aldus *convertens*, quod nonnullæ in ora oſtentant, Memm. & Petav. Lincoln. *convenit*, prout & Scioppius annotavit. Sed Lugd. ut. & Chif. *convene.* An deceptus fuit ſcriba aliquis ab verbis ſimilibus & ſenſu, qui & in principio capitis ſequentis?

Tulliam [10] *eſt animum advertere.* Verba autem patiendi pro agentibus in omnibus fermè veterum ſcriptis reperiuntur: ex quibus ſunt pauca iſta, quæ nunc meminimus. *Muneror te*, pro, *munero*: & *ſignificor*, pro, *ſignifico*: & *ſacrificor*, pro, *ſacrifico*: & *aſſentior*, pro, *aſſentio*: & *feneror*, pro, *fenero*: & *pigneror*, pro, *pignero*: & alia iſtiuſmodi pleraque, [11] proinde ut in legendo fuerint obvia, notabuntur.

10 *Eſt animum advertere*] Recte, ſiquidem Stephano conſtitit aut ratio aut auctoritas. In noſtris enim libris aut apparet vulgatum *eſt enim adverſere*, aut *eſt animadvertere*, quod legitur in Reg. Lugd. maj. Lincoln. & annotavit Scioppius, qui etiam incluſit angulis illa verba *inter duas filias regum*. Gronov.

11 *Proinde*] Cod. Tornæſ. *quæ proinde*. Oiſ. Etiam Reg. & Lugd. maj.

CAP. XIII.

Quali talione Diogenes philoſophus uſus ſit pertentatus à dialectico quodam ſophiſmatio impudenti.

[1] SATURNALIBUS Athenis aleâ quadam feſtivâ & honeſtâ luſitabamus hujuſcemodi. ubi conveneramus compluſculi ejuſdem ſtudii homines, [2] ad lavandi tempus captiones, quæ ſophiſmata appellantur, mente agitabamus: eaſque quaſi talos, [3] aut teſſerulas in medium vice ſuâ quiſque jaciebamus. captionis ſolutæ, aut parum intellectæ, præmium, pœnave erat [4] nummus unus ſeſtertius. hoc ære collecto, [5] quaſi manuario, cœnula curabatur omnibus, qui eum luſum luſeramus. erant autem captiones ad hoc ferè exemplum; tametſi Latina oratione non ſatis ſcitè, ac pænè etiam illepidè exponuntur: *quod nix eſt, hoc grando non eſt; nix autem alba eſt; grando igitur alba non eſt.* item aliud non diſſimile: *quod homo eſt,* [6] *hoc non eſt equus; homo autem animal eſt; equus igitur animal non eſt.* Dicere ergo debebat, qui ad ſophiſma diluen-

1 *Saturnalibus Athenis*] Vide notata ad initium cap. 2. hujus libri.

2 *Ad lavandi tempus*] Recte Stephanus contulit editionem ſuam adhæc verba, infeliciter ſpreta in editionibus aliis, ſed quæ approbat codex Reg. Lincoln. Lugd. maj. quum minor & Petav. *levandi*, eodem alludentes. De tempore balneorum & hora ſero Oiſelius aliquid deradere Fulvio Urſino maluit, quam illuc lectorem mittere, quum hæc tamen ſit ejus opera tum non longe ab initio Appendicis Triclinii, tum repetita in ipſo progreſſu: illic eſt Plinius, Martialis, Vitruvius. Sicut pudendum eſt ita operam & chartam ludi in mentione luſus talorum, quos quis non attigit? *Gronov.*

3 *Aut teſſerulas*] De teſſerarum ludo vide 1, 20.

4 *Nummus ſeſtertius unus*] Nummus erat argenteus, olim duobus cum ſemiſſe, poſtea quatuor valens aſſibus; Vide Notas ad 11, 14. *Oiſ.* Cæterum non aſſequor cauſam mutati ordinis harum vocum, qui in Miſſis & editis prioribus eſt idem, atque adeo nimium firmatus, quam ut per Stephanum vacillet, eſtque is ipſe, quem repoſui.

5 *Quaſi manuario*] Æs manuarium hîc Gellius vocat pecuniam, quaſi ex pluribus manibus collectam, ut optime olim obſervavit J. Caſaubonus ad Suetonium Auguſt. cap. 71. Quod ab eo tractum patet ex ipſis Gellii verbis, quæ antecedunt, quibus tamen adſcripſit Scioppius [f. *collato*] Mox habet liber Regius *luſus luſerant*. Et Lugdun. maj. *luſum luſeram uſurant autem*.

6 *Hoc non eſt equus*] Miſſi potiores *non eſt hoc equus*. Gronov.

7 *Nam*

luendum ac refellendum ritu aleatorio vocatus erat, in quâ parte, quoque in verbo captio foret; quid dari, concedique non oporteret. nisi dixerat, [7] nummo singulo multabatur. ea multa cœnam juvabat. libet autem dicere, quàm facetè Diogenes sophisma id genus, quod suprà dixi, à quodam dialectico [8] ex Platonis diatribâ per contumeliam propositum, remuneratus sit. nam quum ita rogasset dialecticus: [9] *quod ego sum, id tu non es*, & Diogenes annuisset; atque ille addidisset; *homo autem ego sum:* quum id quoque assensus esset, & contrà dialecticus ita concluisset; *homo igitur tu non es:* hoc quidem, inquit Diogenes, falsum est, &, [10] si verum id fieri vis, à me incipe.

7 *Nummo singulo*] Possessor codicis Salmasiani adscripsit [Laudat hunc locum Nonius in v. Singulum] Forsan ipse Mercerus, qui id ipsum ostendit in editis notis. Sed & incidit in attentionem Vossii lib. III Art. Grammat. cap. 42. *Gronov.*

8 *Ex Platonis diatribâ*] Hoc est, ex Platonis scholâ, vel sinu, ut loqui maluit Lud. Crescollius hoc agens libro II Theatri Rhet. cap. 6, ubi etiam scribit *Diogenem aggressus sic* ἠρώτησεν.

9 *Quod ego sum, &c.*] De hujusmodi captionibus videsis notata supra ad cap. 2. hujus libri.

10 *Si verum id fieri vis*] Unus est liber Regius, à quo abest vocula tertia. Et quæso, cui non sufficiunt istæ voces reliquæ, qui cogitabit modò præmissam fuisse voculam *hoc?* Gronov.

CAP. XIV.

Quid sit numerus hemiolios, *quid* epitritos: *& quòd vocabula ista non facile nostri ausi sunt vertere in linguam Latinam.*

FIGURÆ quædam numerorum, quas Græci certis nominibus appellant, vocabula in lingua Latina non habent. sed qui de numeris Latinè scripserunt, Græca ipsa dixerunt; fingere autem nostra, quoniam id absurdè futurum erat, noluerunt. [1] quale enim fieri nomen posset hemiolio numero, [2] aut epitrito? est autem *hemiolios*, [3] qui numerum aliquem

1 *Quale enim fieri nomen posset hemiolio?*] Vitruvius tamen, qui sub Jul. Cæsare vixit, ἡμιολιον Latine jam verterat *sesquialterum*. Sic enim lib. 3. cap. 1. *Dimidia adjecta* (supra sex) *cum facta sunt novem, sesquialterum, qui* ἡμιόλιος *appellatur*. Sic in Glossis Philoxeni: *Sesqualtera*, ἡμιολία. Oiſ. Sic potest ferri, & est nota vulgaris, quam & Ascensius jam protulit ex Hermol. Barbaro & Budæo: sed præsertim patet sumtam ex loco Salmasii, quem mox citat. Attamen in vocabulo Græco nulla mentio τῦ *alter*: & commodius ac propinquius finxisset *sesquiassem*, quam as ubique explicet τὸ ὅλον. Sed vere Latinum est *sesquiplaris*, ut dedimus ad Arrianum initio libri VI Expeditionis Alexandri. *Gronov.*

2 *Aut epitrito?*] Idem Vitruvius & ἐπίτριτον Latine reddidit *tertiarium*. Ita enim ante verba modo adducta inquit: *Cum facta sunt octo, quod est tertia adjecta, tertiarium, qui* ἐπίτριτος *dicitur*. Ubi Salmasius De M. V. in antiquissimo codice pro *tertiarium* se reperisse dicit, *adtertiarium*, hoc modo: *Cum facta sunt octo, tertiâ adjectâ, adtertiarium*. Sic Vitruvius ad verbum reddere voluisse videtur vocem Græcam, Latinâ à se confictâ; ut ἐπίτριτος sit *adtertiarius*, qui totum habet & adhuc tertiam ejus partem. Veteres Glossæ ἐπίτριτον reddidêre *sesquitertium*.

3 *Qui numerum aliquem in sese habet*] Cod. Torn. & vett. edd. *qui numerum aliquem totum in sese habet*. Oiſ. Immo nullus scriptus codex inde discedit, ut videantur typi apud Stephanum festinavisse, quum etiam mox vocabulum idem retineatur. Salmasius tamen de Modo Usurar. pag. 314 citans ex Stephani editione hunc locum omittit vocem istam, quia negligentius in hac parte conferenda cum codice Regio fuit versatus.

quem totum in ſeſe habet, dimidiumque ejus: ut tres ad duo; quindecim ad decem; triginta ad viginti. *epitritos* eſt, qui habet totum aliquem numerum & ejuſdem partem tertiam: ut quatuor ad tres; duodecim ad novem; quadraginta ad triginta. hæc autem notare meminiſſeque non eſſe abs re viſum eſt: quoniam, vocabula iſta numerorum niſi intelliguntur, rationes quædam ſubtiliſſimæ in libris philoſophorum ſcriptæ percipi non queunt.

CAP. XV.

Quòd M. Varro in [1] herois verſibus obſervaverit rem nimis anxiæ & curioſæ obſervationis.

IN longis verſibus, qui hexametri vocantur, item in ſenariis, animadverterunt Metrici duos primos pedes, item extremos duos, habere poſſe ſingulos integras partes orationis, [2] medios haud umquam poſſe: ſed conſtare eos ſemper ex verbis aut diviſis, aut mixtis atque confuſis. Marcus etiam Varro, in libris Diſciplinarum, ſcripſit obſervaſſe [3] ſeſe in verſu hexametro, quòd omnimodo quintus ſemipes verbum finiret: & quòd priores quinque ſemipedes æquè magnam vim haberent in efficiendo verſu atque alii poſteriores ſeptem: idque ipſum ratione quâdam geometricâ fieri diſſerit.

1 *Herois*] Vet. Cod. *heroicis*. Oiſ. Ne hiſcere quidem debuerat. Nam quum Brixiana, Aldina, Seb. Gryphii non aliter exhiberent quam *herois*, medii quidam nugatores & nimis proni ad mutandum ſubjecerunt alterum contra Mſſtos, quod idcirco juſtiſſime ejecit denuo Stephanus, & eſt prorſus oblivioni dandum. *Gronov.*

2 *Medios haud unquam poſſe*] Hoc eſt, tertium pedem in verſibus hexametris non poſſe habere integram orationis partem. quod tamen falſum eſſe, nec à Poëtarum Principe Homero aliiſque obſervari, aliquot exemplis adductis, evincere ſtudet Muretus Var. Lect. lib. 11 cap. 6. uti etiam facit in eo, quod Gellius de Varrone refert, ſeum ſcilicet *obſervaſſe in verſu hexametro, quod omnimodo ſemipes verbum finiret*. Gellium vero, ſive potius veterum Metricorum legem, & Varronem defendere conatur Joſ. Caſtalio Obſervat. in Criticos Dec. VIII. cap. 5. Utrumque qui tanti rem putaveris, videſis Lector.

3 *Se*] Abeſt à vett. edd. Cod. vero Tornæſ. habet *ſeſe*. Oiſ. Itidem Reg. & Lugdun. maj. unde reſtitui.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER NONUSDECIMUS.

CAPUT I.

Responsio cujusdam philosophi interrogati, quam ob causam maris tempestate palluerat.

NAVIGABAMUS à [2]Cassiopâ ad Brundisium, mare Ionium violentum, & vastum, & jactabundum. nox deinde, quæ diem primum sequuta est, in eâ ferè totâ ventus à latere sæviens navem undis compleverat. tum posteà complorantibus nostris omnibus, [3]atque in sentina satis agentibus, dies quidem tandem illuxit: sed nihil de periculo, [4]neque de sævitia

1 *Navigabamus*] Cum nimirum Gellius è Græciâ in Italiam rediret. Vide lib. 9 cap. 4, ubi etiam mentio Brundisii.

2 *Cassiopeiâ*] Cassiopeia regionis nomen est in Epiro apud Ptolemæum, in quâ urbs dicta Cassiope, uti & promontorium ejusdem nominis; unde haud dubie Gellius navigationem instituerit. *Oisius*. Id ipsum inquiritur accuratius ab Palmerio Grentemesnilio in Græciæ pag. 265, ut scias in oculos virorum doctorum hanc appellationem incurrisse, & fere mirer, cur ad Suetonium Neron. 22. voluerit aliquid etiam tentare Græv., ut nihil diceret quod ignoraretur, nisi istud [sane apud Gellium in vetusto libro pro *Cassiopeja* legitur *Cassopia*] quod valde dubito an possit probari. Certe ex libro Regio notavit Salmasius Bourdelotius, Lambecius, ego, frater *à Cassiopa Brunduſium*, similiter Bourdelotius & ex alio. Etiam Lugdun. maj. ita habet; min. *à cassio p. ad brundisium*, quod plane vidi quoque in Lincoln. & exstitit in Mem. Chif. Petav. Denique Scioppius, quum notavisset [Citat hoc caput Augustin. de civit. Dei lib. IX cap. IV] quod jam annotaverat quoque Mosellanus vel Ascensius, subjicit [al. Cassiope] & sic variis ductibus indicat se reperisse *à Cassiopia* addito [f. *Cassope*. In numismate est Κασσαπαίων] ut sic ista vocabula sint satis cognita; sed de libro isto vetere vix credi queat; & fraus quædam videtur adisse manum egregii viri, ut literam i transponeret in alienum locum, neque semper appellationes regionum & urbium ab auctoribus conceptæ conveniunt voci ipsorum incolarum aut nummis, quibus incusæ sunt. Ego nullus dubitavi sequi codices optimos, & editiones priscæ, ut Brixiana, Aldina, Badiana habent *Cassiopia* litera e postea ab male otiosis addita. *Gronov.*

3 *Atque in sentina agentibus*] Sic quidem omnes libri; nec mutat Carrio in Stephanicâ editione. Sunt qui legunt: *atque in sentina se angentibus*. Propius veræ lectioni accedere videtur Scaliger ad Festum, ubi refert, *atque sentinantibus*, id est, periculum vitantibus. Ita Festus, & ex eo Paulus: *Sentinare, satagere, dictum à sentinâ navis, quam quis ut aqua liberet, evacuare contendit. Itaque sentinare, subtiliter periculum vitare. Cæcilius in Æthirone: Cum Mercurio capit consilium, postquam sentinat satis.* Unde hic apud Gellium *sentinare* manifesto est, periculum vitare. Proprie tamen, ut ibidem notat Scaliger, *sentinare* est satagere ad sentinam. Unde sentinatores, quibus cura sentinæ delegata in navi. Paulinus ad Macarium de naufragio: *Unum ex omni numero nautarum senem sentinando deputat.* Item: *Quid huic, quæso, obfuit seni persona sentinatoris & in nautis vilissima.* Oisius. Jocosa potius quam seria, si codices scriptos adhibeas. Vide ad 11, 7.

4 *Neque de sævitia amissum*] Cod. Tornæs. *remissum*. Vett. Edd. *de sævitiâve remissum*. Al. *nihil de periculo atque sævitia remissum*. Lipsius in Elect. lib. 2

fævitia amissum, quin turbines etiam crebriores, & cœlum atrum, & fumigantes globi, [5] & figuræ quædam nubium metuendæ, quas τυφῶνας vocabant, impendere imminereque, ac depressuræ navem videbantur. In eâdem fuit philosophus in disciplinâ Stoïcâ celebratus, quem ego Athenis cognoveram, non parvâ virum auctoritate, satisque attentè discipulos juvenes continentem. Eum tunc in tantis periculis, inque illo tumultu cœli marisque, requirebam oculis; scire cupiens quonam statu animi, & an interritus intrepidusque esset? atque ibi hominem conspicimus impavidum, & [6] extrilidum, ploratus quidem nullos, sicuti cæteri omnes, nec ullas ejusmodi voces cientem, sed coloris & vultus turbatione non multum à cæteris differentem. At ubi cœlum enituit, & deferbuit mare, & ardor ille periculi deflagravit, accedit ad Stoïcum Græcus quispiam dives ex Asia, magno, ut videbamus, cultu paratuque rerum & familiæ; atque ipse erat multis corporis animique deliciis diffluens. Is quasi illudens, [7] Quid hoc est, inquit, ô philosophe, quod quum in periculis essemus, timuisti tu, & palluisti? ego neque timui, neque pallui. & philosophus aliquantum cunctatus, an respondere ei conveniret, Si quid ego, inquit, in tantâ violentiâ tempesta-

lib. 2 cap. 9. præfert: *nihil de p. de fævitiâ atque remissum.* ut & infra cap. 9. *Poculis mox sermonibus atque tempus fuit.* Oïs. Codex Regius habet *fævitia vera missum*, (idque reperitur in variis scriptis libris fere vulgo) unde Salmasius cogitavit *de fævitiave remissum*, quod scias prorsus exstare in editione Brixiana *nihil de periculo fævitiave remissum.* Mutavit Aldus. Hinc vix videtur operæ esse, ut notem in Lugdun. min. legi *sed nihil de periculo neque de fervicia verti* (superscripto *à*) *amissum.*

5 *Et figuræ quædam nubium metuendæ, quas τυφῶνας vocabant*] Latine *Turbines* dicuntur. Quomodo vocantur procellæ, sive venti impetuosi è nubibus erumpentes sine inflammatione, sed magna celeritate in gyrum vagantes, ac plerumque desuper à vertice irruentes. Qualis ventus hodie à nautis vocabulo ab Indis petito *Orancan*, & contracte *Orcân* vocari solet. *Vibratum Ecnephian* vocat Plinius lib. 2. Histor. Natur. cap. 48. ubi utrumque describens inquit: *Majori illati* (sc. flatus repentini) *pondere, incursuque, si late siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quæ vocatur Græcis Ecnephias. Sin vero depresso sinu arctius rotati effregerint sine igne, hoc est, sine fulmine, vorticem faciunt, qui Typhon vocatur, id est, vibratus Ecnephias.* Additque porrò de Typhone: *Defert hic secum aliquid abruptum è nube gelidâ, convolvens versansque & ruinam suam tilo pulvere aggravans, & locum ex loco mutans rapidâ vertigine: præcipua navigantium pestis, non antemnas modo, verum ipsa navigia contorta frangens.* Causa typhonis esse videtur vel venti ex oppositis plagis simul impetuose spirantes; vel etiam, quod ventus magno impetu ex aliquâ plaga erumpens versus aliam, ibi reperiat impedimentum, quo in se ipsum contorquetur & circumagitur: quemadmodum videmus aquam celeriter motam, si obstaculum ei objiciatur, ibi in gyrum quodam quasi impetu circumagi.

6 *Extrilidum*] Vox Gellio nostro singularis: neque usquam alibi apud Veterum quenquam, quod sciam, hodie occurrens. Ita ut plane jam inter obsoleta haberi debeat. quidam *extrilidum* idem volunt esse, quod exalbidum, quasi Gellius ad vultus pallorem respexerit. Aliis *extrilidus* idem est, quod constans, infractus, extra læsionem constitutus: firmo & constanti aut intrepido animo esse: Et sane simile quid Gellius hoc vocabulo exprimere velle videtur. *Oïs.* Salmasius adscripsit [ita V. C.] Attamen Pater videtur pro nugaci aboleviſſe hanc vocem, ut conjiceret *conspicimus pavidum & exterritum*, ut v, 14 *territum & pavefactum.* Gronov.

7 *Quid hoc est, inquit*] Gratius & venustius distrahitur in codice Reg. *Quid hoc, inquit, est, philos.* In quo paulo ante etiam legebatur *deliciis affluens.* Sane etiam Scioppius annotavit [V. C. Giphan. *affluens.*] Cujus observationes in Linguam Latinam huc

peſtatum videor paulùm pavefactus; non tu iſtius rei ratione audiendâ dignus es. ſed tibi ſane [8] Ariſtippius ille diſcipulus pro me reſponderit: qui in ſimili tempore à ſimillimo tui homine interrogatus, quare philoſophus timeret, quum ille contrà nihil metueret? non eamdem eſſe cauſam ſibi, atque illi reſpondit. quoniam is quidem eſſet non magno opere ſollicitus pro animâ nequiſſimi nebulonis; ipſum autem pro Ariſtippia anima timere. his tunc verbis Stoïcus divitem illum Aſiaticum à ſeſe amolitus eſt. Sed poſtea quum Brundiſium adventaremus, [9] mollitique eſſent venti maris: percontatus eum ſum, quænam illa ratio eſſet pavoris ſui, quam dicere ei ſuperſediſſet, à quo fuerat non ſatis dignè compellatus? atque ille mihi placidè & comiter, Quoniam, inquit, audiendi cupidus es, audi quid ſuper iſto brevi quidem, ſed neceſſario & naturali pavore, majores noſtri, conditores ſectæ Stoïcæ, ſenſerint; vel potius, inquit, [10] lege: nam & faciliùs credideris ſi legas, & memineris magis. atque ibi coram [11] ex ſarcinulâ ſuâ librum protulit Epicteti philoſo-

huc quoque citavit Pater ex pag. 16. Ubi adducuntur hæc ipſa verba, ſed erronee, quum ea res ſic agatur, ac ſi Giphanius vulgatum *diffluens* ex v. l. voluerit tueri, quum præſcriptio τȣ̃ Affluere, pro, abundare, perſpicue innuat contrarium & *affluens* reſtitui oporteat pro *diffluens*, quod eo minus mireris, quia ibidem quoque aberratur *ſicut* poſito pro *Græcus*. Gronov.

8 *Ariſtippus ille pro me*] Cod. Torn. & vett. edd. habent: *Ariſtippus ille diſcipulus pro me*. Rem ipſam narrat & D. Laërt. in Ariſtippo: Εἰς Κόρινθον αὐτῷ (Ἀριστίππῳ) πλεοντί ποτε καὶ χειμαζομένῳ συνέβη ταραχθῆναι. πρὸς οὖν τὸ εἰπόντα, Ἡμεῖς μὲν οἱ ἰδιῶται οὐ δεδοίκαμεν, ὑμεῖς δὲ οἱ φιλόσοφοι δειλιᾶτε, Οὐ γὰρ περὶ ὁμοίας, ἔφη, ψυχῆς ἀγωνιῶμεν ἕκαστοι. Id eſt, *Corinthum aliquando naviganti Ariſtippo, cum tempeſtate jactaretur, contigit perturbari. Dicenti ergo cuidam, Nos quidem idiotæ non timemus, vos autem philoſophi pavetis, Non enim, inquit, ſimili de anima ſinguli in diſcrimen adducimur.* Ælianus quoque Var. Hiſtor. lib. 9 cap. 20. *Oiſ.* Certe ita etiam Regius, & opinor omnes Mſſti augent. Quod quum videret Scioppius, annotans poſt vocem *ille* [*diſcipulus* V. C.] adſcripſit f. *Ariſtippi*. Præclaro ad retinendam Gellii vocem, quam prave pro ſupervacua abjecerunt, conatu. Sed non erant ejicienda alia, dum alterum reſtituitur. Eſt enim ſimilis locus illi, quem de Polygnoto tractavimus, ut hinc aliquid interciderit. Quippe Gellius ſcripſit *Ariſtippius ille diſcipulus*, & mox *Ariſtippia anima*, quod mirum cur non etiam obſervatum Scioppio. Certe quum major culpa ſit omitti vocem Gellii & bene longam, quam duas literulas cum maxima veriſimilitudine reponi, utrumque non potui quin Gellio reſtituerem, præſertim quum codex Regius ſimiliter mox depravatus eſſet *à ſeſe molitus* exhibendo, ut erat quoque in Thuaneo, pro *amolitus*. Gronov.

9 *Mollitique eſſent venti maris*] Thuan. *mollicieque eſſent venti*, omiſſa quarta voce. Lugdun. maj. *mollicieque eſſent venti maris*, quomodo & minor, niſi quod litera *e* ſit eraſa. Reg. *mollicieque eſſent venti ac maris*, ut mecum habet ſcriptum Lambecius, quum Salmaſius referat *mollitieque*. Hinc adſcripſit Scioppius [*mollitiæque*. Ita V. C. Ful. & Giph.] Itaque eandem vocem adſcripſit & Pater addito [Gif. Obſerv. LL. p. 140.] Ubi ille citat *mollitiæque eſſent venti, maris*, per C. adjicitque [*ita opt. codex, in alio vett. eod. modo*] cui Pater adſcripſit lectionem Regii codicis. Ergo in alio exemplari appoſuit Pater [f. *malaciaque eſſet venti ac maris*] quod opportuniſſimum. *Gronov.*

10 *Lege; & facilius credideris ſi legas*] Graſſatur utique & delirat Stephanus, dum auſus fuit ſic accidendo edere, quum proximi ante eum darent *lege*. *Nam facilius*, ut Hieronymus de Marnef. vel *lege*. *Nam & facilius*, ut Brixiana, Aldina & Gryphianæ, non modo Sebaſtiani, ſed & illa Antonii, quo reſpicit omnis ſcripta lectio, quæ aut ita præfert, aut habet *legendam & facilius*, ut eſt in Reg. Lugdun. maj. Memm. Petav. quod ipſum clare illuc alludit, ut adeo iſtæ literæ *nam* Gellio auferri nequeant: quæ violentia quum mihi diſpliceat, reparavi, aliis, qui maluerunt Stephanum imitari, nihil invidens. *Idem.*

11 *Ex ſarcinulâ ſuâ*] Id eſt, de manticâ, interprete Sareſberienſe lib. 7. De Nug. Cur. c. 3. ubi hoc A. Gellii caput tranſcripſit.

losophi [12] quintum Διαλέξεων [a]; quas ab Arriano digestas congruere scriptis [13] Zenonis & Chrysippi non dubium est. in eo libro Græcâ scilicet oratione scriptum ad hanc sententiam legimus: [14] Visa animi, quas φαντασίας [b] philosophi appellant, quibus mens hominis prima statim specie [15] accidentis ad animum rei pellitur, non voluntatis sunt, neque arbitraria; sed vi quadam suâ inferunt sese hominibus [16] noscitanda. Probationes autem, quas [17] συγκαταθέσεις [c] vocant, quibus eadem visa noscuntur, ac dijudicantur, voluntariæ sunt, fiuntque hominum arbitratu propterea quum sonus aliquis formidabilis aut cœlo, aut ex ruinâ, aut [18] repentinus nescius periculi nuncius, [19] vel quid aliud ejusmodi factum; sapientis quoque animum paulisper moveri, & contrahi, & pallescere necessum est: non opinione alicujus mali præceptâ, sed quibusdam motibus rapidis & inconsultis officium mentis atque rationis prævertentibus. mox tamen ille sapiens ibidem τὰς τοιαύτας [20] φαντασίας, id

a *Dissertationum.* b *Imaginationes.*
c *Assensiones, Approbationes.*

12 *Quintum* Διαλέξεων] Citat hic Gellius librum quintum Dissertationum Epicteti ab Arriano digestarum. Hodie tantummodo quatuor hujusmodi libri ab Arriano supersunt: neque in iis totus locus, qui hic à Gellio adducitur, reperitur. Vide supra lib. 1 cap. 2. & lib. 17. cap. 19.

13 *Zenonis & Chrysippi*] Non miror refugisse Stephanum ab illa diversitate, quæ in Brixiana, Aldina, Gryphianis servatur *Ζήνωνος & Chrysippi*, quum & Antonius Gryphius ita præcessisset, & in multis libris MSStis ita Latine concipiatur. Attamen scias ab Regio retineri plane Græcum idque in *os* desinens, quum Memm. plane *Zenonis*, Lugdun. ut. ΖΕΝΩΝΙC. Omnino excellit Regius. *Gronov.*

14 *Visa animi*] Sic & legisse J. Sarisberiensem constat. Cod. Tornæs. *Visiones animi.* Quædam è vett. edd. *Vires animi.* Male omnino. *Ois. Vires* quoque habet Chifl. sed *vis* Memm. & uterq. Lugdun. & Reg. omisso altero *à*, ut ante *Aristippia anima.* Sed plane *visa* exsignatum in Thuaneo. Hinc etiam infra Reg. Lugdun. uterq. Thuan. habent *arbitrariae* vel *arbitrarie*, Scioppius adscripsit *arbitrariæ*, quum in aliis sit *arbitriæ.* Gronov.

15 *Accidentis*] Cod. Tornæs. *bu* super postremam syllabam positum habebat, & cum *rei pellitur* scriptum esset, *i* deletum erat. Unde satis commoda oritur lectio totius loci: *Visa animi, quas φαντασίας Philosophi appellant, quibus mens hominis primâ statim specie accidentibus ad animum repellitur, &c.* Ois. Explicandum igitur fuit, quid esset illud *repellitur*, & quò vel unde. Ego quidem id verbum non reperi, nisi in Lincoln. & editione Hieronymi de Marnef, ut de eo dici non oporteat, nec censeri. Utique statim repetit *primo animi sui pulsu.*

16 *Noscitanda. Probationes autem*] Edimus & distinguimus, prout Salmasius recte riteque præibat pag. 32 ad Simplicium & citans hunc locum, & ita distinguendum monens, cui etiam obtemperavit Prousteus religioni ducens, opinor, laudare Salmasium. Vulgo editur *Noscitandæ probationes autem.* Gronov.

17 Συγκαταθέσεις] A verbo *συγκατατίθεσθαι* à Stoicis Pyrrhoniisque conficto: quod explicare solent per τὸ προσεπιδοξάζειν, hoc est, adsensione sua aliquid probare, ut ex sequentibus manifestum.

18 *Repentinus nescius periculi nuncius*] Lego, *repentinus nescii periculi nuncius*, id est, quod nescitur. Vide supra lib. 9 cap. 12. *Ois.* Quum nonnullæ editiones ponant in margine *nescio cujus*, quod & Scriverius scripserat.

19 *Vel quid aliud ejusmodi factum*] Ita constituit Stephanus, detruncans verbum *est*, quod ab editionibus vulgo apponitur in fine. Et certe id istic etiam non reperitur in aliis Mssis, quum tamen oratio requirat aliquid instar fulcri. Scias igitur solum Regium legere *vel quid aliud ex ejusmodi factum.* Ibi vides ut lateat hoc ipsum verbum *est*, non in fine, sed in medio ibique inserendum pro *ex.* Porro in Regio & Lugd. maj est *percepta.* Gronov.

20 Φαντασίας, *id est, visa*] Ita supplevi ex codicibus optimis, Regio & Lugdun. maj. Videtur enim industrie id egisse Gellius, ut Latina Græcis ac vicissim misceret, ac significationes interponendo illustraret. Itaque jut nunc Græcas voces jungit Latinis,

id est, visa isthæc animi sui terrifica non approbat: hoc est, οὐ συγκαταλίθεῖ, οὐδὲ προσπροσδοξάζει, sed abjicit, respuitque; nec ei metuendum esse in his quicquam videtur. Atque hoc inter [21] insipientis sapientisque animum differre dicunt, quòd insipiens, qualia esse primo animi sui pulsu visa sunt sæva & aspera, talia esse vero putat; & eadem incepta, [22] quæ quasi jure metuenda sint, sua quoque assensione approbat, οὐ προσπροσδοξάζει. hoc enim verbo Stoici, quum super ista re differunt, utuntur. sapiens autem, quum breviter & strictim colore atque vultu motus est, οὐ συγκαλαπίθεῖ; sed statum, vigoremque sententiæ suæ retinet, quam de hujusce modi visis semper habuit, ut de minimè metuendis, sed fronte falsâ & formidine inani territantibus. Hæc Epictetum philosophum ex decretis Stoicorum sensisse, atque dixisse in eo, quo dixi, libro legimus: annotandaque esse iccirco existimavimus, ut rebus fortè id genus, quibus dixi, obortis, pavescere sensim, & quasi albescere, non insipientis esse hominis, neque ignavi putemus, & in eo tamen brevi motu naturali magis infirmitati cedamus, quàm, quòd esse ea, qualia visa sunt, censeamus.

tinis, sic statim Latinum verbum, quod videtur esse generale, indicat se ex Latino sermone cepisse ad interpretationem Græcorum in hac parte peculiarium. *Gronov.*

21 *Insipientis sapientisque &c.*] Hæc explanantur in Ciceronis libro IV Tuscul. Quæst. c. 6. *Idem.*

22 *Quæ quasi*] Vet. Edd. *tanquam.* Oiſ. Dicit aliquid, sed minime integrum. Nam editi habent *tanquam si.* at in Mſtis est *quanquam si*, unde illud confecit Stephanus.

CAP. II.

Ex quinque corporis sensibus duos esse cum belluis maximè communes.

QUINQUE sunt hominum sensus, quos Græci αἰσθήσεις appellant, per quos voluptas animo aut corpori quæri videtur, gustus, tactus, odoratus, visus, auditus. Ex his omnibus quæ immodicè voluptas capitur, ea turpis atque improba existimatur. sed enim quæ nimia ex gustu atque tactu est, ea voluptas, sicuti sapientes viri censuerunt, omnium rerum fædissima est; eosque maximè, qui duabus istis belluinis voluptatibus sese dediderunt, gravissimi vitii vocabulis Græci appellant, vel ἀκολάστους, vel ἀκρατεῖς [a]. nos eos vel incontinentes dicimus vel intemperantes. ἀκολάστους enim, si interpretari coactiùs velis, nimis id verbum insolens erit. istæ autem voluptates duæ gustus atque tactus, id est, libidines in cibos atque in Venerem prodigæ, solæ sunt hominibus [1] communes cum bestiis, & iccirco in pecudum ferorumque ani-

a *Libidinosos, vel incontinentes.*

1 *Communes cum bestiis*] Sic in variis Mſſ. legitur, sed notæ inferioris. At ille Reg. & Lugdun. maj. *cum belluis.* Utique id convenit cum titulo, unde

malium numero habetur, quisquis est his ferinis voluptatibus prævinctus. cæteræ ex tribus aliis sensibus proficiscentes hominum esse tantùm propriæ videntur. [2] Verba super hac re Aristotelis philosophi adscripsi; ut vel auctoritas clari atque incluti viri tam infamibus nos voluptatibus deterreret. διὰ τί οἱ κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς ἢ γεύσεως ἡδονὴν γιγνομένην ἂν ὑπερβάλλωσιν, ἀκρατεῖς λέγονται. οἵ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀκόλαστοι, οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις. τῶν δὲ κατὰ τὴν τροφὴν, ἀπ' ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ· ἀπ' ἐνίων δὲ, ἐν τῷ λάρυγγι. διὸ καὶ Φιλόξενος γεράνου λάρυγγα εὔχετο ἔχειν. οἱ δὲ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀκοὴν, οὐκ ἔτι; ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων γινομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις· ἅτε οὖν οὖσαι κοιναὶ, ἀτιμόταται εἰσί· διὸ καὶ μάλιστα, ἢ μόναι ἐπονείδιστοι. ὥστε τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον, ψέγομεν, καὶ ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον λέγομεν, διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε, τὰ ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνων τῶν προειρημένων ἥδεται· κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται, ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει a, &c. Quis igitur habens aliquid humani pudoris, voluptatibus istis duabus coëundi atque comedendi, quæ sunt homini cum sue atque asino communes, gaudeat? Socrates quidem dicebat multos homines propterea velle vivere, ut ederent & biberent; se bibere atque esse, ut viveret. [3] Hippocrates autem, divina vir scientia, de coïtu venerio ita existimabat, partem esse quamdam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixerunt. namque ipsius verba hæc traduntur, τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.

a *Cur qui in voluptate tactus & gustus exsuperarunt, incontinentes dicuntur? ut qui circa res venereas sunt, luxuriosi, quique ciborum luxu delectantur? Eorum tamen qui ciborum delectatione capiuntur, alii in lingua delectationem habent, alii in gutture. Unde & Philoxenus Gruis gulam optabat habere. At vero qui in videndo aut audiendo modum excedunt, non sic nominamus? An quoniam voluptates, quæ fiunt ab iis, communes sunt nobis, & aliis animalibus? Ergo sicut communes cum sint, inhonestissimæ sunt, ita & maxime aut solæ sunt notandæ: quare eum qui his vincitur, vituperamus, & incontinentem & libidinosum appellamus, quod pessimis voluptatibus vincatur. Sed cum quinque sint sensus, cætera animalia duobus istis modo dictis solummodo delectantur, cæteris autem vel nihil omnino delectantur, vel ex accidente in eis patiuntur.*

etiam quum vocem *nobis* vulgo ejecerunt, videtur tamen ista vox per hæc verba confirmari. *Gronov.*

2 *Verba super hac re Aristotelis*] Exstant Problemat. Aristotelis Sect. 28. Problem. 7.

3 *Hippocrates autem, &c.*] Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. ult. ubi hocce Gellii caput ad verbum transscripsit, eandem etiam sententiam de coitu Hippocrati tribuit, eum scilicet esse parvum morbum comitialem. In Hippocratis tamen scriptis, quæ hodie exstant, hujusmodi verba non reperiuntur. Et Galenus Com. 1. in lib. 3. Epidem. Hippocratis, hujusmodi dictum Democriti fuisse refert: Τίς γὰρ, inquit, ἀνάγκη γράφειν, Δημόκριτον μὲν εἰρηκέναι μικρὰν ἐπιληψίαν εἶναι τὴν συνουσίαν, &c. Quomodo etiam capiendus Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. 2. Μικρὰν ἐπιληψίαν τὴν συνουσίαν ὁ Ἀβδηρίτης ἔλεγε Σοφιστής. Nam ὁ Ἀβδηρίτης Σοφιστὴς est Democritus. Potuit tamen & Hippocrates idem dixisse; vel dicendum Gellium hic memoriâ lapsum. *Oiss.* Plane agnoscis compilatorem Menagii ad Diogenem Laert. lib. IX pag. 410. Ut enim id ambigi nequiret, scribunt uterque id transscribere in libri secundi Saturnal. capite ultimo, quum editiones Isaaci Pontani certe conjiciant in caput octavum: & earum aliqua debuerant uti.

CAP.

CAP. III.

Quòd turpius eſt frigidè laudari, quàm acerbiùs vituperari.

TURPIUS eſſe dicebat Favorinus philoſophus, exiguè atque frigidè laudari, quàm inſectanter & graviter vituperari: Quoniam, inquit, qui maledicit & vituperat, quanto id acerbiùs facit, [1] tam maximè ille pro iniquo & inimico ducitur, & plerumque propterea fidem non capit. ſed qui infecundè atque jejunè laudat, deſtitui à causâ videtur: & [2] amicus quidem creditur ei, quem laudare vult, ſed nihil poſſe reperire, quod jure laudet.

1 *Tam maxime ille pro iniquo & inimico ducitur*] Ita edidit Stephanus pro eo, quod vulgo legebatur, *tam maximâ mole p. i. e. i. d* Male omnino. Et jam pridem J. Lipſius in Electis lib. 1 cap. 21. monuerat Gellium ſcripſiſſe, *tam maxime pro iniquo & inimico ducitur*, phraſi veteri & obvia in Plauto. *Oiſ.* Videre licet Stephanum ipſum hac de parte commentantem pag. 113, qui ſane debuerat fateri, quo duce ad hanc conjecturam venerit. Neque enim fuit omnino αὐτοδίδακτος; ſed adjutor illi fuit codex Regius, in quo exſtat *maximole pro iniquo.* Hinc vides, unde Stephano ſubnatus ſit *ille.* Quod autem eſt in Regio, idem habent Lugdun. uterq. Memm. At Chiſl. *maximo propinquo.* Lincoln. *maximo mole propinquo.* Hinc negari nequit, quin Gellii fuerit! non *maxime*, ſed *maximo*, prorſus ut cap. 1. *talia eſſe vero putat.* Gronov.

2 *Amicus quidem creditur ei*] Hoc eſt Stephani. Alioquin & ſcripti & editi habuerunt *ejus*: quod cur illi debet cedere? *Gronov.*

CAP. IV.

Quamobrem venter repentino timore effluat; quare etiam ignis urinam laceſſat.

ARISTOTELIS libri ſunt, qui Problemata Phyſica inſcribuntur, lepidiſſimi & elegantiarum omne genus referti. in his quærit, quam ob cauſam eveniat, ut quibus invaſit repentinus rei magnæ timor, plerumque [1] alvo ſtatim cita fiant? item quærit, cur accidat, ut eum, qui propter ignem diutius ſtetit, [2] libido urinæ laceſſat? at de alvo quidem inter timendum prona, atque præcipiti, cauſam eſſe dicit, quòd timor

1 *Alvo ſtatim cita*] Vide Notas ſupra ad lib. 18 cap. 10.

2 *Libido urinæ laceſſat*] Exſtat apud Ariſtotelem Sect. 8. Probl. 3. ubi inquit: Διὰ τί ἐπειδὰν πρὸς τὸ πῦρ σῶμεν, ὀρνιῶμεν; *Cur ſi juxta ignem ſteterimus urinandi deſiderio laboramus?* Additque Ariſtoteles: καὶ ἐὰν πρὸς τὸ ὕδωρ, οἷον ἐὰν πρὸς τὸν ποταμὸν, ὀρέγεσιν; ἢ ὅτι τὸ πῶν ὕδωρ ὑπόμνησιν δίδωσι τῷ ἐν τῷ σώματι ὑγρότητος, καὶ ἐκκαλεῖται τὸ προσιόν; αὐτὸ οἷς τὸ πῦρ διαχαλᾷ τὸ πεπηγὸς ἐν τῷ σώματι, ὥσπερ ὁ ἥλιος τὴν χιόνα. Id eſt: *Item, ſi juxta aquam, ut puta juxta fluvium, ſteterint, mingunt? An quod omnis aqua memoriam in nobis excitat illius humiditatis, quæ eſt in corpore, & provocat ad egreſſum aptum? Ipſe autem ignis concretum in corpore relaxat, quemadmodum ſol nivem;* Hæc enim mens Ariſtotelis, & miror L. Septalium totum Problematis ſenſum invertiſſe, quaſi Ariſtoteles quæreret, Cur, ſi quis juxta ignem ſteterit, non excitetur ad mingendum; ſi vero juxta aquam, ad mejendum proliceatur? Unde & Septalius pro αὐτὸ οἷς τὸ πῦρ διαχαλᾷ, &c. quemadmodum Ariſtotelem ſcripſiſſe vel ex Gellio noſtro liquet, legit: αὐτὸ οἷς τὸ ὕδωρ διαχαλᾷ, &c. Vertit enim: *Ipſa enim aqua congelatum in corpore humorem relaxat, quemadmodum ſol nivem.* Omnino male.

timor omnis sit algificus, [3] quem ille appellat ψυχροποιὸν; [4] eaque vis frigoris sanguinem caldoremque omnem de summâ corporis cute cogat penitus & depellat; faciatque simul, uti, qui timent, sanguine ex ore decedente pallescant: Is autem, inquit, sanguis & [5] caldor in intima coactus movet plerumque alvum, & incitat. [6] De urina crebra ex igni proximo facta, verba hæc posuit: τὸ δὲ πῦρ ἀφαλᾷ τὸ πεπηγὸς, ὥσπερ ὁ ἥλιος τὸν χιόνα [a].

a *Ignis autem dissolvit concretum, sicuti sol nivem.*

3 *Quem ille appellat* ψυχροποιὸν] Al. ψυχροποιητικὴν. Neutro tamen usquam, quod sciam, vocabulo utitur Aristoteles in Problem. Sect. XXVII. ubi is non semel hanc quæstionem tractat, sed sæpius dicit, timorem fieri διὰ τὴν καλάψυξιν, *propter refrigerationem.*

4 *Eaque vis frigoris*] Vet. Edd. *quæ vis f.* Ois. In Edit. Stephan. est, *qui vi frigoris.* Ois. Nihil mirum. Nam qui literas *ea* adnectunt præcedenti voci Græcæ & eam in sex syllabas extendunt, literas sequentes in pronomen coguntur mutare. Sed omnis vetus scriptura exhibet ψυχροποιὸν, *eaque vi frigoris*, à qua non oportuit recessisse. *Gronov.*

5 *De urina crebra*] Sic Vett. Codd. At Stephanica editio: *De urina celebra.* Quid si legas: *De urinæ illecebrâ.* Ois. At id quod exhibuit Stephanus, constans omnium, certe plerorumque Mstorum lectio est. Sic enim & Reg. & Lugdun. ut. & Mem. Chif. Petav. Lincoln. nam quod in nonnullis est *celebrat*, ad idem pertinet. Ac sane quum Nonius ex Accio *celebrem gradum* agnoscat, cur non placet *celebra urina*, quum in istis terminationibus *celebris* & *celebrus* jam supra luserit Gellius? Salmasius ita adscripsit [legendum ita ex V. C. Sed legendum puto *de urinæ elecebra.*] Gronov.

6 *Caldor in intima coactus*] Hæc instauratio priscæ lectionis venit ab Patre, quum Gryphiana anni 1539, & Hieronymus de Marnef cum Antonio Gryphio, Stephanus & prior Batavica dare incepissent *in ultima*, idque sequitur Prousteus, ita ut nec nota nec interpretatione dignetur. Quod ad Mstos attinet, nullus ne dubitationem quidem aliquam adfert, & res ipsa quoque vindicat. *Gronov.*

CAP. V.

Ex Aristotelis libris sumtum, quòd nivis aqua potui pessima sit, & quòd ex nive crystallus concreatur.

IN Tiburte rus concesseramus hominis amici divitis, æstate anni flagrantissimâ, ego & quidam alii æquales & familiares mei, eloquentiæ aut philosophiæ sectatores. erat nobiscum vir bonus ex Peripateticâ disciplinâ, benè doctus, & Aristotelis unicè studiosissimus. is nos [2] aquam multam ex dilutâ nive bibentes coërcebat, severiusque increpabat. [3] adhibebat nobis auctoritates nobilium medicorum, & cumprimis Aristotelis philosophi, rei omnis humanæ peritissimi: qui aquam nivalem fru-

1 *In Tiburte rus concesseramus*] Ita prædium scilicet circa Tibur, ubi ditiores æque, atque prope Tusculum prædia sua habere solebant, quo æstate secedebant. Hinc *Tusculana* & *Tiburtina* dicta illa prædia, quæ juxta alterutrum locum sita erant. Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 12. *Nemo Tusculanum, aut Tiburtinum emere paratus, salubritatis causa, & æstivi recessus, quoto anno emptus sit disputat: Cum emerit, tuendum est.*

2 *Aquam multam ex diluta nive bibentes*] Aquam nivalem Veteribus ad potum in deliciis fuisse conatur docere citatis auctorum locis Oiselius, imo & quod rarenter facit, Prousteus. Nonne id valde serum & inane est? Nonne ab aliis & multis iis præstitum? Satisfacit vel una appendix Fulvii Ursini ad Triclinium Ciacconii, ubi patet id fieri vix posse sine Martiale, & qui unum ex eo locum citat, habet satis multa. Nos chartam ita non perdimus. Sed peregregium est ad eam rem hoc velut vivum exemplum & spectaculum Gellii.

3 *Adhibebat nobis*] Non potest pro vili aut falso rejici, quod unicus ille Regius codex servat *severiusque*

frugibus sanè & arboribus fecundam diceret, [4] sed hominibus potu nimio insalubrem esse; tabemque & morbos sensim, atque in diem longam visceribus inseminare. hæc quidem ille ad nos prudenter, & benivolè, & assiduè dictitabat. Sed quum bibendæ nivis pausa fieret nulla; promit [5] è bibliothecâ Tiburti, quæ tunc in Herculis templo satis commodè instructa libris erat, Aristotelis librum, eumque ad nos adfert. &, Hujus saltem, inquit, viri sapientissimi verbis credite; ac desinite valetudinem vestram profligare. In eo libro scriptum fuit, deterrimam esse potu aquam è nive, itemque solidiùs latiùsque concretam esse eam, quam κρύσταλλον Græci appellant: causaque ibi adscripta est hujuscemodi: Quoniam quum aqua frigore aëris duratur & coit, necesse est [6] fieri vaporationem, & quamdam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea, & emanare. id autem, inquit, in ea levissimum est, quod evaporatur. manet autem, quod est gravius, & sordidius, & insalubrius: atque id pulsu aëris verberatum [7] in modum coloremque spumæ candidæ oritur. sed aliquantum, quod est salubrius, difflari, atque evaporari ex nive, indicium illud est, quòd [8] minor fit illa, quæ antè fuerat, quàm concresceret. verba ipsa Aristotelis ex eo libro pauca sumsi, & adscripsi: Διὰ τί τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλλων ὕδατα φαῦλά ἐστιν; ὅτι παντὸς ὕδατος πηγνυμένου τὸ λεπτότατον ἀφανίζεται, καὶ κουφότατον ἐξαλίσκει. σημεῖον δὲ ὅτι ἔλαττον γίνεται ἢ πρότερον ὅταν τακῇ πάγος. ἀπελήλυθότος δὲν τοῦ ὑγιεινοτάτου, ἀνάγκη τὸ καταλειπόμενον χεῖρον εἶναι [a]. Hoc ubi legimus, placuit honorem doctissimo viro haberi

a *Cur aquæ ex nive glacieve liquatæ sunt vitiosæ? An quia, cum aqua quævis gelu concrescit pars tenuissima difflatur, & leviſſima evaporatur? Indicium illud est, quod deliquata fit minor, quam fuerit ante, quam concresceret. Cum itaque quod salubrius est, defuerit: deterius fit quod relinquitur, necesse est.*

---

usque increpabat, adhibebatque nobis: immo id longe numerosius mihi videtur, quum illud alterum interscissum intempestive coerceat lectionem, & aliquoties Gellius ita fuit fruitus hac iteratione copulativæ. *Gronov.*

4 *Sed hominibus potu nimio insalubrem esse*] Eandem de aquæ nivalis in potu noxâ quæstionem tractat Macrobius Saturnal. lib. 7 cap. 12. ubi Avienum docens causam Disarius subjicit ex Aristotele, quem in Physicis quæstionibus, quo nomine haud dubie Problemata ejus designate sic ait statuisse: quum tamen verborum istorum sensus hodie in Problematis, quæ Aristotelis nomine circumferuntur, non magis invenitur, quam quæ Gellius tanquam ipsa Aristotelis verba, & cum Macrobianis convenientia, statim subjicit; unde manifestum in Problematis istis olim quædam fuisse, quæ temporis injuria nobis invidit.

5 *E Bibliotheca Tiburti*] Vide 9, 14.

6 *Fieri vaporationem*] Reg. Thuan. Lugdun. maj. *evaporationem*. Et quare id nomen gravati fuerunt, quum mox retineant verbum? *Gronov.*

7 *In modum col. sp. cand. oritur*] Hoc placet editoribus, quum Mſti plerique foveant *oriuntur*. Ita enim Reg. Lugdun. ut. Memm. Petav. Ita quoque adscripsit Scioppius. Unde Patri meo in mentem veniebat *convertitur*. Idem.

8 *Minor fit illa, quæ ante fuerat*] Quod mireris, ita jam editum fuit Brixiæ, quum tamen Aldus retinuerit *illo qui ante*. Hinc jactari perrexit hic locus, ita ut solus Seb. Gryphius anno 1534 ediderit *illo quæ*, prout etiam legitur in exemplari, quo usus Lambecius, anno 1539 *illa quæ*, idque videtur blandiri præ alio potuisse, ut etiam Stephanus propagarit. Atqui Reg. Lugdun. uterq. Mem. Chisl. Petav. Lincoln. masculinum bona fide confirmant, quem adscripsit quoque Scioppius. Scilicet quia præter aeream

haberi Aristoteli: atque ita postea ego bellum & odium nivi indixi; alii inducias cum ea variè factitabant.

aerem nihil antecedit, quo is referri possit, ad quem tamen referri nequit, ideo mutari debuit in fœmineum modum. Tanquam non subintelligi ab Gellio potuerit aliquid commodum masculino locum indulgens, n. amne aut fluvio aut rore aut madore. *Idem.*

CAP. VI.

Quòd pudor sanguinem [1] *abextra diffundit, timor verò contrahit.*

IN Problematis Aristotelis philosophi ita scriptum est: Διὰ τί οἱ μὲν αἰσχυνόμενοι ἐρυθριῶσιν, οἱ δὲ φοβούμενοι ὠχριῶσιν, ἀδιαπλησίων τῶν παθῶν ὄντων; ὅτι τὸ μὲν αἰσχυνομένων διαχεῖ τὸ αἷμα ἐκ τῆς καρδίας εἰς ἅπαντα τὰ μέρη τοῦ σώματος, ὥστε ἐπιπολάζειν· τοῖς δὲ φοβηθεῖσι συντείνει εἰς τὴν καρδίαν, ὥστ' ἐκλείπειν ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν [a]. hoc ego Athenis quum Tauro nostro legissem; percunctatusque essem, quid de ratione istâ redditâ sentiret? Dixit quidem, inquit, probè, & verè, quid accideret diffuso sanguine, aut contracto: sed cur ita fieret, non dixit. adhuc enim quæri potest, [2] quam ob causam pudor sanguinem diffundat, timor contrahat? quum sit pudor species timoris: atque ita definiatur, timor justæ reprehensionis. ita enim philosophi definiunt, αἰσχύνη ἐστὶν φόβος δικαίου ψόγου [b].

a *Quam ob causam erubescunt, quos pudet; pallent qui metuunt, cum istæ affectiones similes inter se sint? An quoniam pudefactis sanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur, ita ut superficiem occupet? metu vero perculsis contrahitur ad cor, ita ut cæteris partibus deficiat?*

b *Pudor est timor justæ vituperationis.*

1 *Abextra*] Forte, *ad exteriora*. Ois. Quid eo opus, quum jam editio Badiana & Anton. Gryphii præbeant *ad extera*? aliæ Seb. Gryphii *ad extra*. Cæterum Stephani sententia fuit in unam vocem contrahi debere duas alioquin præpositiones, ut patet ex ejus editione, quod revocavi. Quin etiam illud *exteriora* annotavit Pater in margine exemplaris sui ut Scriverianum. *Gronov.*

2 *Quam ob causam pudor sanguinem diffundat*] Solvere quæstionis utriusque nodum conatur Disarius apud Macrobium Saturnal. lib. 7 cap. 11.

CAP. VII.

Quid sit obesum; *nonnullaque alia prisca vocabula.*

IN agro Vaticano Julius Paulus, poëta, vir bonus, & rerum literarumque veterum impensè doctus, [1] herediolum tenue possidebat. eò sæpe nos ad sese vocabat, & olusculis pomisque satis comiter copioséque invitabat. atque ita molli quodam tempestatis autumnæ die, ego, & [2] Ju-

1 *Herediolum*] Vulgo, *Prædiolum*. Sed optime Vett. Codd. Non semel hac voce utitur Apulejus, ut in Apologia: *Dico exiguum herediolum*, &c. Et paulò post: *Num ipsum herediolo pretium invidiosum est.* Item lib. 2. Florid. *herediolum sterile* dicit. *Ois.* Nam quæ alia adferebat loca ex Festo Pompeio, Columella & Varrone, sunt eadem, quæ contulit in Etymologicon G. J. Vossius, & hinc descripta. Agnoscunt autem hanc scripturam Reg. & uterq. Lugdun. & Petav. aut *herediolum*.

2 *Ju-*

& [2] Julius Celsinus, quum ad eum cœnassemus, & apud mensam ejus audissemus legi [3] Lævii Alcestin, rediremusque in urbem, sole jam ferè occiduo; figuras habitusque verborum novè aut insigniter dictorum in Læviano illo carmine ruminabamur: &, ut quæque vox indidem digna animadverti subvenerat, qua nos quoque possemus uti, memoriæ mandabamus. erant autem verba, quæ tunc suppetebant, hujuscemodi:

[4] *Corpore*, inquit, *pectoreque undique obeso*,
Ac mente exsensa, tardigenulo senio oppressum.

obesum hîc notavimus [5] propriè magis, quâm usitatè dictum pro exili atque gracilento. vulgus enim ἀκύρως, vel κατ' ἀντίφρασιν[a] *obesum* [6] pro pingui atque uberi dicit. item notavimus, quòd *obliteram* gentem, pro *obliterata* dixit. item, quòd hostes, qui fœdera frangerent, *fœdifragos*, non *fœderifragos* dixit. item, quòd *rubentem auroram*, *pudoricolorem* appellavit, & *Memnonem nocticolorem*. [7] item, quòd *fortè*, *dubitanter*, & ab eo, quod est *sileo*, *silenta* loca dixit, & *pulverulenta*, & *pestilenta*, & *carendum tui est*, pro *te*, quodque *magno impete*, pro *impetu*; item quod *fortescere* posuit, pro *fortem fieri*; quodque *dolentiam*, pro *dolore*, & *avens*, pro *libens*; item *curis intolerantibus*, pro *intolerandis*. [8] quodque *manciolis*, inquit, *tenellis*, pro *manibus*: & [9] *quis tam siliceo?* [10] item *fuere*, inquit, *impendio insit*, id est, *impense fieri incipit*; quodque [11] *accipitret* posuit, pro [12] *laceret*. His nos inter viam verborum

a *Improprie*, vel *per contradictionem*.

2 *Julius Celsinus*] Infra hujus lib. cap. 10. *Julianus Celsinus* dicitur.

3 *Lævii*] Sic Vett. Codd. Lævii veteris Poëtæ meminit noster & supra lib. 2 cap. 24. & lib. 12 cap. 10. item infra h. lib. cap. 9. *Oisi*. Jam notavit maximus Scaliger in Ausonianis lectionibus 11, 27.

4 *Corpore*, &c.] Duas Oiselius ad hoc fragmentum notas sustinuit consumere, quibus nihil afferret, nisi quod diu dixerat G. J. Vossius in notis ad Tragicorum fragmenta pag. 62, quem citat quidem quasi pro causa lectionis, sed scias integram Vossii notam ab eo discerptam in duas ita, ut nihil esset Oiselianum. Ibi vide. Sed & quod tertium allinit de voce *Obesum*, totum petitum est ex Merceri notis ad Nonii Marcelli istam partem: etsi quid ad Gellium Nonius? nisi forte notabiliter ex hoc illustrari posset? Vide etiam quemadmodum hæc citet Pricæus ad Apuleji Apologiam pag. 123.

5 *Proprie magis, quam usitate*] Ut solet fieri, quum usus sit dicendi magister, quod notant Observationes Paternæ 11, 15. *Gronov*.

6 *Pro pingui atque uberi*] Admodum jactat in hoc loco suam operam Stephanus, quum tamen & Reg. & Lugdun. uterq. & Petav. invertant *pro uberi atque pingui*. Gronov.

7 *Item quod forte*] Scioppius adscripsit *fonte*. Idem.

8 *Quodque manciolis, inquit, tenellis, pro manibus*] Lego, *quodque manucolis, inquit, pro tenellis manibus*. A *manu* enim confinxisse videtur Lævius diminutivum, *manucolus*, vel *manucola*. Ois. Adscripsit Scioppius manicolis Scalig. Et ita Plaut. Pseud. a. 5. S. 1.

9 *Quis tam siliceo*] Sic Stephan. ed. ex vett. Codd. vulgo erat *quiescam si liceo*. Scribendum tamen Stephanus suspicatur *silicio*: ut sit ex silice fictum vocabulum, & ita dicatur quispiam *silicio*, ut Poëtæ aliquem silices, sicut & ferrum in pectore gestare dicunt.

10 *Item fuere*] Scioppius pro postremo *liere*. Gronov.

11 *Accipitret*] Derivatum verbum fortasse ab accipitre. Accipere autem Veteribus etiam est *rapere*. Hinc

rum Lævianorum annotatiunculis oblectabamus. cætera enim, quæ videbantur nimium poëtica, [13] & prosæ orationis usu alieniora, prætermisimus: veluti fuit, quod de Nestore ait, *trisæclisenex*, & [14] *dulcioreloquus*: item, quod de tumidis magnisque fluctibus inquit [15] *multigrumis*: & flumina gelu concreta, [16] *tegmine* esse *onychino* dixit: & quæ [17] multiplicia ludens composuit: quale istud est quod vituperones suos, [18] *subductisuperciliicarptores* appellavit.

& accipiter à Lucilio dicitur *acceptor*. In Glossis etiam: *Acceptor ἱέραξ*.

12 *Jaceret*] Forsan, *raperet*; quamvis obstent omnes Vett. Codd. Sed & *jaceret* probum esse potest, ut dicatur de accipitre aves prædante, qui, ut prædam nanciscatur, se celerrimo volatu ex alto jacere solet. Hinc Lucano lib. 4 *Iaculique volucres* dicuntur Serpentes, sese jaculi instar ex alto vibrantes. *Oisius*. Animadvertas licet, quam præclara annotari queant. Quare autem non curant, ut Gellius τὸ *accipitret* exponat in eodem tempore, & hinc vel *rapiat* vel *jaciat* conjiciunt? Id enim debet fieri. Sed sunt talpa cæciores. Video patrem adscripsisse in exemplari suo [Reg. accipitret pro laceret] Id didicit ex Lambecio, quippe qui solus id verbum annotavit, non alii ex Regio codice. Cui autem paulo humaniori id non statim in mentem venit, ut penitus respondens verbo Læviano? unde id in contextum recipere non dubitavi. Mox in Regio erat *oblectabamur*. Gronov.

13 *Et prosæ orationis usu alieniora*] Ita optime Stephan. pro quo antea erat, *explosæ orat. u. a.* Oisius. Scioppius adnotavit [*ex*. Ita V.C.Ful. & Giph.] Nescio an respexerit similia, aut cognita habuerit, quæ scribit Gisanius in Observationibus L. L. pag. 200. Agell. 19 c. 7 *ex prosæ orationis usu*. sic v. l. vulgo *explosæ*.

14 *Dulcioreloquus*] Attrectavit hoc loco Oiselius Pricæana ad Apuleji Apolog. pag. 21, unde omisi. *Gronov*.

15 *Multigrumis*] Scioppius *muti*. Idque ipsum est in utroque Lugdun. Sed & in Lincoln. *inutigrumis*. Gronov.

16 *Tegmine onychino*] Tegmen onychinum glaciem vocavit Lævius, tralatione sumpta ab *Onyche*; quo nomine Veteres æque gemmam & marmor designabant. Nam, ut scribit Plinius, lib. 37 cap. 6. transiliit hoc nomen ex lapide Carmaniæ ad gemmam. Utrumque autem tam lapidem, quam gemmam ita Veteres appellarunt ab unguis candore.

17 *Multiplicia*] Id est, multo plura. *Oisius*. Sed in Mss. omnibus video *multiplica*. Gronov.

18 *Subducti supercilii carptores*] Notavit Stephanus p. 113 se suspicari perperam ex uno tria vocabula facta esse, unde & mox vocat tricompositum vocabulum. Id approbat Vossius lib. 4. Institut. Orator. neque enim debet in eo jactare, quasi primus id moneret. *Idem*.

CAP. VIII.

Quæstio an harena, cœlum, triticum, *pluralia inveniantur? atque inibi de* quadrigis, inimicitiis, *nonnullis præterea vocabulis: an singulari numero comperiantur?*

ADOLESCENTULUS Romæ priusquam Athenas concederem, quando erat à magistris auditionibusque obëundis otium, ad Frontonem Cornelium visendi gratiâ pergebam; [1] sermonibusque ejus purissimis, bonarumque doctrinarum plenis fruebar. nec umquam factum est, quotiens eum vidimus, loquentemque audivimus, quin rediremus ferè cultiores, doctioresque: veluti fuit illa quodam die sermocinatio illius, levi quidem de re, sed à Latinæ tamen linguæ studio non abhorrens.

1 *Sermonibusque ejus purissimis*] Regius tantum *plurimis*. Gronov.

2 *Et*

rens. Nam, quum quiſpiam familiaris ejus bene eruditus homo, [2] & tum poëta illuſtris, liberatum eſſe ſe aquæ intercutis morbo diceret, [3] quòd harenis calentibus eſſet uſus; [4] tum illudens Fronto, Morbo quidem, inquit, cares, ſed verbi vitio non cares. Cajus enim Cæſar ille, perpetuus Dictator, Cn. Pompeji ſocer, à quo familia & appellatio Cæſarum deinceps propagata eſt, vir ingenii præcellentis, ſermonis præter alios ſuæ ætatis caſtiſſimi, in libris, quos ad M. Ciceronem de Analogia conſcripſit, *harenas* vitioſè dici exiſtimat; quòd *harena* numquam multitudinis numero appellanda ſit, ſicuti neque *cælum*, [5] neque *triticum*: contrà autem *quadrigas*, etiamſi currus unus equorum quatuor junctorum agmen unum ſit, plurativo ſemper numero dicendas putat; [6] ſicut *arma*, & *mœnia*, & *comitia*, & *inimicitias*: ni quid contra ea dicis, poëtarum pulcherrime, quo & te purges, & non eſſe id vitium demonſtres? De *cælo*, inquit ille, & *tritico* non inficias eo, quin ſingulo ſemper numero dicenda ſint, neque de *armis*, [7] & *mœniis*, & *comitiis* quin figura multitudinis perpetua cenſeantur; videbimus autem pòſt de *inimicitiis*, & *quadrigis*. ac fortaſſean de *quadrigis* veterum auctoritati conceſſero; *inimicitiam* tamen, ſicut *inſcientiam*, & *impotentiam*, & *injuriam*, quæ ratio eſt, quamobrem C. Cæſar vel dictam eſſe à veteribus, vel dicendam à nobis non putat? quando Plautus, linguæ Latinæ decus, *deliciam* quoque ἑνικῶς [a] dixerit, pro deliciis;

[8] *Mea*, inquit, *voluptas*, *mea delicia*.

ini-

a *Singulari numero.*

2 *Et tum poeta illuſtris*] Sic vulgo exhibetur hic locus ab edentibus, niſi quod demum a Batavo ſit omiſſum τὸ &, idque imitata fuit altera anni 1651, nec ſcrutari poſſum, conſilio an temere. Solus ille, qui Petavianum librum contulit, ſubpunxit vocem *tum*, ut eam notaret ab Mſto abfuiſſe. Itaque ſi quid tentandum eſt, habes auctoritatem, præſertim quia illud *tum* mox repetitur. Ex Scriverio autem Pater adſcripſit [Forte Julius Paullus cujus meminit c. 7. aut Anianus.] *Gronov.*

3 *Quod harenis calentibus eſſet uſus*] Sicut Suetonius in Auguſti capite 80 agnoſcit principem confirmatum remedio harenarum, ubi ſic diligentes in veſtigando fuerunt viri docti, ut nihil attulerit Oiſelius, quod ibi dictum non fuerit, ut ideo hunc expunxerim ex hoc manipulo. *Idem.*

4 *Tum illudens Fronto*] Mirum cui ita hoc placuerit. Nam Brixiana & Aldina *adludens* habent, idque exſtat in Reg. Lugdun. ut. Petav. ut dubitari nequeat. Sed & Scioppius hoc ipſum adſcripſit. *Idem.*

5 *Neque triticum*] Huc facit verſus iſte, quo Virgilius à Bavio & Mævio ipſius æmulis reprehenſus eſt, quod *hordea* dixerit Georgicor. lib. 1. notante ibidem Servio:

Hordea qui dixit, ſupereſt ut tritica dicat. Oiſ. Vide Cledonium pag. 1898 ex editione Putſchii, ubi tribuit is Cornificio Gallo.

6 *Sicut arma*] Solus Regius *ſicut circa arma*, in quo etiam legitur *currus unus equorum junctorum*, ſine voce *quatuor*. quin & ſtatim *niſi quid*. Gronov.

7 *Et mœniis*] Reg. ac Lugd. maj. & *mœnibus*. quorum ille etiam *quin in figura*. Quum igitur & Stephanus hinc admonitus exhibuerit *mœnibus*, neſcio quid cauſæ pater habuerit, ut inde abiret. Notavit quidem in exemplari ſuo, in quo erat *mœnibus*, ad hanc vocem [*is* V. E. & Mſſ.] quod ſcripſit antequam codices nunc Lugdunenſes inſpiceret, ut ex prioribus ſincera lectio nequiverit colligi. *Idem.*

8 *Mea voluptas, mea delicia*] Exſtat apud Plautum Pœnul. Act. 1. Sect. 2. ℣ſ. 152. ubi ſufficit annotata & repoſita eſſe, quæ Cl. Mercerus ad Nonium obſervarat, quum nihil ex ſe haberet Oiſelius.

inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratissimo [9] libro dixit:

[10] *Eo*, inquit, *ingenio natus sum; amicitiam*
Atque inimicitiam in fronte promtam gero.

[11] sed enim *harenas* parum Latinè dici, quis, oro te, alius aut scripsit, aut dixit? ac propterea peto, ut, si C. Cæsaris liber præ manibus est, promi jubeas: ut, [12] quam confidenter hoc indicat, æstimari à te possit. Tunc, prolato libro de Analogia primo, verba hæc ex eo pauca memoriæ mandavi. nam, [13] quum prædixisset, neque *cælum*, *triticúmve*, neque *harenam* multitudinis significationem pati; *Num tu*, inquit, *harum rerum naturâ accidere arbitraris, quòd unam terram, & plures terras, & urbem, & urbes, & imperium, & imperia dicamus; neque quadrigas in unam nominis figuram redigere, neque harenam* [14] *in multitudinis appellationem convertere possimus?* his deinde verbis lectis sibi Fronto ad illum poëtam; Videturne tibi, inquit, C. Cæsar de statu verbi contra te [15] satis apertè satisque constanter pronunciasse? Tum permotus auctoritate libri poëta, Si à Cæsare, inquit, jus provocandi foret, ego nunc ab hoc Cæsaris libro provocassem. sed quoniam ipse rationem sententiæ suæ reddere supersedit; nos te nunc rogamus, ut dicas, quam esse causam vitii putes, & in *quadriga* dicenda, & in *harenis*. Tum Fronto ita respon-

9 *Libro*] Rectius leges, *loco*. Verba enim Ennii ex aliqua Tragœdiarum ejus esse videntur. *Oisius*. Id ipsum sub nomine Scriverii annotavit in exemplari suo Pater. Sed probabilius intelliges Ennii saturas, quæ talem certe titulum merentur, ex quibus excerpebat 2, 29 locum huic doctrinæ proximum. *Gronovius*.

10 *Eo ingenio*] Nonius hoc modo refert:

— *Eo ego ingenio*
Natus sum, amicitiam atque inimicitiam in frontem promptam gero.

Vossius in Notis ad Collectanea Vet. Tragic. notat, *ingenio* fieri trisyllabon. & si *natus* scribas, esse jambicum octonarium. Sed putat Ennium *natu* scripsisse, ut sit trochaicus quadratus. Cæterum *inimicitiam* in singulari dixit quoque Pacuuius in Chryse, *Sed cesso inimiciam integrare*, referente Nonio Marcello in *Integrare*. Oisius. Scioppius annotavit *prompta*.

11 *Sed enim harenas*] Media vox abest ab Reg. *Gronov*.

12 *Quam confidenter hoc dicat*] Lambecius notavit quasi in Regio legeretur *judicat*. Sed satis clare certeque ibi exstat *indicat*, quod prorsus verum reor, etsi Salmasius adscripserit [f. edicat.] Non id pertinet ad edicta de republica, sed potius referatur ad festa & sacra, quæ indicuntur. Itaque quum sic quoque exstet in Lugdun. maj. id sequutus fui. Alludit mox per voces *provocare* & *legis*. Idem.

13 *Quum prædixisset neque cœlum triticumve*] Nescio cur Stephanus noluerit præferre lectionem libri Reg. *quum supra dixisset neque cœlum neque triticum*. Ex his prius est & in editis ante omnibus, quos vidi, & ex Mssis non nisi Lugd. min. exhibet *prædixisset*, in quo ipso abest τὸ *ue*, quod vulgo adjungitur voci *triticum*. Idem.

14 *In multitudinis appellationem convertere*] Regius egregia varietate *arenam multitudinis appellatione convertere*. Nam convertere est declinare per suos casus. *Idem*.

15 *Satis aperte satisque constanter*] Sic edidi, quum cernerem id jam edidisse Brixienses, Aldum, Badium, Gryphios, nec aliter exstat in Mssis. Quin etiam ita notavit Scioppius. Quantum scio, primus Hieronymus de Marnef vitiose expressit *satisque aperte, satis constanter*. Ei Stephanus alteram copulativam adjiciendo *satisque* ingeminavit, in contrarium aberrante Prousteo, dum dedit *contra te satisque constanter*, sed typorum opinor lapsu, etsi in præmissis Erratis nihil moneat. Lincoln. *satis apte satisque const.* Immo Salmasius notavit in verbis *his deinde verbis lectis sibi* legendum esse *ibi*. Sed nec istud requisiveris. *Idem*.

16 *Mul-*

respondit: *Quadrigæ* semper, etsi [16] multijugæ non sunt, multitudinis tamen numero tenentur: quoniam quatuor simul equi juncti *quadrigæ*, quasi *quadrijugæ* vocantur. neque debet prorsus appellatio equorum plurium includi in singularis numeri unitatem: [17] eamdemque ibi rationem habendam, sed in specie dispari; nam quum *harena* [18] singulari numero dicta multitudinem tamen & copiam significet minimarum, ex quibus constat, partium; indoctè & inscitè *harenæ* dici videntur: tamquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, quum ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo. sed hæc ego, inquit, non ut hujus sententiæ legisque [19] fundus subscriptorque fierem: sed ut ne Cæsaris viri docti opinionem [20] ἀπαραμυθητον[a] destituerem, nam quum *cælum* semper ἐνικῶς dicatur, *mare* & *terra* non semper, & *pulvis*, *ventus* & *fumus*, non semper: cur *inducias*, & *cæremonias* scriptores veteres nonnumquam singulari numero appellaverunt? *ferias*, & *nundinas*, & *inferias*, & *exsequias* nunquam? cur *mel*, & *vinum*, atque id genus cætera numerum multitudinis capiunt? [21] *lac* non capiat? quæri, inquam, ista omnia, & enucleari, & excuti ab hominibus negotiosis in civitate tam occupata non queunt. Quin his quoque ipsis, quæ jam dixi, demoratos vos esse video, alicui, opinor, negotio destinatos. ite ergo nunc; &, quando fortè erit otium, quærite, an *quadrigam*, & *harenas* dixerit è cohorte illa dumtaxat antiquiore, vel oratorum aliquis, vel poëtarum, id est, classicus, [22] assiduusque aliquis scriptor, non proletarius? Hæc quidem Fronto requirere nos jussit vocabula: non ea re, opi-

a *Sine solatio.*

16 *Multijugæ non sunt*] Explicat & illustrat Cl. Schefferus lib. 1 de re vehiculari cap. 12. pag. 145. *Gronov.*

17 *Eandemque ibi rationem*] Recte voces *de arena* suppressit Stephanus adscitas ab editionibus antecedentibus, sed quas ignorant Regius & Lincoln. & Petav. Nam de reliquis nihil annotatum video. Cæterum unde arcessiverit is ipse doctus vir vocem *ibi*, penitus ignoro, quum illa nusquam in scriptis appareat, quos dixi, in quibus est *eandemque rationem*. Idem.

18 *Singulari numero dicta*] Reg. *singulari in num. d.* Mox in eodem legitur *nam cur*, non *cum*, quasi jam inde inciperet oppositionis exaggeratio. *Idem.*

19 *Fundus*] Id est, auctor. Vide ad 16, 13.

20 Ἀπαραμυθητον] Id est, *Confirmatione carentem*; Vel, *absque ullo subsidio.* Vulgo reddebatur *sine consolatione.* Quæ vulgaris hujus vocis Græcæ significatio hîc locum habere nequit: ut pridem animadvertit H. Stephanus. *Oiſ.* Sic est, & agit hoc modo iste pag. 11. Sed ut apud Latinos *solatium* ponitur pro subsidio; ita nihil erraverit, qui ita interpretetur nunc istud Græcum, ut aliquod patrocinii ex sermone auxilium nanciscatur.

21 *Lac non capiat*] Sic legitur vulgo ex turba codicum scriptorum, quibus sane non adest vera fides. Nam Reg. & Lugdun. maj. perspicue habent *lacte non cap.* Et ne quid dissimulem, lib. XII cap. 1 in MS. Regio scribitur *ad præbendum lacte*, quam lineam forsan nimis studiose observarunt, qui inde fecerunt *lactem*, unde alii *lae tunc*, ut vulgo fuit editum. *Gronov.*

22 *Assiduusque aliquis scriptor, non proletarius*] Id est, scriptor aliquis notæ auctoritatis, non autem è vulgo. Unde tralatio hæc desumpta sit, innotescere potest ex notatis supra ad lib. 16 c. 10.

opinor, quod scripta esse [23] in nullis veterum libris existimaret; sed ut nobis studium lectitandi in quærendis rarioribus verbis exerceret. Quod unum ergo rarissimum videbatur, invenimus [24] *quadrigam* numero singulari dictam in libro saturarum M. Varronis, qui inscriptus est, [25] *Exdemetricus*. [26] *harenas* autem πληθυντικῶς dictas minore studio quærimus, quia præter C. Cæsarem, [27] quod equidem meminerim, nemo id doctorum hominum dedit.

23 *In nullis veterum libris*] Videtur id exigere sententia, unde aut Stephanus aut alii proxime ejus ætatem sic edere inceperunt, probante etiam Lugdun. min. quum Aldus, & Badius dedissent *in illis*: at Brixiana & Gryphii *ullis*, quomodo etiam Reg. *Gronov.*

24 *Quadrigam numero singulari*] Quamvis tamen ipse etiam Varro lib. 9. de L. L. innuere videatur, quasi non satis apte *biga*, vel *quadriga* numero singulari dici posset. *Quadriga* quoque dixit Gratius Cynegetic.

Thessalium quadriga decus, quam gloria patrum
Excitat. ——

Sic Papinianus l. 65. D. de leg. 1. *quadrigæ legatum*; & Ulpianus l. 29. D. de Verb. Oblig. *quadrigæ stipulationem* dicunt.

25 *Exdemetrius*] Regius habet *exdemiticus*, Salmasius in eo legit *exdemeticus*, quod invenit pater in Lugdun. maj. Scioppius adscripsit [F. *Rex Demetrius*] Lugdun. min. habebat *exdemetricis*. Gronov.

26 *Harenas autem πληθυντικῶς plurativo numero.*] Ita Virgilius:

—— *Quam multæ zephyro turbantur arenæ.*

Ovidius aliquoties.

27 *Quod equidem meminerim*] Reg. & Lugdun. maj. *quod equidem exmemin.* Mox legebat pater, *nemo id doctorum hominum edidit.* Gronov.

CAP. IX.

Antonii Juliani in convivio ad quosdam Græcos lepidissima responsio.

ADOLESCENS è terrâ Asiâ, de equestri loco, lætæ indolis, moribusque & fortuna benè ornatus, & ad rem musicam facili ingenio [1] ac libenti, [2] cœnam dabat amicis ac magistris, sub urbe in ruisculo, celebrandæ lucis annuæ, quam principem sibi vitæ habuerat. Venerat tum nobiscum ad eamdem cœnam Antonius Julianus rhetor, docendis publicè juvenibus magister, Hispano ore, florentisque homo facundiæ, & rerum literarumque veterum peritus: is, [3] ubi eduliis finis & poculis mox [4] sermonibusque tempus fuit, desideravit exhiberi, quos habere

1 *Ac libenti*] Reg. & Lugdun. ut. *ac lubenti.* Mox ad vocem *ruisculo* scripsit Scioppius *Tusculo*, quod videas jam cognitum in notis Ascensianis. *Gron.*

2 *Cœnam dabat &c. celebrandæ lucis annuæ*] Natali enim die convivia Veteres agitare solitos, notissimum jam ex Ursini appendice ad Ciacconii triclinium p. 180 edit. Amstel.

3 *Ubi eduliis finis, & poculis mox*] Hoc est, ubi prima, & secunda mensa sublata. In secundis enim mensis poculis Veteres indulgebant, &, ut ait Horatius lib. 2. Satyr. 2.

Ludus erat culpa potare magistra.

Innuit & Plinius lib. 12. Hist. Natur. cap. 1. ubi scribit: *Arbores postea blandioribus fruge succis hominem mitigavere. Ex iis recreans membra olei liquor, vivesque potus vini, tot denique sapores annui sponte provenientes: & mensæ (depugnetur licet earum causa cum feris, & pasti naufragorum corporibus pisces expetantur) etiamnum tamen secundæ.*

4 *Sermonibusque*] Sic Cod. Tornæs. Unde Lipsius Elect. lib. 2 cap. 19. legendum putat, *sermonibus atque.* Ois. Certe non ex codice Tornæs. id putat Lipsius: Sed is citans, prout legendum putat, addit id mutare quosdam contra libros & corrumpere, nec citat vel libros quosdam vel lectionem eorum ullam, ut pateat acrius eum abreptum hæc posuisse. Prorsus

bere eum adoleſcentem ſciebat, ſcitiſſimos utriuſque ſexus [5] qui canerent voce, & qui pſallerent. ac, poſtea quam introducti pueri puellæque ſunt, jucundum in modum Ἀνακρεόντεια pleraque, & Sapphica, & poëtarum quoque recentium [6] ἐλεγεῖα quædam erotica, dulcia, & venuſta accinerunt. Oblectati autem ſumus, præter multa alia, verſiculis lepidiſſimis [7] Anacreontis ſenis: quos equidem ſcripſi, ut interea labor hic vigiliarum, & inquies, ſuavitate pauliſper vocum atque modulorum acquieſceret.

Τὸν ἄργυρον [8] τορεύσας,
Ἥφαιστέ, μοι ποίησον,
Πανοπλίαν μὲν οὐχί·
(Τί γὰρ μάχαις κἀμοί;)
Ποτήριον δὲ κοῖλον
Ὅσον δύνῃ βάθυνον.
Ποίᾳ δέ μοι κατ' αὐτὸ
Μήτ' ἄστρα μήθ' ἁμάξας,

Nn

2 *Argentum cælans,*
Vulcane, mihi fabrica,
Non quidem quæcunque arma,
(Quid enim cum pugnis mihi?)
Cavum autem poculum
Quantum vales deprime,
Inque eo neque aſtra,
Neque plauſtra facias,

ſus enim libri omnes legunt *ſermonibuſque*, quod nulla cauſa eſt, cur attingatur. Res ipſa illuſtratur in Ciceronis Senectute vel Catone: *Me vero & is ſermo* delectat, *qui more majorum à ſummo adhibetur in poculo*, notus Urſino. Adde XII, XI. *Gronov.*

5 *Qui canerent voce, & qui pſallerent*] Pſaltrias enim & Symphoniacas in conviviis Veterum, qui delicatiores erant, adhibere moris erat. Vides in Ciacconii Triclinio ex Livio citari pſaltrias Sambuciſtriaſque & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis, tum ex Suetonio Auguſtum delectatum inter cœnam pueris ſymphoniacis. Quod adeo ſolemne fuit, ut Macrobius etiam de Philoſophis emendatioris quoque vitæ non vereatur dicere lib. I. Saturnal. c. I. *Sed illorum ſupercilio non defuiſſe, qui pſaltriam intromitti peteret; ut puella ex induſtria ſupra naturam mollior, canora dulcedine, & ſaltationis lubrico exerceat illecebras philoſophantes.*

6 Ἐλεγεῖα *quædam erotica, dulcia & venuſta accinerunt*] Ita recte Vett. Codd. Vulgo ἐλεγεῖα *quædam* ἐρωτικὰ *cecinerunt.* Oiſ. Habes præclarum judicium. Nam cur vocem ἐρωτικὰ meram Græcam potius Latino modo ſcribemus, quam iſtud præcedens Ἀνακρεόντεια? Porro ἐλεγεῖα eſt factitium vocabulum & recens, pro quo ex Regio codice notatur *de ſe itaque.* Sic enim habet *de ſe itaque quedam herotica;* cui ſecundas agit Lugdun. maj. *adele. ita quædam.* Quorum hoc ſatis perſpicue innuit *poetarum quoque recentium* ἀδήλα, *illaque quædam* ἐρωτικὰ. At vero codicis Regii ſcriptura videtur ducere ad *recentium idyllia quædam*, ut plane non moret vulgata. Omnes vero *cecinerunt.* Inſpexit hoc carmen Brodæus ad Anthologiam lib. II. pag. 255. *Gronov.*

7 *Anacreontis*] Anacreontem floruiſſe ſcribit Euſebius in Chronicis tempore Polycratis Samiorum tyranni; hic autem tyrannidem occupavit circa Olympiad. LXII. Sic & Pauſanias in Atticis, item Strabo lib. 14.

8 Τορεύσας] Id eſt, *cælans.* Vulgo male *tornans*, vel *torno laborans*, quaſi ſcriptum foret τορνεύσας. Multum enim inter ſe differunt τορεύω, & τορνεύω, quorum illud *cælo*, hoc *torno* ſignificat, unde artes diverſæ τορευτικὴ, & τορνευτικὴ; quamvis ob vocabulorum ſimilitudinem, non tantum Neoterici, ſed ex Veteribus multi, artes iſtas & opera confuderint, ut pluribus demonſtrat Salmaſius ad Solinum pag. 1044. & ſeqq. ubi latam inter utrumque artificium differentiam eſſe probat. Ita Anacreon in hoc ᾠδαρίῳ poculum ſibi à Vulcano fieri petit, in quo nec arma nec aſtra cælata ſint, ſed vites uvis refertæ, & Bacchus cum Amore & Bathyllo uvas calcans.

9 *Sen-*

Μὴ συγνὸν Ὠρίωνα,
(Τί Πλειάδεσι χαμοὶ,
Τί δ' ἄστρασι Βοώτεω;)
Ποίησον ἀμπέλους μοὶ,
Καὶ βότρυας καλ' αὐτὸ,
Καὶ χρυσέους πατοῦντας
Οἶμ' ὦ καλῷ Λυαίῳ
Ἔρωτα χ' Βάθυλλον [a].

Tum Græci plusculi, qui in eo convivio erant, homines amœni, & nostras quoque literas haud incuriosè docti, Julianum rhetorem lacessere insectarique adorti sunt, tanquàm prorsus barbarum & agrestem; qui ortus terrâ Hispaniâ foret, clamatorque tantum, & facundiâ rabidâ, jurgiosâque esset, ejusque linguæ exercitationes doceret, quæ nullas voluptates nullamque mulcedinem Veneris atque Musæ haberet: sæpéque eum percontabantur, quid de Anacreonte, cæterisque id genus poëtis [9] sentiret? & ecquis nostrorum poëtarum tam fluentes carminum delicias feciſſet? nisi Catullus, inquiunt, fortè pauca, & [10] Calvus itidem pauca. nam Lævius implicata, & Hortensius invenusta, & Cinna illepida, & Memmius dura, ac deinceps omnes rudia fecerunt, atque absona. Tum ille pro linguâ patriâ, tamquam pro aris & focis, animo irritato indignabundus, Cedere equidem, inquit, vobis debui, ut in tali asotiâ atque nequitiâ [11] artium vinceretis: & sicut in voluptatibus cultus atque victus, [12] ita in cantilenarum quoque multis

Nec triſtem Orionem,
(Nam quid cum Pleiadibus,
Quid cum Boote mihi?)
Inſculpe vites mihi,
Et racemos in illo,
Et aureos calcantes
Simul pulchro Lyæo
Cupidinem & Bathyllum.

9 *Sentiret? & ecquis*] Reg. & Lugdun. maj. *Sentiret? & quis*, Apparet eos velle *ſentiret? Ecquis.* Lugd. min. *ſentiret & h' quis.* Gronov.

10 *Calvus*] Hic est C. Licinius Calvus, qui Catullo familiaris fuit, de quo collegit aliqua Vossius de Rhetoricæ natura cap. 14. Adde sis eundem Vossium Instit. Orator. lib. 4 cap. 9. Etsi sane de his singulis eadem, quæ protulit Oiselius, alicubi visurus sis in Vossianis scriptis, ut de Hortensio in Poetis Latinis, ibidemque de Memmio: de Cinna in Imitatione cap. 6. fin.

11 *Artium*] Cod. Tornæs. *arcinum.* Forte, *carminum.* Ois. Vel ita, vel *arcinnum*, quod & novit Scioppius, vel *artimium* legitur in Mstis. Id mutare in vocem *carminum* ut hic noster, vel *artium*, ut priores editi, non est satis venustum, quum præcedat vox *tali*, in qua includitur & significatur materia ἀσωτίας & nequitiæ ex præcedentibus, quæ per illam vocem respiciuntur. Nec sane vocis *carminum* alius fons aut fundus est, quam quod modò præcedens ex lectione adhuc menti inhærebat. Vetus autem illa scriptura manifeste celat sub se *archimimum*, quem miror in tanta ingeniorum perspicacia sic latere potuisse, quum & appellatio sit notissima, & opus ejus non modo cuique intelligatur, sed quoque perquam huc conveniat, & literis scriptis sit proximum. Certe etiam primi editores existimantes desiderari accusativum exhibuerunt *artium nos vinceretis.* Gronov.

12 *Ita in cantilenarum quoque multis anteiretis*] Legendum forte: *ita in cantilenarum quoque modulis anteiretis.*

13 *Vascos*

tis anteiretis. ſed ne nos, id eſt, nomen Latinum, tamquam profectò [13] vaſtos quoſdam & inſubidos, ἀναφροδισίας[a] condemnetis; permittite mihi, quæſo, [14] operire pallio caput, quod in quâdam parum pudicâ oratione [15] Socratem feciſſe ajunt: & audite, ac diſcite noſtros quoque antiquiores ante eos, quos nominaſtis, poëtas, amaſios ac Venerios fuiſſe. tum reſupinus, capite convelato, voce admodum quàm ſuavi verſus cecinit [16] Valerii Æditui veteris poëtæ, item [17] Porcii Licinii, & [18] Quinti Catuli; quibus mundius, venuſtius, [19] limatius, preſſius, Græcum Latinumve nihil quicquam reperiri puto. Verſus Æditui:

Dicere quum conor curam tibi, Pamphila, cordis:
[20] Quid mi abs te quæram? verba labris abeunt.
Per pectus miſerum manat [21] ſubido mihi ſudor.
[22] Sic tacitus, [23] ſubidus: [24] duplo ideo pereo.

at-

a *Invenuſtatis.*

13 *Vaſcos quoſdam*] Ita hoc loco ſcribendum primus monuit Salmaſius ad Solinum pag. 124. pro quo male antea erat editum, *vaſtos quoſdam*. Oiſ. Hoc modo quam auſpicetur Oiſelius, & quæ ſequuntur, non ſolum his ſint ſimilia, ſed etiam probent aut eum non legiſſe notas paternas ad locum Livii in fine libri XXIV, nec Rubenii ibidem, aut iſtas illi diſplicuiſſe, non eſt cur ad dilatandum detur locus, quia nihil rationis, nihil ſuum in eis profert, ſed ipſa tantum Salmaſii, qui certe in Plinianis pag. 124 temere ſcribit [male ſcriptum habent editiones *vaſtos quosdam*] quum ipſi Mſſti non aliter habeant, unde fideliter expreſſerunt editiones, & ſecuritas unica ſit illud ipſum ſervare, nec debuerit ad Hiſtoriam Auguſtam ſcribere iſtud *vaſcus* corruptum eſſe in Gellio. Barbarum, agreſte, rude, abſonum, vaſtum & inſubidum quidni optima ſunt parallela, quibus leve & inane, prout interpretatur ſuum *vaſcum*, non convenit. Unde nec paſſa fuit ratio mea, ut iſtud *vaſcos* paterer legi in Gellio, quod tamen olim ſic videtur ſe probaviſſe patri. *Gronov.*

14 *Operire pallio caput*] Melior eſt nota Aſcenſii, quam Oiſelii, quum ille jam tunc notaverit [ſic Apul. in x. Meta. Aſi. Laciniaque contegens faciem ſic ait, præ pudore .i. faciem cooperuit, ut liberius amorem explicaret. Sicque apud Platonem Socrates orationem parum caſtam habiturus pallio caput operuit.] Quid amplius eſt in Oiſelio? Nam locum Ovidii quem addit, deſcripſit ex Pricæo ad iſta Apuleji verba, tanto ineptius omnia, quod Pricæus in notis ad Apulejum adſcribit hæc verba noſtri Gellii, hoc eſt, invidit Aſcenſio, quod id feciſſet prior, nec ita id relinquere potuit. *Gronov.*

15 *Socratem feciſſe ajunt*] Ita Plato Socratem loquentem introducit in Phædro: Ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ, ἵνα ὅτι τάχιστα διαδράμω τὸν λόγον καὶ μὴ βλέπων πρός σε, ὑπ' αἰσχύνης διαπερῶμαι. Id eſt, *Obvolutus dicam, ut celerius tranſcurram ſermonem, nec ad te reſpiciens ob pudorem impediar.*

16 *Valerii Æditui*] Citatur & Apuleio in Apologia inter eos, qui laſciva carmina fecêre. quo tempore autem vixerit, cum Veteres ſileant, nemo facile dixerit.

16 *Porcii Licinii*] Vide ſupra lib. 17 cap. 21.

17 *Quinti Catuli*] Sic optime Vett. Codd. Male in Stephanica editione, aliiſque poſtea editum, *Q. Catulli*. Intelligitur enim Q. Lutatius Catulus; de quo omnia collegit G. J. Voſſius in ſcripto de Poetis Latinis & Hiſtoricis Latinis.

18 *Limatius, preſſius*] Poſtremum hoc interpretari placuit Prouſteo magis conciſum; quaſi illud quoque requireretur aut de eo ageretur. Liber Reg. *perſius*. Lugdun. maj. *peſſius*. Hinc adſcripſit & Salmaſius & Pater legendum *terſius*. Gronov.

19 *Quid mi abs te quæram?*] Quid ſi legas, *quid me abſente querar?* Oiſ. Immo id ineptum & inſicetum. Et tamen pater ſub nomine Scriverii id ipſum quoque notavit in ſuo exemplari. Cæterum cur nolunt publice innotefcere legi in multis Mſſtis *membra labris*. Sic Reg. Mem. Chif. Petav. Lugdun. mai. Etiam id dignum notatu judicavit Scioppius.

20 *Subido*] Vett. Edd. *ſubito*. & ita edidit Joſ. Scaliger in Catalectis Veter. Poëtarum. Æditumum autem ſcripſiſſe *ſubido*, ex mox dicendis liquebit.

21 *Sic tacitus, ſubidus*] Scalig. *Si taceo ſubidus*.

22 *Subidus*] Adr. Turnebo Adverſ. lib. 17 cap. 1. *Subidus* deduci videtur à ſue; ut turpis ſit, & ſui

 ſimilis,

atque item alios versus ejusdem addidit, non herclè minus dulces, quàm priores:

Quid faculam præfers, Phileros, quâ nil opu' nobis?
Ibimus, [25] *hoc lucet pectore flamma satis.*
[26] *Istam non potis est vis sæva exstinguere venti,*
Aut imber cælo candidu' præcipitans?
At contra hunc ignem Veneris, [27] *nisi si Venus ipsa,*
Nulla'st quæ possit vis alia opprimere.

item dixit versus Porcii Licinii hosce:

Custodes ovium, [28] *teneræque propaginis agnûm*
Quæritis ignem? ite huc. quæritis? ignis homo'st.
Si digito attigero, incendam silvam simul omnem:
Omne pecus: flamma'st, omnia [29] *quà video.*

Q. Catuli versus illi fuerunt:

[30] *Aufugit mihi animus. credo, ut solet, ad Theotimum*
Devenit. sic est. perfugium illud habet.

Quid

similis, & ineptus. Quasi dicat, Ego tacitus & mutus, ut sus adsto, neque explico, quid me urat, quidque à te poscam, ita duplo pereo. Sic *subidus* idem erit, quod *insubidus*, nisi quod particula *in* magis adhuc augere videatur. A Turnebo autem dissentit C. Barthius Adversar. lib. 37 cap. 4. & Poëtam nihil aliud velle dicere putat, quam scientem, videntemque, quod Plautus ait, se perire, duplici velut tormento. Unde & ipse in eam sententiam *subidus* scribendum arbitratur, cui contrarium erit *insubidus*, non secus, atque *falso* homini *insulsus* opponi solet. Sed nugari omnino cum illo suo *subidus* videtur Barthius. Poëta enim reperit hoc ultimo versu, quod antea dixit, *verba labris abire*, &, *sibi subido per pectus sudorem manare*; itaque dicit, cum *tacitus* & *subidus* sit, se duplo perire. *Subidus* autem videtur à *subando* esse. Quasi Poëta dicat, se, cum libidine æstuet, & tamen tacere cogatur, ideo duplo perire.

23 *Duplo ideo pereo*] Ed. Scalig. *duplo iterum pereo*. Ois. Reg. & alii Mssti *duplideo*.

24 *Qua nil opu' nobis*] Mssti legunt *qua nil est opus n.* vel *qua nihil est opus n.* Certe ubique adest verbum substantivum, quasi fuerit *qua est nil opus nobis*. Gronov.

25 *Hoc lucet*] Scaliger in Catal. Vet. Poët. *heic lucet*. Ois. Etiam Gelli editiones Brixiana, Aldina, Gryphianæ. Sed Mssti habent *sic*. Unde Salmasius legebat: *Ibimus sic; lucet* &c. Lucere flammam illustrat Pet. Victorius lib. 13 Var. Lect. cap. 24.

26 *Istam non potis est*] Ita & Scaliger. Turnebus tamen Adverss. lib. 14 c. 18. non satis intelligi commode posse arbitratur hunc versum. Legit itaque:

Istam nam potis est vis sæva extinguere venti.

Et sane hoc modo sensus commodissimus redditur; possis etiam non minus commode legere:

Istam sat potis est vis sæva extinguere venti.

Vel si malis:

Istam omnem potis est, &c.

Ut corruptela ex scripturæ compendio orta fuerit. *Ois.* Istud *nam* quoque notatum est in Scioppiano & Salmasiano. Illud *istam omnem* est ab Scriverio, ut video notavisse patrem. Sed Mssti retinent *non*, quod positum pro *nonne*: idcirco interrogatione animavi versiculos. *Gronov.*

27 *Visi si Venus ipsa*] Al. *Nisi sit Venus ipsa*. In Edit. Aldin. & Ascens. est, *si non Venus ipsa*.

28 *Teneræque propaginis agnûm*] Hanc lectionem sic purgatam sibi attribuit Pet. Victorius lib. XII Variar. lection. cap. 11, ubi etiam illud *digito attingere* illustrat. *Gronov.*

29 *Qua video*] Al. *quæ video*.

30 *Aufugit mi animus, &c.*] Observat Vossius Instit. Poëticar. lib 3 cap. 11. hoc epigramma esse è Græco versum, ac Catulum tantum pro Καλοῦ nomine, reposuisse *Theotimum*. Quod cum Gellius aut nesciret, aut non attenderet, ausus est Latinum hoc opponere Græcorum lepôti. *Ois.* Vossius nihil dicit de Gellii insciția. Sic illud *aut nesciret aut* est totum Oiselianæ indolis, aut voluit ex Scaligero petitum aliquid ostendere, sed tacito, ac Vossium nominare, ut contra Prousteus nominat solum Scaligerum.

Quid si non interdixem, ne illunc fugitivum
Mitteret ad se intro, sed magis ejiceret?
Ibimu' quæsitum. verùm, ne ipsi teneamur,
Formido. quid ago? da Venu' consilium.

gerum. Cæterum Scioppius annotavit *Offugit*, prout est & in Mem. & Lugdun. min. & mox *verbum ne ipsi ti teneamur*, quæ prior vox ita legebatur & in omnibus scriptis, illud *ti* quibusdam retinentibus, aliis rejicientibus, ut & istud *ne*. Quin etiam Scioppius *Porcii Licini* notavit, non *Licinii*. Gronov.

CAP. X.

Verba hæc, præter propter, *in usu vulgi prodita etiam Ennii fuisse.*

MEMINI me quondam, & [1] Celsinum Julianum Numidam ad Frontonem Cornelium, pedes tunc graviter ægrum, [2] ire & visere. [3] atque ibi, qui introducti sumus, offendimus eum cubantem [4] in scimpodio Græcienſi, circum undique sedentibus multis doctrina, aut genere, aut fortuna nobilibus viris. assistebant fabri ædium complures balneis novis moliendis adhibiti; ostendebantque depictas in membranulis varias species balnearum. ex quibus quum elegisset unam formam, [5] speciemque veris: interrogavit, quantus esset [6] pecuniæ conspectus, ad id totum

1 *Celsinum Julianum Numidam*] Non est, quod his appellationibus controversia referatur, quam nulla ejus temporis notitia instruit. Sed Mssti optimi sunt, qui negant hæc tria cognomina illi danda, exhibentes Reg. & Lugd. maj. *Julianum Idam*. Et cur igitur infra dicitur Julius Celsinus? prout jam quoque cap. 7 nominatus fuit. Apparet certe vocatum fuisse *Celsinum Julium Numidam*. Gronovius.

2 *Ire & visere*] Ita recte Stephanus ex MS. Regio aliisque, quum copulam vulgo omitterent: quod maluit tamen considerare aliter Scriverius, ut conjiceret *intervisere*. Sed frustra. Quin etiam doctissimus Juretus ad Symmachum lib. 4 epist. 15 istud *ire visere* ex editione vetere ostendit sibi magis placere. *Idem*.

3 *Atque ibi qui introducti sumus*] Vox tertia non exstat in Lugdun. maj. Quod ipsum quum in codice Regio ita etiam animadverteret Salmasius desiderari, suspicabatur legendum, *atque ubi introducti*. Idem.

4 *In scimpodio Græcienſi*] Scimpodion & κράβατον vel κράββατον omnibus paginis & præsertim lexicorum jactatur, ut vel lippis sit notum.

5 *Speciemque: interrogavit, &c.*] Ita magnus Salmasius alicubi ad Historiam Augustam pag. 338. hunc Gellii locum adducit, omisso τῷ *veris*, quod in quibusdam vett. edd. reperitur hoc modo: *speciemque veris; interrogavit*, &c. Quod omnino sensum turbat. De Balneis enim vernis à privato homine extruendis hic aliquid somniare, ut fecit olim Mosellanus, absurdum omnino videtur. Hiemalium quidem & Æstivarum thermarum in Veterum scriptis nonnunquam fit mentio, non tamen nisi à principibus viris exstructarum; Vernarum vero nusquam, quod sciam; & tamen si fieret, non ideo hæc verba *speciemque veris*, eo commode trahi possent, ut significarent Frontonem ex variis balnearum formis & speciebus, vernarum balnearum formam, speciemque elegisse. *Oisius*. Facile est insultare aliis; & præstaret ipsum protulisse aliquid boni. Quippe sic omittere integram vocem quis probet? Cur aurem omittit Lipsianum *operis* satis notum ex lib. 1 Elect. cap. 21? præsertim quum Stephanus quoque id ipsum expresserit. Libri vero scripti servant *veris*, nisi quod minor Lugdun. habeat *veneris*. Itaque scriptam lectionem revocavit pater, ut nescio quo tunc sensu, ita *operis* non bene concinnum est, ubi mox iteratur *totum opus*, etsi sequatur etiam Prousteus. Sed Pater quum cerneret in Mssis exstare *veris*, adscripsit postea sc. faciendis, & opponitur pictis. Hinc & ipse non potui ab eo discedere. *Gronovius*.

6 *Pecuniæ conspectus*] Pecuniæ conspectus, ut bene observat Salmasius loco citato, est διατίμησις, & summa pecuniæ, qua erat opus ad earum bal-

totum opus absolvendum? quumque architectus dixisset necessaria videri esse [7] sestertia fermè trecenta; unus ex amicis Frontonis, [8] Et præterpropter, inquit, alia quinquaginta. tum Fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearum sumtu instituerat, adspiciens ad eum amicum, qui dixerat quinquaginta esse alia opus præterpropter, quid hoc verbi esset, *præterpropter*, interrogavit? atque ille amicus, non meum, inquit, hoc verbum est, sed multorum hominum, quos loquentis id audias. quid autem id verbum significet, non ex me, sed ex grammatico quærendum est; ac simul digito demonstrat grammaticum, haud incelebri nomine Romæ docentem, sedentem. tum grammaticus usitati pervulgatique verbi obscuritate motus, Quærimus, inquit, quod honore quæstionis minimè dignum est. nam nescio quid hoc prænimis plebejum est, & in opificum sermonibus, quàm in hominum doctorum, notius. At enim Fronto, jam voce atque vultu intentiore, Itane, inquit, magister, dehonestum tibi [9] deculpatumque hoc verbum videtur, quo & M. Cato, & M. Varro, & pleraque ætas superior, ut necessario & Latino usi sunt? atque ibi Julius Celsinus admonuit in tragœdia quoque Ennii, quæ Iphigenia inscripta est, idipsum, de quo quærebatur, scriptum esse, & à grammaticis contaminari magis solitum, quàm enarrari. quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Ennii jubet. in ejus tragœdiæ choro inscriptos esse hos versus legimus:

[10] *Otio qui nescit uti, plus negoti habet,*
Quàm quum est negotium in negotio.
Nam cui quod agat institutum est; [11] *nullo negotio*
Id agit. studet ibi. mentem atque animum delectat suum.

[12] *Otio-*

nearum absolutionem. Eodem modo Græci σύνοψιν appellant. Glossæ Philoxeni: σύνοψις, *taxatio*. Sic eædem Glossæ *æstimatum* explicant τὴν σύνοψιν, ἤτοι ἐξαργυρισμὸν, ἤτοι διατίμησιν. Ois. At tamen MS. Reg. habet *pecuniæ sumtus*. Id quidem plane exprimit Lucas in Evangelio cap. 14. ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν. Attamen Lugdun. maj. *quantus esset espectus ad id totum*

7 *Sestertia ferme trecenta*] Hoc est, trecenta ferme millia sestertiûm, sive, trecenta millia nummûm; quæ efficiunt in monetâ Belgicâ Caroleos, sive Florenos 15000.

8 *Et præterpropter, inquit, alia quinquaginta*] Hoc est, circiter quinquaginta, plus minus quinquaginta, ut bene explicavit Salmasius. Quinquaginta autem sestertia valent Caroleos 2500.

9 *Deculpatumque verbum*] Hoc est, culpæ notis confixum, ut rejectitium, & damnatum. Vide Notas supra ad XVII, 2.

10 *Otio qui nescit uti, &c.*] Vossius in Castigationibus ad Fragmenta Veter. Tragicor. pag. 33 varia in his vulnera agnoscit, cujus restitutionem ideo apposuit Oiselius. Sed quum illic omnia gerantur satis licenter, & sine ulla venia codicum veterum, præstat illa ipsa ibi legi & cognosci, quam Gellio adsui, cui hactenus non prosunt.

11 *Nullo negotio id agit*] Mire corruptus locus. Nam Reg. & Lugdun. maj. habent *in illis negotium*, quod pro fide & reverentia istorum codicum oportet proxime accessisse ad veterem lectionem & Gellii manum. Memm. tamen & Perav. *in illo negotio*. Ex prioribus colligo scriptum olim fuisse *multus negotium Id agit*. Nota jam hæc ejus vocis commoditas & efficacia. *Gronov.*

12 *Otio-*

[12] *Otioso in otio animus nescit quid velit.*
[13] *Hoc idem est: neque domi nunc nos, nec militiæ sumus,*
[14] *Imus huc: hinc illuc; quum illuc ventum est, ire illinc lubet,*
Incertè errat animus. [15] *præterpropter vita vivitur.*

Hoc ubi lectum est; tum deinde Fronto ad grammaticum jam labentem, Audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse, *præterpropter*, & cum sententia quidem tali, quali severissimæ philosophorum esse objurgationes solent? petimus igitur dicas, quoniam de Enniano jam verbo quæritur, [16] qui sit notus hujusce versus sensus:

Incertè errat animus. præterpropter vita vivitur.

Et grammaticus sudans multum, ac rubens multum, quum id plerique prolixius riderent, exsurgit: & abiens, Tibi, inquit, Fronto, postea uni dicam, [17] ne inscitiores audiant, ac discant. atque ita omnes, relicta ibi quæstione verbi, consurreximus.

12 *Otioso in otio*] Ita legendum primus optime monuit J. Lipsius Antiq. Lect. lib. 4 cap. 4. cum male antea legeretur, *otioso initio*.

13 *Hoc idem est: neque domi*] Mssti libri auctiores, & literas quasdam interpositas habent. Reg. *Hoc idem esse*, & nota plurium literarum vel unius imposita postremæ. Lugdun. ut. Memm. *est em neque*. Petav. *est eumque domi*. Chifl. *hoc idem est. enim neque domi*. Id quod videtur veram plenamque lectionem exhibere. Hoc quod nunc nobis contingit, plane idem est, ut nempe nesciamus quid velimus, manere nempe hîc, an domum redire, aut ulterius pergere. Etenim ita agimus, ut neuter status nobis nunc adsit. Plane istud *enim* expressum in Brixiana. Scioppius: *Hoc idem est eni: neque domi nunc nos de milit*. Gronov.

14 *Imus huc, hinc illuc*] Ne id quidem pro vero amplecti licet, quum codicum optimus ignoret τὸ *huc*, habeatque *imus hunc illuc hinc cum illuc*. Plane patet fuisse vel transpositis vocibus: *Imus huc, illuc hinc, cum*. vel *imus hinc illuc; hinc, cum illuc ventum est; ire illuc lubet*. Nam & sic in fine habet Reg. Scioppius *illinc jubet*. Idem.

15 *Præter propter vita vivitur*] Germana hæc plane lectio, ut vult Salmasius ad Solinum pag. 879. pro quo perperam in Editionibus legebatur, *præter propter vitam vivitur*. Ois. Ita judicat Oiselius, etiam antea confessus eo modo se curavisse edendum. Neque nos restitimus, quum sint erudita & digna Salmasiano ingenio, quæ illic notata potes inspicere, si modo placuissent Gellio, cujus omnia vetera exemplaria, mihi nota, exhibent accusativum *vitam*, ut judice Salmasio dici debuerit non in editionibus modo perperam legi, sed etiam in Mssts. Sane Salmasius adscripsit suo exemplari *vita*, ac si ita viderit in MS. Regio; sed Bourdelotius, Lambecius ego fraterque legimus *Vitam*, ut in reliquis codicibus antiquis, quos vel nunc affero ad purgandam hanc editionem, vel alii editores afferre potuerunt, dum retinent quartum casum. Et quum utraque præpositio interdum instar adverbii, interdum ex proprietate sua usurpari soleat separatim, quidni & junctim? Prousteus exemplo Oiselii didicit se totum tradere Salmasio, atque etiam explicare prorsus lepide. *Gronov*.

16 *Qui sit notus*] Scioppius, *motus*, quod in pluribus exstat libris. *Gronov*.

17 *Ne inscitiores audiant*] Quod J. Gebhardus lib. 2 Ant. cap. 18 protulit ex MS. Pal. *rusticiores*, id integrum vidi in MS. Lincoln. Sed ignoratum omnibus aliis, quorum Regius etiam & Lugdun. uterq. habent *inscitores*. Mox etiam in Reg. legitur *aut si discant*, quasi vellet *ac sic discant*. Idem.

CAP. XI.

[1] *Ponit versus Platonis amatorios, quos admodum juvenis lusit, dum tragœdiis contendit.*

CE-

1 *Ponit versus Platonis*] Bene animadvertit Stephanus Titlographum hic minime sibi constare, sed com-

CELEBRANTUR duo isti Græci versiculi, multorumque hominum memoria dignantur, quod sint lepidissimi, & venustissimæ brevitatis. neque adeo pauci sunt veteres scriptores, [2] qui eos Platonis esse philosophi affirmant; quibus ille adolescens luserit, quum [3] tragœdiis quoque eodem tempore faciendis præluderet.

Τὴν ψυχὴν, Ἀγάθωνα φιλῶν, [4] ὀπὶ χείλεσιν εἶχον.
Ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη [a].

Hoc distichon amicus meus οὐκ ἄμουσος [b] adolescens in pluris versiculos licentiùs liberiúsque vertit. qui quoniam mihi quidem visi sunt non esse memoratu indigni, subdidi:

[5] *Dum* [6] *semihulco savio.*
Meum puellum savior,
Dulcemque florem spiritus
Duco ex aperto tramite;
[7] *Animula ægra & saucia*
Cucurrit ad labias mihi,
[8] *Rictumque in oris pervium,*

Et

a *Osculans Agathonem, animam in labris tenebam,*
Ægra etenim venit tanquam transitura.
b *A Musis non alienus.*

commentum suum detegere; cum hæc non itidem, ut in aliis pleriſque titulis legimus, ex Gellii persona dicantur, sed tanquam à quopiam, qui de Gellio loquatur. *Oiſ.* An igitur verbum *ponit* non potest aut non debet referri ad τὸ *caput?*

2 *Qui eos Platonis esse Philosophi affirmant*] Quorum sententiam etiam sequitur Diogenes Laërtius in Platone; ubi hæc, aliaque epigrammata amatoria à Platone conscripta, in medium adfert.

3 *Tragœdiis faciendis præluderet*] In posteriore verbo nulla est varietas notata ex scriptis, nec à me visa. Itaque & pater de Lugdunensibus adscripsit [Sic uterque] de quo aperuit sententiam ad Senecæ Herculem Fur. ỽſ. 222. Verum in Reg. est *quidem eos Platonis*, Lugd. maj. *quid eos:* item *quoque eodemque*, ubi Petav. *eodem quoque*, Lincoln. *eo quoque tempore.* Gronov.

4 Ἐπὶ χείλεσιν ἶχον] De hujusmodi amantum deliciis Theocrit. Oariſt.

Αἴθ' αὐτὰν δυνάμαν καὶ τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν.

Id est:

Utinam possem ipsam etiam animam adjicere. Oiſ. Ita multis aliis voluit priscam hanc amœnitatem cavere, ne hodie ignota esset, quum nimis multi eadem collegerint & jam anteceſſerit doctissimus Mercerus ad Aristænetum lib. 2 epist. 19 appositio etiam ipso Achillis Tatii loco.

5 *Dum semihulco savio*] Scaliger in Catalect. Vet. Poëtar. *Dum semihulco basio.* Scriverius in suo Codice: *Dum semihiulco suavio.* Oiſ. Brixia dedit *semhiulco*, quod plurimæ editiones retinent; demum Gryphiana anni 1539 *semihulco.* Sed admodum prave in Reg. *idem ipse mihi vicos avio.* unde tamen veritas interlucet. Lugd. maj. *dempse mihi vicos avio.* Cæterum progreditur Regius *meo puellum*, non *meum.*

6 *Semihulco savio*] Ut apud Catullum in Epithalamio *Semihiante labello.* Hoc est, quod Petronius de ejusmodi osculum dante, ait, *commovebat valgiter labra.* Exprimit & Lucian. ἑταῖρ. διαλ. ubi Læna inquit: Ἐ φίλει με τὸ πρῶτον, ὥσπερ οἱ ἄνδρες, οὐκ αὐτὰ μόνον προσαρμόζουσι τὰ χείλη, ἀλλ' ὑπανοίγουσι τὸ στόμα. Id est, *Osculabantur me primo, perinde atque viri solent, non ipsa modo labia applicantes sed os quoque subaperientes.*

7 *Animula ægra & saucia*] Scalig. & vett. edd. *Anima tunc ægra & saucia.* Scriverius: *Anima intus ægra & saucia.* Oiſ. Mſti libri nihil nisi *Anïma ægra & saucia Currit.* Forsan interlapsa litera *à* pro *Accurrit.* Certe *Anima* notavit & Scioppius, ut mox *Vbi transiliret.*

8 *Rictumque in oris pervium*] Scalig. & Scriver. *Orisque rictum pervium.*

9 *Fuisset*

Et labra pueri mollia,
Rimata itineri transitus,
Ut transiliret, nititur.
Tum si moræ quid pluscula
9 *Fuisset in cœtu osculi;*
Amoris igni percita
Transisset, & me linqueret:
10 *Et mira prorsum res foret,*
Ut ad me fierem mortuus,
Ad puerum intus viverem.

9 *Fuisset in cœtu osculi*] Sic Vet. Ed. Scal. & Scriver. *Fuisset in coïtu osculi.* Sed *cœtu*, antique scriptum pro *coïtu*.

10 *Et mira prorsus res foret &c.*] Ita & Scaliger: Scriverius autem, cum in veteribus Codd. legatur:

Et mira prorsus res maneret ut ad me fierem
Mortuus, ad puerum intus viverem,

Ex vestigiis hujus scripturæ, sic hosce versus restituendos censebat:

Et mira prorsum res, forem
Manente apud me mortuus,
Ad puerum eunte viverem.

De animâ suâ scilicet, ita loquitur Amator; quâ apud se manente se mori dicit, ad amasium vero transeunte, se demum vivere. *Oisius.* Omnino libri veteres constanter *res moneret* vel *moveret*. Sed illud Stephani *at intus* nuspiam, unde nec in hac editione tolerare potui.

CAP. XII.

Dissertatio Herodis Attici super vi & natura doloris, suæque opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores præcidit.

HERODEM Atticum consularem virum Athenis differentem audivi Græca oratione; in qua ferè [1] omnis memoriæ nostræ universos gravitate, atque copia, & elegantia vocum longè præstitit. disseruit autem [2] contra ἀπάθειαν Stoïcorum, lacessitus à quodam Stoïco, tamquam minus sapienter & parum viriliter dolorem ferret ex morte pueri, quem amaverat. In ea dissertione, quantulum memini, hujuscemodi sensus est: quod nullus usquam homo, qui secundùm naturam sentiret & saperet, affectionibus istis animi, quas πάθη appellabat, ægritudinis, cupiditatis, timoris, iræ, voluptatis, carere [3] & vacare totis posset,

1 *Omnis memoriæ nostræ universos*] *Omnes* legitur in Lugdun. maj. & Lincoln. Hinc putabat Pater habendum *homines*. Gronov.

2 *Contra ἀπάθειαν Stoicorum*] Nihil vulgatius in Veterum scriptis hoc Stoicorum decreto: Sapientem Apathem, & Imperturbabilem esse, affectibusque non commoveri. Quomodo autem ex Stoicorum mente intelligendum, uberius explicat J. Lipsius Manuduct. ad Stoic. Philosoph. lib. 3 c. 7.

3 *Et vacare totis posset, & omnino non dolere; atque, &c.*] Ita Vett. Codd. In Stephanica Editione, aliisque nonnullis est, *& vacare totus posset; atque, &c.* omissis verbis intermediis. *Oisius.* At Mssti *& vacare totius posset & rhetor* (al. *posset rhetor*) *non dolore*. Scioppius annotat *totius posset rhetoris non dolere:* sicut mox pro verbis *plurimum imperio* apposuit

set, & omnino non dolere; atque, si posset etiam obniti, ut totis careret, non ex re id melius, quoniam langueret animus & torperet, affectionum quarumdam adminiculis, ut necessario plurimum imperio, privatus. dicebat enim sensus istos, motusque animi, qui quum immoderatiores sunt, vitia fiunt, innexos implicatosque esse vigoribus quibusdam mentium & alacritatibus; ac propterea, si omnino omnis eos imperitius convellamus, periculum esse, ne eis adhærentes, bonas quoque & utiles animi indoles amittamus. moderandos esse igitur, & scitè consideratéque purgandos censebat, ut ea tantùm, quæ aliena sunt, contraque naturam videntur, & cum pernicie agnata sunt, detrahantur; ne profectò id accidat, quod cuipiam Thraco insipienti & rudi, in agro, quem emerat, procurando, venisse usu fabula est: Homo Thracus, inquit, ex ultimâ Barbariâ, ruris colendi insolens, quum in terras cultioris, humanioris vitæ cupidine, commigrasset, fundum mercatus est, [4] oleo atque vino constitutum. qui nihil admodum super vite aut arbore colenda sciret, videt fortè vicinum rubos latè atque altè obortas excidentem, fraxinos ad summum prope verticem deputantem, suboles vitium è radicibus caudicum super terram fusas revellentem, stolones in pomis aut in oleis proceros [5] atque decretos amputantem: acceditque propè, & cur tantam [6] ligni atque frondium cædem faceret, percunctatus est. & vicinus ita respondit; Ut ager, inquit, mundus purusque fiat, ejus arbor atque vitis fecundior. Discedit ille à vicino gratias agens, & lætus, tamquam adeptus rei rusticæ disciplinam. tum falcem ibi ac securim capit; atque ibi homo miser imperitus vites suas sibi omnes & oleas detruncat; comasque arborum lætissimas, uberrimosque

posuit *plurum periret*, quod in plerisque scriptis est. Sed in loco perdito non mihi satisfacio.

4 *Oleo atque vino constitutum*] Recte ita repetivit Stephanus ex Msstis, pro quo inceperat edi *consitum*, sed ex nimia licentia. Pater tamen aliquando cogitavit *convestitum*. Gronov.

5 *Atque decretos amputantem*] Ita edidit Stephanus. In vett. edd. est, *atque decerptos amputantem*. Quod sensum non admittit, nisi legas, *neque decerptos amputantem*. Cod. Tornæs. habet, *decertos*, unde alii faciunt *desertos*; & Stephanus inde fecit *decretos*. Quod hoc loco debet esse à *decresco*; sed quomodo in vulgari significatione hîc locum habere possit, non video. Nisi forte quis putaverit *decretos* hic significare *excretos*, ab *excrescendo*. Nam hoc modo stolones proceros atque excretos amputare, optime dici potest. Aliquis etiam forte hariolabitur *decretos* hic esse positum, pro, *parvos*, *sive non adeo altos*. Ut Gellius dicat, vicinum istum tam proceros, quam parvos stolones amputasse. Ego tamen malim legere, *excretos*, hoc est, enatos. *Oisi*. Ecce præclaram copiam fructuum, ex quibus nullo uti licet; nisi quod ex postremo hoc videtur Proustetas interpretationem ponere [inutiles surculos magnos & excrescentes ad pomos & oleas arbores] Credis? Pater cogitavit *detortos*. Sed vetus scripta lectio est *decertos*, nunc explanata per singulas literas, modo per compendium *dectos*, ita ut supra literam c positum sit circumflexi instar, ut exstat in Lincoln. *Gronov*.

6 *Ligni atque frondium cædem*] Imitatus Apuleius lib. III Milesiorum de capillis, quos dicit cæde cultrorum desectos, ubi notavit hunc locum Pricæus. Mox Pater legebat *Ei vicinus*. Gronov.

7 *Fru-*

que vitium palmites decîdit, & [7] frutecta atque virgulta simul omnia, pomis frugibusque gignendis felicia, cum sentibus & rubis, purificandi agri gratiâ, convellit; mala mercede doctus audaciam, fiduciamque peccandi imitatione falsa eruditus. Sic, inquit, isti apathiæ sectatores, qui videri se esse tranquillos, & intrepidos, & immobiles volunt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil irascuntur, nihil gaudent; omnibus [8] vehementioris animi officiis amputatis, [9] in corpore ignavæ & quasi enervatæ vitæ consenescunt.

7 *Frutecta atque virgulta*] Quæ hîc notaverat Oiselius, erant sumta partim ex Salmasii Plinianis Exercitationibus, partim ex Etymologico Vossii, inde scies loca poni pro ipsis fruticibus, & quomodo hæ voces dicantur. *Gronov.*

8 *Vehementioris*] Vett. Edd. *vehementioribus.*

9 *In corpore ignavæ*] Scribe cum Lipsio in Not. ad Taciti German. *in torpore ignavæ*, &c. *Ois.* Adscripsit & Scioppius [Malim: *torpore.*]

CAP. XIII.

Quos pumiliones *dicimus, Græcè* νάνους *appellari.*

[1] STABANT forte unà in vestibulo Palatii fabulantes Fronto Cornelius, & [2] Festus Postumius, & Apollinaris Sulpicius. atque ego ibi assistens, cum quibusdam aliis, sermones eorum, quos de literarum disciplinis habebant, curiosius captabam. tum Fronto Apollinari, Fac me, inquit, oro, magister, ut sim certus, an rectè supersederim *nanos* dicere, parvâ nimis staturâ homines, maluerimque eos [3] *pumiliones* appellare? quoniam hoc scriptum esse in libris veterum memineram: *nanos* autem sordidum esse verbum & barbarum credebam. Est quidem hoc, inquit Apollinaris, in consuetudine imperiti vulgi frequens, sed barbarum non est, censeturque linguæ Græcæ origine; [4] νάνους enim Græci vocaverunt brevi atque humili corpore homines paulùm supra terram exstantes. idque ita dixerunt, adhibita quadam ratione etymologiæ cum sententia vocabuli competente; &, si memoria, inquit, mihi non labat, scriptum hoc est in comœdia Aristophanis, cui nomen est [5] Ἀ'κλαὴς. Fuis-

1 *Stabant forte unà in vestibulo Palatii*] Salutandi proculdubio Cæsaris gratiâ; ut infra lib. 20 cap. 1.

2 *Festus Postumius*] Barthius Adversar. 2. cap. 3. arbitratur hunc Postumium Festum eundem esse, cujus de Verborum significatione libros aliquos habemus, & qui vulgo Sextus Pompejus Festus vocatur. pro quo ille rescribendum putat *Postumius Festus*, ut hîc apud Gellium legitur. Sed cum nullo plane fundamento id fiat, satius Barthius ista conjecturâ supersedisset.

3 *Pumiliones*] Videndus in Etymologico Vossius, quem descriptum hîc videre nihil attinet. *Gronov.*

4 Νάνους *olim Græci vocaverunt*] Faciunt huc illa Aristotelis lib. 5. Histor. Animal. cap. 24, ubi scribit, Οἱ δὲ καλούμενοι γίννοι, γίνονται ἐξ ἵππου, ὅταν νοσήσῃ ὑπὸ τῆς κυήσεως, ὥσπερ ὑπὸ τοῖς ἀνθρώποις οἱ νάνοι, ὑπὸ δὲ τοῖς ὑσὶ τὰ μεταχοιρα· καὶ ἔχει δὲ, ὥσπερ οἱ νάνοι, ὁ γίννος τὸ αἰδοῖον μέγα. Idem Aristoteles in Problematis Sect. x. Probl. xiv. quærit, quam ob causam nani ac pygmæi fiant?

5 Ἀ'κλαὴς] Ita Vett. Codd. quod comœdiæ nomen merito quibusdam suspectum est; unde & malunt Ἀ'κλαιης, quasi dicas, *Minime plorans.* In Steph. Ed. est Ἀ'καλὶς. Nusquam tamen alibi Veteres inter Aristophanis comœdias alterutro nomine

Fuisset autem verbum hoc à te civitate donatum, aut in Latinam coloniam deductum, si tu eo uti dignatus fores, essetque id impendio probabilius, quàm quæ à [6] Laberio ignobilia nimis & sordentia in usum linguæ Latinæ intromissa sunt. Tum Festus Postumius grammatico cuipiam Latino, Frontonis familiari, Docuit, inquit, nos Apollinaris, *nanos* verbum Græcum esse. tu nos doce, in quo de mulis, aut equuleis humilioribus vulgò dicitur, anne Latinum sit? & apud quem scriptum reperiatur? Atque ille grammaticus, homo sanè perquam in noscendis veteribus scriptis exercitus, Si piaculum, inquit, non committitur præsente Apollinare, quid de voce ullâ Græcâ Latinâve sentiam, dicere; audeo tibi, Feste, quærenti respondere, esse hoc verbum Latinum, scriptumque inveniri in poëmatis [7] Helvii Cinnæ non ignobilis, neque indocti poëtæ, versusque ejus ipsos dixit; quos, quoniam memoriæ mihi fortè aderant, adscripsi:

At nunc me [8] geniana per salicta
[9] Binis rheda rapit citata nanis.

quandam referunt. *Ois.* In Petav. clare fuit ακαλος, quum Brixiæ ediderint ἀκλαιης, etsi minime plorantem quoque intelligant. Verum in Salmasiano exemplari adscribitur [In Γερήνη habes ναννοφυής. Sed omnino leg. κωκαλος.]

6 *Laberio*] Supra lib. 16 c. 7. Auctor noster notavit Laberium *nanum* pro *pumilione* dixisse.

7 *Helvii Cinnæ*] Cujus & meminit Gellius hujus libri cap. 9. *Ois.* Sed magis hoc nomen turbatur in antiquioribus libris, quam recentibus. Nam in Lugdun. min. scribitur *helvici inae*, quod valde appropinquat; in Lincoln. *helinici videri ne non ignob.* nescio unde tot literis interpositis; verum in maj. Lugd. *helvicis*, in Reg. *helvicii*.

8 *Geniana per salicta*] Ita Stephanus edidit. In vulgatis erat, *genii nana per salicta*. Unde Dausquius in Orthograp. nov. & antiq. Vol. 2. faciebat, *genuina per salicta*. Barthius vero Adversar. lib. 4 cap. 10. reponit, *geniata*, id est, Genio quopiam habitata. ut ipse quoque apud Statium Papinium reposuit, *moles geniata*, de Colosso Domitiani, cujus Genio locum subditum Statius laborare dicit. Putat tamen in Cinnæ verbis aliquid hic proprii nominis latere. Sed in quo eruendo frustra laboretur. Quod tamen non deterruit Vossium, quo minus in Etymologico hoc loco legendum censeret: *Genusina per salicta*, vel, *Bebiana per salicta*. quia *Genusini* ac *Bebiani* (qui in quibusdam Frontini Codd. *Veviani* vocantur.) Apuliæ populi sunt Plinio lib. 3. Histor. Natural. cap. 6. *Ois.* Quis hinc alius exitus, nisi quam proxime adhærere optimis Msltis, quos expresserunt accurate hactenus priscæ editiones? quibus tamen ne Scaliger quidem abstinet impingere crimen ineptiæ, dum edunt *geninana*, ut suum *geniana* offerat. Vide tamen eum ad Varron. R. R. pag. 246. Sed ita habeas. Reg. *genumana*. Sic & Lugd. maj. & Mem. & Petav. quod etiam notavit Scioppius, at Lugd. min. *genumana*, *genummana* Lincoln. Nec video, quid his junctius sit, quam *Cenumana*? In Gallica regione Gallico etiam curru utitur. *Gronov.*

9 *Binis*] Alii libri, *Bigis* legunt.

CAP. XIV.

Contemporaneos fuisse Cæsari & Ciceroni M. Varronem & P. Nigidium, ætatis suæ doctissimos Romanos, & quòd Nigidii commentationes propter earum obscuritatem, subtilitatemque in vulgus non exeunt.

ÆTAS

ÆTAS M. Ciceronis & C. Cæsaris præstanti facundia [1] viros paucos habuit: doctrinarum autem multiformium, variarumque artium, quibus humanitas erudita est, columina habuit M. Varronem, & P. Nigidium. Sed Varronis quidem monumenta rerum ac disciplinarum, quæ per literas condidit, in propatulo frequentique usu feruntur. Nigidianæ autem commentationes non proinde in vulgus exeunt; & obscuritas [2] subtilitasque earum, tamquam parum utilis, derelicta est. sicuti sunt, quæ paulò ante legimus in commentariis ejus, quos grammaticos inscripsit; ex quibus quædam ad demonstrandum scripturæ genus exempli gratiâ sumsi. nam, quum de natura atque ordine literarum differeret, quas grammatici vocales appellant; verba hæc scripsit, quæ reliquimus inenarrata ad exercendam legentium intentionem. [3] *A & O semper principes sunt: I & U semper subditæ. E & subit & præit. in Euripo præit; subit in Æmilio. si quis putat præire, U, in his verbis, Valerius, Vennonius, Volusius: aut I in his, jampridem, jecur, jocum, jucundum; errabit; quod hæ literæ, quum præeunt, ne vocales quidem sunt.* Item ex eodem libro verba hæc sunt: [4] *Inter literam N & G est alia vis: ut in nomine anguis, & [5] angaria, & ancoræ, & increpat, & incurrit, & ingenuus. in omnibus enim his non verum N, sed adulterinum ponitur. Nam, N, non esse, lingua indicio est. nam si ea litera esset, lingua palatum tangeret.* Alio deinde in loco ita scriptum: [6] *Græcos non tantæ insciliæ arcesso, qui Ou, ex O & Y scripserunt, quantæ, qui Ei, ex E & I. illud enim inopiâ fecerunt; hoc nulla re subacti.*

1 *Viros paucos habuit*] Et quæ igitur plures? Hinc pater aliquando conjecit *Viros non pauc.* sive *haud pauc.* per similitudinem imminutis literis. *Gronov.*

2 *Subtilitasque*] Scioppius annotavit *sublimitasque*, quod nuspiam mihi occurrit. In Salmasiano exemplari est qui adscripsit: [γρ. *tanquam*, ut al. ed. & v.c.] Editum enim erat in Stephaniana *tandem* contra omnem vetustatis fidem, unde editiones Batavæ ab eo recesserunt prioribus recte adhærentes. Prousteus tamen retinuit *tandem*, quod ne quidem convenit, ut opiner in Stephano typorum aberrationem. *Idem.*

3 *A & O semper principes sunt, &c.*] Non adeo difficilis hic Nigidii locus. Nam de diphthongis Nigidium loqui, satis manifestum.

4 *Inter literam N & G est alia vis, &c.*] De hoc medio sono inter N & G, quem Nigidius hoc loco per N adulterinum fieri dicit, vide quæ differit Vossius lib. 1. de Art. Gram. cap. 20. Nostri enim non est hisce diutius immorari. *Oisius.* Ubi etiam citat locum Prisciani, prout poterat, & hinc appellationem illius adulterinæ literæ non novit, quam ex MS. reparavi in tertia Dissertat. Epistol. ad Livium pag. 20. *Gronov.*

5 *Angaria*] Regius novit solummodo *angari.* Sic & uterque Lugdun. Mem. Petav. *Gronov.*

6 *Græcos non tantæ insciliæ arcesso*] Ad hæc verba annotavit Pater Rutgersium lib. 3 Var. cap. 16 pag. 293, (ubi videbis hunc locum explicari ex vero contra Lipsium) & Reinesium lib. 3 Var. cap. 7 pag. 473, ubi notat inter Græcorum literas recensuisse Ou. Interim Reg. *Græcos notatæ insciliæ arc.* & vox *quantæ* nulla apparet. *Gronov.*

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM COMMENTARIUS.

LIBER VIGESIMUS.

CAPUT I.

Disceptatio Sex. Cæcilii jureconsulti & Favorini philosophi de legibus duodecim Tabularum.

SEXTUS Cæcilius, in disciplinâ juris,[2] atque in legibus populi Romani noscendis interpretandisque, scientia, usu, auctoritateque illustri fuit. ad eum fortè in areâ Palatinâ, quum salutationem Cæsaris opperiremur, philosophus Favorinus accessit, colloquutusque est, nobis multisque aliis præsentibus. In illis tunc eorum sermonibus orta mentio est legum Decemviralium, quas Decemviri, ejus rei gratiâ à populo creati, composuerunt,[3] inque duodecim Tabulas conscripserunt. Eas leges quum[3] Sex. Cæcilius,[4] inquisitis exploratisque multarum urbium legibus, eleganti atque absoluta brevitate verborum scriptas diceret:[5] Sit, inquit, hoc, Favorinus, in pleraque earum legum parte, ita uti dicis. non enim minus cupidè Tabulas istas duodecim legi, quam illos decem libros Platonis

1 *Sextus Cæcilius*] De quo inquirendi hinc occasionem sumit Cl. Menagius cap. 23. Amœnitatum juris. *Gronov.*

2 *Atque in legibus*] Ita quoque hunc locum supplevi in MS. Regio, & Lugd. maj. prout perpetuus Gellii stylus est, idque exigit. *Idem.*

3 *Inque duodecim Tabulas conscripserunt*] Ita Cod. Torn. & vett. edd. In Stephan. ed. est: *composuerunt in* XII. *Tabulas.* Oiſ. Hoc modo aut crimine citabitur absurdus Stephanus, qui contra codicem Tornæs. tam multas literas *que conscripserunt* sustinuerit omittere. Sed non ita est. Scias igitur τὸ *que* in Reg. Lugd. ut. Petav. Lincoln. non exstare. Id quum animadverteret Stephanus, putavit supervacuum esse verbum quoque istud. Secuta fuit Stephanum editio Batava anni 1614. Pater maluit veterum editionum rationem præferre. Stephanus placuit Prousteo. Nec expedias facilius, quam si probes, quod Lambecius adscripsit margini ad vocem *inque* subnotatam [c: *& in*] quasi codex Reg. haberet ita, quod nos aliique supersedimus annotare: quia certe nimium est istud Stephani. *Gronovius.*

4 *Inquisitis exploratisque multarum legum Civitatibus*] E variis enim locis & civitatibus Græcis, non Græciæ modo, verum quæ & in Italiâ erant, petitæ Leges XII. Tabularum. Sic enim suaserat T. Romilius in Senatu, cujus verba referuntur à Dionysio Halicarnassco lib. 10. Quod ita etiam factum postea narrat idem Dionysius libro eodem. Idem tradit Livius lib. 3. *Missi Legati Athenas, jussique inclytas leges Solonis scribere, & aliarum Græciæ civitatum instituta, mores, juraque noscere.* Atque hoc modo capiendus Tacitus Annal. lib. 3. ubi scribit: *Creati Decemviri, & accitis quæ usquam egregia, compositæ* XII. *Tabulæ.*

5 *Sit hoc inquit Favor.*] Nescio cur hæc ita trajecerit Stephanus, quum edant priores *sit inquit hoc Favor.* quod & tuentur MSS. nisi quod corrupte exhibeant *sed* in prima voce, vel *sic*, ut Brixiana.

Gellius

nis de Legibus. sed quædam istic esse animadvertuntur aut [6]obscurissima, aut dura; aut lenia contrà nimis & remissa; aut nequaquam ita, ut scriptum est, consistentia. Obscuritates, inquit Sex. Cæcilius, non assignemus culpæ scribentium, sed inscientiæ non assequentium. quamquam hi quoque ipsi, qui quæ scripta sunt minus percipiunt, culpâ vacant. nam longa ætas verba atque mores veteres obliteravit, quibus verbis moribusque sententia legum comprehensa est. [7] Trecentesimo quoque anno post Romam conditam Tabulæ compositæ scriptæque sunt. à quo tempore, ad hunc diem, anni esse non longè minus septingenti videntur. Durè autem scriptum esse in istis legibus quid existimari potest? nisi duram esse legem putas, quæ judicem arbitrumve jure datum, qui ob rem [8] dicendam pecuniam accepisse convictus est, [9] capite pœnitur: aut quæ [10] furem manifestum ei, cui furtum factum est, in servitutem tradit; nocturnum autem [11] furem jus occidendi tribuit.

Gellius autem studiosè amat hæc interrumpere, ut non dubitaverim antiquum reponere. *Gronov.*

6 *Obscurissima aut dura; aut lenia contra nimis*] Hic ordo verborum totus est ab Stephano, quum priores ederent *obscurissima aut levia*: *contra dura nimis*, nescio unde; nam in Mstis legitur *obscurissima aut levia contra nimis*, adeo ut vox *dura* appareat nuspiam. Est vero molestum in ista Stephanica digestione, quod *obscurissima* dicantur in superlativo, quum de his mox vel minimum sequatur, & longe amplius disceptetur de aliis qualitatibus; quæ in positivo dictæ sunt. Hinc patet aliquid iniquum & alienum a Gellii manu; quod in eo colligebam consistere & ex eo ortum esse, quum versus finivisset in *obscu-* & hinc sequens debuisset incipere *ra aut durissima*, septem primores literæ prætermissæ fuerint, & sic exstiterint *obscurissima*, quæ non quadrabant; *durissima* necessaria intercideriint. Lego enim: *Sed quædam istic esse animadvertuntur aut obscura aut durissima, aut lenia contra nimis.* Forsan aliqui vetus codex etiamnum latens nos instruet. *Gronov.*

7 *Trecentesimo quoque anno post Romam conditam*] Forte, *Trecentesimo quippe anno &c.* Anno autem trecentesimo & altero, quam Roma condita erat, Leges XII. Tabularum à Decemviris compositas tradit Livius lib 3. Vide 17. 21. *Ois.* Quoniam tale quid requiri videbatur, ideo jam Brixiana cum Aldo mutaverunt in *trecentesimo namque*, idque retinuit Badius, uterque Gryphius, ut mirer ab Oiselio id non produci. Stephanus demum edidit *quoque* omnino ex MSS. Reg. Lugdun. utr. Mem. Chis. Pet. Lincoln. Itaque Pater adscripsit pro voce *quoque* subnotata III°*que* Gr. Nec scio quem significet. Sed & perrexit annotare ad vocem, quam & Lambecius obelo notavit, & quis non subduxit? mox sequentem *septingenti*. [Ergo ista dissertatio anno V.C. habita millesimo. Scr.] His subjecit: [Falsum. ergo sexcenti Gr.] Hæc nisi fallor sunt brevia & talia; ut quod sequebatur Oiselianum, tuto potuerit omitti. Dicit enim eadem. Sed videtur tamen Gellius prætulisse rotundum centenarium, illis qui excedunt annis non numeratis. Patens est hæc chronologia. Attamen quasi occultum mendum foret, satagit Prousteus in eo producendo & sanando, sed transfaticie. *Gronov.*

8. *Dicendam*] Hotomannus ad Leg. XII. Tabul. legendum putat, *judicandam*, Alii, *disceptandam.* Ois. Hoc posterius est Marcilii ad XII. Tabulas pag. 47. *Judicandam* adscripsit & Scioppius & Pater. Et certe sic meminimus editum XIX, 8. *dicat*, ubi codices optimos habere monui *indicat*, iisdem fere literis intermissis. *Gronov.*

9 *Capite pœnitur*] Al. *capite punit.* Capitis quidem pœnam in desuetudinem postea abiisse, satis constat ex Juris nostri libris, ubi ex Edictis Prætorum Judex, qui dolo malo perperam & inique judicaverit, dicitur litem suam facere, hoc est, si evidens arguatur ejus vel gratia, vel inimicitia, vel sordes.

10 *Furem manifestum*] Huc faciunt quæ supra notata ad lib. XI. cap. 18. ubi etiam de nocturno fure.

11 *Furem jus occidenti trib.*] Hæc est gregariorum codicum scriptura, quam avide editores admiserunt, ut quæ bene intelligeretur. Sed ut esse Gellianam manum vix credas, facit ipsa illa confusio perplexa ipsarum vocum, etsi eâ forsan interdum

buit. dic enim, quæso, dic, vir [12] sapientiæ studiosissime, [13] an aut judicis illius perfidiam [14] contra omnia jura, divina atque humana, jusjurandum suum pecuniâ vendentis, aut furis manifesti intolerandam audaciam, aut nocturni grassatoris insidiosam violentiam, non dignam esse capitis pœnâ existimes? Noli, inquit Favorinus, ex me quærere, quid ego existimem. scis enim solitum esse me [15] pro disciplina sectæ, quam colo, inquirere potiùs, quàm decernere. sed non levis existimator, neque aspernabilis est populus Romanus; cui delicta quidem isthæc vindicanda, [16] pœnæ tamen hujuscemodi nimis duræ esse visæ sunt. passus enim est leges istas de tam immodico supplicio, [17] situ atque senio emori. sicut illud quoque, [18] non humaniter scriptum, improbavit; quod si homo in jus vocatus, morbo aut ætate æger, ad ingrediendum invalidus est, arcera non sternitur: sed ipse aufertur, & jumento imponitur, atque ex domo sua ad Prætorem in Comitium novâ funeris facie effertur. quam enim ob causam morbo affectus, & ad [19] respondendum pro sese non idoneus, jumento adhærens in jus adversario deportatur? Quod verò dixi, videri quædam esse impendio molliora: nonnè tibi quoque videtur nimis esse dilutum, quod ita de injuriâ pœniendâ scriptum est: [20] SI. INIVRIAM. FAXIT. ALTERI. VIGINTI. QVINQVE. ÆRIS. POENÆ. SVNTO. quis enim erit tam inops, quem ab injuriæ faciendæ lubidine vigintiquinque asses deterreant? itaque quum eam

non abstineat Gellius. Itaque convincat vetustas. Nam Reg. & Lugdun. maj. *furem jure incidendi trib.* min. *jus occidenti.* Gronov.

12 *Sapientiæ studiosissime*] Quasi Græce diceres, Φιλοσοφώτατε.

13 *An aut judicis illius perfidiam, &c*] Ad hanc mentem Cicero lib. 4. in Verrem dixerat: *Non flagitiosum tantum, sed omnium etiam turpissimum, maximeque nefarium mihi videtur, ob rem judicandam pecuniam accipere, precio habere addictam fidem & religionem.*

14 *Contra omnia jura*] Vox postrema abest ab Reg. & Lugd. maj. qui uterque codex etiam mox habet *jusjurandum sua pecunia.* Gronov.

15 *Pro disciplina sectæ*] Erat quippe Favorinus Academicus. Vide XI, 5.

16 *Pœnæ tamen hujuscemodi*] Ita merito restituit Pater, quod ab Brixia jam editum mutavit Aldus in *hujusinodi*, sequentibus Gryphiis aliisque, etiam Stephano, quem æmulatus Prousteus præter fas, quum & ipse Regius, & duo Lugdun. & Mem. ac Chif. servent *hujuscemodi*, idque adscripsit etiam Scioppius, ut posthac de eo ne ambigatur. *Gronovius.*

17 *Situ atque senio emori*] Sic supra lib. 2. cap. 24. Auctor noster: *Legibus istis situ atque senio obliteratis.*

18 *Non humaniter scriptum improbavit.*] Reg. *inhumaniter scriptum improbitavit.* quem in postremo verbo approbat Lugdun. maj. *Gronov.*

19 *Respondendum pro sese*] Scioppius notavit *proesse.* Gronov.

20 SI. INJURIAM. FAXIT. ALTERI. *&c.*] Vide supra XVI, 10. & iis adde, quæ apud Pariatorem Leg. Mosaicar. & Roman. tit. v. Paulus paucis immutatis quasi ex Leg. XII. Tab. adducit. *Injuriarum actio aut legitima est aut honoraria. Legitima ex lege duodecim Tabularum:* QUI. INJURIAM. ALTERI. FACIT. QUINQUE. ET. VIGINTI. SESTERTIORUM. POENAM. SUBIT. Ubi, auctis quippe civium Roman. facultatibus, computatio fit ad *sestertium*, quæ prius ex Leg. XII. Tabul. ad *assem* fieri solebat. *Oiſ.* Ubi primum Pithæus monet ex veteribus libris legendum *ab injuriæ faciendæ libidine*, ut restituit Stephanus, quum ederent *ab injuria facienda.* Adscripsit & Scioppius [Festus: *Viginti quinque pœnæ significat 25. asses.*

21 *Palmâ*

eam legem Q. Labeo quoque veſter in libris, quos ad duodecim Tabulas conſcripſit, non probaret; Quidam, inquit, Lucius Veratius fuit, egregiè homo improbus atque immani vecordiâ. is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus ſuæ [21] palmâ verberare. eum ſervus ſequebatur, [22] crumenam plenam aſſium portitans: [23] &, quemcunque depalmaverat, numerari ſtatim ſecundùm duodecim Tabulas, [24] quinque & viginti aſſes jubebat. propterea, inquit, Prætores poſteà hanc aboleſcere & relinqui cenſuerunt, injuriiſque æſtimandis [25] recuperatores ſe daturos edixerunt. Nonnulla autem in iſtis legibus nec conſiſtere quidem, ſicuti dixi, viſa ſunt, velut illa lex talionis: cujus verba, niſi memoria me fallit, hæc ſunt: [26] SI. MEMBRVM. RVPIT. NI. CVM EO. PACIT. TALIO. ESTO. præter enim ulciſcendi acerbitatem, ne procedere quoque [27] exſequutio juſta talionis poteſt. nam cui membrum ab alio ruptum eſt, ſi ipſi itidem rumpere per talionem velit; quæro, an efficere poſſit rumpendi pariter membri æquilibrium? in qua re primùm ea difficultas eſt inexplicabilis. Quid ſi quis membrum, inquit, alteri imprudens ruperit? [28] quod enim per imprudentiam factum eſt, retaliari per imprudentiam debet. ictus quippe fortuitus & conſultus non cadunt ſub ejuſdem talionis ſimilitudinem. quonam igitur modo imprudentem poterit imitari, qui in exſequendâ talione non licentiæ

21 *Palmâ verberare*] Depalmatio itaque etiam ſpecies levioris injuriæ ex XII. Tabul. habetur, ut manifeſtum ex hoc L. Veratii exemplo, à Gellio hic ex Labeone relato. unde levior injuria non tantum verbis, ſed etiam re, puta depalmatione fieri poteſt. Ineptiſſimi itaque, ut bene animadvertit J. Gothofredus ad Leg. XII. Tabul. qui hocce legis XII. Tabul. caput ad injuriam, quæ verbo fit, reſtringunt.

22 *Crumenam plenam aſſium portitans*] Cod. Tornæſ. & Vet. Ed. *ferens crumenam plenam aſſium.* Oiſ. Non aliter Reg. & Lugdun. maj. quum in aliis neutrum participium exſtet. In ora Salmaſiani exemplaris ita adſcriptum eſt [Non enim ſoliti ipſi ferre pecuniam. ſervis id mandabant. Theophr. Plut. Euſtath. Laertius. Notat Caſaub. in Apol. Ap. 155. Vide & Plautum Aſin.]

23 *Et quemcunque depalmaverit*] Reg. *ut quemque depalm.* perinde Lugdun. maj. *Gronov.*

24 *Quinque & viginti aſſes*] Ediderat Brixia *V. & XX. aſſes.* Sic Aldus dedit, Badius, Gryphii. Mutavit Stephanus in *viginti & quinque*, & inconſultæ poſteriores illum ſunt ſecuti, quippe contra etiam libros ſcriptos, non tantum editos. Hinc reſtitui antiquius, quum fere in Stephanica debeat videri error typorum, & utique infra retineant: *injurias factas quinque & viginti aſſibus ſanxerunt.* Gronov.

25 *Recuperatores*] Quorum crebra apud Veteres exſtat mentio; quodque eorum fuerit officium, præſertim colligi poteſt ex Oratione Ciceronis pro Cæcina, quam ad recuperatores habuit. Meminit & Plautus Bacchid. Act. 3. Sc. 3.

Poſtquam quidem Prætor Recuperatores dedit,
Damnatus demum vi coactus reddidit
Ducentos, & mille Philippûm.

Vide etiam Feſtum in *Reciperatio.* Hinc *recuperatorium judicium* apud Ciceronem, Suetonium, Plinium, quod per hujuſmodi judices datos exercebatur.

26 SI. MEMBRUM. RUPIT.] Ad quæ alluſit etiam XVI, 10. De hoc Leg. XII. Tabul. capite ita Feſtus: *Talionis mentionem fieri in* XII. *ait Verrius hoc modo:* SI. MEMBRUM. RUPERIT. NI. CUM. EO. PACIT. TALIO. ESTO. *Neque id quod ſignificat indicat. puto, quia notum eſt; permittit enim Lex parem vindictam.*

27 *Exſecutio juſta talionis*] Lib. Reg. & uterq. Lugdun. Petav. Lincoln. *juſtæ*, quod jam ediderat Stephanus, eique Scioppius adſcripſit *juſte.* Gronovius.

28 *Quod enim per imprudentiam factum*] Reg. tantum. *Quod enim imprudentia factum.* Gronov.

29 *Ere-*

licentiæ jus habet, sed imprudentiæ? sed & si prudens ruperit; nequaquam patietur aut altiùs se lædi, aut latiùs. quod cujusmodi librâ atque mensurâ caveri possit, non reperio. quin etiam, si quid plus erit, alitérve commissum, res fiet ridiculæ atrocitatis, ut contraria actio mutuæ talionis oriatur, & adolescat infinita quædam reciprocatio talionum. nam de immanitate illa secandi partiendique humani corporis, si unus ob pecuniam debitam judicatus addictusque sit pluribus, non libet meminisse; & piget dicere: quid enim videri potest efferatius? quid ab hominis ingenio diversius, quàm quòd membra & artus inopis debitoris [29] brevissimo laniatu distrahebantur, sicut nunc bona venum distrahuntur? Tum Sex. Cæcilius amplexus utrâque manu Favorinum, Tu es, inquit, unus profectò in nostrâ memoriâ non Grajæ modo, [30] sed & Romanæ rei peritissimus. quis enim philosophorum disciplinæ suæ leges tam scitè atque doctè callet, quàm leges tu nostras Decemvirales percalluisti? [31] Sed, quæso tecum tamen, degrediare paulisper è curriculis istis disputationum vestrarum Academicis, omissoque studio, quicquid lubitum est, arguendi, tuendique, consideres graviùs, cuimodi sint ea, quæ reprehendisti. nec ideo contemnas Legum istarum antiquitates, quòd pleriſque ipsis jam populus Romanus uti desiverit. non enim profecto ignoras legum opportunitates & medelas, pro temporum moribus & pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus mutari atque flecti: neque uno statu consistere, quin, ut facies cœli & maris, ita rerum atque fortunæ tempestatibus varientur. quid salubrius visum est [32] rogatione illâ Stolonis jugerum de numero præfinito? quid utilius [33] plebiscito Voconio de coërcendis mulierum

29 *Brevissimo laniatu*] Apposuit Salmasius [forte, *serissimo*.] Gronov.

30 *Sed & Romanæ rei perit.*] Stephanus dedit *sed Romanæ rei*, quod secutus etiam Prousteus, ut sane habent libri nonnulli, Lugd. min. Petav. Lincoln. Verum Stephanus dum non hos, sed librum Regium voluit imitari, ut opinor voluisse etiam facere librarios illorum codicum, mancam feceiunt orationem, & bonitati codicis illius fraudem struxerunt, quum in eo rite recteque exstet *sed Romanæ quoque rei*; prout id ipsum quoque est in Lugdun. maj. in quo etiam legitur *non gratiæ modo*, quum Reg. plane *grece*. Gronov.

31 *Sed quæsotecum tamen*] Ita primum reposuit J. Lipsius lib. 1. Elect. cap. 21. pro quo vulgo erat, *sed quæso te*, *cum tamen degr.* Hoc modo pendula erat sententia, & aliquid deesse videbatur. Quæ sibi constat, reponendo antiquum sermonis genus, *quæso tecum tamen*. quomodo dicebant, pro *quæso te*. Plautus Asinaria:

——— *hanc jube orare mecum.*

Ennius:

——— *tecum precibus pater orat.*

32 *Rogatione illa Stolonis jugerum de numero præfinito*] Vide VII, 3. pag. 384.

33 *Plebiscito Voconio, de coërcendis mulierum hæreditatibus*] Q. Voconium legem tulisse, *Ne quis census hæredem virginem, mulieremve instituere*t, supra VII, 13. ex Cicerone lib. 1. in Verrem cap. 42. notatum est. Ubi census est, qui centum millia sestertium possideret, & in censum detulisset, ut notat Asconius Pædianus ad dict. lib. cap. 40. Quod vero ibidem additur, quæ & communior Jurisconsultorum & Antiquariorum sententia est, quasi

Dio

rum hæreditatibus? quid tam neceſſarium exiſtimatum eſt propulſandæ civium luxuriæ, quàm lex [34] Licinia, & Fannia, aliæque item leges ſumtuariæ? omnia tamen hæc obliterata & operta ſunt civitatis opulentiâ quaſi quibuſdam fluctibus exæſtuantis. Sed cur tibi eſſe viſa eſt inhumana lex omnium, meâ quidem ſententiâ, humaniſſima, quæ jumentum dari jubet ægro aut ſeni in jus vocato? [35] verba ſunt hæc de lege, SI. IN. IVS. VOCAT: SI. MORBVS. [36] ÆVITAS. VE. [37] VITIVM. ESCIT. QVI. IN. IVS. VOCABIT. IVMENTVM. DATO. [38] SI. NOLET. ARCE-

Dio lib. 56. ubi de lege Voconia ſic ſcribit: *Τῶν δὲ γυναικῶν τισι καὶ παρὰ τὸ Οὐόκωνιον νόμον, καθ' ὃν ἑκάστῃ αὐτῶν ἑκατὸν ὑπὲρ δύο ἡμίσυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν, συνεχώρησε τοῦτο ποιεῖν.* quaſi, inquam, Dio diceret lege Voconia cautum eſſe, *mulieribus non licere ultra viginti quinque millia ſeſtertium hæreditate capere.* Id enim ſignificari volunt hiſce verbis: *καθ' ὃν ἑκάστῃ αὐτῶν ἑκατὸν ὑπὲρ δύο ἡμίσυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν.* Quæ Hotomanus explicat de quadrante omnium bonorum ejus, qui cenſus, hoc eſt, centum millia ſeſtertium profeſſus fuiſſet. Sed, ut optime notavit Clariſſimus Gronovius lib. 3. De Pecuniâ Veteri, c. 10. Si quod caput legis Voconiæ de quadrante bonorum fuerit, aliud omnino fuit, ab iſto, cujus meminit Dio. Dionis enim verba idem prorſus dicunt, quod Aſconius & alii, nimirum, non poſſe mulierem hæredem exiſtere illi, qui centum millia ſeſtertium poſſideret. Græci enim ſub *μυριάδος* vocabulo *δραχμὰς* ſubaudiunt. *δραχμὴ* autem nunquam pro *ſeſtertio* ſumitur, ſed ejuſdem eſt valoris atque *denarius*, qui quatuor continet ſeſtertios. Sic *δύο ἡμίσυ μυριάδες* erunt viginti quinque millia denariûm, hoc eſt, centum millia ſeſtertiûm. Et *ἑκατὸν αὐτῶν ἑκάστῃ ὑπὲρ δύο ἡμίσυ μυριάδων οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν*, nihil aliud ſignificant, quam mulieres non poſſe capere hæreditatem alicujus, qui cenſum haberet majorem, aut non minorem viginti & quinque millibus denarium, ſeu centum millibus ſeſtertium. Hæc ita breviter, cum non ubivis obvia, ex ſententiâ Celeberrimi Gronovii, hic notare viſum; quem adire haud pigeat loco allegato.

34 *Licinia & Fannia*] De quibus agit 10, 24.

35 *Verba ſunt hæc de lege*, SI. IN. JUS. VOCAT.] Sic diſtinguendum cum J. Gothofredo ad XII. Tabul. ubi recte cum nonnullis aliis ſtatuit primam omnium in XII. Tabul. legem ab hiſce verbis incepiſſe, SI. IN. JUS. VOCAT, &c. Ejus autem legis tria aut quatuor fuiſſe capita ſive membra vult, quorum ultimum hic Gellius laudat hiſce verbis: *Verba ſunt hæc de lege*, SI. IN. JUS. VOCAT: SI. MORBUS. &c. Quorum ſententia eſt: caput hoc XII. Tabularum SI. MORBUS. ÆVITAS. VE. &c. legis, cujus prima hæc verba ſunt, SI. IN. JUS. VOCAT. membrum eſſe. Nonnullis enim Veterum in more fuiſſe, cum è XII. Tabulis legis alicujus caput aliquod referrent, legis principium illi *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* præmittere, non ſolum ex hoc Gellii loco, verum etiam ex Cicerone lib. 2. de Legib. & Porphyrione ad Horatii lib. 1. Sat. 9. quoad hanc ipſam legem primus obſervat idem Gothofredus in Notis ad Tabulam 1. Quemadmodum hodie adhuc quam plurimi, cum legis alicujus caput, ſive, ut vocant, *παράγραφον* laudant; prima legis ipſius verba prænotare ferme ſolent. Quem capitum ex XII. Tabulis laudandorum morem à Gellio hoc loco uſurpatum qui neſciebant, hoc caput apud Gellium ſic concipiebant, & corrumpebant: SI. IN. JUS. VOCATO. MORBUS, &c. ut fecit Hottomanus; vel ut Fr. Balduinus: SI. QUIS. IN. JUS. VOCATUR. SI. MORBUS, &c. *Oiſ.* Id multo clarius patebit, ſi intelligas, quemadmodum hic locus exſtet in codice Regio; nempe: *aut ſeni in jus vocato? Verba ſunt hæc legis, Si in jus vocato. Verba ſunt hæc de lege ſi in jus vocat, Si morbus*, quod ipſum totidem apicibus legitur in Lugdun. maj. Ubi illud *vocato* poſterius videtur exſtitiſſe appoſita extrema litera *o* pro *etc.* vel *&c.* aut ſimili. *Gronov.*

36 ÆVITAS. VE.] Ævitas hic uſurpatur pro ea, quæ alias apud probatos auctores dici ſolet *mala ætas*, id eſt, ſenectus, ſive ſenium: cui contraria *ætas bona*, item *bonum tempus*, id eſt juventus, ut apud Senecam Epiſtol. 1. *bono tempore uti incipias.* Et Epiſt. 47. *bona ætas eſt.* Vide Nonium Marcellum in *Senium.*

37 VITIUM. ESCIT.] Al. ESIT. pro *erit.* Sententia legis eſt: Si morbus aut ſenectus impedimento fuerit alicui in jus vocato; nimirum, quo minus ire poſſit, &c.

38 SI. NOLET.] Perperam Rævardus ad leg. XII. Tabul. hic legendum cenſet, SI VOLET ARCERAM; NE STERNITO. quaſi Decemviri poſtulanti arceram reo ſterni vetarent. Sed probum eſt, ut habent omnes libri: SI NOLET, qui in jus vocabit ſcilicet, id eſt, *actor*, ſi nolit arceram

ARCERAM. NE. STERNITO. An tu fortè morbum appellari hic putas ægrotationem gravem cum febri rapidâ & quercerâ, jumentumque dici pecus aliquod unicum tergo vehens? ac propterea minus fuisse humanum existimas ægrotum domi suæ cubantem jumento impositum in jus rapi? Hoc, mi Favorine, nequaquam ita est. nam morbus [39] in lege ista non febriculosus, [40] neque nimium gravis, sed vitium aliquod imbecillitatis atque invalentiæ demonstratur; non periculum vitæ ostenditur. cæteroqui morbum vehementiorem vim graviter nocendi habentem legum istarum scriptores [41] alio in loco, non per se morbum, sed *morbum sonticum* appellant. [42] *jumentum* quoque non id solum significat, quod nunc dicitur; [43] sed vectabulum etiam, [44] quod adjunctis pecoribus trahebatur, veteres nostri jumentum à jungendo dixerunt. *Arcera* autem vocabatur plostrum tectum undique & mœnitum, quasi arca quædam magna vestimentis instrata, qua nimis [45] ægri aut senes portari cubantes solebant. Quænam tibi igitur acerbitas esse visa est, quòd in jus vocato [46] paupertino homini, vel inopi, qui aut pedibus fortè ægris

sternere in jus vocato, ad id præstandum cogi nequit. Atque ita legendum omnino confirmatur verbis Varronis apud Nonium in *Arcera*, è Satirâ ejus, quæ γεροντοδιδάσκαλος inscripta: *Vehebatur*, inquit, *cum actore vehiculo senex aut annosus, cui arceram, si non vellet, non sterneret.* Ita locum hunc à viris doctissimis etiam conclamatum, optime restituendum censuit doctissimus Jurisconsultus. J. Gothofredus. Ubi itidem *si non vellet* de actore intelligendum.

39 *In lege ista*] In lege nimirum SI. IN. JUS. VOCAT. cujus membrum est caput SI. MORBUS. &c.

40 *Neque nimis gravis*] Nescio unde hoc tres Batavicas editiones invaserit, quum reliquæ, quantum scio, omnes consentiant in *nimium*, neque ulla sit varietas in scriptis, unde alterum repetivi; neque enim, quia mox *nimis ægri* dicuntur, ideo & nunc id poni debuit. *Gronov.*

41 *Alio in loco*] Hoc est, in aliâ lege. Quam J. Gothofredus ad priorem partem secundæ Tabulæ, quæ *de judicio ipso* agebat, pertinuisse vult.

42 *Jumentum*] Nonius Marcellus: *Jumentum à jungendo veteres dictum putant, G litera in eo nomine attrita. Nam & vectabulum dicunt, quod nunc vehiculum.* Descripsit more suo ex Gellio, cujus tamen mentem non est assequutus. Quid jumentorum nomine comprehendatur, docet Ulpianus *l.* 38. *Ædiles* §. 4. *jumentorum. D. de Ædil. Edict.* Sed Veteres etiam pro vehiculo dixisse quod adjunctis pecoribus trahebatur, hic ex Gellio discimus.

43 *Sed vectabulum etiam*] Vide an habeant hoc isti veteres ab Græcis, quorum Homerus ipse Iliad. γ, 260, quum dixisset Priamum jussisse ἑταίρους Ἵππους ζευγνυμέναι, quo proprie explicatur Gellianum vectabulum, quod adjunctis pecoribus trahebatur; & deinde κατὰ δ' ἡνία τεῖνεν ὀπίσσω, Πὰρ δέ οἱ Ἀντήνωρ περικαλλέα βήσατο δίφρον: atque ita omni modo pateat vectos esse curru: tamen mox dicit de ipso & Antenore, Ἐξ ἵππων ἀποβάντες. Nam de quercera febri, de morbo sontico, de arcera, ut G. J. Vossius in Etymologico, sic alii tam multa consignarunt, ut Oiseliana prorsus non sint Oiselii, neque ideo hîc repetenda. Interim jam Scioppius annotavit [Imo Arcerra pro Arcella, quod est diminutivum ex Arcula. vid. Fest.] *Gronov.*

44 *Quod adjunctis pecoribus*] Sic vulgarii inter scriptos, quod quisque experiarur. Verum Regius & Lugdun. maj. habent tantum *junctis*, non secus ac si præpositio a intercidisset, *quod à junctis*, ut 19, 8. *Quatuor simul equi juncti.* Est autem in Regio *junctis temporibus pectoribus.* An additum voluit temonem, quasi *junctis temoni pecoribus*? Gronov.

45 *Ægri aut senes*] Quos exemplis illustravit Joh. Schefferus in Re Vehicularia lib. 1. cap. 18. *Gronovius.*

46 *Paupertino*] Vulgò *pauperrimo.* Sed & supra lib. 14. cap. 6. Gellius *paupertinas literas* dixit. *Ois.* Ut mirari oporteat, cur Cl. Schefferus citato loco continuet istud superlativum producere, certe contra MSS. & optimum & alios.

47 *Plostrum.*

ægris esset, aut quo alio casu ingredi non quiret, [47] plaustrum esse dandum censuerunt? neque insterni tamen delicatè arceram jusserunt, quoniam satis esset invalido cuicuimodi vectabulum. atque id fecerunt, ne causatio ista ægri corporis perpetuam vacationem daret [48] fidem detrectantibus, jurisque actiones declinantibus. [49] sed enim ipsum vide. injurias factas quinque & viginti assibus sanxerunt. non omninò omnes, mi Favorine, injurias ære isto pauco diluerunt: tametsi & hæc ipsa paucitas assium [50] grave pondus æris fuit. nam [51] librariis assibus in ea tempestate populus usus est. sed injurias atrociores, ut de osse fracto, non liberis modo, verumetiam servis factas [52] impensiore damno vindicaverunt; quibusdam autem injuriis [53] talionem apposuerunt. quam quidem tu talionem, vir optime, iniquiùs paulò insectatus es; ac ne consistere quidem dixisti, lepidâ quadam sollertiâ verborum; quoniam talioni par non sit talio, neque rumpi membrum facile possit [54] ad alterius

47 *Plostrum esse dandum*] Jam inceperat Stephanus hoc loco *plaustrum* edere. Sed quia non indicaverat aperte causam discedendi ab perpetua editionum consuetudine, & quia paulo ante retinuerat istud ipsum *plostrum*, Batavicæ editiones rejecerunt eum reversi ad priores. Scias igitur in hac quidem parte membranas prorsus omnes edere *plaustrum*, in superiore autem arceræ descriptione ipsas optimas Regias, a quibus non fuit migrandum, ut nunc cavi. *Gronovius.*

48 *Fidem detrectantibus*] Fortè, *forum detrectantibus.*

49 *Sed enim ipsum vide. injurias*] Quum ita edidisset Stephanus, Scioppius voci postremæ præscripsit *in*, eam scil. ipsam vocalem, quam Aldus & Gryphius arripuerant, edentes *vide quod in jurias*, Ascensio rursus omittente, neque mihi occurrit. Sed in Chifl. fuit *ipsum mihi injurias*, Lincoln. *ipsum mihi inde injur.* Hinc forsan cogites *Sed enim ipsum mihi vide. Injurias* &c. ut solent eleganter istum dativum interponere. Neque enim ferri potest in Pricæo ad Apulejum XI. Milesc. pag. 703, dum augeri vult *Sed enim id ipsum*, & male in editis exstare *ipsum* cavillatur ex I, 19, ubi repetitur & respicitur quod dictum erat; hic de ipsa re intelligitur, quum prius ad accidentia pertineret. Neque hîc fluctuant prisci codices, ut in Livio 23, 18. *Gronov.*

50 *Grave pondus æris*] Regius *gravitandus eres.* Lugd. maj. *gravitandus aeres*, ac si lateret aliquid. Etiam Regius *in eam tempestatem.* Gronov.

51 *Librariis assibus*] Primis enim temporibus As pendebat libram pondo. Varro lib. 4. de L. L. *æs ab ære. Dupondius à duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium dicebatur; idideo, quodas erat libram pondo.* Sic enim cum Cl. Gronovio lib. 1. de Pecun. Vet. cap. 6. ibi legendum censeo, non ut vulgo, *libræ pondus.* Postea autem assium pondere imminuto, cum librales asses designare scriptores volunt, *æris gravis* nomine eos appellare solent. Et falluntur, qui *æs grave* & *æs rude* habent pro eodem. *Æs grave* enim opponitur assibus unius sextantis, unciæ, aut semunciæ. *Æs rude* autem signato. Hæc tantum in usu fuit usque ad Servii tempora; illud vero duravit usque ad primum bellum Punicum, ut testis est Plinius lib. 33. Hist. Natur. cap. 3.

52 *Impensiori damno vindicaverunt*] Pœnam indicat Paulus apud Collat. Leg. Mosaic. & Rom. tit. v. ex leg. XII. Tabul. nisi quod assium loco, sestertiorum meminit: *Qui injuriam alteri facit, quinque & viginti sestertiorum pœnam subit. Quæ lex generalis non fuit. Nam qui os fregit, si libero, trecentorum; si servo, centum quinquaginta sestertiorum pœnam subit.* Sic enim ibi cum Viris doctissimis legendum.

53 *Talionem quoque opposuerunt*] Non debui hoc novitium & in solis Batavis editionibus ostentatum verbum tueri contra priscas editiones & Mstos omnes, in quibus est vel *appposuerunt*, vel *adposuerunt*, quod in idem recidit. Ex Memm. & Petav. video notatum *imposuerunt.* Nec ignota mihi, quæ nuper placuit efferri de τοῖς *apponere* & *opponere.* Gronov.

54 *Ad alterius rupturæ . . . æquilibrium*] Clarus sane horum sensus, modo sint Gelliana. Nam Regius profert *possit dalterius ruptæ æquil.* Lugdunenses aliique *possit id alterius*: tum iidem Lugdu-

terius rupturæ (ut ais tu) æquilibrium. verum est, mi Favorine, [55] talionem parissimam fieri difficillimè. sed Decemviri minuere atque exstinguere volentes hujuscemodi violentiam pulsandi [56] atque lædendi, eo quoque metu coërcendos esse homines putaverunt: neque ejus, qui membrum alteri rupisset, & paciscí tamen de talione redimendâ nollet, tantam esse habendam rationem arbitrati sunt, ut, an prudens imprudénsve rupisset, spectandum putarent; aut talionem in eo vel ad amussim æquipararent, vel in librili perpenderent: sed potius eumdem animum, eumdemque impetum in eâdem parte corporis rumpendi, non eumdem quoque casum exigi voluerunt, quoniam modus voluntatis præstari posset, casus ictus non posset. quod si ita est, ut dico, ut & ipse æquitatis habitus demonstrat; taliones illæ tuæ reciprocæ, argutiores profectò, quàm veriores fuerunt. Sed quoniam acerbum quoque esse hoc genus pœnæ putas: quæ, obsecro te, ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alio feceris? præsertim quum habeas facultatem paciscendi; & non necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris. quod edictum autem prætorium de æstimandis injuriis [57] probabilius esse potest? nolo hoc ignores, hanc quoque ipsam talionem ad æstimationem judicis redigi necessariò solitam. nam si reus, qui [58] depaciscí noluerat, judici talionem imperanti non parebat, æstimatâ lite judex hominem pecuniæ damnabat. atque ita, si reo & pactio gravis, & acerba talio visa fuerat, severitas legis ad pecuniæ multam redibat. [59] Restat ut ei, quod de sectione partitioneque corporis immanissimum esse tibi visum est, respondeam. Omnibus quidem virtutum generibus

nenses & alii etiam *ruptæ* præter Chifl. & Petav. ex quibus nihil animadverto exsignatum. Hinc pater cogitavit *in alterius rupti*. Gronov.

55 *Talionem pariſſimam*] Sic omnino hic legendum ex vestigiis Vett. Cod. in quibus est *trariſsimam*. Stephan. Edit. habet, *rariſsimum*. quod nihili est. *Talionem pariſsimam* dicit Gellius, quam antea *ad æquilibrium* fieri posse negavit Favorinus, & *talionis similitudinem* appellavit. Ita & Plautus Curcul Act. IV. Sc. II. inquit: *Pariſſumè estis iibus*. hoc est, simillimi. *Oiſ.* Apparet hoc posterius de superlativo isto furatum esse ex Merceri notis ad Nonium p. 109. ubi vir ille doctissimus restituebat *pariſsimum*. De altero ut scias, Reg. & Lugdun. maj. edunt *rariſſime*, Lugd. min. & Petav. & Mem. *rariſsimum*, Chifl. *gratisſimum*, ut & Lincoln.

56 *Atque lædendi; eo*] Cod. Tornæs. & Vet. Ed. *atque lædendi talione, eo &c.*

57 *Probabilius esse potest*] Nescio an hoc velit, quod videntur subjeciſse editores. Itaque jam olim Brixiæ editum *esse his potest*, quod retinuit Aldus ac Badius & Gryphius. Ita pronomen expulsum ab Stephano, quod tamen exstat in omnibus scriptis, sed ita ut ibi legatur *Probabilius esse ex his nolo*. Innuunt *probabilius, ecce, est his? Nolo* &c. *Gronov.*

58 *Depaciscí*] Al. *depeciscí*. Ita Appulejus Apologiâ: *Cum creditoribus depeciscitur*. Oiſ. *Tò depeciscí* est in utroque Lugdun. & Petav. sed in Regio est *depiscí*.

59 *Restat, ut ei*] Hæc verba & sequentia usque ad finem capitis *caute vivendi disciplina est*, absunt ab codice Regio, ut aliena auxilia circumspici abhinc oporteat, non sine Gelli damno, præsertim quum eadem lacuna quoque occupaverit Lugdunensem, quem majorem voco, plerumque Regio similem. Video autem Bourdelotium adscripsisse editioni Badianæ [Ranconetus, cujus olim fuit ille codex, notavit, multi v. desunt. *Gronov.*

60 *Fidem*

generibus exercendis colendisque populus Romanus è parva origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit; sed omnium maximè atque præcipuè [60] fidem coluit, sanctamque habuit tam privatim, quàm publicè. sic consules clarissimos viros hostibus confirmandæ fidei publicæ causa dedit. [61] sic clientem in fidem acceptum cariorem haberi, quàm propinquos, tuendumque esse contra cognatos censuit. [62] neque pejus ullum facinus existimatum est, quam si cui probaretur clientem [63] divisui habuisse. Hanc autem fidem majores nostri non modò in officiorum vicibus, sed in negotiorum quoque contractibus sanxerunt; maximeque in pecuniæ mutuaticæ usu atque commercio. adimi enim putaverunt subsidium hoc inopiæ temporariæ, quo communis omnium vita indiget, si perfidia debitorum sine gravi pœnâ [64] eluderet. Confessi igitur æris ac debiti judicatis triginta dies sunt dati, conquirendæ pecuniæ causa, quam dissolverent: eosque dies Decemviri [65] *justos* appellaverunt, velut quoddam [66] justitium, id est, juris inter eos quasi inter-

60 *Fidem coluit*] Hoc fit, non ubi ædes illi exstructa viget, quia habetur pro Numine, sed ubi singulorum pectora insidet, eaque templa habet; ubi fides & jusjurandum proxime legum ac pœnarum metum urbes regit, ut ait Livius 1, 21. id quod mox Gellius etiam declarat per exempla, quæ ostendunt non in ædibus cultam stetisse, sed insedisse mentes omnium & singulorum, ut nihil non ex fide agerent. Vana sunt Oiseliana. *Gronov.*

61 *Sic clientem in fidem acceptum cariorem haberi*] Faciunt huc, quæ habet Gellius lib. 5. cap. 13. ex Catonis verbis.

62 *Neque pejus ullum facinus ex.*] Hoc denique ex Badio potuit repetere Stephanus, quum Brixia & Aldus ederent *prius*, quod mordicus tenuit Gryphius, etsi contra Mstos, quorum Petav. Lincoln. omnino efferunt *pejus*, Lugdun. min. *poetus*, ita ut super literam *e* scriptum sit *ni*, unde solertissime excogitavit Parer *pœnius*. ut pœnire dixit semper pro punire; ita simplex antiquissime statuens usurpatum ab Gellio, unde est compositum *impune*. Gronov.

63 *Divisui habuisse*] Vet. Ed. *divisui habuisse*. Quomodo etiam Stephanus edidit. Turnebus Adversar. lib. 24. cap. 43. *divisui habere* explicat quæstui habere, & cum altero dividere; quamvis etiam non improbet, ut hic editum, *dirisui habuisse*. Ois. Atqui debuit hoc improbare, quia id rejiciunt membranæ antiquæ omnes, quæ habent *divisui*, & nusquam istud *dirisui*. Haud dubie alluditur ab Gellio aut illustratur Virgiliana *fraus innexa clienti*. Potes etiam inspicere Torrentium ad Horatii librum 11 Od. 18. ℣. 2). *Gronov.*

64 *Eluderet*] Ex indicio Joh. Isacii Pontani videbis Rittershusium cap. XII. comment. in XII. tabb. class. 3. par. 3 præferre *cluderet*, ut & antea *si quis probaretur*. Gronov.

65 *Justos appellaverunt*] Ut lib. XV. c. 13.

66 *Justitium*] Ita venimus ad locum, cui Salmasius impendit caput XVIII. de modo Usurarum, doctissimum certe, sed in quo tamen occurrunt nonnulla, quibus vix licet assentiri; unde ab Oiselio monendus erat lector, ut conferret omnino istam partem; non eadem sic repetenda, ut per legis hujus voces impleret duo folia, quibus nihil diceret proprium, unde & ego ut conferatur istud caput cum præcedente & sequente, suaserim. Sic scribit Salmasius illic [justidium, *id est, juris inter reos quasi intersitionem q. & c.* Ita scribit vetustissimus liber.]: Et video etiam in margine exemplaris sui adscripsisse Salmasium [immo *justidium*] Sed quis erit ille vetustissimus liber, quum & Regius & Lugdun. major hunc locum destituant, ut monui. Immo hæc facies est hujus loci in exemplari Salmasiano, ut ne quidem cum Msto ullo collatus fuisse appareat, quippe nulla varietate signatus; ita ut ego illud *justidium* non vetustissimi libri scripturam, sed inustam menti Salmasianæ meditationem habere compellar. Supereste enim nobis & Memm. & Chif. plane *justitium* exhibentes, Petav. *justicium*, prout quoque editum Brixiæ & ab Aldo, Lugdun. min. *juditium*, ut nullo jure huc invectam justidii mentionem opiner, ut facit pag. 810. Sed fateri cogor inprimis, me stupere, quum audio verba Salmasii ex paginâ 811. imâ [Nec obscure *justum* a

interſtitionem quamdam & ceſſationem. quibus diebus nihil cum his agi jure poſſet. poſt deinde, niſi diſſolverent, ad Prætorem vocabantur: [67] & ab eo, quibus erant judicati, addicebantur, [68] nervo quoque aut compedibus vinciebantur. ſic enim ſunt, opinor, verba legis: ÆRIS. CONFESSI. [69] REBUS. Q. JVRE. JUDICATIS. TRIGINTA. DIES. JUSTI. SUNTO. [70] POST. DEINDE. MANUS. INIECTIO. ESTO. IN. JUS. DUCITO. NI. JVDICATVM. FACIT. [71] AVT. QUIS. ENDO. EM. JURE. VINDICET.] Ita legendum cum Maximo Salmaſio De M. U. cap. 18. pro quo vulgo, *nervo quoque aut compedibus v.* Apud creditorem enim, cum ei judicati addicti eſſent, *aut nervo*, *aut compedibus* vinciebantur. ut liquet ex lege XII. Tab. ſequenti. *Oiſ.* Hoc eſt, quod quæro. An nullus judicatus addictus, fuerit ab creditore abductus, quin ſtatim nervo aut compedibus vinciretur. Salmaſius omnino nullum judicatum addictum vult vixiſſe in domo creditoris ſine nervo & compedibus, idque ſolummodo fuiſſe ſtatutum in illis, qui ſponte in nexum ibant. Hic locus videtur innuere id pependiſſe ab arbitrio abducentis, ut poſſet hoc vel iſto modo ſtatuere, ſi legatur *nervo quoque*, unde Salmaſius elidit tres literas, & ideo ſcribit *nervoque*, per meram violentiam, contraque codices veteres. Sane ipſa verba legis non imperant ut vinciatur, ſed permittunt, ut & liceat abducere & liceat vincire, ſi ita velit; ſed non ut non liceat mitius conſulere. Hinc retinui vetus.

69 DEBITI. Q. JURE. JUDICATIS.] Al. *Debitique judicatis*, ut ſupra l. 15. c. 13. Male omnino in vulgatis erat, *rebuſque jure judicatis.* quod manifeſtum ex verbis Gellii, qui paulo ante ex mente legis ſic ſcribit: *Confeſſi igitur æris ac debiti judicatis triginta dies ſunt dati conquirendæ pecuniæ cauſa, quam diſſolverent.* Oiſ. Certe Gellius in his poſterioribus explicat pronunciaviſſe judicem DEBERI. Hinc erat debiti judicatus. Sed non id impedit, quin verba legis potuerint eſſe *rebuſque jure judicatis.* Summa enim redit eodem, unde non ſum tam levis, ut quod bene habet, faſtidiam. *Gronov.*

70 POST. DEINDE. MANUS. INJECTIO. ESTO. IN. JUS. DUCITO] Hoc eſt, obtorto collo in jus ducito, aut rapito. Notum enim, Veteres in eos, qui in jus vocati non irent, manus injicere conſueviſſe, eoſque obtorto collo ad judicem trahere, aut rapere potuiſſe, quod frequens in comœdiis, & probat Salmaſius de M. V. S. cap. 17. Oiſ. Cæterum pro *poſt deinde* habet Lugdun. min. *pede inde*, quod obſervavit etiam Scioppius, qui adſcripſit iſta [V. C. *pedeinde* f. *poſtidea indumanus jactio.*]

71 AUT. QUIS. ENDO. EM. IURE. VINDICET.] Ita Salmaſius hanc legis particulam reſtituit; cum vulgo legeretur: *aut qui endo eo in jure vindicet.* In aliis etiam adhuc pejus: *aut qui pſeudo eo in jure vindicet.* Unde Hotomanus faciebat: *aut quis pro eo endo jure vindex ſit.* Alii etiam aliter. Sed rectum eſt, *endo em jure vindicet*, tranſpoſitione familiari leg. XII. Tabul. pro, *em endo jure vindicet*; id eſt, eum in jure vindicet. Sententia legis eſt: Niſi judicatum faciat debitor, aut aliquis ſit, qui eum in jure vindicet, ducito eum ac vincito creditor. Vindex autem quis ſit, vide lib. XVI. c. 10. *Oiſ.* Præclarum certe hoc Salmaſii & leniſſimum: neque illud p, quod vulgo interponunt edentes *qui pſeudo eo*, & unde Marcilius facit *Quips endo*,

VINDICIT. SECUM. DUCITO. [72] VINCITO. AUT. NERVO. AVT. COMPEDIBUS. QUINDECIM. PONDO. [73] NE MINORE. AUT. SI. VOLET. MAJORE. VINCITO. SI. VOLET. SVO. VIVITO. NI. SVO. VIVIT. [74] QUI. EM. VINCTUM. HABEBIT. [75] LIBRAS. [76] FARRIS. ENDO. DIES. DATO. SI. VOLET. PLUS. DATO. Erat autem jus interea paciscendi; ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta; inter eos dies, [77] trinis nundinis continuis, ad Prætorem in Comitium

endo, uspiam reperio, unde fluxerit. Habent enim Mssti aut *quis endo*, prout edidit etiam Stephanus, aut *qui sendo*. Cæterum nescio cur Salmasius scripserit *vindicet*, quum antecedat *facit*. Cur enim non retinebitur idem modus? præsertim quum primæ editiones habeant *vim dicit*, ex Petaviano clare notetur *vindicit*: Marcilius id probet, sed pro ipso *vindicet*. Quod qualecunque sit retinui, etsi in aliis Mssstis postrema syllaba scribatur per notam, in Lincoln. exstet *jure uni dicet*. Gronov.

72 VINCITO. AUT. NERVO. AUT. COMPEDIBUS. XV. PONDO. NE. MINORE. &c.] Ita quidem libri. Melius autem isti, qui legunt, *Ne majore, aut si volet, minore vincito.* quibus verbis freni dantur impotentiæ creditorum, ut ne majore possint vincire, minore, si velint, ut possint. hoc modo etiam infra dicitur, *si volet, plus dato.* Salmasius autem De M. U. cap. 18. legendum censet: *Vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo ne majoribus; aut, si volet, minoribus vincito.* Vel, si malis, *Vincito aut nervo, aut compede &c. ne majore, aut si voles minore, &c.* Nam ad compedes pondus referendum, non ad nervum. Compedes enim vincula pedum sunt ferrea, quæ Græcis πέδη dicuntur, ex ferro, inde in eis pondus spectabatur, quum nervus ex ligno. *Oiſ.* Hæc multis exsequitur Salmasius, nec paucioribus hîc morari gavisus est Stephanus le Moyne in Notis ad Polycarpum pag. 500. etiam de vocibus *columbar* & καλιός Theologice Salmasium imitatus.

73 NE. MINORE. AUT. SI. VOLET. MAJORE.] Invertit hæc Scioppius, annotans [f. *ne majore a. s. v. minore.*] Gronov.

74 QUI. EM. VINCTUM. HABEBIT.] In privato scilicet carcere.

75 LIBRAS. FARRIS. IN. DIES. DATO.] Hoc est, Singulas libras farris in dies singulos. Vult itaque Lex XII. Tabul. addicto vinctoque ob debitum idem diarium dari, quod dari solebat servis, Libram nempe farris, ut testis Horatius lib. 1. Satir. v.

——— *Rogabat*
Denique cur unquam fugisset, cui satis una
Farris libra foret, gracili sic, tamque pusillo?

Nec opus est in hac lege cum Rævardo *libram*, pro *libras* restituere; multo minus legere cum G. Fornerio Select. lib. 1. cap. 6. *libra*, seu, *libram S. farris*, id est, *selibram* sive *libram semis.* Quasi selibra diarii esset legitimus modus, cum revera legitimo fuerit angustior, ut apparet ex Bibaculo Catonis frugalitatem solito majorem sic describente:

Quem tres coliculi, selibra farris,
Racemi duo, tegula sub una
Ad summam prope nutriunt senectam.

Unde & querela illa deparci, sive potius avari forsan mariti, apud Titinnium in Geminâ,

——— *Libram ajebant satis*
Esse ambobus farris intriti: plus comest
Sola uxor.

Frustra etiam, ut bene notat Salmasius de U. M. à viris doctissimis ad hanc legem quæsitum de carceris publici diario, quis modus ejus fuerit solitus dari in publica custodia habitis, & quæ δεσμωτηρίᾳ δίκαια. Cum addicti hic tanquam servi ejus, cui judicati addicebantur, haberi solerent. *In dies* autem hic est in singulos dies; quomodo hac loquendi formula etiam utitur Cato De R. R. cap. 58. ubi de vino familiæ singulis diebus dando ait: *mense quarto in dies heminas.* &, *mense quinto &c. in dies sextarios* dandos. *Oiſ.* Quum in præcedentibus tanta sit habita cura antiquitatis, non debuit huic parti inesse tanta socordia. Neque enim ullus vetus codex habet, quod hîc editur, *libras farris in dies*, sed vel *libras farciendo dies*, ut est in Lincoln. vel *libras feriendo dies* in Lugdun. min. & Chiſl. vel *ferriendo*, ut Memm. & Petav. indubitabili indicio manus Gellianæ *libras farris endo dies*, prout etiam in ora sui exemplaris adscripsit pater ex Sc. sed & ipsum annotavit Scioppius. Quod quum sit adeo liquidum, non cessavi Gellio restituere. *Gronov.*

76 FARRIS] Non pro pane, sed pro pulte farrea, militariter & antique. Marcilius ad leges XII. tabb. pag. 77. *Gronov.*

77 *Trinis nundinis continuit*] Hoc est, tribus nundinis se proxime insequentibus: sive, ut alii dicunt, *per Trinundinum*: quod male ab Hotomanno ad Leg. XII. Tabul. aliisque post eum, dicitur

spatium.

Comitium producebantur, quantæque pecuniæ judicati essent prædicabatur. tertiis autem nundinis capite pœnas dabant, [78] aut trans Tiberim peregrè venum ibant. sed eam capitis pœnam sanciendæ, sicut dixi, fidei gratia, horrificam atrocitatis ostentu, novisque terroribus metuendam reddiderunt. nam si plures forent, quibus reus esset judicatus, secare, si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt. & quidem verba ipsa legis dicam, ne existimes invidiam me istam fortè formidare. [79] TERTIIS, inquit, NVNDINIS. PARTIS. SECANTO SI. PLVS. MINVS. VE. SECVERVNT. SE. FRAVDE. ESTO. Nihil profectò immitius, nihil immanius: nisi, ut reipsa apparet, eo consilio [80] tanta immanitas pœnæ

spatium viginti septem fuisse dierum, ex eo, quod *Nundinæ* nono quoque die Romæ celebrari solitæ. Trinundinum enim, sive tres nundinæ fieri solebant intra decem & septem dies, cum ab unis Nundinis ad alteras dies septem intermedii essent. Primus enim dies, & nonus, Nundinas habebat: & sic Nundinæ nono quoque die celebrari dicebantur, ut manifestum ex Dionysio Halicarnasseo lib. 7. *Oif.* Atque ita pergit Oiselius inambulare doctrinæ velut inauditæ, sed quam scias ab eo totam descriptam esse ex Erycii Puteani Nundinis Romanis cap. 1. unde non meretur iste impostor tantum spatium, quantum petit, & occupare instituit. Sed & hunc ipsum locum illic advocat Puteanus cap. XI. *Gronov.*

78 *Aut trans Tiberim peregre venum ibant*] Recte Turnebus lib. 24. Adverf. cap. 43. hoc loco significari putat, legem & conditionem venditionis iniquiorem, ut extra fines, qui venditus est, serviat, non in agro Romano; cum Transtiberina regio extra agrum Romanum proprie dictum esset, & in eo genere agri, qui peregrinus habebatur, censeretur, & jam Etruriæ attribueretur. Salmasius autem cap. 18. De M. U. existimat hanc Transtiberinam debitorum venditionem non magis locum unquam Romæ habuisse, quam ipsam sectionem; quam, licet lege XII. Tab. permissam, nunquam tamen factam fuisse ipse Gellius mox scribit. Inter tot enim querelas nexorum, quæ apud Livium & Dionysium Halicarnasseum habentur, non magis ulla de hujusmodi venditione, quam de capitis supplicio occurrit. Addicti enim, nexique omnes nihil plus quam servitutem suam complorant, & quæ servitutem comitari solebant, cruciatus, tormenta, vincula, ergastulum, carnificinam; nusquam autem conqueruntur de venditione trans Tiberim factâ, aut de capitis pœna, aut de dissectione corporis inter creditores. Quæ tria tamen poterant magnam invidiam facere Patribus, qui inopem plebem ære alieno oppressam, addictam sibi & obnoxiam habebant. Unde cum nusquam horum trium, vel unius ex tribus fiat mentio, magnum indicium est nihil horum fuisse usurpatum. Plura in hanc sententiam vide sis apud ipsum Salmasium dicto capite.

79 TERTIIS. NUNDINIS. PARTIS. SECANTO] Tertias nundinas perperam Marcilius Interpretam. ad leg. XII. Tab. pro tertio nundinarum die accipit. Tertiæ enim nundinæ hic sunt nundinæ ex Trinundino postremæ sive ultimæ, quibus Lex XII. Tabularum debitoris sectionem fieri permittebat. De quâ etiam Quintilianus lib. 3. Instit. Orat. cap. 3.

80 *Tanta immanitas pœnæ denunciata est, ne ad eam unquam perveniretur, &c. quoniam sævitia ista pœnæ contemni non quita est*] Multis & merito ὁ τάων Salmasius in de M. U. cap. 18. exagitat Gellium, vel Sextum Cæcilium hunc, quem disputantem introducit Gellius, ob futilem hanc & nugatoriam plane ratiocinationem, quâ ostendere nititur, neminem unquam debitorum in partes fuisse sectum atque divisum. Quamvis enim in totâ Historiâ Romanâ nullum exstet exemplum debitoris à creditoribus dissecti, quod lege XII. Tab. permissum; id tamen non exinde factum, ut vult Cæcilius, quod pœnæ sævitia atque immanitas deterruerit homines, ne eam incurrerent. Quasi vero per illud omne tempus, quo id fieri lege licuit, nemo commiserit, quare in pœnam hanc incideret; nemo scilicet inventus fuerit ære alieno obrutus, nemo qui bonam copiam ejuraverit; nemo denique qui nexum iniverit, & creditori suo addictus apud eum servitutem servierit. Nihil enim horum contigisse tunc oportet, si quidem verum debeat esse argumentum istud, quo Cæcilius adstruere conatur neminem unquam fuisse dissectum, quia nimirum pœnæ immanitas cunctos deterruit, ne in eam inciderent. Nam qui creditori addici potuit, & in servitutem eidem dari, ille etiam ex eadem lege XII. Tab. si ita maluisset creditor, poterat necari, aut

pœnæ denunciata est, ne ad eam unquam perveniretur. addici namque nunc & vinciri multos videmus, quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt. dissectum esse antiquitus neminem equidem neque legi, neque audivi; quoniam sævitia ista pœnæ contemni non quita est. An putas, Favorine, si non illa etiam ex duodecim Tabulis de testimoniis falsis pœna abolevisset: & si nunc quoque, ut antea, qui falsum testimonium dixisse convictus esset, è saxo Tarpejo dejiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quàm videmus? Acerbitas plerumque ulciscendi maleficii, bene atque cautè vivendi disciplina est. Historia de [81] Metio Fufetio Albano nobis quoque, non admodum numero istiusmodi libros lectitantibus, ignota non est. qui quoniam pactum atque conditum cum rege populi Romani perfidè ruperat, binis quadrigis evinctus in diversa nitentibus laceratus est; novum atque asperum supplicium, quis negat? sed, quid elegantissimus Poëta dicat, vide:

At tu dictis, Albane, maneres.

Hæc, taliaque alia ubi Sex. Cæcilius omnibus, qui aderant, ipso quoque Favorino approbante atque laudante, differuit, nunciatum est, Cæsarem jam salutari: & separati sumus.

aut si pluribus addictus fuisset creditoribus, inter omnes dissecari & dividi. Quod itaque hoc nunquam factum fuerit, id creditorum humanitati potius imputandum, quam pœnæ sævitiæ atque immanitati, quæ quemquam deterruerit. Neminem enim supplicii atrocitate deterritum fuisse, arguit multitudo vinctorum. Nam ad hoc vinciebantur, ut postquam in vinculis fuissent per dies sexaginta apud creditorem, post trinundinum capite pœnas darent, aut trans Tiberim peregre venum irent. Sectio vero in partes tunc tantum locum habuit, si plures essent creditores, quibus reus esset judicatus. Tunc enim secare, si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis ex XII. Tab. iis permissum erat. Quod si non facerent, plane hoc ex creditorum humanitate accidisse, & quod pœnam lege concessam de debitoribus suis ipsis addictis sumere nollent, ex modo adductis satis apparet. *Oiſ.* Sed nescio an Salmasius recte disputet ac vela invectivæ intendat velis Gellii aut Cæcilii contraria. Agit ille præcipue de debitore, isti de creditore, ut mihi videtur. Scribit ille *pœnæ immanitas cunctos deterruit, ne in eam incideret.* At Cæcilius, *ad eam unquam perveniretur*, nempe a creditoribus, & illis, quibus erant addicti: qui tamen potuissent illuc venire, siquidem crudelitate pascerentur; ut inanis sit tota hæc conflictatio. Mox quidem aliquid projicit, quod ad Salmasiana videtur spectare. Sed neque deterrimi homines vocari debent aut possunt, qui vetere illo tempore addicebantur, neque patet etiam eos cavere potuisse, quo minus ista calamitas illos opprimeret, ut in suspicionem venire potuerint contemtæ sævitiæ illius pœnæ: ut hoc pertineat ad proximum modo membrum, non ad præcedentia longius. Opinor ita ut dico, intellexisse etiam Puteanum, dum scribit cap. XII. Sext. Cæcilius Jurisconsultus apud eundem Gellium egregie differit, *tanta immanitas pœnæ* &c.

81 *Metio Fufetio*] Reg. Lugd. ut. Mem. Petav. *Metto*, prout jam inceperunt alibi restituere. Scioppius adscripsit *Meto*. Gronov.

CAP. II.

Vocabulum siticinum, *in M. Catonis oratione quid significet.*

SITICINES, scriptum est in oratione M. Catonis, [1] quæ inscribitur, *Ne imperium sit veteri, ubi novus venerit. Siticines*, inquit, *& liticines, & tubicines.* Sed Cæsellius Vindex in Commentariis lectionum antiquarum, scire quidem se ait [2] *liticines* lituo cantare, & *tubicines* tubâ: quid istuc autem sit, quo *siticines* cantent, homo ingenuæ veritatis scire sese negat. Nos autem in Capitonis Atei Conjectaneis invenimus, *siticines* appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, [3] vitâ functos & sepultos: eosque habuisse [4] proprium genus tubæ, [5] à cæterorum differens.

1 *Quæ inscribitur*] Mssti tantum *quæ scribitur*. Gronovius.

2 *Liticines lituo cantare*] Cujus meminit supra l. 5. cap. 8.

3 *Vitâ functos & sepultos*] Vett. Edd. *vitâ functos, & finitos, & sepultos.* Sed τὸ *& finitos*, omnino à malâ videtur esse manu. *Oiſ.* Nescio an aliud velit quam quod Pater adscripsit margini ex Scriverio [v. ed. vita functos & finitos & sepultos. Varia lectio Scr.] Certe Brixienses ita ediderunt. An & alii, non libet inquirere. Cæterum Elmenhorstius in indice Apulejano in v. Definire citat hunc locum, *hoc est, finitos & sepultos*: & addit sic eum locum legere ex manuscripto Bremensi, & in vulgatis male esse *vita functos & sepultos.* Dissidet hoc certe ab omnibus Mss. quos novi. *Gron.*

4 *Proprium genus tubæ*] Quale hoc fuerit tubæ genus quod Siticines habuerint, qua canerent, à cæterorum tubicinum proprietate quadam differens, primus, quod sciam, recte observavit Hieronymus Magius lib. 1. Miscellan. cap. 1, scilicet, Siticinum tubas cæteris fuisse latiores ac longiores, quales in antiquorum sepulchris exsculptas videre est, ipsosque Siticines grave canere solitos, quod ex varia doctrina affirmantem ipsum illic vide.

5 *A cæterorum differens*] Vett. Edd. *qua canerent à cæterorum tubicinum proprietate differens.* Oiſ. Idque servant totum libri veteres, nisi quod vocem *proprietate* hinc expellunt, ut mirer Stephani rationem, qua abundare putavit etiam has voces *qua canerent.* Non sufficit ea causa ad omittendum aliquid ex Gellio, qui amat interdum adfluere. Sed & aliunde videtur deceptus Stephanus, quippe qui etiam antea edidit, *quo siticines cantent*, nimium commotus ingenio Hieronymi Magii, sic legendum illic monentis, quia de instrumento, non de modo loquatur. At id non erat in quæstione, nec quia liticines ac tubicines ab instrumento canendi sciat nactos appellationem, ideo supponere se indicat etiam siticines inde dictos esse, sed negat se scire, quid sit, *quod siticines cantant.* Sic enim legitur in Mss. quantum novi omnibus. Quasi in antecessum plane fateatur se scire illos sic non posse considerari, ut duos priores, sed alio genere, quoniam in duabus primis syllabis non deprehendebat aliquid tale, quod in *liticines* & *tubicines.* Hinc non dixit, *quo siticines cantant*, sed *quod*, unde ait se nescire, cur siticines referantur inter cantores. Hic enim ejus est sensus. *Gronov.*

CAP. III.

Quam ob causam L. Accius poëta in Pragmaticis sicinnistas nebuloso nomine *esse dixerit.*

[1] QUOS *siciniſtas* vulgus dicit, qui rectius loquuti sunt, *sicinniſtas*, literâ *N.* geminâ dixerunt. [2] *Sicinnium* enim genus veteris saltationis

1 *Quos siciniſtas*] Hoc caput in Vett. & vulgatis ante Stephani editionem, cum præcedenti cohærebat.

2 *Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit*] Inanem sumit operam Oiselius, dum, dicam, furari, (hoc enim quod alii detestantur, amat) an quod nemo nunc ignorat, docere vult σίκιννιν, ita ut nihil dicat, nisi quod plena manu effuderunt J. Meursius in Orchestra & Th. Reinesius lib. 1. Var. lect. cap. 21, uterque hunc Gellii locum etiam citantes, Meursio quidem ob etymi incertum testante dictum nebulosum nomen ejus. Interim audias

tionis fuit. saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canunt. Posuit hoc verbum L. Accius poëta in Pragmaticis, appellarique *sicinnistas* ait *nebuloso nomine*: credo propterea *nebuloso*, quòd *sicinnium* cur diceretur, ei obscurum esset.

dias licet porro Oiselium. *Gron.* Vossius in Etymologico, *Sicinnistas* vult esse mimos, qui vitam mortui repræsentarent, & *sicinnium* saltarent; & Gellii verba subjicit; ex quibus tamen de vitæ mortui repræsentatione nihil haurias. Sic Jul. Cæs. Scaliger lib. 1. De Re Poëtica cap. 18. inquit, apud Gellium Sicinnistarum nomen legi eorum, qui ad tumulos modos facerent, quos Galenus τυμβεύλους vocat. Sed Scaligerum decepit, quod hocce caput cum præcedenti, ubi de *fiticinibus* agitur, in vulgatis editionibus conjungi soleret. *Ois.* Et tamen ille Vossius recte animadvertit saltabundos olim canere, quod postea stantes canebant in libro 11. Institution. Poetic. cap. 18.

CAP. IV.

Artificum scenicorum studium amoremque, inhonestum probrosumque esse, & super ea re verba Aristotelis philosophi adscripta.

COMOEDOS quispiam, & tragœdos, & tibicines dives adolescens Tauri philosophi discipulus liberos homines in deliciis, atque in delectamentis habebat. id genus autem artifices Græcè appellantur [1] οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται [2]. Eum adolescentem Taurus à sodalitatibus, convictuque hominum scenicorum abducere volens, misit ei verba hæc, ex Aristotelis libro exscripta, qui προβλήματα ἐγκύκλια [b] inscriptus est. jussitque, ut ea quotidie lectitaret: διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροί εἰσιν; ἢ ὅτι ἥκιστα λόγου καὶ φιλοσοφίας κοινωνοῦσι; διὰ τὸ περὶ τὰς ἀναγκαίας τέχνας αὐτῶν τὸ πολὺ μέρος ζῆν βίον εἶναι. καὶ ὅτι ἐν ἀπορίαις τὸ πολλὰ χρόνον εἰσίν, ὁτὲ δὲ ἐν εὐπορίαις. ἀμφότερα δὲ φαυλότητος σκευαστικά [c].

a *Artifices circa Bacchum.*

b *Quæstiones ad orbem scientiarum omne genus pertinentes.*

c *Cur Bacchici artifices, ut plurimum improbi sunt? An quia doctrinæ & philosophiæ minime fiunt participes, propterea quod artibus necessariis magnam partem vitæ suæ impendunt, vitamque plurimum ducunt incontinentem; partem etiam in inopiâ; quod quidem utrumque vitia producit.*

Polymathiæ Wouwerianæ, & videbis sic omnia quæ huc congesserat Oiselius, inde mala manu esse descripta, quæ post Wouwerium ab tot aliis aucta & illustriora sunt facta. Ex cujus etiam libri capite XXIV. & XXVI. mox petivit ista, quibus ornare voluit τὰ ἐγκύκλια, ut ostenderet sibi cognitam esse geminam ejus vocis efficaciam, sed quarum alteram præfracte rejecit Menagius ad Diogenem Laertium libro V. Quæ sæpius dicta dedet repetere. *Gronov.*

1 Οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται] Inspice caput XII.

CAP. V.

Exempla epistolarum Alexandri regis & Aristotelis philosophi, ita uti sunt edita: eaque in linguam Latinam versa.

COMMENTATIONUM suarum, artiumque, qua discipulis tradebat Aristoteles philosophus, regis Alexandri magister, duas species habuisse dicitur. alia erant, quæ nominabat [1] ἐξωτερικά; alia, quæ appellabat, ἀκροατικά. Ἐξωτερικὰ dicebantur, quæ ad rhetoricas meditationes, [2] facultatem argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducebant. Ἀκροατικὰ autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur; quæque ad naturæ contemplationes, disceptationesve dialecticas pertinebant. huic disciplinæ, quam dixi ἀκροατικὴν, [3] tempus exercendæ dabat in Lycio matutinum [4] nec ad eam quemquam temerè admittebat; nisi quorum antè ingenium, & eruditionis elementa, atque in discendo studium laboremque explorasset. [5] illas vero ἐξωτερικὰς auditiones, exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat; easque vulgo juvenibus sine delectu præbebat; atque eum δειλινὸν περίπατον [a] appellabat, illum alterum suprà ἑωθινὸν. [b] utroque enim tempore ambulans differebat: librosque suos, earum omnium rerum commentarios, seorsum divisit, ut alii Exoterici dicerentur, partim Acroatici. Acroaticos quum in vulgus ab eo editos rex Alexander cognovisset, atque ea tempestate armis exercitam omnem prope Asiam teneret, regemque ipsum Darium prœliis & victoriis urgeret; in illis tamen tantis negotiis literas ad Aristotelem misit, non eum rectè fecisse, quod disciplinas ἀκροατικὰς, quibus ab eo ipse eruditus foret, libris foras editis invulgâsset. *Nam quâ*, inquit, *aliâ re præstare cæteris poterimus, si ea, quæ ex te accepimus, omnium prorsus fient communia? quippe ego doctrinâ anteire malim, quam copiis atque opulentiis.* Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam: *Acroaticos libros, quos editos*

a *Pomeridianam deambulationem.*
b *Matutinam.* sc. deambulationem.

1 Ἐξωτερικὰ] *Extraria, Externa.* De Ἐξωτερικοῖς autem & Ἀκροατικοῖς Aristotelis multis agit ὁ πάνυ Salmasius Comment. in Epictetum & Simplicium p. 228. & seqq. qui omnino videndus. Adscripsit Scioppius [Ἐσωτερικὰ Clemens Alex. στρωμ. v. 237.

2 *Facultatem argutiarum*] Reg. & Lugd. maj. *facultatemque arg.* Gronov.

3 *Tempus matutinum*] Prout plures postea sic diversam temporibus scholam exercuerunt ut potavit Lud. Cresollius lib. 4. Theat. cap. 4. *Gronov.*

4 *Nec ad eam quemquam temere admittebat*] Ita Vett. Edd. & optimus quoque Codex, ut monuit Salmasius; pro quo male in Stephanicâ Ed. aliisque recentioribus est, *nec ad eam quemquam temere mittebat.* Ois. Ità est. Habet liber Regius compositum, quum nescio unde reliqui præferant simplex *mittebant*, ut Memm. Chis. Lugdun. ut. Petav. Lincol. quos sequi maluisse videtur Stephanus. Quin etiam mox liber Reg. & Lugdun. maj. *Libros quoque suos*, ubi alii habent *librosque.*

5 *Illas vero ἐξωτερικὰς auditiones*] Egregie Stephanus vocem postremam cum duabus sequentibus primum ex Mss. Regio adjecit, prout exstant quoque in Lugdun. utroque & Petav. Sed hoc miror, quod in voce tertia usus fuerit charactere Græco, quum jam hîc in Mssis incipiat ea vox Latine scribi, prout mox pergit facere. Nam quod Stephanus deinde edit *disciplinas ἀκροατικὰς*, peccavit, quia Latinum edidit Gellius, unde ibi in Mssis est modo *agroaticas*, modo *agro atticas*, certissima fide requiri characteres Latinos, ut plane est in Regio. *Gronov.*

6 *Neque*

editos quereris, & non proinde ut arcana abſconditos, [6] *neque editos ſcito eſſe, neque non editos; quoniam his ſolis, qui nos audiunt, cognobiles erunt.* Exempla utrarumque literarum, ſumta ex [7] Andronici philoſophi libro ſubdidi. [8] amavi autem prorſus in utriuſque epiſtolâ brevitatis elegantiſſimæ filum tenuiſſimum.

Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν.

Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς [9] τοὺς ἀκροατικοὺς τῶν λόγων. τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, ὅτοι πάντων ἔσονται κοινοί; ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. ---- ἔρρωσο.

Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν.

Ἐγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροατικῶν λόγων, οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. ἴσθι δὴ αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους, καὶ μὴ ἐκδεδομένους. ξωστοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. ---- ἔρρωσο.

Hoc

6 *Neque editos ſcito eſſe, neque non editos. quoniam his ſolis, qui nos audiunt, cognobiles erunt*] Ex his quidem Ariſtotelis ad Alexandum M. verbis apparet, Acroaticos libros à ſe vulgatos, brevius obſcuriuſque conſcriptos fuiſſe, quam ut quiſquam, qui ad auditiones Acroaticas non admiſſus eſſet, magnum poſſet ex iis capere emolumentum, vel in iis perlegendis mentem ſententiamque Ariſtotelis perſcrutari, aut quæ myſteria in iis lateſcent, ob ſtili nimirum & argumenti obſcuritatem, eruere. Non tamen inde ſequitur, quod Salmaſio quidem videtur, nempe Ariſtotelem etiam in Acroaticis diatribis, quando apud interioris admiſſionis diſcipulos diſceptaret, conſueviſſe res, quas tractabat, brevius obſcuriuſque inſinuare, quia ſcilicet agebat cum intelligentibus, & qui jam plurimum promoverant in diſcendi ſtudio, ita ut quaſi apud peritos ſingula potius ſignaret, quam latius uberiuſque explicaret; ſecus atque facere ſoleret in Exotericis, in quibus, ut artes tractabat magis ad popularem uſum accommodatis; ita ad popularem quoque captum omnia plenius planiuſque diſceptare, fuſiori ambitu declarare, verbiſque circumvehi ſolitus. Sed & Ariſtotelem in Acroaticis auditionibus apud diſcipulos ſuos, res, de quibus diſſereret, non obſcure & breviter inſinuando potius quam declarando, verum admodum diſtincte, & clare, atque prout earum natura & difficultas requireret, ſatis prolixe, & perſpicue, quamvis etiam ſubtiliſſime, pertractaſſe, nemo facile in dubium vocare poteſt. Quorſum enim Ariſtoteles, apud intimos ſuos, & diſcipulos, quos participes doctrinæ ſuæ reddere volebat, ſenſus ſuos involviſſet? Et contrarium plane ex hâc epiſtolâ Ariſtotelis reſponſoriâ ad Alexandrum liquet. Conquerenti enim Alexandro quondam ejus diſcipulo, & auditori, quod Acroaticas diſciplinas, quibus ab ipſo eruditus eſſet, libris editis evulgaſſet, atque ita quaſi cuivis è populo palàm feciſſet, reſpondet Ariſtoteles, Libros Acroaticos à ſe vulgatos, his ſolis cognobiles futuros, qui ipſum in privatis auditionibus Acroaticis audiſſent: quia adeò obſcurè conſcripti eſſent, ut non facile aliquis, niſi qui ipſum de iiſdem rebus clarius & uberius diſſerentem audiviſſet, mentem & ſententiam eorum percipere poſſet. Libri itaque & commentarii Acroatici in vulgus editi ab Ariſtotele breviter & conciſe, atque adeò ſatis obſcure conſignati erant: Diſſertationes vero Acroaticæ coram auditoribus ſuis ſatis perſpicue & clare ab eo habitæ. *Oiſ.* Adnotavit Scioppius: *adytos.*

7 *Andronici*] Floruit Andronicus cognomento Rhodius, juxta Ammonium circa Olympiad. CLXXX. & fuit undecimus Peripateticorum in ſchola Athenienſi. Inter alia ſcripſit in Categorias Ariſtotelis; item Indicem librorum ab Ariſtotele & Theophraſto conſcriptorum, ut teſtis eſt Porphyrius in Vitâ Plotini, & Plutarchus in Sullâ, ubi & refert Andronicum libros Ariſtotelis & Theophraſti à Tyrannione emendatos deſcripſiſſe, &, cum antea paucis noti eſſent, in vulgus edidiſſe. A quibuſdam habetur Auctor Paraphraſeos in Libros ad Nicomachum ab Heinſio primum editæ, ſed perperam, cum plurima contrarium ſuadeant. *Oiſ.* Alia de eodem notavit Th. Reineſius epiſtola XXXVIII. ad Rupertum.

8 *Amavi autem prorſus*] Reg. Memm. Chiſ. Lugdun. ut. Lincoln. nihil aliud, niſi *ſubdidi an autem prorſus*, vel *proſus*. Petav. *ſubdidi anau prorſ.* Quod advertens Pater oportune ſubſcripſit, l. *amavi enim prorſus*. Gronov.

9 Τοὺς ἀκροατικοὺς τῶν λόγων] Plutarch. in Alex. & Themiſt. in lib. 1. Phyſ. Scioppius.

Hoc ego verbum, ξυνετοὶ γὰρ εἰσιν, quærens uno itidem verbo dicere, aliud non reperi, quàm quod est scriptum à M. Catone in sexta Origine. *Itaque ego*, inquit, *cognobiliorem cognitionem esse arbitror.*

CAP. VI.

Quæsitum atque tractatum, [1] *utrum sit rectius dicere,* habeo curam vestri, *an* vestrûm?

PERCONTABAR Apollinarem Sulpicium, quum eum Romæ adolescentulus sectarer, quâ ratione diceretur, *habeo curam vestri*, aut *misereor vestri?* & iste casus, *vestri*, eo in loco, quem videretur habere casum rectum? Is hîc mihi ita respondit: Quæris, inquit, ex me, quod mihi quoque est jamdiu in perpetuâ quæstione. videtur enim non *vestri* oportere dici, sed *vestrûm*: sicut Græci loquuntur, ὄπιμελῆμαι ὑμῶν, καὶ κήδομαι ὑμῶν [a]. quo in loco ὑμῶν aptius *vestrûm* dicitur, quàm *vestri*, & habet casum nominandi *vos*: quem tu rectum appellasti. Invenio tamen, inquit, non paucis in locis, *nostri*, atque *vestri* dictum; non *nostrûm* aut *vestrûm*. [2] L. Sulla rerum gestarum libro secundo: *Quæso si fieri potest, ut etiam nunc nostri vobis in mentem veniat: nosque magis dignos creditis, quibus civibus, quàm hostibus utamini; quique pro vobis potius, quàm contra vos pugnemus: neque nostro, neque majorum nostrorum merito nobis id contingit.* Terentius [3] in Phormione:

Ita plerique ingenio sumus omnes. nostri nosmet pœnitet.

[4] Afranius in Togatâ:

Nescio qui nostri miseritus tandem deus.

& Laberius in Necyomantia:

Dum [5] *diutius detinetur, nostri oblitus est.*

Dubium porrò, inquit, non est, quin eodem hæc omnia casu dicantur; *nostri oblitus est, nostri miseritus est*; quo dicitur, *mei pœnitet, mei miseritus est, mei oblitus est. mei* autem casus interrogandi est, quem genitivum grammatici vocant, & ab eo declinatur, quod est, *ego*; hujus deinde pluralivum est, *nos. tui* æquè declinatur ab eo, quod est, *tu*;

a *Habeo curam vestrûm, & consulo rebus vestris.*

1 *Utrum sit rectius*] Lugdun. min. *siet.* maj. *verum etsi rectius*, transpositis literis confirmans scripturam minoris. Immo & Reg. plane *siet.* Ex talibus indiciis innotescit titlographus. *Gronov.*

2 *L. Sulla*] Sicut 1, 12 ejusdem scripti meminit.

3 *In Phormione*] Exst. Act. 1. Sc. 3. ℣. 20.

4 *Afranius*] Vide supra x, 11.

5 *Diutius detinetur*] Scioppius annotavit *retinetur*. Quum in hac parte mancus sit uterque codex, & Reg. & Lugdun. maj. testor tamen itidem legi in Lugdun. min. Mem. Petav. *Gronov.*

6 *Plautus*

tu; hujus itidem plurativum est, *vos.* sic namque [6] Plautus declinavit [7] in Pseudolo in hisce versibus:

Si ex te tacente fieri possem certior,
Here, quæ miseriæ te tam miserè macerent;
Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
Mei te rogandi, [8] *& tui respondendi mihi.*

mei enim Plautus, hoc in loco, non ab eo dixit, quod est, *meus;* sed ab eo, quod est, *ego.* itaque si dicere velis, *patrem mei*, pro, *patrem meum*, quo Græci modo τὸν πατέρα μοῦ dicunt, inusitatè quidem, sed rectè profecto, eâque ratione dices, quâ Plautus dixit, *labori mei*, pro, *labori meo.* hæc autem ipsa ratio est in numero plurativo; qua Gracchus, *misereri vestrûm*, & qua M. Cicero, *contentio vestrûm*, & *contentione nostrûm* dixit; quaque item ratione Quadrigarius in Annali undevicesimo verba hæc posuit: *C. Mari, ecquando te nostrûm & reip. miserebitur?* cur igitur Terentius, *pœnitet nostri*, & non, *nostrûm*, & Afranius, *nostri miseritus est*, non, *nostrûm?* Nihil hercle, inquit, mihi de istâ re in mentem venit, nisi auctoritas quædam vetustatis non nimis anxiè, neque superstitiosè loquentis. nam sicuti multifariam scriptum est, *vestrorum*, pro *vestrûm*; ut in Plauti [9] Mustellariâ in hoc versu:

Verum illud esse maxima pars vestrorum intellegit,

quum vellet *maxima pars* dicere *vestrûm*: ita nonnumquam [10] *vestri* quoque dictum est *vestrûm.* sed proculdubio qui rectissimè loqui volet, *vestrûm* potius dixerit, quàm *vestri.* & iccirco importunissimè, inquit, fecerunt, qui in plerisque Sallustii exemplaribus scripturam istam sincerissimam corruperunt. nam, quum ita in Catilina scriptum esset: *Sæpe majores vestrûm miseriti plebis Romanæ: vestrûm* obleverunt, & *vestri*

6 *Plautus declinavit*] Reg. perspicue *declinatur.* Gronov.

7 *In Pseudolo*] Exst. in ipso initio.

8 *Et tui respondendi mihi*] Quum Stephanus edidisset *& tis resp.* Scioppius adscripsit post primam voculam *tui*, ut sit *& tuitis*, quod sane ipsum legitur in omnibus vulgariis libris MSS. At Regius *& in tis respondendim ibi in enim.* Hinc & Lugdun. maj. *mei terrogandi z uitis respondendum ib im. N Plautus.* Nam istud *mei terrogandi* est etiam in Regio. Stephani lectionem ita tuetur Vossius libro IV. de Analog. cap. 4. ut temerarios pronunciet, qui pro *tis* substituunt *tui.* Sed qualem se vocabit ipse, qui adeo temere subruit fidem codicum veterum, quos mutilat quatuor aut duabus lineis? Verum id scripsit ignorans manum antiquam. Accedit, quod qui scripturus est mox *tis*, videatur modo ante scripturus etiam *mis*, non *mei.* In Plauto MS. legi *& tu resp.* quod certe convenit τῷ *tis*, quod ad lineas. Etenim patet ex optimis illis duobus legendum *mei te rogandi*, *exin tis resp.* Gronovius.

9 *Mustellaria*] Exst. Act. 1. Sc. 3. ℣s. 123.

10 *Vestri quoque dictum est vestrum*] Ita retinet Stephanus ex quibusdam editis ante illum, prout legitur quoque in nonnullis scriptis. Interea scire oportet in optimis, hoc est, Regio & Lugdun. maj. scribi *dictum est pro vestro.* Gronov.

ſtri ſuperſcripſerunt. ex quo in plures libros mendæ iſtius indoles manavit. Hæc memini mihi Apollinarem dicere; eaque tunc ipſa, ita ut dicta fuerant, notavi.

CAP. VII.

Quàm diverſæ Græcorum ſententiæ ſuper numero Niobæ filiorum.

MIRA & prope adeò ridicula diverſitas fabulæ apud Græcos poëtas deprehenditur ſuper numero Niobæ filiorum. nam Homerus pueros, puellaſque ejus bis ſenos dicit fuiſſe, Euripides bis ſeptenos, Sappho bis novenos, Bacchylides & Pindarus bis denos. quidam alii ſcriptores tres fuiſſe ſolos dixerunt.

CAP. VIII.

De iis quæ habere συμπάθειαν [a] videntur [1] cum luna augeſcente ac ſeneſcente.

ANNIANUS poëta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus vindemiam hilarè atque amœniter. ad eos dies me & quoſdam item alios familiaris vocavit. [2] ibi tum cœnantibus nobis, magnus oſtrearum numerus Româ miſſus eſt. quæ quum appoſitæ fuiſſent, & multæ quidem, [3] ſed inuberes macræque eſſent: [4] Luna, inquit Annianus, nunc videlicet ſeneſcit; eâ re oſtrea quoque, ſicuti quædam alia, tenuis, exſuctaque eſt. Quum quæreremus, quæ alia item ſeneſcente Lunâ tabeſcerent? Nonne Lucilium, inquit, noſtrum meminiſtis dicere?

Luna

a *Concentum atque conſenſum* vertit Cicero lib. 6. de Divinat.

1 *Cum luna augeſcente*] Lugdun. maj. *cum lunam anſueſcente*. min· *cu luna ac ueſcente*. Memm. & Chif. *cum luna an ſueſcente*. Vides aliud quid vulgato ſignificari. *Gronov.*

2 *Ibi tum cœnantibus nobis*] Stomachatur Pricæus, dicitque hoc otio eſſe abuti, cum vel præcedentia cominus inſpecta, ſatis ſuperque illud vocis ſupervacuum evincant, nec tamen parum heic turbare Expoſitores quoſdam, atque ita citat *ibi dum cœn.* ad Apuleji apologiam pag. 219. Atqui id ipſum exſtat in editione Gryphii, qua uſus fuit Lambecius. *Gronov.*

3 *Sed inuberes macræque eſſent*] At Reg. & Lugdun. maj. *Sed uberes macrus queque eſſent*. Quod vulgatur, eſt in aliis peioris notæ. *Gronov.*

4 *Luna &c. nunc ſeneſcit, eâ re oſtrea quoque &c. tenuis, exſuctaque eſt*] Al. *tenuia exſuccaque ſunt.* Communis & cuivis è vulgo etiam nota hæc opinio, Lunâ creſcente oſtrearum, conchiliorumque & concharum omnium corpora augeri, eâ vero decreſcente, rurſus minui; quam etiam quotidiana experientia confirmare videtur. Cauſa tamen ejus rei, & quare circa Plenilunium magis, quam circa Novilunium, oſtreæ, ceteraque teſtacea grandius incrementum capiant, pauciſſimis, imo nemini potius adhuc perſpecta. Qui propius ſibi ad eam accedere videntur, cauſam referunt in Lunæ humiditatem: quâ radiis Solis in Plenilunio percuſſâ, lucem inde in Terram advenientem volunt eſſe calidum quid humido commiſtum: atque adeo prolificum, nutriendoque idoneum. cujuſmodi nihil in Novilunio contingere poſſit. Ab hac tamen communi

Luna alit ostrea, & implet echinos, muribus fibras,
Et pecui addit.

eadem autem ipsa, quæ crescente Lunâ gliscunt, deficiente contrà Lunâ defiunt. ælurorum quoque oculi ad easdem vices lunæ aut ampliores fiunt, aut minores. id etiam, inquit, multo mirandum est magis, quod [5] apud Plutarchum in IIII in Hesiodum Commentario legi; Cæpe tum revirescit & congerminat decedente lunâ, contrà autem inarescit adolescente. eam causam esse dicunt sacerdotes Ægyptii, cur Peluſiotæ cæpe non edunt: quia solum olerum omnium contra [6 7] lunæ aucta atque damna, vices minuendi & augendi habeat contrarias.

communi opinione secedit Doctissimus Is. Vossius libr. de Motu Marium & Ventor. cap. 16. & putat non esse Lunam, aut ejus effectum, qui tumorem & pinguedinem ostreis cæteriſque testaceis conciliet, sed ejus rei causam refert in ipsum maris æstum: quia in multis Indiæ locis, uti ad Cambajam, Bengalam, Javam insulam, & alibi, ut referunt quam plurimi testes oculati, in Novilunio & Plenilunio inania sunt pleraque testacea, eadem vero plena sint in quadraturis. Istud autem inde fieri vult, quod in prædictis oris nullus compareat æstus, quando Luna est vel plena vel nova, sed demum quatuor aut quinque diebus serius, prout tardius citiusve ea loca accedit Oceanus. Unde etiam in sinu Cambaiensi & Peguano in Lunæ quadraturis maxime maria tumere, eademque subsidere Lunâ vel novâ vel plenâ. Ex hisce apparere, non Lunæ adspectu, sed adventu æstus sagmari ostrea, ait Vir Doctissimus. Cujus opinionem ob speciosam, quâ non caret, verisimilitudinem, hoc loco quoque referre operæ pretium duxi.

5 *Apud Plutarchum in* IIII *in Hesiodum commentario*] Latet anguis in herba. Rescribendum omnino *apud Plutarchum in Isin & Osiridem commentario*. Verba ipsa Plutarchi quæ Gellius citat, hæc sunt: Οἱ δὲ ἱερεῖς ἀφοσιοῦνται καὶ δυσχεραίνουσι καὶ τὸ κρόμμυον παραφυλάττοντες, ὅτι δ' σελήνης φθινούσης μόνον εὐτρεφεῖ τοῦτο καὶ τεθηλέναι πέφυκεν. Habes, erudite lector, veram corruptissimi hujus loci lectionem, & simul Prodromi nostri finem. Lambecius. Hoc Lambecii ἄγαλμα sic ostentavit Oiselius, & hujus exemplo Prousteus, ut non notarum præconio celebrare satis habuerint, sed & contextui intulerint. Quod nescio an indulgeat disciplinæ nostræ pudor, præsertim quum id fiat contra omnia vetera Gellianæ manus testimonia, quæ habent aut *in quarto in esiodum commentario*, aut *in* IIII *in esiodum commentario*. Quid autem differt hæc citatio ab ista libri VI. cap. 14. *Taurus in prima commentariorum, quos in Gorgiam Platonis composuit.* Ut mirer scribi ab Prousteo vix quicquam esse absurdius eo quod prius legebatur. Et quæso quis ita illud Plutarchi scriptum citavit? Hinc licet omnibus modis blandiatur conjectura Lambeciana, eo tamen usque progredi non sustinuerim, contentus loci hujus admonitione; præsertim quum etiam scitet Gellius libros Plutarchi de Homero, & sæpe Plutarchus potuerit habuisse occasionem ponendi illa ipsa verba. Ipse Lambecius adscripsit in exemplaris sui summa ora *in Isidis & Osiridis*, infima περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος. Immo quod notari meretur, jam olim Scioppius pro illis IIII *in Hesiodum* subiecit in margine *Isidis & Osiridis*. Gronov.

8 *Lunæ aucta, atque damna*] Id est incrementa, & decrementa. Sic Seneca ad Marciam cap. 18. Lunam dicit esse *accessionibus damnisque mirabilem*. Et Manilius Astron. lib. 2.

Et cum damna tuas imitantur Deliæ vires.

Claudianus in Panegyr. Honorii:

- - - Oceani lunaribus æmula damnis:

Julius Firmicus in Præfat. l. 1. Astron. *Quid Lunæ velox motus, assiduaque luminis vel augmenta in corporibus nostris, & deficientis luminis damna sentimus.* Et sic Sidonius Apollinaris Carm. XV.

- - - Quid menstrua lunæ
Incrementa parent, totidem cur damna sequantur.

9 *Lunæ aucta atque damni vices*] Egregie hoc ad indicia Lugdun. maj. qui sic habet *lunæ auctant quædam navices*. Sed Regius *augmenta* clare. Hinc notat Goldastus A. Gellium *damna Lunæ & aucta* pro deminutione & augmento dixisse ad Valerianum de bono disciplinæ pag. 28. opponi enim inter se *auctum* & *damnum* ut apud Græcos κέρδος & ζημία. Quod respiciens Pater notavit ex Goldasto *lucra* nescio quomodo. *Gronov.*

CAP. IX.

Qualibus verbis delectari solitus sit Antonius Julianus positis in Mimiambis, [1] *quos Cn. Mattius scripsit.*

DELECTARI mulcerique aures suas dicebat Antonius Julianus figmentis verborum novis [2] Cn. Mattii, hominis eruditi; qualia hæc quoque essent, quæ scripta ab eo in Mimiambis memorabat:

Sinuque amicam [3] *reficere frigidam caldo:*
[4] *Columbulatim labra conserens labris.*

item id quoque jucundè lepidéque fictum dictitabat:

Jam tonsiles [5] *tapetes ebrii* [6] *fuco,*
Quos concha purpura imbuens [7] *venenavit.*

item

1 *Quos Cn. Mattius scripsit*] Ita rem constituit Stephanus, quia his ipsis consummatur caput, quod superest. Sed primæ editiones habuerunt *Julianus positis in mimiambis. scripsit de innocentia sua: cum ita dictitat: nunquam vestimenta a populo posci.* Quod deinde ita retinuerunt, ut alii ederent *dictat*, alii *de adolescentia sua*. At Mssti quoque legunt *Julianus posciis in mimiambis scripsit de innocentia sua cum ita dictitat numquam vestimenta a populo posci*, quæ ipsæ totidem literæ exstant in libro Regio & Lugdun. maj. quum minor habeat *positus*. Ex his non tam oportet per temeritatem nonnulla abjici, quod facile feceris, sed sapienter agnosci, quantum ex Gellio perierit, per varias confusiones; Gelliana enim esse non dubitabis, etsi quo referri oporteat, non ante pateat, nisi postquam ex editione Stephani perlegeris ipsum caput, ad cujus finem agnoscis hæc ipsa, sed emendata, esse adjecta, quæ in nullo habentur Msto. *Gronov.*

2 *Cn. Mattii*] Vide supra VI, 6 & XV, 25.

3 *Reficere*] Metri causâ pro *reficere*, Vossius mavult, *reficit*. Oiſ. In Mſ. Regio est nota, quam Bourdelotius, Salmasius, Lambecius explanant *est nunquam amicam*, sed si recte consideres, cerni & colligi tantum potest *nuquam*. Etiam Lugdun. maj. effert *ē nuq*; *amicam* pro *est nuq*. Et intelligo unde fecerint *sinuque*, abjecto scilicet primo e fecerunt *si* ex *st*. Quod nescio an decuit fieri, quum primam literam retineri oportuerit, cui præfigenda mox major litera erat, ut solet apparere in omnibus Mſtis, ut rear prius fuisse scriptum simpliciter *enuque*, unde faciendum erat *Genuque amicam reficere*. Hoc enim verbum est in scriptis sic omnibus. Itaque & Scioppius adnotavit ad verbum *reficere* [Ita Ful. V. c. Sed Scal. leg. *refice*. Gronov.

4 *Columbatimque*] Ne in secunda sede sit spondæus, forte melius leges, *Columbulatimque*, vel *Columbiatimque*, quod idem significabit, scilicet, *more columbarum*. Quem & innuit Martialis lib. 12. Epigr. 66.

Amplexa collum basioque tam longo
Blandita, quam sunt nuptiæ columbarum.

Unde etiam Mœcenas: *Si quis fœminæ cirro crispatæ labris columbatur*. Osculum columbæ vocat Martialis lib. 1. Epigr. 110.

Issa est purior osculo columbæ.

Cujusmodi fiebat linguarum collisione. De quo Appulejus Miles. lib. 6. *Accepturus ab ipsa Venere septem suavia, & unum blandientis linguæ adpulsu longe mellitum.* Et lib. 2. *Arctius eam complexus cæpi suaviari, jam patentis oris inhalatu cinnameo & occursantis linguæ illisu nectareo prona libidine allubescente.* Quod Tibullus dixit,

Et dare anhelanti pugnantibus humida linguis
Oscula. ——— Oiſ.

Fruere ludicro otii Oiseliani. Sed scias in Regio perspicue scriptum esse *columbalatim labra*, cui annotavit Salmasius [l. *columbulatim*] Et non minus clare in Lugdun. maj. exstat *columbulatim*, quum minor habeat cum aliis MSS. *columbatim labra*. Ita nuspiam in scriptis illa copulativa. Hinc nequivi arcere veram lectionem. Sed & Scioppius quum notasset copulativam deleri, addidit [Scalig. *columbulatim*.] Gronov.

5 *Tapetes ebrii fuco*] Citat hæc & explicat Salmasius in Plinianis tum pag. 268. tum pag. 1000. ut tonsiles intelligas. *Gronov.*

6 *Fuco*] De quo plenissime multa vide sis apud Salmasium ad Solinum pag. 1144. & seqq.

7 *Venenavit*] Citat hunc locum illustraturus istud

item illud:

Dein coquenti vasa cuncta dejectat:
Nequamve [8] *scitamenta* [9] *pipulo poscit.*

istud *venenare* pro tingere Salmasius in Plinianis Exerc. pag. 268. unde Oiselius descripsit ea quibus non eget Gellius; verum hoc ab illo accipias licet: Flammeum vero colorem, & purpureum, & venenatum pro eodem accipi docet Salmasius ad Histor. August. pag. 380.

8 *Scitamenta*] Quod brevissime indicavit in Etymologico Vossius, id Oiselius nescio quo studio per ineptiam extendit, ut nihil doceret. *Gronov.*

9 *Pipulo poscit*] Id est, *convitio poscit*. Sic enim Nonius *pipulum* interpretatur & Isidorus in Glossis. Hoc modo Plautus dixit Aulular. Act. 3. Sc. 2.

——— *Nisi reddi*
Mihi vasa jubes, pipulo hic differam te ante ædes.

CAP. X.

Quid vocabulum, ex jure manum consertum, *significet.*

[1] EX. IVRE. MANVM. CONSERTVM. verba sunt ex antiquis actionibus, quæ, quum lege agitur & [2] vindictæ contenduntur, dici nunc quoque apud Prætorem solent. Rogavi ego Romæ grammaticum celebri hominem famâ, & multo nomine, quid hæc verba essent? tum ille me despiciens, Aut erras, inquit, adolescens, aut ludis. rem enim doceo grammaticam, non Jus respondeo. si quid igitur ex Virgilio, Plauto, Ennio quærere habes; quæras licet. Ex Ennio ergo, inquam, est, magister, quod quæro. Ennius enim verbis hisce usus est. quumque ille demiratus aliena hæc esse à poëtis, & haud usquam inveniri in carminibus Ennii diceret; tum ego hos versus [3] ex octavo Annali absentes dixi. nam fortè eos tamquam insigniter præter alios factos memineram:

[4] *Pellitur è medio sapientia. vi geritur res.*
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
[5] *Haud doctis dictis certantes,* [6] *sed maledictis,*

[7] *Miscent*

1 EX. IURE. MANUM. CONSERTUM.] Ita Steph. Ed. at Vett. Edd. *ex jure manu consertum*. Ois. Sed *manum* tuetur codex Reg. Petav. Lincoln. Et qui potuit vel meminisse vitiositatis editionum, si vel solum Brissonii Formulas inspexisset?

2 *Vindictæ*] Rei Vindicationes. Vett. Edd. habent *vindiciæ*. Ois. Sic etiam iste Optimus codex, quum in Lugdun. maj. sit *vindigie*.

3 *Ex octavo Annali*] Mireris in solo Lincolniensi scriptum *ex* XVIII. *annali*. Gronov.

4 *Pellitur è medio, &c.*] Horum maximam partem versuum paraphrasim & explicationem exhibet Cicero in Oratione pro Muræna, quam adduxit doctissimus Columna pag. 145. unde illi ista citatio relinqui ab Oiselio debuit: & qui non ista contulerunt? Scioppius adscripsit [*Tollitur* Cic. pro Muræna & lib. 2. epist. ad Trebat.]

5 *Haud doctis dictis &c.*] Citat & Calpurnius Piso, ubi agit de Adnominatione, quam Paronomasiam dicimus: *Cicero ait: facie magis quam facetiis rediculus. Sic Ennius: Haud doctis dictis certare, sed maledictis. Pacuvius:*

——— *me*
Terit fames: pavore fama concutit,
Lapit cor cura.

6 *Sed maledictis*] Reg. Memm. Chif. Lugdun. ut. Petav. *nec maledictis*. Eidem mox *inimicitiam* quibus accedit in hoc Lincolniensis, ut liquidam non eliserit Poëta. *Gronov.*

[7] *Miſcent inter ſeſe immicitias agitantes.*
Non ex jure manum conſertum, [8] *ſed mage ferro*
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolidâ vi.

Quum hos ego verſus Ennianos dixiſſem: Credo, inquit grammaticus, jam tibi. ſed tu velim credas mihi, Q. Ennium didiciſſe hoc non ex poëticæ literis, ſed ex juris aliquo perito. eas igitur tu quoque, inquit, & diſcas, unde Ennius didicit. Uſus conſilio ſum magiſtri, quod [9] docere me ipſe debuerat, à quo diſcerem [10] prætermonſtrantis. itaque id, quod ex Jureconſultis, [11] ex libriſque eorum didici, [12] inferendum his commentariis exiſtimavi. quoniam in medio rerum & hominum vitam qui colunt, ignorare non oportet verba actionum civilium celebriora. *Manum conſerere* eſt, de quâ re diſceptatur, in re præſenti, *ſive ager, ſive quid aliud eſt,* [13] cum adverſario ſimul manu prendere, & in eâ re [14] omnibus verbis vindicare. [15] Vindicia, id eſt, correptio

7 *Miſcent*] Legendum fortaſſe,
Sed maledictis
Muſſant, inter ſeſe inimicitias agitantes.
Oiſ. Miſeret profecto. Quodnam enim iſtud tempus muſſandi? clamor & ſtrepitus ferri omnia peragit. Et pater tamen id ipſum in ſuo margine notavit ſub perſona Sc. quem ſupprimit inique Oiſelius.

8 *Sed mage ferro*] Scripti omnes efferunt aut *ſed magis errore rei repet.* aut *ſed magis errore rei petunt.* Hinc conſtare debet, Gellium certe ſcripſiſſe *ſed magi' ferro.* Salmaſius etiam adſcripſit *conſertant.* Gronov.

9 *Docere me ipſe debuerat*] Multum vexata verba. Nam Brixia edidit modo *quod docere me debuerat.* Id ita auxit Aldus. Gryphius anno 1539 *quo docere me ipſe deb.* quum iſtud *me* neſciat Reg. Lugdun. ut Lincoln. *Gronov.*

10 *Prætermonſtrantis*] Id eſt, ultra monſtrantis. Utpote qui ipſe docendi laborem defugiens, & à ſe amovens, in alios iſtum rejiceret, & indicaret, unde Gellius, quod quærebat, diſcere poſſet. *Oiſ.* Verum pater adſcripſit [Reg. *præmonſtrantis.*] Id illi præbuit Lambecius, qui ad vulgatam vocem hoc annotavit, quaſi prout cetera, id quoque eſſet ex codice Regio. Non tamen aut Bourdelotius aut Salmaſius aut ego aut frater id deprehendimus. Certe *præmonſtrare* aliquoties uſurpavit Gellius. *Gronov.*

11 *Ex libriſque eorum*] Cod. Tornæſ. *quodque ex libris eorum.* Oiſ. Atqui hæc ipſa manus eſt libri Regii, & hinc Lugdun. maj. *id quoque ex jure conſ. quoque ex libris eorum*: quaſi ex ejus arbitratu foret *id quodque ex jureconſultis, quodque ex lib.* Gronov.

12 *Inferendum his commentariis*] Hoc ipſum vel *inferendum* ſcribitur in libris antiquis, prout hoc eſt in Lugdun. maj. & alterutrum ſolet in hunc ſenſum adhibere Gellius. Surgittamen Jan. Gebhardus lib. 2 Antiq. c. 18. & propinat *inferciundum.* Gronovius.

13 *Cum adverſario ſimul manu prendere*] Sic Vett. Codd. In Steph. Ed. eſt, *ſimul adverſarium manu prenderit.* In aliis etiam, *cum adverſarium ſimul manu prenderet.* Oiſ. Hoc poſterius vidi in Lincoln. novitque Aſcenſius. ubi id tuetur quoque Budæus. Et Stephanicum huc non pertinet. Quod editur, plane eſt ex ipſo ritu.

14 *Omnibus verbis*] Forte, *ſolemnibus verbis.* Alii hic legunt, *optimis verbis.* ut dicitur, optimâ lege, optimo jure, &c. *Oiſ.* Prius editur ab Briſſonio, adſcriptumque eſt in Salmaſiano exemplari neſcio cujus manu.

15 *Vindicia, id eſt, correptio manus*] Ita Ed. Stephan. In Vett. Edd. eſt, *Id eſt, vindicia correptio manus, &c.* Unde faciunt: *Id eſt, vindicia correptâ manu in re atque loco præſenti &c. fiebat.* Sed Stephanica lectio præferenda. *Vindiciæ* hic dicitur ex Leg. Decemviral. quæ poſtea etiam *Vindicatio* appellata. Fiebat autem Vindicia correptione manus in re, atque in loco præſenti auctore Prætore ex XII. Tabulis. Hinc eſt, quod Vindiciam Gellius interpretetur, correptionem manus. Et quod καρπισμὸς à Clemente vocetur, à Chariſio autem καρπισία, quod manus brachiali caperetur, qui carpus dicitur, ut obſervat Turnebus Adverſar. lib. 13. c. 27. unde & *aſſertor* καρπισὴς, & ipſa *aſſertio* καρπισία exponitur in Gloſſis Philoxeni. Alioquin *Vindicia* etiam dicitur *res,*

de

reptio manus in re atque in loco præsenti, apud Prætorem ex duodecim Tabulis fiebat, in quibus ita scriptum est: SI. QVI. IN. IVRE. MANVM. CONSERVNT. Sed postquam Prætores propagatis Italiæ finibus, [16] datis jurisdictionibus, negotiis occupati, [17] proficisci vindiciarum dicendarum causâ in longinquas res gravabantur: institutum est, contra duodecim Tabulas, tacito consensu, ut litigantes non [18] in jure apud Prætorem manum consererent, [19] sed ex jure manum consertum vocarent; id est, alter alterum ex jure ad conserendam manum [20] in rem, de qua ageretur, vocaret: atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in jus in urbem ad Prætorem deferrent: & in eâ glebâ, tamquam in toto agro, vindicarent. idque Ennius significare volens, ait, non, ut ad Prætorem solitum est, agi legitimis actionibus, neque ex jure manum consertum, sed bello, ferroque, & verâ vi, atque solidâ. quod videtur dixisse, conferens vim illam civilem, & [21] festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellicâ & cruentâ.

de qua controversia est, ut definivit Servius Sulpitius, referente Festo Pompejo; qui & ipse ait: *Vindiciæ appellantur res eæ, de quibus controversia est; aut potius dicuntur vindiciæ inter eos, qui contendunt.* In Glossis quoque Philoxeni *Vindiciæ* redduntur, τὰ ἀμφισβητήσεως πράγματα. Quod convenit cum priori Festi interpretatione. A quibus etiam non abeunt illa Asconii in III. Verr. ubi quid *vindiciæ* sint hisce verbis docet: *Lis vindiciarum est, cum litigatur de eâ re apud Prætorem, cujus incertum est, quis debeat esse possessor: & ideo, qui eam tenet, satisdat pro prædе litis vindiciarum adversario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua jurgium esset.*

16 *Datis jurisdictionibus*] Budæus apud Ascensium citat *latis*. Sed & Scioppius notavit [f. *latis*,] qui etiam adiecit statim *discendarum*. Gronovius.

17 *Proficisci vindiciarum, &c.*] Vett. Edd. *Paciscivindiciarum dicendarum causa longinquas res gravabantur*. Quod Turnebo lib. 29. Adversar. cap. 33. non displicet, & Paciscilonginquas res, interpretatur, pacta vindiciarum longinqua in præsentia contrahere & obire. Sed melius & simplicius videtur, *proficisci v. d. causa in longinquas res g.* vel ut alii, *ad longinquas res*. Oiſ. In longinquum rus vel longinquas oras. Sc.

18 *In jure*] f. *endo jure*. I. apud Prætorem. SEI. QVEI. IN. IOURE. MANUM. CONSERVNT. VTREIQVE. SVPERSTITIBVS. PRAESENTIBVS. VINDICIAS. SVMVNTO. Scioppius.

19 *Sed ex jure manum conſ.*] Delevi Oiſeliana, quoniam erant meta Brissoniana ex libro v. Formul. pag. 375. *Gronov.*

20 *In rem, de qua ageretur*] Lincoln. *in rem de re agerentur*. Clarissime apparet in ejus scribæ antigrapho fuisse *in rem de qua re ageretur*. Gronov.

21 *Festucariam*] Alludit Gellius ad *festucam*, sive virgulam illam, quæ olim in libertatum vindicationibus adhiberi solebat, quæ etiam *Vindicta* vocabatur. De qua Boëtius lib. II. in Topic. Cicer. notat, *quod esset virgula quædam, quam lictor manumittendi servi capiti imponens, eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solemnia; atque ideo virgula illa Vindicta vocabatur.* Hinc meminerunt Plautus Milite & Persius Sat. v. *Oiſ.* an describens ex Ascensio?

CAP. XI.

Quid sit sculna *verbum positum apud M. Varronem.*

[1] PLAVINII liber est non incuriosè factus. is inscriptus est, *de verbis sordidis.* in eo scripsit [2] *sculnam* vulgo dici, quasi *seculnam*: *quem qui elegantius*, inquit, *loquuntur*, *sequestrem appellant.* utrumque vocabulum à sequendo factum est: quòd ejus, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur. *sculnam* autem scriptum esse in Logistorico M. Varronis, qui inscribitur [3] *Catus*, idem P. Lavinius in eodem libro admonet. Sed quod apud *sequestrem* depositum erat, *sequestrò positum* per adverbium dicebant. Cato de Ptolemæo contra Thermum:

Per deos immortalis, nolite vos [4] *sequestrò ponere.*

1 *P. Lavinii*] Forsan hic ipse est, qui à Macrobio lib. 3. Saturnal. c. 8. *Lævinus* vocatur. *Oiſ.* V. C. *Plani.* Scioppius.

2 *Sculnam*] In hoc Oiselio sculna quum nihil conspiceretur, nisi quod de eo Vossius jam monstraverat in Etymologico, jungendo Glossas, Gellium, Macrobium, quibus Sarisberiensem addens Pontanus dedit Oiselio pleniſſimam copiam, unde nihil doceret. Etiam Robertus olim Stephanus scripserat sculnam pro sequestro veteres usurpavisse, quasi seculnam; quo verbo usus sit Varro: nec voluit tamen citare Gellium, a quo is Varro suppeditatur. Non enim credo respexit eundem locum, quem Barthius lib. 26. Adverſ. cap. 14. excitavit ex Nonio in v. Aurigatur, & Oiselius quoque huc retulit, ubi nihil habet loci. Quum vero id jam scriptum sit ab Rob. Stephano, apparet quoque nihil adferri ab Vossio, quod vel memoratu dignum sit. Quomodo autem potuerunt sculnam & sequestrum sibi imaginari esse ejusdem originis? Certe sicut sequestrum vel sequestrem inde eximit clariſſime pater ad Tacitum lib. III. Annal. cap. 71. ita *Sculna* nequit probabilius deduci ab sequendo, quam omnia verba reliqua has tres literas in primâ syllabâ habentia, quæ sunt admodum quam multa. Salmasius etiam de modo Usur. cap. XVI producit hoc vocabulum, sed ita, ut in eo hæreat, nec pro more queat in eo exspatiari, facturus id procul dubio, si origo patuisset. *Gronovius.*

3 *Catus*] Vide IV, 19.

4 *Sequestro ponere*] Plaut. Mercat. *Immo sequestro mihi data est.* Scioppius.

FINIS.

Con-

Conſpectus notularum vel ſuſpicionum ac variarum lectionum, quas ad oram exemplaris ſui ſcripſerat G. Scioppius uſque ad 14, 4, ubi in ipſa editione illis uti incepimus.

PAG. 1 A. GELLII. AGELLII, in duobus antiquiſſ. cc. Et ita in ſingulis librorum ſequentium inſcriptionibus.
3 ψſ. 8 Feſtivitates inſcriptionum. Plin. in præfat. feſtiviorem titulum.
5, 1 Lectionis ſuæ. Malim: uſæ, id eſt, variæ, ut τὸς ex præcedenti vocula adhæſerit.
6, 1 De ridiculis & περὶ. De ridiculis & ſalibus & περὶ.
10, 1 Motio. in otio.
32, 13 Poſticum refrigerantibus. v. c. poſitu refrigeranti.
33, ult. κυριευοντας. v. c. κυριεύοντας, & ἡσυχάζοντας, & σωρείτας.
36, 1 Theorematibus. theorematis.
2 Oblectantes. deblaterantes.
4 Ea quæ addidit. f. addidi. & mox ἀνενάγκαστος pro ἀνεκβίαστος, & εὐδαιμονῶν.
7 atraque. atroque.
ult. κακίαι. κακία.
37, 2 ὕτως. abeſt.
5 ἀνακραυγάσαντί σοι ἐάν τις κακόχολος παραστὰς. ἀνακραυγάσης ἄν σοι κακὸς χόλος πῶς παραστὰς.
6 λέγε μοι σὺ τοὺς θεοὺς. λέγεμοι τοὺς θεούς σοι σύ.
9 κατηγορούμενον μέμνησαι. κατηγορούμενον τὶ ποιήσεις. His ille &c. ut reliqua Græca abſint.
38, 1 adoleſcens. aduleſcens.
19 ſapientium. ſapientum.
ult. capitali. capitalis.
39, 2 conſultanti. conſultavi.
8 Hic autem. Et hic autem.
16 Et in quibus cauſis. tres primæ voces deſunt.
40, 18 ejuſmodi ſic v. c. non hujuſmodi, ut Stephanus.
41, 13 με συμπρ. μὲν συμπ. & mox μέχρι τῶν θεῶν.
42, 3 munimentis. ſic v. c. non imminentis. utilitatum ratione ſolidatur. abeſt vox media.
43, 1 ſicuti magnum. ſicuti cum magnum.
2 τούτῳ. τουτου.
7 tempeſtivius. tempeſtive.
9 τούτου τοῦτο f. τουτεστιν.
44, 5 cauſa diſſerendi. cum diſſerendi.
13 tantum coercuit &c. cantum coercuit. Hunc, inquit, amorem ita finiam, tanquam forte fortuna poſiturus. hoc odium ita, ut te nunc oderim, tamquam fortaſſis poſt amaturus.
45, 3 φιλίας καὶ ἀπεχθείας. φιλίᾳ ἀπεχθείας.
ult. ſpectabat, aut. ſpectabat, & aut.
48, 1 tradunt. traditum.
2 & nimis. nimiſque.
4 quin parum vir ore. cum parum vir & ore.
49, ult. ἀγροδίαιτος καὶ ἀπροσ. ἀναφρόδιτος, ἀπρόσιτος.
51, 8 magis id eſſe. magis eſſe.
9 in illud potius. in id potius.
11 accidere. accedere.
52, 5 cum tanta. f. tum tanta.
53, 3 Iſdem. f. His demum.
penult. adierant ubi neque. media vox abeſt.
ibid. eſſent quo. eſſent his quo.
ibid. cognitoribus. agnitoribus.
55, ult. In centeſimo quinquageſimo. in Cl. Rectiſſime. Nam Quadrigarius Claudii prænomen habuit. Vide lib. 2. cap. 2. & 19.
56, 2 duodeviceſimo. duodevigeſimo.
5 ſi hæ res. ſi eæ res.
58, 1 Numero. Num vero.
5 ut rationem. ut & rationem.
6 faciamus. facias. Tum vocibus autem & tamen lineolam ſubduxit.
7 modulamentis. modulamentiſque.
10 conſpectiuſque. completiuſque.
ibid. imperfectiuſque. inperfectiuſque.
13 oratione. hortatione.
60, 4 ἢ τάλαντον. abſunt.
62, 3 Eum qui. Tum qui.
8 Biennium. Suidas: πενταετῆ γὰρ χρόνον ἤσκουν σιωπᾶν.
63, ult. comiſſationem. comiſationem.
64, 8 dabant. dabat.
ibid. fuerit. fuit.
9 quod re. quod jure.
verbo. verbo Romano.
κοινοβιον. v. c. ercononcito. f. contubernium κοινόβιον.
65, ult. viri noſtri. vox poſtrema abeſt.
69, 10 Cretenſes. Clemens Pæd. l. 11. cap. 11.
71, 6 præmonſtraſſe. præminiſtraſſe.
72, 1 Efferveſcente. ferveſcente.
18 πολεμεῖν. κινδυνεύειν.
73, 1 Veſtali abeſt.
Item quæ. itemque.
74, 4 deverſantur. deſervierant.
5 niſi quæ capta. Ita v. c. al. mſ. niſi quod fertur quæ.
13 Papiæ. Popiliæ.
77, 5 QUIRITIBVS Q. VTEI. QVAE] f. Quiritium uti quæ.

6 FOUIT.

6 FOUIT. fuit. f. fuat.
78, 3 eum dicit jus pontificium discere noluisse. tn dicunt deficere nol.
5 capiat. capiar.
82, 3 Elatensium. mole atteniſium.
84, 6 magnitudine. amplitudiue.
86, 4 sed &. sed etiam.
14 stultam loquacitatem. n. stultitiam loquacem.
ult. hujuscemodi vitii. hujusce vitii.
87, 4 conveniant tamen convocari. conveniatis, cum convocari.
88, 1 ἀμετροεπῆ. ἀμετροεπῆ &
ibid. modo verba. verbaque.
3 ἀμετροεπὴς. abest.
5 volens loquax. volens ascribit loquax.
13 λέγειν. v. c. λέγειν συγέεσι. al. σηθέεσιν.
89, 11 λάλας appellatos. κατάγλωσσοι appellantur.
90, 7 ἀγριοποιὸν. n. ἀγροιοποιὸν.
93, 1 mille numero singulari. Multum falleris, Agelli. Subauditur Negotium sive Res.
11 Hunc milli. I pro E, sicut Heri & here.
94, 1 milli. mille. bis.
96, 9 Humanarum. rerum humanarum.
97, 1 quartodecimo Humanarum. quartodecimo rerum Humanarum.
3 proinde. perinde. al. Mſ. perinde atque Latinum prius factum esset.
98, 1 multa enim vetera. multa vetera.
3 Ἕλληνα. hellena.
99, 5 est dictum. dictus est.
ult. Memoria. Suidas in Ηρσφίλα.
101, 4 appositit. apponit.
5 deussit. deurit.
102, 1 placide interrogavit. placide rogatus.
104, 3 trianguli. triangulæ.
105, 2 æqualiter. æquabiliter.
3 idem ipse. prius abest.
ibid. triplicatur. terplicatur.
106, 1 ternio. triennio.
108, 1 inventum est nec est. inventum non est.
4 dilutaque. Ita v.c.
109, 4 hic illi supereſt. Etiam Suetonius sic loquitur.
110, 7 simul sunt. simul sint.
112, 4 verumsi id. τὸ si abest.
7 περιεῖναι. περιὸν etiam
10 & supervacuo. & vacuo.
13 supra modum. super modum.
113, 2 At ne. Ac ne.
5 ἀκυρωτέρω. ἀκυρότερον eo.
114, 4 Nam neque. lib. 1. famil. epist. 33.
ult. senior. seniorum.
115, 10 cum in sen. tum cum in sen.
116, 9 illa ut. illa ubi.
10 desert quod audierat. absunt.
117, 1 perveniunt. pervenit.
4 isthæc. 1. v.c. ista hæc al. mſ.
8 nisi ille. præter ille.
10 prætextata. prætextæ.
118, 6 orcino. orcho.
119, 4 morte datu st. V. C. mortem aptus, vel adeptus.
5 Ludu'. luctus.
121, 3 factis castris. factis in opidi castris. f. in opidum e castris.
122, 8 jam diu. cum diu.
9 quæ jam audiv. quæ vel audiv.
12 incommodi detur. incommoderur.
123, 3 quasi initus. quasi inviæ, hoc est, initus.
124, 1 in ipsis. in ipsius.
8 obloquebatur. & obloquebatur.
11 diceret philosophum irasci. deceret philosophum esse irasci.
126, 2 firmamentum. firmandi.
127, 1 bello Peloponnesiaco imprime. belli Peloponnesiaci principiis.
130, ult. ἰχθὺν, ἶρεν, multa. ἰχθὺν & ἰρὸν & multa.
ibid. citra contra.
131, 9 Sigillariis. Lib. 5 cap. 4.
ibid. credebat. credebatur.
132, 11 Gabius. *Gauius*, & mox *Gaui*.
13 divinare. divinet.
ibid. judicem. judex.
ult. eum. tamen.
133, 1 dicit. didicit.
16 commodissime. commodatissime.
136, 9 γὰρ καὶ μωρὸς. κπερος v.c. Æsch. Phrygis. Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατὰ καίριον εἶπεν.
13 malitiæ. militiæ.
137, 11 nominati. nominatus. Macrobius lib. 6. c 7. Ulpian. de evict. ex leg. Herennius. Et quæstione mota fisci nomine auctorem laudaverat 1. nominaverat, nominatimque citaverat. Et lib. 3 cap. 17. Ejusque sententiæ Aristotelem laudat auctorem.
ibid. enim. mſ. autem. al. auct.
138, 1 Ephesiæ. Ephesi. Exstat nomen ejus apud Strabon.
ult. prætextæ. Nonius.
139, 1 obsitum. v. c. opositumque f. opsitum.
ult. omnibus. omnia, ut infra mox.
141, ult. aut Tubulo. aut C. Tubulo.
142, ult. τὸ δὲ. τὸ γὰρ.
145, 1 λέξεις τηρεῖ. λέξεις θηρεῖ.
146, ult. donariis. donis.
147, 1 at. ac. Et in ipso capite semper delet secundum s in *faviſſæ* & *faviſſas*.
11 Siccium. Siccium habet Dionysius lib. 4. Sed corrupte. Plin. lib. 22. c. 5 Sicinium nominat, & ita est in arg. num. Livius & alii. ibid. A.

ibid. A. Hatetio. Aternio.
148, 4 populi. ſpolia. Val. Max. lib. 4.
150, 9 eoque. eæque.
151, 3 annitenda. adnitenda.
13 id quoque nos. Idque nos.
152, 5 proficiſceretur. proficiſcebatur.
7 orare cœpit ut. orare quidem cœpit id ut.
153, 2 recte ille. recte quidem ille.
15 a minoribus. a junioribus.
155, 8 poſtuma. Eutrop. in Silvio.
17 Silvius ut. Silvius ita ut.
158, 4 Quære cur ita ſe. quære cur? ita ſe.
159, 2 συναιρέσει. ἀναλογίᾳ.
163, 2 argentum amoris. argent' amoris.
ſumpſe. ſumſe.
11 Reſcivere. Conjungitur cum fragmento lib. x cap. xxiv.
164, 10 παραδίσες. Plin. lib. 8 cap. 52.
165, 1 cultos & v. cultos atque v.
8 μελιοσῶνες inquit. Sic & Mſ.
10 μελιοσῶνες. meliſſones.
166, 4 quiſpiam ex iis. abſunt.
12 quid hoc. quid etiam hoc.
167, 3 quinquatrus. Chariſ. lib. 1. quinquatres πωνατήναια.
ult. eſſe triquetra. eſſet & triquetra.
169, 5 ἀπὸ τῆς ἑω. ὁ ἀπὸ τῆς ἑᾶς.
170, 2 ἀργέσην. ἐργάσην.
171, 5 faciant; inter hos. faciant ternos.
6 cum meridie. cur meridie.
172, 1 Japyga ex ipſius Apuliæ ore proficiſcentem eodem & ipſi. Ἰαπυγία ipſius Apuliæ ore proficiſcentem quaſi finib. Apulia eodem quo ipſi ſunt. Sed & vocem *Apuliæ* ſubnotavit, quaſi ignorarent eam Mſſti.
173, 5 ἐφ' ἑαυτὸν. ἐφ' αὐτοῦ. Senec. lib. 5. Nat. quæſt.
7 Atabulus. Atapulus v. c. Quod τὴν ἄτην βάλλει. Et Senec. dict. lib. 5 Atabulus Apuliam infeſtat.
174, 5 tertio libro. in libris.
ult. Eteſiæ. abeſt hæc vox.
anniverſarii. ſtati. Plin. lib. 2 c. 49
175, 1 Secundo ſole. Seneca dicto lib. 5
7 ac Poſidio. aut Poſidio. Poſidippo Suid.
8 atqui quum. neque quum.
ibid. nihil ſane. nimium ſane.
176, 1 at enim. Et enim.
7 Libitum eſt. Libitum &.
177, 4 κατειργάσασα. κατειργάσατο.
7 μὲ γυνή. μεγαλὴ ἡ.
8 ὄψιν ὦν. ὄψιν ὦν.
9 τὶ τὸ. τὸ δὲ f. τό τοι.
12 ὅσα. ὅσαν.
178, 1 Διὰ. δία.
2 παιδιχάριον. παιδισκάριον.
δὲ. δὲ καὶ.
3 ἢ ἀρ' ἀντεισαγάγοι. ἀρ' ἄντις ἀγάγοι.
6 fere. ferre.
9 libere. f. liber.
10 privat. tu. privatu.
15 Venundarem. venderem.
16 voſtrûm. veſtrarum.
17 itidem. idem.
179, 8 Τᾶτ' ἐχί. Τᾶτ' εἶτ' ἀρ' ἐχί.
9 ἀφ' ὅλων. ἄπολλον ὡς.
16 rogas. erogas.
180, 3 foris. toris.
6 patre. patrem.
13 pigra hæc. pigra iſtac.
181, 1 Εἰ μητε ἀνατειχίση. ἂν ἀτυχήσῃ.
3 ἀνακατακύπτῳ. ἐνακατακύπτῳ.
4 ζητῶν μὲν, ἀνιαρὸν δ' ἔχων. τὸ τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων.
5 ἀγαθῶν ἐ. ἀγαθῶν δ' ἐ
12 fortuna. cui fortuna.
185, 2 Lævius. Livius. ex Auſon.
ult. noniſque diebus. nonis diebuſque.
186, 9 feſtivis. feſtis.
10 HS milies. f. HS. mille.
11 divine. divi Nervæ.
187, 2 duo milia. duo *f f* v. c.
12 itaque in. inque.
ult. & ab adſtringor. ad adſtringor. ſequens vox *tamen* ſubnotata eſt.
189, 7 tamen. abeſt.
8 mutuetur. mutuatur.
ult. differunt. dicuntur.
190, 1 ξανθὸς δὲ. ξανθὸς autem.
φοῖνικος. ſed habere. φοινικὸς habere.
191, 6 deſignandis. denominandis.
7 ſpadicis & phœnicei. ſpadici & phœniceo.
192, 8 Cedo tamen. cedo tum f. tu
10 Laſſitudinemque minuam. Minuamque laſſit.
193, 1 atrore. atrior.
2 unde ejus. unde ei.
194, 4 ἐπ' ἀρετῇ. ἐπ' ἄρει.
9 mare. mane. & in altero verſu *mare* ſubnotatum eſt.
marmore flavo. f. marmor flavom.
13 flavo marmore. v. c. flavom marmor. f. flavom.
195, 2 in Hiſpania. f. Imp. & mox verbum *imperante* eſt ſubnotatum.
4 cœrata. ante legebatur: quæ rapta.
per ignobilitatem. f. per nobilitatem.
5 quæ eminus facie ſua. quæ vivus faciem ſuam.
197, 7 σεισίχθονα. σύσσίχθονα. Ιλ. Ν. εἰθ' ἵππ ἔσησε Ποσειδάων σύσσιχθων.

198, 4 rem opus. prius erat: rem remotus. V. C. rem motus.
7 non minus. non nimis.
10 libet. lubet.
201, 3 ſuperſedent. ſuperſederunt.
11 levi &. levi plerumque &
202, 4 Hoc erit. Hæc erit.
204, ult. percerpſimus. præcerperemus. Sect. 26. probl. 39
205, 1 Cur Auſtro &c. uſque ad finem omnia abſunt.
11 diſcedente. decedente.
ſitias. Sticias.
208, 1 habito. habiuto V. C.
ult. noctem in his. noctem his, apud Macrob.
209, 1 una. Macrob. uno.
210, 3 ejuſdem diei. ejus diei.
4 nocte uſque ad. nocte ad.
ult. una. uno.
211, 1 agendum poſt. f. agendum cum poſt.
2 magno. magnum. Lipſius ait firmiter ſe legere: *poſt meridiem ſolem agunt*. Putat *ſol meridies* priſcam phraſin eſſe, ſicut *ſol occaſus*. Sed iſte eſt puerilis ſolœciſmus. nam Occaſus teſte Priſciano eſt participium verbi *Occido*, pro eo qui occidit, ſicut obitus, diſceſſus, interitus, potus, ſenectus. Lipſius ridicule putat eſſe nomen ſubſtantivum, ſicut eſt *Meridies*. Alii libri pro *ſole magno* habent *ſolem agunt*. lego: *poſt meridiei ſolem agunt*. Sol meridiei eſt, quem infra 158 ſolem medium. 159 ſolem meridianum - - - nonniſi poſt meridiem agunt.
ibid. egiſſe ex eodem. egiſſe & eodem.
ult. non dicuntur. non videntur.
212, 1 quando. quoniam.
3 legi. lege.
214, 1 Sedigiti. Sedigitii.
2 Accii. Actii.
215, 3 de illius. de ipſius.
6 Horas repp. Plin. lib. 7. cap. ult.
ult uterus. veter.
216, 13 quin Plauti. quin ea Plauti.
14 omnium maxime. omnium quidem maxime.
ult. arietini. Arretini.
217, 2 arietinum. Arretini.
3 Marcus autem. Marcus tamen.
4 primo verba. primo Actii verba.
5 Gemini nec Leones. Geminei Leones.
ult. Commorientes ſed M. Acutici. Commorientes M. Actii Titi.
218, 1 ſcriptum eſt. ſcriptum &
6 eſſe ejus. ejus eſſe.
non tamen. neque tamen.
9 dictum. ſtilum.
13 mercationibus. mercatibus.
219, 13 eidem diem. abeſt prior vox.
ult. Claudio Aſello. lib 4 c. 17
221, 1 caſtus & perimeger. a ſtupro integer.
9 inquit, arboris. inquiunt arboris.
222, 12 circumſtantia. Maturum cenſ. f. circumſtantia maturum. Cenſ.
13 quadringentos ccc. Liv. lib. 22. Flor. lib. 2
223, 7 laudeſque egit. laudeſque agit.
224, 1 tum vulnus. tamen vulnus.
2 ægreque ſpirantem quod. atque quod.
225, 1 ſtatuis. fortaſſe hæc vox delenda.
5 Valerio. Laberio. Liv. & Flor. M. Calpur. Flamae.
10 ſatiſque angerentur. ſatis agerent.
12 amicus. medicus f.
13 & ſi. ut ſi.
226, ult. prerium. praemium.
227, 10 Gabius. Gauius.
228, 8 habendi ejus. poſterior vox abeſt.
13 Parthis. partibus.
ibid. deinde Antonium. deinde poſt Antonium.
229, 4 Gallia. Italia.
6 Gabius. Gauis.
8 ex uberantiſſimo. ex uperantiſſimo.
9 Græce. Græci.
230, 2 πλειάδας vocant. πλειάδας Græci vocant.
232, 8 graviſſima quæque. graviſſimos quoſque.
9 ſeptenariis. ſeptenarios.
ult. cubita l. h. ſ. ἐπταπήχεις.
233, 1 pedes duodecim & quadrantem. f. fuit ſcriptum pedes XII ⩵, id eſt pedes duodecim & trientem. Aut f. ſcribendum pedes $\overline{\text{XS}}$. nam πῆχυς pro quo Agellius cubitum vertit, ſeſquipes eſt.
234, 3 putant. putat.
4 ſeptenarii. ſeptenario.
8 mortem oppetunt. Hippocr. in lib. de carnib.
10 terrarum. terræ.
235, 3 aliquantum. aliquam multos.
ult. oſtendit. oſtendi.
236. 3 oſtendit. oſtendi putat.
8 vulgatum. invulgatum.
14 Quoi ara Jetæ. Quod acietæ. al. Quod hac Jetæ. Suid. Vid. Ful. Urſin. notis in orat. pro Archia.
237, 9 verbis. verbo.
10 vel primo. abſunt.
238, 6 ἐρόαν. ῥεωπᾶ.
239, 17 vaſi. Vaſo.
240 19 hinc. hic.

22 M. Cato. M. etiam Cato cap. 151
241, 1 inſternio. incernio
2 digitum jam. abeſt vox poſtrema
242, ult. ibi. ibidem
245, 2 ὀκτάμηνος γενησις id tam. τὰ ὀκτάμηνα id tamen
ibid. tamque. tamquam
245, 5 ἐστιν ὃν φασι. ἐστὶν ὃν καὶ ὃν οὐκ ἐστιν φασι
ult Parcis Fatis
246, 6 Morta. Apulejus Mortua
247, 12 inter ſe. inter ſeſe
248, 16 καὶ ὁ θ. ὅλον καὶ
249, 1 ſerius m. ſerius. ſepius m. ſepius
250, 1 Syracuſanum. Syracoſium
6 quem dixeramus. abſunt
251, 1 continuaſſet. concinnaſſet
252, 2 Gabius. Gauius
253, 1 quidem. abeſt
3 qui nondum. ſi nondum
7 utuntur. mutantur
10 ſcriptura. ſtricturæ
12 pedaria. pedani
254, 8 inceptabat. attemptabat
10 Gabii. Gauii
17 Gabius. Gauius
255, ult. doctor. dicior
256, 6 peneris & peniteris. abſunt
ibid. penoris. penuris
9 omne penumque. omne atque penumque
10 quid non? nam quis dijudicet. quid penum? qui dividet
ult. addiſcere. diſcere
257, 1 qui in venalibus. v. c. qui juvenalib. al. antiquior mſ. venalib Rectiſſ. Vide Livium de Cumano prætore, cui a ſenatu permiſſum, ut Latine poſſet vendere
2 tentant. cœptant
11 dicam ed. poſtulas. dictam poſtulas
ibid. quod non eſt, media vox abeſt
ult. mihi præmandare. tibi præmandere
259, 8 demonſtrandum. demonſtrandam
261, Seio. V. C. Sato. F. Cato
2 quodque eſſet. quod non eſſet
ibid. cauſa apparatum. f. cauſa paratum
8 quæ ſint. quæ ſatis ſint
262, 7 VTEI. abeſt
263, 6 veluti cæcitas. veluti ſit cæcitas
10 ageretur. agetur
ult. diceretur. dicetur
264, 3 Sues autem. ſues etiam
4 ſteriles. ſterilæ
5 ſterili. ſterila
7 Sanam, putaſſet neceſſe: non oportere ajunt. ſanam putaſſet, neceſſe ajunt
8 appoſuiſſe. appoſſe
ibid. genitali in. ultima vox abeſt
265, 9 diſceſſuque. deceſſuque
13 læſumque. læſumve
ibid. qui non longe. qui natura longe minus
267, 4 quærendorum. quærundorum
268, 2 aſam. mſ. ædem. Feſt. aram
269, 1 ductumiri. ducturum iri
ibid. qui daturus. cui ducturus
4 ſpoponderat. ſponderat. ita & v. 8.
270, 8 contrariis religionibus. contractis regionibus
12 confeſſi eſſent. confeſſent
ult. reip. ceſſerat. P. R. ceſſerat
272, 5 PLACANDIS. plantantibus V. C. f. placandis: is uti, vel ibus uti
ult. ROBIGVS ACCEDERET. Robiis ſuccederet
273 9 quæ quaſi. duæ quæ
10 ob id. abſunt
15 immolari. immolare
275, 4 ponatur, numerus claudus. promatur numerus clauſurus
6 conſiderant. conſiderat
276, 2 compilari quam venire. compilet, quam hoſtis vendat
277, 1 argenti factitaret. argenti facti haberet. Liv. Flor. Val. Max. lib. 2
ult. quod ejus gratiam dedignatus non eſſet. f. quod ejus gratia deſignatus conſul eſſet
280, 5 immodeſta eſt. in modo extat
283, 3 alii rei. aliæ rei
penult. ἔχειν ἀνιώντων ἔδεισθαι. V C. ἔχειν ἀνίωντὸς ἐδεισεν. & in dextero latere ἐδεσῶν V. C.
285, 2 ſubduceret .i. reſtringeret. Lævigaret .i. ſolubilem redderet
3 verba iſta. verba ipſa
7 ex Xenophilo. e Xenophilo
ult. docet. id docet
286, 3 κυάμων ἅπτο χεῖρας ἔχεσθαι. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς, ubi, κυάμων ἀπέχεσθαι.
287, 2 abſtinuerunt. abſtinuerint
3 Plutarchi. Lib. 8 cap. 2 & 3
4 τοιούτων ἄλλων. τοιούτων τινων ἄλλων
6 nonnullis. mullis
10 Callicleam. V. C. Chalidenam. Sed Laërtius Calliclen.
288, 4 eumque intelligenter. eum quem dili--
15 Iſchiacis. Iſchiadicis
17 Iſchiaci. ἰσχιαδικοὶ Gr.
289, 3 etiam idem Dem. etiam Dem.
ibid. λειμῶν ἢ λοιμικῶν. ῥυθμῶν ἢ λογικῶν
4 morſibus medicinam. morbis medicinæ:
290, 4 nonum. v. 11
ibid. Conlectaneorum. Conjectaneorum

8 Mamiliæ. Maniliæ, ut mox Manilia '
291 12 exæquanda ſunt. dein. ſunt exæquanda. dehinc
292 13 locutos. elocutos
294 10 Subjicit hinc. Subicit huic
ibid. ſufferctus. ſuffercitus
14 conjice. conice
295, 6 fenoribus. n. Facinorib. & Nonius
11 icit ſed. icit facit ſed
296, 6 Per ego. Ergo
Sublimes. Sublimas
humidus. humidas
7 ſonitu. ſtrepitu
11 in Anchyſe. in Chryſe
promontorium. promuntorium
297, 6 dixerit quæque fecerit. dixit quæque fecit
ult. inſperabilem. v. c. inſpectabilem f. ſpectab.
298, 1 eamus nunc. eamuſque hinc
ult. Antiochenæ) Antiochinæ
299 4 allatum. illa tum
6 ſtatim diſcidit. ſtatim coram diſcidit
8 prædaticiæ. prædaceæ
300, 3 capys. cato.
9 agebat. v. c. acebat. f. adigebat. 1. l. 7. c. 18. Livius lib. 43 1. lib. 16 c. 4
301, 1 uti mos erat. cic. de Orat.
302, ult. meus ſervus. meus nihil ſervos
304, 5 is inquit. abeſt prior vox
306, 4 Permanantibus. ὡς φαθοὶ δ' ἄρα πάντες ἀκὼν ἐγένοντο ϛιωπῇ
Κηληθμῷ δ' ἔσχοντο κατὰ μέγαρα ϛαιόεντα. v. c. od. μ.
8 Bucephalus. Bucephalas
9 cares. chares
306, 8. deinde jam. domini jam
ſolatio exſpiravit. ſolatio animam exſpiravit
10 Bucephalon. Bucephaliam. Plutarch.
307, 2 Βαϛάζοντας. ἀχθοφόρους. Suid. οὗτοε πρότερον ἦν φορτοβαϛάκτης. ἐντυχὼν δὲ Δημοκρίτῳ καὶ φιλοσοφήσας, ἐπὶ ῥητορείαν ἐτράπη.
308, 7 pecuniam. Suid. μνὰς ἑκατὸν. Diogen. Laërt. IX
310, 3 annos viginti & unum. Plin. lib. 2. c. 23. Quantas enim dimetiens habet ſeptimas, tantas habere circulum duo & viceſimas
311, 12. multifariæ. multæ variæ v. c.
312, 8 querna. quernea
9 ſolitus ſit. ſolitus fuit
ult. eodem tempore. In nummo Aemilii Lepidi corona inciſa eſt querna, & literæ circum C. S. H. O. civem ſervavit, hoſtem occidit. Vidend. Val. Max.
314, 6 impulverea inpulverea. ἀκονιτί
8 myrteam. murteam
315, Gabius. Gauius
19 diffuſa eſt. diffus' eſt
ult. vocem &. vocem ciet
316, ult. & quaſi Roſcius. & Q. Roſcius
319, 9 Protagoram. Sextus Empiricus Coracem vocat
323, 2 Veiovis. Vedijovis, utroque loco. & 325, 2
8 item Jovis. itemque Jovis
324, 7 dicantur veſcum dicantur veluti veſcum
ult. parte quæ. parte dicti quæ
325, 1 ϛερητικὸν. κατὰ ϛερησιν
326, 4 amoveantur Averruncus. amoliantur Arungus
5 M. V. Marci Vinici
6 quin a proximis. quin proximis
328, 15 comprehenditur. comprehendit
16 quæ audiviſſe. quæ vel audiviſſe
ibid. fortaſſe a. fortaſſean
329, 11 Androclus. Ælin. lib. 7. de Hiſt. animal. cap. 4 Ανδρόκλεις.
330, 9 medio. 1. meridiano
12 commiſerantia. f. commonſtrantia
ult. manſuetus. manſues
332, 7 τὸ δρώμενον. τὸ ἤτοι ποιοῦν
ult, vox eſt. id vox eſt
333, 10 Philoſophandum. Cic. 2 Tuſc.
334, 14 ſignificatione. ſignificatu ut cap. ſeq.
337, 1 id demonſtrabant. ea demonſtrabant
2 id eſt eorum. abeſt vox poſtrema
4 conſilio quaque ratione. ex Polybio
5 alacriores ad defendendam. alacriores inquit ad defendundam
6 faciendam. faciundum
339, 5 arbitris etiam Pont. abeſt vox media
ult. PATRI ENDO FILIO. cic. pro domo: Te eſſe interrogatum, auctorne eſſes, ut in te Fonteius vitæ neciſque poreſtatem haberet, ut in filio.
340, ult. neceſſe. neceſſum
341, 2 fuerit Capitoni Sinnio. fecerit Capito Sinnius
13 nam ſicut. Aut ſicut
ult. neque in Græca. Ariſt. tamen elenchis dixit σολοικισμὸν & σολοικίζειν
Latina ſol. Latina lingua ſol.
343, 14 eſſe ſive ſimplex. eſſe & ſimplex
17 id quoque. vox poſtrema abeſt
344, 1 ego compl. ego jam n. compl.
347, 8 apta connexaque. apta nexaque
348, 1 ſuſtentanda. ſuccenſenda
2 condicenda. al. induc. f imputanda
349, 10 deinde rei. deinde fieri
11 illepide. inlepido
350, 4 διὸ ὑπὸ. διὸ καὶ ὑπὸ
13 Homerus ſapientiſſimus. hoc ſapientiſſimus ille
351, 6 quonam pacto. abeſt vox poſterior
355, 7 Higinus. Julius Higinus

penult.

penult. & ſi vim. ſed ſi vim
357, 6 Accæ. Macrob. lib. 1 c. 5. Plinius 44, 10
358, 10 Larentiæ. abeſt.
16 Pliſtonices. πλειστονίκης. v. c.
359, 8 utramque. utrinque
ult. Cn. Flavium Annii. f. C. Flavium
360, 6 at ædilis. abeſt prior vox. f. at ille. ut de cos. dictum ſit
7 cn. Flavius Annii. c. Flavius CN.
9 cn. Flavius Annii. c. Flavius CN.
10 ægrotum: &. ægrotum. Eo. Plin. 33
361, 5 ſectandam. v. c. navandam G.
363, 6 cn. Manlium. v. c. c. Manlium
20 deteſtandis. v. c. diſtintandis f. ſacris deictandis lib. 15 c. 26 ſacrorum deteſtatio &c.
365, 1 edundi. eundi
368, 13 verecunda. verecundia
cincii & Satyri. Ancii & Santræ
369, 3 illud. iſtud
10 modicis. inconditis. Tres primi verſus fini ſuperioris capitis cohærebant
15 meo judicio. abeſt prior vox
18 De me Lesbia: me diſpeream niſi amat. De me: Lesbia me diſpercat niſi amat.
19 quaſi non tot. mox depr. illi. quia ſin tot. ea depr. illam v. c.
370, 8 Quam multorum &c. Quis P. Sulla mitior? multorum hic vitam eſt a L. Sulla depr.
371, 8 Idem Ennius. f. item Ennius
9 deprecor. deprecer
14 παραιτεμαι. παραιτεῖσθαι
15 Licinio. cecina.
19 Laudibus. ita v. c. & n.
372, 10 Nicanor. f. Nicator
374, 10 ædituoſque. æditumoſque
376, 1 æqualem. v. c. ecquale
ei quam. & quam
6 dehortatur. de me hortatur
13 ῥαφῆ. vinctura
15 referatur. referretur
377, 15 Rhodienſis. abeſt
378, 4 infeſtique. al. infenſi. f. incenſi
7 Tito autem Tull. Liv. lib. 45
379, 11 opus ſit. opus ſiet
380, 1 voluere. noluere
3 noluerint. noluerunt
4 quicquid. quidquid. antea legebatur quia quid
6 atque. f. atquī
8 privatim. inter noſtri nativi
381, 5 differendum. deferendum
13 voluiſſe. noluiſſe
382, 7 recte. recteque
ult. Merope. Meropa
383, 1 σε ἔμελεν. σε ἔμελλεν
7 differendi. deferendi
ult. qualis. v. c. qui alio f. aliâs
384, 9 tandem eſt qui noſtrorum, quod. eſt tandem veſtrorum qui quod
10 æquum. æquom
14 mille nummis. nummi
385, 1 pecudum. pecuum
damni. damnas
4 tale erit. male erit
386, 14 modo. v. c. domo. mendoſe
387, 2 ſeorſum. ſenſim
12 autem. tamen
ult. mihi a lib. mihi & lib.
388, 7 non inquam. non enim
13 tanquam ſi. quaſi
390, 5 coronis. corona
13 populus ſua. populus ſuus ſua. Feſtus
ult. cum ſatis. quoniam ſatis. f. quo jam ſatis
391, 13 quos Græci. quas Græci
ult. inauritave. Nonius: inauditave
392, 2 μνήμης f. αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῆ
3 ἀτελῆ. ἀτελῶν n.
penult. eſt affatim. affatim eſt
ult. volo. nolo. Rectiſſ.
393, 5 verſibus. verſibus dicebat
11 ſed hanc. ſed ſi hanc
13 verbis. omnibus
19 quas nos. legendum quas Non
21 autem longe primum. f. acuta prima
22 Odyſſea. Odyſſia
395, 10 παιδὸς, καὶ. παιδὸς (ὑάκινθος ἐκαλεῖτο) καὶ φωνὴν. ψυχὴν
396, 1 τὸν ποθούμενον χρ. ἀμύξαις. τῷ ποθουμένῳ χρ. ἀμύξῃ
3 νηχόμενον. ἡνιοχούμενον.
4 delfino amœnus. delphineromenus v. c. in alio amatus, ex gloſſa
17 Satyris. Saturis
397, 2 levi. leni
4 opponitur. apponitur
5 Aululatia. Ut ad mem. Aululatia. nunc enim eſt ut ad mem.
398, 8 Sic ergo. ſic igitur
400, 7 caupona. n. cauponula
401, 2 lanitor rogat. abeſt vox poſterior
402, 4 conjuraviſti. conjuraſti
404, 9 in claſſibus. in quinque claſſibus
ult. infra claſſem. Liv. lib. 41. Q. Voluminius Saxa Tr. pl. legem tulit, ne quis heredem mulierem inſtitueret. Suaſit legem M. Cato extat oratio ejus. Aſcon. in Verr. Voconius legem tulerat, ne quis cenſus, hoc eſt, pecunioſus heredem relinqueret filium &c. Apud Livium pro *Voluminius* ſcribendum eſt *Vuconius*, & apud Aſconium *filiam*, pro , filium.

406, 5 Homero. ἰλ. ά
407, 5 rapida Carneades. Cic. de Orat. Divina quadam celeritate ingenii, dicendique copia Carneades
408, 5 Varro in Satyra. M. Varro in Satura
409, 1 Tartessia. Tartesia. Aristoph. Βατράχοις. ταρτησία μυραινα
2 pectunculus. κτεις Ath. lib. 3
411, 6 Plautus homo. Plautus quoque homo
413, 7 Chrysio. f. Chryse
414, 1 libram s. V.C. libram & selibram
ibid. Hos. Hoc 4, 0
415, 4 dictitaverant. dejeraverant
417, 8 DATA EST. EA EST
418, 5 Antiochenam. Antiochiam
ult. quam Nola Ora. Ora quam Nola V.C.
419, 3 novata. navata
penult. Ingere. inger
421, 15 Item. idem
424, 8 Qupsones. Eupsones
427, 2 conlinees. conlinies
14 ingenioque. ingenio
428, 5 interibi. interim ibi
9 cuicuimodi. V. C. cuimodi. al. ms. cuicumque
430, 7 Macedoniæ. f. Macetiæ
431, 2 Musa. mensa
433, 6 ἀνήρος. vel ἄτειρος
434, 3 plus cernant. plus res cernant
437, 8 Cossicium. f. Cossutium
445, 7 πεφιλαμένε. πεφιλαμμένε
446, 2 intelligendis. in legendis
450, 1 Corvinus. Corvus in lapid. Capitol.
4 & Appio consulibus. & Appio Claudio consulibus
9 grandia ingrediens. Hom. μακρὰ βιβὰς ἤϊε κραδέων δολιχόσκιον ἔγχος,
451, 3 alis. V. C. alas. al. ms. alias
452, 7 illud. abest
10 Planco. Plancio
453, 2 æquum. æquom
3 enim hoc. enim Cato hoc
454, 5 non quod. non quo
8 Punico. Pœnico
455, maxime. maximo
ult. quiescerent pugnæ. facta. ita & ms.
456, 5 accidere. accedere
6 spoliari. expoliari
8 ea congressio. eam congressionem
9 facta. factum
457, 2 studet. studeret
4 successit atque. successit, ne Gallus impetum icti haberet. atque Scal.
dein. deinde
5 concæssu. concessu. Scal. concæsu
6 ne Gallus impetum icti haberet. delet Scal.
12 ne pugnaret. abest a V. C. & videtur scholion
460, 13 pernicii. Pernicios. Charis. lib. 1. 21
18 honestatis. V. C. honeste tantis f. honestitatis
ult. Fautorem ostendat. V. C. Favisorem ostendat se
463, 7 fuerat. fuit
464, 17 creatum septimo) creatum consulem septimo
465, 10 Victoriæ. Minervæ. Plin. v. 1, 27
468, 4 destitutus. V. C. destitus. Varro: si eorum colla in furcas destitutas incluserat. Cujac. 10. 24
7 Ferentini. Scal Ferenti
469, 3 stuppis. Vitru. & Isid. struppis
470, 0 destitutus. destitus
472, 12 Bruttii. Græci Βρεττιοι
474, 2 Spiritum, & mox, flatu. V, in Vos pronunciatur cum spiritu seu flatu vocis
476, 2 Fabio Licino Anno Urb. 508 M. Fabius Licinus M. Otacilius Crassus II Cos.
480, 14 vicesimo octavo. cap. 50
483, 1 imperitiores. Imò doctiores
15 quæ mihi. Omnino legendum quam mihi
485 5 prætentos. v. c. prætextus. al. ms. prætentis
6 & de eo. & in eo
7 neque apud. atque apud
486, 6 exuit. v.c. exuisse. f exuit se
487, 2 quas flaminicas. flaminicas quas. Vide Servium
3 Venenato. fortass. vere nato. Scal.
ult. Scalas. Scalam
488, 1 κλιμακες appellantur. κλίμαξ appellatur.
7 album habet. habet album.
8 alba fieri. alba id fieri
492, 4 Luminibus. sed aliter Plutarch. in libro περὶ πολυπραγμοσύνης
14 quem scripsit. quem inscripsit.
493, 5 fulgentis splendorem pecu. fulgenti splendore in pecu
6 volo elucificare. al. ludificare. Velo lucificare. Turn. luscificare
ibid. ætati. ætatis
494, ult. Naucrites. Naucrates
496, 6 primore. primori
9 ἀλλ' οὐχ ὡς προσ. ἀλλ' ὡς οὕτω προσ.
497, 5 cephaleaque carne. v. c. cephaleaque à carne
498, 10 TR. Tribunus
15 noluisse uti. usus est pro Roscio Comœdo
499, 4 ut Ælius. Ita & ms.
501, 13 φιλοσοφεῖ. φιλοσοφῇ
503, ult. reprehendendi causa. fortassis delenda
504, 2 genus sapiant. v.c. aepiant, al. epotant.

505,

505, 4 fecit. facit
5 tætreque. vel inique
506, 2 die quinte &c. Macrob. lib. 1, 95. Agellius hic ſtrenue nugatur. Nam *die quinte* nemo Latinus dixit. Apud Pomponium legendum eſt ; *die quart' emoriar fame.* Cum Prætor dicit *Die noni*, aut Die genitivus eſt, & ſubauditur luce, ut ſit *Luce diei noni*, aut ſupplendum eſt *Solis*, ut ſit *Solis noni die.* Similis eſt ratio in *die priſtini*, *craſtini*, *proximi.*
9 POPOLOROMANO. Macrob. Poſt Kal. Jan. cap. 4 lib. 1 Sed male
507, 3 ſextus. f. *eſt tertius*
egi. f. edi
5 dare. v. c. dari. f. darier
6 cæna ſit cocta. Macrob. cænam coctam
10 cocta erit. conjungitur cum fragmento lib. 2, c. 19
11 iis. his
508, 9 & certe. NB. *& certe* eſt correctio ejus quod dixit, *Ut recordor*, ut ſignificet ſe non falli memoria Cic. 6. Att 3. *Qui neque puer legit, ut opinor, & certe, epiſtolam inſcriptam patri ſuo*
ult. iiſque. f. inque
509, 3 rumices. Scal. rumiceſtri, vel runcaſtri. In Varron.
4 Sibones. v. c. Sibynæ, al. ſibines
510, 5 Græci Ιςόποδας voc. Græci πρόπλυς voc.
6 pontones, vætitiæ. pontones vetutiæ
8 cydarum. Κύδαρος Pollux lib. 1
512, 20 radit. trudit
513, 6 nam cum aliis. abeſt vox prior reipublicæ. Rep.
7 omnium. omni
516, 16 multam quæ. multamque quæ
517, 4 Ateria. a Sp. Tarpeio & A. Aterio lata
6 ultra quem. ita antiquior mſ. al. quam
518, 9 non in comitio. f. in comitio vero & apud populum, diceretur
519, 10 aut ſeſe. aut ſi ſe
ult. exercitio. exercitium
521, 15 opulenti. f. opinati
ult. opulenti. f. opinati
524, 9 mecaſtor. Imo apud Plautum ſc. ult. Aſinar. Argyrippus utitur Ecaſtor.
525, 10 apludam edit. apludedauit
526, 10 Eſt tricoſus. ſtricoſus, & prior vox abeſt
527, 2 Natus in Latio. Macrob. Sat. 1 quem vide
9 viris. libris XIII
528, ult. Aufejam. f. Saufeiam
529, ult. præbent. uti in. præbent. uti ut in
531, 4 quoniam. qn̄ f.
535, ult. εὐεπιβόλως. euepibolos
537, 6 opicus. opicis
538, 2 retanda. Omnino legendum eretanda, ſicut eradicanda
6 Gavii. Gavi
541, 10 quod & furandi. quod ex furandi
542, 4 alienum jacens. f. alienum quid jacens. l. falſus § qui alienum D. de fur.
546, 3 eſt; ut eſt; & ut
nationis, ſi. nationis eſt, ſi
11 Homeri. Ιλ. π.
548, ult. delibatus. f. illibatus
550, 2 liqueat. liceat s̃. & v. c.
553, 3 cuncta maluſque & quæ bona. & cuncta malaque & bona
4 qui. quid
5 volup ac. voluptas
9 ſcitus. ſcituſque
commodus, verbum. commodus, & vir
10 Paucûm. paucorum
ſepulta, vetuſtas. ſepulta, & ſæpe vetuſtas
554, 20 alvi. abbi
colon v. c. κοῖλον. f. κοιλίαν
555, 3 medela. medella
561, 15 admittendum. f. amittendum
564, 10 definiremus. deſineremus
565, 6 præter agr. propter agr.
8 M. Varro. Aliter lib. 6 ad Cic.
566, 7 Peregrinum. Suid. in Λυκιανὸς
567, 5 ſuppreſſius. repreſſius
571, 12 quam dixi. qua dixi
ult. quoniam. q̃m. v. c.
578, 5 quî. quin
584, 9 cominus. communibus
587, 4 rupices. Ita & Giph. v. c.
hyadas. ὑαδας v. c.
8 ſic quod ab. Aliter Cic. lib. 2 de nat. deor.
589, 4 Romæ inquit conſtat nuſquam aut cubat. Romæ inquit conſtat ſed & Athenis nuſquam autem plures cubant. Scal. nuſquam alicubi. Et vocem *inquit* ſubduxit linea.
592, ult. quidam. quidem
593, 1 triumvir. Triumvirum
597, 13 poteſtates. v. c. p̄tates. f. partes.
598, 5 aut ante. & ante
12 creandis. creatis
600, 5 proponere. promere
601, 7 verſus. Didymus in ὀδ. 1. citat ex Dionyſio Thrace.
604, 5 natus eſt ei M. n. abeſt vox tertia
cognomentum. cognomen
607, ult. hoc habilior. vocabilior
609, penult. gallicis, caligis
610, 7 gallicas, caligas. ut & ψſ. 11
13 gallicis. caligis

612.

612, 7 Ted Anna Perenna. Te Anna ac Perenna
613, 1 Nerienes est. abest vox postrema
15 dare. date
614, 10 ita se. ita autem se
16 cuicuimodi. cuicumodi
619, 13 Item. f. idem
penult. rempublicam agier. v. c. rem pagier f. peragier
620, 16 placide. blande
18 prædæ monstrat. prædæ demonstrat.
624, 13 cum studio. abest prior vox
626, ult. Proverbium. Ath. lib. 4
627, 24 statura haud m. statura non m.
aquilo st. æquali
25 ore parvo. abest vox posterior
628, 10 ὑδροκρύων. v. c. ὑδροκρύον al. ὕδως κρύον al. ὑδροκίων
630, 10 Mnestheum. m. nesteum v. c. al. in nestheum

FINIS.

ADDENDA NOTIS.

PAG. 32 col. 1 ℣. 5 *Jactatulum?* ut barbatulus Ciceroni lib. 2 ad Attic. ep. 14.

34, 1, 8 Post *impolitæ*. adde. Potuerant meliora discere ex commentario Is. Casauboni ad finem Satir. VI. Persii: ibi indolem & soritis & ἡσυχάζοντος affatim clare promit.

35, 2, fin. *Primum librum*] Imo hæc quæ subjicit, hodieque leguntur in Arriani libro secundo cap. XIX. Sic igitur corrige: nisi si alia tunc dispositio aurei illius scripti. Simul exple lacunas aliquot hic hiantes ex eodem Arriano in verbis Græcis, quæ a capitis Agelliani fine. Lipsius II Elect. 3. Locus Arriani exstat libro II Dissert. Epict. cap. XIX. Nec audiendi, qui alium tum ordinem fuisse dicunt, cum ex libro I citet Gellius: error vero auctoris ipsius facile esse potest, cum libri singuli ederentur & venderentur, de quo alibi. Barthius lib. 35 adversf. cap. 7

37, 2, 5 Athenæus lib. XI. adde. Mireris, cur Thysius acquieverit citationi Vossianæ ex lib. I. cap. I. de Histor. Græc. quum longe amplius de utroque agat libro IV ejus scripti cap. 5. præsertim quum istic etiam citet hunc ipsum ex Gellio & Arriano locum.

39, 1, 10 *Ad casum tam ancipitem medendum*] Non ea ratio loquendi placuit Gellio, quia statuit verbum *mederi* cum accusativo construi posse, sed ut velit transferri in aliam prorsus naturam, prout talia plura habet Gellius, ut in ipsius præfationis initio dixit, *quando animus eorum intersitione laxari indulgerique potuisset.* 7, 19. *jurejurando satisfacto.*

41, 2, ult. adde. Gellio tamen denegari nequit sua loquendi norma, qui quum continue usurpet, & ab Phil. Rubenio lib. II Elect. cap. 16 annotatum sit, ex capite 25 hujus libri, quod exstat in Rottendorfiano, id certe pro vero debet admitti, præsertim quum ea ipsa verba repetat quoque XIX, 1. *Hæc Epictetum sensisse atque dixisse in eo, quo dixi, libro legimus.*

56, 1, 24 in fine adde. Hæc quum tam sæpe tamque multis monita sint, & sic tamen sustinuit Phil. Carolus in Animadversionibus pag. 131 citare (Quomodo etiam lib. I cap. 7 locutus est *in centesimo quinquagesimo annali libro Quadrigarii*) incondite confusa verborum serie, & certe Gellius nunc vocem secundam ac tertiam non fuit loquutus.

58, 1, 7 eligentissimus. Sic tamen etiam legendum se putare confitetur G. J. Vossius, ut scribit lib. IV Orat. Instit. pag. 27. sed frustra

59, 1, 14 Diogene Laërtio & Eunapio q. c. d. s. Philosophorum. adde, ut vix assequaris, quid voluerit Th. Reinesius in Variis Lectionibus pag. 127 Phocionem Peripateticum ex Gellio occinere non desinens.

62, 1 21 adde. Sic tamen hunc Pythagoricum morem, licet adeo bene cognitum, ulterius per hæc ipsa Gellii verba cognosci ex

ex se voluit Th. Stanlejus ad Æschyli Agamemnonem, pag. 801

65, 1, 1 adde. Istud *jure* jam fuisse agnitum ab Rittershusio scribit Cl. Schefferus in libello de natura Philosophiæ Italicæ pag. 155, ubi res ipsa ostendit, quam miserabiliter ignorans istud Salmasii eximium aberraverit, non tantum in offerendo absque verbo Romano, sed etiam inspectando isto κοινοβίῳ simul apud Gellium, simul apud Jamblichum.

72, 1, 17 adde. Alioquin hunc Gracchi impetum ita placuit appellare etiam auctori dialogi de corrupta eloquentia & Apulejo in Apologia, ubi Pricæus istos duos junxit.

80, 2, 14 adde. Similem in triplici hac hæsitatione moram potes discere ex Observationibus paternis lib. 4 cap. 25

88, 2, 18 post verbum *notavi*, adde, ut videatur dedisse Gellius: *Sallustius noster imitari volens adscripsit: loquax immo magis, quam facundus.* Neque enim istud verbum sic meruit abigi & sperni.

88, 2, 21 *Et modulata sit*] Vehementer me commovit Cl. Grævius, quum vidi abeo ad Hesiodi versum 719 ita considerasse hunc locum, ut colligat aut Gellium non intellexisse, quid esset κατὰ μέτρον ἦσται, quod non sit modulata, sed modum tenens, quæ coercet & reprimit effrenem loquacitatem, aut forsan scripsisse *& parca & moderata sit.* Certe enim utrumque multum & grave est. Atque ego nescio, an non ex tali nota hauserit Prousteus interpretationem, scilicet magni momenti, *& moderata sit.* Neutrum certe in ista nota pro sano admittendum. Nam utique in loquendo & voce promenda modulari habet vim & originem ab eo, quod modus illi imponitur actioni, & quum hic modus non sit affatim determinatus in eo solo verbo, quippe quod ad aliam quoque notionem transfertur, hinc Gellius curate & ampliter id facit per adjunctas voces *parca & modesta.* Itaque quum sic satisfiat defensioni Gellianæ; tum apparet id ab viro docto ejectum non considerante usum & stilum Gellii in usurpando isto verbo, quem auctor jam ostendit supra in capite primo, *in reperienda modulandaque status longitudinisque præstantia.*

89, 2, 15 adde. Et sane etiam ab Cl. Menagio hoc significantissimum acumen vocis λάλος explicari debuerat, certe peti licet, dum ad librum VII. Diogenis Laërtii & Zenonem pag. 274 edit. Amstel. largissime hunc locum citat ex prisca & corrupta lectione, & nihil interim adjuvat illud significans in v. λάλος.

119, 1, 3 adde. Quod mireris tamen, ipse Salmasius ad Solinum pag. 1211 Orchivum Thesaurum vocat & judicat eleganter sic dici, proculdubio temere festinans; nisi quod elegantia ista pertinere videatur ad substantivum solum; cujus tamen locum istum ante oculos fuisse Thysio docet vel sola mentio favissarum, quam inde opinor hausstam ab eo esse. Interim ut Thesaurus sæpe dicitur de aliquo subterraneo, ita certe Orcinus Thesaurus notare quoque potest ipsam urnam, non utique terris abditam, sed in exstructo monumento locatam.

122, 2, 16 adde. Quis vero persuadeat sibi Romanos tam fuisse variarum vocum configendarum & in unius vocabuli fasciculum colligendarum aptos sartores. Sunt hæc nimis ingeniosa & ideo aliena ab specie veri. Simplicitas circumspicienda est. Hæc docet inducias esse moras quanticunque temporis, quæ in tempus & statum, quo vibrantur ac moventur arma, inducuntur, ut tamdiu cessent & quiescant. Ut in amicitiam inducere genus minime liberale dicit Cicero ex contrario.

133, fin. *Cornutus Annæus*] Indignis modis in hoc capite & hoc viro lapsus fuit doctissimus Johnsius, dum pro certo ponit, quasi Gellius in hoc loco aliquid signaret de morte ejus, ut scribat lib. III. cap. 7 Histor. Philos. pag. 247 hæc verba (Tempus exprimit Gellius, qui l. II c. 6. Annæum Cornutum sub Nerone occisum esse refert.) Non video, unde ejus petendi occasionem habere potuerit.

134, 2, 20 *Non laude indignus*] Recte viri docti hactenus curaverunt, ut ad Mstos & primas editiones revocatus Gellius careret illo *solum*, quod medii interposuerant. Sed insuper oportet scire, in MS. Regio exstare *non laude dignum*, quasi noluisset repetere syllabam, (ita enim frequenter in Gellio peccatum) quam fortassis antea non didicerat, quum Gellius forsan dederit *non laude dedignum.*

135, 2, 7 post verbum *probet*? adde. Rectiore citatione hujus capitis & convenientiore ad Virgilii locum utitur politus ille Dousa ad Propertii locum lib. II. eleg. 26. *Quicunque & venti miserum vexastis Ulyssem.*

137, 2, ult. *A communi concilio Asiæ*] Hæ quatuor voces agnoscuntur ab scriptis, nisi quod miscent *concilio* & *consilio*, quod posterius fere tenuerunt quoque editiones. Doctissimo Jureto quum ad Symmachi librum IV. epist. 46 res præclare cederet in stabiliendo *provincialium commune*, nimium progressus fuit, quum censuit etiam licere suspicari Aul. Gellium nunc tantum scripsisse *a communi Asiæ decretum est*. Id enim vetant libri veteres. Vetat ex Trogo Justinus, cujus exemplum est VIII, 1. Thebani Lacedæmonios *apud commune Græciæ concilium superbe accusaverunt*, pro quo Plinius dicit lib. xxxv, cap. 9. *Amphictyones, quod est publicum Græciæ concilium.*

141, 2, 31 post τὸ manifeste adde. Hi vero tres tales sunt, quos nefarios & impios vocat Cicero lib. II de Officiis c. 14, quos idcirco defendere illic vetat, ut operose demonstrandum sibi putavit Jos. Mercerus ad Nonium pag. 197, quam tamen laudem viri docti totam Fabricio tribuunt.

146, 2, 33 lege, IV Hist. 53

148, 2, 37 adde. Eodem modo, quem adhibet Pater in sanando hoc loco, usus jam fuit Mercerus ad Fulgentii expositionem pag. 211. Interim satis secure creditur Vaticano, ut inde proferantur *spolia*, quum liber Regius aliique retineant *populi*, sunt & Brixiæ fuit editum: *Quinquies viciesque populi militaria habuit multijuga*, voce scilicet per notam scripta, unde in dubium venit. Mihi autem negotium facit copulativa *que* annexa τῷ *vicies*, nec intelligo cui bono, nec etiam opinor sic locutus nunc est, ut solet *duo & vicesimus*. Prousteus retinet *populi militaria dona*, nec tamen exponit, qualia fuerint ista, quæ concedebantur iis, qui ex provocatione victores existiterant, quomodo describit provocatoria. Hinc patet scripsisse Gellium *phaleris item donatus est quinquies, vexillis novies. Testimonia militaria habuit multijuga.* Scriptum erat *vexillis* 9. qui numerus degeneravit in literam q. Et vexilla autem illustrat Lipsius libro v. dialog. 17. de militia Romana, & testimonia ista sunt cognita ex Suetonii Galba.

150, 2, 32 adde. *Dividus* autem a divido tuetur Salmasius ad Vopiscum pag. 369 qui divisus est; quum *dividuus* sit, qui potest dividi. Interim accuratus noster Gellius debuerat scire etiam ab aliis Græcis dictum esse Μετὰ νοσούντων μαίνεσθαι καλόν.

160, 2, 35 post το Latina adde. Sic etiam libro XIX cap. 1 Ζηνωνος & *Chrysippi*, quod habent editiones, etiam ipse Stephanus, nec cur mutaretur, causa erat.

161, 2, 29 adde. Jamdiu autem G. J. Vossius notavit hos versus esse Leonidæ sub persona Epicteti, sed ita deceptum Gellium eos Epicteti ipsius esse putavisse, libro I Institut. Orator. cap. 4

169, 2, 34 adde. Brixiæ editum: *Tertius ventus est, qui*

172, 2, 22 adde. Cæterum olim edebatur *Japyga ex ipsius Apuliæ ore proficiscentem quasi finibus Apuli eodem & ipsi nomine japigem dicunt*, nescio unde. Et tamen aliter hæc constituentem videre potes Torrentium ad Horatii oden III libri I, quod miror sine ulla cura codicis antiqui

173, 2, 35 scribe, ignotum, & citetur hic locus ab Cresollio libro III Theatri Rhet. cap. 5, in quo eodem est etiam memoria verbi ἐπιδεικτιᾷν

192, 1, 33 lege, exigit, prout etiam G. J. Vossius in Arte Grammatica lib. 3 cap. 26)

199, 2, 11 lege, satu. Et eodem respexit Plautus in Rudente: *In nervo mille hodie nidamenta congeret.*

200, 1, 4 *Fac amicos adeas, & roges veniant*] Dulcissimum mihi accidit, quod notavi e Regio libro *fac amicos eas & roges ven.* cujus sapor quum non bene perveniret ad vulgares librarios, accusativum inepte adjuvare voluerunt.

202, 2, 28 lege, appellavisse, ut jam ad fragmenta Ennii observavit Columna susque deque ob hoc vituperium securus: sed quem idcirco aliter pronuntiantem valde miratur Casaubonus de Romana Satira pag. 250, quum sint octonarii sive tetrametri trochaici perfecti, nisi quod in prioris versus fine scribendum metri lex admoneat *positum*. Quibus simile in Græcis tangitur etiam ab Menagio ad Diogenem Laërtium in Platone pag. 142 Amstel. edit. quum

204, 2, 18 lege, dicit ὤθεσκε, & id citat ipse Gellius lib. VII cap. 20. Sed non

206, 2, 22 adde. Quod & ex alio respectu explicat & firmat Paterna Vetus Pecunia lib. I cap. I

208, 1, ult. adde Alioquin commode possis: *isne quem ea nox consecuta est, an qui dies noctem consecutus. Et M. Varro* &c.

218,

218, 1, 29 adde. Non invideo tibi, lector, conniventiam Salmasii, qui plane ad hunc modum ista citat in Plinianis Exerc. pag. 1222, ita ut prorsus hac Gellii regula, quam omnino non esse invictam demonstravi, acquiescat.

229, 1, 16 *Hebdomades vel de Imaginibus*] Cujus duplicis tituli causam docte exsequitur Juretus ad Symmachi Auctarium pag. 313, & præsertim illustrat caput Gellii, quod mox sequitur, in quo auctor agnoscit imaginem Homeri lib. 1 Hebdomadon, quod verum est, sed Gellius pertinaciter illic manet in altero titulo, n. de Imaginibus.

230, 2, 19 adde. Κρίκος. Citavit hunc locum & explicuit τὸν κρίκον Grotius ad Martiani Capellæ paginam 275

250, 2, 3 *Qui σίλλος inscribitur*] Menagius ad Laërtii librum III occasione Platonis hunc locum recensens obiter injicit se malle Σιλλοι.

253, 2, 4 adde. Prout sustulit hunc locum citans in præfatione tomi I Antiquitatum Roman. Cl. Grævius, sed quod miror, non veritus duplicare in præcedentibus τὸ *erant*, quod tam clare est vitiosum.

262, 2, 5 adde Salmasius licet ipse etiam ex codice Regio adscripsisset oræ suæ *scriptorum*, tamen id recte spectare non quivit aut noluit, adeo ut de Modo Usurarum pag. 663 ponere istud non dubitaverit, prout edi videbat

265, 2, 17 *Sed hoc si ita est*] Sic auxit hunc locum prima patris editio, quum in prioribus omnibus τὸ *si* non haberetur. In quo ne turbes, scito sic plane legi in codice Regio, ut idcirco audiendus non sit Mercerus in notis ad Nonium pag. 198 jubens scribere *si hoc ita est*, qui sane hanc suspicionem suam adscripsit quoque editioni Stephani.

266, 1, 32 *Quingentis fere annis*] Vix dubito, quin recte sensum hujus loquutionis perceperit Lambecius, sed quem prave applicuerit. Videntur enim si non cautiones (quippe quas ex Sulpicio negat Gellius) utique actiones ante annum quingentesimum V. C. fuisse, ideo scilicet exortæ, quia anno CDXLVI L. Antonius quam virginem duxerat, repudiavisse uxorem narratur, ut notavit ad istum annum Pighius in fastis, quem ibi vide

279, 2, 34 adde. de religioso: prout Cato de illis habuit orationem, quam exstitisse patet ex citatione Festi in v. Sequester, dum dicit *Cato in ea oratione quam habuit de indigitibus*, ut non satis caute Wouwerius scribat in Polymathia pag. 9 libros vel librum Catonis de indigetibus laudare Festum; quale quid tamen non dubitavit imitari Vossius, dum in Historicis Latinis pag. 108 hunc Masurium notat scripsisse libros juris civilis, quo & illos de indigenis pertinuisse arbitretur; unde etiam appareret placuisse vulgatum, quod sane retineri potest, sed ibi aliena materia est religiosi.

285, 2, 25 *adde*: repugno] Itaque mirum non est prodi simile judicium ab Menagio ad Diogenem Laërt. pag. 370, quum soleat ample iterare quæ ab aliis dicta sunt. Apparet.

287, 1, 17 καὶ καρδίας καὶ ἀκαλύφης] Cl. Scheffer us in scripto de natura & constitutione Philosophiæ Ital. pag. 147 quum has voces citaret ita ut omitteret posteriorem copulam, labyrinthum sibi struxit, unde evadere non quivit, ut fateretur se nescire quid in his verbis ἀκαλύφη faceret, aut quomodo ad partem animalis veniret, & ignorare, an Plutarchum bene Gellius, aut hic Aristotelem inspexerint, similiaque alia, tanquam Aristoteles & ex eo Plutarchus quum dixissent speciatim qua parte carnis abstinerent, nempe duplici illa, etiam potuerint adjicere de pisce isto

288, 1, 10 adde. Immo istud *creditum* extat jam in vetustis editionibus, ut ipsa Brixiana, unde id non debuit ab Gellio averti ulterius

304, 1, 17, adde. Sane illa *fretamenta* in Mstis optimis agnita videntur quoque subjicere, *si clamitant etiam*, *si æstuant*, *si vocum*

323, 2, 3 adde. Sed hanc collationem Lucilii & loci hujus Gelliani accurate jam instituerat Cl. Seldenus de Diis Syris Syntagm. II. cap. I.

325, 1, 19 Ursinus, eumque industrie imitata est editio nupera Vallantii, sane ut obscuret universam ejus teli rationem; quod quum prope manum sit trisulcum & trifidum, in mucrone coeat in unum hamum. Hinc

2, 24 adde. Potuerunt tamen durare in perscribendo isto *humano ritu* Observationes ad numismata antiqua nuperæ, ubi de Abderitarum nummo agitur.

326, 2, 7 *Secundum eos proximum locum clientes habere*] Non aliter fateor legi in libris

Mſſ. Attamen ſi meminiſti, quæ teſtatus eſt pater de loco libri III cap. 16, & quemadmodum ibi allegentur Gellii verba ex capite ſecundo libri III *proximus eam noctem*, cauſam videbis dubitandi de prima voce, an non ſubjecta fuerit ab male ſedulis, qui ſenſum voluerunt acclarare, quum ignorarent Latinitatem: & quum mox adderetur *tertio*, putarunt præcedere oportere *ſecundum*. Certe enim plena omnia ſunt *clientes habere locum eos proximum*, atque adeo ſtatim ſequi poſt parentes, ut præferantur aliis cognatis. Hæc utique eſt locutio auctoris, qui libro XX c. I id ipſum ita effert: *Sic clientem in fidem acceptum cariorem haberi, quam propinquos*

328, 2, 13 adde *vel*. Etiam editiones priores habent *audiſſe*, ut hoc incrementum inane prorſus venerit ab Stephano.

344, 2, 11 adde. ſenſu. Ita enim modo habent priores: *Nihil eſt prorſus iſtis, inquit, inſipidius*. Brixiana vero: *nihil eſt prorſus iſtis inquit nihil imperitius*. Non aliter ac ſi cenſens Stephanus hanc varietatem niti codicibus antiquis, judicaverit ſic poſſe coire & conciliari. Sed negant noſtri Mſſti.

345. 2, 17 *Id eſt, naturane ipſa rerum*] An ſit exemplar ſcriptum, a quo iſtud *ne* ut Gellianum nobis tradatur, perinde ut ſit ab editis, equidem ignoro, ſed & ab Regio & ab Lincoln. ſcio id ejurari, & repelli ab genuinis, quum & poſterior offerat *idem natura ipſa*, ſicut Aldus quoque edidit *Idem naturane ipſa*. Certe etiam de Morelli codice id annotavit Bourdelotius. Apparet igitur repetitionem ſimilium literarum negligenter omiſſam, quum perſcribi debuiſſet, nocuiſſe huic loco, quem ita reſtitues, *id eſt, ſi natura ipſa*.

355, 1, 6 *Quæ aut opportune prævolant, aut idoneas ſedes capiunt*] Hæc omnia ſunt verba Higini, cujus reprehenſionem his verbis conſiſtere & inde colligi ac procedere ſcribit Gellius. Et tamen nuper in Obſervationibus in Callimachum pag. 628 de avibus boni ominis dictæ, quales, ut de iis Gellius l. VI. c. VI, *aut opportune prævolant aut id ſ. c.* Non oportet iſta ſic confundi, præſertim quum ob iſta ipſa Higinus arceſſatur ineptiæ. Similiter quum in fine capitis ſcribat Gellius ex ore Erycii Clari, cui præpetes dicit viſas eſſe alites, quas Homerus ταναοπτέρυγας appellaverit, quoniam iſtas potiſſimum augures ſpectarent, quæ ingentibus alis patulæ atque porrectæ prævolarent; ibidem pag 634 videas dici (pro auſpicatis apud Græcos Romanoſque aves juxta Gellium l. VI. c. VI. *quæ ingentibus alis patulæ atque por. præv.*) Non omnino horum Gellius auctor edi debet.

378, 2, 23 *reprehenſuris*? quod jam olim propoſuit H. Stephanus ea perſuaſione, ut hanc ſuam emendationem a quoquam reprehenſum iri non putaverit pag. 162

383, 1, 7 Χρὴ καὶ σε μέλλειν] Sic eleganter Oenomarchus Sophiſta fingit amatorem ſtatuæ puellaris illi inter alia dicentem: ἔχεις δὲ καὶ φωνὴν μέλλουσαν ἀεί.

383, 2 24 adde. Sed calamus videtur decepiſſe, quia in Regio prorſus legitur *viri ejus qui alio fuit*. Unde commodius reſtitueris, quod etiam neceſſarium exiſtimo *ac non viri, & ut qui alius, fidi*.

390, 1, 21 adde. Hinc Brixiana exhibet *quoniam ſatis viſus ẽ luxiſſe*, certiſſimo indicio alterutrum e ab ipſis in Mſ. non repertos. Cæterum Pricæus eſt, qui teſtari ſuſtinuit ad Apologiam Apuleji pag. 50 in antiquis quidem & melioris notæ codicibus exſtare *eum luctum quoniam ſatis eſt viſus eluxiſſe*. Crede ſi placet; perinde ſcilicet, ac quum ibidem pag. 78 ex Gellii hoc loco citat *adſeverate actitabat*.

393, 1, 18 adde. Cæterum progredi oportet in declaratione codicis Regii, cujus tota lectio hæc eſt: *Sed ſi hanc particulam ſemper cum intentionem ſignificaret, acui putavit, non id perpetuum putavit*. Quod egregium & integerrimum erit, ſi leniter mutando habeas *ne id perpetuum putarit*.

427, 2, 21 adde. Et autem tota hæc explicatio jam edita ante Lipſium, prout integram expreſſerunt Brixienſes, qui mox etiam dederunt *quod hoc in loco Qu. Claudio dicitur*, quum in Reg. tantum exſtet *quod hoc in loco Claudio dic.* Sed alii interpoſitam habent præpoſitionem *a*. Peſſime interim degenerarunt noviſſimæ repetentes voculam *in*

441, 2, 29 adde Etiam Salmaſiusin Hyles Jatricæ capite XXI retinet, quod viderat legi in ſcriptis.

442, 1, 32 adde: *detonatam*, prout id quoque novit Cl. Juretus ad Symmachi Epiſtolas in Auctario p. 313.

450, 1, 18 adde. Quod ut satis ingenioſe excitatum eſt, ita tamen melius erit non uti, quum iſtud adverbium non ſit habendum pro ſupervacuo, ſed afferat ſuam Venerem, quam oſtendere jam conatus fuit Gruterus in libro VII Suſpicionum cap. 7

453, 1, 26 adde: margine Pariſinæ Vaſcoſani anni 1536, cujus eodem exemplari & ipſe uſus fuit & poſtea Bourdelotius, prout etiam in Salmaſiano exemplari ex Nonio hanc mutationem alius appoſuit. Immo iſtud *famoſus* jam in Gryphiana anni 1539 & Pariſina anni 1584 occupavit margines. Sed ut appareat ratio Thyſii ita perperam nunc ſcribentis cum patre meo, ecce chartulam ipſius manu ſcriptam, quæ mihi in manus venit. (Clariſ. & Optime collega, ſi quid annotaveris ad cap. 25 lib. 10 Agellii, rogo pro amicitia noſtra ut mihi communices. In commemoratione navium ultima editione habes ἱπικώπας & ἱπιδατίδας, quæ in Editionibus aliis non inveniuntur. an noſti in MS. ita haberi? *ἰσόποδας* & *παραντρίδας* emendat Turnebus. Nuſpiam etiam Cattæ, ut in cæteris Editt. legitur, apparent. Vale Vir Præſtantiſſime. Tuus totus A. Thyſius.) Nec ſcio quid reſponderit. Sed pater

ibid. ult. præbuerit. Multis locis tali ſenſu uſurparunt fabulam, colligente, ut ſolet, Pricæo ad Apuleji Apologiam pag. 157, ubi vides *inquinatam fabulis*, *in nullam incidiſſe fabulam*. etiam *domus meæ famoſa fabula*. Sed & ad Theophraſti Characteres producit ex Gloſſario Caſaubonus ἀδολέσχης *fabuloſus*. Ut igitur *ſuſpicioſus* etiam de ſuſpecto, ſic cur *fabuloſus* non poteſt ſimiliter paſſivo ſenſu dici, prout in Gloſſis activo? Colerus autem de illo agit in Parergis

ibid. 2, 31 *ſoporibus*. Etiam Salmaſio probatur iſtud muſtum ſomniculoſum ad Solinum pag. 341

456, 1, 22 At Thyſius iſtud *inclamat* adſcribit Carrioni & Lipſio, quum id jam exſtet in editione Brixiana.

463, 2, fin. adde. Iſta ipſa diſticha etiam locata ſunt poſt hoc caput ab Brixienſibus.

465, 1, 4 aliqua. Unde ſi probabilitatem ſectari placet, equidem ſatis commode videri poſſet vulgata lectio exſtitiſſe ex his Gellianis corruptis, prout nunc habemus *principio lib.* 11, id eſt, undecimo, quæ vox ob aliam ſimilem ac ſequentem male accepta fuit.

472, 2, ult. facere. Patet hinc Bruttios ab Romanis fuiſſe habitos peſſime, & ad miſerrima miniſteria dejectos. Itaque ſicut nunc verberantes Bruttianos audimus, ita & *gerones Bruttianos* ſervavit Fulgentius in Expoſitione ſerm. antiq. etſi & prave intelligat, nec auctorem fateatur, ut vulgo bajulos fuiſſe ſuſpicer.

492, 2, 10 pag. 108. Immo Brixienſes clare jam habent *luxumque & popinationem*.

494, 1, 1 *Græciæ* vel *Græcæ*.

497, 1, 32 Adv. 21, quem citans Pricæus ad Apuleji apologiam pag. 104 ſcribit in Gellii MS. *Aternæ* ſe legiſſe Turnebum dicere. Mirum

2, ult. adde. Sane etiam potior ſeries verborum hæc eſt: *iſta enim omnia vocabula conſentur continenturque rogationis principali genere & nomine*.

498, 2, 17 Vallenſem, & Jo. Brodæi ad Anthologiam lib. 1 pag. 163. Sed inter quos vel primus nominari deberet G. J. Voſſius, quia licet inter extremos arrepat, tamen quaſi unus & primus foret, acrior Gellium invadit libro IV. Inſtitut. Orator. pag. 17.

550, 2, 13 Sed & hunc loquendi modum annotabat Pricæus pag. 8 ad Apuleji apologiam.

574, 1, 5 In mente. Quippe ut poteſt aliquis ſcriptor hiſtoriæ variarum orbis partium excedere tempora & in una regione conjunctim narrare res, quæ per plures annos geſtæ ſunt, quia ſic præſtat, quam eas divellere per annos ſingulos, prout inſtitutum ejus poſcebat: ita id ipſum concipi quoque poteſt de una ætate & certis menſibus, dum ſermonem de hac regione habitum includunt res unius aut duorum aut trium menſium; at mox transgreſſus ad aliam gentem extendit ſe nec deſiſtit, niſi univerſam ætatem & ſic ſex aut plures menſes explicaverit. Certe convenientiora Pricæo erant Taciti verba libro VI annal. cap. 38. *Quæ duabus æſtatibus geſta conjunxi, quo requieſceret animus a domeſticis malis*. Adde ex eodem XIII, 9. Et ſcio

576, 2, ult. ad Attic. 8. aut infra 13, 18 *Non brevi antiquior?* 10, 26. *Nimio confidentius*. Sic & apud Plautum *nimio celerius, citius, dulcior*.

581, 2, 8 Supplens. Sed neque G. J. Voſſio videtur ruſticum adamuſſim exprimere, quod Græcis βαξάριον dicitur, & barbarum

non tam notare ruſticum, quam extraneum & peregrinum, quali ſermone utentes nec intelligunt nec intelliguntur, prout diſputat in principio operis de vitio ſermonis. Gellius tamen jungit 19, 9 *barbarum & agreſtem.*

584, 1, 18 Sapientes, quo etiam alluſit 17, 5, & oſtendat

586, 2, 17 multiplex; & poterunt his adhiberi Salmaſiana in Exercitat. Plinianis pag. 94

598, 2, 29 comitiis. De quibus quum hic locus ſit admodum conſpicuus, fieri non quivit, quin identidem inſpicererur ac citaretur ab illis, quorum iſta cura fuit ut Comitia Romana noſcerentur, Sigonio & Gruchio, qui quum ſimpliciter hunc locum adducerent, offendit in eis legendis Latinus Latinius, ut pro voce *juſtius* legendum eſſe *jus* arbitretur, ut licet ſic habeant omnes codices, detrahenda ſit tamen ſyllaba, quæ per negligentiam adhæſerat, *ſed jus curiata.* Iſtud poſterius non videtur tam certum firmumque, quam prius, & dum omnes codices ita habent, periculoſum eſt inde aliquid delere. Quin tu crede ſcriptum eſſe *ſed jus illis curiata datur lege.*

605, 2, 5 *Laudationes funebres*] Hæ plurimum ad hiſtoriæ cognitionem proderant. Verumtamen cum in iis multa falſa pro veris affirmarentur, quo familia fieret illuſtrior, magna inde confuſio & varietas mendaciorum orta eſt in hiſtoria, ut teſtatur & queritur Livius lib. 8 in calce, & Cicero in Bruto; *niſi quem Appii Cæci oratio hæc ipſa de Pyrrho & nonnullæ mortuorum laudationes forte delectant, & hercules hæ quidem exſtant. Ipſæ enim familiæ ſua quaſi ornamenta ac monumenta ſervabant & ad uſum, ſi quis ejuſdem generis occidiſſet, & ad memoriam laudum domeſticarum, & ad illuſtrandam nobilitatem ſuam; quanquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior* Porro Plinius lib. 7 cap. 11 teſtis eſt liberorum M. Catonis Cenſorii alios Salonianos, alios Licinianos eſſe dictos. Henr. Valeſius.

631, , 10 res falſa fuit

19 Lapitharum. Sed neque propius diſcedentem ab Gellio Jan. Gebhardum audiri fas eſt in Crepundiis 3, 1 interpretantem de viliſſimo; nam canibus intrito furfuraceo pane vita. Non ita ſemper, non ita dicitur in Evangelio, nec ita carnibus & variis earum calloſis appendicibus illic parci quotidie videmus

657, 1, 18 *Per quos m. m. ſenatus haberi*] Sed & Tribunis Celerum licebat ex lege populum convocare, ut docet Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 4 pag. 272 & — in oratione illa Junii Bruti. Henr. Valeſius

671, 2, ult. *Sed qui tantum legerit*] Veriſſime agit Gellius, dum talis generis erratum eſſe ſcribit, ſed tamen etiam Paulo Manutio in capite ſecundo de Senatu Romano placuit admonere id ab Gellio notatum eſſe, quum profecto tantillum ſatis eſſet ita ab Gellio inſignitum, ut lector Tullianus in eo non laberetur. Videtur autem Ciceroni id obveniſſe, quod verſiculos ſuos memoriter recognoſcens, quibus olim partes Homeri verterat (vide lib. 5 Finib. cap. 18) ab ſecundi verſiculi ſpecie ſit deceptus, quaſi in eo aliquis gloriaretur fore, ut utique ſe Hectoris, ducis maximi & præcipui, gladio cæſum poſteritas agnoſcat, ut apud Latinum poetam *Æneæ magni dextra cadis.* Hæc ſolita & occurrens paſſim conſolatio videtur eundem, qui ſecundum verſum pronunciat, quoque ſimulare, quaſi tertium verſum dicat, ita ſibi blandiens, tanquam qui hanc inſcriptionem de victore legat, dicturus ſit pariter ei ſatis gloriæ ſic contigiſſe, quod ab Hectore ſit occiſus, unde colliget eum fuiſſe talem, quem Hector ſuo congreſſu fuerit dignatus. Quæ etiam cauſa fuit, ut Tiro nequiverit quidem, etſi vidiſſet, id corrigere, quum materia præcedens foret talis generis, ut ſi quid corrigere inſtitueret, diſparia omnia fuiſſent futura. Itaque ſatis eſſe opinor à Gellio id indicatum.

677, 2, 22 notatum. Interim illi, qui nonniſi ad tertium exemplum accedunt, ancipites male & inſcite hærent, dum alii eligunt *frons*, alii *fons.* Quod

681, 1, 20 delendum. Abeſt & ab editione Brixiana. Abeat

2, 4 Lipſius, cui hæc conjectura oborta eſt ex citatione Homerica 15, 12 ἐλεγχίστε ζωόντων, vocem

695, 1, 6 jungere. Et voluit aliquo modo exprimere Latine Homericum Iliad. β, 207. Ὡς ὄγε κοιρανέων διέπε φρατόν.

713, 2, 19 *deliquere*, prout plane vides editum eſſe ab Brixia. Quod

719, 1, 9 Scipione apud Macrobium lib. VI *conſiſtere*

737, 1, 35 *Municipes ſine ſuffragii jure Cærites*] Municipia ſine ſuffragii jure Livius lib. 8

pag.

pag. 225 & 226 civitas sine suffragio data. Fundus autem factus qui populus dicatur, docet Festus in v. fundus. Cum enim populus quidam se dedidisset populo Rom. ejus populi ager fiebat populi Romani, ut dicit Livius lib. 7 pag. 208 & pag. 252, & populi Rom. is fundus fiebat, id est, autor seu βεβαιωτης deditionem ratam ac perpetuam fore. Sic Senatus autor fieri dicitur. Sic venditor in jure autor appellatur, unde autoratum venit, & Cicero in ea pro domo: nemo civis Rom. aut civitatem aut libertatem potest amittere, nisi ipse autor factus sit. Plautus in Trinummo: *nunc mihi is propere conveniendus est, & quæ cum ejus filio egi, ei rei fundus pater sit potior eo.*

745, 1, 20 *Contigit. Delphinum repente* &c.] Locus pessime distinctus, quem sic instaurabis. *Sed (novum & mirum & pium facinus) contigit Delphinum repente inter undas adnavisse, fluitantique* &c.

789, 2, 16 componere. Immo in hac voce adeo sunt firmi, ut nemo cogitet *incompertum*, quod tamen videri posset Gellius dedisse.

809, 1, 18 docuerunt, quum interim ista sic dessa confirmatio τῷ *quanto* probabiliter commovere nos posset ad censendum ab Gellio venisse *nimio quanto*, ut notum est Plautinum *multo tanto*.

810, 1, ult. constaret. Id quum jure exigam, tum non dubito fareri hanc me opinari solam esse manum Gellii, more aliorum comicorum, qui ita dixerunt *nosque nosmet perdimus, nos nostri pœnitet.*

817, 1, ult. Cato, si diis placeat, aut certe illis, qui hæc ita conjunctim posuerunt, hoc est, omnes, qui hunc locum tractarunt, videri

2, 11 præferenda; unde illam adoptavit Jo. Kirchmannus lib. 2. de funer. Rom. cap. 6

824, 1, 11 jam alibi similiter fuerit

831, 2, 7 *sentina satis agentibus*

880, 1, 12 Lambecius. Nec tamen credidit posteritas unam talem hirundinem posse ver constituere, præsertim quum Missi non consentirent, nec ipse Gellius, quippe quem respicere Pricæus debebat dicentem lib. 1 cap. 2. *Atque ibi tunc quum essemus apud eum in villa.* 14, 2. *Tunc ibi amici mei -- Viri exercitati -- non sedendum diutius ac nihil esse dubium dicebant* &c.

FINIS.

INDEX

INDEX SCRIPTORUM
GRÆCORUM LATINORUMQUE
AB
A. GELLIO LAUDATORUM:

Prior numerus librum, posterior capita libri designat.

A.

L. Accius 14, 1
Atreo 13, 2
Didascalico primo 3, 11
Neoptolemo 13, 3
Pelopidis 2, 6
Pragmaticis 20, 3
Sotadicorum primo 7, 9
M. Accius Pl 4, 7. 18, 12. 19, 8
in comœdia 1, 7
Amphitryone 1, 7
Asinaria 1, 22. 7. 17. 18, 12
Astraba 11. 7
Aulularia 3, 14. 7, 9
Bacchidibus 3, 14
Bœotia 3, 3
Casina 1, 7
Cistellaria 3, 16
Clitellaria 7, 7
Epidico 4. 6, 17
Epitaphio suo 1, 21
Freto 3, 3
Menæchmis 3, 14. 18, 9
Milite glorioso 15, 15
Mostellaria 20, 6
Nervolaria 3, 3
Persa 5, 21
Pœnulo 13, 28
Pseudolo 20, 6
Rudente 9, 12
Sticho 7, 17
Trigeminis 7, 9
Trinummo 17, 6
Truculento 13, 21
Ælius Melissus libro de loquendi proprietate 18, 6
L. Ælius Stilo Præconinus 2, 21. 3, 3. 5, 21
commentario de proloquiis 16, 8
C. Ælius Tubero 14, 7, 8
in historiis 6, 3, 4
historiarum primo 10, 28
de officio judicis 14, 2
libro ad C. Oppium 7, 9
Æschines in oratione qua Timarchum de impudicitia accusavit 18, 3
Æschylus ἐν τῷ πυρφόρῳ προμηθεῖ 13, 17
Æsopus Phryx in Apologis 2, 29
L. Afranius togatarum scriptor in togata 20, 6
in Consobrinis 15, 13
in togata, Sella 13, 8
in togata, Titulus 10, 11
A. Albinus historiæ libro primo 11, 8
Alcæus in poematis 17, 11
Alexander Ætolus 15, 20
magnus epistola ad Aristotelem 20, 5
Alexis comicus 2, 23. 4, 11
in comœdia, quæ Pythagoræ vita inscribitur 4, 11
Alfenus Varus libro Digestorum XXXIV. *Conjectaneorum secundo* 6, 5
Anacreon 19, 9
Andronicus philosophus 20, 5
Annæus Cornutus commentario in Virgilium 2, 6
de figuris sententiarum libro secundo 9, 10
L. Annæus Seneca ad Lucilium epistolarum libro XXII. 12, 2
Annianus poeta 7, 7. 9, 10
Antisthenes Socraticus 9, 5
Q. Antistius Labeo 1, 12. 15, 27
commentariis ad XII. *tabulas* 1, 12. 20, 1
libro de duodecim tabulis secundo 7, 15
libris ad edictum prætoris 13, 10
libro ad edictum prætoris quarto ibid.
libris posterioribus ibid.
ad edictum ædilium curulium 4, 2
Apollodorus 2, 23
in Chronicis 17, 4
Appion Plistonices 6, 8
in Ægyptiacis 5, 14. 10, 10
libro Ægyptiacorum quinto 51, 4. 7, 8
Aristarchus grammaticus 2, 25
Aristeas Proconnesius 9, 4
Aristides Samius 3, 10
Aristo I. C. 1, 18
Aristophanes 1, 15. 13, 23. 20, 11
in comœdia Ἀχλαΐς 19, 13
ἐν ταῖς προτέραις θεσμοφοριαζούσαις 15, 20
Arist. 2, 12, 22. 3, 11, 16. 10, 2. 15, 26. 19, 2, 5
libro de animalibus sexto 13, 7
epistola ad Alexandrum Magnum 20, 5
libro περὶ μονήρους 7, 6. 8, 7
libris problematum 1, 11. 2, 30
problematibus acroamaticis 20, 5
encycliis 20, 4
exotericis 20, 5
problematibus physicis 19, 4. 5, 6
problematum septimo 3, 6
Aristoxenus in libro de Pythagora 4, 11
Arrianus in dissertationibus Epicteti 17, 19. 19, 1
libro secundo 1, 1
Q. Asconius Pedianus 15, 28
M. Asinius Pollio epistola ad Ciceronem 1, 22
epistola ad Plancum 10, 26
C. Atejus Capito 12, 2, 24. 10, 20
in conjectaneis 2, 24. 20, 2
conjectaneorum libro nono, qui est de judiciis publicis 4, 14. 10, 6
conjectaneorum CCLIX. 14, 7, 8
in epistola quadam 13, 12
libro de jure pontificio quinto 4, 6
de officio Senatoris 4, 10
D. Augustus epist. ad Cajum nepotem 15, 7
in epistolis 10, 24
P. Aurelius Opilius in libro primo Musarum 1, 25

Bac-

INDEX SCRIPTORUM LAUDATORUM.

B.

Bacchylides 20, 7
Brutus 17, 7

C.

Cæcilius Gallus libro secundo de verborum significatione, quæ ad jus pertinent 16, 5
Cæcilius Statius 5, 6
Chrysio 7, 17
Hypobolimæo Æschino 15, 14
Plocio 2, 23. 3, 16
Polumenis 11, 7
Subditivo 15, 9
Synaristusis 15, 15
triumpho 7, 7
Cælius 10, 1
historiarum libro secundo 10, 24
Cælius Sabinus 7, 4
libro de edicto ædilium curulium 4, 2
Cæsellius Vindex 9, 14. 18, 11
in commentariis Antiquarum lectionum 2, 16. 3, 16. 7, 2. 11, 15. 20, 2
Callimachus 4, 11
C. Calvus 19, 9
in poematis 9, 12
Carneades 17, 15
Q. Cassius primo Annalium 17, 21
Chares 5, 2
Chrysippus 11, 12
libro περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς 14, 4
libro περὶ προνοίας quarto 6, 1, 2
L. Cincius Alimentus, de re militari libro tertio 16, 4
libro quinto ibid.
libro sexto ibid.
Q. Claudius Quadrigarius 5, 21
annali primo 1, 25, 2, 19. 7, 11. 9, 13, 14. 17, 2
annali tertio 1, 16. 3, 7, 8
quinto 5, 17
sexto 2, 2. 17, 13
octavo 17, 13
undecimo 13, 18
tertiodecimo 13, 27
duodevicesimo 1, 7
undevicesimo 9, 1. 10, 1. 15, 1. 20, 6
uno & vicesimo 10, 13
vicesimo tertio ibid.
centesimo & quinquagesimo 1, 7
Clearchus 4, 11
Cloatius Verus in libris verborum à Græcis tractorum 16, 12
libro quarto ibid.
P. Cornelius Pauli F. Scipio Africanus in oratione, quam dixit in censura, quum ad majorum mores populum hortaretur 4, 20. 5, 19
in oratione pro se contra Tib. Asellum de multa ad populum 7, 11
in oratione contra P. Sulpicium Gallum 7, 12
in quinta oratione contra Claudium Asellum 2, 20
L. Cornelius Sulla rerum gestarum libro secundo 1, 12. 20, 6
Cornelius Nepos 17, 21
in primo Chronicorum ibid.
primo librorum de vita Ciceronis 15, 28
de viris illustribus 1, 18
libro exemplorum quinto 7, 18
Crates 2, 25
Critolaus peripateticus 9, 5. 11, 9
Ctesias 9, 4

D.

Democritus 5, 15
de vi & natura chamæleontis 10, 12
περὶ λειμῶν καὶ λοιμικῶν κακῶν 4, 13
Demosthenes 2, 27. 10, 19
in orationibus 9, 3
in oratione ὑπὲρ στεφάνου 13, 1
Dicæarchus 4, 11
Diodorus Cronus 11, 12
Dioxippus Socraticus 17, 11

E.

Elis grammaticus vetus in Commentariis 13, 14
Empedocles in carmine 4, 11
Q. Ennius 7, 9, 12. 9, 4. 10, 1. 12, 2. 13, 19. 17, 17. 18, 9. 19, 8
in annalibus 2, 26. 3, 14. 6, 6. 10, 29. 16, 10
libro primo 6, 6. 9, 13, 14. 13, 21
libro tertio 1, 22
libro septimo 12, 4. 18, 5
libro octavo 20, 10
libro duodecimo 17, 21
libro tertiodecimo 7, 2. 18, 2
libro quartodecimo 2, 26. 10, 25
libro sextodecimo 9, 14
libro duodevicesimo 13, 19
in Achille 4, 17
in Alexandro 6, 5
in Cresphonte 6, 16
in Erechtheo ibid.
in Hecuba 11, 4
in Iphigenia 19, 10
in Menalippa 5, 11
in Neoptolemo 5, 15, 16
in Phœnice 7, 17
in Scipione 4, 7
in Satiris 2, 29. 7, 9, 12. 18, 2
Ephorus historicus 3, 11
Epicharmus 1, 15
Epicurus 2, 6, 8. 5, 15, 16. 9, 5
Epictetus 1, 21. 17, 19
libro quinto διαλέξεων 19, 1
Erasistratus 17, 11
libro primo διαιρέσεων. 16, 3
Erucius Clarus epistola ad Sulpicium Apollinarem 13, 16.
Euripides 1, 15. 7, 3. 13, 17. 17, 4. 20, 7
Bacchis 13, 17
in tragœdia ἰὼ ibid.
in Hecuba 11, 4
Eupolis 1, 15
Euclides 1, 20

F.

M. Fabius Pictor libro annalium primo 1, 12. 10. 15
libro quarto 5, 4
Favorinus 1, 1. 9, 8. 10, 12
in oratione quum legem Liciniam de sumtu minuendo suasit 15, 8
in περὶ Πυῤῥωνείων τρόπων 11, 5
Feneſtella 15, 28
Furius Antias 18, 11

G.

Gabius Bassus in Commentariis 3, 9, 18
libris de origine vocabulorum & verborum 3, 19. 5, 7
libro tertio de origine vocabulorum 2, 4
libro septimo 11, 17
Gallus Asinius 17, 1

INDEX SCRIPTORUM

Cn. Gellius 8, 14
in annalibus 18, 12
annali tertio 13, 22

H.

D. Hadrianus oratione quam in senatu de Italicensibus habuit 16, 13
Hegesias 9, 4
Helvius Cinna in poematis 9, 12. 19, 9, 13
Heraclitus Ephesius præfat.
Hermippus 3, 13
Herodotus in historiis 1, 11. 5, 9. 8, 4. 16, 19. 17, 8. 18, 2
historiarum primo 3, 10
libro tertio 13, 7
libro quarto 16, 11
Hesiodus 1, 15. 4, 5
Heraclides Stoicus 9, 5
Hippocrates 17, 11. 19, 2
libro περὶ τροφῆς 3, 16
Homerus 1, 11, 15. 2, 6, 21. 22, 26, 30 3, 10, 16. 5, 9. 6, 2, 6. 7, 20. 9, 9, 10. 12, 1. 13, 1, 7, 20, 2[illegible], 25. 14, 6. 15, 3, 6. 16, 12, 17, 38. 18, 19. 20, 7
Q. Horatius Flaccus 2, 22
Q. Hortensius 19, 9
Hypsicrates grammaticus libris super his quæ à Græcis accepta sunt 16, 12. 19, 2

I.

Isigonus Nicæensis 9, 4
C. Julius Cæsar 7, 9
in libris Analogicis ad M. Ciceronem 19, 18
in Anticatone 4, 16
libro de Analogia primo 1, 10
libro de Analogia secundo 9, 14
in Dolabellam actionis tertio 4, 16
in epistolis ad C. Oppium & Cornelium Balbum 17, 9
in oratione pro Bithynis 5, 13
in suasione rogationis legis Plautiæ 13, 3
Julius Higinus 6, 6. 10, 16
commentariis in Virgilium 1, 21. 5, 8
in exemplis 10, 18
de vita & rebus Africani 7, 1
libro de vita rebusque illustrium virorum sexto 1, 14
de Virgilio libro quarto 16, 6
Julius Modestus secundo quæstionum confusarum 3, 9
Junius 14, 8

L.

D. Laberius 8, 15. 17, 14
in Anna Perenna 16, 7
in Alexandrea 16, 7
in Cacomemmone ibid.
in Catulario 7, 9
in Coloratore ibid.
in Compitalibus 16, 7, 9
in Cophino 16, 7
in Fullone ibid.
in Gallis 7, 9
in Gemellis 1, 7
in Lacu Averno 11, 15
in mimis 16, 7
in mimo primo, qui est, Salinator 3, 12
in mimo, qui est, Scriptura 3, 18
in natali 16, 7
in Necyomantia 16, 7. 20, 9
in Restione 10, 17. 16, 7
in Saturnalibus 16, 7
in Sororibus 9, 12
in Staminariis 16, 7
Lælius Felix ad Q. Mucium libro primo 15, 27
Lævius 19, 9
in Alcesti 19, 7
in Erotopægniis 2, 24
in Protesilaodamia 12, 10
Largius Licinius in libro qui Ciceromastix 17, 1
P. Lavinius libro de verbis sordidis 20, 11
Lenæus Pompeji libertus 17, 16
C. Licinius Imbrex in fabula Neæra 13, 21
Licinius Mucianus 9, 4
L. Livius Andronicus in odyssea 7, 7. 3, 16
odysseæ libro primo 18, 9
C. Lucilius 1, 3 2, 24. 3, 14. 4, 16. 7, 3. 8, 5. 9, 14. 16, 5. 18, 5. 20, 8
primo satirarum 10, 10
tertio 1, 16. 16, 9
quinto 18, 8
septimo 9, 14
nono 1, 16
undecimo 4, 17. 11, 7
libro quinto decimo 1, 16. 4, 17. 9, 14
libro sexto decimo 4, 1
vicesimo ibid.
T. Lucretius Carus 5, 15. 7, 3. 12, 10. 13, 19. 16, 5
libro quarto 1, 21. 10, 26

M.

Manilius 17, 7
Masurius Sabinus 3, 16. 5, 6, 19. 10, 15. 11, 18. 14, 2
Memorialium primo 6, 7
memoriali septimo 4, 20
undecimo librorum memorialium 5, 6
in commentariis de indigenis 4, 9
libro secundo 4, 1, 2. 11, 18
libro tertio 5, 13
libro de furtis 11, 18
Cn. Matius in mimiambis 10, 14. 15, 25. 20, 9
iliados septimo 6, 6
iliados uno & vicesimo 9, 14
iliados tertio & vicesimo 9, 14
Memmius 19, 9
Menander 2, 23. 17, 4
Plocio 2, 2[illegible]. 3, 16
Q. Metellus Numidicus in epistola quam quum in exilio esset scripsit ad Cn. & L. Domitios 15, 13. 17, 2
in libro accusationis in Valerium Messalam tertio 15, 14
in oratione adversus Manlium TR. PL. 6, 11
in oratione de triumpho suo 12, 9
in oratione, quam in censura dixit ad populum de ducendis uxoribus 1, 6
Q. Mucius Scævola 4, 1
de jure civili libro sexto decimo 7, 15
Q. Mucius Scævola filius 17, 7
Q. Mucius Scævola pater ibid.
Musonius 16, 1. 18, 2

N.

Cn. Nævi 1, 24. 6, 8. 8, 13
libris sive carmine belli Pœnici 5, 12. 17, 21
in Hesiona 10, 25
in Tryphallo 2, 19
Neratius libro de nuptiis 4, 4
P. Nigidius Figulus 2, 26. 3, 10. 4, 16. 5, 21. 8, 14. 10, 11. 11, 11. 13, 10. 18, 4. 19, 14
Augurii privati libro primo 6, 6
de animalibus libro secundo 7, 9
de extis 16, 6
de vento libro secundo 2, 22
de Virgilio libro quarto 16, 6
commentariis grammaticis 5, 2. 9, 12. 10, 4. 12, 14. 13, 6. 15, 3. 17, 13. 19, 14
libro undecimo commentariorum 4, 9
in tertio vicesimo 17, 7
vicesimo quarto 13, 25
in undevicesimo 10, 5
Novius in Ligartaca 15, 13
in Atellana Parcus 17, 2

O.

Oneficritus 9, 4
C. Oppius de vita & rebus Africani 7, 1

P.

M. Pacuvius 1, 24. 2, 26. 13, 8. 14, 1
Atreo 13, 2
Chrysa 4, 17
Niptra 13, 29
Paulo 9, 14
Pamphila commentario undecimo 15, 23
commentario nono & vicesimo 15, 17
Panætius libro secundo de officiis 13, 26
Parthenius 13, 25
Pericles Athenienſis 1, 3
Philemo 17, 4
Philippus Macedo epistola ad Aristotelem 9, 3
Philistion Locrus 17, 11
Philochorus 3, 11. 15, 20
Pindarus 17, 10. 20, 7
L. Piso Frugi Annalium primo 11, 14
annali secundo 15, 29
annali tertio 6, 9
Plato 5, 15, 16. 6, 1, 13. 7, 9, 5. 17, 11, 12. 18, 2. 19, 11
de legibus 20, 1
libro primo 15, 2
libro secundo ibid.
de optimo statu reipublicæ 14, 3
Gorgia 6, 14. 10. 22
Parmenide 6, 13
Protagora 5, 3
Sympoſio 17, 20
Theæteto 13, 17
C. Plinius Secundus in libris historiæ naturalis 17, 15
libro septimo 3, 16. 9, 4
libro decimo 10, 12
libro vigesimo octavo ibid
libris Studioſorum 9, 16
Plutarchus 3, 5. 17, 11
commentario in Hesiodum quarto 20, 8
de Homero libro primo 4, 11
libro secundo 2, 8, 9
in Sympoſiacis 4, 11. 17, 11
libro octavo 3, 6
Ὁπόση ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορὰ 1, 1
περὶ ἀοργησίας 1, 26
περὶ πολυπραγμοσύνης 11, 16
περὶ ψυχῆς primo 1, 3. 15, 10
Polybius 7, 14
Polyſtephanus 9, 4
L. Pomponius Atellanarum ſcriptor in Æditumis 12, 10
in Gallis Tranſalpinis 16, 6
in Mævia 10, 14
Parcus 3, 17
in Porcetra 18, 6
M. Porcius Cato 2, 17. 4, 9, 12. 5, 21. 13, 22. 16, 12. 19, 10.
in carmine de moribus 11, 2
libro de agricultura 3, 14
libro de falsis pugnis 10, 3
quæſtionum epiſtolicarum libro primo 7, 10
libro de re ruſtica 10, 26
libro de re militari 7, 4
Originibus 3, 7, 10, 24. 18, 12
Originum primo libro 1, 16
secundo libro 17, 13
in tertio libro 2, 22. 17, 13
libro quarto 2, 19, 28. 5, 21. 10, 1, 11.
quinto 7, 3. 11, 3. 15, 9. 15, 13
ſexto 20, 5
ſeptimo 13, 23
in orationibus 13, 23
oratione de præda dividunda 11, 18
oratione ad milites contra Galbam 1, 23
de Achæis 2, 6
de ædilibus vitio creatis 13, 16
contra Furium 10, 24
contra Tiberium exſulem 2, 14
de bello Carthaginienſi 9, 14
de dote 10, 23
de decem hominibus 13, 23
de conſulatu ſuo 4, 17
de Carthaginienſibus 3, 14
de Luſitanis contra Ser. Galbam 1, 12. 13, 23
de ſacrilegio commiſſo 7, 22
de re Floria 9, 12. 10, 13
de Ptolemæo contra Thermum 18, 9. 20, 11
de ſuis virtutibus 16, 14
in M. Fulvium apud Cenſores 5, 13
in Lentulum apud Cenſores ibid.
in L. Veturium 17, 2
in ſuaſione legis Voconiæ 7, 13. 17, 6
ne veteri ſit imperium ubi novus venerit 20, 2
in oratione quam dixit Numantiæ apud equites 16, 1
pro L. Turio contra Cn. Gellium 14, 2
pro Rhodienſibus in ſenatu 7, 3. 13, 23
pro ſe contra C. Caſſium 10, 14
Si ſe Cælius TR. P L. appellaſſet 1, 15
Porcius Licinius 17, 21. 19, 9
Poſidius 2, 13
Pythagoras 6, 2

Q.

C. Quintius Atta in Ædilicia 7, 9
Conciliatrice. ibid.

INDEX SCRIPTORUM

R.

Rutilius 7, 14

S.

Sabinus interpres Hippocratis 3, 16
C. Sallustius Crispus 1, 15. 2, 17. 4, 17. 9, 11. 10, 7, 21. 15, 13
Catilina 3, 1. 4, 15. 7, 17. 9, 11. 10, 6
in historiis 2, 27. 15, 13. 17, 18
in historia prima 9, 12. 10, 26
in historia secunda 10, 20. 13, 28
historia quarta 18, 4
Jugurtha 1, 22. 9, 14. 16, 10
Sappho 20, 7
Sedigitus Vulcatius libro de poëtis 15, 24
C. Sempronius Asellio 1, 13
rerum gestarum libro primo 5, 18
libro quarto 13, 3
libro quinto 2, 13
libro tertio decimo 4, 9
libro quarto decimo 13, 20
C. Sempronius Gracchus in oratione contra P. Popilium 11, 13
quum ex Sardinia rediit ad populum in concione 15, 12
de legibus promulgatis 9, 14. 10, 3
de Q. Popilio circum conciliabula 15 7
in dissuasione legis Saufeiæ 11, 10
Ser. Claudius commentario 13, 21
Ser. Sulpicius in reprehensis Stævolæ capitibus 4, 1
de sacris detestandis libro secundo 6, 12
epistola ad Varronem 2, 10
libro de dotibus 4, 3, 4
ad edictum Ædilium Curulium 4, 2
Sinnius Capito epistola ad Pacuvium Labeonem plura non pluria dici debere 5, 21
in literis ad Clodium Tuscum 5, 20
L. Sisenna historiarum quarto 11, 15
historiarum sexto 9, 14. 12, 15
Socrates 12, 9
Sophocles 12, 11
in tragœdia Αἴας ὁ Λοκρός 13, 17
in tragœdia Φυλοκτήτης ibid.
Sotion in libro κατὰ ἀμαλθείας 1, 8
C. Suetonius Tranquillus 15, 4
historiæ ludicræ libro primo 9, 7
Sulpitius Apollinaris 2, 16. 4, 17
in quadam epistola 15, 8
in epistola ad Erucium Clarum 13, 17
P. Syrus mimographus 17, 14

T.

Taurus philosophus in Gorgiam Platonis commentario primo 6, 14
P. Terentius Afer 4, 16. 7, 7. 18, 12
Heautontimorumeno 4, 9
Phormione 20, 6
Q. Terentius Scaurus de erroribus Cæsellii 11, 15
M. Terentius Varro 1, 20. 2, 18, 21, 28. 3, 14. 4, 16. 5, 21. 7, 14. 9, 9. 10, 7, 27. 11, 6, 8, 16, 18. 17, 4, 21. 18, 9 19, 10
de comœdiis Plautinis libro primo 3, 3. 17, 21
in libris de lingua Latina 7, 11
libris ad Marcellum de lingua Latina 8, 12.
de lingua Latina ad Ciceronem libro sexto 10, 21
libro octavo 2, 25
libro quartovicesimo 16, 8
de poëtis primo 1, 24. 17, 21
libro de re rustica tertio 2, 20
de sermone Latino ad Marcellum libro secundo 12, 6, 10
libro tertio 16, 12
in libris disciplinarum 18, 15
libro quarto 10, 1
libris divinarum 16, 17
libro secundo 10, 15
libro septimo 18, 12
quarto decimo 3, 16. 15, 30
in libro Pius, aut de pace 17, 18
epistolicarum quæstionum libro quarto in literis ad Oppianum 14, 7, 8
epistola ad Ser. Sulpicium 2, 10
Hebdomadum vel de imaginibus libro primo 3, 10, 11
libris sive antiquitatibus rerum humanarum 11, 1
libro primo 13, 16
quarto decimo 1, 18
octavo decimo 1, 16
uno & vicesimo 11, 1. 13, 12, 13
quinto vicesimo 17, 3
humanarum libro de bello & pace 1, 25
humanarum libro de diebus 3, 2
libro Isagogico 14, 7
in logistorico Catus, sive de liberis educandis 4, 19. 20, 11
in Sisenna vel de historia 16, 9
Satira Menippæa de officio mariti 1, 17
in Satira, Nescis quid serus vesper vehat 1, 22. 13, 11
Satira Orestes sive de insania 13, 4
in Satira Testamentum 3, 16
in libro Satirarum qui est, Exdemetricus 19, 8
in Satira Menippæa Ἱππολοίδωρος 3, 18
Satira ὑδροφόρων 13, 30
Satira περὶ ἐδεσμάτων 7, 16. 15, 19
Satira, δὶς παῖδες οἱ γέροντες 6, 5
Satira σκιαμαχία 13, 21
Theocritus Bucolicis 9, 9
Theodectes in Tragœdia Mausolus 10, 18
Theophrastus 4, 1. 8, 6. 16, 15
libro primo de amicitia 1, 3. 7, 3
Theopompus 15, 20. 16, 15
Thucydides 1, 11. 17, 21
Timæus in Historia Græca de rebus pop. R. 11, 1
Timon in Sillis 3, 17
Tiro Tullius Ciceronis libertus 12, 3. 4, 10
epistola quadam 10, 1
epistola ad Q. Axium 7, 3
in pandectis 13, 9
de variis atque promiscis quæstionibus ibid.
de usu atque oratione linguæ Latinæ ibid.
C. Trebatius 4, 2.
de religionibus libro secundo 6, 12
C. Tuditanus 6, 4
in commentario tertiodecimo 13, 14

M Tullius Cicero 1, 11, 15. 2, 17. 7, 9. 8, 6. 10, 3, 18. 11, 2. 13, 15, 19. 20, 6
epistolarum ad Atticum libro nono 4, 9
epistolarum libro ad Ser. Sulpicium 12, 13
epistolarum libro ad Plancum 1, 22
de divinatione libro primo 4, 11. 15, 13
de fato 6, 2
de finibus libro secundo 15, 13
de gloria libro secundo 15, 6
de jure civili in artem redigendo 1, 22
in libro qui inscribitur laus Catonis 13, 18
Lælio sive de amicitia 1, 3. 17, 5
in Oratore 18, 7. 15, 3
de Oratore libro primo 1, 15
libro secundo 4, 8
Oeconomico 15, 5
in libris de republica 12, 2
libro secundo 1, 22
sexto 6, 16
de accusatore constituendo 4, 9. 13, 23
Antoniana prima 13, 1
secunda 1, 22. 7, 11. 13, 20
sexta 1, 16
contra concionem Q. Metelli 18, 7
contra Rullum de lege Agraria 13, 23
in dissuasione legis Agrariæ 6, 16
in Maniliana de imperio Cn. Pompeji 1, 7
Miloniana 1, 16
pro A. Licinio 6, 16
pro M. Cælio 17, 1
pro Cluentio 16, 7
pro Cn. Plancio 1, 4. 9, 12
pro C. Rabirio 12, 3
pro Sex. Roscio 9, 14
pro P. Sestio 9, 16. 12, 13
pro P. Sulla 6, 16
de provinciis Consularibus 3, 16. 15, 5
in L. Pisonem 12, 23
in Verrem 12, 10
in Verrem actionis secundæ primo 6, 16
oratione secunda 13, 19
tertia 12, 13
quarta 2, 6
quinta 1, 7. 13, 19

V.

Q. Valerius Antias 3, 8. 5, 21. 6, 8. 7, 19.
historiarum duodecimo 7, 9
quarto & vicesimo 1, 7
quadragesimo quinto 7, 9
septuagesimo quinto ibid.
Valerius Ædituus 19, 9
Q. Valerius Catullus 6, 16. 7, 20. 19, 9
Valerius Maximus factorum & dictorum memorabilium libro octavo 12, 7
M. Valerius Messala Augur 13, 14
Valerius Probus 1, 15. 7, 7, 9. 15, 30
commentario de occulta literarum significatione C. Cæsaris 17, 9
epistola ad Marcellum 4, 7
C. Valgius Rufus de rebus per epistolam quæsitis libro secundo 12, 3
Velius Longus in commentario de usu antiquæ loquutionis 18, 9
P. Virgilius Maro 1, 22. 2, 3. 6, 22, 26. 3, 2. 4, 1, 16, 17. 5, 8, 12. 6, 6. 7, 12, 17, 20. 8, 5. 9, 9. 10, 11, 14. 10, 11, 29. 12, 1. 13, 19. 25. 15, 13. 17, 10. 20, 1
in Bucolicis 9, 9
in Georgicis 1, 21, 22. 4, 16. 18, 5
libro primo 13, 20
Æneidos libro primo 10, 16
secundo 2, 3
tertio 13, 20
quarto 13, 1
sexto 2, 16. 4, 17. 10, 16. 16. 5
septimo 16, 6
decimo 13, 20
M. Verrius Flaccus 16, 14. 18, 7
de obscuris Catonis 17, 6
rerum memoria dignarum libro primo 4, 5
de verborum significatione libro quarto 5, 17, 18.

X.

Xenophanes 3, 11.
Xenophon in Cyripædia 14, 3
in commentariis dictorum & factorum Socratis ibid.

Z.

Zeno 7, 5. 17, 15.

FINIS.

LEGUM
ET
ALIORUM MONUMENTORUM,
Itemque incertorum ſcriptorum
INDEX.

Annales antiqui 1, 19. 2, 11. 3, 15. 6, 7. 9, 11
Annales Maximi libro undecimo 4, 5
Decreta Tribunicia 7, 19
Decretum D. Hadriani 3, 16
Decretum ſenatus de mutuitatione 2, 24
Edicta veterum prætorum 11, 17
Edictum Ædilium curulium de mancipiis 4, 2
Edictum cenſorium de coercendis rhetoribus Latinis 15, 11
Edictum Conſulum de comitiis centuriatis 13, 14
Edictum perpetuum 10, 15
Edictum tralaticium conſulum 3, 18
Hiſtoria rerum Pœnicarum 17, 9
Laudationes funebres 13, 18
Leges duodecim tabularum 6, 7. 8, 1. 11, 18. 15, 13. 16, 10. 17, 12. 20, 1, 10
Leges Numæ regis 4, 3
Leges Solonis 11, 18
Legis Juliæ caput ſeptimum 2, 15
Lex Æmilia ſumptuaria 2, 24
Lex Antia ibid.
Lex Ateria 11, 1
Lex Atinia 17, 7
Lex Arrogationis 5, 19
Lex belli indicendi 16, 4
Lex Cenſoria 4, 20
Lex compitalium concipiendorum 10, 24
Lex Cornelia 2, 24
Lex Ebutia 16, 10
Lex Fannia 2, 24
Lex Horatia 6, 7
Lex Hortenſia 15, 27
Lex Julia de donanda civitate univerſo Latio 4, 4
Lex Julia de Judiciis 14, 2
Lex Julia ſumptuaria 2, 24
Lex jurisjurandi militaris 16, 4
Lex Licinia 2, 24. 15, 8. 17, 21. 20, 1
Lex Sempronia 10, 3
Lex Veſtalis virginis capiendæ 1, 12
Liber commentarius de familia Porcia 13, 18
Libri de Vita P. Scipionis Africani 3, 4
Libri de Auſpiciis Augurum P. R. 13, 14
Libri ſacerdotum P. R. 13, 21
Libri veterum memoriarum 5, 5. 10, 27
Monumenta hiſtoriæ Græcæ 10, 17, 18. 7, 9. 17, 15
Scriptores temporum Auguſti 10, 12
Senatusconſultum de philoſophis & rhetoribus Latinis 15, 11
Senatusconſultum vetus, quòd haſtæ Martiæ moviſſent 4, 6

FINIS.

INDEX RERUM ET VERBORUM

In A. GELLIO memorabilium.

Prior numerus librum, posterior capita libri designat.

A.

Aluvium apud Laberium 16, 7
Abnoctandi jus 13, 12
Absolutè posita quædam 1, 21
Academici ut à Pyrrhoniis differant 11, 5
Acca Larentia qualis fuerit, quæque illi sacra constituta 6, 7
Accentiunculæ 13, 6
Accipitret quid Levio 19, 7
Accius poëta quando floruerit 17, 21
Accii & Pacuvii poëtarum colloquium 13, 2
Acerbitas & acerbitudo 13, 3
Acetum cur haud fere umquam congelascat 17, 8
Achæi pugnam taciti ineunt 1, 11
Acies Romanorum ut instrui solita 10, 9
Acii, secundo casu 9, 14
Acina, apud Catullum 7, 20
Acritas & acritudo 13, 3
Actiones rei uxoriæ in urbe Roma ante Carvilianum divortium nullæ 4, 3
Aclito, frequentativum ab ago, quemadmodum prima pronuncietur syllaba 9, 6
Actuariæ naves 10, 25
Ad, præverbium quando acuatur 17, 7
Addicti à prætore debitores creditoribus ut tractati & habiti 20, 1
Addictam suam Plautus in pistrino scripsit 3, 3
Adhæsè loqui 5, 9
Adjunctum dialecticum 16, 8
Admiratio magna non parit verba, sed silentium 5, 1
Admodum, *adprobè*, *affabre* & similia ubi acuantur 7, 7
Adoptio quid, & ut ab arrogatione differat, qui possint adoptare & adoptari 5, 15
Adoptivus filius utrum adoptatori inter præmia patrum prosit *ibid.*
Adprimus 7, 7
Adprobus quid significet *ibid.*
Adverbia in *im.* 12, 15
Advertere navem 16, 6
Adultera uxor deprehensa à marito impunè occiditur 10, 23
Adulterio, & adulteritas apud Laberium 17, 7
Æacus Jovis filius 15, 25
Æschines acerrimus prudentissimusque orator 18, 3
Æschylus Euripide antiquior 13, 7
Quo tempore Athenis poëta celebris fuerit 17, 21
Ædepol, muliebre jusjurandum 11, 6
Ædes sacræ non omnes templa sunt 14, 7
Val. Æditui venustissimi versus 19, 9
Æditumus, qua forma dictum 12, 10
Æditumus, Pomponii Atellana *ibid.*
Ædituus, novum verbum *ibid.*
Æditumentes, apud Lucretium *ibid.*
Ægles Samius athleta 5, 9
Ægyptia lens 17, 8
Ægyptiacorum librorum numerus & interitus 5, 9
Ægyptus antea Aëria dicta 14, 6
L. Ælius Stilo sui temporis doctissimus 10, 21. magister Varronis 1, 18. 16, 8. ejus sententia de numero Plautinarum comœdiarum 3, 3
Ælurorum oculi ad vices lunæ aut ampliores fiunt aut minores 20, 8
Q. Æmilius Papus censor 17, 21
Ænigma 12, 6
Cn. Domitius Ænobarbus censor 15, 11
Æquinoctium in septimo signo Zodiaci 3, 10
Ærarii 4, 20
Aër fulva, apud Ennium 13, 19
Æris confessi judicatis quot justi dies ex XII. tabulis 20, 1
Æruscare 9, 2
Æruscatores 4, 7
Æs confessum, in XII. tabulis 15, 13
Æsopi apologus 2, 29
Ætatium fines 10, 28
Ætnæ conflagratio 17, 10
Affatim, quem accentum habeat 7, 7
Affecta, quæ veteres dixerint 3, 16
Affectum negotium 15, 5
Africus ventus 2, 22
Agendi verba in patiendi formam mutata 18, 12
Agere cum populo, & concionem habere ut differant 13, 15
Agnis caprino lacte altis lana durior 12, 1
Men. Agrippa consul 17, 21
Agrippa qui? 16, 16
Agrippæ campus 14, 5
Ajus deus 16, 17
Alæ exercitus cur ita dictæ 16, 4
Alba linea, proverbium 20, 11
Albania profert homines in pueritia canescentes, item plus cernentes per noctem quàm per diem 9, 4
A. Albinus res Romanorum Græcè conscripsit, quidque de eo senserit M. Cato 11, 8
Alce meretrix 4, 11
Alcibiades tibias à se inflatas oris defor-

INDEX

deformitate pudefactus abjecit 15, 17
Alexander Magnus quando natus; quando regnum adeptus, & quot annis natus obierit 17, 21
Alexander Molossus quando in Italiam venerit ibid.
Alexandri & Scipionis Africani superioris comparatio 6, 8
Alexandri ad Aristotelem epistola Latinè versa 20, 5
Allegatus pro *allegatio* 13, 20
Alpheni I. C. in verbis aliquot veteribus explicandis errores 6, 5
Alucinari 16, 12
Alveolo ludere 14, 1
Aluminis vis in igne depellendo 15, 1
Amata, prima virgo Vestalis 1, 12
Ambitiosus 9, 12
Amicitia ad quid expetenda 17, 5
Amicci, numero plurali 13, 24
Amici dissidentes ut reconciliandi 1, 3
Amici utilitatis causa quatenus delinquendum ibid.
Amicus superioris quali ingenio esse debeat ex Ennii sententia 12, 4
Amorabundus, Laberio 15, 15
Amor nostri & caritas innata nobis à natura 12, 5
Amoris atque odii affectiones intra quem modum coercendæ 2, 3
Anacreontis senis versiculi lepidissimi 19, 9
Anaxagoræ auditor Euripides 15, 20
Ancipitia vocabula 12, 9
Androcli, servi viri consularis ad pugnam venationis dati & leonis mutua recognitio memorabilis 5, 14
Androgyni 9, 4
Andronicus philosophus 20, 5
Anna Perenna 13, 21
Annales quid, & ut differant ab historia 5, 18
Annianus 20, 8
Annianus poeta 7, 7. 9, 10
Annulum cur & Græci & Romani in eo digito gestaverint, qui est in manu sinistra minimo proximus 10, 10
Anticyra elleborum profert præstantissimum 17, 15
Antiochus Asiæ rex 7, 2
Antisthenes Socraticus quid voluptatem esse dicat 9, 5
Antistitæ Ciceroni 13, 20
Antonius Julianus rhetor 15, 1 18, 5
ejus in oratione Ciceronis pro Cn. Plancio de verbo immutato tenuis sententia 1, 4
ejusdem jocus in adolescentem rhetorem 9, 15
quid illi responderit qui ei objiciebat quòd Hispanus esset 19, 9
Antigenides tibicen 15, 17
M. Antonius triumvir reipublicæ constituendæ 3, 9
Anuis, gignendi casu 4, 16
Apluda 11, 7
Apiaria 2, 20
Apollodori de Menandro versus 17, 4
Appii Cæci filiæ cur multa dicta fuerit ab ædilibus plebei 10, 6
Appion Plistonices homo doctus, at venditator doctrinæ suæ 5, 14. 6, 8
Apirocalus 11, 7
Appius Claudius Caudex consul 17, 21
Apprime 17, 2
Aquilius Gallus judex 15, 28
Aquilo 2, 22
Arbitrium judicii humani liberum 6, 2
Arbor felix 10, 15
Arboreta 17, 2
Arcera, in XII tabul. 20, 1
Arcesilaus philosophus quid molli & delicato diviti responderit 3, 5
Archelaus Mithridati præfectus 15, 1
Archelaus rex 15, 20
Archilochus quo tempore floruerit 17, 21
Archytas Pythagoricus simulachrum columbæ e ligno commentus, quod volasse dicitur 10, 12
Arduum, Sallustio quid 4, 15
Areopagitæ judices graviores 12, 7
Arisconex femina mas factus, antea Arescusa 9, 4
Argentum purum putum 6, 5
Argumenta reciproca, quæ Græcis ἀντιστρέφοντα appellantur, quomodo fiant 5, 10
Argumenta qualia esse debeant 17, 5
Argyranche 11, 9
Arimaspi 9, 4
Arion fidicen delphino vectus 16, 19
Aristarchus analogiam defensitavit 2, 25
Aristippi dictum 19, 1
Aristo I. C. 11, 18
Aristodemus actor fabularum 11, 9
Aristogiton 9, 2
Aristophanes comicorum facetissimus 13, 23
Aristophanes loquacitatem quibus vocabulis denotaverit 1, 15
Aristoteles Alexandri regis magister, ejusque ad eum epistola Latinè versa 20, 5
disciplinarum ejus quas tradebat discipulis partes *ibid.*
commentarii ejus acroamatici & exoterici *ibid.*
quas disciplinas promiscè, quas paucos tantùm docuerit *ibid.*
ut successorem sibi elegerit 13, 5
quanti paucos Speusippi libros emerit 3, 17
rei omnis humanæ peritissimus 19, 5
quando mortuus, & quando natus 17, 21
Aristoxenus musicus 4, 11
Arma, multitudinis numero 19, 8
Arra 17, 2
Arrabo, quid Q. Claudio 17, 2
Arrogatio quomodo fiat: verba in eo sollemnia: qui arrogari possint 5, 19
Arteria quid, ejusque pulsus ad quid tangatur 18, 10
Artemisia ut virum amaverit, ejusque ossa imbiberit 10, 18
Arvales fratres 6, 7
Arulator 16, 7
Asclli Pessinuntii 7, 16
Assentior, pro *assentio* 18, 12
Asses librarii, in XII tabulis 20, 1

Assiduus, quid in XII tabulis 16. 10
Atabulus ventus 2. 22
Atejus Capito publici privatique juris peritissimus 10. 20
Athenienses quanto Megarensium odio flagraverint 6. 10
quos tres philosophos legatos ad Romanos miserint, & quo illi usi interprete 7. 14
quando Persas, quando Lacedæmonios vicerint 17. 21
quid *diem* dixerint 3. 2
Athenis tibiis canere quando desitum 15. 17
Athenis quantus librorum publicorum numerus ante clades Persicas 6. 17
Atiniæ legis verba ut accipienda 17. 7
Atque, particula quam vim habeat, & quot significationes 10. 29
Atrociores injuriæ 20. 1
Attica Ἀτθὶς 14. 6
Attici adspirare amant 2. 3
Attilius Regulus serpentem oppugnat 6. 3
memorabilis de eo historia, quum à Karthaginiensibus captus esset 6. 4
quo genere mortis affectus sit *ibid.*
Atypus, vitiosus in edicto 4. 2
Avaritiam non animum modò virilem, sed corpus quoque ipsum effeminare quam ob causam Sallustius dixerit 1. 3
Avarus, unde 10. 5
Avens, pro *libens* apud Levium 19. 7
Aventinus ex septem urbis montibus cur solus extra pomœrium sit 13. 14
idem à D. Claudio intra fines pomœrii receptus *ibid.*
Averruncus deus 5. 12
Aves *præpetes* apud Virgil. 6. 6
inferæ *ibid.*
Aufero & *aufugio* quomodo ex *ab* præpositione composita 15. 3
Augures quas aves potissimum spectaverint 6. 6
D. Augustus linguæ Latinæ non nescius 10. 24
Val. Corvino statuam in foro poni curavit 9. 11
ancilla ejus quinque liberos enixa; ejusque monumentum 10. 2
maturè ut Græcè expresserit 10. 11
ejusdem ad Cajum filium epistola 15. 7
Aure agresti homo 13. 19
Aurum coronarium 5. 6
Aurum Tholosanum 3. 9
Auspicari magistratus quando soliti 3. 2
Auspicia patriciorum maxima, & minora 13. 14
Auster 2. 22
Autumna tempestas 19. 7
Autumo quid & unde; Nigidiique in eo error 15. 3
Axioma dialecticum quod Græci dicunt, quomodo à Latinis dictum fuerit 16. 2
Q. Axius familiaris Ciceronis, ad quem Tiro Tullius scripsit 7. 3

B.

Babylonii quid *diem* dixerint 3. 2
Bagrada flumen 6. 3
Baculi 5. 3
Balbus, vitiosus in edicto 4. 2
Corn. Balbus 17. 9
Ballista 6. 3
Balneæ Sitiæ 3. 1
Barbam ante senectutem veteres radebant 3. 4
Barbarismus ante Augusti ætatem non erat in usu 13. 6
Barvasculus advocatus 15. 5
Beata vita sola virtute fit 18. 1
Bella consulibus mandata 10. 15
Bellaria 13. 11
Bellum jubere 16. 4
Benefactum semper manet 16. 1
Beneficia quæ remuneranda 7. 3
Beneficus & liberalis quid M. Ciceroni 17. 5
Biantis de re uxoria syllogismum non videri ἀντιστρεφοῦσα 5. 11
Bibax & *bibosus*, qua ratione dicatur 3. 12
Bidentes hostiæ quid, & unde 16. 6
Bimæ hostiæ 16. 6
Bœotia antea Aonia dicta 14. 6
Bœotia comœdia Plauto adscripta Aquilii esse dicitur 3. 3
Bona sine malis non consistunt 6. 1
Bonum esse quod naturalis ratio dictat 12. 5
Borysthenes fluvius 9. 4
Bosporicum mare congelascere 17. 8
Botulus, farcimen apud Laberium 16. 7
Bovinator 11. 7
Breviloquentia 12. 2
Bruma in septimo signo Zodiaci fit à solstitio 3. 10
Bruttiani decemviros flagro cædunt 10. 5
Magistratuum servi *ibid.*
Bucephalus equus Alexandri quanti emptus, superque eo historia memorabilis 5. 2
Bucephalon oppidum nomine equi ab Alexandro conditum 1. 2

C.

Caduceus & hasta duo signa pacis & belli 10. 27
Cæcias ventus 2. 22
Cæcilius poëta quo tempore floruerit 17. 21
loci ejus de Menandro expressi 2. 23
ejusdem à Menandri de mensibus genitalibus opinione discessio 3. 16
Sex. Cæcilus I. C. cum Favorino super XII tabularum legibus disserit 20. 1
Cæcilius senator interpres trium philosophorum ab Atheniensibus ad Romanos legatorum 7. 14
Q. Cædicii tribuni militum virtus, & præclarum facinus 3. 7
Cæli regiones quatuor 2. 22
Cælum an pluraliter dicatur 19. 8
de Cæneide & Cæneo cantilena 9. 4

INDEX

Cæpe quam cum luna συμπάθειαν habeat 20. 8
Q. Cæpio consul 15. 28. Tholosam diripuit 3. 9
Cæremoniæ unde dictæ 4. 9
Cærites primi municipes 16. 13
Cærites tabulæ *ibid.*
Cæruleus color 2. 25
C. Cæsar pontifex maximus 6. 13
gravis auctor linguæ Latinæ 1. 10
socer Pompeji 19. 8
quos in consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quatuor solos in senatu extra ordinem sententiam rogasse dicatur, & quem ex illis quatuor primum 4. 10
Pharsalica ejus pugna victoriaque prædicta Patavii à sacerdote Cornelio eo die quo fiebat 15. 18
Cæsellius Vindex non bene Furium poëtam reprehendit 18. 11
idem à Sulpicio Apollinare reprehensus in Virgiliani versus enarratione 2. 16
reprehensus inique à M. Scauro 11. 15
pudendus ejus error 7. 2
Cæsius color 2. 26
Cajæ Tarratiæ qui honores tributi, & quod una omnium feminarum *testabilis* dicatur 6. 7
Calabarriunculi, Laberio 16. 7
Calari 15. 27
Callimachus poëta Alexandriæ quando floruerit 17. 21
Callistratus orator Athenienſis 3. 13
Calorificus 17. 29
Camella apud Laberium 16. 7
Camillus dictator quando Vejos ceperit 17. 21
Canes in Capitolio 7. 1
Canicula 4. 20
Caninum prandium in satira M. Varronis 13. 30
Cannabus 17. 3
Capi dicitur virgo Vestalis, flamen Dialis, & augures 1. 12
Capionem etiam dici posse 2. 10
Capitecenſi qui, & quando primùm milites conscripti 16. 10
Capitium Laberius dixit 16. 7
Captiosis interrogationibus non respondendum 16. 2
Carendum tui 19. 7
Carmentis fanum 18. 7
Carneades Academicus cur adversus Zenonem scripturus elleboro stomachum purgaverit 17. 15
ab Athenienſibus ad Romanos legatus 7. 14
Carviliani divortii quæ causa 4, 3. 17. 21
Cascè loqui 1. 10
Cassii mors 3. 9
Cassiopea 19. 1
Cassita, aviculæ nomen 2. 29
Castorem Romæ viri cur non juraverint 11. 6
Castrensis corona 5. 6
T. Castricius rhetor 11, 13. 13, 20
Casus interrogandi Nigidio quis 13. 25
Castus 10. 15
Catascopium 10. 25
Catamitus 7. 2
Cateiæ 10. 25
L. Cato 13. 19
M. Catonis Nepotis orationes *ibid.*
M. Cato Uticensis *ibid.*
M. Cato Salonianus *ibid.*
M. Cato tribunus plebis *ibid.*
M. Cato ædilis curulis *ibid.*
M. Cato qui de juris disciplina libros reliquit, orationes ad avi exemplum composuit & consul fuit *ibid.*
M. Catonis Censorii quot filii, quot nepotes *ibid.*
inimicus Scipioni Africano superiori 4. 18
ejusdem exprobratio in pseudophilosophos 13. 23
quando floruerit 17. 21
ejusdem cum C. Gracco & M. Cicerone comparatio facta 10. 3
à C. Cæsare consule sententiam rogatus verbosè nimis dicens in carcerem duci jussus 4. 10
quàm frustra à Tirone Tullio reprehensus fuerit, in ea oratione, quam pro Rhodiensibus habuit 7. 3
quid de A. Albino dixerit veniam deprecante, si quid in ea historia, quam de Romanorum rebus Græcè conscripserat, erratum esset 11. 8
ejusdem loci vera lectio quæ 18. 9
Catonium apud Laberium 16. 7
Catulli verum elogium 7. 20
ejusdem venustissimi versus 19. 9
Caudicæ 10. 25
Caupuli *ibid.*
Caurus ventus 2. 22
Cecurri, non *cucurri* veteres dixere 2. 9
Celatim 12. 15
Celoces 10. 25
Censor quos notat in ærarios refert, & causam quare notaverit subscribit 4. 20
Censores quum equiti præpingui auferant equum, utrum id cum ignominia fiat 7. 12
Censoriæ notæ 4. 12
Censoriæ severitatis exempla 4. 20
Censorium opus *ibid.*
Censores ærarium faciunt 4. 12
Cephisia Herodis Attici villa 1. 2
Cercuri 10. 25
Cercyon Neptuni filius 15. 2
Cerealibus plebs mutuitare solita 18. 2
Chaldæorum vanam esse disciplinam, neque tantæ vetustatis quam ipsi volunt 14. 1
Chamæleontis natura 10. 12
Chilonis Lacedæmonii dicta 1. 3
Chiridotæ tunicæ 7. 12
Chirographi exhibitio 14. 2
Chrysippus quid de providentia senserit 6. 1
quid de necessitate & vi fati 6. 2
Stoïcorum princeps *ibid.*
sententia ejus oppugnata 6. 2
omne illi verbum ambiguum 11. 12
quibus Euripidi versibus sæpe usus 7. 16
Ciborum delicatorum peregrinorumque genera 7, 16
Cibus ut in stomachum descendat 7. 16

M. Ci-

M. Cicero quando natus 15. 28
in libro de amicitia quædam à Theophrasto mutuatus 1. 3
verbi ab eo immutati argutiam in oratione pro Cn. Plancio quam tenuiter Julianus rhetor explicaverit 1. 4
verba ejus in quinta Verrina & & oratione de imperio Cn. Pompeji 1. 7
cum M. Catone & C. Graccho collatus 10. 3
eadem fere ætate qua Demosthenes primas causas egit 15. 28
bene eum in Lælio super amicitia argumentatum 17. 5
quàm ineptè & stolidè à Gallo Asinio & Largio Licinio fuerit reprehensus 17. 1
C. Cæsari coætaneus 19. 14
manifestus ejus error super Hectore & Ajace 15. 6
Vir acerrimæ in studio literarum licentiæ 15. 3
quàm facetè crimen manifesti mendacii à se amolitus sit 12. 12
verborum diligentissimus 13. 23
frustra eum Seneca reprehendit 12. 2
ejus de reditu quæstio 10. 20
super verbis ejus in prima Antoniana inquisitio facta 13. 1
Cinna poëta illepida fecit carmina 19. 9
Cippus, apud Laberium 16. 7
Circius ventus 2. 22
Circuli septem in cœlo circa axis longitudinem 3. 10
Cispius mons 12. 1
Citra quid veteribus 12. 13
Civica corona 5. 6
Civitas, pro loco & pro hominibus 18. 7
Classici qui M. Catoni 7. 13
Classis procincta 10. 15
Claudere 1, 7. 3, 19
Claud. Cento Appii Cæci filius consul 17. 2
Claudius Asellus 3. 4
Clientes neque fallendi neque deserendi 5. 13
quàm cari esse debeant 20. 1
Climacteres 3. 10
Climactericus annus 15. 7
Cloatius Verus quàm absurde Latina multa ad originem Græcam redigere conatus sit 10. 12
P. Clodii de cæde quæstio 10. 20
Cocio apud Laberium 16. 7
Cœnandi tempus Athenis 17. 3
Coïtum Venereum quid Hippocrates dixerit 19. 2
Colonia quid, & ut à municipio differat 16. 13
Colorum varia genera 2. 26
Columbæ simulachrum è ligno volans 10. 12
Comicorum Græcorum certamina 17. 4
Comitialis morbus 19. 2
Comitiatum & concionem qui magistratus avocare possit 13. 14
Comitiis centuriatis qui dies futurus sit edicunt consules 3. 14
Comitia plurali numero semper 19. 8
Comitia calata 15. 27
centuriata *ibid.*
curiata *ibid.* & 5, 19
tributa *ibid.*
Comperendinationes 14. 2
Compitalia quemadmodum à prætore concipi solita 10. 24
Compluria & *compluries* rectè & Latinè dici 5. 21
Comprecationes deorum immortalium 13. 21
Communia verba 15. 13
Commentationes apud Q. Claudium 17. 2
Con, præpositio quando productè, quando correptè pronuncianda 2. 17
Concilium quid 15. 27
Concio, quot significationum 18. 7
Concionem habere aliud est, quam *cum populo agere* 13. 15
Condictus dies cum hoste 16. 4
Confessum es in XII tabulis 15. 13
Confiteor, commune verbum 15. 13
Conjicere, *consistere causam* 5. 10
Conjunctum dialecticum 16. 8
Consilios us 4. 9
Consistio 16. 4
Consolor, commune verbum 15. 13
Consuetudo rerum domina 12. 13
verborum domina 11. 7
Consules provocationem habent 13. 12
Contagium, anceps vocabulum 12. 9
Contemplo 18. 12
Contraria apud dialecticos 16. 8
Contrarium nullum sine contrario altero 6. 1
Convivæ quales legendi 13. 11
Convivales sermones quales esse debeant *ibid.*
Convivarum numerus absolutus secundum M. Varronem *ibid.*
Convivium absolutum quibus rebus constet *ibid.*
Copiari 17. 2
Copulatum dialecticum 16. 8
Cor Ennius masculino genere non dixit 7. 2
Corinthus Ephyre dicta 14. 6
Coriolanus quando & quare à Romanis desciverit 17. 21
Corn. Dolabella equum Sejanum quanti emerit 3. 9
ejus mors 3. 9
Cornelius sacerdos Patavinus 15. 18
Coronarium 4. 14
Coronarum militarium nomina 5. 6
Corpora hominum antiquorum vastiora 3. 10
Corporis humani modus *ibid.*
Corpus quid 5. 5
Cornutus Annæus 2. 6
nequicquam Virgilium reprehendit super versibus quibus Veneris & Volcani concubitus describitur 9. 10
Val. Corvinus unde sic dictus 9. 11
statua illi ab Augusto in foro posita *ibid.*
Corvitæ 10. 25
Coruncanius 1. 10
M. Crassus cum Cn. Pompejo consul 14. 7
ovalem coronam aspernatus 5. 6
P. Crassus Mucianus quot bona in se habuerit, ejusque gesta in Asia 1. 13

INDEX

Crates grammaticus anomaliam defensitavit 2.25
Cremera flumen 17.21
Crepidæ & crepidulæ 13.21
Crepidarii *ibid.*
Creta antea Aëria dicta 14.6
Cretenses in acie cithara usi 1.11
Crimina quemadmodum sine periculo confitenda rhetoribus 12.12
Critolaus Peripateticus ab Atheniensibus ad Romanos legatus 7.14
quid voluptatem esse dicat 9.5
Crœsi filius infans loquutus: adolescens mutus factus quomodo loqui cœperit 5.9
Crystallus ex nive concretus 19.5
Cuicuimodi 9, 2. 13, 21
Cujuscemodi 11.16
Cuimodi 12.2
Cum populo agere 13.15
Cumprimè 17.2
Cupediæ ciborum 6.13
Curiata comitia 5, 19. 15, 27
Curiata lex 13.14
M. Curius 10, 16. 14, 1
Cursus navium 10.29
Curtius 12.15
Cyclops Neptuni filius 15.21
Cydarum 10.25
Cylindros lapis 6.2

D.

Darius rex 17.9
Dei diversæ significationes 16.16
Decemviri quando creati 17.21
à Bruttianis flagro cæsi 10.3
debitoris inopis membra distrahi jubebant 20.1
decem mensibus gigni hominem, non undecim scripserunt 3.19
Decemvirales leges absoluta brevitate scriptæ, sed obscuræ 20.1
Decere, cum dandi casu 2.15
Decima una ex Parcis 3.16
Decimi mensis partus *ibid.*
Deculpatus 19.10
Decuriæ, pro loco & pro hominibus 18.7
Defectio, & dicta per defectionem 5.8
Defendere 9.1
Definitio omnis constat genere & differentia 4.1
Defunctorum animæ divinant 10.19
Dehonestus 19.10
Diarium 7.18
Delicia, singulariter apud Plautum 19.8
Delphini Venerii & Amasii, & super eo historia singularis 7.8
Demetrius πολιορκητης 15.31
Demosthenes apud Philippum regem verba faciens obticuit 8, 8. 13, 9
nitidus cultus ei probro 1.5
locus ejus à Cicerone expressus 13.1
quid de Laïde meretrice poscente pecuniam dixerit 1.8
ut relicto Platone Callistratum rhetorem sectatus sit 2.13
ut Milesiorum legatos pecunia ab iis accepta eluserit, joculareque ejus super ea re ad Aristodemum dictum 11.9
ejus & Ciceronis ætatis collatio facta, qua primas uterque causas egit 15.28
quid dixerit quum salutem fuga quæsisset; & ibi quando mortuus sit 17.21
Democritus philosophus quando floruerit *ibid.*
ut Protagoram philosophias docuerit 5.3
cur se oculis privaverit 10.17
ejus nomine non esse digna quæ eum Plin. scripsisse vult 10.12
quid *vocem* appellet 9.3
Demortua verba 9.2
Dente aliquo carens venumdatus an redhiberi possit 4.2
Dentes in homine quando gignantur 3.10
Deos quosdam Romani ut prodessent celebrabant, quosdam ne obessent placabant 5.12
Depalmare 20.1
Depecisci 20.1
Depectere capillum 10.15
Deperditus 5.2
Deprecor quo significatu à Catullo positum: quid propriè sit, quæque in eo ratio 9.16
Depudicavit apud Laberium 16.7
Descendidi, pro, *descendi* 7.9
Detornata sententia 6.8
Diagoras Rhodius in amplexu filiorum præ nimio gaudio mortuus 3.15
Dialectica captio 19.2
Dialecticæ studium jucundum, sed primo aspectu arduum 16.8
Dialecticorum lex interrogandi & respondendi, quæque ejus vitia 16.2
Dialis flaminis & flaminicæ cærimoniæ variæ & observationes 10.15
Dianæ Ephesiæ templum qui incenderat haud poterat nominari 2.6
Dicendi tria genera 7.14
Dicere indoctius & apertius 12.5
Dicturum inimicos, apud Ciceronem 1.7
Die casu patrio 9.14
Dies, secundo casu apud Ciceronem & Virgilium 9.14
Die pristini & pristine & similia veteres dixere, non, ut nunc nos dicimus 10.25
Die quarte & *die quarto* ut differant *ibid.*
Die quarto Laberio est *nudius quartus* *ibid.*
Diem quid Athenienses dixerint; quid Babylonii; quid Umbri; denique quid Romani 3.2
Dies civiles *ibid.*
Dies primi post Kalendas, Nonas, Idus, cur atri habeantur; & cur dies quartus Kalendas, Nonas, Idus, ut religiosus vitetur 5.17
Diespiter 5.12
Differentia in definitione 4.1
Diffissio 14.2
Diffissus dies *ibid.*
Dignor, commune verbum 15.13
Dii, generandi casu apud Virgilium 9.14
Dii qua re præcipue ab hominibus differant 14.1

Dijovis 5. 12
Disjunctum dialecticum *ibid.*
Diluculat 16. 8
Dimidia hora an recte dicatur 3. 14
Dimidium plus toto 18. 2
Dimidius, &, *dimidiatus* quomodo differant; & ubi locum habeant 3. 14
Dio Syracusanus amicus Platonis 3. 17
Diodoro Crono nullum verbum ambiguum 11. 12
Diogenes Cynicus servus 2. 18
ut sophistam captiosè argumentantem eluserit 18. 12
Diogenes Stoïcus ab Athenienſibus ad Romanos legatus 7. 14
Diomedis & Glauci permutatio 2. 33
Dionysius Siciliæ tyrannus quo tempore fuerit 17. 21
Dioxippus Hippocraticus 17. 12
Disciplinosus 4. 9
Dispessis manibus 15. 15
Dispretus 7. 18
Divinatio in oratione quid 2. 4
Diurnare 17. 2
Doctiusculè 6. 10
Corn. Dolabella proconsul Asiæ cur ream veneficii mulierem ad Areopagitas rejecerit 12. 26
Dolentia, pro *dolore* Lævio 19. 7
Dolentes quid facere soliti 12. 5
Dolor apud Stoïcos indifferens *ibid.*
Dolorem ut sapiens toleret *ibid.*
Dolori obstat ratio *ibid.*
Doloris vis & natura quæ contra Stoïc. 19. 12
Dolus anceps vocabulum 12. 9
Dominatu, dandi casu 4. 16
Domitiano imperante, philosophi & rhetores urbe Italiaque ejecti 15. 11
Domitius Insanus grammaticus 18. 7
Domuis gignendi casu 4. 6
Draco Athenienſium primus legislator, severiter leges tulit 11. 18
qua pœna fures affecerit *ibid.*
Dubiosus 5. 10
Dulciorelaquas Nestor apud Levium 19. 7
Duo & vicesimo anno, ut dicatur 5. 4
Durities, duritudo 17. 2

E.

Ebrietatis laus 15. 2
Edulcare 15. 25
Effatus ager 13. 14
Egere multis & nihil habere veri philosophi esse 13. 22
Ego & tu ut pronuncientur 10. 4
Egregie an *egregi* vocandi casu dicendum esset quorundam grammaticorum ridicula decertatio 14. 5
Elæenses Asiani socii & amici populi Romani 1. 13
Elegantia olim in vitio 11. 2
Eleusinium certamen 15. 20
Ellebori genera duo, eorumque vis 17. 15
Ellops Rhodius 7. 16
Elucificare 10. 17
Elucus 16. 12
Elutriare lintea, apud Laberium 16. 7
Empedocles Agrigentinus quando floruerit 17. 21
Empedocles testiculos cur κνάμους vocet 4. 11
Emplastrum, ἐδετίρως apud Laberium 16. 7
Emptionis competitores 12. 12
Ennianista 18. 5
Ennius quando natus 17. 21
cur tria corda sese habere dixerit 17. 17
ut Euripidem æmulatus 11. 4
nequidquam à Seneca reprehensus 12. 2
vera ejus lectio 18. 5
Enses 10. 25
Epagoge dialectica 7. 3
Epaminondas Thebanorum dux 17. 21
Ephorus historiæ scriptor 3. 11
Epibatides 10, 25
Epictetus servus 2. 18
ejus in philosophum impurum verba 17. 19
Domitiani tempore una cum cæteris philosophis urbe & Italia ejectus Nicopolim decessit 15. 11
ejus de veris Stoïcis sententia 1. 2
quæ duo vitia maxima dixerit 17. 16
lib. ejus διαλέξεων cum Chrysippi & Zenonis libr. conveniunt 19. 1
Epicurus quando floruerit 17. 21
ut voluptatem definiverit 2. 6
iniquè à Plutarcho in syllogismo reprehensus 2. 8
ab eodem in frivolis verbis evidenti calumnia infectatus 2. 9
voluptatem summum bonum esse ponit 9. 5
quid *vocem* appellet 5. 15
quas dicat esse videndi rationes 5. 16
Epitritos numerus quid 17. 14
Eques Romanus impolitiæ à censore notatus 4. 12
Eques, pro, *equo* 18. 5
Equinus color 3. 9
Equitare equo & homini commune 18. 5
Equiti præpingui quum censor equum aufert, an id cum ignominia fiat 7. 22
Equus mordax aut calcitro vitiosus 4. 2
Erasistratus medicus 16. 3
Errabundus, & id genus verba quo significatu dicantur 11. 15
Erraticas stellas Nigidius errones appellat 3, 10. 14, 1
Eructum vinum 11. 7
Erucius Clarus præfectus urbi 6. 6
idem bis consul 13. 16
Escendere 5, 6. 10, 15. 17, 2. 18, 7
Est, *erat*, & *fuit* eleganter sæpe absunt 5. 8
Est, & *erit*, quando tempus suum retineant, quando non 17. 7
Esuritionem quæ faciant 16. 3
Etesiæ 2. 22
Euathlus Protagoræ discipulus quo pacto præceptorem suum frustratus sit 5. 10

Euclides Socraticus quo modo, quum tamen ei Athenienſem urbem ingredi non liceret, eo iverit 6. 16
Eudoxus quando floruerit 17. 21
Εὐφωνίας quanta ratio à ſcriptoribus elegantibus habita 13. 20
Evibrati animi 1. 11
Eunuchus vitioſus eſt, & venumdatus redhibetur 4. 2
Euripides quando floruerit 17. 21
quot tragœdias ſcripſerit, & quotiens vicerit 17. 4
quali joco Æſchylum apud Ariſtophanem inſectetur 13. 23
ejus verſum quemdam ut Favorinus acceperit 1. 15
verſus ejus expreſſi ab Ennio 11. 4
quid ei Lucillius vitio dederit 7. 3
verſus ejus in gulam 7. 16
Sophoclis verſum ei Plato attribuit & quod ſæpe integros verſus à Sophocle mutuatus ſit 13. 17
mater ejus qualis 15. 20
quid patri de eo Chaldæi prædixerint *ibid*
Eleuſinio & Theſeo certamine coronatus *ibid.*
Anaxagoræ Prodici, & Socratis auditor *ibid.*
muliebris odii quæ illi cauſa *ibid.*
mors ejus, & ſepulchrum *ibid.*
Europa pars mundi 10. 7
Eurus ventus unde dictus, & quo alio nomine 2. 22
Exactus pecuniam quemadmodum Metellus Numidicus dixerit 15. 14
Exadverſum, in qua ſyllaba accentum habeat 7. 7
Ex. ANIMI. TUI. SENTENTIA. in cenſoriis animadverſionibus 4. 20
Exempla non excuſant 10. 19
Exemplum, maxima pœna veteribus 6. 14
Ex. JURE. MANUM. CONSERTUM. in antiquis actionibus quid? 20. 10
Expaſſus 15. 15
Expavidus 1. 18
Expenſilatio 14. 2
Expenſa mente 19. 7
Exſuperantia 4. 18
Extra ordinem ſententiam rogare 4. 10
Extrilidus 19. 1

F.

Fabæ inflant 4. 10
Q. Fabio Maximo graminea corona data 5. 8
Fabius Liciniusconſul 10. 6
Q. Fabius imperator quid ad Karthaginienſes ſcripſerit, quidque illi reſponderint 10. 27
Fabii quando, & ubi univerſi cum familiis ſuis, interempti 17. 21
C. Fabricius Luſcinus cenſor 17. 21
quid admirantibus quòd Cornelium Rufinum inimicum & avaritiæ ſummæ hominem conſulem deſignari curaviſſet, reſponderit 4. 8
eumdem poſtea cenſor ſenatu movit 4. 8
C. Fabricius & Q. Æmilius coſſ. quid ad Pyrrhum ſcripſerint, quum eum veneno interficere Nicias quidam petito ab iis præmio propoſuiſſet 3. 8
quid Samnitibus ſibi aurum offerentibus reſponderit 1. 4
Fabulum 4. 11
Faciem, non eſſe quod vulgo dicitur 13. 29
Facies & *Facii* patrio caſu 9. 14
Facies hominis apud Pacuvium 13 29
Facinus anceps vocabulum 12. 9
Factum itur contumelia, qua ratione dictum 10. 14
Facundioſus 4. 9
Fætutinus 13. 20
Falces 10. 25
Fallacioſus 7. 3
Fames minus tolerabilis hiberno quàm æſtivo tempore 16. 3
Fames ut diu tolerari poſſit ſi cibus abſit *ibid.*
Fami 9. 14
Famuloſus 9. 12
C. Fannius Strabo conſul 15. 11
Faſces 10. 3
Faſcinari 16. 12
Faſcinationes diræ 9. 4
Fati definitio, vis, neceſſitas 6. 2
Fati neceſſitas *ibid.*
Fatiſcor 17. 2
Fatum & natura num idem Ciceroni 13. 1
Fauces inferni apud Virgilium 16. 5
Faviſſæ Capitolinæ 2. 10
Favonius 2. 22
Favorinus philoſophus 1, 3, 10. 2, 1, 12, 26. 3. 1, 3, 16, 19. 4, 1. 5, 11. 19, 12. 12, 1. 16. 3
Gallus 2. 22
magna memoria vir 3. 23
Favorinus orator ut in luxum cœnarum invectus ſit quum legem Liciniam ſuaſit 15. 8
Fax noctis prima 18. 1
Febris habitum & motum pulſu ſuo demonſtrat arteria 18. 10
Fecialis populi Romani quibus verbis & quo ritu bellum indicere ſolitus 16. 14
Feminæ nullam comitiorum communionem habent 5. 19
Feminæ in mares 9. 4
Feminas ſolas longa veſtis decet 7. 12
Fenerator 16. 12
Feneror, pro *Fenero* 18. 12
Feneſtellæ error ab Aſconio notatus 15. 28
Fera animalia 19. 2
Feriæ conceptæ 10. 24
Feriæ denicales 16. 4
Feriæ præcidaneæ 4. 6
Fertum 10. 15
Feſtinare quid, & ut à properare differat 16. 1
Feſtucaria vis 20. 8
Feſtus Poſtumius 19. 13
Ficedula avis 15. 8
Fidenates quando hoſtes populi Romani 17. 21
Fides alieno ictu ſonare 9. 9
Fidus Optatus grammaticus 2. 3
Filiorum erga parentes officium 2. 2
Finis genere feminino apud Lucretium 13. 19
Flagitium & vitium 1. 17
Flamen Dialis 10. 15
Flaminia 17. 5
Flammigare 17. 10

Cn. Flavii Annii ædilis curulis res gesta memorabilis 6. 9
Flavus color 2. 26
Flocces vini 11. 7
Florens vino animus 6. 13
Fluctuis, patrio casu 4. 18
Fluvii fonteſque gelu durati 17. 8
Fœdifragus 19. 7
Forfices in acie 10. 9
Forma ſtata & uxoria 5. 11
Formidoloſus 9. 12
Fors fuit 12. 8
Fortaſſean 11. 9
Forteſcere 19. 7
Fortitudo vera 12. 5
Forus puppis 16. 19
Fraces olei 11. 7
Frameæ 10. 25
Frater unde, ex P. Nigidii ſententia 13. 10
Frequentamenta 1, 11. 5, 1
Frequentativorum fere omnium prima ſyllaba quomodo pronuncietur 9. 6
Fretu apud Ciceronem 13. 20
Fretum Plauti comœdiam quidam eſſe non putant 3. 3
Frons virili genere ſecundum analogiam Cæcilius poſuit 15. 9
Frons in acie 10. 9
Corn. Fronto 19. 8
M. Fronto conſularis 2. 26
Fruniſcor 17. 2
Fuere impendio infit apud Levium 19. 7
Fulvius Flaccus & Æmilius Lepidus coſſ. ut in mutuam gratiam redierint 12. 8
Fulvius Flaccus conſul 17. 21
M. Fulvius Nobilior temere milites ſuos coronis ſæpe donavit 5. 6
Fulvus color 2. 26
C. Fundanius ædilis plebei 11. 6
Fundus cœnæ 17. 8
Fundus factus populus 16. 12
Funus familiare 16. 4
Fur manifeſtus & nocturnus quemadmodum è XII tabulis pœniantur 20. 1
Furax 4. 8
Furem quatenus occidere licitum 11. 18
Fures qua pœna Draco, qua Solon, qua decemviri adfecerint 11. 18
Fures publici *ibid.*
Furioſus, morboſus eſt 4. 2
Furis ἔτυμον non verum à Varrone poſitum 1. 18
Furius conſul 9. 11
Furius poëta reprehenſione Cæſellii defenſus 18. 11
Furta quàm ſeveriter olim pœnita 7. 15
Furtum quàm caſtè à veteribus & integre definitum 11. 18
Furtum per lancem & licium 11, 18. 16. 10
Furtum manifeſtum, oblatum, conceptum 11. 18
Furtum quarum rerum fiat *ibid.*
Furtum ut fiat *ibid.*

G.

Galli quo conſilio & quo bello Romam ceperint 17. 21
Galli elleboro ſagittas tingunt 17. 15
Gabii Baſſi ſuper nomine partus traditio eluſa 3. 19
Gallica 13. 21
Gallus Aſinius ſine ratione Ciceronem reprehendit 17. 1
Gauli 10. 25
Gaudium inſperatum multis mortem attuliſſe 3. 15
Gellianus 13. 12
A. Gellius Favorinum ſectatus 14, 2. 16, 3
Sulpicium Apollinarem 6, 6. 13, 16. 20, 6
T. Caſtricium 13. 20
Romæ extra ord. judex à coſſ. datus 12. 13
à prætore adoleſcens in judices lectus 14. 2
quo conſilio, qua occaſione & quo ordine hoſce libros ſcripſerit *præf.*
L. Gellius vir cenſorius Ciceronem civica corona donari cenſuit 5. 6
Geminus Servilius 12. 4
Genera nominum tam anxiè inquirere frivolum 4. 1
Genethliaci Chaldæi, vanum hominum genus & fallacioſum 14. 2
Genitales menſes 3. 16
Genus in definitione 4. 1
Geometria poſt, quam in principio, jucundior 16. 18
Geſa 10. 25
Geſeoretæ *ibid.*
Gilvum 13. 29
Gladiator compoſitus ad pugnam quid ſibi proponat 7. 1
Gladiorum vocabula 10. 21
Gladius Hiſpanicus 9. 13
Glans Hiberica 7. 16
Glauci & Diomedis arma 2. 33
Globus in re militari 10. 9
Gracilis forma orationis 7. 14
C. Gracchus vehemens orator 11 13
tibia ejus concionatoria 1. 11
ut quædam ejus ſententia à Caſtricio reprehenſa 11. 13
ejus de pudicitia & parſimonia quum è Sardinia rediit ad ad populum verba 15. 12
Tib. Gracchus Tiberii & Caji pater ut cum P. Africano ſuperiore in gratiam redierit, & ut filiam ejus duxerit uxorem 12. 8
Tib. Gracchus pro L. Scipione Aſiatico, quum Scipioni Africano inimicus eſſet, ne in carcerem duceretur, juſſu collegæ interceſſit 7. 19
Græca ut vertenda Latinè 9. 9
Græci cannabo & ſtupa naves ſuebant 17. 3
Græcorum quorumdam verborum difficillima in linguam Latinam tralatio 11. 1
Granius præco 4. 17
Gratia, anceps vocabulum 12. 9
Gratioſus 9. 12
Graſſator 1. 2
Griphi dialectici *ibid.*
Gubernius apud Laberium 16. 7
Gulæ deteſtatio 7. 16
Gurdus apud Laberium 16. 7

H.

HSpiritum qua ratione veteres verbis quibuſdam inſeruerint 2. 3
Habeo curam *veſtri* an *veſtrum*, utrum dicendum 20. 6
Habitus bene & male 3, 1. 14, 20
D. Hadrianus decrevit undecimo quoque menſe partum edi poſſe 3. 16

INDEX

Halyattes Lydiæ rex bello Milesio fidicines, fistulatores & tibicinas habuit 1.11
Halcyones quot anni diebus & ubi nidulentur 13.10
Hannibal ut Antiochum cavillatus 5.5
quot ex illis decem captivis, quos Romam dejurio ab iis accepto legavit, ad illum redierint, & quo loco apud Romanos illi fuerint qui non redierunt 7.18
Harena an pluraliter dicatur 19.5
Hariolum suam Nævius in carcere scripsit 3.3
Harmodius 9, 2. 17, 21
Harpalus 10.16
Haruspicum Etruscorum perfidia 4.5
Hasta 10.15
Hasta & caduceus signa belli aut pacis 10.27
Hegesias historicus 9.4
Hellanicus quo tempore vixerit, & qua ætate fuerit 15.23
Hemiolios numerus 18.14
Heraclitus Ephesius *præfat.*
Herculani corporis proceritas 1.1
Hercules Olympicum stadium pedibus suis metatus *ibid.*
ejus templum 16.5
Herie Junonis, in comprecationibus 13.2
Hermaphroditi 4.4
Herodes Atticus V.C. 1, 2. 9, 2. 18, 10. 19, 12
Herodotus quo tempore vixerit, & qua ætate mortuus 15.23
fabulator 8.10
ejus & Homeri super leonum partu dissensio 13.7
Heroïcis in versibus quid M. Varro observaverit 18.15
Hersilia ut apud T. Tatium, quum pacem oraret, precata sit 13.22
Hesiodusne an Homerus antiquior, opiniones variæ 17.21
quàm frivolè Hesiodum Homero antiquiorem esse L. Accius probare conatus sit 3.11
Hesterna nocte, priscè dictum 8.1
Herodes Stoïcus 9.5
Higinus grammaticus 1.2
Scipionis Africani superioris vitam scripsit 7.7
Hippagines 10.25
Hipparchus Pisistrati filius quo tempore ab Harmodio & Aristogitone occisus fuerit 17.21
Hippias tyrannus *ibid.* 9, 2
Hippocrates divina memoria 19.2
Hister fluviorum qui ultra imperium Romanum fluunt secunda magnitudine 10.7
Histiæus 17.9
Historia ut ab annalibus differat 5.18
Historici viri munus *ibid.*
Hœdus ex Ambracia 7.16
Hœdis ovium lacte alitis capillus tenerior 12.1
Homerus quo tempore vixerit, in quibus tribus tria dicendi genera tradiderit 7.14
ejus versus præter vulgi opinionem à Varrone explicati 17.3
variæ de ejus patria sententiæ 3.11
Hominis definitio 4.1
Homines res postfuturas prænoscere non posse 14.1
Homo quoto mense, postquam mulieris uterus semen concepit, gignatur 3.16
Honos anceps vocabulum 12.9
Hora Quirini uxor in comprecationibus 13.21
Horatia lex super Caja Tarratia ad populum lata 6.9
Horatii trigemini 1.10
Horatius Cocles 4.5
Hortensius orator ob munditias corporis gestumque in dicendo histrionicum Dionysiæ saltatriculæ cognomine se compellanti quàm suaviter responderit 1.5
Hortensius poëta invenustus 19.9
Hortor, commune verbum 15 13
Hospites quo loco apud Romanos 5.13
Hostiæ præcidaneæ, item succidaneæ 4.6
Hostilia curia inter templa ab auguribus constituta 14.7
Hostilius Mancinus Mamiliæ meretrici diem quare dixerit 4.14
Humanus, aliud significare quàm vulgò putatur 13.16
Hypsicrates grammaticus 16.12

I.

Jaculorum vocabula 10.25
Jalysi imago apud Rhodios 15.3
Janusspater 5.12
Japyx ventus 2.22
Idæus præco 3.23
Idem Accii quod Titii, prov. *ibid.*
Idiographus liber 9.14
Ignarus 9.12
Ignis cur urinam lacessat 19.4
Ignominiatus 8.14
Ignoscentia 7.3
Ilignea corona 5.6
Illaudatus 2.6
Illyrios homines esse, qui interimant videndo 9.4
Imbellia 5.5
Imparilitas, Solœcismus à Sinnio Capitone vocatur 5.20
Impendio 1, 2. 7, 1. 11, 18. 18, 6
Imperceptus 14.1
Impete magno, apud Levium 19.7
Impolitia, in equis censendis 4.12
Imprecabilis 17.19
Inops ætate invalidus, ita ut ingredi non possit, quemadmodum ad prætorem è sua domu ducatur, ex XII Tabulis 20.1
In potestatem, & similia 1.7
Inamabilis 2.6
Incestus 13.19
Inclinamentum 4.9
Incohibilis 5.3
Incomprehensibilia omnia esse, quo Pyrrhonii, quo Academici sensu dixerint 11.5
Incontinentia, vitium maximum 17.1
Indefinitum verbum quid 1.7
Indeses 7.22

Indiæ in montibus homines caninis esse capitibus, nullis cervicibus, & oculos in humeris habentes; item corporibus hirtis & avium ritu plumantibus 9.4
Indipisci 12, 1. 17, 2
Indissimulabilis 10.22
Indu 12.4
Induciæ, quid & unde dictæ 1.2
Industria, anceps vocabulum 12.9
Infacundia 11.16
Infans ut in utero matris formatur 3.11
Infestans 9.12
Infortunitas 6.1
Infra classem, quid Catoni 7.13
Infrunita verba 4.9
Ingenium tempore mitificatur 13.2
Ingratiis 17.1
Injectio manus in XII Tabulis 20.1
Injice, & similia ut efferenda 4.17
Injicere, *conjicere*, & similia qua ratione primam productam habeant *ibid.*
Inimicitiæ an singulari numero dicatur 19.8
Injuria, anceps vocabulum 12.7
Injuria factum itur apud Catonem 10.14
Injuriæ 9.12
Injuriæ atrociores 20.1
Injuriæ ut pœniantur ex XII Tabulis *ibid.*
Injurias ulcisci populus Romanus sæpe neplexit 7.2
Injuriæ ut cavendæ ex Panætii sententia 13.26
Inlatebrare, apud Q. Claudium 17.2
Inlutis pedibus 17.5
Inominalis dies 5.17
Inora animalia 7.6
Insece, apud Ennium & Livium 18.9
Insecenda, non, *insequenda* legendum apud Catonem *ibid.*
Insectiones *ibid.*
Insignite 6.15
Insomnia, feminino genere 6.4
Insubidus 6, 1. 12, 2. 13, 19. 18, 8
Insuperhabere 1, 19. 4, 1
Intentio 7.7
Inter os & offam, apud Catonem 13.17
Intercedendi jus 7.19
Internecinum genus morbi 2.1
Interpretor, commune verbum 15.13
Interstitio 20.1
Intolerantia vitium maximum 7.11
Intolerantibus curis, apud Levium 19.7
Intra veteribus antea *in*, & quomodo ea postea usi 12.13
Intra cubitum *ibid.*
Intra kalendas *ibid.*
Intra modum *ibid.*
Intra montem *ibid.*
Intra Oceanum *ibid.*
Invalentia 20.1
Invidiosus 9.12
Jonium mare violentum & vastum 19.1
Jovem unde Latini veteres appellaverint 5.12
Jovem lapidem jurare 1.21
Jovi alba hostia faciundum quare 10.15
Jovis Capitolini cella 7.1
Jovis convivium in Capitolio 12.8
Jovis filii prudentissimi & humanissimi à poëtis habiti 15.21
Ischiacorum dolores modulis tibiæ minui 4.13
Isigonus Nicæensis historicus 9.4
Isocratem ad Mausolæum agonem iisse 10.18
Isocratii 18.8
Isopsephœ versus, apud Homerum 14.6
Italia armentosa 11.1
Italicenses municipes 16.13
Italiæ terræ quæ origo 11.1
Italiam qui primi incoluisse dicantur 1.10
Italæ, boves apud veteres Græcos 11.1
Judex qualis esse debeat 14.4
Judex ut ad incertos juris casus præmœniri debeat 14.2
Judex extra ordinem à coss. datus 12.13
Judex qui ob rem dicendam pecuniam accepisse convictus fuerit capite è XII Tabulis pœnitur 20.1
Judices cognoscunt 4.4
Judicis veri officium 14.2
D. Julius pomœrium protulit 13.14
Jul. Celsinus 19, 7, 10
Jumentum, in XII Tabulis 20.1
Jupiter quasi *Jovis pater* 5.12
Jurare conceptis verbis 7.11
Juris magistri 4.1
Jurisjurandi apud Romanos observata sanctimonia 7.18
Jurisjurandi genera aliquot 11.6
Jusjurandum adigere 7, 18. 16, 4
Jurites Quirini, in comprecationibus 13.22
Jus trium liberorum 3.16
Jusjurandum militare quibus verbis conceptum 16.4
Justitia 6.1
Justitiæ imaginem quàm aptè Chrysippus depinxerit 14.4
Juventæ finis 10.28
Justi dies, apud Decemviros 20.1

L.

Labeo Antistius legum atque morum populi Romani apprimè doctus 13, 10, 12
libri ejus posteriorum post mortem editi 13.10
Laberius à Cæsare ignominiatus 8.14
multa verba prælicenter finxit 16.7
quibus rebus C. Cæsarem offenderit 17.14
ejus arrogantia *ibid.*
versus ejusdem super privatione oculorum Democriti 10 17
Labiæ 10, 4. 18, 4
Laborioſus 9, 12
Lacedæmonii in acie tibia usi 1.11
furta illis exercitio & disciplinæ 11.18
quando triginta tyrannos Athenienſibus præposuerint 17. 21
quando ab Athenienſibus ad Corinthum victi *ibid.*

quid ſuper ſententia quam homo improbatiſſimus dixerat ſtatuerint 18. 3
quomodo literas quas ad ſuos imperatores mittebant, occultarint 17. 9
Lactis quo homo nutritur vis 12. 1
C. Lælius 17. 5
Læſtrygones Jovis filii 15. 21
Lætabundus 11. 15
Lætitia quid 2. 27
Læva numina, apud Virgil. 5. 11
M. Lævinus ædilis curulis 13. 13
Lais meretrix 1. 8
Laminæ ardentes 10. 3
Lampadio Ennium emendavit 18. 5
Lancea 10. 25
Lancea, Hiſpanicum vocabulum 15. 30
Largii Licinii Ciceromaſtix quam ineptus 17. 1
Largior commune verbum 15. 13
Lavandria, Laberio 17. 7
Laudare priſca lingua quid 2. 6
Laudari frigidè turpius, quàm acerbius vituperari 19. 13
Laurentina via 10. 2
Laus Catonis, Ciceronis liber 13. 2
Leænæ quotiens in vita ſua pariant, & quot catulos uno partu 13. 7
Lebadia oppidum in Bœotia 12. 5
Lectica latus quidam ut à ruſtico Venuſino joculariter deriſus 10. 3
Lectica ſtupis deligata 10. 3
Leges conſenſu tacito obliterantur 12. 13
Leges ut mutentur pro ratione temporum & flectantur 20. 1
Leges duodecim tabularum quando ſcriptæ, quodque quibuſdam ſeveræ & quibusdam molles viſæ *ibid.*
Legio quot centurias, quot manipulos, quot cohortes habeat 16. 4
Lembi 10 25
Lenæus Cn. Pompeji libertus 17 16
Lenunculi 10. 25
Legumentum 4. 10
Leonidæ Lac. laus 3. 7
Leoninæ φιλανθρωπίας exemplum memorabile 5. 14
Leontem ſuam Nævius in carcere ſcripſit 3. 3
Æmilius Lepidus & Fulvius Flaccus cenſores una ut in gratiam mutuam redierint 12. 8
Leporaria 2. 20
Lepores in Biſaltia binis jecoribus 16. 15
Levenna: levis Laberio 16. 7
Levitas haud vulgari ſignificatu: & quos *leves* veteres dixerint 7. 11
Levius poëta implicatus 9. 9
Lex quid, & ut à privilegio & *plebiſcito* differat 10. 20
Libentiæ 15. 2
Liberalis, quis 17. 5
Liberos alendos proprio lacte 12. 1
Liberos etiam unum filium filiamve dixiſſe veteres 2. 13
Libertini ab ingenuis quatenus adoptentur 5. 19
Librorum inſcriptiones variæ *præfat.*
Libros publicè quis primus legendos præbuerit 6. 17
Liburni naves loris ſuebant 17. 3
L. Licinius Craſſus cenſor 15. 11
Porcii Licinii venuſtiſſimi verſus 19. 9
Licinius Imbrex comicus 13. 21
Lictor unde dictus 12. 3
Lignum alumine oblitum non incendi 15. 1
Linguam exertare 9. 13
Lingua recondenda ſecundum Heſiodum 1. 15
Lingula 10. 25
Lintres *ibid.*
Lis pecunia æſtimata 4. 4
Literarum in epiſtola C. Cæſaris & aliorum occulta ſignificatio 7. 9
Literarum quarundam jucunda conſonantia 7. 20
Liticines 20. 2
Lituus. quid 5. 8
Lituuſne auguralis à tuba, quæ *lituus* appellatur, an tuba à lituo augurali *ibid.*
Livius Druſus tribunus plebei morbo comitiali laborans Anticyram navigat ut elleborum bibat 17. 15
L. Livius poëta fabulas docere quando Romæ cœperit 17. 21
Locuples unde 10. 5
Longæ naves 10. 25
Longævus apud Virgilium ſenem non ſignificat 2. 16
Loquacitas quam magnum vitium 1. 15
Lorarii 10 3
Lorea, muliebris potus 10. 23
Lua Saturni, in comprecationibus 13. 21
Lucretius 5. 12
Luca 11. 18
Lucilius poëta quando floruerit 17 21
quid Euripidi vitio dederit 7. 3
Ludibrioſus 7. 11
Ludibundus 11. 15
Luere piaculis 4. 5
Luna augente vel creſcente quam συμπάθειαν multa habeant 20. 8
Luna quot diebus orbem ſuum luſtret 1. 20. 3, 10
Lunæ motuum cauſa incerta 2. 28
Luſcitioſus ſervus venumdatus quatenus redhiberi poſſit 4. 2
Luteſcere 18. 11
Luteus color 2. 26
Lutulentus 11. 15
Luxuria in cœnis 15. 8
Luxurii, ſecundo caſu 9. 14
Lycurgi lege maximus honos majori ætati habitus 2. 15

M.

Macedo philoſoph. 13. 8
Macedonia ἡμαθία dicta 14. 6
Machæræ 10. 25
Magniloquentia 1. 2
Magiſtratus qui prenſionem habeant, qui vocationem, qui neutrum 13. 12
Maja Volcani, in comprecationibus 13. 2

Malum quid 12. 5
Malas malaxavi, apud Laberium 16. 7
Maledicendum non esse improbis 6. 11
Malum consilium consultori pessimum, proverbium 4. 5
Mamilia meretrix 4. 14
Manciolis tenellis, apud Levium 19. 7
Mancipia sub corona vendita 7. 4
C. Manilius consul. 17. 21
Manliana imperia 1, 13. 9, 13
Cn. Manlius tribunus plebei 6. 11
M. Manlii mors 17. 21
Manuatus est, & *Manuarius*, apud Laberium 16. 7
Manubiæ quid 13. 23
Manubias & prædam qua ratione Cicero conjunxerit *ibid.*
Manum conserere, quidnam in antiquis actionibus è duodecim tabulis & apud Q. Ennium: utque id fieri apud prætorem solitum 20. 10
Marathonia pugna quando pugnata 17. 21
Marcius Rex consul. 13. 18
Mare, austris spirantibus glaucum & cœruleum, aquilonibus obscurius atriusque 20. 30
Mare gelu non duratur 17. 8
Maris in tempestate qui fit ut homines timeant & palleant 19. 1
Mariti officium erga uxorem 1. 17
M. Marius 10. 3
Marsi serpentum virulentorum domitores 16. 11
Marspiter 5. 12
Martius Circes filius 16. 11
Martiæ hastæ quum movissent, qualibus piaculis id expiatum 4. 6
Materfamilias & matrona 18. 6
Materiæ infames 17. 12
Matrimus 1. 12
Cn. Mattius verbis novis usus 15. 25
figmenta ejus verborum venusta 20. 9
Mature, *Maturare*, quid & unde 10. 11
Mausolus rex Cariæ: aut ut alii volunt, Græciæ præfectus 10. 18
ejus sepulchrum *ibid.*
ad ejus certamen qui iverint, & quis vicerit *ibid.*
Mecastor, quale jusjurandum 11. 6
Media sive mediocris forma orationis 7. 14
Medicinæ ut subsecivis horis operam dandum 18. 10
Medium vinum 13. 29
Megalensibus patricii mutitare soliti 2, 24. 18, 3
Mei, patrio casu ab eo, quod est, *Ego* 20. 6
Mei, & *mi* *ibid.*
AEL. Melissi grammatici error 18. 6
Memmius durus poëta 19. 9
Memordi, non, *momordi* dixere veteres 7. 9
Memoria hominum morte deleri non debet 5. 13
Menander poëta quam Plautus antiquior 3. 16
quot comœdias scripserit, & quotiens vicerit 17. 14
quid Philemoni dixerit quum sæpe ab eo in comico certamine vinceretur 17. 4
ejus comœdiæ à Cæcilio versæ 2. 23
Mendicimonium, *mœchimonium*, apud Laberium 16. 7
Menippus philosophus servus fuit 2. 18
Mensæ rationes 11. 2
Mensæ secundæ 13. 11
Mentiri & mendacium dicere ut differant 11. 1
Meretricum vitia quibus verbis Plautus designaverit 3. 3
Merope 7. 3
Mesanculæ 10. 25
M. Val. Messala consul 15. 11
Q. Metellus Numidicus pure casteque Latina lingua usus 17. 2
ejus oratio ob quid reprehensa, & quem in modum defensa sit 1. 6
epistola ejus ad Domitios quum in exilio esset 15, 13. 17, 2
Q. Metellus Pius consul 15. 28
Metii Fufetii mors 20. 1
Metus, duobus modis accipitur 2. 12
Mibi & *tibi* ut pronuncientur 10. 4
Milesiæ virgines ut à voluntario interitu deterritæ 15. 10
Milesiorum legati ut à Demosthene pecunia accepta eluserit 11. 9
Milites quid jurare soliti 16. 4
quo die adesse debuerint ut consuli citanti responderent; quæque illis concessæ exceptiones *ibid.*
Militi ignominiæ causâ vena soluta 10. 8
Mille hominum occiditur, quemadmodum dicatur 1. 16
Milonis Crotoniensis athletæ miserandus interitus 15. 16
Miltiades 17. 21
Minores magistratus & majores 13. 15
Minos Jovis filius 15. 21
Miracula varia 9. 4
Miseriam quid efficiat 18. 1
Mithridateios potio 17. 16
Mithridates Ponti rex remediorum adversus venena periissimus, ejusque mors *ibid.*
quinque & viginti diversarum gentium linguis loquutus 17. 17
Moderamenta 13. 6
Mœnia pluraliter semper 19. 8
Mœra 3. 16
Molæ Martis, in comprecationibus 13. 22
Monocoli 9. 4
Monstra hominum varia *ibid.*
Morbi quando periculosiores 3. 10
Morbi vis 12. 5
Morbosue natura fecerit una cum hominibus 6. 1
Morbus, in duodecim tabulis 20. 1
Morbus sonticus 16, 1. 20, 1
Morbus ut à vitio differat in edicto ædilium curulium 4. 2
Mori constituentes inedia, quoto die mortem oppetant 3. 10
Moriens quo temporis momento moriatur 6. 13
Morta. una ex Parcis 3. 19
Mortales multi, & *multi homines* quid differant 13. 28
Mortuaria glossaria 18. 7
Q. Mucius pontifex maximus 5. 19
Mulcedo 19. 9
Mulier, si vinum bibit, à marito multata 10. 23

Mulier sterilis venundata, quatenus redhiberi possit, inter juris prudentes dissensum 4. 2
Mulieri vir judex 10. 23
Mulieres Romæ per Herculem non jurabant 11. 6
Mulieres Romanæ abstemiæ osculum cognatis ferebant, ut odor indicium faceret si bibissent 10. 23
Multa qui habet multis indiget 9. 8
Multa, Sabinum vocabulum 11. 1
Multa suprema, *minima*, quibus verbis dicta *ibid.*
Multam dicere, *facere* ibid.
Multigrumi fluctus, apud Levium 19. 7
Multijugus, *multicolor*, *multiformis* 18. 18
Mundum muliebre 4. 1
Mundus muliebris *ibid.*
Muneror, pro *munero* 18. 12
Municipes, & *municipium*, quid, & ut à colonia differat 16. 13
Muræna Tarteſſia 7. 16
Muralis corona 5. 6
Murina, muliebris potus 10. 23
Muſicam abſconditam nulli rei eſſe 13. 30
Muſonius philoſophus 5. 1
quanti cuidam æruſcatori philoſophum ſeſe oſtentanti dari juſſerit 9. 2
ejus ſententia quædam à M. Catone diu ante Latine dicta 16. 1
Mutant, pro, *mutantur* apud Varronem 17. 13
Mutitare 2, 24. 18, 2
Mutus morboſus eſt 4. 3
Myoparones 10. 25
Mys Epicuri ſervus 2. 8

N.

C. Nævius tribunus plebei Scipionem Africanum ſuperiorem accuſat 4. 18
Nævius poëta quando fabulas apud populum Romanum dederit 17. 21
fabulas duas in carcere conſcripſit 3. 3
verſus ejus in Scipionem Africanum ſuperiorem 6. 8
ejuſdem epigramma ſepulchro ſuo inditum 1. 24
Nani, apud Cinnam 19. 13
Nanus, id eſt, *pumilio* 16. 7
Naſci non poteſt ante menſem ſeptimum neque mas neque femina 3. 10
Natis ante noctis horam ſextam, uter dies natalis ſit 3. 2
Natura 6. 1
Natura quid primum in homine creaverit 13. 5
Natura & *fatum* num eadem Ciceroni 13. 1
Naturæ vis 12. 5
Navalis corona 1. 6
Naucrites in Mauſolæo certamine fuit 10. 18
Naves ut Liburni utque Græci contexuerint 17. 3
Navigantes *ingredi* & *transgredi* rectè dictum 10. 26
Navium vocabula 10. 25
Ne, particula privativa 13. 21
Ne id quoque 17. 2
Neceſſitas & *neceſſitudo* non differunt 13. 3
Nefaſti dies vulgo perperam dicti 4. 9
Corn. Nepos erravit quum Ciceronem annos tres & viginti natum cauſam pro Sex. Roſcio dixiſſe ſcripſit 15. 28
Neptuni filii inhumaniſſimi & ferociſſimi à poëtis habiti 15. 21
Neptuni nomina 2. 28
Neptunus qua ratione apud Homerum dicat puellæ à ſe compreſſæ, illam intra annum parituram 3. 16
Neptunuſpater *ibid.*
Nequitia non vulgari ſignificatu 7. 11
Neria, Cn. Gellio 13. 22
Neriene, tertia correpta *ibid.*
Nerienes Martis, in comprecationibus *ibid.*
Nerienes vocandi caſu apud Varronem *ibid.*
Nerio quid Sabin. *ibid.*
Nervi unde *ibid.*
Nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias ſonare 9. 7
Nervolaria Plauti, inter incertas 3. 3
Neſcius 9. 12
Neuroſpaſta 14. 1
Ni *ibid.*
P. Nigidius Figulus 4, 9. 10, 11. 13, 10. 17, 7
Ciceroni & Varroni coætaneus 19. 14
Cicero eum reveritus 11, 11. 13, 23
commentationes ejus propter obſcuritatem non vulgatæ 19. 14
locus ejus difficilis ſuper literis *ibid.*
Nihil cum amaracino ſui, proverbium *præfat.*
Nihil cum fidibus graculo, proverbium *ibid.*
Nilus fluminum quæ ultra imperium Romanum fluunt prima magnitudine 10. 7
Nimium quantum 1, 8. 15, 1. 16, 6. 18, 3
Niobe quot filios habuerit, variæ Græcorum ſententiæ 20. 7
Nivis aqua potui peſſima; frugibus & arboribus fecunda 19. 5
Nocteſcere 18. 11
Noctilucor Memnon, apud Levium 19. 7
Nomen Tarquinium apud L. Piſonem 16. 9
Nomina non poſitiva eſſe, ſed naturalia, argutiſſimè à P. Nigidio diſceptatum 10. 4
Nomina quædam ſingulari, quædam numero plurali tantum dici, & quæ ratio 10. 8
Nomina quorumdam patriciorum, qui malè de republica meriti eſſent, ne cui ejuſdem gentis inderentur prohibitum eſt 9. 2
Nona una ex Parcis 3. 16
Nos & *Vos* ut pronuncientur 10. 4
Noſtrum & *noſtri* ubi locum habeant 20. 6

Novicium 6. 5
Noviſſimus & *noviſſimè* cur Cicero non dixerit 10. 21
Nox, pro *noctu* in XII tabulis 8. 1
Nuces Thaſiæ 7. 16
Nutrices infantum quales plerumque eſſe ſoleant 12. 1
Nutriendos liberos eſſe feminis, non nutricum, ſed ſuo ſibi lacte. *ibid.*

O.

Ob, præpoſitionis natura 4. 17
Obba 16. 7
Obeſum quid 19. 7
Objicere, cur prima producta ponatur 4. 17
Obicibus cur primam productam habeat 1. 17
Obliquè agere 7. 17
Oblitera gens, apud Levium 19. 7
Obnoxie, in Plauto 3. 17
Obnoxius quid ſignificet, quæque ejus origo *ibid.*
Obſidionalis corona 5. 6
Obſtipidus 5. 1
Occidione occiſus 5. 17
Oceanus cum luna ſimul ſeneſcit adoleſcitque 14. 1
Oculorum quæ vis 5. 16
Offendere 9. 1
Officiorum quis ordo Romæ obſervatus 5. 13
Oleaginea corona 5. 6
Olearum folia quando convertantur 9. 7
Oleum cur ſæpe congelaſcat 17. 8
Olus Poſtumius Tubertus dictator Romæ quando fuerit 17. 21
Olympias Philippi regis uxor, Alexandri mater 7. 1
ejus ad Alexandri literas, in quibus ſeſe Jovis Ammonis filium dixerat, reſcriptio 13. 4
Olympicum ſtadium longius quàm cætera 1. 1
Omnimodis 2, 18. 4. 2
Oneſicritus hiſtoricus 9. 4
Opicus 11, 16. 13. 9
C. Oppius de vita P. Scipionis Africani ſuperioris ſcripſit 7. 1
C. Oppius res Cæſaris curabat 17. 9
Oppoſita 16. 8
Opus divitias ut dictum 7. 2
Orantes in ſenatu exſurgunt 7. 3
Oranti ſenatori in ſenatu alia conducunt principia, quam patrono pro reo cauſam dicenti *ibid.*
Orationem in pectore, non in ore naſci debere 1. 15
Orationis virtutes 7. 14
Orbis, in re militari 10. 9
Oreæ 10. 25
Orcinus theſaurus 1. 24
Oreſti corpus non tam grande inventum fuiſſe quàm Herodotus vult 3. 10
Oriæ 10. 25
Oriens æquinoctialis, brumalis, ſolſtitialis 2. 22
Ornatu, dandi caſu 4. 6
Ornithones 2. 20
Orthium carmen 16. 19
Oſcedo 4. 20
Oſtrea Tarentina 7. 16
Oſtreæ cum luna quam συμπάθειαν habeant 20. 8
Oſus 4. 8
Otacilius Craſſus conſul 10. 6
Ovalis corona 5. 6
Ovandi quæ cauſa *ibid.*
Ovantes, utrum pedibus an equis vehentes civitatem ingrediantur *ibid.*
Oves virili genere in multa dicenda 7, 8. 11, 1

P.

Pabulor 17. 2
Pacis bibliotheca 16. 8
Pacis templum 5. 21
Pactitia pugnæ ceſſatio 1. 25
Pacuvius poëta quando floruerit 17. 21
ejus epigramma ſepulchro ſuo inditum 1. 24
ejuſdem cum Accio poëta colloquium 18. 2
Pænitere unde, & quid propriè 17. 1
Palma Ægyptia 7. 16
Palmæ vis & natura, & cur ea ſignum victoriæ 3. 6
Panætio ἀναλγησία atque ἀπάθεια non probata 12. 5
Panætium M. Tullius æmulatus in libris de officiis 13. 6
Pancratiæ 13. 26
Panda 13. 21
Papia lex de capienda Veſtali 1. 12
Papirius Prætextatus cur ita cognominatus 1. 23
Parcæ à partu: earum nomina 1. 16
Parcus, unde & ſuper eo Gabii Baſſi traditio eluſa 3. 19
Parones 10. 25
Parthenii verſus à Virgilio expreſſus 13. 26
Partim hominum, qua ratione veteres dixerint 10. 13
Partu uno quot pueri ſimul gigni poſſint 10. 2
Partus, poſtquam muliebris uterus ſemen genitale concepit, quoto menſe fiat, variæ tam medicorum quàm philoſophorum & auctorum veterum opiniones; & quoto menſe fiat ſecundùm Romanos 3. 16
Partus undecimo menſe poſt mortem mariti à femina quadam editus qualis fuerit judicatus 3. 16
Paſſa, muliebris potus 10. 23
Paſſis velis, & *paſſis manibus* à *pandor*, non à *patior*, veteres dixerunt 15. 15
Paſſo capillo *ibid.*
Patiendi verba in agendi modum à veteribus verſa 18. 12
Patrenſis bibliotheca 18. 9
Patri debita in omnibus rebus prærogativa quatenus conniveat filio magiſtratum gerente 2. 2
Patrima, matrima 1. 12
Patris juſſis quatenus parendum 2. 7

Patronis, qui pro reis dicunt, quid in principio orationis faciendum 7.3
Pavere etiam sapientis esse 19.1
Jul. Paulus 1,22.5,4. 19,1
Pavus è Samo 7.16
Peccata exemplis non purgari: superque eo Demosthenis dictum 10.9
Peccatis pœniendis quot causæ 6.14
Peccatu 13.19
Peccatum nullum latere, sed tempore revelari 12.11
Pectunculus Chius 7.16
Pecunia quibus modis data probetur 14.2
Pedaneus, non *pedarius* dicendum 3.18
Pedarii equites *ibid.*
Pellex quæ 4.3
Pelamys Chalcedonia 7.16
Peloponnesiacum bellum quo tempore fuerit 17.21
Pelusiotæ cur cæpe non edant 20.8
Penus varii generis, & quid sit 4.1
Peposci non *popposci* veteres dixerunt 7.9
Pepugi, non *pupugi*, veteribus dictum *ibid.*
Perdices bina corda habere scripsit Theophrastus 16.15
Peregrinus, Proteus philosophus quomodo non peccandum esse docuerit 12.11
Periander Corinthi rex 16.19
Pericles Alcibiadis avunculus 15.17
ejus dictum 1.3
Pernicii, *progenii*, patrio casu 9.4
Persæ quando ab Athenienſibus victi 17.21
Perses Macedonum rex Philippi filius bellum contra Romanos gessit, victusque fuit 7.3
Perseus Zenonis Stoïci servus 2.18
Personæ ἔτυμον quàm lepidum Gab. Bassus posuerit 5.7
Pertentant gaudia pectus, apud Virgil. 9.9
Pestilenta, *pulverulenta* loca apud Levium 10.7
Petorritum, cujus linguæ vocabulum 15.30
Phædon Socraticus servus 2.18
Phalarica 10.25
Phaseli *ibid.*
Philemo comicus Menandrum vicit 7.4
Philippides poëta præ nimia lætitia mortuus 3.15
Philippus regnum Macedoniæ quando adeptus 17.21
quando apud Chæroneam Athenienses vicerit *ibid.*
ex insidiis occisus *ibid.*
ejusdem ad Aristotelem epistola super Alexandro recens nato 9.3
Philistio Locrus vetus medicus 17.11
Philolaus Pythagoricus 3.17
Philosophia degustanda non ingurgitanda 5.16
Philosophia gnaviter sectanda 6.10
Philosophi falsi & veri ex Epicteti sententia qui? 1.2
Philosophi aliquot qui servitutem servierunt 2.18
Philosophi jactabundi exemplum 1.2
Philosophi nomen cultu habituque mentientem quendam quibus verbis Herodes Atticus noraverit 9.2
Philosophi nomine, & non re, ut à Catone fuerint notati 13.22
de Philosophis urbe exigendis senatusconsulti & edicti censorum verba 15.11
Philosophus ut audiendus 5.1
Phœniceus color 2,26.3,9
Phormio, Athenienſium dux 17.21
Phrygia attagena 7.16
Pictacium, apud Laberium 16.7
Pigitum 15.13
Pigneror, pro *Pignero* 18.12
Pignoriscapio, copulatè 7.10
Pilum 10.25
Piscinæ 2.20
Pindarus pingui facundia. versus ejus super descriptione Ætnæ non bene à Virgilio expressi 17.10
Pisistratus tyrannus quo tempore vixerit 17.21
idem primus libros Athenis legendos publicè dedit 6.17
Placida, navium genus 10.25
Planus, id est *sycophanta*, apud Laberium 16.7
Plato, veritatis amantissimus, quibus verbis philosophos incesserit, qui veræ philosophiæ emolumenta ignorant 10.22
quando ad Dionysium Siciliæ tyrannum profectus sit 17.21
an Xenophonti male voluerit 14.3
ejus & Lysiæ oratio ut differat Favorini sententia 2.5
duas solum pœniendi causas ponit 6.14
ejus elegans sententia 2,22.13,6
homo tenui pecunia 3.17
Philolai Pythagorici libros quanti mercatus *ibid.*
ejus versus amatorii liberius Latinè versi 19.11
quid voluptatem esse dicat 9.5
quædam ejus exercitii gratiâ Latinè versa 17.20
Plautius comœdiarum scriptor, cujus comœdiæ quædam errore nominis Plauto adscriptæ 3.3
Plautus quando floruerit 17.21
Latinæ linguæ decus 19.8
comœdias in pistrino scripsit 3.3
elogium ejus verum 7.17
ejus sub nomine quot comœdiæ ferantur 3.3
L. Ælii sententia quot sint *ibid.*
rectè Nerienem conjugem Martis dixit 13.21
comœdiæ ejus ut dignoscendæ 3.3
XXI Varronianæ dictæ *ibid.*
epigramma ejus sepulchro inditum 1.24
Plebes ut à *populo* differat 10.20
Plebiscita 15.27
Plebiscitum quid 10.20
Plerique omnes 8.11
Plinius Secundus 9,4.11,16
ejus parum cauta scriptio 9.16
Plurali numero carentia 9.8

Pluria, rectè Latinè dici 5.21
Plutarchus 14.11
inique Epicurum in syllogismo reprehendit 2.1
eumdem non rectè etiam in verbis frivolis reprehendit 2.9
quid illi servus objecerit, quem loro cædi jubebat 1.26
opinionem Platonis de natura stomachi adversus Erasistratum tutatur 17.11
libri ejus titulus περὶ πολυτραγμοσύνης quid sibi velit 1.16
Pœni etiam de omnium rerum imperio decertarunt 10.27
Pœnicum bellum primum 17.21
Poëtarum Latinorum qui dulcedinem versuum Anacreonticorum æquiperaverint 19.9
Pœtilius tribunus plebei à Scipione Africano superiore rationes prædæ Antiochenæ poscit 4.18
Asin. Pollio frustra Sallustium reprehendere conatus est 10.26
Polus histrio celebris, superque eo historia memoratu digna 7.5
Polycrata nobilis femina, nimio gaudio mortua 3.15
Polyphontes rex 7.3
Polystephanus historicus 9.4
Pomœrium auguribus quid, quique ejus proferendi jus habeat 13.14
Cn. Pomp. Strabo Pompeji Magni pater Asculanos subegit 15.4
Cn. Pompejus Magnus consul cum M. Crasso 14.7
Varronem rogat, ut librum faciat, ex quo discat quid facere debeat quum senatus ipsi consulendus *ibid.*
æde Victoriæ à se dedicata quomodo nomen honoris sui theatro inscribi jusserit 10.1
filia C. Cæsaris ei desponsa 4.10
ejus imperium 10.20
Pompolus Theophrasti servus 27.18
Pomptinus ager 9.11
Ponticæ anates vim habent venenis detergendis 17.16
Pontifices pro collegio decernunt 11.3
Pontificium 1.13
Pontones 10.25
P. Popilius 11.13
Populabundus, apud Sisennam 11.15
Populus fundus factus 16.13
Porca præcidanea Cereri sacra 4.6
Porcetra quid, & ut à sue differat 18.6
Porcia lex 10.3
Porciæ familiæ nomina & genera 13.19
Porcius tribunus plebis 13.12
Postliminio redire 7.18
Postprincipia 16, 9 & 18
Postremissimus 15.12
Postverta dea 6.16
Postuma proles, apud Virgilium 2.16
Postumiana imperia 1.13
Sp. Postumius consul 17.21
Præcipitantia 6.2
Præcox, *præcocis*, facit, non, *præcoquis* 10.11
Præda quid, & ut à *manubiis* differat 13.24
Præfectus Latinarum causa creatus an senatus consulendi jus habeat 14.8
Præficarum voces 18.7
Præfiscine & *præfiscini* 10.24
Præmandare 4.1
Præmaturè 10.11
Prænodum 7.7
Præmorsisse, apud Plautum, pro, *Præmordisse* 7.9
Prænestini ex colonis municipes à Tiberio facti 16.13
Præpes portus, apud Q. Ennium 6.6
Præpetes loci, apud eumdem *ibid.*
Præpetes pennæ apud Virgilium *idid.*
Præpositiones verbis præpositæ quatenus producantur, quatenus corripiantur, multis exemplis ostensum 4.17
Præpositionum quarumdam naturam ut Cicero observavit, non semper eamdem esse 12.17
Præsentarius 16.4
Præterpropter, apud Ennium 19.10
Præstabilis 1.5
Prætextata verba 9.10
Prætores consulum collegæ, consules tamen rogare non possunt, & minori sunt quàm illi imperio 13.14
Prætoris cujusdam lepidum in advocatum dictum 1.22
Præverbium 7.7
Prensionem tribunus plebei habet, non etiam vocationem 13.12
Primitus 6.2
Princeps 4.10
Priva quæ veteres dixerint 10.20
Privilegium quid? *ibid.*
Priusquam Theognis nascereturn, proverb. 1.3
Pro particulæ varietas 11.3
Pro præpositio quando productè & quando correptè pronuncietur 2.17
Pro castris pugnatum 11.3
Pro testimonio testis dicit *ibid.*
Probi ad Marcellum epistola 4.7
Proclive & *proclivi* 10.24
Procurare, in haruspicina 4.5
in piaculis 4, 6. 16, 6
Prodicus rhetor 15.20
Prodromi 2.22
Productæ kalendæ 18.13
Profata, apud Varronem 16.8
Profligo verbum impropriè vulgo usurpari 15.5
Proletarit, qui? 16.10
Proletarius Romæ honor habitus 2.15
Proloquium 5.11
Protoquium, quid? 16.8
Prolubium 16.19
Proludium 5.18
Proluvium rei Veneriæ 4.11
Promercalia 4.1
Promiscè 6, 14. 7, 3. 10, 2. 13, 9
Promiscus 11.16
Pronunciatum, Ciceroni 16.8
Properatim 12.15
Properare ut à *festinare* differat 16.14
Properare aliud quàm *maturare* 10.11
Propere *ibid.*
Prosa, dea 16.16
Prosumia 10.25

Provocatio ad tribunos plebei 4. 14
Protagoras cujus conditionis homo fuerit, & ut ad philosophiam adierit 5. 1
Protogenes pictor 5. 3
Prudentia indisserta magis eligenda, quam stulta loquacitas 1. 15
Publii mimographi sententiæ selectiores 17. 14
Publius suppar Laberio quàm gratus C. Cæsari fuerit *ibid.*
Pudor sanguinem cur diffundat 19. 7
Pudoricolor aurora Levio *ibid.*
Puerilitæ finis 10. 28
Puerorum impubium victus ut moderandus 9. 19
Pugiones 10. 25
Pulveret, apud Plautum 18. 12
Horatius Pulvillus consul 17. 22
Pumiliones Græcè νανοι 19. 13
Pupillos defendere quam sanctum apud Romanos 5. 13
Purpurare 18. 11
Purum putum, unde 8. 5
Putare *ibid.*
Pygmæi 9. 4
Pyramides, apud geometras 1. 20
Pyrrhonii philosophi ut ab Academicis differunt 11. 5
Pyrrhonis philosophi sententia *ibid.*
Pyrrhus rex 3, 7. 10, 19
quando bellum cum populo Romano gesserit 17. 21
Pythagoras quando in Italiam venerit *ibid.*
quibus cibis abstinuerit secundum Plutarchum 4. 11
neque de animalibus eum neque de fabis comedisse falsa opinio *ibid.*
dictus Euphorbus, Pyrander, Callicleas, & deinde femina nomine Alce *ibid.*
ejus disciplinæ quis ordo 1. 9
Pythagoricis quantum temporis tacendi, quantumque dicendi imperatum 1. 9
Pythia 12. 5

Q.

Quadrantalia 1. 20
Quadriga, numero singulari apud Varronem 19. 10
Quadrigæ num singularem numerum habeant *ibid.*
Cl. Quadrigarii & Valerii Antiatis super historia de Pyrrho rege veneno necando dissensio 3. 8
Quadrupes eques, non, *equus*, Ennius scripsit 17. 5
Quæstor an in jus ad prætorem à privato vocari possit 13. 13
Quæstor prædam vendit 13. 23
Quartum, & *quarto* consul 10. 1
Quassare 2. 6
Querna corona 5. 6
Quernus cibus antiquissimus *ibid.*
Quiesco, & similia utrum, *e*, producta an correpta efferantur 6. 15
Quin particulæ variæ significationes, ejusque in veterum scriptis obscuritas 17. 13
Quinquatrus unde 2. 21
P. Quintium qua ætate Cicero defenderit 15. 28
Quintus Catulus curator restituendi Capitolii 2. 10
Quoad vivet, & *quoad morietur* cur idem tempus significent, quum ex duobus sint facta contrariis 7. 21
QUOD SUBREPTUM ERIT. lege Atinia ut accipiendum 17. 7
Quoque pro, *quidem* 17. 2
Quotquot annis 6. 5
Quopsones, apud Afros 8. 13

R.

Radere barbam ante senectam ætatem Romani etiam moris fuit 3. 4
Rarenter 2. 25
Ratariæ naves 10. 25
Ratio ut nata in homine 12. 5
Recentatur, apud Mattium 15. 25
Receptitius servus, quis apud Catonem, præter Verrii Flacci sententiam 17. 6
Recipere mulier dicitur ex dote *ibid.*
Rectos cupressos, apud Ennium 13. 19
Recuperatores à prætoribus injuriis æstimandis dati 20. 1
Redhibitio in servis 4. 2
Referre gratiam 1. 4
Refrigerare, apud Varronem 13. 24
Religio est dicere, apud Terentium 4. 9
Religiosa delubra *ibid.*
Religiosi dies *ibid.*
Religiosus quid & quam πολυσημον, quoque significatu ad eumdem modum inclinata nomina dicantur *ibid.*
Rem præsidio futurum, & similia, & qua ratione dicantur 1. 7
Remus à Romulo in monte Aventino auspicio superatus 13. 14
Reorum cultus 3. 4
Rescire quid 2. 19
Res profligata 15. 5
Res repetere, jus belli 16. 11
Restare 1. 22
Retæ 11. 17
Retanda flumina in prætorio edicto *ibid.*
Rex sacrificulus solus super flaminem Dialem accumbit 10. 15
Rhetor ut loqui debeat 1. 6
Rhetores Italia ut urbe ejecti, & super eo verba edicti censorii 15. 11
Rhodanus fluviorum qui ultra Romanum imperium fluunt, tertia magnitudine 10. 7
Rhodienses amici & socii populi Romani ut se in bello Persico gesserint, quæ eorum consilia, & ut à Catone in senatu defensi, quum quidam è senatoribus bellum illis inferendum censerent 7. 3
Rhodii obsessi à Demetrio quæ verba ad illum super Jalysi imagine, quam incendere parabat, legaverint 15. 31
Rhodos insula *ibid.*
Rica 6. 10
Ridibundus 15. 15

Robigus, deus 5.12
Roboraria 2.20
Robur 10.12
Rogare prætorem vel consulem prætor non potest 13.14
Rogatio quid 10.20
Romani populi & Pœni collatio 10.27
Romanus populus quibus rebus è minimo maximus factus 20.1
Romani veteres quam Græcæ linguæ imperiti 13.9
Romuli regis egregia circa vinum responsio 11.14
Sex Roscium qua ætate Cicero defenderit 15.28
Rubidus color 2.26
Corn. Rufinus à C. Fabricio senatu motus 4, 8. 17, 21
ab eodem consul designari curatus, quum tamen ei inimicus esset *ibid.*
Rufus color 2.26
Rumices 10.25
Rumpiæ *ibid.*
Rupices 13.19
Rutilus color 2.26

S.

Cæl. Sabinus J.C. 7.4
Sabinus medicus Hippocratis enarrator 3.16
Sacellum quid, & unde: in eoque Trebatii error 6.12
Sacrorum detestatio 15.27
Salacia Neptuni, in comprecationibus 13.21
Sallustius proprietatum in verbis retinentissimus 10.20
novator verborum 1.15
in adulterio deprehensus ab Annio Milone, lorisque cæsus 17.18
loci cujusdam ejus cum Demosthenico collatio facta 2.20
multi ejus obtrectatores 4.15
sententia ejus contra invidorum calumnias defensa *ibid.*
nequidquam ab Asinio Pollione reprehensus 10.26
vera ejus lectio 20.6
Salonius cliens M. Catonis 13.19
Saltem particulæ quæ vis quæque origo 12.14
Saltuatim 12.15
Samnites ad Fabricium legatos mittunt 7.14
Samniticum bellum 17.21
Sanates, in XII tabulis 16.10
Sanctitudo & sanctitas 17.2
Sandaliarius Romæ 18.4
Sanguinem cur pudor diffundat; timor verò contrahat 19.6
Sanguinis dimissio inter ignominias militares 10.8
Sapiens an irascatur 1.26
Sapiens nil cogi potest 12.5
Sapiens quemadmodum dolorem ferat *ibid.*
Sapientiam filiam Usus & Memoriæ eleganter Afranius dixit 13.8
Sarpedon Jovis filius 15.21
Satrapes 10.18
Saturionem suam Plautus in pistrino scripsit 3.3
Saturnalia Athenis quemadmodum A. Gellius, aliique Latini qui studiorum causa eò venerant, quæstionum certationibus agitare soliti 18.2
Sauromatæ diebus tertiis cibum capiunt 9.4
Scævitas 6, 2. 20, 1
Q. Scævola non satis rectè *penum* definivit 4.1
Scaphæ 10.25
Scari Cilices 7.16
Scaurus grammaticus D. Hadriani temporibus 11.15
ut Cæsellium Vindicem reprehenderit *ibid.*
Scenicorum artificum studium & amor non honestus 20.4
Schemata geometrarum 1.20
Scholica nugalia 4.1
Scythæ ἀνδροποφάγοι 9.4
Scythæ quemadmodum famem diu tolerent 16.3
Scimpodium Græcienſe 19.10
L. Scipioni Asiatico multa irrogata à C. Munatio tribuno plebei 7.19
P. Scipioni Africano à Claudio Asello tribuno plebei dies dictus 3.4
idem eidem Asello in censura equum ademit *ibid.*
ejus oratio contra Asellum 7.11
P. Scipio Africanus superior ut cum Tib. Graccho, Tib. & C. patre, in gratiam redierit, & affinitatem cum eo instituerit 12.8
vitam ejus qui scripserint 7.1
signa, quæ ejus nativitatem præcessere *ibid.*
cum Jove Capitolino loquutus *ibid.*
oppidum quoddam in Hispania ut expugnaverit *ibid.*
quàm altus animo fuerit & magnificus, exemplis ostensum 4.18
quid M. Nævio tribuno plebei illud apud populum, quòd pecuniam ab Antiocho accepisset, accusanti responderit *ibid.*
quid fecerit Pœtilio tribuno plebei rationes à se pecuniæ Antiochenæ exigente *ibid.*
adolescens fama non sincera, ita ut Nævius poëta in eum scriberet 6.8
Scirpi 12.6
Scisscidi, pro, *scidi* 7.9
Scitamenta 18, 8. 20, 9
Scorpii 10.25
Scribendi occultè exempla varia 17.9
Scriptum facere 6.9
Scruta, *scrutarius* 3.14
Sculna, apud Varronem 20.11
Scyron Jovis filius 15.21
Scytale Laconica 17.9
Secare, &, *sectio* 20.1
Sectius, apud Plautum 18.9
Secundis rebus & prosperis homines in potestate sua non sunt 7.3
Secures 10.3
Securim, non, *securem* 13.19
Sedavit tempestas 18.12
Sejanus equus, proverb. 3.9
Cn. Sejus à M. Antonio capitis damnatus 1.9
Seleucus rex Nicanor dictus libros, quos Xerxes asportaverat, Athenas referendos curavit 6.17

Sella curulis 3. 18
Sellarius quæstus 3. 1
Semiphalarica 10. 25
Senatorem quis vestitus, quis calceatus deceat, quis dedeceat 13. 20
Senatores non erant, etiamsi curulibus magistratibus functi, qui à censoribus in senatum lecti non erant 3. 18
Senatores, qui curulem magistratum gessissent curru soliti in curiam vehi *ibid.*
Senatuis, & similia pariendi casu à M. Varrone & P. Nigidio posita 4. 16
Senatum habere quibus diebus jus sit 14. 7
Senatum habiturus auspicari prius & hostiam immolare debet 14. 7
idem prius de rebus divinis quàm humanis ad senatum referre debet *ibid.*
Senatus consulendi quibus ordine jus fuerit, quibus extra ordinem 14, 7, 8
Senatus, pro loco & pro hominibus 18. 7
Senatus in Capitolio epulatus 12. 8
Senatus per quos more majorum haberi solitus sit 14. 7
Senatus-consultum quot modis fiat; quique super eo primus in senatu rogari solitus 14. 1
Senatus-consultum per discessionem factum 3. 18
Senatus-consultum ubi fiat 14. 4
ante exortum solis, aut post occasum factum ratum non est *ibid.*
Senecæ futile de Q. Ennio, P. Virgilio, & M. Cicerone judicium; varia item de eo judicia 12. 2
quæ bene dixisse dicatur *ibid.*
Senectuti olim amplus honor habitus 2, 15
Seniores à minoribus domum deducti *ibid.*
Seniores, qui 10. 28
Senonicum bellum 17. 21
Sensuum hominum quinque duos esse maximè belluis communes 19. 2
Sensuum naturalis defectio, & quid de ea Aristoteles 7. 6
Sententiam in senatu quibus dicere licuerit 3. 18
Sententiarum rogandarum in senatu quis olim ordo 4. 10
Septemtrionarius ventus 2. 22
Septemtrionum verum ἴτυμον 2. 21
Septenarii numeri vis 3. 10
Sequester 2. 11
Sequestro positum, apud Catonem *ibid.*
Sermonari 17. 2
Serpens inusitatæ magnitudinis 6. 3
Serra, in re militari 10. 9
Q. Serranus consul 15. 28
Sertorius quo astu barbaros milites sibi conciliaverit, & in officio continuerit 15. 22
Servi in furto manifesto prensi ut pœniantur 11. 18
Servi pileati venumdati, quorum nomine venditor nihil præstat 7. 4
Servilianus V. Cl. 1. 2
Servius Sulpicius I. C. 2, 10. 6, 12
Servius Tullius Romanorum rex 13. 14
quot classes juniorum census faciendi instituerit, & quæ pueritiæ, juventæ, senectæ posuerit discrimina 10. 28
Servus jure veteri in adoptionem etiam per prætorem dari poterat 5. 19
Sestion Ποστιδώνιον dictum 14. 6
Sexagesimus tertius annus in sembus periculosus 15. 7
SI. DEO. SI. DEAE. in piaculis 2, 28. 15, 23
Sibones 10. 25
Sibyllini libri ut Romam venerint 1. 19
Sicæ 10. 25
Siccius Dentatus bellator magnus, Achilles Romanus dictus 2. 11
Siciles 10. 25
Sicinnistas nebuloso nomine cur Accius dixerit 20. 3
Sidera quædam à quibusdam terris videntur, à quibusdam non 19. 1
Sidicinus quæstor 10. 3
Silenta luca, apud Levium 19. 7
Silvius post Æneæ mortem natus 2. 16
Sinnius Capito 5. 21
Sinus togæ 4. 18
Sisenna adverbiis in *im* plurimum usus 12. 15
Siticines, apud Catonem 20. 2
Siti *ibid.*
Socrates quando Athenis capitis damnatus & veneno necatus 17. 21
quid Alcibiadi quærenti cur uxorem suam tam acerbam domo non exigeret respondeit 1. 17
eum umquam de rebus naturalibus disputavisse negat Xenophon 14. 3
ejus patientia & temperantia 2. 1
Sol in cœlo vertitur 12. 1
Sol occasus 17. 2
Soleæ 13. 21
Solidum, schema geometricum 1. 20
Soliferrea 10. 25
Solis defectus causa incerta 2. 28
Solœcismum quomodo Latini appellaverint 5. 20
Solon quando leges Athenienses scripserit 17. 21
ejus leges Athenis axibus ligneis incisæ 2. 12
lex ejus pensitata, quæ pœnâ eos afficit qui sese à civili seditione removissent. *ibid.*
qua multa fures affecerit 11. 18
Solstitium & bruma 3. 10
Solstitium in septimo signo Zodiaci fit à bruma *ibid.*
Somnus nimius pueris nocet 4. 9
Sophismata 18. 13
Sophocles tragœdus quando floruerit 17. 21
ejus Electra 7. 5
ejus sententia prudens 12. 11
antiquior Euripide 13. 18
versus ejus Euripidi à Platone tributi. *ibid.*
Soror, unde dicta ex Labeonis sententia 13. 10

Sortitio in ſacro certamine 5.9
Sorerici lecti 12.2
Sotion Peripateticus 1.8
Spadix 2,26.3,9
Spari 10.25
Sparti uſus quando in Græcia cœperit 17.3
Spatæ 10.25
Specii, interrogandi caſu 9.14
Speuſippus philoſophus 3.17
voluptas & dolor duo illi mala oppoſita, medium eorum bonum 9.5
Spepondi, non, *ſpopondi*, dixere veteres 7.9
Sponſaliorum ſollemnia ex Servii Sulpicii ſententia 4.4
Sponſus, ſponſa *ibid.*
Sp. Carvilius Ruga primus divortium Romæ cum uxore fecit 4.5
Squallere 2.6
Squallor *ibid.*
Stadiorum in Græcia longitudo 1.1
Stare pectus ſentibus, apud Lucilium 8.4
Stata forma quæ Ennio, *uxoria* Favorino dicta 5.11
Stationes Romæ jus docentium 13.13
Stellarum ſiderumque obſervatio liquide non conſtitit 14.1
Stellarum non eſſe eam vim quam Chaldæi dicunt *ibid.*
Stitiſſes, non *ſtetiſſes* legendum apud Catonem 2.14
Stlata 10 25
Stoïci & Peripatetici diſputatio ſuper vita beata 18.1
Stoïcus verus ex Epicteti ſententia 1.2
Stolidi qui propriè 18.4
Stomachi via, & quomodo cibi in eum deſcendant 17.11
Stribligo 5.20
Stupa 17.3
Suadæ medulla 12.2
Suavitudo & ſuavitas 13.2
Sub corona venire 7.4
Subductiſuperciliicarptores 19.7
Subices 4.17
Subnixo animo, apud Q. Claudium 17.6
Suboles 19.12
Subſecivum ſtudium & tumultuarium 13.23
Subſecivum tempus 8,10. 20.11
Subſidio, in re militari 10.9
Subſolanus ventus 2.22
Succidaneæ hoſtiæ 4.6
Succenturiari 15.8
Succidaneum tergum, apud Plautum 4.6
Succidiæ 13.23
Suculæ ſtellæ ubi in cœlo 13.9
Sufferctus 4.17
L. Sulla Felix conſul 15.18
L. Sulla Piræeum oppugnat 15.1
P. Sulla reus M. Ciceroni mutuam dat pecuniam 12.12
P. Sulla proferendi imperii titulum quæſivit 13.14
P. Sulpicio Gallo quid P. Africanus Pauli F. objecerit 7.12
Sulpicius Apollinaris 4, 17.12, 13, 16.16, 5.18, 4
Summovere populum 13.13
Summus tonus 13.24
Sumptuariæ leges 2.24
Supereſſe 1.22
Surſum cur certiores ictus fiant ſi quid mittas, quàm deorſum 9.1
Sus quid, & ut à *porcetra* differat 18.6
Suſpicioſus 9.12
Suſque deque 16.9
Syllogiſmi definitio ut ab Ariſtotele poſita eſt Latinè converſa 15.26
Symbolæ 6.13
Sympoſiacæ quæſtiones *ibid.*

T.

Tabularum obſignatio 14.2
Tænarus promontor. 6.19
Talabarriones, apud Laberium 16.7
Talenta Attica tria quot H S 3.17
Talentum magnum 11.10
Talionis pœna ex XII tabulis 20.1
ad æſtimationem judicis redigi ſolita *ibid.*
Tarquinius Superbus Romanorum rex 1.19
Taurus philoſophus quid A. Gellio reſponderit percunctanti an philoſophus iraſceretur 1.26
A. Gellium convivio accipit 17.8
Stoïcorum hoſtis 12.5
Taxare 2.9
Tegmine onychino flumina, apud Levium 19.7
Telorum vocabula 10.25
Tempeſtas, anceps vocabulum 12.9
Templum 14.7
Tempore revelantur omnia 12.11
Tentamenti gratia 9.15
Ternio lunæ 1.20
Terræmotus cauſa incerta 3.28
feriæ ob terræmotum indictæ *ibid.*
Terrai, gignendi caſu 13.24
Terra movet 2,28.4,6
Tertiumne conſul an *tertio* dici oportear 10.1
Teſtamenti genera tria 15.27
Teſtimonium adverſus clientem nemo dicit 5.13
Teſtimonii falſi convicti, de ſaxo Tarpejo dejiciebantur, ex XII tabulis 20.1
Terentius quando floruerit 17.21
Teſtium interceſſio 14.2
Teſtor, commune verbum 15.13
Thebani Lacedæmonios apud Leuctra quando ſuperaverint 17.21
Themiſtocles Athenienſium dux quando & ubi Xerxem devicerit 17.21
Theodectes 10.8
Theophraſtus Peripateticus 1,3.8,8.16,15
Theophraſtus Ariſtotelis ſucceſſor 13.5
Theopompus in Mauſolæo certamine victor 10.18
Theſeum certamen 15.20
Thracia Sithon dicta *ibid.*
Thracus homo 19.12
Thucydides quo tempore floruerit, & qua ætate mortuus 10.23
Tiberianæ domus bibliotheca 13.18
Tiberius Cæſar conſultus de civica corona 5.6

Tibiæ cantus multis doloribus hominum leniendis adhibetur 4. 13
Tibiis uti quando Athenienſes deſierint 15. 17
Tiburtina bibliotheca in Herculis templo 10. 5
Timæus Græcè de rebus populi Romani ſcripſit 11. 1
Timarchus ab Æſchine de impudicitia accuſatus 18. 3
Timochares Pyrrhum veneno necare proponit : quod Niciam feciſſe vult Quadrigarius 3. 8
Timon amarulentus in Platonem invectus 3. 17
Timor cur ſanguinem contrahat 19. 6
Tiro Tullius M. Ciceronis libertus 4, 10. 7, 3. 13, 9. 15, 9
quæ in oratione M. Catonis, quam pro Rhodienſibus habuit, reprehenderit, & quomodo ad ea reſponſum 7. 3
Tis, generandi caſu apud Plautum 20. 6
Titus Caſtricius 1. 6
Toga virorum Romanorum primus amictus 7. 12
Tollere, pro *corrigere* 1. 17
Tonus ſummus 13. 25
Toloſanum aurum 3. 9
L. Torquatus 1. 5
Manlii Torquati pugna cum Gallo quæ illi cognomen dedit 9. 13
Tragula 10. 25
Trajani templum 11. 17
Trajani forum 15. 25
Tranſalpibus 15. 30
Transgreſſum navium rectè dici apud Salluſtium 10. 26
Tres & *tris* Virgilio 3. 19
Triangulæ metæ 1. 20
Tribuni militares quando conſulari imperio Romæ 17. 21
Tribuni plebei & ædiles quando creati *ibid.*
Tribuni plebei quot? 17. 19
ad quid creati? 13. 12
preciſionem, non etiam vocationem habent *ibid.*
neque advocant patricios, neque ad eos referre ulla de re poſſunt 15. 27
nullum eis diem Roma abeſſe licet 3. 2
Tribunicium decretum ſuper L. Scipione Aſiatico 7. 19
Tribus pro loco & pro hominibus 18. 7
Tributa comitia 17. 26
Tributus 13. 19
Trifaces 10. 25
Triquetra 1. 20
Triſecliſenex Neſtor, apud Levium 19. 7
Triticum an pluraliter dicatur 19. 8
Triumphalis corona 5. 6
Triumphus quo minus agatur quæ impediant 5. 6
Triumviri reipublicæ conſtituendæ 14. 7
Truſatiles molæ 3. 3
Tubicines 20. 2
C. Tuditani commentarii 13. 14
M. Tuditanus conſul 17. 21
Tumulcuarium ſtudium 13. 23
Tunica muliebris 6. 10
Tunicæ virorum Romanorum 7. 12
Tunicis uti prolixis viro indecorum *ibid.*
Turbulentus 11. 15
L. Turius 14. 2
Turres, in re militari 10. 9
Tutelæ pupillari muliebris prælata 5. 13
Tutorum in pupillos poteſtas 5. 19
Tyros Sarra dicta 14. 6

V.

Vagire 16. 17
Valeri, in vocandi caſu prima ſyllaba acuta 13. 25
Q. Valerius conſul 17. 21
Valerius Probus grammaticus 4, 7. 9, 9
quodam loco apud Salluſtium pro, *eloquentia*, *loquentia*, legit 1. 15
Vallum dentium *ibid.*
Vani, propriè qui 18. 4
M. Varro & P. Nigidius Ciceroni Cæſarique coætanei 19. 14
Menippum in ſatiris æmulatus 2. 18
qua ratione uſus ſit in Plauti comœdiis dignoſcendis 3. 3
Varronianæ XXI Plauti comœdiæ appellatæ *ibid.*
libri ejus hebdomadum, quum proſcriptus eſſet, direpta ipſius bibliotheca non comparuerunt 3. 10
ejus epiſtolæ ad Oppium quædam capita 14. 7
Cn. Pompejo commentarium Iſagogicum dedit *ibid.*
in quibus tribus trium formarum orationis dicat eſſe exempla *ibid.*
Varro triumvir 13. 12
tribunus plebei *ibid.*
Vaſum 13. 12
Vaticanus deus unde 16. 17
Ubera feminis ad quid à natura data 12. 1
Uberes formæ dicendi 7. 14
Ve, particulæ vis 5, 12. 26, 15
Vecors qua vi particulæ *ve* dicatur 5. 12
Vehemens 16. 5
Vehicula præbenda publicè conducta 15. 4
Vejovis quis deus? quid ei immoletur, quod ejus ſimulacrum 5. 12
Velia oppidum 10. 16
Velitari 6. 10
Velitatim 12. 15
Velius Longus 18. 9
Velocitatis ſingulariæ homines 9. 4
Vellicatim 12. 15
Vena quid, & ad quid exploretur? 18. 10
Venæ in hominibus ſeptenario numero moventur 3. 10
Venam ſolvi militibus ignominioſum 10. 8
Venationis pugna in circo 5. 14
Venenum anceps vocabulum 12. 9
Venenum præſentarium 6. 4
Veneror, commune verbum 15. 13

Venia quando deprecanda 11. 8
Venter timore repentino cur effluat 19. 4
Ventidius Bassus humili loco natus tribunus plebei prætor & consul, pontifexque maximus, qui à M. Antonio hostis judicatus primus de Parthis triumphavit 15. 4
Ventorum varia nomina, unde singuli veniant, variæque de eorum numero opiniones 2. 22
Verant, apud Ennium 18. 2
Verba communia 15. 13
Verba dedit, apud Q. Claudium 17. 2
Verba nova etiam prisca dici 11. 17
Verba nova fugienda *ibid.*
Verba prisca & insolentia fugienda 1, 10. 11, 17
Verba quæ in utramque partem significatione reciproca dicuntur 9. 12
Verba vetera longa ætate obliterantur 20. 1
Verbis pluribus idem significantibus quem in modum utendum & ad quid; eamque in rem testimonia auctorum plurima 13. 24
P. Virgilius multæ antiquitatis 5. 12
ritu ursino versus peperit 17. 11
Æneida nondum limatam comburi voluit, in qua multa corrigenda *ibid.*
non bene è Pindaro flagrantiam Ætnæ expressit 17. 10
quos versus Parthenii ac Homeri imitatus sit 13. 26
Lucretium etiam imitatus 1. 21
quibus verbis abjectè & ignaviter usus dicatur; & quid illis, qui hoc dicunt, respondendum 2. 6
quibus versibus civilem diem designaverit 3. 2
ut Græcos poëtas Latinè expresserit 9. 9
nequidquam ab Annæo Cornuto reprehensus 9. 10
contra Higinum ab errore defensus 5, 8. 6, 6
Nolam cur è versibus suis exemerit 7. 20
quos versus Homeri bene, quos malè vertisse existimatus sit 9. 9
frustra eum Seneca reprehendit 12. 2
duplex apud eum lectio 4. 1
quos ejus errores Higinus notaverit 10. 16
Veritas temporis filia 12. 11
Verrii Flacci error 16, 14. 17, 6
Verruca quid Catoni 3. 6
Versus singula vocabula singulis syllabis increscens 14. 6
Vertenda Græca Latinè quomodo? 9. 9
Veruta 10. 25
L. Verutius 20, 1
Vescus 16. 5
Vestalis qualis esse debeat, quibus rebus à sacerdotio excusetur, quo jure sit simul atque capta est; ritusque capiendi, & cur capi dicatur: verba item sollemnia pontificis maximi eam capientis 1. 12
Vestalis prima à rege Numa capta *ibid.*
Vestalis virgo cur *Amata* vocetur à pontifice *ibid.*
Vestibulum quid, & unde? 16. 5
Vestibulum inferni, apud Virgilium 16. 5
Vesticeps 5. 19
Vestrorum, pro, *vestrum* apud Plautum 20. 6
Veteres propriè & integrè loquuti 7. 12
Vexare, grave verbum 2. 6
Via Laurentina 10. 2
Viaticum, pro facultate & paratu magno 17. 2
Viator in carcerem ducit 4. 10
Viatores magistratuum licio transverso cincti 12. 3
Vicem 10. 3
Victoria impulverea 4. 15
Victoria præpes 6. 6
Victoriæ ædes à Cn. Pompejo dedicata 10. 1
Victoriosus 4. 9
Victu, donandi casu 4. 16
Videndi rationes variæ secundùm varios philosophos 5. 6
Vieta poma 13. 3
Vindicia quid; & ut olim fieret 20. 10
Vini genera tria 13. 29
Vinum ut sumendum, & ad quid, secundùm Platonem 15. 2
Vinum apud antiquos in convivio quare 17. 20
Vinum mulieribus Romanis ad quid interdictum 10. 23
Vinum cur rarius congelascat 17. 8
Vinum eructum 11. 7
Vinum Lesbium; item Rhodium 13. 5
Vinolentus, & id genus nomina quo in significatu dicantur 11. 15
Viperarum morsibus tibiæ cantum mederi 4. 13
Vir mulieri judex 10. 23
Vir uxorem in adulterio deprehensam impunè occidit; contrà uxor virum etiam deprehensum ne contingere quidem potest 10. 23
Virescere 8. 11
Virgis cædi viris honestis civibusque Romanis indignum 10. 3
Viri Romæ per Castorem jurarunt 11. 6
Viri illustres qui floruerint post Romam conditam ante secundum bellum Karthaginiensium 17. 21
Virtutum æquiparatio etiam speciem æmulationis creat 14. 3
Vita humana ferro similis *ibid.*
Vitam beatam quid efficiat 11. 2
Vita quæ duo maxima Epicteto 17. 19
Vitium quid, & ut à morbo differat in edicto ædilium curulium 4. 2
Vivaria quo nomine veteres appellaverunt? 2. 20
Ultra, veteribus *uls* 12. 13
Ulysses apud Homerum non ex gutture, sed ex pectore vocem mittit 1. 15
Umbri quid *diem* appellaverint 3. 2

Undarum motus cur alio modo aquilonibus, alio modo auſtris flantibus fiant 2 30
Undiquevorſum 7. 16
Vocandi caſus nomina, ut, *Valeri*, ubi acuenda 13. 24
Vocationem qui habeant 13. 2
Vocationem tribunus plebei non habet, ſed prenſionem 13 12
Voces etiam petulantiores Romæ pœnitæ 10. 6
Voconium plebiſcitum de coërcendis mulierum hereditatibus 20. 1
Voculatio Nigidio quid 13. 25
Voculationes 13. 6
Vocum notæ *ibid.*
Volcani area 4. 5
Voluntas an pœnienda 7. 3
Volup 12. 4
Voluptas quid ſit, philoſophorum variæ opiniones 4, 5. 12, 5
Voluptatis definitio ſecundum Epicurum 2. 6
Voluptates fœdæ, quæque nobis cum belluis communes 19. 2
Vox, corpuſne ſit, an ἀσώματον, diverſæ diverſorum philoſophorum ſententiæ 5. 15
Urbanorum prædiorum magni reditus 14. 1
Urbes & Urbis, Virgilio 13. 19
Urinam cur ignis laceſſat 19. 4
Uſuſcapio copulatè dicta 7. 10
ut Uſurpetur mulier quamdiu ex XII tabulis viro abeſſe debeat 3. 2
Utor, commune verbum 15. 13
Vulcatii Sedigiti de poëtis Latinis judicium 15. 24

X.

Xeniades 2. 18
Xenophilus 4. 11
Xenophon an æmulus Platonis fuerit 4. 3
Xerxes quando Themiſtocle duce ab Athenienſibus fuerit victus 17. 21
Xerxes libros publicos Athenis aſportat in Perſas 6. 17

Z.

Zeno Citienſis & Epicurus Athenienſis, philoſophi celebres erant, quando bellum cum rege Pyrrho à Romanis ſumptum eſt 17. 21
Zeno cenſuit voluptatem eſſe indifferens 9. 5
ad Zenonis ſcripta refellenda quanta cura quantoque apparatu aggreſſus ſit Carneades 17. 15
Zephyrus ventus 2. 22
Zodiacus 3. 10
Zonæ plenæ argenti 15. 12

FINIS.

INDEX

INDEX GRAECARUM VOCUM,

Quæ his Gellii libris sunt insertæ.

*

A.

Ἀγγεῖον 18. 10
Ἀγόραιοι homines 17. 3
Ἀδιάφορον 2. 7
Ἀδιαφοεῖν 16. 9
Ἄδολον dicendi genus 7. 14
Ἀδόξοι ὑποθέσεις 17. 12
Αἴγλης athleta quidam Samius 5. 9
Αἴθοπα οἶνον cur dixerit Homerus 17. 8
Αἰθηγενέτης βορέης 2. 22
Αἰχύη 19. 6
Ἀκαλύφη 4. 11
Ἀκόλαστος 7. 11
Ἀκτικοὶ 1. 9
Ἀκρατης 19. 2
Ἀκροατικὰ & ἐξωτερικὰ 20. 5
Ἀκροατικαὶ disciplinæ ibid.
Ἄμαξαι 2. 21
Ἀμετροεπὴς 1. 15
Ἀμπελῶνες 2. 20
Ἀμφισβητέμενον ἀντὶ ὁμολογεμένου 17. 5
Ἀναλγησία 12. 5
Ἀναλογία 2. 25
Ἀνανεῦθαι 15. 25
Ἀνατομαὶ 10. 10
Ἀναφύξαι 13. 29
Ἀνέχω καὶ ἀπέχω 17. 19
Ἀντιρρέοντα argumenta 5, 10. 9, 16
Ἀνωμαλία 2. 25
Ἀξίωμα 16. 8
Ἀοργησία καὶ ἀναλγησία 1. 26
Ἀπάθεια 19, 12. 12, 5.
Ἀπαρέμφατον 1. 7
Ἀπαρχίας 2. 22
Ἀπηλιώτης ibid.
Ἀποπροηγέμενα 12. 5
Ἀπορητικοὶ 11. 5
Ἄπορον 9. 15
Ἀργέσας 2. 22
Ἄρκτος 2. 21

Ἀσώματον 5. 15
Ἄσωτος 7. 11
Αὐτόματος θάνατος 1. 31
Ἄχριος 7. 11

B.

Βάρβαρον 6. 20
Βασάζοντες 5. 3
Βάλιμος 16. 3
Βοώτης 2. 21

Γ.

Γλαυκᾶπις Lat. Cæsia 2. 26
Γραμμὴ Euclidi, quid 1. 20

Δ.

Δαφνᾶνες 2. 20
Δειλινὸς περίπατος 20. 5
Δημαγωγοὶ 3. 13
Δημηγορίας 18. 7
ἡ διὰ τεσσάρων συμφωνία 3. 10
Διεζευγμένον ἀξίωμα 16. 8
οἱ περὶ τὸ Διόνυσον τειχίται 1. 18
Δυσχερές 4. 15

E.

Ἑβδομὰς 3. 10
Εἰς τετάρτην 10. 24
Εἰσαγωγαὶ 16. 8
Ἐκχειρία 1. 25
Ἐνθυμήματα 6. 13
ἡ ἐξαίφνης φύσις ibid
Ἐξωμίδες 7. 11
Ἐξωτερικὰ & ἀκροατικὰ 20. 5
Ἐξωτερικαὶ disciplinæ ibid.
Ἐπιγλωττὶς 17. 11
Ἐφημερὶς 5. 18
Ἐπιμελῆμαι ὑμῶν 20. 6
Ἐπίκουρος 13. 7
Ἐπίτασις 7. 7
Ἐρυθρὸς 2. 26
Εὐρύστατος 2. 22
Ἐφεκλικοὶ 10. 5
Ἐφόδιον 17. 2
Ἐχεμυθία 1. 9
Ἐωθινὸς περίπατος 20. 5

Z.

Ζέφυρος 2. 22

Θ.

Θάλαττα ἡ ἔσω 10. 7

I.

Ἰάπυξ 2. 2
Ἰσοκατάληκτα 18. 8
Ἰσοῦκτιος aut ἰσημερινὸς circulus 2. 22
Ἰσόποδες 19. 25
Ἰχνὸς dicendi genus 7. 14

K.

Καθήκοντα 1. 13
Κακότροπος 7. 13
Κανονικὴ 16. 18
Κηδεμὼν ὑμῶν 20. 6
Κλεπτὴς 1. 18
Κλίμακες 10. 15
Κλιμακτηρικὸς 15. 7
Κίρρος οἶνος 13. 29
Κοιλία ἡ κάτω 1. 18
Κοινόβιον 1. 10
Κόλασις 6. 14
Κρηπῖδες 13. 20
Κρικωτὴ σφαῖρα 3. 10
Κριτικοὶ vel κρίσιμοι dies medicis ibid.
Κρύσαλλος 19. 4
Κύαμος 4. 11
Κύδος 1. 20

Λαχ-

INDEX GRAECARUM DICTIONUM.

Λ.

Λαγωὸς 1. 18
Λίψ 2. 22

Μ.

Μαθήματα 1, 9. 14, 3
Μαθηματικοὶ 1. 9
Μελαγχολία 18. 7
Μελιστῶνες 2. 20
Μέλος 16. 18
Μέσα, quæ & ἀδιάφορα 2. 7
Μέσον dicendi genus 7. 14
Μετρικὴ 16. 18
Μετριότης 1. 26
Μιαρὸς 7. 11
Μοῖρα πεπρωμένη καὶ εἱμαρμένη 6. 3
Μοχθηροὶ 18. 4
Μύρον τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ 13. 27
Μύωψ 4. 2

Ν.

Νάτος 19. 13
Νοτὶς humor 2. 22
Νότος Lat. Auster. ibid.
Νεβρὶς 6. 14
Νωδὸς 4. 2

Ξ.

Ξανθὸς color, item πυῤῥὸς, & ἐρυθρὸς 2. 26

Ο.

Οὐδὲ πάῤεργον 17. 20
Ὁμοιοτέλευτα καὶ ὁμοιόπτωτα 18. 8
Ἀντὶ ὁμολογουμένου τὸ ἀμφισβητούμενον 17. 5
Ὀπτικὴ 16. 18
Ὁρισμοὶ 1. 25
Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔστ' ὁ πλοῦς 1. 8
Ὀψιμαθία 11. 7

Π.

Πάθη 1, 26. 19, 12
Παιδεία 13. 15
Παραγωγαὶ 11. 15
Παράδειγμα 6. 14
Παράδοσοι 2. 20
Παραδιεζευγμένον ἀξίωμα 16. 8
Παρακείμενος 11. 9
Παραιτήσεις 6. 16
κατὰ Παρακολούθησιν 6. 1
Πάρισα 8. 18
Πέμματα quæ & τραγήματα 13. 11
Περιεῖναι 1. 22
Περίπατος δειλινὸς & ἑωθινὸς 20. 5
Περιπλόμενος ἑαυτὸς 3. 16

Ῥ.

Ῥυθμὸς 16. 18

Σ.

Σκεπτικοὶ 11. 5
Σόλοικον 5. 20
Σπάδιξ 3. 9
Σπάρτοι 17. 3
Σπεῦδε βραδέως 10. 20
Στέρησις 16. 26
Στερητικὸν μόριον 5. 12
Συγκαταθέσεις 12. 2
Συμπεπλεγμένον ἀξίωμα 16. 8
Συμφωνία ἡ διὰ τεσσάρων 3. 10
Συνάγχη, ſynanche 11, 9
Σύνημμένον ἀξίωμα 16. 8
Σφυγμὸς 18. 10
Σχήματα, ἐπίπεδον καὶ στερεὸν 1. 20

Τ.

Ταυροπέρυγες 6. 6
Τεχνικοὶ 17. 5
Τεχνῖται οἱ περὶ τὸν Διόνυσον 20. 4
Τιμωρία 6. 14
Τραγήματα 6. 13. 13, 11
Τραχεῖα ἀρτηρία 17. 11
Τριὰς 1. 20
Τροπαὶ θερειναὶ καὶ χειμερινὰι 2. 22
Τόποι 1. 25
Τυφῶνες 19. 1

Υ.

Υγιὲς νόμιμον διεζευγμένον 2. 7
Ὑάδες 13. 9
Ὕπνος ibid.
Ὑπογραφαὶ 2. 25
Ὑπλιος 13. 9
Ὑφορβὸς ibid.

Φ.

Φαντασίας 11, 5. 19, 1
Φθίσις, phthiſis 4. 2
Φιλανθρωπία 13. 15
Φοινικὸς, vel potius φοινικοῦς 2. 26
Φοῖνιξ 3. 9
Φορτικοὶ 18, 4
Φρέαρ 1. 18
Φυσικοὶ 1. 9
Φῶρ 1. 18

Χ.

Χαλεπὸν 4. 15
Χαρακτῆρες 7. 14
Χειμερινὰι τροπαὶ 2. 22
Χειριδωτοὶ tunicæ, à Lat. dictæ Chiridotæ 7. 12

FINIS.

INDEX

INDEX EORUM,

QUAE IN NOTIS ILLUSTRANTUR,

Numerus paginam, litera columnam monstrat.

A.

A in compositis mutatur in E, 35. a
Abdera, 307. a
Ablativi in I faciunt pluralia in IA, 343. b
Abolla, 115. a
Aborigines, 343. a
Aborior, passive, 544. a
Academici philosophi, 523. a
Acca Larentia, 358. a
Accentus, 581. b
Accensi, ante horologia inventa, pro horologiis erant, 215. a
Accersere, & *arcessere*, 163. b
Accipere, id est, *rapere* 841. b
Accius, 214. a
Acclamationes in sophistarum scholis, 462. a
Accusativus pro dativo, 140. a
Acetum in locis frigidioribus congelascit, 766. a
Acies, pro instructo exercitu, 69. a
Acies, item *iris* in oculis, 434. b
L. Acilius *Sapiens* dictus, 259. b
Acinæ ebriosæ quomodo dicantur, 420. a
A. C. NL. quid apud antiquos notent, 647. a
Acroatici libri Aristotelis, 877. a
Addicti judicati, an semper fuerint vincti ab creditore, 870. a
Addicti nexique, 872. a
Adhæse loqui, 318. b
Adminiculum, 9. b
Admittere in se vinum, 505. a
Admonere & admonitio, 366. a
Adoptivus filius, non est filius; sed emancipatus est, 340. b
Adspio, 379. a
Advocati quidam, inanium verborum venditores, 111. a
Æacides, pro Pyrrho Epirotarum rege, 491. a
- - - & pro ipso regno Epirotico, *ibid.* b
Æbutiorum familia, 731. a
Ædepol, 524. b
Ædes Vejovis à quo & quando dedicata, 323. a
Ædificia immensæ magnitudinis, 94. b
Ædiles curules, 262. a
Ædilium munus, 290. b
Ædituus, & Æditumus quid differant, 565. a
Aër liquidus, 185. b
—— quid sit, 203. a
Ægina insula, 165. a
Ægyptii à fabis abhorrebant, 286. b
—— arguti, 541. a
Ægyptiorum menses tricenorum dierum, 244. b
Ægles athleta, 318. b
Ælii plures, 214. a
S. Ælius, 261. a
Ælius Gallus, 499. b
—— Melissus, 814. a
—— Sedigitus, 214. a
L. Ælius Stilo, 97. b 368. a 499. b
Q. - - Tubero, 111. b
Æmilia lex, 186. b
Æneæ adventus in Italiam, 489. a
Æquor ventris, 544. b
Ærarii, 288. a 301. b
Ærarium varie administratum, 621. b
Ære rudi utebantur primum Romani, 683. b
Æris nomine quævis pecunia debita, 683. b
Æris alicujus magister, 813. a
Ærope, 382. b
Æruscare, 429. a 633. b
Æs grave, 475. a &, *æs rude*, 867. b
Æs manuarium, 828. b
Æschines à Demosthene superatus, 808. b
Æschinis Gratiæ & Musæ, 4. b
Æsopus fabulator, 198. a
Æsopi tres, 195. a
Æstas anni, 166. a
Æstus anni, 822 b
Ætas militaris, 691. b
Ætatis puerilis, juvenilis, &c. gradus 515. b
Ætna, 773. a. b
Ætnæ descriptio Pindari, & Virgilii, 771. a. b
Ævitas, 865. b
Affectus à Stoïcis vocantur morbi, 123. b
—— moderandos, non exstirpandos Peripatetici docent, 125. a
—— pro occupato, 431. a
Afranius, 480. a
Agamemnon, 491. a
Ἀγαμιῶν δίκη apud Athenienses, 51. a
Agere cum populo, 599. b
Agylla oppidum Etruriæ, 737. a
Agmen, 46. b & 347. b
Ἀγρίης ventus, 170. a
Agrippa, prænomen in Meneniis, 793. a
Agrippæ campus, 653. a
—— qui, & unde dicti, 739. a. b
Αἴθειν, 395. a
Ajus Locutius, 741. a
Ἀκοινώνητοι, 568. a
Ἀκληφη, 287. a
Ἀκώλυτος homo, 36. a
Ala in militia quid, 478. b
Albania, 434. a
Albani reges unde Silvii nominati, 155. a
Albogalerus 488. b

Album judicum, 641. a
Alcaicum carmen, 775. b
Alcæus poeta, 775. a
Alcibiades, 63. b 95. b 688. a
Alexis comicus, 175. b 285. a
Alæ exercitus, 677. b 716. b
Alexander Ætolus, 693. b
Alexander M. quando natus, 795. a &c.
Alexander Rex Epiri, 796. a
Alfenus Varus, 353. a
Aliæ reï pro *alius reï*, & similia, 197. b
Allienſis pugna, 279. a
Alluſiones in vocabulorum terminationibus ad originem, 364. a
Ἄλλαι δ' ἄλλων ἐπιτεχνήσεις. proverb. 1. b
Altitudo eſſe non poteſt ſine latitudine, 106. b
Ἀλύκη, 302. a.
Alucinans, 301. b
Alvus cita, 822. b
Amantum deliciæ in oſculis, 854. a
Amaracus puer, & amaracina unguenta, 10. b
Amarior, id eſt, meracior, 419. b
Amaror, 108. b
Ἀμαθέστερον ἢ σαφέστερον λέγειν, proverbium, 556. b
Ambarvales hoſtiæ, 358. b
Ambracia Urbs, 225. b
Amico quantum tribuendum, 40. b
Ammirantibus, pro *admirantibus*, 275. b
Amor ex poëtarum ſententia omnia condidit, 346. a
Amphora quanti vini vas, 804. a
Amteſtatio, 684. b
Amuſſis, unde *amuſſim*, 46. a
Anacreon, 847. b
Ἀναφρόδιτος, 50. a
Anagnoſtæ ſervi, 168. a
Anatum ſanguis, in medicina, 784. a
Anaximander horoſcopi inventor, 216. a
Ancus Marcius, 595. b
Andronicus Rhodius, 877. b
Angerona Dea, 63. a
Animus, 126. b
Animo otioſo, omiſſo, ſuſpenſo, occupato eſſe, 200. a
Annales Maximi, 271. a 336. b
—— quid ſint, 337. a
Annianus poëta, 448. a
Annus quot diebus & horis conſtet, 184. b
Annibal, 135. b
Annus climactericus; 232. a
—— decimeſter, 248. 8
Anquirere, id eſt circum quærere, 39. b
Ante diem, 335. b
Anthropophagi, 433. a
Antidotum Mithridatis, 784. b
Antiochus Rex, 571. b
—— Alexandri ſucceſſor, 800. b
Antiqui ſæpe paſſivis pro activis abutuntur, 107. a
Antiſthenes, 818. b
Antiſtita, 608. b
Ἄωτον de hominibus, 548. b
M. Antonini philoſophi præceptores, 188. a
Antonius Julianus, 45. a
Apathiæ diverſitas, 559. b
Ἀπαγορεύειν, 210. b
Ἀπαρεμπόδιστος, 36. b
Apluda, 525. b
Ἀποκήρυξις, 74. a
Apollo, 325. b
—— Lycius, 369. a
Apollodorus Aſclepiadæ filius, 757. a
Ἀπολλωνόβλητοι, 325. b
Ἀποπνέειν, 504. b
Ἀποφράδες dies, 279. a
Apollodorus, 175. b
Apparitores, 360. b
Appellare, in jure civili pro citare, 137. a
Appetens cupide reprehenſione dignus non eſt, 532. a
Aptare, id eſt alligare, 85. b
Aptus ab apiſcor, 119. a
Aptus ex aliquâ re, &, aliquâ re, 85. a
Aqua flava, 192. b
—— nivali in deliciis utebantur veteres, 838. a
Aquæ canoræ, 32. b
—— ſolidæ, 42. b
Aquila fulva, 192. a
Aquilo ventus, 169. b
Arbitri & judices quomodo differant, 520. a
Arbitror, paſſive, 79. a
Arbitrium, 520. a
Arbores infelices, 486. a
Arboretum, 754. b
Archilochus, 792. a
Ἄ"ζχων & Ἰδιώτης opponuntur, 35. a
Archytas Pythagoricus, 481. b
Ardeo, 395. a
Area, proprie locus vacuus, 103. b
—— Capitolii, 146. a
—— Vulcani, & Concordiæ, 270. b
Ἄρεν, *agnus*, aut *agna*, 268. b
Arenæ, 846. b
Arenarius, 103. b
Ἀ'ρχᾶς, 48. b
Argei, 488. a
Ἄργος, ſine adjectivo apud Homerum pro Peloponneſo, 227. a
Argentum purum putum, 354. a
Argivos & Achæos confudit Homerus, 491. b
Argos, 227. a
Argutæ manus, ſervæ, 48. b
Argutari pedibus, de ſullonibus, 712. b
Ariarathes, 528. b
Arietinum reſponſum, 217. a
Arietis militaris varia forma, 82. a
Arillator, 723. b
Arimaſpi μονῶπες, 433. a
Arion Methymnæus, 394. a
—— ejus fabula, 744. b 746. b
Ariſtarchus, 61. a
Ariſteas Proconneſius, 432. a
Ariſtippus, 438. a 833. a
Ariſto Jureconſultus, 550. b
Ariſtodemus poëta tragicus, 528. b
Ariſtoteles, 39. b
——, quomodo libros de animalibus ſcripſit, 583, b
Ariſtotelis problemata, 839. a
Ariſtoxenus muſicus, 284. b
Arithmetica, 63. b
Armillæ, 148. a
Arnus, hoc eſt *agnus* ἀπὸ τῦ ἄρνος, 268. b
Arra, & *pignus* quid inter ſe differentiæ habeant, 753. a
Arriam Epictetus, 35. b

NOTARUM.

Arriani dissertationes Epicteti, 834. a
Arrianus, 786. a
Arrogatio auctore populo in comitiis fiebat, 340. a
Artemisia, 493. a
Arteria, in neutro genere, 512. b
Arteriæ, 823. a 824. a
Artigraphi, 758. b
Aruspices, 267. b
Asa pro *ara* apud antiquos, 268. a
Asconius Pedianus, 703. b
Asellus, 294. a
Asellus piscis, 429. a
Asinius Pollio, 510. a
Asiæ populi quidam longis capitibus 433. b
As libralis, 475. a. b
Ἀσσίαν non intellexit Epicurus voluptatis nomine, 438. a
Ἄσωτος, 400. a
As primis temporibus pendebat libram pondo, 867. a
Asserere, 528. b
Asseres lecticæ illigati, 469. b
Assidere, 374. b
Assiduus, & adsiduus, 733. a
Assius lapis σαρκοφάγος, 391. a
Ἀστάτεια, 346. a
Astra an possint cognitionem sortis humanæ præbere, 639. a
Astrologia judiciaria, 632. a
Asturcones sive Thieldones (*tellones*) equi, 93. b
As unciarius, 476. b
Asylum, fere templum, 350. b
Atabulus ventus, 173. a
Ἀτενὰ Σαλπιγξ, 67. b
M. Atilii, & P. Valerii consulatus, 266. a. b
Atilius, 69. b
Ἄτιμοι, qui sint, 150. a
Atinium plebiscitum, 661. b
Atomorum vertigo, secundum Epicurum omnis generationis causa 307. a
Atque, id est, statim, 515. b
Atta poëta, 397. a. b
Attagen, 408. b
Attica lingua Græcis perfectissima, 33. a
Attius, 214. b. & 217. b
Attulit, 760. b
Atypus, 263. a. b
Αὐτυχῶν, 181. a
Avarus, 474. a
Audire & *auscultare* quid differant, 87. b
Avernus lacus Laberii, scriptum, 534. a
Averruncare, 326. a
Averruncus Deus, *ibid.*
Avertere iter 61. b
Aves præpetes & inebræ, 356. a
Augures, 75. a
——— determinabant pomœrii loca, 595. a
Augusti præscriptum in amicitia, 96. b
——— cura de libris Sibyllinis, 162. a
——— forum, 451. b
Augustus, quale eloquendi genus secutus sit, 506. a
——— varia scripsit, 673. a
Avium congestus, 199. a
Aula, *auxilla*, & *aular*, 764. a
Aurei nummi, 101. b
Aurelius Opilius, 214. a
Aurem vellere, pro admonere, 684. b
Aures duræ, agrestes, Batavæ, vaporatæ, 621. a
Aurigatio, 395. a
Aurum coronarium, 617. b
Aurunci, & Ausones, 66. a
Auspicia, 210. b
Autumare, 667. a

B.

B & V. sæpe commutantur, 132. b
Babylonii, pro genethliacis, 632. a
Bacchi sacra Nyctelia, 210. b
Bacchus piscis, 409. a
Baeren Belgicum, 70. b
Baleares, 425. b
Ballera mons, 511. b
Ballista lapides & saxa jaciebat, 352. b
Balnea, 32. b. & 206. a
- - - hiemalia & æstiva, 851. b
- - - virorum, & mulierum distincta, 468. a
Balneæ privatorum celebres, 206. a.
Βαρβαρίζειν καὶ βαρβαρισμὸς, 581. a
Barbarismus, 582. a
Basilius, 51. b
Βασκαίνειν, 735. a
Βάταλος, 48. a. b
Belgæ pisces marinos valde proprie nominant, 91. b
Bellaria, 590. b
Belli feriæ, 120. a
Bellum Peloponnesiacum, 127. a
- - - Senonicum, 795. a
Βῆμα, 110. a
Benefacere, 308. a
Bias, 38. a. & 40. b
Bibliotheca Alexandrina, & Pergamena, 372. a
——— Pacis, 725. a
——— Tiburtina, 458. a
Bibones strenui, 804. a
Bidens, 721. a. b
Bidental. 270. b
Binarius numerus, 105. a
Blatero, & Blatire, 91. a
Βλάξ καὶ βλακεύειν ibid.
Bœotia Plauti comœdia, 214. b
BONUM FACTUM formula, 39. a
Boreas ventus, 169. b
Bovinari, & bovinator, 526. a
Brachialia, 148. a
Brachmanes, 126. a
Brundusii portus, 432. a
Bruti exactoris Regum mors, 792. b
Bucephalus Alexandri Magni equus, 306. b
Buceta, & bucera, 516. a
Bundus, terminatio, quid significet, 535. a
Busiris, 134. b
Bustum, 487. a

C.

Cadavera apud Græcos an cremata sint 391. a
Cæcilius, 176. a
S. Cæcilius, 261. a
Cæcilius comicus, 676. a & 697. a
Q. Cædicius, Calpurnius Flamma, aut Laberius, 222. a
Cælius Sabinus, 389. b
——— Gallus, 717. a
Cæpio consul, 229. a
Cære oppidum Etruriæ, 737. a

Cærites, 737. a, b
C. Cæsaris libri, 761. a
J. Cæsar, 261. b 293. b
J. Cæsaris Anticato, 293. a
——— libri Analogici, 293. b
——— mos scribendi epistolas, 767. b
Cæsellius, 157. a
Cajanus as, 363. b
Calculorum ludus, 104. b
Cales civitas, 468. b
Callisthenes, 585. a
Callistratus, 238. a
L. Calpurnius Piso, 360. a
Calumniator in jure qui dicatur, 643. b
C. Calvus poëta, 453. b
Calvus orator, 453. b
Camella, vas eximiæ artis, 723. a
Campani, 118. a
Campi lapidei, 174. a
Campus Agrippæ, 653. a
Canalicola, 300. b
Canescere in pueritia, 434. b
Canis alterius si te momorderit meum non est. proverbium, 396. a
Caniculæ sideri sacra cane rufa fiebant, 326. b
Cannensis clades, 135. b
Cantabundus, 456. b
Caper est castratus hircus, 445. b
Capiens, id est *capax*, 258. b
Capitalis pœna Solonis legibus etiam ob parvum furtum indicta, 539. a
Capite minui, apud Jctos quid sit, 76. a
Capi ex lingua alicujus, 711. a
Capillus passus, 687. b & 163. b
Capite censi, 731. b &c.
Capito Atejus, 75. b & 282. b
Capitula totius libri in anteriore libri parte posita, 12. a, b
Capra Jovis nutrix, 325. b
Capua, cur dives vocetur, 418. a
Carmen, de præceptis, effatis, &c. dictum, 518. b
——— Orphium, 745. a
Carmentæ habitaculum, 816. b
Carmentalia festa, 118. a
Carminis etymon, 118. a
Carneades, 406. b 407. a
——— Academicus, 782. a, b 800. b
Carnis esus, 283. a. b
Caro cruda ingrata Diis, 485. a
Cassii exitus, 228. b
Cassiopea, regionis nomen, 831. a
Cassius Longinus, 390. a
——— Severus, 790. a
L. Cassius Hemina, *ibid.* a
Castoris & Pollucis Natalis, 182. b
Castricius, 51. b & 196. a
Castus substantive, 197. b. & 279. a
- - - idem quod Græcis ἁγνεία, 484. a
Cataphractus eques, 138. b
Catapulta tela jaciebat, 352. b
Catejæ, tela Gallica, 509. a
Cato (M. Porcius) 280. b
M. Cato censorius, 615. a
Cato Major, 800. a
Catoniana regula, sententia, in jure, 604. a
Catonis oratio contra Ser. Sulpicium Galbam, 78. a & 619. b
——— Originum libri, 378. a
——— oratio, qua legem Voconiam suasit, 760. a
Q. Catulus, 146. a
Catus liber M. Varronis, 300. b
Caudex, vel codex ligni, 307. a
Cavernula, id est *rima*, 688. b
Causæ criminales, 49. b
Causam conscire, 750. a
Caurus, ventus, 170. a
Cautiones, 266. b
Celeratim, 573. a
Cella Jovis Capitolini, 374. a
Cellarium, 260. b
Censio hastaria, 518. b
Censorii libri, 145. b
Censores ne quis sine uxore esset maxime curabant, 301. a
Censores, 658. b
——— quomodo cives noraverint, 737. b
Censorum officium, 50. a
Censorum munus, 252. b 253. a
——— auctoritas, 276. b
Censura equitum, 219. b
Census, qvis dicebatur, 405. a
- - - civium maximus, 691. a
- - - minimus, 731. b
Census, 864. b
Centussis qualis nummus, 691. b
Centussis emere, *ibid.*
Cephalœonis Epitome historica, 4. b
Cephisia urbs, 32. a
Cephisiæ, 822. a
Ceratinæ responsiones, 217. a
Cercyon, 694. b
Cereales ludi, 807. b
Ceres, 358. b
Cerimonia unde dicta, 280. a
Cerus antiquis *Sanctus*, 280. a
Χαίρειν ἐν θυμῷ, 70. a
Chaldæi, 63. b 632. a
Chaldæorum antiquitas, 633. a
Χαμαιδικασταί, 254. b
Chamæleon, 481. a
Chares Mytilenæus, 305. a
Cherisiphron, architectus templi Dianæ, 138. a
Chilo, 38. a
- - gaudio obiit, 242. a
Chirurgi antiquis medici dicti, 559. b
Χιτωνίσκοι, 48. b
Χλανὶς, *ibid.* a
Chordæ aliquando sponte sonant, 442. a
Χοίνικα χαλκείων, 176. a
Χολὰς, 554 b
Chrysippus, 37. b 187. a 531. a 556. b & 651. a
Chryses comœdia Pacuvii, 296. b
Cibaria lex, 186. b
Cicatrices aversæ, 147. b
Cicero, 90. a 423. a
- - quando occisus, 704. b
Ciceromastyx, 746. b
Ciceronis & Demosthenis mors, 48. a
Ciceronis libri ad familiares, 114. a
Cicones Thraciæ populi, 36. b
L. Cincius Alimentus, 368. a
Cinctum viris, cingulum mulieribus proprium, 485. a

Cinna poëta, 453. b. & 848. a
Circius ventus, 171. b. & 174. a
Circulus æquinoctialis, 168. b
Circumsititium, 504. a
Cisium vehiculi genus, 401. a
Cisternæ, 146. b
Citare quomodo leges ex XII. consueverint, 865. b
Cithara, 69. b
Citium urbs Macedoniæ, 430. b
Civem Romanum verberare non licuit, 470. a
Civiliter, 9. a
Civis duarum civitatum nemo esse potest, 749. b
Civitatis jus habebant Socii, & Latini omnes, 269. b
Clamitare in foro qui soleant, 643. a
Clamor militum *baritus*, 70. b
Clamosus, 237. a
Clarissimi Viri qui Romæ dicti, 111. a
Classes, in quibus divisus Populus Romanus, 404.
Classis procincta, 68. b
Claudere, 59. b
- - - id est claudicare, 647. a
Claudia Appii Cæci filia, 475. a
Claudius pomœrium potulit, 596. b
Claudius Quadrigarius 55. b &c.
Cleanthes, 37. b
Clearchus, 287. b
Clemens vita, 71. a
Clementia, qualis virtus, 387. a
Clientes, & patroni, 326. b & 327. a
P. Clodius, 142. a
Cocio, 723. b
Cocles, id est μονοφθαλμὸς, 270. a
Cœli constitutio fere nunquam bis eadem fuit, 636. a
Cœlius Antipatrus, 464. b
- - - Tribunus plebis, 87. a
Coëmptio, id est imaginaria venditio, 363. b
Cœrato, id est, *curato*, 262. b
Cognitores, 53. b
Cogo, 159. b
Cohibilis, 744. a
Cohors, vocabulum rusticum, 64. a
- - Studiosa, 462. a
Coloniæ, 737. b
Color Floridus, 227. b
- - Surdus Florido contrarius, *ibid.* b
Color phœniceus, 227. b
Colores omnium philosophorum ingenia torserunt, 188. b
- - - varii, 190. a
- - - cuique numini proprii, 358. b
Columbulatim, 882. b
Comœdiæ auctoribus Ædilibus quando ederentur, 182. b
Comitia habituri consules, edicta proponebant, 597. a
——— Tributa &c. 598. b. & 700. a. & 702. a
Comitia, & *concilia*, differunt, 701. a. b
Comitiatum avocare, 599. a
Comitium, 110. a.
——— foro conjunctum, 270. a
Commune aliquid esse quadrupliciter dicitur, 584. b
Communis Deus, sensus, literæ, 584. b
Compedes, 871. a
Compita, 109. b
Compitalia, 506. b
Complacet, complacitum, 107. a
Complures servi, populi, 343. b
Compluria, 343. b
Comperendinatio, 642. b
Concepti agere, 540. b
Conceptis verbis jurare, 183. a
Conciliabula, 55. a
Concinnare, 250. b
Concinnitas, 188. b
Concio, 559. a
- - pro cœtu hominum in concione, 819. a
Concionabundus, saltabundus &c. 534. a
Condicere, 348. a
Confertus, 294. b
Congerere, idem quod nidificare, 199. a
Congius, 239. a. & 804. a
Conjicere causam, 320. b & 750. b
Conjugii finis, 267. a
Connivere, proprie quid, 128. b
Con particula in compositione, 158. b
Conscisscere, 492. a
Consistere, in judicio, 320. a
——— *causam*, 320. a
Consipio, 379. a
Consortium, dissortium, exsortium, 65. a
Constitio, 2. b
Consuevisse, hoc est rem habuisse, 178. b
Consultorum eventus cui tribuamus, 98. b
Consul designatus, 282. a
Consules à tribunis in vincula duci potuerunt, 592. b
Contagium, 564. a
Contente, 214. a
Contumeliam facere, 564. b
Convasare, 615. b
Convenire in manum mariti, de uxoribus, 267. b
Convivator quis, 590 a
Convivii magister, Dominus, Rex &c. *ibid.*
Conviviis psaltriæ &c. adhibitæ, 847. a
Conviviorum præfecti, aut Symposiarchi, 419. b
Convivium Jovis, 562. a. b
Copia, pro annonâ, 750. a
Copiari, *ibid.*
Cor non comedendum Pythagoræ dictum, 287. a
Corax rhetor, 319. b
Corinthiæ mulieres, 60. a
Cornelius Nepos, 415. b
L. Cornelius Sisenna, 459. b
L. Cornelius Sulla, 77. b
Corn. Nepotis Vita Catonis, hodie mutila est, 527. b
Cornelia Lex, 185. b
——— P. Scipionis filia, 562. b
C. Cornelii auguris historia, 690. a
Cornua & cornicines &c. 67. a
Annæus Cornutus, 134. a
Corona Myrtea, 314. b
- - - navalis, rostrata, classica, 313. b
- - - *plexa*, *plectilis*, *nexilis*, *tonsilis*, *tonsa*, &c. 805. b
Coronæ civicæ commoda, 312. b
- - - capitibus venalium impositæ, 390. b
Coronæ triumphales, 311. a
Coronarius, 293. b
Coruncanius, 65. a
Cotyla quæ & hemina, 239. a
Cranium ubique fere duplex, 346. b
Crassi varii, 81. b
M. Crassus, 314. b
Crates grammaticus, 187. a
Creta provincia, 128. a
Cretenses, 69. b

Crinibus demissis sacrum facere Junoni magnum probrum erat, 268. a
Crispus, 46. b
Critolaus Peripateticus, 406. b & 801. a
Critolaus, 527. a
Crœsi pater Halyattes, 69. b
Crœsus, 791. b
Ctesias, 432. b
Cubus, corpus ex sex lateribus, 104. a
Cumani, 490. a
Cuneus in re militari, 223. a
——— militiæ vocabulum, 477. b
Cunctari & *contari* dicitur, 558. a
Cupressi ramus ante domum funestam positus, 487. a
Curia, 115. a
Curiæ triginta ex instituto Romuli, 339. b
Curiones, 115. a
M? Curius, 65. a
Currus falcati, 310. a
Cursim transire, legere, 8. b
Curulis à curru aut Curibus, 252. a
Cyclops, 433. b. & 694. a. b
Cylindrus lapis, 349. b
Cyno cephali, 435. b

D.

Damnum de luna, 881. b
Dandi casus aliquando subintelligitur, 71. a
Danubius, 476. a
Δασύπους κρέων ἐπιθυμεῖς, proverbium, 98. b
Datus, 329. b
Debere pecuniam, gratiam, beneficium, 46. b
Debitoris pluribus addicti pœna ex leg. XII Tabb. 872. b
Decet nos, & nobis, 461. b
Declamatorum præfandi modus, 461. b
Decretus, 856. a
Deculpare, 852. a
Decuriæ Judicum, 641. a
Decursus ludicri 388. a
Dedicare, 402. a
Defrutare, 132. b
Dehonestamentum, 195. b
Dei quidam ne obessent placati, 323. b
Dejerare, 414. b
Delicia in numero singulari, 843. b
Delinimentum, 305 b
Delphin aculeos non habet, 396. a
Delphini homines amant, 394. a
Delphinos occidere apud Græcos grande nefas, 394. a
- - - musicâ mulceri, 745. a
Demades orator, 529
Δημαγωγεῖν idem quod ὀχλοποιεῖν, 238. b
Demagogi in Republica Atheniensi, 47. a. & 238. b
Δημαγωγὸς, 47 a
Demetrius Poliorcetes, 707. a
Democriti & Epicuri sententia de voce, 333. a
——— sententia de coitu, 836. b
Democritus; 307. a & 480. a & 492. a
Δῆμοι, id est *populi*, 238. a
Demosthenes, 48. a & 59. a &c. 423. a
Demosthenis περὶ στεφάνε Historia, 576 a
——— pater, 691. a
Denarius, 60. a
Dentes quot habeat homo, 233. b
Deorum cultus, & religio Senatusconsulto stabiliti, 659. a
Depalmatio, 863. a
Deportationem quis primus in Rempublicam introduxerit, 749. b
Deprecor, 370. b & 496. a
Depernere, 415. b
De summo pectore, 303. b & 780. b
Detornatus, 442. a
Deus an cogat voluntatem humanam, 350. a
- - id est Liber Pater, 459. b
Dexippus Cous, sive Dioxippus, 777. b
Diagoras Rhodius, 242. a
Dialectus præcipuæ, 131. a
Dialectica, quid sit, 709. a
Διαμυλλαίνειν, 811. a
Diana, quasi Dea Jana, 323. b
Dianæ Ephesiæ templa tria, 138. a
Διαςύρακοι, 435. a
Diatriba quid sit, 123. a
Dicæarchus, 287. b
Didia lex, 184. a
Die quinti pro adverbio dictum, 506. a
Dierum ratio apud Athenienses, Judæos, Libyas, Germanos, Gallos, 209. a & 213. b
- - - differentia, 274. b
Dies apud Romanos à media nocte incipiebat, 210. a
- - apud Romanos in quot horas dividerentur, 400. b
- - ater, 279. a
- - civilis & naturalis, 209. a
- - criticus, 234. a
- - justi, præliares, 684. a
- - quando finitur ex L. XII. Tabb. 751. b
- - status, & condictus, 716. b
Digamma, 653. b
Dijovis, quasi Deus Jovis, 323. b
Dii, Deæque poëtis pulchri, 624. a
- - limi, 551. b
- - tutelares evocabantur ambiguo nomine si Deus, si Dea, 198. a
- - *vestram fidem*, 612. a
Δίκαιον ἢ τὸ πρέπον, 567. a
Δίκερες, 435. a
Δίκη λειπομαρτυρίας, 684. b
Diligenter loqui, 670. a
Dilucidabit, 200. a
Diluere, 547. a
Dimensio, id est μετρικὴ, 743
Diodorus, διαλεκτικώτατος, 531. a. filiæ ejus eadem arte polluerunt, *ibid.*
Diogenes, 37. b
——— Stoicus, 406. b & 800. b 818. b
Diognetus, 241. a
Diomedes Thraciæ rex, 227. a
Dionysius Siciliæ tyrannus gaudio spiritum efflavit, 242. a
Directum, 44. b
Discerniculum, 783. a
Disciplinosus, & alia ejus generis vocabula, 280. b
Discumbendi ratio, 128. b
Dispalare, 69. b
Disparilitas, 3. a
Divinatio judicum, 132. b
Divisio Populi Romani à Servio Tullio in classes, 404. a

Divisio diei in duodecim Tabulis, 751. a
Divitare, 640. a
Divortii causæ, 96. b
Divortium primum quando Romæ factum fuerit, 799. a
Dolabella, 293. b
Dolo quam aperto Marte vincere major laus apud Lacedæmonios, 541. b
Dolus bonus, & malus, 563. b
Domus Tiberiana, 603. a
Dona vel donaria per Pontificem consecrabantur, 146. b
Δραχμὴ, 60. a. & 865. a
Draco eripit latronibus puerum, 370. a
Δρύφακτος, 300. b
Dubiosum, 321. a
DU, metri causa in compositis inseritur, 553. a
Dupondius, 867. a
Duumviri, Decemviri, Quindecimviri sacris faciendis, 75. a
Dynamis numerus binarius mysticus Pythagoreorum, 105. a

E.

Ea fini, 382. a
Ἐχεμυθος 62. b
Ecnephias, 832. a
Edulcare, 699. b
Effascinatio, 435. a
Effata, 595. a
Egeo, 615. b
Ἐγγαστριμύθοι, 100. a
Egregiissimus, 653. b
Εἱμαρμενη, sive fatum, 246. b
Εἰς πόλιν, pro ἐν πόλει, 57. b
Ἐκ πώγωνος σοφοὶ, 428. b
Ἔκστασις, 126. b
Ἔκτυπος, 263. b
Elæa urbs, 83. b
Ἐλαῖα ξανθή. 192. b
Elegans, 519. a
Ἐλεφάντινος θρόνος, 252. b
Eleusina sacra, 691. b
Eliaci philosophi à quo appellati, 159. b
Elops piscis, 409. b
Elutriare, 722. b
Emancipare, & emancipatio, 74. a & 76. a
Empedocles, 286. a. & 522. a
- - - - Græcis versibus de rerum natura scripsit, 108. b
Endoire, pro inire, 123. b
Endoitium, 123. b
Ennii Erechtheus, 371. a
- - obitus, 801. b
- - cor, pro ipso Ennio, &c. 376. a
Ennius, 519. b. & 698. b. & 275. a
- - ἠδ' ὑφαγητικὰ, 408. a
Ensis Hispanicus, 456. b
Enthymema, 550. b
Ephorus historicus, 235. a
Epicharmus, 38. a. & 88. b
Epicteti libellus, 5. b.
Epictetus, 35. a. & 161. a. & 680. b
Epicurus, 142. a. & 145. b. & 437. a. & 439. a
Epigrammata, hoc est inscriptiones sepulcrales, 117. a
Ἐπισημασίαι, febrium accessiones, 118. a
Epitaphium Mausoli, 494. b
Epulones, 75. a
Eques, pro *equo*, 813. b
Ἐρίστικοι 362. a
Erotopægnia, 185. a
Erraticus homo, 428. b
Ἔρρω, 734. a
Erucius Clarus, 356. b. & 600. b
Eructum, ab inusitato *erugo*, 525. a
Eruditiones, 3. a
Eruditus pulvis. 103. b
Escendere, 488. a
ES. in *es* terminatis verbis, quadruplex genitivus fuit, 458. b
Ἔσπετε ἀντὶ τοῦ εἴπετε, 286. a
Esse in potestatem, vadimonium &c. 57. b
Est videre, 563. a
Esuritio, 711. b
Etesiæ, 173. b. & 174. b
Εὖα, acclamatio in Græcorum mysteriis, 373. b
Euandri mater, 66. b
Euathlus, 319. a
Euclides, 106. b
- - - duo, 361. b
Eudemus, 510. a. b
Euphoniæ ratio habenda, 506. b
Εὐφωνία, id est vocalitas, 59. b
Euphorbus, 287. b
Eupolis poëta, 88. a
Euripides, 382. b & 691. b. & 692. a. b
Euripidis εἰνὼ, 602. b
- - - mater, 691. a
- - - obitus, 797. b
Eurystheus, 134. b
Excetræ delinimenta, 508. b
Excuriare, pro senatu movere, 277. a
Exequi verbis, 482. a
Exerrationes, 665. a
Exosculari, id est blande approbare, 117. a
Ἐξωτερικὰ & Ἀκροατικὰ, 876. a
Exoticum, id est peregrinum, 580. b
Expergere & expergitus, 361. a
Exspirare, 504. b
Exsuperantia, 297. a
Extimum, 469. b
Extorris, 150. a
Extrahere diem, 203. a
Extrilidus, 132. b

F.

Faba putabatur ad mortuos pertinere, 48. a
Fabæ esæ tumultuosa somnia faciunt, 284. a. b
Fabam in sacris Eleusiniis nominare nefas, 286. a
Fabius Verrucossus, 130. b
Q. Fabius, 513. a
——— Pictor, 309. a
Fabricii & Æmilii Epistola ad Pyrrhum, 226. a
Fabricius Luscinus, 84. a. & 275. a.
Fabula & ficta, & vera narratio dicitur, 338. b
Fabulæ togatæ, palliatæ, 33. a
Facere contumeliam, 564. b
Facies, pro faciei, 456. a
Facinus, bonum & malum, 563. b
Factio, hoc est opulentia, 182. b
Fallaciosus, 383. b
Fames magna, unde, 712. a. b
Familia, 64. a
Familiæ nomen aliquando personas & res continet, 384. b
Famuli ad familiam pertinebant, 259. b
Fannia lex, 184. a
Farreatis nuptiis in matrimonium convenire Flamen Dialis debebat, 487. a

Fasces

Fasces lictorum, 471. a
- - quomodo mutaverint consules, 153. a
Fascinum, 455. a
Fastigia vocantur accentus, 581. b
Fati & Naturæ nomine quid significetur, 574. a
Fatum, 245. b
Faviſſæ etymon, 146. a
- - - ſubterraneæ, 146. a. b
Faunus Saturni nepos Latio imperavit, 342. b
Favorinus philoſophus, 43. a
- - - ex Gallia oriundus, 171. b. & 523. a
- - - an ſophiſta fuerit, 778. a
Fax prima, 211. b
Feminæ an poſſint hæredes inſtitui, 404. a
- - - ſedentes cænabant primo, poſtea accumbebant, 128. b
Feneſtella, 703. b
Fenus, unde dictum, 735. b
Fere, 266. a.
Ferentinum, 468. b
Feriæ æſtivæ, 461. a
- - denicales, 715. b
- - ſtatæ & conceptivæ &c. 186. a
Fermentum, 486. b
Ferre ſententiam, 298. a
Fertum ſive ferctum; 485. b. & 486. a
Ferum ferrum, 729. a
Feſti dies qui, 183. b
Feſtinare, 738. a
Feſtinum conſilium, 116. a
Feſtivus, 111. b
Ficedulæ, 675. a
Fidem implorare, 471. b
Fides, pro chorda, 441. b
Filium caſtigare, non vero occidere, ex Jure novo licitum, 339. b
Filum, pro lineamento, 62. a
- - virginale, mulieris, 651. b
Fine & fini, 44. b
Fiſtula, 71. b
Flagitare, 761. a
Flamen Dialis, 484. &c.
- - - Quirinalis, id eſt Martius: 358. a
Flamines, 74. b. & 700. b
——— Diales, 77. b
Flaminica Dialis univira eſſe debet, 487. a
Cn. Flavius, 359. a
Flavus color, 192. b
Floces, 525. b
Flora, 453. a
Floralia. 452. b
Floria res, 453. a
Flos vocatur id, quod maxime cujuſque rei decorum eſt, 674. b
Foculum, 101. b
Fœtutina, *Moletrina* &c. 505. b
Folia, quibus ſpumam auferebant ruſtici, 132. a
- - - quarundam arborum ſolſtitio æſtivo vertuntur, 441. a
Formido, in venatione, quale inſtrumentum ſit, 423. b
Fortaſſean, 527. a
Forum qualis locus, 110. a
Fraceſcere, 525. b
Fraudes vitiorum, 34. a
Frequentamentum, 71. b
Fretum, à fervendo dictum, 469. b
Frons, id eſt, initium aciei, 477. a
- - - in feminino & maſculino genere, 677. a
M. Fronto, 188. a. b
Fruniſci, 749. a
Fruſtrari, & *fruſtra eſſe*, 806. b
Fucus, 882. b
Fugitivorum pœna, 329. b
Fulgur cum fulmine ſæpe confunditur, 270. a
Fulguritorum locorum expiationes, *ibidem*
Fulica, avis aquatica, 825. b
Fullones, 722. a
M. Fulvius, 519. b
Funditores, 425. b
Fundus, id eſt auctor, 845. a
Funeris familiaris causâ conſcriptus miles excuſabatur, 715. b
Funus publicum, 669. b
Furcæ Caudinæ, 121. a
Fures, à *φώρες*, 99. b
- - quomodo occidere liceat, 539. b
A. Furius Antias, 825. a
Furor uterinus, 678. a
Furta apud Ægyptios certa conditione tolerabantur, 541. a
Furti tenetur cujus ope furtum factum eſt, 540. b
Furtivas res quærere in domo aliena quomodo licitum, 540. a
Furtivum, 762. a
Futurum, 54. a
Fuuiſſet, *fluuida* &c. pro *fuiſſet*, *fluida* &c. antiquitus, 552. b

G.

Gabius Baſſus, 227. a
Γαλαξίηνοι, 285. a
Galerus, 192. a
——— pro galea; 192. a
Gallus Aſinius, 746. a. b
Gaudere gaudia, 447. b
——— in ſinu, 70. a
Gaudio plures quam triſtitia mortui, 242. a
Gaudium immoderatum, 379. b
Gavia gens, 227. a
Gela Siciliæ oppidum, 362. b
Cn. Gellius, 151. b. & 613. b
Geminus Servilius, 552. a
Genethliaci, 632. a
Geniatus, 858. a
Genitivus pluralis quorundam verborum inuſitate in IUM finiens, 514. a
Geometria, 741. a
Geometrica, 63. b
Germani longis gladiis utebantur, 455. b
Geſtio, 124. b
Gigantes fuerunt, 232. b. & 233. a
Gignere & parere aliquando confunduntur, 247. b
Gladiatores, 383. a. b
Glandibus antiquiſſimi in cibum uſi, 312. b
Γλαυκῶπις Minerva, 193. b
Globi flammarum, *incendii*, 772. a
Globus, in militia quid, 478. a
Gloria, in plurali numero, 196. b
- - - quinam de illa ſcripſere, 671. b
Glorias flare, 35. a. & 196. a
Gordianorum villa, 94. b
Gorgias profitebatur ſe ex mala cauſa bonam facturum, 51. b

Gorgias Leontinus, 308. b
Gracchi, Tiberius, & Cajus, 371. b
C. Gracchus, 55. a & 467. a & 529. a
Gracchus (Sempronius) 379. b
Graculo nihil cum fidibus, 10. a
Græcorum sacra ex Oriente petita, 118. b
Græcia, 493. b
Granius præco, 294. a
Grandia ingredi, 450. b
Grassari, 519. b
Gratia bona, & mala, 563. b
Gratiam referre & habere, 46. a
——— facere decreti, argenti, &c. 76. b
Griphus, 34. a
Gromatica ars, 63. a. b
Grues ex Melo insula Romam vectæ, 408. b
Gustus sedes tam palatum quam lingua, 675. b
Gymnicum certamen erat virorum, & puerorum impuberum, 691. b
Gymnosophistæ Ægyptiorum, 126. a

H.

Hadrianus scripsit libros Orationum, & Sermonum, 736. a
——— unde originem duxerit, *ibid.* b
Hædi pulcherrimi in Media insula nascuntur, 408. b
Halyattes Crœsi pater, 69 b
Hannibal, 274. a
——— quare sedem belli in Italia ponere voluerit, 375. b
Hamilcar, 274. a
Harmonia poëtica & oratoria, 46. b
Harpagus, sive Harpalus, 489. a
Harpocrates silentii Deus, 63. a
Haruspices, 56. b
Hasta Romanis & Sabinis Martis simulachrum, 272. a
—— pura, 148. a
Hedera, 485. a
Hegesias, 432. b
Hellanicus, 37. b
Herclo non cito antiqua Juris formula, 65. a
Hercules, 31. a & 692. a
Herculis sacro mulieres interesse non licet, 524. a
Herediolum, 840. a
Hermaphroditi, 437. b
Hermippus, 237. a
Herodes Atticus, 32. a
Herodoti Musæ, 4. b
Herodotus, in historia nullius pretii, 232. b
Herophilus medicus, 365. a
Herostratus templum Dianæ primum incendit, 138. a
Hesiodi ætas, 235. a
Hesiodus, 88. b & 790. a
Hiberus fl. 174. a
Hierocles, 439. a
Hipparchus, 429. b
Hippias, *ibid.* & 792. a
Hippocrates, 777. a & 794. a
Hippocrates circiter viginti fuerunt, 654. b
Hircosus, 549. b
Hispania, veteribus quoque Spania, 456. b
Histrio, unde dictus, 49. a
Histriones, 390. a
Homeri ætas, 235. a
——— patria, 236. a
Homerus, 790. a. b
Homines singulis sæculis non decrescunt, 233. a
——— primi vegetiores fuerunt, *ibid.*
——— decimo mense nati, 247. b
Honos bonus & malus, 564. a
Honores & magistratus, 52. b
Hora Quirini, 611. a
Horæ apud antiquiores ignotæ, 209. a
——— olim Romæ ignotæ, 215. a
Horarum nomen quando Romæ innotuerit, 751. a
Horatius Cocles, 270. a
Hordea, in plurali numero, 843. b
Horologia quando primum Romæ adhibita, 215. b
Horologium Siculum, 215. b
Horoscopum Anaximander invenit, 216. a
Hortensius, & 48. b. 841. a
Hospitalis tessera, 327. a
Hyades in cornu Tauri, 586. a
Hycella, Elea, Velia, eadem, 489. a
Hyginus, 83. a & 488. a
Hyperion, 403. a
Hypobolimæus Chærestratus, &c. Cæcilii fabula, 686. a
Hypsicrates, 735. b
Hyrcanus, 74. a

I.

Jacchus χυαμήτης, 286. a
Jacens auris, 58. b
Jani templum, 93. a
Jannelius Turrianus, 482. a
Janus, nomen loci, 92. b
Jaspis fulva, viridis, purpurea &c. 192. a
Ἰχώρ, 130. b
Idiota, id est privatus, 35. a
Idulia sacra, 185. b
Jejuna anima, 180. a
Ἱερὸς λόγος καὶ ἱερὰ τέχνη, de Chymia, 61. b
Iëtæ dicuntur qui Jon incolunt, 236. b
Ignarum, 455. a. b
Ignavio, & *ignavire*, 739. b
Ignominiatus, 424. b
Illaudatus, 136. a
Ἴλλος & ἰλλαίνειν, 250. b
Illaudatus, 136. a
Imaginor, 742. b
Imbrex, 614. a
Impendio, 374. a
Imperare exercitum, 702. b
Imperia Postumiana, Manliana, 81. a
Improba subtilitas, 572. b
Impubes furtumne facere possit, 539. b
Impugnatus, 52. a
Impulvereus, 314. a
In ante diem, 335. b
Inauditiunculæ, 342. a
Inauditum, id est, quod non audit, 392 a
Inauspicato, id est, inconsulto, 417. a
In casto Cereris consistere, 484. a
Incœnis, 314. a
Incendium bibliothecæ Alexandrinæ, 372. b

Incredulus, 432. a
Incredulæ res, pro incredibiles, 585. b
Indecere, 403. a
Indicare, 402. a
Indictum, 113. a
Indidem, 362. a
In dies, 871. b
Indigetes qui sint, 157. b
Indigitamentum, 279. b 611. a
Indipisci, 70. a
Inducіæ in quod tempus extendantur, 121. b
Inducіæ vocis etymon, 122. a
Inducre animum artibus, 199. a
Indulcare, 699. b
Indulgeri passive, 2. b
Indurare, 42. b
Inediam tolerantium exempla, 711. a
Ineffigiatus, 770. b
Inermi, pro *inermes*, 748. b
Inexistimatus, 504. b
Infrequens miles, 716. b
Infulæ, 358. b
Inhonestamentum, 195. b
Inimicitia, 844. a
Injuriam facere quam pati turpius, 564. b
Inlatrare, 749. a
In medium relinquere 368. b
Inodora, 391. a
In præsens, 58. a
Inscriptio columnæ supra tumulum Leonidæ, 225. a
Inscriptiones librorum fucati decoris, 3. b
Insecere, 821. b
Insecendo audire, 820. b
Insectiones, 821. b
Insignite, 368. b
Insperabilis, 297. b
Instar, 136. b
Insubide, 33. a
Insubidus, 626. b
Inter in quibusdam compositis pro *penitus*, 127. b
Inter suam ætatem, hoc est inter suæ ætatis homines, 274. b
Interibi, 199. b
Intercedendi jus quibus Romæ fuerit, 658. b
Intercessio Tribunorum, 417. a. & 418. a
Interdicere aqua & igni, 749. b.
Interior, & inferior in accumbendo, 403. b
Interulæ sive subuculæ, 403. a
Intestabilis, 357. b 415. b
Intolerantius, pro intolerabilius, 585. b
Inventa, quæ alius perdiderat, quomodo habenda, 542. a
Jones unde dicti, 430. b
Jovem Lapidem jurare, 107. a
Jovis convivium, 562. a. b.
Iphitus, 31. a
Ira an deceat sapientem, 123. b
Ire factum, 483. a
Iris in oculis, 434. b
Irritus, 518. b
Irroboravit, 109. a
Isatis herba, 193. a
Ἰχθύας, 288. a
Isigonus Nicæensis, 432. b
Isocrates Apolloniates, 495. a
Ἰστρηδοι versus, 655. b
Itali unde dicti, 516. a
Italicenses, 736. a
Iterum, & *Tertio* consul, 465. a
Jubâ caret læna, 329. a
Judex, utrum ex propria conscientia, an vero ex probatis judicare debeat, 644. b
Judices privatarum causarum, 641. a
Judicia centumviralia, 731. a. b
Judiciaria lex, 642. b
Judicis inique & perperam judicantis pœna, 861. b
Judiciorum ultimus terminus ex L. XII. Tabb. 751. b
Jugeri mensura, 385. a
Julia lex, 186. b
Juliani plures, 45. a
Iulius Cæsar, 596. a
Iulius Modestus, 227. a
Iulius Paulus poëta, 112. a
Jumentum, 866. a
Juniores honorem senioribus tribuebant, 153. b
Junius Gracchanus, 660. b
Iuno, 268. a
Juno Curitis, 611. a
- - Kalendaris, 185. b
- - Lucetia, 323. b
Junoni oves & agnæ sacrificabantur, 268. b
Jupiter Ammon, 216. b
- - Anxurus, 324. a
- - capræ lacte nutritus, 5. a
- - Hospitalis, 327. a
- - Lucetius, 323. b
- - Olympius, 31. a
- - unde derivetur, 323. a
Jurare *ex animi sententia*, 307. a
- - conceptis verbis, 402. b
Jurabant viri per Herculem, feminæ per Castorem & Pollucem, quare, 524. a
Jurati judices, 647. a
Juris periti prudentes appellantur quare, 259. b
- - studiosi, pro Jurisconsultis, 568. b
Jus esse, 714. b
Jusjurandum adigere, 414. b
- - pontificium, 363. b
Justidium, 684. a
Jus trium liberorum, 154. b
Juvenis vino novo comparatur, 577. b
Juventius, comicus vetus, 826. a

K.

Kalendæ, 185. b

L.

Labeo Antistius, 73. a. & 75. a 875. b
Laberius mimographus, 57. a 237. b. & 781. a
Labias coërcere, 474. b
Labiis ductare aliquem, 811. a
Laconum Resp. ad rem militarem composita, 541. a
Lacere antiquum verbum, 268. b
Lacuna, 42. a
Lac quomodo generetur, 545. a
- - retentum putrescit quare, 544. a
C. Lælius, 164. b
Lævius poëta, 185. a & 841. a
Laïdis amatores, 59. a. b
Lampadio grammaticus, 814. b
Lance & licio, 540. a
Lancea à λόγχη, 146. a
- - Hispanici teli genus, 706. b
Landsknegt, unde deducta vox, 706. b
Lascivæ, id est *floridæ*, 549. b
Latium, 33. a & 268.
Latrare alicui, 374. b

Latinæ feriæ, 660. a
Laudare, ſimpliciter pro nominare, 137. a 888. b
Lavinium, 490. a
P. Lavinius, 886. a
Lavo, olim tertiæ conjugationis, 187. b
Lebadia urbs Bœotiæ, 554. a
Leæna, cujus rei ſymbolum ſit apud Ægyptios, 582. b
Lecticis quando primum viri uſi, 468. b
Lecti Soterici, & Archiaci, 550. a
Lectica mortui efferebantur, 469. a
Lectus adverſus, 728. a
Legatus, 127. b
Legebatur ad menſam apud antiquos, 168. a 590. a
Leges ædium, 658. a
- - nauticæ Rhodiorum, 377. a
- - pacis Antiocho oblatæ, 571. b
- - XII. Tabularum, 860. b & 861. a
Legis actio, 339. a
- - Juliæ quædam capita, 154. a. b
Legiſlatores, qui divini numinis inſtinctum fingebant, 695. a
Λείβειν, ἢ λίβειν, 9. a
Leonidas poëta, 161. a
Lenæo grammatico Saluſtius diſplicuit, 510. b
Lenæus grammaticus, 784. a
Leones jubati ſunt generoſi, 329. a
Leonidas Lacedæmonius, 224. b
Leonis indoles, 583. b
Lepidus, & feſtivus quid differant, 116. a
Lepus, 97. b
—— ex Siculo λέπορις, 187. b
—— *tute es & pulpamentum quæris*, 98. b
Levitas, 399. a
Λευκονότει venti, 174. b
Λευκη. hæc vox ex quinque primis literis primorum verſuum ultimi libri Iliados efficitur, 656. a
Lex Æbutia, 731. a
- - Atinia, 762. b
- - de debitoribus in XII. Tabb. 872. b
- - Fannia, 674. a
- - Hortenſia, 701. b
- - in laudem proborum advocatorum, 51. a 642. b
- - Julia, 154. a & 269. b
- - Licinia, 184. a. b 385. a & 674. a
- - omnium prima in XII. Tabb. quomodo inceperit, 865. a
- - Papia Poppæa, 75. b
- - Porcia, 470. b. 471. a
- - Sempronia, 470. b
- - talionis, 730. b. & 863. b
- - Voconia, 404. b. & 760. a. & 864. b
Λεξιδρηεῖν, 145. b
Libare, & libatio, 9. a
Libentiæ ſive Lubentiæ, 665. b
Liberi, de uno tantum libero, 151. a
- - - qui ex libero matrimonio nati ſunt, 151. a
Liberis libri inſcripti, 2. a
Libra argenti, quanti æſtimaretur, 277. b
Librarii, 810. b
Libri Sibyllini ubi ſervati, 102. a
-- non multi ſed boni legendi, 7. b
Liburni re nautica, & piratica clari, 755. b
Licetne amteſtari formula, 684. b
Licinius Imbrex, 614. a & 698. a
Licinius Stolo, 384. b
C. Licinius Calvus, 848. a
Licium, 551. a. b
Lictor, colliga manus, formula, 551. a
- - - unde dictus, 550. b. & 551. a
Λίγχω, 317. b
Linea vox architectonica, 7. a
Lingua exerrare, 456. a
Lingua, id eſt caput promontorii, 296. b
Linguas duarum & viginti gentium percalluit Mithridates, 785. a
Linus, 38. a
Liquens fides, 814. a
Litem præſenti addicere, 751. b
Literæ ſtigmate capiti impreſſæ, 769. b
Lituus, 3, 6. a. & 68. b. & 317. b
Livius Andronicus, 185. a & 246. b
—— Saluſtio iniquus, 511. a
Locuples, 474. a
Λογοι συμποσιακοὶ, 590. a
Longævus, 155. b
I longum per EI ſcriptum, 158. a
Lora, 504. a
Loris cædebantur ſervi, 124. a
Lua Saturni, 611. a
Lucere flammam, 850. a
L. Gellius, 313. a
Lucilius, 41. a & 91. a & 406. a
Lucretius, 108. b. &c.
Luctatores, 242. b
Lucus proprie ſylva ſacra, 32. a
Ludi Circenſes ſive Romani, 183. b
—— calculorum, & teſſeratum, 104. b
—— gladiatorii Romæ plures, 559. b
—— Megalenſes, 182. a
—— plebeji, *ibid.*
—— Saturnales, 183. b & 167. a
Luna totum Zodiacum menſtruo ſpatio percurrit, 105. b
Lunæ curriculum, 230. a
Lunaris menſis triplex, 106. a
Lunus & Luna, 198. a
Lupus, à λύκος, 98. b
Luſcificare, 493. b
Luſcitio, 264. b
Luſcius, 698. a
Luſtrum, 294. a
Q. Lutatius Catulus, 825. b & 849. b
Luteus color, 193. a
Lutum herba, 193. a
Lux liquida, 185. b
Lyceum, 369. a
Lyra ſæpe cum cithara confunditur, 69. b
Lyræ & plectri uſus an ſatis ingenuis conveniat, 688. b
Lyſias, 133. a

M.

Macetia, Macedoniæ pars, 430. b
Macrobii præfatio Saturnaliorum, 9. a
Madidus artibus, 585. b
Mænia columna, 219. a. b
Magiſterium, 580. a
Magiſtratibus in provincias proficiſcentibus neceſſaria de publico proſpici ſolebant, 668. b
Magiſtratus curules, 252. a
—— minores ex ſubſellis jus dicebant, 110. a
—— Romani, 657. a. b

Magnam partem, id est, *magna ex parte*, 110. b
Maja Vulcani uxor, 611. b
Malaxare, & *commalaxare*, 722. b
Malibare, 42. b
Mammæ & ubera aliquando confunduntur, 544. a
Manceps, 74. a
Manes, 494. b
Mancipatio, 338. b
—— & in jure cessio diversa, 339. a
Mancipium, hoc est dominium per nexum acquisitum, 267. b
C. Mancinus, 398. a
Manlia gens patricia, & plebeia, 455. a
Manlius Imperiosus, 457. b
Manlius Torquatus, 81. a
Manlius vel Mallius, 214. b
Manuare, pro annuere, 723. b
Manubiæ, 617. a
Manucolus, vel *manucula*, 841. b
Manupretium, 615 b
Marathonia pugna, 792. b
Marcius Coriolanus, 702. a
Maris mediterranei ostium circiter LXX stadiorum, 512. a
Μάξιμαρος hoc est λευκὸς, 194. b
Marmor de aquis maris, 194. b
Mars & Quirinus confunduntur, 358. a
—— Quirinus, 272. a & 611. b
Marsi, 733. a & 734. a
Martis Ultoris templum, 451. b
Mater Deûm, 182. a
—— *familias*, quæ sit, 816. a
Mathematicæ disciplinæ voluptas, 727. a
Mathematici, 63. b
—— describebant figuras suas in abaco pulvere conspersо, 103. b. & 632. a
Mathematicos (adversus) argumenta, 632. b
Matrimonia Reip. fulcra, 51. a
Matrona, quæ dicatur, 815. b
Mattius (Cnejus) 355. a
Mattius poëta, 46. a
Maturare, 479. a
Mausolus Halicarnassi Rex, 493. a & 494. a. b
Mechanicæ artis eximia exempla, 482. a. b
Medici in pulsu ῥυθμὸν posuere, 47. a
—— in singulis gladiatorum ludis erant, 559. b
Medicina musicâ facta, 233. b
Medicinæ rei, pro *medicæ rei*, 784. a
Megalensia, 807. b
Megaræ in plurali numero, 362. a
Megaricorum secta, 362. a
Melissus, Ælius, Lenæus, Cajus, 814. a
Melos, quæ pars Musicæ, 743. a. b
Membrum, 449. b
Memini cum præsenti infinitivo, 458. a
Memmius, 848. a
Memnonis statua, 442. b
Memoria admiranda, 423. a
Memoria etiam bestiis, sed reminiscentia hominibus tantum tribuitur, 422. b
—— admiranda, 425. a
Menander, 175. a & 756. a. b
Menandri obitus, 798. a
Menalippe Ennii fabula, 322. a b.
Mendacium dicens, in eo falli potest, 530. a
Mendicimonium, 721. a
Menippus Cynicus, 159. b
—— servus, & satira Menippea, 96. a. b
Mens, 126. b
Mensa secunda etiam *pomorum* dicta, 591. a
Mensibus Julio & Augusto, res judiciariæ cessabant, 461. a
Merope, 382. b
Meta, 104. a
Q. Metellus Numidicus, 363. a. 50. a & 564. a. b & 625. a
—— primus curru in curiam vectus, 252. a
Metempsychosis, 61. a
Metoposcopia, 62. a
Metrica, 743. b
Metrodorus, 418. a
Migrare nidum, 201. a
Milesiæ virgines, 678. a
Mille, an dicatur in numero singulari, 888. a
Milicus, 274. b
Milites Castriciani, 51. b
—— scripti, 715. a
Militum dilectus, 713. b
Milo Crotoniensis, 687. b
Mina, quantum valeat, 308. b
Minerva, 198. a
Minervæ festum, 167. a
—— peplus, 4. b
Ministri magistratus, 551. a
C. Minucius, 416. b
Mithridates antidotus, 528. a. b & 784. b & 785. a
Mitra, 404. a
Mobilis de homine, 696. b
Μογιλάλος, 263. a
Μοῖρα idem quod μερὶς, 245. b
Μοῖρα mathematicis quid, 246. b
Molæ aquariæ, 218. b
—— asinariæ, trusatiles, vel manuales, 218. b
—— Deæ, 611. b
Molech, 274. a
Monile, 310. b
Μονοκωλα ædificia, 435. b
Monstra sine cervicibus, aut capitibus, 436. a
Morbi quidam totius corporis sunt, 263. a
—— & vitia quid differant, 262. b & 265 b
Mori sua morte, 576. b
Morientem mori, 365. a
Mors naturalis, fatalis, immatura, 574. a. b &c.
—— violenta, 575. b
Morta, eadem quæ Μοῖρα, 246. b
Mortualia, 817. a
Moses, 251. a
Μυεῖν, 183. a
Mulier non potuit hæres institui, illi qui centum millia sestertium possideret, 656. a
Mulieres antiquo jure in perpetua tutela, 327. b
—— quæ plures liberos uno fœtu enixæ sunt, 466. a. & 467. a
Mulieris semel enixæ symbolum est lorna, 582. b
Mulierum jus in marito adultero, 505. b
Μύλαι & ἐπιμύλιον, 218. b
Mummius Achaïcus, 491. b
Mundi vertices, sive poli, 230. b
Mundus muliebris, 256. a

Mundus à quo ſecundum veteres ſapientes conditus, 345. b
Munitare, 183. a
Munus honorarium, 737. a
Murcia Venus, 314. b
Murenæ Tarteſſiæ & Siculæ, 409 a
Mutius Scævola Juriſconſultus, 212. a
Muſæ, 118. a
Muſica, 63. b. & 741. b. & 43. a
——— corporis & animi morbis medetur, 289. b
——— veterum, 234. a
Muſonius philoſophus, 303. a & 428. b. & 708. b
Mutui aut debiti probandi modus, 643. a
Mutuitare, 183. a
Mutitare, 807. b
Mycenæ, 491. a
Myops, 264. b

N.

Nævius, 117. b & 162. b 799. b & 800. a
——— Uticæ obiit, 219. a
Nævus, id eſt ὑπερτάρχασις, 544. a
Nani, 857. b
Natali die convivia agitare ſolebant veteres, 846. a
Natta, cognomen Pinariorum, 723. a
Naucrites, 494. b
Naves quibus rebus Græci ſuerint, 755. b
Naupactum, 395. a
Navius, id eſt ſtrenuus, 419. a
Neceſſitas, & neceſſitudo, 577. b
Nefaſti dies, 335. a
——— pro atris, 279. a
Negotia ſordida, 74. b
Νέτοδις καὶ νεομαι, 97. b
Nequam, 382. b & 400. b
Neratius Priſcus, 269. b
Nerio Junonis Curitis Filia, 611. b
Nero Claudius, 315. b
Nero, id eſt lingua Sabina, fortis, 613. a
Nervi, 441. b
Neſcia loca, tributa, 454. b
Neſcis quid ſerus veſper vehat, proverbium, 588. a
Neſcium periculum, 834. b
Nicomedes, 528. a. b
Nicoſtrata, Euandri mater, 66. b
P. Nigidius Figulus, 230. a & 356. b & 473. a & 812. b
Nimium quantum, 60. a
Nobiles, aut Senatorii ordinis non omnes patricii, 543. a
Noctis partes, 211. b
Noctu & diu, 421. b
Nodus in re militari, 223. a
Nomen accipere in comitiis, 370. b
Nomen, cum adjuncto accuſativo, 705. a. b
Nomina, quæ ad inferos pertinent pleraque ex oriente profluxerunt, 118. b
Nomophylaces, 50. a
Non cuivis homini contingit adire Corinthum proverbium, 60. a
NON LIQUERE, antiquorum judicum formula, 647. a
Notare ſibi, 754. b
Notificare, 430. b
Novenarius numerus, 105. b
Novellius Torquatus, 804. a
Novi Teſtamenti capita, 12. b
Novius Atellanarum ſcriptor, 682. a
Novus annus, qui dicatur, 802. a
Noxa ſolutus, 262. b
Nuces Thaſiæ, 409. b
Νυκτάλωψ, 264. b
Numerus octonarius, 105. a
——— ſeptenarius, 229. b
Nundinæ, 872. a. b
Nuptialia munera generis ſoceros mittere lege prohibitum, 723. a

O.

O facile in A mutatur, 146. a
Obdulcare, 699. b
Obelus, 104. a
Obeſus, 841. a
Obex ab objiciendo, 296. a
Obicibus, pro objicibus, 295. b
Oblatum furtum, 540. b
Obnuntiatio, 210. b
Obnoxiæ penæ, 411. a
Obnoxioſus, 412. b
Obnoxius, 410. a & 411. b
Ὀβελός, 60. b
Obſcœnæ aves &c. 596. b
Obſidionalis corona, 312. a
Obſtiti, 305. a
Oculi glauci, 434. b
Oculis faſcinandi vis ſecundum veteres ineſt, 735. a
Offendices Flaminum, 74. b & 485. a
Οἰσοφάγος quæ pars animalis, 775. b
Oleaginea corona virtutis cauſa militibus data, 311. a
Oleum an congelaſcat, 765. a
Oliva flava, 192. b
Ὀλυμπιονίκαι corona oleaginea donabantur, 242. b
Olympia antea Piſa dicta, 31. a
Olympias, 373. a
Olympiadis epiſtolæ, 579. b
Olympiades, 31. a
Omen, ſemper de præſenti dicitur, 640. b
Ὃν μὴ γένοιτο, abominandi formula, 387. b
Ominalis dies, 335. b
Oneſicritus, 432. b
Ὄνος lapis molaris, 218. b
Onyx, gemma, & marmor, 842. b
Opici pro imperitis, 166. b
——— antiquiſſimi Italiæ populi, *ibid.*
Opicus, id eſt, *rudis*, 537. a
Opicus, adjectivum, 566. b
Opilius (Aurelius) 122. b
C. Oppius, 373. a
Opprobrare, 87. b
Optica qualis ars &c. 741. a
Opus quæſito, conſulto &c. 645 b
Oracula Jovis Ammonis certiſſima, 216. b
Ὀρεῖα, 497. a

Orationes in foro habebantur, 589. b
Orationis elegantia qualis laudetur, 506. a
Orator debet vir bonus esse, 51. b
Oratorem Græci Rhetorem vocant, 47. a & 51. b
Oratoris gestus, 49. b
Oratorum & Poëtarum certamina publica in festo Minervæ, 167. a. b
Orcân, quid significet, 832. a
Orcus, Pluto, Charon, idem grammaticis, 118. a. b
Orestes, 233. a & 391. b
Ὄργια, 11. b
Origenes sex M. librorum scripsit: D. Hieronymus perlegit, 235. b
Oropi direptæ per Athenienses historia, 801. a
Oropus urbs, 238. b & 406. b
Orpheus, 38. a
Ortus & occasus, 168. b
Orthius modus, 745. a
Os columnatum, 219. a
Osca dicta, 49. a
Oscedo, 302. a
Osculandi feminas jus quibus, & quare erat, 503. b & 504. a
Osculum columbæ, 882. b
Ostrea Bajana, Brundusina, & Britannica, 49. a
Ὄστρεον, 189. a
Otiosum otium, 853. a
Ovatio, 314. a
Oves genere virili, 517. b
— si mulcta indicta esset boum oviumque semper præponebantur, *ibid.*
Οὐδὲν ὄφελος ἀποῤῥήτου καὶ ἀφανοῦς τῆς μυστικῆς adagium, 629. a

P.

Pacis leges Antiocho oblatæ, 571. b
Pacorus Regis Parthorum filius, 669. a
Pacta virgo, 269. b
Pacuvius, 120. b
Pœnitere, 747. a
Palamedis ludus, 104. b
Palatum saporis sedes, 675. a
Palatinus mons, 255. a
Παλλακὶς καὶ ἐκπαλλακίδιον, 268. b
Pallium Græcorum proprium, 33. a
Palma arbor, 221. b
Palmæ color, 191. b
— præstantissimæ ubi nascantur, 409. b
Pamphila docta femina, 689. b
Panætius, 187. a & 559. a
Panathenaicæ navis velum, peplum vocabatur, 4. b
Pancratium, & Pancratiastes, 242. b
Panda Dea, 612. b
Pando, à quo *pansum* & *passum*, 163. b
— *passus*, *dispansus* &c. 687. a
Πάντα ὀκτώ, proverbium, 105. a
Panyasis poëta, 491. a
Papirius, 115. a
Παράδειγμα, 366. b
Παράδεισος, Persis quid significet, 164. a
Parasiti esurientis querela, 215. a
Parcæ, sive μοῖραι, 245. b
Parcere notat etiam servare, 254. a
Parcus à parcendo, 254. b
Parissimus, 868. a
Parthenius poëta, 623. a
Partilia fata, 245. b
Partitionis, pro, partus, 466. b
Partim Senatorum, pro pars Senatorum, 377. b
— hominum, 481. a
Partula Dea, quæ partui præest, 246. a
Partus octimester, 244. a
Parvitas, 410. a
Pasco, à βόσκω, 146. a
Passis velis, *manibus*, 686. a
Passum, genus liquoris, 504. a
Pastilli, 481. a
Patales boves, 721. a
Patres in liberos jus vitæ & necis ex lege Romuli habebant, 74. a
Patria in nuptiis potestas, 141. a
Patricii, 497. b
Patrimus & Matrimus, 73. b
Pavire & *depavire*, 60. b
Pauli non fuerunt in gente Claudia, sed in Æmiliis, &c. 55. b
Pavones primò è Samo advecti, 408. a
Paupertinus, 866. b
Paupertinus sermo, recessus &c. 656. b
Pectines & Pectunculi pisces, 409. b
Pecudes in Africa qua ratione in singulos annos terna pariant, 656. a
Peculatus, 516. b
Pecuniam ferre non soliti Romani; sed servis id mandabant, 863. a
Pedanei judices, 254. a
Pedibus in sententiam ire, 251. b
Pelamydes sunt thynni nondum adulti, 409. a
Pelasgi, 66. b
Pellis Lutea, 193. a
Pemma, 591. a
Penetro, pro penitus abdo, 330. b
Pensiculare, & *pensitare*, idem, 40. a
Pensitare, 80. b
Pensius, 556. b
Penus, 261. a. b
Penus, in quo à cellario differat, 260. b
- - - penum, penora, 256. a
Peplus proprie palla feminea, 4. b
Peplus quale poëma, 5. a
Percepta, quid sint, 635. a
Perdiccas, 795. a
Perduelles & duelles, 397. b
Peregrinus philosophus, 422. a & 566. a
Perennare, 752. b
Periander, 744. b
Pericles, 41. a
Periculum, pro discrimine & experimento, 563. b
Periodus, 46. b
Περίπραχτος κόσμος, 310. b
Permulctus, & permulsus, 68. b
Perpensatio, 128. a
Persarum ratio vivendi tempore Alexandri Magni, 100. b
Perses, 491. a
Persona unde derivata, 315. a
Pertædeo, personaliter, 35. a
Pertentare, 447. b
Pertinere, pro, pertingere, 86. a
Pertinax, 535. b
Pervigilium, 180. a
Πεύκη, 422. a
Pestis Athenis, 127. a
Petorritum, 706. a
Phædon servus, 159. a. b
Phaleræ, 148. a &
Pharetra, 447. a
Pherecydes Scyrius, 61. a & 30. b

Phi-

Philemon, 756. a. b
Philippei nummi, 101. b
Philippides comicus, 421. b
Philippus Rex, 431. a & 243. a
——— Amyntæ F. 795. a
Philiſtio Locrus, 777. b
Philiſtio Siculus, *ibid.*
Philo, ἄτιμος, 149. b
Philochorus Hiſtoricus, 235. a 692. a
Philolaum audivit Plato, 249. b
Philonicus Theſſalus, 305. b
Philoſophi barbam promittebant, & detrito pallio utebantur, 428. a
——— quibus rebus ut plurimum in victu uterentur, 764. b
Philoſophorum inſignia, 485. b
——— divitum & pauperum vitia, 616. b
——— γνώμας Latini vocant *decreta*, *ſententias*, 806. a
Φιλότης, hoc eſt φιλοτήσιον ἔργον, 248, a
Phocæenſium exules, 489. a
Phocion, 59. a
Phocis, & Phocæa differunt, 489. b
Phœniceus color, 191. a
Phormio Athenienſium dux, 62. a 794. b
Φάτνιγγες, 68. a
Phrygia harmonia, 288. a
Picea, 422. a
Pilei uſus apud Romanos, 369. a
Pinnæ murorum, 426. b
pinſor, 219. a
Pinus, 422. a
Pipulo poſcere, *differre*, 883. b
Piræus, portus Athenienſium, 165. b & 663. b
Piſa Græciæ civitas, 31. a
Piſiſtratus, 372. a & 791. a b
L. Piſo Frugi, 533. a
Piſtores, 590. b
Pittacus, 38. a
Πίτυς, 422. a
Plancus, (L. Munatius) 114. a
Planetarii, 632. a
Planipes, 71. b
Plato, 64. a & 133. b & 249. a & 250. a & 251. a & 779. a & 795. b & 854. a
Platonis liber cui titulus Phædon, 159. a
——— ſententia de voluptate, 436. b
——— Philoſophia, 438. b & 439. a
Plauti obitus, 800. a
Plautus, quando ſcripſerit, 215. b
——— princeps in ſermonibus, 697. b
Plebs pileata in morte Neronis, 389. a
Plebei, 497. b
Pleiades ſtellæ in dorſo Tauri, 587. b
Plerique omnes, 424. a
Πλῆξις τῦ ἀέρος id eſt vox, 332. b
pliſtonices, 328. a
Plumæ in veſtibus, 138. b
Plumarius, 139. a
Plura, & pluria, 343. b
Plutarchus, 29. a & 124. a
Plutarchi commentarii in Ariſtotelis libros de Anima, 45. b
Pluto, 118. b
Poculis indulgebant veteres in ſecundis menſis, 846. a
Ποδοκάκη quid ſit, 539. b
Pœna calumniatorum, 643. b
- - iſtius, qui injuriam alteri facit ex Leg. XII. Tabb. 862. b. & 867. b
Pœnam voluntatis nemo patitur, 384. a
Pœnitent. 304. b
Poëſis Romana, 176. a
Poëtæ in principio Urbis Romæ contempti, 519. b
Pollex preſſus, in amphitheatro ſignum favoris, 331. b
Πολυανδρεῖον locus vocatus, 224. b
Polybius, 407. b
Polycrates, 79. b
Polycrita, 241. a
Πολυμαθίη νόον ἐ διδάσκει, 7. b
Πολυφιλία. 536. b
Πολυπραγμοσύνη, 536. a
polyſtephanus, 432. b
Pomœrium, 595. a. b
L. Pomponius poëta, 57. a
Pomptinus ager, 450. b
Pompylus, 160. b
Pondo, 276. b
Pondo, & *libra pondo*, 414. a
Pontificium, 79. b
Pontius Samnis, 121. a
Populi jus in arena, 331. b
Porcius Licinius, 799. b. &c.
M. Porcius Cato, 78. a 152. a
Porus, 306. a
Poſidippus, 175. b
Poſt inde, 525. a
Poſtliminio reverſus quis dicatur, 414. b
Poſtprincipia, 744. a
Poſtridiani dies nefaſti, 334. b
Poſtverta, 740. a
A. Poſtumius Albinus, 526. a
Poſtumius dictator, 794. a
——— Feſtus, 857. n
——— Tubertus, 81. a
Poſtumi prænomen, 155. b
Poſtumus, 155. a & 156. a
Potus portio, an per aſperam arteriam in pulmones deferatur, 776. b
Præcidanea hoſtia, 273. a
Præcoquis, 480. b
Præda in bello parta erat populi Romani, 298. b
Prædam vendebant & in ærarium redigebant quæſtores urbani, 148. b
Prædes, 416. b
Præfectus Urbi, 357. a
Præfiſcine, 435. a
Præfectos curare tabulas publicas Nero fecit, 621. b
Præfectus urbi feriarum Latinarum cauſa, 663. b
Præmanſum cibum in os inſerere, 257. b
Præmetiva, id eſt, primitiæ frugum, 9. a
Prænomina quædam mali ominis causâ repudiata, 429. b
Pranſus paratus potus, 682. b
Præpetes pennæ, 356. a
Præpes portus, 335. b
Prærogativa ſeniorum & juniorum Romæ quid ſit, 514. b
Præſipio, 379. a
Præſes, 127. a
Præſtigioſus, 407. b & 423. a
Præter fatum mori, 575. b
Prætor, 186. a
——— peregrinus, quando primùm creatus, 731. b

Præto-

Prætores quando habuerint jus convocandi senatum, 657. b
——— lictores habebant, 471. a
Prætoris tralaticium edictum, 253. b
Prætexta puerorum, 115. a. b
Præverbium, 393. a
Πρασις τ βίων Luciani unde petita, 691. a
Precor, 370. b
Primore in libro, acie, 98. b 717. a
——— pro primo, 130. a
Primitiæ sacrorum, 9. a
Proæresius sophista, 662. a
Probi liber, *De Notis Romanorum*, 767. a
Probus grammaticus, 89. b
Procedere, 340. b
Procincta classis, 69. a & 68. b.
Proconsul 127. b.
——— & præses in quo differant, 330. a
Procurare, de prodigiorum expiatione, 271. a
Prodicus rhetor, 692. a
Prodicere diem, 568. a
Profligare, pro *afficere*, 670. b
Profunditas & altitudo in speculis cavis sphæricis quid sit, 743. a
Projectus ad aliquam rem, 90. b
Pro in quibusdam compositis anceps, 158. b
Proletarii, 404. a & 730. a & 731. b &c.
Prolubium, 320. b
Promercalia, 261. b
Properare, 738. a
Propitiandus, 381. a
Proportio apud Mathematicos 31. b
——— hoc est Ἀναλογία, 187. a
Propudiosus, 141. b
Pro præpositionis varia significatio, 520. a, b.
Propugnacula, pro, argumenta, 387. a
Προσῳδία Græcorum, 581. b
Prosum pro prorsum, 204. a
Protagoras, 306. a. & 308. a & 319. a
——— promittebat se ex mala causa bonam facturum, 51. b
Πρότελεια ἡμέρα, 274. b
Provincia, quid sit, 128. a
Provinciarum diversitas, 128. a
Provincias sortiri, 668. b
Proxenetæ, 267. b
Proximus cum accusativo, 210. b
Psaltriæ, 847. a
Psyllus & aspis in Cleopatræ nece celebres, 454. a
Ptolemæus Euergetes, sive Physcon, 820. a
Ptolemæus Philadelphus, 372. b
Ptolemæus Rex Ægyptiorum, 707. a
Puberes ambiguæ ætatis, 691. b
Publius Syrus, 780. a
Pudent, 304. b
Puella, id est mulier juvencula, 543. a
Pugil, 242. a
Pugio unde deducatur, 187. b
Pugillares cerei, 769. a
Pugnare pugnam, 690. a
Pugna ad Salaminem, 793. a
Pugo vetus verbum, 187. b
Pulchros Deos Deasque vocant poëtæ, 624. a
Pulsus, 824. b
Pulvis eruditus, 103. b
——— *ob oculos*, proverbium, 342. a
Pulveraticus, 103. b
Pupilli arrogatio non facile admissa, 340. a
Purpureus color, 189. a
Purum putum, 354. a
Pusulum, & pusum, *ibid.*
Putare, hoc est purum facere, *ibid.*
Puteal, 764. a
Puteus, βυθὸς, 98. b
Pygmæi, 436. b
Pyramides Ægypti, 104. a
Pyra, 487. a
Pyrander, 287. b
Pyrenæi montes, 296. b
Pyrrhoniorum decem τρόποι, 523. a
Pyrricha saltatio, 69. b
Pyrrhus Epirotarum Rex, 797. a
Pyrrhus Rex, 225. a
Pythagoræ dictum de fabas comedentibus, 285. b
——— viginti octo antiquis noti, 654. b
Pythagoras multa à Judæis accepit, 251. a
——— gallinas & teneriores porcellos sacrificavit, 285. a
Pythagoras, 30. b & 38. a & 61. a, b & 287. b & 791. b. &c.

Q.

Quadrantal, 804. a
Quadriga, in numero singulari, 846. a
Quæso tecum, pro, *quæso te*, 164. a
Quæsturæ capiendæ legitima ætas, 661. a
Quantitas literæ aliquando in derivatione mutatur, 336. b
QUANTUM ÆQUUS MELIUS formula, 266. a
Quatuor primi numeri in omni supputationis genere, constituunt sui generis denarium, 231. b
Qui pro *quis*, 402. a
Quiesco, 369. a
Quindecimviri inspiciebant libros Sibyllinos, 202. b
Quinquatrus, 176. a. b
Quintiliani judicium de Pacuvio & Accio, 577. a
Quirinus, pro Curinus, 272. a
Quirinalis lituus, 316. a
Quiritare, 152. a
Quiritius, 611. a
Quis, & *Queîs* pro *Quibus* non dicitur, 79. b
QUOD MINIME VELIM abominandi formula, 387. b

R.

Rabies pro rabiei, 458. a
Rapere in jus obtorto collo, 870. b
Rapidissimum, 480. b
Rarenter, 188. a
Raveo, *ibid.*
Ratiocinari, 370. b
Recentari, 699. a
Recinium, 362. b
Recuperatores, & recuperatorium judicium, 863. b
Referre ad Senatum quibus jus, 659. a
——— de republica, *ibid.*
Regia pontificum, 271. b

Regia Numæ, 272. a
Regina Sacrorum, quæ dicatur, 486. b
Reguli ſupplicium, 353. a, b
Regum ſtatuæ in porticibus ad latera fori, 451. b
Rei militaris ſcriptores, 713. a
— quomodo uſtularentur, 471. b
— veſtem mutabant, barbam capilloſque alebant, 220. a
Relati in Cæritum tabulas, 288. b
Religio, unde dicta, 278. b. & 280. a
Religioſi, qui dicantur, 278. b
Res, latæ apud JCtos ſignificationis, 647. b
— humanas quum cæleſtibus comparant antiqui, quam adhibeant cautionem, 118. a
Reſicare, proſicare, diſſicare &c. 12. a
Reſtio, Antiorum cognomen, 723. a
Reta arbor, 538. b
Retinere, ſive, obtinere auſpicia, 598. a
Retorridus, 705. a
Reviſe ad me, 630. a
Rex ſacrorum, 186. a & 272. a & 486. b & 760. b
Rhetores poſt declamationem domum ducebantur, 662. a
— Roma pulſi, & eorum κακοζηλία, 52. a
Rhetorice ars mentiendi, 51.
Rhodii, 377. b. & 380. b. & 707. a
Rhodanus, 476. a
Rhodienſis civitas, 377. a
Rhodiorum leges nauticæ, *ibid.* a
Rhytmica de quibus rebus agat, 743. a
Rhythmus, 46. b
Rica & *Ricula*, 487. b
Ridicularius & *ridiculus*, 300. b
Rigens, 379. a
Rima, 688. b
Robi boves, 272. b
Robigus Deus, 272. b
— & robigalia, 326. b
Rogationes quomodo peractæ, 498. a
— appellantur leges, plebiſcita &c. 338. b
Romani antiquiores intonſi, 220. a
Romanorum miranda opera, 94. b
— veterum parſimonia & frugalitas, 182. a
Romuleus annus, 248. a
Romulus augurii peritus, 316. a
— ſolum palatium pomœrio incluſit, 595. b
Rubeus color vix dicitur, 189. a
Rufinus bis Conſul, ſemel Dictator, 276. b
Ruſpari, 786. b
Rutilius Rufus, 407. a

S.

Scum tota ſyllaba in quibusdam verſibus abſumi, 553. b
Sabinus Maſſurius jurisconſultus, 261. b & 262. b & 642. b
— medicus, 245. b
Sacerdos corpore integro debuit eſſe, 74. a
Sacerdotes juſtitiæ, de JCtis, 652. a
Sacramentum, æs quod pœnæ nomine pendebatur, 219. b
Salacia, 611. a
Salernum Romanorum colonia, 92. a
Salii Martis ſacerdotes, 75. a
Salſamenta ex thynnis fiebant, 497. a
Saltem, 572. a & 573. a
Saltim, & ſaltuatim, 572. a
Saltare ſicinnium, 875. a
Salluſtius hiſtoricus, 90. a
Salutatio hora prima & ſecunda matutina fiebat, 255. b
Salutatores Romæ, 718. b
Sambuciſtria, 847. a
Samoiedæ, 436. b
Sanctus, 280. a
Sanguis ab utero profluit ad mammas, 545. a
Sanguinis miſſio inter ignominias militares, 477. b
Sanguen pro ſanguis, 224. a
Sapa, 504. b
Sapiens barba, 428. a
— qui eſſe velit debet rebus tractandis ſe immiſcere, 584. b
Sarcinula, 833. b
Sardes urbs regia Cræſi, 318. b
Satagere rerum ſuarum & Satagei, 95. b
Satis, & *Satius eſt*, 337. b
Satyri, 368. a
Saturnalia, 331. b & 167. a & 183. b & 186. a 506. b
Saxa rubra, 400. b
Scævitas, 10. b & 349. a
Scævola (Q. Mucius) 762. b
Scævus unde dictus, 569. a
Scari Cilices, 409. b
Scaurus, 303. a
Sceleris ſupplicium eſt in ſcelere, 566. a
Scelus, & *probrum*, pro homine ſceleſto, & probroſo, 429. a
Scena, 465. b
Scenæ domorum, 466. a
Scimpodium, 851. a
L. Scipio, 416. a
Scipio Africanus, 164. b
Scipio Africanus minor etiam Æmilianus dictus, 219. b
Scitare, 568. b
Scorbutus, 302. a
Scriba, 360. b
Scribæ, 810. b
Scribendi occultè artificium, 767. a
Scribere ad quid, id eſt in aliquem finem, 1. b
Scribilitarius, 590. b
Scriptum facere, 360. a
Scrupus & ſcrupulus, 560. a
Scyllæ duæ, 134. a
— etymon, *ibid.* b
Scytale Lacedæmoniorum, 767. b & 762. a, b
Sectari de philoſophorum diſcipulis, 128. a
Sectio, id eſt redemptio, 617. b
Secundarium, 12. a
Sedere, de judicibus, 643. b
Sedigitus, 214. a
Sedulitas, 52. b
Seleucus Rex, 372. a
Sellæ curules, 252. b
Semiphalarica, 509. a
Sempronius Aſellio, 81. b. & 151. b. & 281. a. & 294. a
Senatorem ſenatu movebant cenſores, 276. b
Senatores legendi modus, 252. b
— qui, 661. a
Senatoris dicentis ſententiam jus, 283. a

Senatum convocandi jus qui habuerint, 659. a
Senatu, pro *senatui*, 293. a
Senatusconsulti forma duplex, 251. a
Senatus Princeps, 253. a
—— Romanus, 658. a &c.
Seneca philosophus, 547. a &c.
Seniores & juniores Romæ, qui dicerentur, 514. b
Sententias rogandi ordo in Senatu Romano, 281. a. b
Sentinare, 831. b
Septem sapientes, 38. a
Sequi, 286. a
Sermocinari, 753. a
Sermones convivales, 590. a
Serpens inauditæ magnitudinis, 351. b
—— ab antiquis cultus, 373. b
Serpentium morsus quomodo curari possint, 397. a
Serra in militia quid, 478. b
Ser. Sulpitius, 145. a
Sertorius, 342. b. & 511. a. & 694. a &c.
Servæ lac pueris præbebant apud Græcos & Romanos, 546. a
Servare de cœlo, 597. a
Servi ad familiam pertinebant, 259. b
—— appellatione à liberis antiquitus distinguebantur, 303. b
—— pileati venditi quid significet, 389. a. b
—— publici à nobilissimis civium denominati, 591. b
Servilius & Serveilius, 554. b
Servius Claudius, 615. b
Servius Pæti frater, 214. b
Servius Tullius, 596. a
—— primum æs signavit, 101. b
—— populum in classes & centurias distribuit, 702. a
Servorum ingens multitudo apud Romanos, 94. b
—— diarium, 871. a
Servos fugitivos inquirebant milites stationarii, 331. a
Sesquialterum, 829. a
Sestertius, 186. a. & 228. a
Sestia gens patricia, 458. b
Sestiorum ager, 729. a
Sextarius, 239. a
L. Sextius primus ex plebe consul, 309. b
Sextus Titius, 49. b
Sextus Turpilius, 698. b
Sibyllane fuerit quæ libros Tarquinio vendidit, 99. a, b
Sibyllæ, 100. a. b &c.
Sibyllina carmina senatus decreto solum vulgata, 659. a
Sicani, 66. a. b.
Sicilia unde dicta, 509. b
Sicinnista, 865. a
Sicius Dentatus, 147. a & 888. b
Sigillaria festa, 131. b
—— vicus Romæ, 308. a
Silentium Pythagoræorum, 62. b
Silices, hastæ, 509. b
Silicius, 841. b
Σίλλος, σιλλαίνειν &c. 250. b
Silvius, 155. a
Simul est, pro *simul atque est*, 76. a
Simulacrum Jovis Olympii, 31. a
Sincere corpus, 823. a
Singularius, peculiarius, versicolorius, angularius, 110. a
—— pro, *singularis*, 433. b
Sinnius Capito, 341. a
Sinuosius, 556. b
Sirpus, vel scirpus, 560. a
Sitiæ balneæ, 205. b
Siticines, 874. a
Σκόπελος, 104. a
Socrates, 95. a & 126. a. b. & 848. b. & 249. &c. a. & 794. a
—— duas habuit uxores, 692. b
Socrati insultat Aristophanes, 308. b
Sol magnus, 211. a
Solarium Romæ primum, 215. b & 216. a
Solatium, 845. b
—— unde dictus, 54. b
Sole secundo flare, de ventis, 175. a. b
Solea, 240. a
Soleæ pisces, 91. b
Solidare vocabulum ex arte Architectonica, 42. a, b
Solœcismus, an antiquiores Romani dixerint, 341. b
Solon Draconis leges ob atrocitatem abolevit, 538. b
Solon, 38. a & 790. b &c.
Solonis leges, 149. a
Solstitium, 169. a
SOLUS NEQUE CUM PLURIBUS, formula in re militari, 714. a
Sonus medius inter N, & G. 859. a
Sophistæ, 383. b
Sophoclis Αἴας ὁ Λοκρὸς, 602. a
—— obitus, 242. a & 797. b
Σωφέτης, 33. a
Sosigenes archon, 798. a
Sosrades, & Sotadici versus, 398. a. b
Sotion, 59. a
Spargere, de sagittis lapidibusque, 425. b
Spartacus, 314. b
Spartanorum leges ὀψιγαμίας καὶ κακογαμίας, 51. a
Spartum qualis herba, 755. a. b
Σπαθὴ, 191. b
Spectio, 323. a
Speculorum varia genera, 742. a &c.
Specus, 330. b
Sperata virgo, 269. b
Speusippus Platoni in Academia successit, 250. a
Spolia, 148. b
Sponsa virgo, 269. b
Stadium, hujus vocis variæ significationes, 30. b
Stare, 765. a
—— de istis qui ad mensam ministrabant, 680. b
—— pulvere, 422. b
Stationes, 594 a
Statuæ Romæ in porticibus ad latera fori, 451. b
Statius Cæcilius, 303. a
Statius serius stirpis nomen factum *ibid.* b
Status longior, & productior, 30. b
Stoici, 36. b
—— mala non contemnebant, sed Virtutem omnibus malis superiorem dicebant, 34. b
—— vocem corpus esse affirmabant, 332. a
—— λεπτολογῆσαι, 548. a
—— captiosis utebantur argumentis, 217. a
—— affectus excursiones cum impetu sunt, 558. b
—— omnia, etiam accidentia, corpo-

corpora esse statuebant, 332. a
Stomachus, de superiore ventriculi parte, 775. b
Stoicorum sententia de affectibus, 855. a
Striga in re rustica, 526. b
Stringere, 40. a
Strigiles, 240. a
Strigosus, 302. b
Struere, & structores, 259. a
Strues est genus libi, 485. b
Struppi, 469. a
Studia inutilia, 655. a. b
Στύππη, ἢ στυππεῖον, 469. a
Suadæ medulla, 548. b
Sub, est temperamentum plenæ pronuntiationis, 12. a
Subcussor equus, 93. b
Subices, 296. a
Sublima, & *sublimas*, *ibid.*
Subidus, 849. b
Subire, 296. a
Subidis, & *insubidi*, 549. b
Submittere, 296. b
Subnixum, 749. a
Subreptum, 762. a
Subsecivum, sive *subsicivum*, 11. b
——— vox agrimensorum, 617. b
Subsellia, minorum magistratuum sedilia, 644. b
Subscribere, 132. a
Subverbustæ, 329. b
Succidanea hostia, 273. a
Succidia, 619. a
Suetonius, 441. b
Sufferctus à Suffarciendo, 294. b
Suffitio, 487. a
Συγκαταθέσθαι, 834. b
P. Sulla, 567. a
—— Dictator, 185. b
—— pomœrium auxit, 596. a
Sullæ causa publica, 49. b
Sulpicius Apollinaris, 295. b
Sumpse pro *sumpsisse* & similia, 163. a
Sumptuariæ leges, 186. b
Συνέδριον, 55. a
Συνήθεια. 187. a
Σύνοδοι τῶν ἀστέρων, 635. b
Σύνοψις, 852. a
Superare, 113. a
Superesse alicui, *rebus suis*, pro *adesse*, 109. a, b
Surrentinum vinum, 419. b
Superficies, 103. a
Surrectitare, 482. b
Susceptio, 431. b
Susque deque, 204. b
Susum, pro *sursum*, 204. a
Syllaba longa quæ, 393. b
Syllepsis, 54. a
Syloson Polycratis frater, 791. b
Symbolum & symbola, 364. a
Symmetria, 31. b
Symphoniacæ, 847. a

T.

Tabula lusoria, 104. b
Tabulæ Cæritum, 737. b
——— mensariorum, 642. b
Tago pro *tango*, 135. b
Talenti genera varia, 6[illegible]. b
Talentum Atticum, 250. a
——— magnum, 529. b
——— respondet libris Romanis 120, 184. b
Tamenetsi, 819. b
Tam maxime, 837. a
Tarantula, 288. a
Tarquinius Priscus, 791. a
Tarquinius Superbus, 678. b
Tarratia aut Tarquinia Virgo Vestalis, 357. a & 358 a
Tauri signi stellæ, 586. &c.
Taurus philosophus, 63. b. & 123. a. & 124. a. & 361. a & 495. b
Ταυτότητος exempla, 618. b
Teanum Sidicinum, 467. b
Technæ Pyrandri proverbium, 287. b
Technici, 758. b
Tectores, 42. b
Tectosagi, 229. a
Ted'Anna Perenna, 612. b
Temetum, 503. b
Tempestas, pro procella & sereno tempore sumitur, 563. a
Templa auro donatitio & divitum pecuniis referta, 229. a
Templum 658. a
——— Pacis. 229. b
——— ——— bibliotheca ornatum, 343. a
——— Vestæ, 272. a
Teneri desiderio, 447. b
Terentius comicus, 164. b. & 175. a & 406. a
Terentius Scaurus, 534. b
Terentii & Plauti comparatio, 697. b
——— laus, 698. a
——— obitus, 801. b
Terminus Deus, 560. a
Ternarius numerus, 106. a
Terra Græcia, Arabia, Italia, 31. b
Terræ motus & tremores quid differant, 197. a
Tertiarum, 829, a
Tesseræ, 104. a, b
Testacea circa Plenilunium, magis, quam circa Novilunium crescunt & quare, 880. b
Testamentorum faciendorum apud Veteres modi tres, 701. a
Testimonii falsi pœna, 413. a
Testimonium defugere, fari, feriri in id, 685. a. b
Θάλαττα κυανέα, 205. a. b
Thales, 38. a
Θανεῖν πρὸ μοίρας, 245. b
Theatrum Pompeji, 465. a. b
Theocles poëta, 162. b
Theodectes, 494. b. & 495. a. b
Theognis, 41. a
Theophrastus, 284. b. & 739. a
——— ——— antea Tyrtamus dictus, 39. b
Theopompi liber *Thaumasia* dictus, 284. b
Theopompus, 494. b & 691. b
Thersites, 88. a
Θησαυρὸς, conditorium qualecunque sub terra, 218. b
Thesei fabula, 490. b
Theseus & Peirithous, 491. a
Θήσεια, Festum in honorem Thesei, 692. a
Tholosa, 229. a
Θρόμβοι αἵματος, 189. a
Thynni nondum adulti vocantur Pelamydes, 409. a
Tiberiana domus, 603. a
Tiberius Coruncanius, 274. a
Tiberius Gracchus Tib. filius, 398. a
Tibiæ, 67. b &c.
Tibicines sacrorum, 75. b
Tiburtina prædia, 838. a
Timæus historicus, 516. a
Τιμὴ pro Τιμωρία, 366. b
Timochares, 225. a & 226. a

Τυμπία καὶ κόλασις, 366. a
Typhon, 832. a
Typographi primi Græcis vocibus locum vacuum reliquerunt, 7. b
Tyrannio emendavit libros Aristotelis & Theophrasti, 877. b
Tyrannus de quibusvis principibus, 602. a
Tiro, Ciceronis libertus, 53. a
Tisias, 319. b
Titinnius comicus, 722. a
Tituli librorum varii, 3. b. & 4. a
—— servorum vendendorum, 262. a
Tmesis, *quo in loco cumque*, 525. a
Toga Romanorum propria, 33. a
Togæ sinus, 299. a
—— Romanorum quomodo polirentur, 722. a
Togati in publico apparebant Romani, 403. a
Τορεύω καὶ τορνεύω, 847. b
Tori in corpore, 329. a
L. Torquatus, 49. a
—— quomodo nomen adeptus, 457. b
Torques à Torquendo, 148. a & 310. b
Trabea, 316. b
Tractim, 273. a
Τραύημα, 591. a
Trajanus, 269. b
Transgressus, unde dicatur, 511. b
Transmittere, id est trajicere, 511. a
Trianguli, 103. a
Trabea comicus, 698. b
Trebatius, 364. b
Tribunal, 110. a
Tribu moveri, 288. a
Tribuni ab urbe abnoctare non poterant, 211. b & 593. b
—— ærarii, 399. b
—— decem numero erant, 416. b
—— plebis an semper Senatores fuerint, 661. b
—— plebis potuerunt è Senatoribus esse, 87. a
Tribus, 731. a. b
Tricæ, & tricosus, 526. b
Triclinium, 589. a
Triclinia, lecti pretiosiores, &c. 676. a. b
Trigeminorum fratrum pugna quando acciderit, 65. b
Τρίγλαι pisces, 287. a
Triones. 167. b
Triquetra, 103. a
Triumviri capitales, 219. b
Tropicus Cancri & Capricorni, 169. a
Τροποὶ, 469. a
Tubæ & Tubicines, 67. a. b. &c.
—— siticinum, 874. a
Tubero (L. Ælius) 351. a
Tubiluſtrium, 67. a
L. Tubulus, 141. b
Tudes, id est malleus, à *tudo*, 187. b
Tuditanus (C. Sempronius) 352. a & 598. a
Τύλη vel τύλος, 306. a
Tullius Tiro, 282. b & 378. a
Τύμβαυλοι, 875 b
Tum, *cum*, se invicem sequuntur, 115. b
Tunicæ veterum, 48. b & 402. a & 403. a
—— serviles, 124. a
Turba vasta, 90. b
Turris de ordine militum, 478. b
Tusculana prædia, 838. a
Tutela pupillaris & muliebris, 327. b
Tutulus, id est miles, 480. a

V.

V consonans per Ϝ expressum, 653. b
Vadimonium, 153. b. & 374. b
Valere quinquessis, decussis &c. 691. b
Valeria gens, 450. a
Valerius Ædituus, 849. b
Valerius Antias, 56. a
Valerius Corvus, 453. a
Valerius Soranus, 147. b
Valetudo, vocabulum anceps, 563. b
Valgiter labra commovere, 854. b
Valgius Rufus, 550. b
Vanum, 811. b
Variæ de primo hominis exordio sententiæ, 232. a
Varro, 96 a & 97. b
Varro dupliciter omnes suas satiras inscripsit, 162. b
Varronis encomium, 92. a
—— libri Rerum Divinarum, 102. b
—— liber de Geometria, 106. b
—— Satyra ὕδωρ κρυοὶ, 628. a
Vasa conclamare, 615. b
Vastior, hoc est major, 135. b
Vas, adis, 730. a
Vasum archaïsmus pro *vas*, 615. b
Vaticanus Deus, 741. b
Ubera, pro ipsis papillis, 544. a & 546. b
Uber unde nomen acceperit, 544. a
Vedius idem qui Vejovis, 324. a
Vegrandis, 324. a
Vehens, pro *vectus*, 129, a
Vehemens, quasi vemens, 324. b
Vejovis quasi parvus Jovis, *ibid.* a
Velia, 488. b
Vena, pro, *arteria*, 823. a
Venenare pro tingere, 883. a
Venenatarum bestiarum morsus quomodo curandi, 397. a
Venenum, pro colore dicitur, 47. b
—— significat etiam medicamentum, 563. b
Venire, id est vendi, 276. b
—— *in manum*, de muliere, 816. a
Ventidii Bassi historia, 668. a. &c.
VETO, verbum solenne Tribunis, 417. a
Venti sæpe confunduntur, 170. a
Ventos duodecim enumerat Seneca, 171. a
—— octo tantum numerat Aristoteles, 169. b
Ventus unde fiat, 203. a
—— quid sit, *ibid.*
—— auster, 205. a
—— aquilo, *ibid.*
Venusia oppidum, 469. a
Vergiliæ, 230. a
Verruca de colle, 222. b
Versus octonarii, 202. a
—— quadrati, *ibid.* b
—— de prosa oratione, 462. a
—— ἰσοψηφοι, 655. b
—— Saturnii, 799. b

NOTARUM.

Verſus hexametri tertius pes poteſt habere integram partem orationis, 830. a
Veſta, & *veſtalis*, 73 a & 74. a & 76. b
Veſtibulum, 131. b
Veſticeps & *inveſtis*, 339. b
Veſtigium pedis, pro ima pedis parte, 331. a
Veſcum, 324. b
Veſcus, 718. b
Veterator, 206. b
Veternoſus, 87. a
Veternus, morbus, 299. a
Veturius, 315. b
Via Laurentina, 467. b
Viatores, 283. b & 551. a & 592. b
Viaticum, pro peculio & facultatibus militis, 752. a
Vibrare, & vibriſſare, 68. b
Victimæ & Hoſtiæ quid differant, 272. a
Victor unde dictus, 551. b
Videndi ratio, 333. a
Videre per quietem, 695. b
Vindex, 730. a
Vindicia, *Vindicatio*, 884. b
Vindicta, virgula qua lictor in manumiſſione utebatur, 885. b
Vini menſuræ variæ, 804. a
Vino vetere delectabantur Romani, 419. a
Vincula lecticæ, 469. b
Vinum aliquando congelaſcit, 765. b
——— bibere lege Romuli mulieribus vetitum, 503. a
——— calidum, quod Homerus αἴθοπα οἶνον vocat, 765. b
——— Falernum, 419. b
——— gilvum, 630. b
——— Lesbium, 580. b
Virgilii præceptor in Græcis Parthenius, 623. a
Virgilius Ennium imitatus eſt, 549. b
Virgines veſtales, 357. a
Virginis cœleſte ſignum, 100. b
Virgis nocentes cædebantur, 124. a
Virgo ſperata, pacta, ſponſa, 269. b
—— tempeſtiva & acerba, 359. a
Viroſus, 404. a
Viro externo intrare γυναικωνῖτιδα non licebat, 540. a
Vis, in plurali, 472. a
Vita beata quibus rebus conſtet, 803. a
Vitam protrahere fame quouſque quis poſſit, 234. b
Vitiligo, 263. b
Vitium eorum qui præcipites loquuntur, 85. b
Vividior, 607. b
Ulpia bibliotheca Romæ, 537. a
Umbilicus media pars corporis, 240 b
Unguentatus, 549. b
Unus & alter, 371. a
Vocales ſæpe non abſumuntur apud Comicos, 202. b
Vocalium concurſus ad elegantiam facit, 419. b
Vocales ab antiquis in ſcribendo geminatæ, 440. a
Vocativus perfectus, 622. b
Voculatio, 581. b
Voluptas, an ſummum bonum, 438. a
Volutatim, 462. b
Volupe, pro *voluptate*, 553. a
Vox pro ſono, 130. b
— quid ſit, 332. b
Urbium condendarum ritus, 595. a
Urna ſepulchralis, 391. a
Urſa major & minor. 230. a
Urſæ non maſſam rudem ſed omnibus membris diſtinctos catulos pariunt, 770. a
Urtica, unde dicatur, 287. a
Uſque ad aram ſum amicus. Proverbium, 41. b
Uſucapio, 762. b
Uſuraria uxor, 212. a
Uſurpatio, 213. b
Uvidum, 85. a
Vulcani beſtia, 772. a & 773. b
Vulturnus ventus, 169. b
Uxor in adulterio deprehenſa lege Romuli à marito occidi poterat, 505. b
——— propria, 613. b
——— quæ dicatur, 815. b
Uxores uſu partæ, 212. a
——— dicuntur in manu eſſe, 267. b
——— duas habuerunt Socrates, Euripides, 692. b
Uxorium, 301. a

X.

Xanthippe Socratis uxor, 65. a
Ξανθὸς color, 190. a
—— —— ξανθύκος, *ibid.*
Xenophanes Colophonius, 235. a

Z.

Zeno, 37. b
Zenonis ſententia de voluptate, 438. b
Ζεὺς unde derivetur, 324. a
Zodiaci ſignorum nomina à quibus excogitata, 100. b
Ζωότερον de calcibus, 409. b
Ζώδια, 315. a

FINIS.

INDEX RERUM ET VERBORUM,

Quæ occurrunt in Notis utriusque Gronovii.

A.

Abdera in oppidum, 307. a
— τὰ, *ibid.*
Abhorrere aliquid, 692. b
Absque me foret, 194. a
Acarne, 497. a
Acerbis dulcia, duris mitia opponuntur, 577. a
Aciei Romanæ tria corpora, peditatus, velites, alæ, 677. b
C. Acilio, 407. a
Ad alterutram partem se adjungere, 149. b
— amussim, 46. a
— hostes, 407. a
— *jusjurandum adigere* vix Latinum, 414. b
Adigere, 300. a
Adire disciplinas &c. 786. b
Adolescere, 174. b
Adrastine, 612. a
Adsignificare, 706. a
Adversativa vox aliqnando tacite suppletur, 755. b & 789. a
Æacus, 694. a
Ædes suas se recipere, 290. b
Æduus & æditumus, 374. b
Æmulari, 771. b
Æquabiliter, 105. b
Æquinoctium Græci ἰσημερίαν vocant, 168. b
Aer fluens, 202. b
Æs confessum, 683. b
Æstus anni, 802. b
Affluere, 833. a
Αγοναύγκαρος, 36. b
Agrippæ unde dicti, 740. a
Αἰχμαλωτεύειν, 711. a
Alburnus portus, 92. a
Aliæ rei, 283. b
— in dativo, 390. b
Aliquammulti, 235. a
Alii, semel positum, ubi quidam bis ponunt, 690. b
Aliud vocabulo, 189. b
Ἄλκη, 287. b
Altellus, 673. b
Alterum, ubi bis poni debebat in priori loco omissum, 363. a
— tantum, nimium tantum &c. 550. a
Altum vulnus, 306. a
Alumni pro discipulus, 159. a
Amandum quousque, 44. b
Amantes aliquando verba sine sensu proferunt, 58. b
Amaror, 107. b
Amastrine, 612. a
Ambiguum dicere non est seria agentis, nisi cum tempora cogunt, 531. a
Ambracia, 315. b
Amoliri aliquem, 326. a
Amor advena, 211. a
Ἄμοσος, 50. a
Ἀμύμων, 136. b
Anagnosten inter epulandum audiebant veteres, 110. b
Anagnostâ utebantur veteres, 576. b. & 263. b
Ἀνεκείασος, 36. b
Animo otioso esse, 220. a
Animotenus, 226. b
Annales aliquando, aliquando historiæ idem scriptum appellatum, 336. a
Annales, 337. a
Annus quisque quartus bissextilis, 251. a
— climactericus, 672. b
Anticlea Ulyssis mater, 192. b
Antiochii, secta philosophorum, 418. b
Ἀπεριστέπτως, 511. b
Ἀπηλιώτης, & ἀφηλιώτης recte scribitur, 169. b
Apollo maxime circa Cumas cultus, 323. b
Appellitare, 89. a. & 167. b
Apponere, & opponere, 361. a
A, præpositio omittitur, 169. b
Ἀπροαίρεσος, 824. b
Ἀπροσδιόνυσος, 50. b
Aqua flava, 192. b
Aquæ canoræ, 32. b
— color incertus, 192. b
Aquilus color, *ibid.*
Arbitror, 683. a
Arcella, diminutivum ex *arcula*, 866. b
Architecton, 83. a
Area in ædibus, 146. b
Argenti libras pondo &c. 277. a
Argentum purum, 154. b
Armis vincere, 226. b
Arrabo, 753. a
Artifices manus, 544. b
Asinus inter simias, 177. b
Assuetio, 541. b
A stupris, aut à stupro integer, 221. a
At, interdum exordium, 2. a
Atque, 200. a
— idem quod cito, celeriter, 224. a
— iteratum, 388. b
Attagena volucris circa Marathonem celebris, 408. b
Auditiones, 805. b
Aves inebræ, 429. a
P. Augurinus, 674. b
Augurium jus, 8. b
Augustus confirmatus remedio harenarum calentium, 843. a
Axes lignei Athenis, 149. a

B.

Balbus Cornelius, 767. a
Balneæ Titiæ, 206. a
Balneorum tempus, 88. a
Barbarius Asculus, 670. a
Bene vivere, ævum bene agitare, 746. a

Bibliopola Latinis librarius, 309. a
Bidens verres, 720. a
Bona animi tantum quidam philosophi agnoscunt, 201. b
Brutus *accusator* vocatus, 253. a
Bruttiani, 472. b
Bucephalas Alexandri M. equus, 305. a

C.

C. Cæcilius Metellus, 425. b
Cæde cultrorum defecti capilli, 856. b
Cælius Sabinus, 263. a
Cæruleus color, 192. b
Cæsaris villa, 394. b
Cæterarum rerum pro *quod ad cæteras res*, 58. a
Calamistrus in genere masculino, 162. b
Calcis metaphora, 650. b
Caligula, 255. a
Callere in aliqua re, 446. a
Campus Bruttianus, 472. b
Canalicola, 300. b
Caninum prandium, Varronis, 631. a
Capitis perdere, 39. b
Capillus passus, 687. b
Capi alicujus lingua, 711. a
Capitecensi, & proletarii, 732. a
Capra Jovis nutrix, 325. b
Carpere fruges, 273. b
Cassiopia, 831. a
Castus & cerimoniæ, 484. a
Catonium, 722. b
Causarum orandi, 319. b
Celebra urina, 838. b
Celeres judices, 645. b
Celsinus Julius, 851. a
Cenumana salicta, 858. a
Censere cum infinitivo, 313. a
Cercius ventus, 174. a
Certæ regiones, 595 b
Chaldæi, 632. b
Chrysippi libri, 6. b
Ciere vocem, 316. a
Civis Romanus à piratis male habitus, 470 a
Clam, cum accusativo, 180. a
Claudeo, & *claudo* idem quod *claudico*, 58. b & 275. a
Clodius, 453. a
Colere, pro inhabitare, 66. b
Collectiones, 29. a
Collineare, 427. a
Colores duodecim, 193. b
Comessator & comessare, 290. a
Commendare, pro *deponere*, 547. b
Comparare, 68. b
Compellationes probrosæ, 49 a
Completius, 58. b
Complures, 54. a
Concedere castris, vita, 121. a
Concinnare, 251. a
Concionarius, stationarius, &c. 67. a
Condormiscere, 373. a
Confatalis, 349. a
Confidens, 297 a
Confieri, 441. a
Congerere, 199. b
Conscientiâ subnixus, 297. a
Consideramus, pro consederamus, 308. b
Constitere, 719. a
Consuli, 282. b
Consulum consilium, 162. a
Continens, id est contiguum, applicitum, 349. a
Corcyræi rei navalis periti, 510. b
Cordi habere alicujus monitum, id est, sequi, 8. b
Corium in navibus antiquorum multi usus, 756. a
Corona castrensis & vallaris an differant, 313. a. b
Corona quæstionis, 806. a
Cubantes portari solebant ægri aut senes, 866. b
Cuimodi, & cuicuimodi, quid differant, 143. a
Culina vitæ modulus, 30. b
Cultus, 519. a
Cum, id est *quamvis*, *etsi*, 377. b
Cum tunica, & in tunica, 403. b
—— uno omnes perfossi, 223. b
Cupide, 532. a
Curare saluti suæ, *mensibus ac diebus*, 767. a
Curru utendi jus aliud, aliud eundi curru in senatum, 252. a

D.

Δ ἀντὶ τῆς Z, 237. a
Damnas esto, 385. b
Dare etimini, 297. b
Dativus *mihi* eleganter interpositus, 867. a
Deblaterare, 36. a
Decedo, 205. a
Decomposita apud Gellium, 619. b
Decubare, 485. b
Dedicare, 402. a
Defamatus, & defamatissimus, 614. a
Dejero, 415. b
Delibata honestas, 42.
Democritus, 492. a
Dentis proportio ad faciem, 31. b
Deorsum versum, 426. a
Deos pulchros dixerunt veteres, 624. b
Deprecor, 369. b. & 370. a
Deruta, 349. b
De summo pectore, 303. a
Detornare, 442. a &c.
Detrectare, paulo minus quam abjicere & execrari, 135. a
Dialecticorum laquei, 34. a
Dialectus Doris, pro Dorica, 211. a
Dialis Flamen quando & à quo institutus, 733. b
Diatriba, id est schola, 123. a
Dicare, 402. b
Δίχα οἴτες, 113. b
Diem dicere in perduellionem, 397. b
Dies pristinus, 508. a
Diffindere, 631. b. &c.
Diffusum, 644. a
Digito attinge, 850. b
Dignum quæri est, 345. b
Dijungo, 142. b
Diluere amicitias, 547. a
Dilutior, 193. a
Diripi, quis dicatur, 415. a
Discernere, 44. a
Discere causas, de patrono, & judice, 133. a
Disciplinæ, de varietate philosophiæ, 159. b
Disserere musica, physica &c. 650. a

Divinitus assignatæ coloniæ divina ope etiam ductæ sunt, 490. a
Divisui habere, 869. a
Dividuus, 150. b
Diurnare, 562. a
Dona militaria semel data, non poterant auferri, 463. b
Drusus, 805. a
Ducere comitia &c. 283. a
Dulcioreloquus, 406. a & 842. b

E.

E*a re*, 258. b
Ebrius fuco, 882. b
Edere vitam, 242. a
Effascinationes, 432. a
Effingere, 224. a
Effuse, & profuse, 304. b
Ei, pro pleonasmo interponitur, 647. b
Εἰς ἄρτας, 428. a
Eligentissimus, 57. b
Elis grammaticus, 596. b
Elucus morbus, 299. b
Elucificare, 493. b
Ἐμβλημαλα, 781. b
Emolumentum, 532. a
Ennii Cresphontes, 371. a
Eodem concessu, 457. a
—— reverti, 414. b
Eorum, omissum, 208. a
Ephori Lacedæmoniorum magistratus, 810. a
Epicuri duo dogmata valde Stoicis contraria, 439. b
Epictetus Nicopoli obiit, 680. b
Ἐπιδεικλικῶν, 173. b
Erasistratus, 711. a
Ἐρώμενος & ἐρωμένη, 396. b
Eruditiones, 3. a
Esse quærendo, exspectando, 206. b & 223. a
Est, Gellius sæpe omittit, 142. a
Estur, 216. a
Etiam, pro, *adhuc*, vel, *etiamnum*, 70. b
Eudemus, 580. b
Eudones, 424. a
Everberare, 621. a
Eustochius, 443. a
Exactus sum pecuniam, 685. b
Exadversum, 172. b
Excitati viri, 643. b
Ex, &, *De Originibus* De Catonis opere. 222. a
Existimatio, 43. b
Exosus, 161. b
Ex republica esse, 116. b
Exsequi pro *narrare*, 821. b
Exsilire, 304. a
Exspirare animam, 306. b
Ex summa ope, 387. a
Extuberare, 421. a
Ex ungue leonem, proverbium, 31. b

F.

Fabius Valens, 665. b
Fabulosus, 453. a
Facere ab aliquo, cum aliquo, adversus aliquem, 170. b
—— verbum, & verba, 248. b
—— *ut sit*, 259. a. b
Facetiæ, 675. a
Factum alicui velle, 382. a
Factum itur, 456. b
Familias, in paterfamilias, idem quod *familiæ*, 259. b
Fani asylum, 350. b
Far, pro pulte farrea, 871. b
Fata hoc est Parcæ, 246. a
Fatua, sive Bona Dea Fauni uxor, 317. b
Fatum, 575. a
—— & natura idem in quibusdam locutionibus, *ibid.*
Favorinus, 632. b
Favorini duo apud Gellium, 674. a
Fecialis, 713. a
Fecissent aliquis cum aliquo, 647. b
Feriæ præcidaneæ, 271. a
Festinantius, 479. a
Ferens, 342. a
Fidem colere, 869. a
Filum orationis, 214. b
Fingere verbum, 534. a
Firmare corpus, 126. a
Fit nihil, 200. b
Flamen Dialis auspicatur vindemiam, 485. b
Flori crines, 228. a
Fontes Asteræi, Aonidum, 439. a
Fortassean, 760. a
Fratriæ, 588. a
Fratres, *ibid.* b
Fraus aliquando idem quod *malum*, 34. a
Frequens forum, *dies*, *cœna*, &c. 764. a
Frequentamentum, 304. a
Fretus, us, pro Fretum, i, 512. a
Frustrari captionis, 321. b
Fulvius Flaccus, 563. a
Fundus populus, 737. a
Furtum an sola mente fieri possit, 542. b
Fusius, 626. b
Futura mortalibus ignota, 634. a

G.

Galerus ex pelle hostiæ Jovi immolatæ, 488. b
Gellianus servus publicus, 592. a
Generis mutatio Gellio propria, 232. b
Geni pro *gigni*, 373. b
Gens devicta, quomodo à Romanis haberetur, 472. b
Geometricæ artis vocabula quædam, 103. a
Gerere morem alicui, 258. a
Γέροντες, Lacedæmone ab Lycurgo instituti, 810. a
Glandis in nominativo singulari, 257. a
Gratiam alicujus dedignari, 277. b
Gratulari, 298. a
Gressus, 533. b
Grues Melicæ, 408. b
Grypus Antiochus, 382. b
Gurdus, 723. a

H.

H*abere dicere*, 207. a
—— religioni, 274. b
Hecatomnus, 494. a
Herctο non cito, 64. b
Hermogenes nullam dicebat esse amphibologiam, 531. b
Hermunduli, 713. b

Historiarum compendia à Romanis detestata, 338. a
Historia nona, 352. a & 378. a
Homeri laus, 350. b
——— schola vel spelunca in insula Chio, 692. b
Homerus, quomodo in nummis vestitus sit, 402. a
Honoris tui gratia, 258. b
Honos, pro injuria, 564. a
Hortari aliquam rem, 616. a
Humanitas, 599. a

I.

Jam diu est, 122. b
Ἰάπυξ ventus, 172. b
Id generis, 454. a
—— *temporis*, 440. a
Jejunidicus, 406. a
Jetæ, 236. b
Ignominiatus, 425. a
Ignobiles, pro obscuris, 521. b
Illi, adverbium, 304 a
Illucescit, 210. b
Illudiare, & alludiare, 54. b
Imitus, 203. b
Imparens, pro non obediente, 80. a
Impatientia, 80. b
Inauditum, 392. a
Incivilis, 727. a
Inconnivus, 126. b
Incommodare, 122. b
Incredendus, 432. a
Indecere, 403. a
In decem mensibus nati, 247. a
Index, & indices libri, 6. b
Indicta festa & sacra, 844. a
Indigitamentum, 279. b
Inenodabile, 531. b
Inermi & *inermes*, 748. b
Inferiorem accumbere, 403. b
In flagitiis perdere, 402. a
Infrenis, 89 a
Ingenium animi corporisque, 30. a
Ingeniatus, 545. b
In medium relinquere, *dare*, 751. b
Innotitia, & *ignotitia*, 738. a
In otio, in oculis &c. 10. a
Inpurgabilis, & inpurgatus, 52. a
Inque scriptum, tmesis, 467. b
Insanire & furere, de seditiosis, 150. b
Inscientia, 86. b
Insensibile, 522. b
Insistere, 543. b
Insuasus color, 194. a
Insubidius, 344. b
Insubidum, 819. a
Insulæ Romæ incendiis obnoxiæ, 662. b
Intenti incensique, 470. b
Interibi, 199. b
Inter noctem, 210 b
Interfecta virginitas, 59. a
Interpretor, 683. a
Intra, id est in sese, 221. b
—— pretium emere, 571. b
Introduci in philosophica, 724. a
Invadere aliquem, & in aliquem, 311. a
Inveniens aliquid debebat rogare quemcunque si liceret tollere. 542. b
Invidiæ dare sanguinem, 477. a
Invisitata, 351. a
Invulgare, 236. a
Ἰός. diversa hujus nominis loca, 236. b
Ire visere, 851. a
Ischiaci, 288. a
Is relativum ex abundanti, 517. b
Jubet aliquando subauditur, 258. a
Judicum ordo amplissimus dictus, 255. b
Judicati, 870. b
Julius Paulus poëta, 308. b
Jureconsultus, 212. a
Justidium, 869. b

K.

Καχέκτης, 730. b
Καικίας, ventus, 169. b & 173. a
Κακέχολος, 38. a
Κατὰ in compositis cum substantivis auget significationem, 89. b
Κατὰ per ellipsin subintelligitur, 375. a
Κατασκινασθεὶς, 298. b
Καθάρματα, 141. b
Κεραῖνὸς λόγος, 217. a
Κερκίας ventus, 171. b
Κέρκυροι, 410. b
Κηλῆμὸς, 305. b
Κινδυνεύειν, 73. a
Κλιμακτὴρ, 232. a
Κλιμακτῆρες, *ibid.* b
Κωλικὴ ὀδύνη, 554. b
Κόμπος, 90. b
Κρίκος, 230. b
Κρίσιμος dies, 234. b
Κρόνια Græcorum sunt Saturnalia Romanorum, 805. a
Κυαμίζειν, 286. a
Κύαμος, *ibid.* a, b
Κυριεύων λόγος, 33. a, b

L.

Lacunam solidare, sarcire, 42. a
Lælius Felix, 700. a
Lævius poëta, 185. a
Lancea, Hispanica vox, 706. b
Lara, 611. a
Larva argentea varias figuras exprimens, 637. b
Laudare, 137. a
Lautum paratum, 84. b
Lens Pelusiaca, 764. b
Cn. Lentulus, 811. a
Lepidum & festivum in rem levem & futilem coire potest, 473. b
Lepus, à λέπορις, 98. a
Leucas oppidum, 81. b
Levitas, 399. b
Lex Ateria, 516. b
—— Fannia quando lata, 183. b & 184. a
—— M. Livii, 468. a
Λεξιθηρεῖν & λεξίθηρες, 144. a
Liber Pater, 50. b
Libertas nimia ac vecors, 591. a
Librarius, id est bibliopola, 309. a
Libra S. 414. a
Licinius Crassus, 468. b
Lictor, qui apparet κατ' ἐξοχὴν, 129. b
Limen ante vestibulum, 719. b

Linguax, 91. b
Lingulaca, *ibid.* a
Litera adulterina N quomodo dicatur, 859. b
—— Pythagoræ Y, 285. b
Longe diu, 206. b
Loqui designate, consignate &c. 121. b
Lorarii, 472. b
Lucullus, 443. a
Lunæ hebdomades, 664. b
—— *damna & aucta*, 881. b
Lustrum, 231. a
Lux, in genere masculino, 201. a

M.

Macetæ, 430. a
Macetis terra, *ibid.*
Magis particula omissa, 292. a
Magistratibus minoribus dignitas tributis comitiis traditur, 598. b
Magisterium, 580. a
Magnitudines, 329. a
Mala ratio, 52. b
Male feriatus, 503. b
Mansues, 330. b
Manuor (verbum) unde Manubiæ. 617. a
Marathesienses 82. b
Massilienses, 489. b
Masurius, 302. a
Matrimonium usu factum, 213. a
Cn. Mattius, 698. a
Maturum, hoc est propinquum, imminens, 222. a
Maximo, hoc est, *maxime*, 837. b
Memoriales, annales, 6. a
Mentis, oris, vultus ingenium, 30. a
Mihi sæpe πλεονάζει, 747. a
Militum sacramentum quando præstitum, 714. a
Mille, istius vocis natura, 93. b & 94. a & 95. a
Milliformis, 94. a
Ministrare regi, id est prægustare regis potum, 226. a
Minos, 694. a
Μοχθηροὶ καὶ φορτικοὶ, 812. a
Modulus, 30. b
Modus agri, 386. b
Mollis, 32. a
Mollitiæ in plurali numero, 833. b
Monstra hominum, 746. a
Morbidus, 289. b
Morte, pro, *morti*, 119. b
Mortem nancisci, adipisci &c. 119. b
Muginandum est hæc, 334. b
Multa scire non facit meliores, 8. a
Multo tanto, 281. b
Mulctam facere, 406. b
Mulier quomodo dicatur venire in manum viri, 816. b
Multijugæ, 845. a
L. Munatius Plancus, 114. a
Munire viam, 42. b
Municipium, 736. b
Mutitare, 183. a

N.

Natura, 575, a
Naturâ minus videre, 265. b
Navata suavitas, 419. a
Necesus, pro *necesse*, 724. b
Necessitatis vis, 578. a
Necyia, Pomponii atellana, 507. a
Negare, 370. a
Negotium alicui facere, 247. a
Nemo unus, 34. b
Neque autem, 68. a
—— nimium displicent, hoc est, non valde displicent, 175. b
—— pro *& non*, 129. b
Neria gens, 613. a
Nerine Galatea, 612. a
Nero, 601. b
—— fingebat se moneri de futuro per icunculam puellarem, 695. a
Nescio quid, 543. b
Nescius, 454. b
Neutrum plurale singulari alterius generis junctum, 139. b
Ni, particula in sponsionibus, 309. b
Nicomedes, 382. b
Nidulari, 231. a
P. Nigidius, 292. a
Nilus non est Europæ fluvius habendus, 476. b
Nimium quantum, 59. b
—— immensum, nimio plus &c. 101. b
—— *quam*, 809. a
Nimis bonus, 578. b
Nobiliorum familia, hoc est, familia gentis Fulviæ, 543.
Nomen illi erat Julius, & Julio, 705. a
Nominum ordinem de industria sæpe inverterunt antiqui, 120. b
Nominativus pro accusativo, 169. b
Non modo, pro *non modo non*, 197. a
Non ut ab hoste, 136. a
Nos ejus familiares, &c. suavis locutio, 662. a
Notiones censoriæ, 785. a
Numerus rotundus, pro incerto, 266. a
—— —— pro certo & finito, 861. b
Nundinæ Romanæ, 872. a
Nuptiæ propitiæ, 613. b
Nuptus, 184. b

O.

Obnoxiosus, 412. b
Obscuridicum, 531. b
Obscuridicus, 4.6. a
Obstupidus, 305. a
Obtentus, substantivum, 500. b
Occius, 162. a
Occurrere exemplo. 367. a
Offæ proprietas, 600. a
Offendi in aliquo, 461. b
Offendens se, 461. b
Olympias pro tempore quinquennii, 230. b
Omnium rerum, græcismus, 786. a
Opes & potentia, 278. a
Opici, 166. b
Opis, in medendo usurpata vox, 823. b
Opponere brachia, 625. b
Ops & auxilium, 278. a
Optati, in lapidibus antiquis, 131. a
Opus censorium, 658. b
Orationis apud declamatores fines, 144. a
Orationem parum castam habituri pallio caput operiebant, 849. a
Orbem volvere, 477. b
Orbis, de acie, 478. a
Orcinus libertus, 118. b

Ordi-

Ordines plures quam unus amplissimi dicti sunt, 255. a
Osculandi mulieres jus cur cognatis concessum, 504. a
Ovidii libri de Arte Amatoria, 50. b
Ou, inter Græcorum literas, 859. b
Οὐκ ἐπαινεθείης οὐδ' ἐν περιδείπνῳ proverbium, 137. a

P.

Paratus, us, 84. b
Parcentia, 125. b
Parcimonia, *ibid.*
Participii in *di* elegans usus, 291. a
Particula negans ex abundanti, 256. b
Partim, id est, *quidam*, 5. a
—— Senatorum, 482. b
Parvo, &, nimio plus non sunt adverbia, 576. b
Passus à *pando*, 686. a
Pavire, depavire, 61. a
Pedarii Senatores, 253. & 254. a
Peragenda consularis officii, 520. a
Πέλει, 601. b
Percitus, 275. b
Peritus, 150. a. b
Perosus, 161. b
Perrimosior, 775. a
Perse, pro, *Persa*, 379. b
Pertacere, 529. b
Pescennius Festus, 450. a
Petillii, 298. b
Petorritum, cum duplici rr 706. a
Philosophi qui fuerunt servi, 160. a
Philostephanus, 432. b
Φοιτᾶν, 786. b
Φωκαεῖς & Φωκεῖς diversi, 489. b
Phryges luci, 211. a
Pigitum est, 610. a
Pileati Romæ dupliciter considerabantur, 389. b
Piso, 705. a
Pythia certamina Delphis celebrabantur, 554. a
Cn. Plancius, 452. a
Planius, 257. b
Plurimus mos, 35. a
Pœniceus, pro *puniceus*, 191. b
Pœnitet quod &c. 747. b
Pontus Scythes, 211. a
Porcius Licinius, 799. b
Posci aliquid, 299. b
Posidippus, 175. b
Postridie, meridie, 506. a
Postventa, 740. b
Postulare, 257. b
Postumi, & Postumii, apud Romanos, 156. a b
Potulentum, 775. b
Præ aliquo esse, 42. b
Præcerpere, 204. b
Præcidanea hostia, 272. b
Præcidanea sacra, 273. b
Præcidaneæ feriæ, 274. a
Præficæ, 817. b
Præfloro, 641. b
Præmandere, & præmandare, 257. b
Præmium sæpe intelligitur sub voce *corona*, 806. a
—— & pretium, 226. b
Præpositio ex abundanti, 688. b
Præpositiones *in trans* duplicatæ, 706. b
Præstabilis & præstabilior, 39. b
Prætendere, 172. a
Præter, valet *excepto*, 117. b
Prætextata verba, 449. b
Prætextatus, *ibid.*
Prætoris, & Justitiæ Præsidis officium, 386. a
Precor, 370. a
Pretiosum manu, auro, colore, 615. b
Princeps sententiæ, 282. a
—— Senatus, *ibid.*
Problematorum, & problematum aliaque id genus, 221. a
Procedere, 340. b
Profligare, 670. b
Pronomen sæpe omittitur, 229. b
—— consequenti aliquando respondet, 391. a
—— crebro ab Gellio omittitur, 632. a
Proportio, 29. a
Proruere ἐνεργητικὸν, 69. b
Προσπαλαίσαι, 665. a
Prosperum matrimonium, 613. b
Prospirare, 173. b
Pro tribu, 360. b
cum Protogene & mortuo bellum gerens Demetrius, 707. b
Proversus, & transversus, 434. a
Provincia Græciæ, 494. a
Proxime finem, 248. b
Pueri à diversis animalibus amati, 396. b
Pulcher geometra, 31. b
Pultis offa, 600. a & 601. a
Purum putum, *sartum tectum* &c. 354. b
Πυθαγορίζουσα comœdia, 285. b

Q.

Quamplures, an Latine dicatur, 54. a
Quarta origo, 466. b
Quæ adeundum, 280. b
Quærere liberos, 267. a. b
Quæ res relativum, 284. b
Quæsitum causam, 330. a
Quis in genere feminino, 178. b
Quicunque tmesi divisum, 342. b
Quiescere pugnæ, & alia id genus, 455. b
Quii, pro quivi, 646. b
Quin pro *ut*, 780. a
Quod ajunt, significat proverbio quodam usum scriptorem, 258. a
—— *natum est*, 544. a
—— ex supervacuo positum, 762. b
—— pro *quoad*, 769. b
Quotquot annis, 353. b

R.

Ratio, pro eo quod agitur, 52. b
—— philosophorum veniendi ad verum, 709. b
Recessim, 434. a
Recipere, 761. b
Recusantis specie nonnulli cupide quædam appetiverunt, 532. b
Reddere gratiam, pecuniam, 47. a
—— incudi, 443. a
Rejiculum animal, 429. b
Ῥήματα ἀπὸ γλώσσης, 85. a
Remunculi, 510. a
Reprobus, 429. b
Respatiari, 649. a
Reticenda, 448. b
Revicti, 350. a
Ridiculosus, 365. b & 413. b
Robigus Deus, 272. a

Robus, 272. a
Roma gignendis inimicitiis fæcunda, 650. a
Ruere se, 349. a
Rumigestri, 509. a
Rupices, 586. b
Rursum prorsum, 434. a
Rusticior, 853. b

S.

Smore vetustissimorum elidi-tur, 184. a
S, pro, R, apud antiquissimos, 268. a
Sacraria Romæ plura, 271. b
Sæpius numero, 243. b
Sandaliarius, 810. b
sanequam, 507. b
——— mirequam valdequam &c. 328. b
Santra, 568. b
Sarmenta, Sarpimenta, 559. a
Satrapæ, 494. a
Scarus, piscis, 409. b
Scatere alicujus rei, 95. b
Scilicet cum infinitivo, 420. b
Scipio Asiagenes, 299. a
——— minor, 220. b
P. Scipio φιλεγώνης, 359. b
Scitus, hoc est gnarus, & scitior, 255. a
Scripsit, pro *inscripsit*, 6. a
Scriptum in ordine, 458. a
Sculna, 886. a
Secessus, 520. a
Secus virile, 231. a
Seculæ, 729. b
Sedecum, sicut *agedum*, 128. a
Seditiosi, ex pœnitentia *sanati*, & *ad sanitatem rediisse* dicuntur, 151. a
Sed particula, eleganter omissa, 530. a & 823. b
Seminis natura & vis, 545. a
Semiapertus, 556. a
Sempronius Asellio, 152. a
Senatus κατ' ἐξοχὴν *ordo*, & *ordo amplissimus*, 255. b
Sensim miscere, 387. a
Septemtriones maluerunt dicere quam septentrionem, 168. a
Septemvirûm, Quindecimvirûm, id est, è Septemviris, è Quindecimviris: est imitatio Græcorum, 75. a
Sequester, 886. a
Sequius, 241. b
Serilla, navigia, 510. b
Sermo aliquando renovata cogitatione variat, 629. b
Servire servitutem, 74. a
Servi in pistrino capistrati, 163. b
——— publici unde denominati sint, 592. a
——— publici ædilium stipatores, 504. b
Servus nihili, 302. b
Servus sextantis, 728. b
Sesquiplaris, 829. a
Severus Septimius quando natus, 357. a
Se, vocula omissa, 769. a
Sextus Cæcilius, 860. a
Si, pro *an*, imitatione Græcorum, 102. a
Sibones, 509. b
Siculi ante Aborigines locum, ubi Roma condita est, tenuerunt, 98. a
Signa vetera paulatim situ consumebantur, 146. b
Σίκιννις, 874. b
Sincerus, 48. a
Sine controversia, 462. b
Siticines, 874. b
Σκιοθηρεῖν, 145. a
Sol meridies, 211. a. & 330. b
Solstitium, 230. b
Sonore, 329. a
Sophistarum mos in disputando, 804. b
Sophoclis tragœdia φιλητίδης, 602. b
Sosii, bibliopolæ nobilissimi, 309. a
Spadix color, 191. b
Σπάρτοι, 755. b
Spei suspensum, 641. a
Σφυγμὸς, 825. a
Spolia militaria, 148. b
Statuere exemplum, 367. a
Sterila mulier, 799. a
Stoici in disputationibus utebantur interrogationibus & responsionibus, 709. b
Stratonis Τόπων προοίμια, 6. b
Strictura, 253. b
Strigosus, 526. b
Stropi, 469 a
Stuppi, 469. a
Suadæ medulla, 549. a
Subjicere, 204. b
Sublimis & sublimus, 296. a
Subsidia, de secunda acie, 477. a
Subsistere feras, 348. a
Succidanea hostia, 272. b
Succussor, succussator, 93. b
Scienda linguæ Latinæ, 520. a
Sufes, 294. b
Summum, 815. a
Συμφυῆ κακὰ, 346. b
Συνειμαρμένη, 349. b
Σύνεσις, id est, Sapientia, 584. a
Superesse pro præsse aut in judicio præsto esse, 111. a
Superfieri, 441. a
Suppus, id est, supinus, 441. b
Supra esse alicui, 111. b
Sus, sucula &c. 586. b
Syllabam producere, vel corripere, 612. b
Syracosius, 250. a

T.

Tabella, qua quid populo declarabatur, 331. b
Tabulatum, 290. a
Talentum Atticum, Ægineticum, 60. b
Tamen, particula proponendi contradictionem, 78. b
——— eleganter iteratum, 717. a
Tantum quod, 337. a
Tegularia, 481. a
Telum missile, 426. b
Tempestiva oscula, 43. b
Tempora præcidanea, an dicatur, 271. a
Terminus, 561. a
Tertiana, medicis quid, 231. a
Thucydides, 794. b
Tibicinium, 289. a
Τιμαιογραφεῖν, 251. b
T, in MSS. pro *vel*, 141. a
Tiro Tullius, 378. b
Tornati versus, 442. b
Totus universus, totus integer, 628. a
Tractari, 425. b
Tranquillum, 203. b
Tremores terræ, 197. a
Tribuni in feriis Latinis, 211. b
——— sententias de scripto pronunciabant, 416. b

Trinio, 106. b
Triphallus ſatira Nævii, 162. b
Τριφάλης comœdiam ſcripſit Ariſtophanes, 163. a
Tunicis Græci uſi, 402. a

V.

Vacuus, & vacivus, 111. b
Vades, ſubvades, 730. b
M. Varronis libri Rerum Humanarum, 97. a
—— Satira Menippea, 160. a
Vaſtum, 849. a
Vaſum, hoc eſt *vas*, 239. b
Vectabulum, 866. b
Vedijovis, 323. a
Vedius, *ibid.*
Vejovis ſimulachrum, *ibid.*
Velitatim, 574. a
Venalium mancipiorum nomina in libello ſcripta habebat præco, 262. b
Venerandæ rei gratiâ, 618. a
Venire alicui, 672. a
Venus bellax, victrix, 314. b
Veratius, 270. a
Verba incondita, 725. b
Verbum ſingularis numeri ſubſtantivo plurali junctum, 260. b
—— etiam dictum complurium vocum ſignificat, 317. b
—— pro *verborum*, 553. b
Verrii Flacci libri de verborum ſignificatione, 336. a
Verum vero, 600. b
Veſcum, aridum, tenue &c. 9. b
Veſtibulum, 255. a
Veſtimentorum dona in Oriente frequentia, 226. a
VETO, 593. a
Via, id eſt, *modus*, 386. b
Vicem, ſine præpoſitione *in*, 508. b
Vicere verbum antiquum, 551. b
Victus cauſam, 319. b
—— *pugnam*, 792. b
Videre, 794. b
Vietus, 577. b
Vincere cauſam, judicium &c. 319. b
Vinius, 328. b
Vinum vetus vires auget, 630. b
—— aut novum aut vetus, medii nulla cura, 631. a
Viridior, 607. b
Virus genitale, 630. b
Vis nativa verbi, 135. b
Viſor à videndo, 551. b
Vitam agere in nervo atque compedibus, 541. b
Vivere vitam &c. 74. b
Umbrorum Calendæ, 209. b
Vocabula in IM. deſinentia, 574. b
Voces contrariorum elementorum ſubtiliter nexæ, 773. a
Vocificare, 430. b
Uterus & uterum, 143. a
Uti hominibus, 695. a
Ut particula, 301. a
—— —— iterata, 228. a
Vulgarius, 548. a
Vultu requirere, 525. a

Y.

Y Litera Pythagoræ, 285. b
Ὑάδες, 586. b & 587. a
Ὑάκινθος, 441. b

FINIS.

CORRIGENDA IN CONTEXTU.

Pag.	Vſ.	lege
40	17	ad adjuvandum
64	9	verbo Romano app.
67	6	gias inauditum atque inſolens
68	7	Quum
93	14	Item alio libro. *Tu*
102	2	eodem illo pretio
107	13	Favorino H. c. legiſſem
111	12	libro quoque de
119	13	auſi ſunt deſcendere
190	3	quadam
231	2	deinde illos
245	7	hujuſcemodi
257	13	definitionem omnem ex
264	10	ſanam
306	5	altis
314	8	Venerius quidam
317	11	Et *eſt* autem & *erat*
	15	Utrumque enim pari
322	6	facta eſſet forte
329	15	hominiſque ſeſe corpori
335	10	*rejecit*, *ut ipſi*
339	3	ipſi auctores
367	13	primo in loco
413	17	ſervatumque eſt. Id &
435	1	lætiores
471	6	leniebat.
482	8	ξυλίνην πέλομένην· ἥτις
545	13	ſed in pecudibus
549	2	inter bonos ejus
	16	Virgilius
560	9	in requirendo
563	8	amiciſſimeque
602	1	quidem nos
605	8	animadvertetis
	9	legeris
681	15	id eſt, tu me hortaris. conſolor te & conſolor abs te, id eſt,

C
H
N
N
Δ
ω
I
C
Δ
O
Y
K
Δ
B
John B. Doukas
Λαμπρά καί ἀμάραντος ἐστὶν ἡ σοφία

minated. To what I said

ipient of this letter was Pierre
in Paris, with whom Rubens
y in that year; that may explain to
this letter.
Rubens (*Le Vite*, I, 251): 'Erano in
ggio quanto ciascuno del suo
do bontà, e di prudenza affinata

tter, of August 1630
his admiration for Peiresc's ability
n tanta calamita publica'—a sure
ical mind ('specimen animi bene
).
scene in the Louvre (Lugt.

Catalogue, No. 1027) is both exceptional and problematical. It depicts a mother seen from the back and sitting near a fireplace, two children, a cat, and a maid with a basket standing behind the woman. Done in two shades of red chalk, some lines in ink, and some white gouache, mainly in the central portion, which was enlarged all around, it was strongly defended as Rubens' work by Lugt and accepted by others; some doubts mildly expressed by me (1959) have been reinforced by Logan (*Master Drawings*, XVI, 1978, 430), who suggests that the central portion may be Italian 'from the circle of Carracci' and only the additions from Rubens hand. Unobserved seems to be the awkwardness in the connection of the—added—legs with the seated woman's body, which would strongly argue against the view that the drawing was planned from the beginning essentially as it appears today.
[5]Goeler von Ravensburg, *Rubens und die Antike*, Jena, 1882, 196.

The ~~Huguest~~ Huygens article in compleat and fascinating. I have followed your progress through the writings of Huygens at a distance, and it is impressive to see this beautifully written essay as the result!

And I'm very glad to have the "Last of the Attic Nights" offprint. It is a satisfying piece of work, indeed. Now I have my 1706 Gellius and will bring it to show you; it's a bit scruffier than yours but withal a clean copy with a strong impression of the frontispiece. (The spine and hinges of the binding are strong but the covers are in ruins, most of the vellum having been torn off by someone with, apparently, a sudden and voracious need for some vellum).

Soon, then--

+ Happy New Year
Wilson, S Tepler

27 Dec

Dear Julius,

I must apologize for being in error. As to the donor of your Gellius to 'Nicky.'

I had confused Nancy Astor and Margot ~~Asquith~~ Asquith. Nancy Astor, wife of Waldorf Astor of Hever Castle (now open to the public) was an American from Virginia; she became the first woman in the House of Commons; an author; the nation (I believe) gave her "Cliveden" which became known as the center of a social set that subscribed to appeasement of Hitler--and was known as 'the Clivedon set.' Hence her end was less glorious than her beginning.

Margot Asquith was equally dashing and one of the most prominent women in England in the '20s; she is referred to either as Margot Asquith or Lady Oxford.

You have an excellent book there--an important edition, in excellent condition, in a most colorful and urbane dress, and once owned by a remarkable and famous woman.

Its bookplate in back, of John Doukas, is identical to mine, also placed at the end of the book in which it occurs; on my shelf: HISTORIAE POETICAE Scriptores Antiqui, ~~Appolodorus~~ Apollodorus, Conon, Ptolomaeus, Parthenius, and Antoninus Liberalis, Paris 1675 (from the Liechtenstein Library).

I am grateful to you for examining the 3 inscriptions in the Luther--and wd be more grateful yet for translations; the hands and the abbreviations make it difficult for me. It occurs to me that these inscriptions are rather interesting bibliographically. Taken together they may well suggest that the volume--a sammelband of sorts--is not an odd volume--that is, one of a broken set. But that it was purchased as the two parts the first owner required, then bound, and passed on to others who cherished it as a single but whole work(s) as indeed it is; though there were five other parts (I think the standard ed. of Luther in 1570 was 7 volumes). Thus the book is, might be, apparently an example of this kind of bookselling and ownership in which the works of an author were not regarded as a set.

National Gallery of Art

Washington, D.C. 20565
Office of the Assistant Director

October 21, 1981

Dear Julius:

A thousand thanks for the xeroxes of Agellius' Noctes Atticae. It is interesting and it might be valuable to have the annotations. I recall that this comes from the J.F. and J. Gronovius edition, Leyden, 1706.

I appreciate it. And let me tell you, also, how pleasant was my visit with you--if brief.

I have suggested to Andrew Robison and Mel Edelstein that they get in touch with you soon. I do hope also to see Andrew's exhibition at the Grolier Club in New York, in which you have some books.

Sincerely,

Charles Parkhurst
Assistant Director

Professor Julius Held
81 Monument Avenue
Bennington, Vermont 05201

operation of rational processes led many to suspect him of weakness, and it is undoubtedly true that there was in him an indisposition to anticipate events or to indulge in the histrionics of statesmanship. But on vital issues he was adamant, and his judgment on all great matters was never vitiated by the smaller considerations of personal and irrelevant motives. His mind moved in the undistracted orbit of a deeply considered philosophy of government, and it may be said of him, as of another, that if he was sometimes on the wrong side, he was never on the side of wrong. He will live in history not only as one of the most illustrious of British premiers but as a type of all that is best in the English character.

The general affection and regard in which Oxford was held was shown by the gift, in 1927, from 17 of his friends and admirers, including some Conservatives, of a capital sum and an income for life. By his first marriage he had four sons and one daughter. Raymond Asquith, his brilliant eldest son, was killed in action in 1916. By his second marriage he left a son, Anthony, and a daughter, Elizabeth, Princess Bibesco. He was succeeded in the earldom by his grandson, Julian, only son of Raymond Asquith.

(A. G. Ga.)

See his *Occasional Addresses, 1894–1916* (1918); *The Genesis of the War* (1923); *Fifty Years of Parliament* (1926); *Speeches* (1927), and his *Memories and Reflections, 1852–1927*, published posthumously (1928). *See* also Lady Oxford, *The Autobiography of Margot Asquith* (1922), and the many memoirs of contemporary statesmen.

OXFORD AND ASQUITH, Margot, Countess of, the sixth daughter of Sir Charles Tennant, 1st Bart., married, in 1894, as his second wife, H. H. Asquith, later the Earl of Oxford and Asquith (*see* p. 990). Before her marriage she was well known as a member of the coterie known as the "Souls," and maintained her reputation as one of the wittiest and most brilliant women in London society. In 1922 she published *The Autobiography of Margot Asquith* (2 vol.), which reflected the natural frankness of her character. It is a valuable chronicle of the time. After its publication she undertook a lecture tour in America.

Her other works include *Places and Persons* (1925), *Lay Sermons* (1927) and a novel *Octavia* (1928).

OXFORDSHIRE or **OXON,** a south-east midland county of England, bounded north-east by Northamptonshire, north-west by Warwickshire, west by Gloucestershire, south-south-west and south east by Berkshire and east by Buckinghamshire. It was originally part of the Mercian kingdom, but its boundaries, except for the Thames on the south (71 m. from Kelmscot near Lechlade, Gloucestershire, to Remenham below Henley-on-Thames, with the exception of two points near Oxford) are artificial. They were slightly changed by act of William IV. and Victoria to extend the area of the county (755·7 sq.m.). The 14 Oxfordshire Hundreds include five of the Chiltern Hundreds, the jurisdiction over which belonged to the manor of Benson, and in 1199 to Robert de Harecourt. The county encloses small portions of Berkshire (in Bampton Hundred) and of Buckinghamshire (in Ploughley Hundred).

Structure and Topography.—The county lies across the central portion of the Jurassic and Cretaceous outcrops. The strike of the strata is in each case from north-east to south-west, for Tertiary movements have tilted them gently down to the south-east so that the transition from north-west to south-east is from older to newer rocks passing in succession from the Lias over the Lower, Middle and Upper Oolite to the Lower Greensand, Gault, Upper Greensand and Chalk. In the north-west, the Marlstone of the Middle Lias and the Limestones of the Oolitic series are permeable and relatively resistant, and the Marlstones and the Inferior Oolite rocks being specially hard, stand out as a sharp north-west edge, continuing the line of the Cotswolds at a lower level (average 500 ft.), but rising to 700 ft. in Edge Hill in the north-east of the county. In the south-east, the chalk is also permeable and resistant, and the hard chalk-with-flints crowning the Chilterns also presents a sharp edge to the north-west.

Between these two upland regions the intermediate geological series forms a broad vale (20 m.) of alternating clays and calcareous, sandy beds. The Upper Greensand forms a low feature at the foot of the chalk hills; this is succeeded by the Gault, with width of outcrop varying from 4 m. to 1½ m. between Dorchester and Sydenham. The lower Greensand appears from beneath the Gault at Culham and Nuneham Courtney and in outliers north of Cuddesdon; Portland limestone, Portland sands and Purbeck beds lie between it and the Kimmeridge clays, which outcrop between Sandford and Waterperry. Coral Rag is traceable from Sandford to Wheatley and beyond this comes a broad outcrop of Oxford clay followed by the Cornbrash (a brownish rubbly limestone). This outcrops at Norton Bridge, Woodstock and Shipton, forms a broad plateau between Middleton Stoney and Bicester, and also occurs as inliers at Islip, Charlton, Merton and Black Horse Hill. The county lies almost wholly in the basin of the upper Thames, in which the significant drainage is that of the Cherwell-Thames. The drainage pattern as a whole, consists of numerous consequent streams from the scarplands (Evenlode, Windrush, etc.), which have been captured and diverted into the Cherwell-Thames by powerful subsequent streams (Ock, Upper Thames, Ray, Thame), working along lines of weakness in the strike of the rocks, obsequent streams flowing down the scarp edge often being a further result of the capturing.

The Cherwell occupies a broad sag between Edge Hill and the Northampton Uplands. It flows south-south-east, joins the Thames coming from the west at Oxford, after which the combined stream continues the south-south-east direction, passing by a deep gorge through the chalk between Wallingford and Reading. That the gap must have originated north-west of its present position is argued from the fact that the level of the river bed at this point is 100 ft. while that of the hills on either side is 700–800 feet. It is an old, but rejuvenated drainage system, which, working upon calcareous rocks, has given rise to a characteristic topography; streams graded to base level but with very steep-sided upper valleys and wide intervening spaces between the head streams that have no surface streams; broad main valleys from which streams have disappeared, or where drainage is beneath the surface; misfit streams, due to capture by the river Severn of an earlier drainage to the Thames from the Welsh plateau, or to carving out of valleys by flood waters following the retreat of the ice. There is little glacial drift except in the north-east of the county. Gravel deposits, both plateau (North Leigh, Combe, Tiddington, etc.) and flood plain (Bampton, Oxford, Dorchester, etc.), are very important; tracts of clay-with-flints, brick-earth and gravel, as well as outliers of the London clay (Nettlebed, Caversham, etc.) occur on the dip slope of the chalk.

History and Early Settlement.—The bare Lias and Oolite uplands and the flood plain gravels were sites of late Neolithic settlement, as witness numerous Long Barrows (characteristic of the Cotswold area) as far east as the Cherwell. The Rollright stones (probably Neolithic) on the Oolite scarp need special mention. Quantities of bones of cattle, pigs, sheep, etc., are found in the gravels, and pottery (characteristic of the Wash area) is distributed east of the Cherwell-Thames line. Settlement on the dip slope of the Chilterns was debarred by forests, as also in the forested north-eastern portion of the county, but the Icknield Way, generally on the Greensand, and the Ridgeway, on the Chalk above, followed the scarp face to the Thames crossing, forming parallel routes to a trackway along the limestone uplands. An influx of the people who made Beaker pottery is indicated for the region between the Evenlode and the Windrush and on the valley gravels (Eynsham, Stanlake, Brighthampton, Oxford, Burcot, Dorchester, etc.). In the Iron Age camps were established along the same routes (*e.g.*, Chastleton, Tadmarton). During the Roman period the area was thickly populated and roads were made linking Alchester and Dorchester in the Cherwell-Thames with Towcester (Northamptonshire) to the north and Silchester (Hampshire) to the south. Alchester was also connected by Akeman Street with Verulamium (Hertfordshire) to the east and Cirencester (Gloucestershire) to the west. The Saxon settlements are noticeably on valley sites, occupied in pre-Roman times, and these have continued as nucleated settlements to the present day; isolated farms are noticeably on plateau or vale from which forest was cleared comparatively late. In the 6th century the West Saxons took Benson and Eynsham. (*See* the *Saxon Chronicle* for 571.)

In the 7th century the Mercians held all the northern border of